delle Secretarie di N.

DEI NVMINE INVOCATO

F. THADDAEI PERVSINI EREMITAE AVGVSTINIANI

SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS

EX ILLVSTRI PERVSINO THEOLOGORVM COLLEGIO.

Explanatio

IN ESAIAM PROPHETAM

duobus Tomis comprehensa.

Adiectis quibusdam discussionibus, ac digressionibus pro vberiori dictorum intelligentia.

Ad Sanctissimum D. N. CLEMENTEM VIII.

Additum est praeterea Opusculum de Triplici Conuiuio ad Illustrissimum & Reuerendissimum Dominum Augustinum de Castro Archiepiscopum Braccarensem, & Primatem Hispaniarum.

TOMVS PRIMVS.

IVSTITIA, ET IVDICIVM



PRAEPARATIO SEDIS TVAE. *Psal.88.*

PERVSIAE, *Apud Vincentium Columbarium.* M. D. XCVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Dom. Prof. Rom

FRater Andreas Fiuizanensis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Prior Generalis licet indignus Tibi Reuerendissimo Patri, & Sacræ Theologiæ Doctori egregio Magistro Thadæo Perusino eiusdem instituti, harum litterarum serie facultatem concedimus, vt tua scripta super Esaiam Prophetam ad communem Ecclesiæ vtilitatem, & Christiani populi ædificationem, in publicum dare, & præmissis præmittendis, prælo mandare valeas. In quorum fidem &c. Datum Romæ Die 11. Iulij 1597. Frater Andreas Generalis Indignus.

NOMINA VIRORVM, ET DOCTISsimorum Patrum, qui approbarunt vniuersum hoc opus.

EGo M. Antonius Canonicus, & Sacræ Theologiæ Doctor, legi bonam partem Expositionis, in Esaiam Prophetam Reuerendissimi Patris Magistri Thadæi Perusini in qua nihil est contra fidem Catholicam neque contra bonos mores, immo eam dignam iudico, vt impressa legatur, & ita fidem facio. Die 20. Nouembris 1597.

EGo Ioannes Paulus Sotius Canonicus & Sacræ Theologiæ Doctor, iussu admodum Reuerendi Patris Inquisitoris. Perusiæ & Vmbriæ perlegi partem Commentariorum in Esaiam Prophetam Reuerendissimi Patris Magistri Thadæi Perusini iccirco hos Commentarios, vti vtilissimos atque fructuosissimos indico imprimi posse, cum neque fidei Catholicæ neque bonis moribus aduersentur. & ita sentio. &c. Die 21. Nouembris 1597.

EGo Franciscus Vicinus Canonicus Sacræ Theologiæ Doctor: Eam partem operis Commentarij in Isaiam Prophetam Reuerendissimi Patris Magistri Thadæi Perusini Ordinis Eremitarum, quam pro Admodum Illustri & Reuerendissimo Episcopo vidi, eam nihil continere, vel contra fidem, vel contra mores testor, & ideo Typis mandari posse existimo. Ita sentio, & subscribo, hac die 24. Nouembris 1597.

EGo Rubinus Salutius Canonicus Sacræ Theologiæ Doctor legi diligenter lib. hunc, & præsertim illam partem, qua de multiplici Conuiuio disputatur, & nihil inueni quod & ortodoxæ fi-

dei, & bonis moribus non maximè consonum videatur. Quarè imprimi posse ac debere arbitror. Die 24. Nouembris 1597.

EGo frater Petrus Paulus Philippus Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ professor, ac study Perusini in Conuentu S. Dominici Regens, huius libri partem legi, ac nihil inuenisse me fidei sanæ ac bonis moribus contrarium fateor, & ideo digna esse, quæ impressioni tradi valeant, his propria manu scriptis attestor, hac die 24. Nouembris 1597.

EGo Frater Hieronymus Rubertus Perusinus Regens S. Francisci, Min. Con. vidi quædam in Esaiam a Reuerendissimo Patre Magistro Thaddæo Perusino elaborata, in quibus quicquam à fide absonum non reperi. propterea impressori tradenda esse existimaui, & manu propria, me illis subscripsi. die 24. Nouēb. 1597.

EGo Frater Augustinus Genest. Ordinis Sancti Augustini Regens Gymnasij Sancti Augustini magister in Sacra Theologia, vidi, & perlegi commentarios luculentissimos & omni scientiarum genere refertos, quos edidit Reuerendissimus Pater Magister Thaddæus Perusinus Dominus, & patronus meus colendissimus, & nihil adinueni, quod repugnet fidei, atque bonis moribus, ea propter maximè expedire posteritati, iudico vt in lucem prodeant. Manu mea subscripsi die 24. Nouembris 1597.

EGo Frater Anselmus de Settis Ordinis Seruorum Sacræ Theologiæ Magister, huius libri partem legi nihilquè quod fidei, aut bonis moribus non consentiat, inueni. Eamobrem impressoribus tradi posse minimè dubito. Hæc mea sententia est. Die 24. Nouembris 1597.

VIsis itaquè ac diligenter inspectis suprapositis attestationibus. RR. Patrum Theologorum, quos secundum sacri Indicis nuper impressi documenta omnium librorum censuratores constituimus. Nos Neapoleon Comitolus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Perusinus, & Frater Vincentius Castruccius Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister, ac Perusiæ & Vmbriæ Generalis Inquisitor; opus hoc tanquàm Catholicum, bonisquè moribus valde consonum; censuimus ad plurimorum vtilitatem atquè commodum imprimendum.

SANCTISSIMO

SANCTISS.[mo] DOMINO NOTSRO
CLEMENTI VIII.
FRATER THADAEVS
PERVSINVS EX SODALITATE EREMITARVM S. AVGVSTINI. F.P.



VM superioribus annis, negociorum onere deposito, quod diù sustinueram, in patriam me, idest in ocium, ac tranquillitatem, recepißem, cumque animum ad studia sacrarum literarum, quæ intermittere ab occupationibus coactus fueram, reuocassem, cœpi abditißimos Esaiæ Prophetæ sensus perlustrare, ac perscrutari; multaq. interlegeudum annotaui, quæ adnotatione, ac commentatione digna visa sunt. Ex quibus animaduersionibus cum volumen satis iustum confecißem, idque mox in duas partes distribuissem, visum est aliquibus meorum amicorum non indignum, quod in lucem hominum prodiret, quorum iudicio cum parere decreuißem, volui meos hosce labores qualescumq. sub fœlici tuo nomine, Beatißime Pater apparere, nul-

lam profecto aliam ob caussam, nisi, vt tenui hoc argumento, leuique munusculo promptissimam meam ad te obseruandum omnique reuerentia prosequendum voluntatem declararem. Id quod alias etiam sæpe præstare volueram, sed nulla vmquàm alia oblata est mihi occasio, nisi hæc, quam diuturnam cupiditatem meam explere cupiens, auidissime arripui. Accipe igitur, Beatissime Pater, prompto animo, alacrique vultu hæc qualiacumque industriæ meæ monumenta, quæ tibi offero, partumque extrema senectute editum; quem si non omnino ingratum tibi accidisse cognouero, satis magnum me laborum meorum fructum percepisse existimabo. Viue diu fœlix ad Communem omnium vtilitatem. Dat. Perusiæ die 29. Mensis Nouembr. 1597.



AD FRATRES SVOS EX SODALITATE EREMITARVM, S. AVGVSTINI.

AVCTOR.



IRABIMINI, certò scio, me adeò ætate prouectum de meis laboribus in lucem edendis cogitasse, verum cùm huiusce rei caussam noueritis, tolletur, nisi fallor, omnis admiratio. Scire igitur debetis, sicut Angelus Ecclesiæ Ephesi admonitus fuit, me quoque à cura, & regimine Nostri Ordinis quorundam opera amotum talibus verbis admonitum fuisse, Memor esto, vnde excideris, & prima opera fac. Prima quidem mea opera, quibus ab ineunte ætate deditus eram, & in quibus per totam vitam versatus fui, ea erant, videlicet lectioni, & contemplationi vacare, quibus operibus dubio procul, & mihi, & alijs absque multo labore corporis, animique prodesse poteram. At in alijs moderandis permulti sunt labores, multæ inuidiæ, multæ æmulationes, ita vt Summus quidam Pontifex, quamquàm nullius nisi summi Dei censuræ subditus, non fuerit veritus aliquando dicere, In ea sede, vbi residebat, multas quotidie spinas, multosque tribulos exoriri. Quamobrem non absque ratione cęlestis spiritus in aurem meam insusurrauit, Prima opera fac. Ad sacrarum igitur literarum studia priore munere deposito me recepi, meorumq. laborum qualescumq. sint, non semel à vobis rogatus, participes vos facere volui. Quod vero Esaiam potius, quam alium Prophetam, aut scriptorem interpretandum susceperim non temere id à me, sed magna cum ratione, vti arbitror, factum est. Volui enim monitis Sancti Ambrosij

Aug. lib. 9. confess. c. 5. vna cum Patre nostro Augustino parere, qui, vt ipsemet 9. Confess. cap. 5. refert, cum aliquando Sanctum Ambrosium consuleret, quid sibi ex libris sacræ scripturæ legendum esset, iussus est a sanctissimo eodemq. Doctissimo Episcopo Esaiam sibi deligere, quem assiduè legeret. Quòd cæteris Euangelij, vocationisq. gentium sit pronuntiator apertior. Et quamquam ea de caussa id illi præceptum fuit, quòd cum Catecumenus esset, facile indeq. quæ ad Christianam Religionem pertinerent, haurire posset, adeo tamen Dei spiritu repletum fuisse Augustinum existimo, vt ego, licet ab infantia in vera religione eruditus, longe me tamen eo, vel catecumeno, inferiorem esse fatear. Si quid autem in nostris hisce commentationibus, minus recte, vel clare expositum reperietis, veniam dare debebitis, quandoquidem (In proemio super 18 librum in Esaiam. Auctore D. Hieronymo) non simplex à Prophetis historiarum, & gestorum ordo narratur, sed enigmatum plena sunt omnia, & aliud verba, aliud sensus sonant neque cuiquam etiam mirum sit, si quadam verborum elegantia scripta hæc nostra referta non sunt, nam prӕter quàm quod eiusmodi sermonis leporem numquàm professus sum, scio à Sancto Ambrosio admonitus, in doctrinis veritatem, non elegantiam requiri. (Epist. 5. ad Sabinum.) Accipite Igitur, quod à me sepius efflagitastis, munusculum. Erroresq admissos, qui plurimi erunt, per vosmetipsos corrigite. Valete. Dat. Perusiæ die 29. Mensis Nouembr. 1597.



TORQVA-

TORQVATVS BONTADOSIVS AD LECTOREM IN LAVDEM REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI THADEI PERVSINI.



NNVS in æternum resonandus voce sonora est,
Scribere quum cæpit scriptor, & ille dies. (ta
Principis archanum commostrans omne Prophe-
In varios sensus; sed meliora capit.
Detegit occultam doctrinam prouidus author
Eterni referens grandia dona Dei.
Fidus Aristotelis magni est, sophiæq; Thadeus
Interpres, (dignum est) si hunc colit oĩs homo.
Cæruleus Ganges, resonant, Tigrisq; rapaxq;
Albula, Meander nomine sæpe suo.
Fœlix ille fuit, qui secum viuere vitam
Cælipotens tribuit Christus vbiq; simul.
Nunquã lingua huius posset mea (cãdide lector)
Insignes laudes ferre per ora virum.
Multa tulit, fecitq; senex, nunquamq; grauauit
Hunc labor immensus nocte, dieq; grauis.
Pro quo munificus Christus, dulcisq; rependat
Fœlices annos, innumerosq; dies.

REVE.

REVERENDISSIMO PRAECEPTORI SVO, MAG.RO THADAEO PERVSINO.

Terentius Caufridius.



T prior, & primus censetur filius Amos
Vates, & Sacri scriptor Euangelij
Sic illum exponens, studio, summoq; labore
Censeris digne, primus & esse prior.
Ecclesiæ quantum profeceris ipse fideli
Dicat, & extollat, qui tua scripta leget.
Lucidus explanas, doctus, veraxq;, disertus
Quicquid Isaiæ protulit ore Deus.
Gaudeat exultans Augusta Perusia, semper
Ex te parta sibi, gloria, summus honos.
Diceris hoc merito Thadæus nomine, quando
Te Deus elegit, te Deus altus amat.



PETRVS

PETRVS AVGVST. A PETRALONGA CLERICVS PERVSINVS.

IN LIBRVM REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI THADDAEI PERVSINI.



ON hæc humana repleta est pagina voce,
Non hæc humanis pagina plena iocis.
Non Citharæ hic adsunt molles, non vana volu-(ptas,
Non vi flammeolis blandus Amor facibus.
Vox cælestis adest, vox, quæ demonstrat vbique,
Quicquid habent superi, sydera quicquid habent.

IDEM.



T Sol, qui tenebras pellit, lucemq; reducit,
Et manè Eois gratior exit aquis.
Sic tenebras pellis, sic prisca volumina lustras,
Sic profers tenebris, quæ latuère diu.
Quin magè tu felix, rursus noctem aspicit ille,
Per te perpetuum Pagina, at ista diem.

MVM

AD REVERENDISS. P. M. THADDAEVM PERVSINVM AVCTOREM.

IO: ANTONIVS NERVTIVS Perusinus. C. C. S.



AIOR an is Vates, qui arcana Oracula reddit,
An qui eadem reserat, quærere forte iuuet?
Pectora cum Vatis diuino agitante calescant
Numine, & interno mota furore canant: (ram
Tu Carmen reserans, studiumq;, & Numinis au-
Coniungens, duplici cingis honore caput.
Vel si concedas illi, qui exiuit in auras
Purus; & excessit Martyr; & Astra tenet:
Qui Regum de stirpe satus, superauit Hebræo
Eloquio reliquos, Regia verba canens:
Tu tamen vtilior nobis, qui Arcana resoluis
Et Latio Hebræum disseris Eloquium.

AD EVNDEM SENEM IDEM

Distichon

Splendentem ex alio Phœbus tibi portat Eoo
Quem veniens adimit Nox odiosa Diem.



AD

AD REVERENDISSIMVM PATREM THADDAEVM.

IO: MARIA DE MONTE.





VANTO inter reliquos fama est fulgere Prophetas
Esaiam, certo dum canet ore Deum.
Hoc tu pro reliquis fulges Thadæe magistris,
Dum reseras tanti mystica sacra senis.
Diuinus Vates: Diuinum Numen in illo est.
Tu quoq; mortali grandius ore sonas.



INDEX

INDEX VOCVM INCOMPLEXARVM.



Gehenna

Rabsaces



INDEX

INDEX VOCVM COMPLEXARVM.

Ambu-

Apostoli.

Ambu-

B

C

D

Esa.

F

Finis

G

virum,

 buren-

M

Misera,

Nomine

Non

Numerus

Porta

Propositio

Q

Quando

Quid

Quid

Quidam.

R

Recen-

Respondet

S

T

Tempore

Vita

Xp̄us

FINIS INDICIS.

ADNOTATIO DOCT. AB AVTHORE CITAT. IN PRIMO TOMO.


Bbas Tuitiensis.
Abdias.
Aggæus
Albertus Pighius
Alex. Imol.
Ambrosius
Amos
Andreas Tiraquell.
Antonius Possou.
Aristoteles
Athanasius
Auerroes
Augustinus

B

Baldus
Bartholus
Basilius
Benedictus
Benedictus Pererius
Bernardus
Berosus

C

Caesar Baronius
Caietanus
Calepinus
Castaneus
Casiodorus
Chrysostomus
Ciprianus
Cyrillus Alex.
Cœlius
Colummella
Concil. Trid.

D

Damascenus
Daniel
Dionisius
Dioscorides
Domjnicus Soto
Dried

E

Egidius Romanus.
Epiphanius
Euripides
Eusebius Cęsariensis
Euthimius
Ezechiel

F

Flauius Iosephus
Franciscus Toleto
Franciscus Prierius
Franciscus Forerius

G

Glosa interlinearis
Gregorius
Gregorius Magnus
Gregorius Nissenus.

H

Habacuc
Hærodotus
Hieremias
Hyeronimus
Hylarius
Hireneus
Horatius.

I

Iacobus de Valentia
Innocentius Tertius
Ioannes
Ioannes de Turre Cremata
Ioel
Ionas
Iosephus
Isidorus Clarius
Iustinus Martir.

Lan-

L.

Nonius.

LAncellotus Corradus
Lactãtius Firmianus
Leo Papa
Lucanus
Lucas.

M

MAgister sententiarum
Magister Didacus de tunica
Malachias
Marcus
Marcus Tullius Cic.
Martinus Peresius
Matthæus
Menander
Metaphrastes
Michael Salon
Michæas.

N

NAum
Nicolaus de Lyra

O.

OEcumenius
Origenes
Orosius
Oseas
Ouidius.

P

PApinianus
Peresius
Petrus Berchorius
Philo
Plinius
Polidorus
Procopius
Propertius.

Q

QVintilianus.

R

RVbertus Abbas
Rubertus Belarminus.

S

SAlicetus
Salomon
Salustius
Simmacus
Sophonias
Stephanus Durantes
Suessanus.

T

TErentius
Tertullianus
Theodoretus
Theophilactus
Thiconius
Tomas de Aquino.

V

VAlerius Max.
Vgo
Virgilius
Vulpianus.

Z

ZAcharias.

EXPLANATIO
IN PROPHETIAM ISAIÆ
A F. THADDAEO PERVSINO ORDINIS EREM. S. AVGVSTINI SACRAE THEOLOGIAE DOCTORE CONSCRIPTA.

CAPVT PRIMVM.

PROPHETIAE INSCRIPTIO.


VISIO Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam, & Tex. 1.
Hierusalē in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Eze- 2.
chiæ Regum Iuda. Audite cæli, & auribus percipe 3.
terra, quoniam dominus loquutus est. Filios enu-
trini, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Co-
gnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel 4.
autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ gēti
peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs scelera-
tis: dereliquerūt dominum, blasphemauerunt Sanctum Israel, aba-
lienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra; addētes
prauaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mærens. 5.
A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & 6.
liuor, & plaga tumens, non est circum ligata, nec curata medica-
mine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, Ciuitates vestræ suc 7.
censæ igni: regionem vestram coram vobis alieni deuorāt, & de-
solabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion, vt 8.
vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut
Ciuitas, quæ vastatur. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis 9.
semē, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.
Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auri- 10.
bus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinē 11.
victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum. holocausta a-
rietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agno-
rum, & hircorum nolui. Cum ueniretis ante conspectum meum 12.

quis, quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ābularetis ī atrijs meis? ne
offeratis vltra Sacrificium frustra: incēsum abominatio est mihi.
Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, ini-
qui sunt cœtus vestri: Calendas vestras, & sollemnitates vestras
odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui substinens:
13. *Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis:*
& cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enī
14. *vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte*
malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere
peruersé, discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppres-
so, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite
15. *me, dicit Dominus: Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi*
nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut la-
16. *na alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ come-*
detis. Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis;
17. *gladius deuorabit vos, quia os domini loquutum est. Quomodo*
facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habita-
uit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in
scoriam: vinum tuum mistum est aqua. Principes tui infideles,
socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.
Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos.
18. *Propter hoc ait dominus Deus exercituum, fortis Israel: heu cō-*
solabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et
conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam
tuam, & auferam omne stannum tuum. Et restituā iudices tuos
19. *vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: Post hæc*
20. *vocaberis ciuitas iusti, vrbis fidelis. Sion in iudicio redimetur,*
& reducent eam in iustitia: & conteret scelestos, & peccatores si-
mul: & qui dereliquerunt dominum, consumentur. Confunden-
tur enim ab idolis, quibus Sacrificauerunt: & erubescetis super
hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus fo-
lijs, & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra, vt fa-
uilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla: & Succedentur
vtrumque simul, & non erit qui extinguat.



PRO-

PROPHETIAE INSCRIPTIO.

Caput primum.

VISIO Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam, & Hierusalem indiebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Exechiæ Regum Iudæ.

EXPOSITIO.

Auctoris intentio.



OSQVAM Deo A opt. Max. inspirante, & suam opem afferente opus hoc tam grande explanare, seu potius quæ ab eruditis viris in hanc vsquè diem pluribus verbis allata sunt in summam, & compendium redigere decreuimus, ab explicatione verborũ, quæ veluti titulus, & inscriptio operis posita sunt, initiũ faciemus. Inquit B ergo. *Visio, quam vidit Isaias &c.* Super his hæc omnia sigillatim videbimus. Primum quidem de nomine ipsius Prophetæ, quomodo reuera debeat nuncupari, quia non omnes idem sentiunt. Deinde videbimus quis fuerit iste Propheta videlicet qualis, & quantus. Tertio quando prophetauit. Quarto ad quos, vel vbi prophetauerit. Quinto quomodo vocat, & inscribit hanc suam prophetiam. Postremò quid ipsa contineat. His omnibus breuiter explicatis, rem ipsam aggrediemur. De primo igitur proposito dicimus, quod idiomati hebraico addicti, & ab eorum vsu nequaquam recedentes, appellant hunc Prophetam Iesaiam, quẽadmodum etiam alium prophetam appellant Hieremiam, nec ab re, quia vt D. Hieronymus in tractatu de nominibus hebraicis interpretatur, hoc D nomen, salus Domini appellatur, & merito quidem eiusmodi interpretatio conuenit huic Prophetæ, quia reuera (vt inferius ostendemus) salutem domini idest quæ futura erat per dominum Iesum nobis apertè patefacit, ac denunciat. Verùm quia nominibus vtendũ est vt plures, vt inquit Aristoteles, & viri graues, & eruditi modicam habent sollicitudinem de nominibus, sumus in ea sententia, vt potius Esaias, vel Isaias debeat nuncupari, vt plures nostrorum nuncupant, quàm priori vocabulo, & ea potissimum ratione id fieri debere sentimus, ne nouitate vocabuli aures legentium offendamus. Est & alia ratio, quoniam septuaginta Interpretes hunc in modum huiusmodi nomen de hebræo idiomate in grecum transtulerunt: Sic & D Paulus, & Lucas, & plerique alij in Sacris literis noui testamenti ipsum appellant; quin & nonnulli Iudeorum, vt Philo, & Flauius Iosephus non aliter ipsum nominant. Quare præceptum Platonis seruari optimum erit, ne. s. moueantur quæ mouenda non sunt, dum præsertim quædam nobis vocabula, ac dictiones occurrunt, quæ horridum, & absurdum sonum habent. Dicatur ergò, & nominetur C Esaias, vel Isaias vti malueris. Quis autem, aut qualis fuerit Sanctissimus iste Vates, quod secundo loco monstare proposuimus, primum quidem quantum ad eius genealogiam, & conditionem, seu potius originem attinet, ipsemet in principio huius sui operis manifestat dum inquit. *Visio Isaiæ filij Amos, quam vidit &cet.* Cum autem omnes ferè Interpretes, & priscorum temporum scriptores asserant hunc Amos patrem huius Prophetæ fuisse fratrem Amasiæ Regis Iuda, de quo habetur 4. Regum cap. 14. clarissimè constat hunc Prophetam ex regia prosapia originem duxisse. Non itaq; hic Amos, cuius filius esse perhibetur ille est, quem inter duodecim Prophetas sacræ literæ recensent, tametsi nonnulli existiment & eum, qui Pater Isaiæ perhibetur inter Prophetas esse nume-

Tex. — *Traslanda proponuntur.* — *Quò 1.* — *Isaias 1. salus domini.* — *Lib. 3. Rhet. cap. 2.* — *Auer. 1 Ethi. cõ. 8.* — *Philo. & Iosephus.* — *Platonis Præceptum.* — *Quò 2.* — *4. Reg. cap. 14.*

numerandum, cum præsertim opinentur, non solum eos Prophetas, & in Prophetarum numero esse reponendos, qui verè, & propriè hoc prophetiæ munus habuere, verum etiam & patres, & auos, nec non & atauos eorum in prophetarum albo esse describendos; nequè mireris, quòd Prophetæ sui generis secundum carnem conditionem explicant. Apostoli autem & Euangelistæ non ita frequenter sui generis, & natalium notionem prodant, quoniam Christi Iesu seruituti prorsus addicti, & eius familiæ plusquam alij ascripti, & tanquam denuo renati, modicam, vel nullam rerum temporalium curam habuerunt, cuius rei exemplum manifestum sumere possumus ab ijs, qui voluerunt ingredi in regnum cælorum, quippè qui deposuerunt pristinam vestem, & veterem hominem exuerunt, vt Bartholomęus, D. Petrus, Ioannes Baptista, & plerique alij, vt expeditius ad regnum cælorum euolarent, id quod & nos, qui arctiorem, & puriorem vitæ rationem auspicamur, facere oportet, quemadmodum D. Pater Augustinus admonet cum inquit. Qui ad illam Sanctam societatem ex paupertate venerunt, non de parentum diuitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate studeant gloriari: Cui admonitioni subscribere voluere Patres eiusdem instituti, dum in suis legibus, & Constitutionibus præcipiunt, ne patres gradus parentelæ suæ recitent, nec de generis nobilitate se iactent, vndè factum puto quòd olim apud viros probos, & verè cordatos, quique arctiorem viuendi regulam profitebantur, non erat in vsu familiarum suarum cognomina retinere, vt qui à familijs terrenis, & carnalibus ad alias familias, nempe spirituales se transtulerunt, quæ quamuis ita sint (vt prædiximus) tamen nõnunquam Apostoli quoq; ob aliquam rationabilem causam sui generis secundum carnem mentionem fecerunt, vt videre est Philip. 3. & 2. ad Corinth. 11 vbi occasione accepta à pseudo Apostolis, & ipse quoque D. Paulus gloriatur secundum carnem, & ostendit

In regula.

Par. 1 cap. 3. constitu. 11

Philip 3. 2. Cor 11.

A sui generis nobilitatem. Afferunt aliqui & aliam causam cur Prophetæ sui generis, vel prosapiæ rationem habebant, quia .s. verebantur, ne sua vaticinia scribentes, nullius, aut modicæ apud posteros auctoritatis existerent: contra verò Apostoli, qui futuri erant noui testamenti præcones, non solum Iudæis, sed & gentibus se gratos, & amabiles reddere studuerunt, & propterea nõ curarũt suis literis, & scripturis
B suos natales recẽsere & suorũ maiorũ nomen iactare, cum præsertim nomen Iudæorum non satis gratum, & plausibile apud gentes haberetur. Et est peculiaris ratio, qua permotus Isaias suum nomen, pariter & Patris voluit apponere, id enim non ex inani gloria, vt plerique faciunt, sed Deo mouente, & dirigente eius intellectum hoc fecisse credendum est, vt scilicet Pater honoraretur in filio, filius enim
C sapiens est honor, & gloria patris, quemadmodum & Pater solet esse aliquando gloria filiorum, vt patet Prouerb. 17. Corona senum filij filiorum, & gloria filiorum Patres eorum: Vnde Lucę primo commendatur Ioannes baptista, quòd ortum duxerit à probis, & honoratis parentibus, dicens, quòd ambo erant iusti coram Deo super quare vide quid ait Amb. supra Lucã cap. 1. in principio, vbi dicit quod scripturę
D diuinæ non solum mores in ijs qui prædicabiles sunt sed & parentes consueuit laudare, sic enim laudatus est Zacharias Pater Ioann. Baptist. sic etiam Anna mater Samuelis Prophetæ, sic & Timotheus laudatur à D. Paulo, quòd originem duxit à probis, & honestis parentibus dũ inquit 2. Thimot. cap. 1. gratias ago Deo, cui seruio à pgenitorib⁹ in cõsciẽtia pura, & paulo post, Vt gaudio ĩplear, recordationẽ accipiens
E eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te. Certe dici non potest quantum conferat ad commendationem bonorum, & eorum virtutis attestationem, quòd originem duxerint à viris probis, & fidelibus, & præclaris virtutibus exornatis, vt quasi iure

Prouerb. 17

2. Timoth. cap. 1.

iure quodam hæreditario bonitatem contraxisse existimentur: propter igitur honorem, & gloriam patris, & ad ostendendam sui erga ipsum animi gratitudinem, vti filium bonis moribus imbutum, & eleganter instructũ ac disciplinatum decet, voluit nomen patris apponere. Qua in re nec prætereunda est insignis modestiæ, & humilitatis suæ consideratio, cùm vt supra diximus loquatur de se ipso in tertia p̄sona quasi alius sit de quo loquitur ad euitandã iactantiam, & inanem gloriam, qua pleriq; tùm veteres tùm moderni laborant, quippe qui potius humanæ laudis aucupandæ caussa, aut ob alicuius Principis fauorem promerendum, dum aliquid in lucem produnt, non solum nomina, & cognomina suis opusculis inserunt, sed quoscunq; gradus, & dignitates, quas quomodolibet fuerint adepti, libenter apponunt, non sic autem hic noster Propheta, sed hoc solum nomine, & inscriptione est contentus, vt dicat *Visio Isaiæ Prophetæ filij Amos &c.*

Porrò de dignitate eius, & excellentia quo ad eius scripturam, & prophetiam, non est cur multa dicamus, ipsa enim eius scripta declarant, & manifestè produnt eius excellentiam, & dignitatem, vt communi omnium consensu, verius Euangelista, quàm Propheta sit nuncupandus: ita enim clarè, & apertè, quin etiam & copiosè misteria saluatoris nostri, & Ecclesiæ magnificentiam, splendorem, ac dignitatem expressit, vt nulla, vel modica verborum explicatione indigeamus, tametsi in plerisq; rebus arcanis describendis, & cõtexẽdis, multis tropis, & figuris & varijsq; velaminibꝰ vtatur, quẽadmodũ & alij Prophetæ fecisse videntur, id quod nõ sine caussa factũ esse putãdũ est, ne videlicet margaritas porcis, neq; Sãctũ canibus attulisse videantur, atq; etiam, vt nostra in Sacrarum literarum studio diligentia, & assiduitas continuè haberetur, qua & alijs proficere, & nos quoquè æternæ vitæ præmio aliquandò potiri valeremus, iuxtà illud Ecclesiastici. Qui elucidãt me, vitam æternam habebunt.

Isaias potius Euãgelista Quam Proph.

Matt. cap. 7.

24. Cap.

A Quò ad tertium ab initio propositũ videlicet quo tẽpore prophetauerit, ipsemet explicat cum inquit. In diebus Oziæ, Ioathan Achaz, & Ezecchie Regum Iuda idest sub principatu, & dominio omnium istorum Regum Isaias prophetauit; licet nonnulli dubitent num aliqua fuerit facta reuelatio huic Prophetæ sub Rege Ozia dum ipse viueret, cum ea, quæ habetur 6. cap. fuerit facta post obitũ ipsius Propterea B dicũt aliqui, quòd multæ fuerĩt factę reuelationes huic Prophetæ sub hoc Rege Ozia antè obitum ipsius, alioquin difficilè admodum sustineri posset quòd hic dicit videlicet ĩdiebus Oziç, & aliorũ Regũ prophetasse, & quãuis propter modestiam de aliena persona loqui videatur, ipse tamen est qui loquitur, & profitetur se sub eo Rege visionem vidisse, id autem ab eo factum esse creditur, primo, ad demon- C strandam veritatem prophetiæ, ne quis fortè suspicaretur hoc esse somnium, aut puram imaginationem, sicut etiam fecit D. Lucas, vt habetur cap. 3. cum voluit mentionem facere de tempore, quo Ioannes Baptista prophetauit, vel prophetare incepit. An no quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurante pontio Pilato Iudeam & c. factum est verbum domini super Ioannem Zacchariæ filium in D deserto & c. fecit hoc etiam vt ostenderet, quòd omnipotens, & misericors Deus diuersis temporibus iuxtà vniuscuiusq; mores, & vitam volebat per hunc Prophetam viam salutis demonstrare, & fidei initia patefacere; fuit etiam valdè oportunum tot Principum, sub quibus ille prophetauit, tempora describere, vt agnoscamus quam fuerit intrepidus Sanctissimus iste vates in prædicando, & denunciando E quæ parum grata futura erãt illis Principibus, nec sub vno tantum Rege voluit isthæc prodere, & propalare, sed sub diuersis, in tantum quòd sub vno illorum Regum, cuius nomen hic subticetur sæuissimum suppliciũ pertulit, & mortẽ obiuit, ex qua animi cõstantia, non mediocrem laudem est assecutus, quemadmodum & Ioannes

Quò 3.

baptista magnopere apud sacros Euangelistas commendatur, quandoquidem non est veritus & ipse Herodem arguere d. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Difficilè quidem est cum Principe contendere, & eius voluntati resistere vt habetur Eccles. 4. At ipse Isaias fuit adeò fortis, & constans, quòd sub tot Regibus ausus est prædicere, & palam denunciare quæ ventura sunt præter, & contra opinionem illorum, & eorumdem arguere impietatem. Nec prætereunda est ea causa, quā mox tetigimus, hoc ideò factū Deo inspirante, ne videlicet Gentiles & Iudei dicerent, aut putarent quæ dicimus, & prædicamus de Christo domino esse, & fuisse hominum commenta ad decipiendas, & dementandas eorum mentes, cum ante octingentos, & plus annos ante Christi aduentum, & eius passionem, misteria fidei nostræ fuerint prædicta, & prædicata. Quòd aūt hoc sit efficax argumentum aduersus Iudeos, & gentiles, & quoscunq; homines peruicaces, constat ex eo, quòd licet Christus dominus post resurrectionem suam se visibilem, & palpabilem coram discipulis ostenderet, qu[illegible]rmiter crederent, se eum esse Christum, qui fuerat mortuus, & sepultus, verè resuscitatum, voluit tamen per veterum scripturarum testimonia idipsum confirmare, propterea aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et incipiens à Moise, & Prophetis interpraætabatur illis scripturas, quæ de ipso erant. & D. Petrus post enarrata quædam misteria, dona, ac beneficia, nobis à Deo opt. max. collata, & præsertim manifestationemgloriæ suæ in monte sancto, & declarationem Filij sui dilecti, subdens inquit 2. cap. 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes puasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: Vnde & stella, quam viderant Magi in oriente, quæ erat signum satis efficax Christi nati, in ingressu Hierusalem, vbi erant scripta Prophetarum euanuit ab oculis eorum, hac ratione insinuās

Math. 14
Mar. 6.
Eccl. 4.
Veritas intrepidè est prædicanda, & vitia reprehendenda.
Luc. 24
2. Petri cap. 1.
Matth. cap. 2.

A Spiritus sanctus maiora, & clariora ibi esse testimonia, ad probandum Christi misteria, quam stellæ apparitionem. Pręterea non ne interrogatus Christus dominus noster à discipulis Ioannis Baptistæ Tu es, qui venturus es, an alium expectamus, postquam proposuit, & enarrauit opera, & miracula, quæ ipse egerat, quia Cęci uident, claudi ambulant, quæ quidem erant notissima, tanquam irrefragabile, & insolubile argumentum, adduxit testimonium Isaiæ Prophetæ. Quamobrem solent frequenter Euangelistæ dicere, cum aliquid de Christo narrauerint. Hoc totum factum est, vt adimplerentur Scripturę Prophetarum, & in Actis Apostolicis. Oportuit adimpleri scripturam, quam pręddixit Spiritus Sanctus, & alibi sępè hoc ipsum reperies. Sed dubitatur cur Propheta hoc loco non meminit etiam ipsius Manassis, cùm sub eo etiam prophetauerit. Dicunt aliqui hoc ideò factum, quia per Spiritum Sanctum præuiderat se ab eo fore occidendum. At hæc responsio non plenè satisfacit, nam diximus paulò ante, quòd Isaias fuit vir maximè constans, & intrepidus ita, quòd non verebatur dicere veritatem quodcunq; euenerit, propterea non debebat ob mortem, quam subiturus erat prætermittere nomen eius, quòd quidem ad veritatem Prophetiæ plurimum conferre demonstrauimus: Obid alij dicunt eum subticuisse nomen ipsius, qui erat vir impius, & maximè odibilis, & abominabilis coram Deo, de cui similibus dicit Propheta ps. 15. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Sed nequè hæc solutio mihi valde arridet, quia nec etiam alij Reges, quos nominat fuerunt immunes à peccato, & præterea legitur 2. & 4 reg. & Paralip. 33. quòd ipse Manasses de suis impietatibus egit pęnitentiam; quarè non erat inconueniens, vt ipsum nominaret, quemadmodum D. Mattheus non est veritus illum nominare in genealogia Saluatoris. Proindè aliqui volunt propterea illum ab Isaia prætermissum, quia

Matth. 11. cap.
Act. 1.
Ps. 15.
Matth. 1.

quia, & si fuerit eius tempore, & fortasse etiam sub eodem aliquãdò Prophetauerit, nullam tamen illarum reuelationum, quæ in hoc libro recensentur, habuit eo regnante. Quæ &c.

Q.ᵉ 4. Quartò proponit Isaias in principio huius operis, vbi, & ad quos fuerit facta ista visio, & inquit super Iudam, & Hierusalē i. super duas tribus, quę remanserunt segregatę, & seiunctæ ab alijs decem tribubus, & hę duæ fuerunt Tribus Iuda, & tribus Beniamī, quę duę Tribus regnum Iuda constitu erunt, cuius regni Metropholis erat Ciuitas Hierusalem. nec immerito huius seorsum meminit, quoniam quæ ad vniuersum reg num pertinent, peculiari quadam ratione ad primariam Ciuitatem pertinere videntur: Nec ab eorum sententia prorsus recedo, qui legi volunt super Iudeam, & Hierusalem vt etiam videtur inuere D. Hier. ī expositione huius loci, non super Iudam, & Hierusalem, ad insinuandum, quòd huiusmodi increpationes, & cōminationes, pariter, & promissiones, de quibus aliquando fit sermo, non solū adillas duas Tribus, videlicet Iudā, & Beniamin, verùm ad vniuersas Tribus Israelis factæ fuerint, quemadmo dum in progressu operis palam videbimus, nec solum existimes velim eiusmodi ad eos tantum populos quarumcumq; Tribuum dicta esse, sed ad alios multos, quin, & ad nos quoq; in quos fines secundum deuenerunt, velut etiam indicauit Apostolus dicens Rom. 15. Quecunq; scripta sunt, ad nostram do ctrinam scripta sunt; & quemadmodū alibi ait. Si Deus naturalibus ramis Rom. 11. non pepercit, nec etiam nobis, qui in eorum locum insiti, & cooptati sumus est parsurus. Et eusebius Cęsariensis AEusebius. lib. 2. demonstrationis Euangelicæ. demostrat 6. Asserit Prophetam hoc loco omnem Iudeorum nationem coarguere, dum inquit, Israel me nō co gnouit, & populus meus non intellexit; per Israel vniuersum Iudeorum populum intelligens. Sed fortè quis dicet Ipse Prophetauit sub illis Regibus tantū, qui dominabantur super Iudam, & Hierusalem i. super illas duas

A Tribus, non ergo ad omnem gentem Iudeorum. Iam diximus, quod pleriq; legunt super Iudeam, & Hierusalem, quorum lectio non omnino dānatur, qua admissa, dubitatio est nulla: At si velimus persistere solum Et admittere lectionem vulgatæ editionis, dicemus, quòd reuera super, & contra omnem populum Iudaicum vaticinatus est, nec inconuenit, quòd licet sub illis regibus euentura B Prophetauerit, multa etiam ventura superalias Tribus prędicere potuerit, quamuis priore loco super illas duas Tribus. Super hac re etiam aduertendum est quòd non sine ratione aliqui legunt de Iuda, & Hierusalem, & aliqui contra Iudam, & Hierusalem, ita quòd textus noster, qui habet super Iudam, & Hierusalem potest commodè aptari vtriq; lectioni, & videtur vtrūq; complecti, quandoquidem illa prępo- C sitio, super, videtur esse æquiuoca, vel ambigua ad contra, & de, adeoquod potest legi super Iudam, & Hierusalē idest in fauorem, & commendationē Iudæ, & Hierusalem, & contra Iudam, & Hierusalem, quando in hoc opere, & vaticinio, non solum aduersa, verū & prospera de eis dicantur: Nec dubium, quòd ita dictio, super, apponitur verbis & dictionibus, seu mauis propositionibus significantibus aliquid fœ- D lix, & prosperum, atq; etiam propositionibus significantibus aliquid infaustum, vt Deut. 32. Descendit Imber super herbam, & nomen Domini inuocabo, & alibi Spiritus Domini super me. Itidem facta est manus Domini super me, & alibi sepe. In malam quoq; partem frequenter sumitur, vt cum dicit Apostolus Reuelatur ira Dei super omnem impietatem, & iniustitiam hominum, & Psal. Adhuc escæ erant in E ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, Vbi vides, quòd ista prępositio, super, inutramq; partem potest accipi in bonā, & in malā. videlicet pro, & contra. Proponit ergo Isaias hoc loco se manifestaturum, & reuelaturum visionem, quam vidit super Iudam, & Hierusalem idest ruinam, & excidium, quod passura erat vniuersa Iudea, quæ

Hęc prępositio: super, dupliciter accipiantur.

Rom. 1.

Psal. 77.

denominationem sumpsit à Iuda filio Iacob Patriarchę, vel à Tribu Iuda, quæ fuit condistincta, & segregata ab alijs decē Tribubus, vel à maiori parte illarum, sub qua tamen Tribu, tanquam principem locum inter alias obtinente, postmodum comprehenduntur omnes Iudei. Prophetauit etiam, & vidit visionem super Iudam, & Hierusalem idest bona plurima, quæ promittuntur, & conferuntur, vel conferenda erunt gentibus, & ijs, qui ex Circuncisione erant credituri. & hæc de Quarto capite à nobis proposito dicta sufficiant.

Quæst. 5. Quinto quod proposuimus a prīcipio videndum est quo pacto inscribat hanc suam Prophetiam ipse Propheta Isaias, cui petitioni facilè respōdetur, quòd eam appellat Visionem, sic enim ait visio Isaiæ filij Amos, quam vidit super iudā, & Hierusalem. Ecce quod proponit se descripturum, & explicaturum visionem, quam ipse vidit. Nec mireris vt supra diximus, quòd loquitur de se ipso perinde ac si esset quædam alia persona, quæ vidit hanc visionem, id enim ex singulari quadā modestia ipsum fecisse manifestum est: sic .n. Glosa interl. ait, quòd verecundè de se, quasi de alio loquebatur, ne videlicet videretur de se ipso gloriari, & sibi ipsi tribuere se hanc visionem vidisse. Sed priusquam de huiusmodi visione loquamur, qualis videlicet fuerit, & quot modis eiusmodi visiones fieri cōtingat, occurrendum est tacitæ cuidā obiectioni, qua posset aliquis nobis, aut ipsi Prophetæ obijcere, quomodo .s. ipse proponit à principio se explicaturum visionem, quam vidit super Iudā, & Hierusalem, cum non à visione incipiat, sed à correctione, & comminatione, vt mox videbitur. Potest huic responderi, quòd non semper in operis exordio explicant Prophetæ, & ceteri Scriptores quòd primò proposuerint, sed frequenter aliundè incipiūt, vel ad pręparandos animos, vel ad iacienda fundamenta quædam pro maiori, & faciliori declaratione subiecti, & principalis instituti quēadmodum Aris. tractaturus de principijs rerum naturaliū

A prius, & viam, & ordinem doctrinę nobis proponit, idquod obseruauit hoc loco noster hic Propheta, qui prius aliqua pręmittit, quibus præmissis aggreditur principale propositum, & incipit commemorare visiones, vt videbis in principio 6. cap. & deinceps, quo loco sic orditur. Vidi Dominū sedentē super soliū excelsum &c. Potest et dici, ꝙ licet 6. cap explicet visionem illam, quæ post mortem oziæ contigit,

B in prioribus tamen cap. alia proponit, quæ ei reuelata fuerūt, nec forte minoris æstimanda, quam ea, quæ sequuntur, vt facilè est videre ponderādo, & expendendo singula quæ in prioribus cap. continentur. Esset alia difficultas, quæ prius videtur explicanda, quam ad propositum caput enarrandū accedamus, quo scilicet ad modum loquendi ipsius Prophetæ, inquit enim Visio, quam vidit, quod est improprie

C dictum visio namq. dicit actum videndi, non ipsam rem visā, vt etiam docet Aris. 2. de Anima Tex. 140. inquit .n. ibi Actus visus visio dicitur: ūde non immeritò redarguit Democritum, qui dicebat visionem esse apparitionem rei, vt habes lib. de sensu, & sēsili, quarè visiò non potest esse res uisa. Cui obiectioni dicitur, quòd reuera communiter loquendo Visio dicit actum, seu actionem, per quam res obiecta

D sensui videtur, sed in more hominum positum est, vt etiam visio tamquam obiectum quoddam nobis opponatur, quando scilicet nobis dormientibus, vel tātisper vigilantibus multa simul connexa nobis offerūtur, quæ aliquid occultum, aut inopinatum nobis ostēdunt, seu representant, & tunc dicimus nos habuisse visionem quandam cum aliqua præter vsum nobis apparent. His obiter explicatis, videamus nunc

E qualis fuerit ista visio, quam vidit Isaias. Dicimus autem ex comuni sentētia grauissimorum virorum, quòd ista visio non fuit qualis est visio sensuum exteriorum cum mouentur à sensilibus exterioribus, vt cum video lignū, aut lapidem, siuè quid aliud: nec fuit visio imaginaria, qualis est ea, quæ fit per species desumptas à sensibus exterioribus

2. de Anima Tex. 140.

rioribus, & receptas in sensu interiori; nec fuit visio merè intellectualis, ita vt nihil amplius præter intelligentiam ipsam requiratur, quandoquidem potest fieri visio intellectualis per lumen naturale intellectus agentis, dum scilicet percipimus aliqua visibilia per principia rationis; potest etiam fieri visio intellectualis per lumen fidei, quando, scilicet intellectus noster eleuatur ad contemplationem misteriorum Dei, & rerum credibilium, quæ B quidem visio non est eiusdem rationis cum ea, de qua in præsenti loquimur, immò nec ea visio, qua beati vident Deum facie ad faciem, aut per modũ transeuntis, vt contigit D. Paulo, & Moysi, aut per modum permanentis, qualis est status, & conditio beatorum in patria est eiusdem rationis cum ea, de qua loquitur Isaias, quia hic loquitur de visione, per quam intellectus noster eleuatur ad cognitionem futu- C rorum contingentium ad vtrumlibet per lumen gratiæ gratis datæ, quod est donum Prophetiæ, & quemadmodum d. D. Tho. huiusmodi visio, quæ est donum prophetiæ non attingit ad videndum Deum prout est obiectum beatitudinis, sed solum vt est ratio eorum, quæ pertinent ad dispositionem hominum in hoc mundo existentiũ: quarè manifestum est, quod visio communiter dicta differt ab historia, quia D visio est rei inopinato apparentis, & significantis aliquid occultum, vel naturaliter ignotum. Historia verò est narratio, vel expositio rerum gestarum, tametsi latiori vocabulo dicatur etiam de quauis interpræetatione, seu expositione, aut potius narratione aliquarum rerum naturalium, quo pacto Aris. opus quoddam edidit, quod inscripsit de historia animalium, vbi narrat naturam, & proprietatem, seu passio- E nem eorundem: & Plinius similiter aliud opus edidit, quod voluit inscr. bi de naturali historia. Differt etiam visio latius accepta à prophetia, & reuelatione, quoniam reuelatio aliquid plus in sua ratione continet, quam simplex visio, sic & prophetia, quia omnis prophetia potest dici visio, non autem e

Visio quò distinguitur ab historia & prophetia, & reuelatione.

contra, quandoquidem visio potest esse de quibuscunq; prophetia verò solũ de futuris contingentibus ad vtrum libet & de his, quæ procul sunt, & naturaliter latent, & valdè semota sunt à sensibus nostris, vndè hinc volunt dictum esse hoc nomen Propheta à procul fari, vt Prophetæ dicantur, quia fantur ea, quæ sunt pocul. Quòd autem visio posit esse quandoq; sine reuelatione, & absquè prophetia, manifestũ est ex libro Dan. 7. cum Balthasar Rex Caldeorum vidit in pariete manũ scribentis has dictiones videlicet, Manè, Thetel, Phares, habuit quippè visionẽ, sed non intelligentiam, & reuelationem scripturæ; & pleriq; pseudo prophetæ habuerunt multas visiones, sed nullius verum intellectum: potest etiã contingere Deo, sic permittentę, vel etiam ordinante, quòd etiam impij, & falsi prophetæ habeant alicuius rei visionem, pariter & intelligentiam, vt patet Num. 24. de Balaam, qui hæc mirabilia verba protulit videlicet orietur stella ex Iacob, & cõsurget Virga de Israel, & percutiet Duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth & cæt. quæ sequuntur. Contingit item quandoq; veros Prophetas, nec visiones vllas, nec reuelationes habere, sed spiritu quodam prophetico ductos aliquando vera nunciare, aliquando verò non, vt patet in Nathan Propheta, qui, vt patet 2. Regum 7. prædixit Dauidem ædificaturum templum, & domum Dei, quod tamen non euenit, vt ibidem est videre, cum per eundem prophetam Dominus ei dixerit, filius qui egredietur de vtero tuo, ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam Thronum regni eius vsq; in sempiternum. Quomodo autem prophetia vera distinguatur à falsa, & quomodo prophetia vera distinguatur à spiritu prophetico & quomodo eadẽ ab instictu, & spiritu proprio Prophetarũ secernatẽ, quo videlicet spiritu ducti aliqñ nõnulla ꝑdicũt, alias videbimus satis sit scire ad pręsens quòd non omnis visio etiã intellectualis est verè prophetia, & quòd ad omnem visionem, quæ Prophetam constituit necessaria est intelligentia

Propheta vndè dicitur.

Num. 24.

Prophetia vera quomodo distinguitur à falsa,

Dan. cap. 10.

ſigẽtia, vt habes apud Dan. cap. 10. ex quibus colligi põt qualis ſit iſta viſio, de qua loquitur Iſaias, & quotuplex ſit.

6. propoſitũ ſeu Queſt. 6.

Reliquum nũc eſt explicare id, quod fuit poſtremo loco propoſitum, quid videlicet in iſta viſione viderit Iſaias, & quid ea contineat. Ad quod breuiter dicendum eſt, quòd pręmiſsis correctionibus, increpationibus, & comminationibus, quas frequenter adducit aduerſus impios, rebelles, & incredulos, præuidit, etiam, & prędixit miſteria Incarnationis Chriſti, & omnia miſteria per eundem futura, nec nõ vocationem gentium, & eccleſiæ exaltationem, quin, & promiſsiones æternę hæreditatis, & ineffabilem ac perpetuò duraturam fœlicitatem iuſtorũ, ſic enim D. Hieronymus in proemio huius operis enarrat quaſi ſub compendio pręcipua totius huius operis capitula, inquit. n. quòd vniuerſa Domini Sacramenta pręſens ſcriptura contineat, vt Incarnationem, ac Natiuitatem eius de Virgine, operationem virtutũ & miraculorum, mortem, ac reſurrectionem ipſius, poſtremo vocationem gentium, & quod ipſe tandem ſit ſaluator omnium gentium, & deniq; hæc de hoc Propheta, diuina verba profatur dicens. Sic Iſaiam exponam, vt nõ ſolum Prophetam, ſed, & Apoſtolum, & Euangeliſtam doceam. D. etiam Cirillus de hoc Sanctiſsimo Vate loquẽs ſic ait. Mihi videtur hic Sanctus Propheta non ſola prophetię gratia plurimum exornatus, ſed decoribus Apoſtolicis etiam maximè præditus. & commendatus. D. etiam Thomas, cuius doctrinam ab ineunte ætate ſum libenter amplexus, breuiter, & ipſe explicans quid ſub iſta viſione contineatur, & quid ſit principalis intentio huius operis, dicit eam eſſe circa aduentum Chriſti, & vocationem gentium. At quoniã viæ domini miſericordia, & veritas, non ſolum ea, quæ reſpiciunt miſericordiam, verum & ea, quæ diuinam Iuſtitiam concernunt, in hoc opere continentur: Proinde quidam alij totius operis negotium paucis verbis explicantes dicunt, quòd in hoc Propheta quẽadmodum in omnibus ferè

A alijs inueniũtur hæc tria videlicet prænunciatio futurorum, eorum præſertim, quę ad humani generis ſalutem ſpectant, comminationes deinde, & conſolationes: verùm nõnulli magnę auctoritatis viri dicunt, quòd intentio & ſcopus huius operis ſatis apparet in illis verbis, in ipſa operis inſcriptione poſitis cum inquit. Viſio, quam vidit ſuper Iudam, & Hieruſalem, namq; illa præpoſitio ſuper, cũ ſit æquiuoca, & B ambigua vt diximus ad contra, & de, ſiuè pro, innuitur, quòd Propheta hìc loquitur de malo, & excidio vrbis Hieruſalem, & totius Iudeæ, nec non de eius profectu, & inſtauratione Proptereà dicunt iſti, quòd non temerè ĩ primo cap. Septuaginta Interpretes legunt contra Iudam, & Hieruſalem, in 2. verò cap. de Iudea, & Hieruſalem, quaſi velint innuere, quòd loquitur, & prędicit de excidio Vrbis Hieruſalẽ, C & totius Iudeæ, nec non de eius profectu, & inſtauratione, cuius ſententiæ eſt Euſebius Ceſarienſis lib. 2. de demonſtratione Euangelica, cuius hæc ſunt verba Magnus hic, diuinuſq; Propheta totius Prophetiæ argumentum ob oculos ponit, cum dicit ſe locuturũ de viſione, quam vidit ſuper Iudam, & Hieruſalem. Vbi cunctam Iudæorum nationem redarguit; deinde vero cõmutata ratione meliora quædã D prædicere videtur de eiſdem ſecundũ ſpiritum nõ ſecundum carnẽ. Sed ex dictis poſſet oriri dubitatio apud iuniores, & minus eruditos, ſi videlicet ĩ hac viſione, quam vidit Iſaias illa continẽtur, & ſcribuntur, quę ſunt futura per tot ſecula, quo pacto talis cognitio appellata eſt viſio. Dici poteſt, quòd dicta eſt ſic, vt oſtendatur certitudo eorũ quæ per ipſum Prophetam dicuntur, cum ſpiritus, quo dictante, & reuelãE te talia dicuntur non poſsit mentiri, & longe clariora, & manifeſtiora ſunt, quã ea q̃ proprijs oculis cernuntur, & iccircò eorum cognitio, congruè poteſt dici Viſio, ſimilitudine ſumpta à cognitione ſenſuum, inter quos ſenſus viſus excellit: neq; obſtat tam longi temporis diſtantia quominus hãc pręcognitionẽ viſionem vocaret, quia ille, qui

Hac dictio ſuper. 2. capitur.

Cap. 36.

qui vocat ea, quę non sunt tanquam ea, quæ sunt, oculos quoq; dedit Prophetis, quibus manifestè cognoscerēt, & viderent ea, quę nondū erant. Quāobrem cum volumus in nuere alicuius rei certitudinem nos habere, dicere solemus, id proprijs oculis vidisse, quin, & saluator noster volens ostendere se esse Christum illum Crucifixum, qui resurrexit, Videte inquit ad suos discipulos, manus meàs, & pedès meos, quia ego ipse sum, & D. Thomas Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorum, non credam: Vndè non ab re Prophetæ appellari solebant videntes, vt 2. Paralip. 26. vbi legitur, quod ozias exquisiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum & 33. eiusdem libri Prophetas appellat videntes, & clarius primo Reg. 9. legitur Venite, & eamus ad videntem, qui enim Propheta dicitur hodiè, vocabatur olim vidēs, & iure quidem, quia scilicet eiuscemodi viri videbant quę alijs abscondita, & occulta erant, & quorum munus erat prospicere, & videre, quę populorum vtilitatem concernebant; Et profectò quia aliorum curam gerunt, videntes debent esse, & oculi populorum nuncupari, quandoquidem nihil debent ignorare, aut pręter mittere eorum, quæ spectant ad reip. commodum, & gubernationem. Memini me quōdā legisse apud quosdam auctores, quòd Hebrei loco huius dictionis, Visio, habent quoddam aliud nomen, quod significat aliquid plus, quàm visionē, hoc est Prospicientiam, & perspicuitatem quandam, ac præcognitionem futurorum: & absq; dubio vaticinia Isaię, & aliorum Prophetarum sunt præcognitiones futurorum quæ longè procul à nobis distant, quemadmodum in proposito fuit vaticiniū de Christo, & Ecclesia, de quo ait Apostolus ad Heb. 11. quòd Patres veteris testamenti iuxtà fidem defuncti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram, ex quibus satis liquet, quod non ab re, & non sine maximo fundamento voluit Propheta hanc eius Prophetiā nūcupare visionem, cum inquit Visio Isaię filij Amos, quam &c. His omnibus expeditis tamquam prologomenis, cōsequens est, vt ad rei enarrationem accedamus, sic autem sanctissimus iste vates zelo diuini amoris accensus, & feruore charitatis inflammatus hunc ī modum exorditur. *Audite Cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.* Primū nota, quod Propheta de rebus magnis loquuturus, & longe semotis à nostris sensibus, cum scribendi modum seruat, quem solent seruare sapientes, & viri graues, nam ꝓuerb. 8. hunc inmodum loquitur sapientia. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea vt recta prędicent, & conuenienter admodū rogat sibi pręstari auditum, quoniam, vt idem sapiens inquit, Vbi non est aud tus, non effundas sermonem: sed videamus quos rogat, & interpellat ad audiendum, Cœlum inqnā, & terram, cum dicit. Audite Cœli, & auribus percipe Terra. Magnificum certè, & admirabile prīcipium, cui reliquū opus omne respōdet, & ex quo manifeste deprehenditur, hunc Prophetam fuisse, pariter, & celeberrimum Vatem, & eligantissimum prędicatorem, nec non, & egregium Poetam, quandoquidem (vt videre est) vtitur tropis, & figuris, & alijs loquendi modis, quibus frequenter ipsi Poetę vtuntur, vt prima facie hic est videre, qui aduocans celum, & terram adaudiendum, secundum quosdā vtitur methonimia, quæ continens pro contento accipitur, aut prosopopeia, cum rebus inanimatis sensus, & cognitio tribuitur. Sed cur cęlum, & terram, aduocat, vt audiant, operę precium est diligenter expendere; Vnde dicere possumus, quòd id facit, vt sint in testimonium contra eos, qui non agnouerunt Dei beneficia, & pręsertim contra Iudeos: nequè enim dubium vllum esse debet, quòd nomine cœli possunt intelligi virtutes cœlestes, vt Angeli, & spiritus beati, & per terram, homines, qui inhabitant terram, aduocat igitur huiusmodi creaturas

Ioan. Cap. 20. — *2. Paralip. 26.* — *Proph. dicuntur videntes.* — *2. Paralip 33.* — *1. Reg. 9.* — *Ad Heb. 11.* — 2. — *Prouerb. 8.* — *Eccl. 32.*

creaturas, vt agnoscant, & detestentur ingratitudinē Israelitarum: Quòd autem nomine cœlorum intelligantur virtutes cęlestes patet ex Psal. cum dicitur Cœli enarrāt gloriam Dei, vbi secundum Cyrillum, & alios Doctores per cęlos eo loco intelliguntur Angeli, per terram uerò homines in ea habitantes. ex multis scripturę locis habetur vt Eccl 10. Quid superbis terra, & cinis. Matt. 5. Vos estis sal terrę idest hominum habitantium in terra; & illud fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra: & profectò magna res est, quam dicturus est, & quam audiri oportet, quando ad eam audiendam inuitat cœlum, & terram, & ab ijs principalibus creaturis, & partibus vniuersi digna est vt audiatur. Dicere etiam possumus, quòd per cœlum intelligat viros iustos, & sanctos, qui contemptis rebus terrenis, solum cęlestibus inhiant; per terram vero homines peccatores, & rebus terrenis ad dictos, nanq; cum dicitur apud Isaiam 66. Cœlum mihi sedes est, volunt plerią; Doctores per Cœlum intelligi animam Iustorum quemadmodum alio in loco legitur Anima Iusti sedes est sapientię, & Ps. Dominus in cœlo parauit sedem suam idest in corde Iusti: per terram intelligi possunt omnes peccatores rebus terrenis addicti, quod ex scriptura facillimè habetur, vt cum Genesis.6. legitur Corrupta est terra coram Deo, & repleta est iniquitate, & Isaię 11 Percutiet Deus terram idest hominem virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium, & apud Hierem. cap. 22. legitur Terra, Terra, Terra audi verbum Domini, vbi proculdubio alloquitur Propheta, & comminatur homini, qui est ex terra, qui colit terram, & sapit terram; nec profectò inconuenit nomine Cœlorum intelligi Iustos, & Sanctos, quia cum anima verius sit vbi amat, quàm vbi animat, cōsequens est, vt illi cęlestes, & cœli ipsi nuncupentur, qui cęlestia potius, quā terrena concupiscunt; & e contra non immeritò peccatores, & impij terræ nomine sunt nuncupandi per illud Augustini 1. Io. cap. 2. Si terrā amas terra es, si cœlū amas, cœlū es. Hinc deductum est, vt qui Dijs, hoc est viris probis, & insignibus, & aliqua dignitatē, vel authoritate fulgentibus, aliquo modo detrahunt, dicantur ponere os in cœlum, & proindè reprobentur, & damnentur. Iure quidem, & maxima cum ratione Propheta aduocat creaturas cęlestes, ac terrestres idest Angelos, & homines, vt sint in testimoniū contra nequitiam, & impietatem Iudeorum, postquam suis sceleribus, & impietatibus Deum abiecerunt, & eius dicto nequaquam paruerunt: quia sic etiam fecit Moises daturus legem, & pręcepta illi populo, sic enim inquit Deuter. 32. Audite Cœli quę loquor, audiat terra verba oris mei: hoc idem Regius Propheta testatur dicens ps.49. Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere populum suum. Vocat inquam cœlos tanquam distantes, & terram .i. homines nobis pręsentes; & cuncta intuentes, vt hi omnes sint in testimonium contra Iudeos, & contra omnes, qui non agnoscentes, & considerantes Dei beneficia erga hominum genus, quotidie illum offendunt, & blasphemant, neq; tantillum eius potentiam reuerentur. Magna certè, & inęstimabilia sunt beneficia, quę contulit omnipotens Deus populo Iudeorum, vt bene dixerit Propheta de eo loquens Non fecit taliter omni nationi, & Notus in Iudea Deus, in Israel magnum nomen eius & multa huius generis testimonia reperies in sacris literis, veruntamen si veritatem fateri libeat, ea sunt multo inferiora beneficijs quę populus Christianus ab eo aucepit, vt verè dixerit Apostolus, Multifariam, multisq; modis olim Deus loquēs patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Quo fit, & omnino consequitur, vt longe maior sit nostra erga Deum ingratitudo, quam fuerit pertinacia Iudeorum aduersus Christum. Sed prosequamur vlterius. Hucusq; adduximus expositiones illorum, qui per cœlum & terram metonimicè eos intelligunt, qui cœlum, & terram incolunt; afferamus nunc expositiones illorum,

Margin notes: Psal. 18. — Eccl. 10. — Mth. 5. — Matth. 6. — Psal. 102. — Gen. 6. — Esa. 11. — Hiere. 22. — Terra multipliciter sumitur. — Psal. 49. — Psal. 147. — Heb. 1. capi.

Section letters: A, B, C, D, E

illorum qui per figuram, quam grecè prosopopeiam vocant intelligunt corpora ipsa vt cumq; inanimata: & iure quidē dubitatur quomodo rebus istis insensatis Propheta loquatur, & quomodo eas ad audiendum inuitet, cum non habeant sensum neque auditum. Dicunt ergo aliqui, quòd propterea inuitat cœlum, & terram ad audiendum postquam homo se ad id difficilem prębet, vt vniuersa mūdi fabrica, quę solo Dei verbo propter ipsum hominem facta est, testimonium ferat contra eū; & ratio est, quia dominus locutus est, non quiuis homo, aut quęuis creatura, sed ipse Deus, qui solus fecit hominē, & omnem creaturam. D. Chrysost. inquit, quòd Isaias aduocat hoc loco cœlum, & terram, quę sunt creaturæ irrationales, & insensatę, ad confusionem hominum, qui sunt multo magis irrationabiles, propriæ voluntatis arbitrio quàm ex creaturæ, quæ sunt suapte natura irrationales, & alludit Propheta ad verbum Moisis, qui similiter volens increpare Iudęos, & prędicere illis, quòd ob eorum blasphemias, & peccata in Christum filium Dei, expellendi erant quandoq; de terra promissionis, vtitur ferè eisdem verbis vt supra, dicens. Audite Cęli, quę loquor, audiat terra verba oris mei, & sequitur. Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum: quibus verbis ostendit, quòd sicut terrę aridę necessaria est pluuia, & ros matutinū, sic verbum Dei est necessariū hominibus, pariter, & doctrina sanctarū scripturarum, q. d. Vtinam verba, quæ sū dicturus audiantur à populo, ad quem meus est sermo, quemadmodum terra arida postulat aquam, & herbę rorē matutinum.

Alij dicunt, quòd Propheta aduocat Cœlum, & terram, vt sint testes in iudicium peccati, quemadmodū fuerūt testes obligationis pręcepti, sicut habetur ex auctoritate ꝑallegata Duter. 32. & quandoq; etiam requiritur, & aduocatur creatura, vt sit instrumentum diuinę vltionis, vt habetur sapient. 16. Creatura creatori inseruiens excandescit in tormētum aduersus impios.

A Et alibi. Armabit Deus creaturam ad vltionem inimicorum sap. 5. Neq; hic modus loquēdi est inusitatus apud Prophetas, namq; 3. Reg. 13. quidam ex Prophetis missus ad Ierobaam, non ad eum loquitur, ad quem mittebatur, sed ad Altare lapideū sermonē cōuertit, d. Altare altare hæc dicit dominus Deus Ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorū, qui nūc in te thura succēdunt, & ossa hominum super te succēdet: quibus verbis à Propheta prolatis altare scissum est. & cinis effusus, qui in eo erat: qua re facilè notantur homines duri, & obstinati corde, qui plerūq; tales existunt, vt multo duriores, existant, quam sint res inanimatæ, & lapides insensati. Legimus .n. apud sāctos Euangelistas, quòd venti, & mare obediunt Christo, homines aūt audire contemnunt. Sol audiuit vocem Iosiæ vt habet' Iosuę 10. cui ꝑcepto ne, moueretur cōtra Gabaonē, stetit, & nō est aliter motus, nisi ad vocē Prophetę. Ignis audiuit Heliā loquentē, & præcipientem, vt descenderet de Cœlo, & descendit, vt habetur 4. Reg. cap, 1. Populus autem Israel fuit adeò durus, & pertinax, vt noluerit audire verbum domini? quamobrem non est mirum, si hoc loco Propheta interpellat, & rogat cœlum, & terram, vt suis verbis aures adhibeant, quoniam dominus locutus est, nec fuit, qui audiret vocem eius. Hoc etiam fecit Hieremias Propheta, vt habetur cap. 2. dicens. Obstupescite Cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit Dominus: Duo mala fecit populus meus &c. Et alibi, vt supra dictum est alloquitur terram d. Terra terra audi verbum Domini; sic & in hoc loco Propheta noster alloquitur Cœlum, & terram, quamuis ex sui natura non queant percipere sermonem, & frequens est (vt diximus) hic modus loquendi in sacris literis, vbi rebus inanimatis tribuuntur actiones rerum animatarū, queādmodū attestatur Dauid Propheta, quòd in exitu Israel de ęgipto, Montes exultauerunt vt Arietes, & Colles sicut Agni ouium. Similiter quandoq

Marginal notes: Sap. 5. — 3. Reg. 13. — Mat. 8. Cap 8. — B — C — D — E

quandò populus Israelis conducebat Arcam Domini in templum, vtebatur eodem modo loquendi tropico d. Eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, quibus eisdem verbis vtitur Ecclesia, dū ingressum domini in limbum Patrum nobis proponit, ac repræsentat. D. Cyryllus Alexandrinus adducit quattuor expositiones super his verbis, quas ferè omnes, (si nos memoria non fefellit) tetigisse credimus, inter quas hæc nobis præcipua, & misteriosa videtur, dum inquit quòd Propheta aduocat Cœlum, & terram tanquam ea corpora, quorum obsequio vsus est Deus pro liberatione populi Israelis nam cum Pharao opprimeret populum illum multa, & manifesta signa de Cœlo prodierunt, sic & de terra, nā cœlum demisit grandinem, terra produxit ranas, & in sanguinē cōuersa est, & alia plagarum genera inuaserunt Aegyptios, quæ notissima sunt ex lib. exo. & nunc elementa illa, quasi frustra pro illis laborauissent aduocantur tanquam testes ad condemnandam illius populi ingratitudinem, vt mox diximus ex lib. sap. cap. 5. Pugnabit pro illo s. Deo. & pro quocunq. iusto orbis terræ contra insensatos. i. contra peccatores incredulos, & rebelles, & insigniter obstinatos, & hæc pro intellectu illorum verborum dicta sufficiant.

Dubitant nonnulli Cur vario modo loquendi vtatur Propheta, inquit. n. Audite Cæli, & auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est, præcipit enim Cęlo, vt tantum audiat, terræ verò, vt auribus percipiat. Dubitatio ista leuissima est, sed vt tollamus omnem ambiguitatem, afferemus sententiam quorundam, qui dicunt plus esse aliquid auribus percipere, quàm simpliciter audire, quoniam aure aliquid percipimus, quando illud non solum aure mentis excipimus, sed interius digerimus, penetramus, & firmiter retinemus: simpliciter autem audire nihil vltra significat, quam auribus aliquid percipere, sed re vera hoc dictum mihi videtur arbitrarium. Propterea dicendum quod Terra secundum sui rationem est crassior & hebetior cœlo, ideo A oportet eam maiorem vim adhibere ad percipiendum verbum Dei, quam simplicem auditionem. Est & aliud considerandum hoc loco, Nunquid ea, quæ hic dicuntur, sint benè posita, & constituta, quia nondum erat vastata regio, vt hic dicitur, propterea volunt aliqui hoc primum caput esse veluti argumentum totius libri, positum à Propheta instar cuiusdam cōcionis, & post omnes reuelationes editum; sed hoc
B non est necessarium, Prophetæ. n. solent indifferenter vti nunc præterito, nunc futuro, præterito quidem, ad ostēdendam certitudinem, & infallibilitatem eorum, quæ prædicunt, ideo quæ futura sunt, velut iam præterita proponunt. Dicit ergo Audite Cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est, dicens. n. dominus locutus est, nos vehementer excitat, & attentos reddit, nam sine dubio cum
C quis vir grauis, & sapiens aliquid loquitur, vel se locuturum proponit, omnes assurgunt, aures erigunt, & summam præstant attentionem: multo magis id fieri debet cum Deus loquitur, quippe qui est infinitè sapiens, & ipsa met sapientia. Quod in idiomate nostro legitur, loquutus est, hebrei legunt, loquitur, in ratione præsentis temporis, quemadmodum omnes illæ dictiones verbales in principio primi ps.
D quæ apud nos leguntur sub tempore præterito, alibi leguntur, & intelligi debent secundum tempus præsens. sicut & in alio ps. cum dicitur Non. n. qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. i. ambulant. Dominus itaq. locutus est, & quidnam locutus? *Filios (inquit) enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me*, quæ verba sunt Textus.
adeò consideranda & animo reuoluenda, vt nulli non maximum terrorem,
E & horrorem incutiant, si diligenter expendantur; & hæc non ad Iudeos loquitur tanquam eos, qui supramodum Deum offenderant, & exasperauerant, sed cœlum, & terram alloquitur, ut Iudeorum præuaricationē, & deprauatos mores vniuerso orbi ostenderet, & patefaceret: Quemadmodum. n. euenit matri erga filium nimis affectę, cum ui-

videt eum peruicacem, in malis obduratum, non illum alloqui audet, sed veluti nimis afflicta, alios alloquitur, & ad cœlum vsq; suspiria, querulas voces, & verba nimio dolore conspersa, emittere solet, in huiusmodi, & similia quasi verba prorũpens. Heu me miserã, videte obsero quicunq; adestis noti, & propinqui mei, qualis, & quantus sit dolor meus, & quantum sit iusta indignatio mea, genui hunc filium, enutriui, & educaui, eumq; allactaui, suauiter admodum, & dulciter, & supraquam dici posſit secum egi, quæq; sunt ei placita nunquam negaui, ipse autem receſsit à me, longè abest, me reijcit, neque vult meis vnquam acquiescere consilijs, & mea semper monita contemnit, & subsannat, omni vitiorũ genere, & turpitudine se ipsum commaculans: hunc quasi in modum videtur Deus hoc loco de populo Israelitico, de quo peculiarem curam perpetuò gesſit, & multis gratijs, & muneribus exornauit, querimoniam agere, proinde inquit filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Enutriui inquam non quocunq; modo quemadmodũ videlicet homines, & iumenta nutriuntur, sed peculiari quadã ratione, hoc est cibo tum spirituali, tum corporali, doctina. s. legis, & sanctorũ Prophetarum institutis, & panem Cœli dedit eis, hoc est manna de Cœlo descendens, & exaltauit. i. in ampliſsimã gentem, & magnificentiſsimam remp. euexit, & multa alia dona, & præclara beneficia illis contulit, vt sacræ literæ vbiq; testantur. Ipsi autem spreuerũt me, quia non solum transgresſi sunt pactum meum, sed me prorsus abiecerũt, & præter alia multa peccatorum genera, quę indies perpetrarunt, in grauiſsimum quoque Idolatrię facinus proruerũt. Vereor autem, ne (sicut D Hieronymus inquit) huiusmodi querimonię, quę locutus est Deus de Iudeis, nõ Iudeis solũ, sed & nobis õnibus, qui Christo nomẽ dedimus aptari queant, suscepimus vt potè qui multo maiora beneficia, quã illi, & lõgè sumus eisdẽ deteriores. Cęterũ occasione horũ verborũ nõnulli dubitant Nunquid

A B C D E

Iudei potuerint verè, ac realiter nuncupari Filij Dei, quę dubitatio oritur non solum ex his verbis, ubi dicitur filios enutriui, & exaltaui, sed quoniam 70. Interpretes legunt alio modo. i. filios genui. & exaltaui. Ad hoc dubium videtur respondere D. Ciprianus in sermone 6. de oratione dominica d. non eos posse dici uerè filios Dei, qui per regenerationem spiritualem non fuerit nati ex Deo, sed dicuntur Iudei potius filij Dei, quòd fuerint exaltati, magnificati, & ad maximas dignitates, & pręeminentias euecti, & sublimati, & hunc in modum vult sacrę scripturę dicta debere intelligi vt Deut. 32. legitur. Nonne ipse est Pater tuus, qui posſedit, & creauit te? & Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. & alibi, filius meus primogenitus Israel, & ego ero illi in Patrem, & ipsi erunt mihi in filium. Potest etiam dici, quòd filij Dei appellabantur, & per consequens geniti à Deo per creationem, similiter & nutriti, quia per tot annos in Aegypto, per desertum, & alibi fuerunt cibati, alti, & conseruati per manum Dei; fuerunt pręterea exaltati, quia pręter omne meritum tot victorijs, opibus, ac dignitatibus honestati, quod nemo queat satis explicare, de quibus loquitur Paulus ad Rom. 9. Hęc solutio non satisfacit vllo modo, quia & omnes alię gentes posſunt hac ratione nuncupari filij Dei, quia sunt creati à Deo, rebus ad vitam necesſarijs prouisi, & adiuti, quin & multis opibus ditati, & ad magnos honores, & dignitates enecti, attamen peculiari quadam ratione dicuntur Iudei Filij Dei, quod satisclarè ostendit Dominus noster, cum ponens discrimen inter Iudeos, & gentiles. Non est bonum (inquit) sumere panem filiorum, & mittere canibus. Potest igitur dici, vt multi sacri Doctores sentiunt, quòd Iudei dicebantur eo tempore filij Dei per figuram, quia videlicet erant figura, & signum eorum, qui verè futuri erant filij Dei. sic Theophylactus ait ĩ 1. cap. Ioãnis, & alij.

Qua ratione Iudei nominus filij dei.

Rom. 9.

Matth. 15.

& alij. Quidam aliter exponunt dicẽtes. Filios enutriui, & exaltaui .i. dedi eis potestatem, vt essent filij Dei per fidem in Christum, & per regenerationẽ sacri baptismatis, & per alia vere fidei Sacramenta. Ipsi autẽ spreuerũt me, hoc est, reprobauerunt quando dixerũt Non habemus Regem, nisi Cęsarem, vt verum sit quod dixit Propheta Dauid lapidem, quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli. Si verò quis dixerit. Paulus ad Rom. 9 testatur, quod & ipsi obtinuerunt adoptionem filiorum cum inquit quorum est adoptio filiorum & gloria, & testamentum, & legis latio, & obsequium & promissa, quorum patres &c. Dicas quòd vtiq; hanc adoptionem adepti essent, nisi Deum contempsissent. Aut dicas, quòd adoptio filiorum sumitur eo loco latiori modo, quatenus scilicet maiorem curam, & peculiarem affectum erga populum illũ Deus ostẽdit, cum enim omnia sint Dei iuxtà illud ps. 22. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo, & alibi omnes animę meæ sunt, voluit tamen specialiter eligere in portionem, & hęreditatẽ suã populum istum, vt habetur Deut. 32. Pars aũt domini populus eius, Iacob funiculus hęreditatis, & vbiq; ferè in sacris literis vocat se Deum Abrahã Deum Isaac, & Deum Iacob, quæ omnia satis indicãt pręcipuum quendam amorem, quo Deus prosequebatur populum illum: & proculdubio si ipsi cognouissent conditionem, & statum suum, & gratiam Dei, verè, & propriè filij Dei fuissent: Nihilominus habita ratione eorum, quæ supra diximus, videlicet quòd Deus tot gratijs, & prærogatiuis israeliticum populum referssit, & toties in sacris literis seruum, filium, & hęreditatem suam nominauit quòd vtiq; pręalijs populis sortiri poterat nomen filiationis, & non figuratiue solum, & impropriè, verum est tamen, quòd illa signa corporalia, opes, & prodigia, & quæcunq; fiebant in illo populo, præter veritatẽ historiæ, quę maximam Dei potentiam, & prouidẽtiam commendabant, figuræ erant rerum, & actionum spiritualium, quæ futurę erant in nouo testamẽnto: breuiter tamen, & compendio dici potest quòd populus Israeliticus collatione ad populum gentilem poterat magis propriè dici filius Dei, nec per creationem solum, collatione verò, & relatione ad nos, qui regenerati sumus p baptismum, minus propriè, & quodammodo nuncupatiuè dici possunt filij Dei. Ipsi autem spreuernnt me. Emphasim habent hæc verba, & indignationem maximam ostendunt, quemadmodum, & alibi saluator noster alloquens ait. Ego honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me, Me inquam, qui vos genui, enutriui, & exaltaui, spreuerunt quidem, quia alios Deos sibi constituerunt, & vt ait alius Propheta Hier. 13. Abierũt post. Deos alienos: hoc enim sũmopere displicet diuinæ maiestati · & reuera est peccatũ grauissimum, quemadmodum testatur Iob. 31. cum inquit Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima, videlicet cognoscere alium Deum, & pręter ipsum ponere in quoquã alio spem suã. *Cognouit Bos possessorem suum, & Asinus Presepe domini sui. Israel autem me nõ cognouit, & populus meus nõ intellexit &c.* Prosequitur Isaias exprobrare, & patefacere ingratitudinem, duritiem, & & pertinaciam Israelitarum, vt aliquãdo tanti sceleris pęnitentia ducti confundantur, & ad Deum creatorem, patrem, & largitorem omnium bonorũ conuertantur, & quemadmodum in pręcedentibus verbis detestatus est eorum duritiem aduocans cœlum, & terram, quæ secundum sui naturam sunt res innanimatæ sic in præsenti eos detestatur, & redarguit comparatione brutorũ animantiũ, vt Bouis, & Asini cũ inquit. *Cognouit Bos possessorem suũ & Asinus Presepe domini sui.* Hunc in modum eos redarguit etiam Hierem. cum inquit cap. 8. Cognouit Miluus ĩ Cęlo spiritum suum, Turtur, & hirũdo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini; & salomõ Prouerb. 6. inquit Vade ad formicam ò piger, & considera vias eius, & disce sapien-

Marginalia: Io. 19. — Psal. 117. — Matth. 20. — Rom. 9. — Ps. 22. — Hier. 13. — Iob. 31. — Textus. 8. — Hier. cap. 8.

sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Hunc in modum etiam Saluator noster. Mat. 6. hortatur exemplo, & comparatione volatilium, cum inquit Respicite volatilia Cœli, quoniam non serunt, neq; metunt, & pater vester pascit illa. Iob. etiam cap. 12. Interroga inquit iumenta terræ, & docebunt te. Multa alia huius generis loca reperies in sacris literis, vbi comparatione rerum valde dissimilium, & inæqualium Spiritus sãctus nos monet, & excitat ad nostri ipsius cognitionem, & peccati detestationem, sic ergo facit hoc loco dum inquit. *Cognouit bos possessorem suum &c.* Et quo nam modo dicemus illum cognoscere possessorem suum? hac nempè ratione, quia nunq; desistit ei beneficere: s. arare, triturare aream, & alia præbere officia, quæ sunt in obsequium hominis, & vterq; horum animalium quodam naturæ motu, & impulsu, mouentur ad obsequium dominorum suorum, & pro his, quæ illis proponuntur ad cibum, & refectionem, rependunt suis dominis subiectionem, & obedientiam, & proficiscuntur quò à suis dominis diriguntur, & impelluntur absq; vlla repugnantia. Bos, & Asinus sunt animalia stolidissima, & omni ratione carentia, vt notum est vnicuiq; veruntamen suis dominis obsequuntur. At populus Israel fuit magis stolidus, & insipiens, quàm fuerint ista animalia, vt mox videbitur. Dicunt autem aliqui quòd per illud animal, quod in nostra vulgata editione legitur Bos, iuxta textum hebraicum intelligitur, non quicunq; Bos, sed ille, quæ ferocior, & insolentior est alijs, qui comuni nomine vocatur Taurus, qui aliòs præit, & ducit, & est alijs ferocior, vt hinc arguatur Iudeos fuisse magis reprobos, feros, & intractabiles, quàm Tauri, quandoquidem nec in Tauro ferocitas, nec in Asino stoliditas, & amentia auferre possunt cognitionem, & obsequium in eos, qui illa nutriunt, & possident, nec solum in eos, qui ea diu posséderunt, & obtinue-

Matth. 6.

Iob. cap. 12.

A runt, verum etiam in quoscunq; qui nuper ea susceperint, vel acquisierint. Israel autem me non cognouit. Quia iudicia, præcepta, cæremonias, ac legem Dei contempserunt, & aduanitates, & in sanias falsas delapsi sunt Notandum autem est, quòd in quibusdam textibus non legitur pronomen demonstratiuum v. g cognouit bos possessorem suum, & Asinus presepè domini sui, sed dominorum suorum, &

B cum dicitur Israel me non cognouit, non ponitur pronomen, Me, sed tantum Israel non cognouit, & populus non intellexit. Dicimus ad hæc, quòd hoc non est nobis curæ quid videlicet alij textus habeant, quia nos sumpsimus exponendum textum qui vulgo circumfertur: veruntamen nulla est difficultas, quòd primum alicubi legatur in numero plurali quod nos legimus in singulari, & e contra, vt plerisq;

C in locis facile est videre, & præsertim apud hebreos. Circa illud pronomen. *Israel non cognouit me*, dicimus, quòd licet in quibusdam textibus non sit appositum illud pronomen, facilè tamen intelligitur, quoniam qui Deum non cognoscit, quemadmodum erant hebrei, & quicunq; transgrediuntur legem Dei, nihil cognoscere existimandi sunt, nihil inquam cognoscunt, nihil sapiunt, sunt vecordes & stulti qui

D deum non cognoscunt, & propterea cõgruè dicitur absq; alio addito Israel non cognouit, & populus non intellexit qui videlicet Deum non cognouerunt. Sed dices quomodo Israel non cognuit Deum, cum in Psal. 75. habeatur Notus in Iudea Deus, in Israel magnum nomen eius. Respondemus, quòd dicitur ille populus non cognouisse Deum, quia. s. non cognoscebat cognitione practica, & approbatiua,

E non. n. reuerebantur eum, nec timebant, sed violarunt legem eius & præcepta eius contempserunt, & Dijs alienis adhæserunt. D. Cirillus ita locum istum interpretatur, quamuis, inquit, populus iste legis pedagogia fuerit initiatus, proindeq; gloriam, et maiestatem Dei didicisset, tamen in effrenatam quandam peruersitatem

Iudei non cognouerũt deum: vide q ??.

A delapsus est, & quasi pro nihilo Deũ habuit, ac si nullus esset, qđ quidẽ eò probatur, ꝙ nisi sic esset nunq̃ dixisset ligno, & lapidi Deus meus es tu, tu me genuisti. Quòd si hæc ad fidẽ in Christum referri volumus, multo certius id constat, quòd ipsum non nouerunt .i. cognoscere noluerunt: propterea apud Matth. 23. conqueritur d. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. D. Basilius quest. 212. quærens quomodo acquiritur dilectio erga Deum, & per consequens cognitio. Respondet si cum bona conscientia, & bono animo fuerimus affecti erga eius beneficia, vt apparet in brutis, & prę sertim in boue, & Asino, inquibus ex beneficio Altoris dilectio erga ipsum sponte nascitur, proculdubio facilè cognoscemus eum, & consequenter amabimus, & reuerebimur; Incognita.n diligi non possunt.

Matt 23.

B

Est aliud hic considerandum, nam cum legimus in textu, *Israel me non cognouit*, patet, quòd non de sola Tribu Iuda, & Hierusalem, vt existimabant aliqui. sed de populo vniuerso duodecim Tribuum cõqueritur Deus per Prophetam, quæ ita nuncupantur, quia omnes ducunt originem à Patriarcha Iacob, qui dictus est Israel. D. Hieronymus post multa, quæ digreditur super boue, & Asino, tandem iuxtà sensum anagogicum, vult per hæc duo animalia significari populum gentilem, & Israeliticum, vt per bouem intelligamus populum Israeliticum, qui portauit legis iugum, & mundum animal est respectu aliarum nationum: Per Asinum verò populum gentilem, & idolatram, qui innumerabilium peccatorum onere fuit prægrauatus, & omni veritatis luce destitutus: vterq; tamen cognouit possessorem suum .i. dominum quando vna die crediderũt tria millia ex Iudeis, alia verò die quinque millia, & de gentibus quidem innumerabiles in Christum crediderunt: quo inquam modo verum est quod dicit Propheta, cognouerunt possessorem suum .i. Christum dominum Israel autem secundum carnem nequaquam cognouit.

D. Chrisost. & D. Augustinus asserunt hoc per Isaiam prædictum in ipsa domini Natiuitate fuisse adimpletum, in qua quidem legitur Dominum natum fuisse reclinatum in præsepio. & D. Ambr. super lucam lib. 2. cap. 2. Audis (inquit) infantis vagitus, & non audis bouis dominum cognoscentis rugitus. & D. Athanasius Hęc (inquit) animalia, interquæ positus est dominus, & quæ cognoueruut dominum suum figura fuere populi gentilis, & Israelitici, & hi duo populi referunt illos duos lapides, qui coniungendi erant per lapidem illum angularem, qui est Christus dominus. Alij per Christum positum, & iacentem in præsepio volunt spiritualiter intelligi quasi Christus fuerit pabulum bouis, & Asini .i. populi gen-

C tilis, & Iudaici, Alij alias afferunt interpraetationes, & allegorias, sed hęc pauca adduxisse sufficiat. *Va genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis &c.* Increpat Propheta hunc populum Israeliticum, quòd iam constituerit habitum in peccando, & velut professionem emiserit in delinquendo instar artificum, qui profitentur aliquam artem, vel officium, & sunt adeò faci-

Textus. 4.

D les ad peccandum, quòd sine vllo scrupulo, & difficultate quotidiè labuntur in peccatum, & ex stirpe, & progenie parentum peccatorum originem ducunt, ipsorumq; vitam, ac mores imitantur, & deniq; nullum sceleris genus prætermittunt, vt verè dicere possint peccauimus cum Patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus; & de eisdem loquens Moises Deut. 32. inquit Gene-

Psal. 105.

E ratio peruersa, & in fideles filij & D. Ioannes baptista Progenies, & genimina viperarum quis vos docuit fugere à ventura ira. Et apud lucam inquit dominus Generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę Prophetæ. & paulo infra Profectò testificamini, quòd consentitis operibus patrum

Deut. 32.

Matth. cap. 3.

Matth. 12.

Luc. 11.

patrum vestrorum, quoniam ipsi occiderunt prophetas, vos autem ædificatis eorum sepulcra; & Psal. 57. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, & hoc est quemadmodum nos vulgo dicere solemus de aliquo viro prauo, & vitioso, qui nunquam didicit facere bonum, iste fuit malus in vtero matris suæ. Actorum. 7. Dura ceruice, & incircuncisis cordibus, & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos. & Ezzechielis 2. Filij Israel recesserunt à me ipsi, & patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsq; ad diem hanc. & Hierem. 9. Ambulauerunt post Baalim secundum quòd didicerunt à patribus suis: Et 44. Nunquid non sacrificium sacrificastis in Ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem, vos, & Patres vestri & c. ex omnibus his locis, & plerisque alijs facile colligitur, quòd non immeritò Propheta in hæc verba prorumpit cum inquit. Væ genti peccatrici. Vbi notandum, quod ista interiectio (Væ) potest esse nota condolentis, & commiserantis, potest etiam accipi tanquam nota, & signum comminantis, & prædicentis aliquod graue exitium, & irreparabile damnum: si priori modo accipiatur, clarum est, quòd per hæc verba innuitur pietas, & misericordia, qua Deus erga peccatores commouetur, quemadmodum etiam Genesi. 3 legitur, postquam Deus cognouit Adam peccasse, non statim tulit in eum sententiam, sed prius interrogat Adam vbi es? q. d. Quid fecisti o, miser, vbi es? quo vadis? nonne agnoscis peccatum tuum, quasi uolens per ea verba eum subducere ad cognitionem sui facinoris, vt cognito peccato, & errore, & pudefactus facilius resipisceret: Vndè facile possumus conijcere quòd Deus non delectatur in perditione hominum, sed potius humano more loquentes dicere debemus, eum tristari, & dolore, cum nobis infert penam, quemadmodum legimus de Saluatore nostro, quòd appropinquans Ciuitati Hierusalem, & præuidens illam subuertendam esse per Romanos, fleuit super illam lucæ 19. Proinde non abre Dauid psal. 50. misericordiam Dei appellat magnam, & alibi, Miserationes eius (inquit) super omnia opera eius. D. Paulus testatur d. quòd Deus diues est in misericordia, & Ecclesia canit, Deus cui proprium est misereri semper, & parcere. Sic itaquè hoc loco dum Propheta ait *Væ genti peccatrici*, videtur omnino condolere, compati, & misereri ruinæ, & destructionis populi Israelitici sic exponit Eusebius 2. de demost. cap. 36. d. quod his verbis deplorat gentem iudeorum. Potest etiam illa dictio, seu interiectio esse nota comminantis, & prædicentis ruinam, & excidium ciuitatis Hierusalem, & vniuersi illius populi ob maximas impietates, & abominationes, quas ipsi, & Patres eorum perpetrarunt. Vocat eam peccatricem, vt iam diximus, quia non simpliciter quandoq; peccant, & errant, sed continuè delinquunt, & persistunt in peccatis, & quemadmodum diximus in eis perpetrandis habitum quendam constituerunt & in eisdem penitus insorduerunt, & quasi in naturam transiuit iniquitas, & hac ratione vocat gentem illam peccatricem, vt indicet facilitatem, & assiduitatem in malis perpetrandis. Namq; non quicunque peccat potest congruè dici peccator, sed qui consueuit frequenter peccare, & qui maxima facilitate, & quacumq; occasione oblata peccat, quemadmodum nos non dicimus aliquem esse infirmum seu valetudinarium qui laborat aliquando aliqua infirmitate, sed qui assiduè fermè lecto decumbit, aut aliqua mala affectione detinetur, vt non possit perficere necessarias operationes, qui potius dici solet valetudinarius, aut malè affectus, quàm infirmus, sicut etiam non vocatur artifex, qui semel aliquod opificium, vt scamnum, vel serram quomodocunq; effecerit, sed qui habet habitum artis, & frequenter operatur,

Margin notes: Psal. 57. — Act. 7. — Ezech. 2. — Hier. 9. quę antea dicit propheta. Et 44. post medium. — Veh: multi farie sumitur. — Gen. 3. — Luc. 19.

Margin letters: A, B, C, D, E

ratur, & maxima cum facilitate perfecit ea, quæ ad artem pertinent, & quæ potest alios docere. Hunc in modum apud lucam cap. 7. appellabatur mulier illa in ciuitate peccatrix, quia communis erat opinio, & talis apud omnes habebatur, quòd ipsa esset penitus dedita vanitatibus, & illecebris huius mundi. Considerandum est etiam, quòd Propheta vocat populum illum, peccatricem gentem cum dicit. *Vagenti peccatrici.* Hoc .n. facit ad maiorem illius populi abhominationem, & vituperationem: Dedecus .n. erat eo tempore nomen gentis, tanquam populi, qui viueret quasi sine Deo, sine lege & vt vno verbo dicā more bestiarum: vndè cum dixit Saluator noster Ioannis 7. Quo vado vos non potestis venire, dixerunt Iudei ad semetipsos. Quò hic iturus est; nunquid in dispersionem gentium, & docturus gentes? Perindè tunc erat ac si nos hoc tempore diceremus, hic vult proficisci ad lutheranos, vel Turcas, aut Saracenos, Et Paulus Rom: 1. enumerat prauos mores, & conditiones ipsarum gentium, & Clarius 2. cap. eiusdem Epistolæ, & ad Galat. 2. Nos (inquit) natura Iudei, & non ex gentibus peccatores & prima, ad Thesal. cap. 4. monet eos, vt nouerint vas suum, possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij, sicut gentes, quæ ignorant Deum.

Luc. cap. 7.

Rom. 1. Et 2. Galat. 2. 1. Thes. cap. 4

Posteà vocat populum grauem iniquitate, dicitur populus grauis iniquitate secundum quosdam cuius cor est obcęcatum, & aures eius agrauatæ. q. d. populum istum, & gentem istam grauem esse infidelitate, quia videlicet non credit verbo Dei, Dicit Glosa quòd gens illa dicitur grauis iniquitate, quia quodlibet peccatum si non statim diluatur, sua grauitate ad aliud trahit. Sed proclariori intellectu huius dicti notādū ꝙ graue aliquid potest bifariam dici. Vel quia maximè ponderat, vel quia est multiplex, seu numerosum: primomodo graue est saxum, & onerosa est arena Prouerb. 27. Vtroq; autem granior est stultus, sicut impijs, & male agentibus grauis est vir bonus, & iustus, vt sap. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum, de homine probo, & iusto loquens. Et Iob. 7. Factus sum mihi metipsi grauis. Hoc modo accipiendo graue, nulli dubium, quòd peccatum valde aggrauat animam; quemadmodum D. Hier. adducit testimonium Zachariæ cap 5. quòd .s. iniquitas sedet super talentum plumbi. Et Dauid Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quibus verbis vnusquisque facilè potest inspicere quanta sit vis peccati, & quam graue sit pondus ipsius, quod Angeli sustinere nequierunt, qui a Deo recedentes, & tam graue onus sustinere non potentes, e tam sublimi loco cæciderunt, & in infimum orbis terrę locum fuere deiecti, quem magnum, & irreparabilem casum hic sanctus Propheta admiratus inquit cap. 14. Quomodo cæcidisti lucifer, qui mane oriebaris; & Saluator noster. Videbam (inquit) Sathanam sicut fulgur de Coelo cadentem. Quarè si peccatum est adeò graue pondus, quod non potuerunt sustinere spiritus illi tot pręclaris dotibus præmuniti, non est quòd dubitemus de eius grauitate & difficultate ad sustinendum: quarè valde insipientes sunt homines, qui hac in parte sunt multo stolidiores brutis animantibus, videmus enim si quod onus graue, & importabile superimponatur alicui iumento, vt equò, aut Asino, statim reijcit illud, aut potius succumbit, & prostratus humi iacet; nos autem super humeros animæ nostrę tot onera peccatorum imponi permittimus, quæ tandem demittent nos ad infernum, & tamen illa sustinemus, vbi miseriam, seu potius stoliditatem nostram deplorare debemus. Constat igitur, quòd non ab re Propheta comminatur genti illi peccatrici, & vocat eam gentem grauem iniquitate, quia scilicet non quæcunq; peccata perpetrabat, sed grauiora scelera, & vsquè adeò onerosa, vt difficilè admo-

Graue 2.

Prou. 27.

Sap. 2.

Iob. 7.

Zach. cap. 5.

Psal. 37.

Esa. cap. 14

Luc. x.

Quæ peccatū dicuntur grauia.

admodum potuerint ab eis releuari.

Secundo modo sumitur graue pro multiplici, siuè numeroso, quo modo accipit Propheta cum inquit in psa. 34. In populo graui laudabo te. i. in populo numeroso frequenti, & multo, & Ezechiel. 7. Ciuitas plena est iniquitate, & hoc modo septuaginta Interpretes legunt, nam vbi Textus noster legit, populo graui iniquitate, ipsi legunt. Populo pleno peccatis; & propterea dicebatur grauis iniquitate, quia non vno tantum morbo peccati laborabát, sed multis, & varijs morborũ generibus, vt auaritia, superbia, inuidia, & ęmulatione, & multis alijs scelerum generibus erant coinquinati, quemadmodum vbiq; per sanctos prophetas notantur, & redarguuntur, idquod facit etiam saluator noster, vt est videre apud sacros Euangelistas in pluribus locis, præsertim Matt. 23. vbi Saluator illis etiam comminatur eo sanè modo, quo facit hic Isaias dicens. Væ vobis scribæ, & Pharisei væ, væ, & multoties vsus hac nota, siue comminationis, siue commiserationis. Dicitur ergo, Populus ille grauis iniquitate, vel quia magna, & enormia peccata perpetrauit, & in illis quasi prostratus iacebat; vel quia multa & ingentia peccata commisit. Sic enim exponit Eusebius, loco iam citato. populo pleno peccatis. Cum vero psalm. 34. Propheta nominat Populum grauem dicens in populo graui laudabo te, per populum grauem intelligit grauem idest numerosum vel grauem idest nobilem, insignem, & præpotentem, qualis erat futurus populus gentilis, post Christi passionem. Diuus Augustinus exponens hanc partem dicit Populum grauem eum esse, qui velut triticum, non facile sicut palea eleuatur à terra, idest non facile à rebus terrenis commouetur, sed firmus & stabilis manet in laude, & confessione fidei. Hæc particula, semini nequam, non solum potest referri ad progenitores eorum, qui tunc erant, & futuri erant imitatores, & sectatores illorum scelerum, contra quos adduximus testimonia, ex multis locis scripturæ, sed potest etiam referri ad posteros, & descendentes eorum, de quibus, & ad quos tunc loquebatur. Proph. q. d. Væ semini nequã. i. væ illis, à quibus procedunt, & producuntur filij nequam. i. homines nullius valoris, nullius roboris, & nullius pensi, quandoquidem semen est id, ex quo aliqua proueniunt: propterea Iudei, qui tunc erant, poterant conuenienter vocari semen nequam ità quòd semen hoc loco potest accipi in significatione actiua, & significatione passiua, hoc est semen, quod est principium generationis, & semen genitum. i. proles, & stirps ab alio descendens, & semen, quod est causa prolis; & vtrunq; potest congruè dici semen nequam, & semen pessimũ, quemadmodum alius textus habet, semen inquam, pessimum, quia ab iniquis, & pessimis patribus processit, semen generans pessimum, quia pessimos, & iniquissimos filios producit, quod insinuauit Saluator cum dixit Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Contingit. n. sępenumero, quòd Pater impius, & peccator generat filios sibi similes; & quilibet homo prauæ conditionis, & mali moris, eos, cum quibus ille versatur, & consuetudinem habet, sui similes facit, vt inquit Propheta ps. 17. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, tametsi hoc non fit vniuersaliter verum; quoniam vt habetur 4. Regum 22. & 2. Paralip. 34 Iosias erat vir bonus, & gratus Deo, fecitq; quod placitum erat coram domino, & tamen pessimos, & valdè impios habuit progenitores: quòd attinet ad malorum societatem, nulli dubium, quod est valdè perniciosa, & maximè idonea ad corrumpendos mores, propterea monebat sapiens prouerb. 1. d. Fili mi, si te laudauerint peccatores, ne acquiescas eis, & paulo post Ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum; & per omnes illos libros, & volumina, in quibus de moribus, & vita hominum pertractatur, eadem, vel similia documenta habebis. Cauendum

Psal. 34

Ezech. 7.

Matth. 23.

Io. 8.

Psal. 17.

4. Reg. 22. 2. Par. 34.

Prouer. 1

dum est ergo, & rogandus Deus, ne malorum hominum societatem incurramus, quia periculum est, ne similes illis efficiamur, legimus .n. Gen. 33. quòd Iacob noluit ambulare cùm Esau fratre suo, quia erat malus, tametsi placasset eum muneribus, & multa signa dilectionis ostendisset, & Num. 16. legitur quòd Moises præcepit multitudini filiorum Israel, vt recederet à tabernaculis hominum impiorum. Nolite (inquiens) tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum. Reuertẽtes ergo vndè digressi sumus, dicimus, quòd non iniuria Isaias Propheta iussu Dei comminatur populo Israelitico dicens. Væ genti peccatrici, væ populo graui iniquitate, væ semini nequã, & postremo subdit filijs sceleratis. Nescio sanè quid turpius, quid horribilius, & ignominiosius dici poterat de illo populo; vocat autem populum illum filios sceleratos, hoc est omni vitiorum turpitudine commaculatos, & qui ita in peccatis perpetrãdis exoleuerant, vt palam, & absq; vllo pudore ea committere non vererentur. Sed considera quæso, & aduerte summam Dei benignitatem, quòd licet in eo essent statu, & vitæ ratione populi isti Israelitici, nihilominus vsquè adeò benignus, & misericors est Deus, quod nõ dedignatur vocare eos filios, vt hoc nomine audito, fortassis commoueantur, resipiscant, & ad eum reuertantur, quemadmodũ & Saluator noster dum instaret tempus passionis suæ, eum discipulũ, qui eum traditurus erat ad se accedentem, amicũ vocauit (inquiens) Amice ad quid venisti? qua uoce audita, si præuaricator ille fuisset homo & non lapis, proculdubio resipuisset, quemadmodũ vnusquisq; nostrum resipiscere debet, dum considerat, & aduertit summam Dei benignitatem, & ineffabilem eius erga nos misericordiam. Nota etiam secundũ D. Hierony. quòd licet Propheta vtatur diuersis vocabulis, & nominibus videlicet gens, populus, semen, & filij, omnia ista nomina de ipso Israele dicuntur, quibus facilè innuitur, quòd nullum genus peccati, nulla grauitas, & enormitas scelerũ poterat reperiri, quæ in populo habreorum nõ fuerit. *Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.* Cum propheta explicauerit repudiationẽ populi Israelis, quòd. s. repudiauerit, & spreuerit dominum creatorẽ suũ, & demonstrauerit brutalẽ eorũ fatuitatẽ, nec nõ cõminatus fuerit & prerefecerit populũ suũ, nũc explicat sigillatim peccata, in q̃ proruerat, & inquit. Dereliquerũt Dñum, blasphemauerũt &c. Dereliquerũt inq̃ eũ, qui erat & qui est, & sẽper erit, & à quo non solũ ipsi, sed cætera omnia, quę sunt, habent id, quod sunt. Recesserunt ab eo, tanquã à fonte omnium bonorũ, & à quo innumerabilia bona receperũt: de hac defectione, & derelictione, abundè satis loquebatur Moises, vt habetur Deut. 32. vbi inquit Generatio praua, atq; peruersa heccine reddis dominò popule stulte, & insipiens, nũ quid ipse non est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? Et post pacua subdit, postquam recensuit alia quædam beneficia, quæ cótulit illi populo. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorẽ suum, & recessit à Deo salutari suo, & quæ sequuntur. Hoc idem Hierem. cap. 2. Me (inquit) dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas &c. Denique nõ est locus neque in vetere, neque in nouo testamẽto, vbi non fiat mentio de ista insigni & profunda ingratitudine populi Iudaici erga dominum suum. & nota, quòd non ab re ponitur illa dictio (Dominũ, cũ inquit. Dereliquerũt dominũ, quod notat extremã, & ĩsignẽ illius populi stultitiã, & grauissimũ scelus, ꝙ nõ quemcũq; dereliquerunt, sed eum, qui solus est dominus, & verè est dominus, & illius populi peculiari quadam ratione dicebatur Dominus.

Nec solum dereliquerunt, verũ ẽt blasphemauerunt Sanctũ Israel, hoc est conuitijs lacesserunt, & velut quid pollutũ, & contaminatũ abiecerunt, sũmã eius bonitati, & Sanctitati contumeliã irrogãtes, nec fine rõne ad exaggerandũ, & aggrauãdũ eorũ facinus, & flagitiũ dicit Sãctũ Israel, hoc est blasphema-

Marginalia: Gen 33. — Num. 16. — Cum inimicis & hostibus modeste tractandum. — Matth. 26. — Textus. 5. — Deut. 32. — Hierem. 2. — A, B, C, D, E

phemauerũt eũ, qui summa veneratione, cultu, & reuerentia iã olim habebatur ab Israele, & vt vno verbo dicam qui omnium erat Deus, & dñus, & verè sãctus dicebatur tm̃ Deus Israelis, quippe quem solum pro numine, pro Deo, & suo patrocinio habebant veteres Patres. Profectò graue peccatũ fuit eos dereliquisse dominum, recessisse ab eo à quo habebant esse, bene & fæliciter esse, & à quo tandem velut à fonte inexhausto omnia bona receperunt, et sine quo nihil boni facere, nec habere, vel vllo vnquam tempore expectare poterant, vt benè Hierem. cap. 5. et cap. 7. attestatur, sed longè maius, et grauius delictum fuit sanctum eius nomẽ blasphemare, illi detrahere, et varijs cõtumelijs lacessere, quæ oĩa facilè cõprobare possumus, si verba Prophetarũ in memoriam reuocemus, cum ipsi de Dei potentia diffidebant dicentes. Nũ quid poterit Deus parare mensam in deserto: Et apud Ezechiel. 18. cum dicerent. Non est æqua via Domini, melius erat nobis, cũ Deos coleremus, & alia multa huiusmodi, quæ si referamus ad Christum dominum Saluatorem nostrum, facilè nobis occurrent plures blasphemiæ, & maledicta, quæ faciebant in eũ, cum dicerent. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Et alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: & multa alia blasphemantes dicebant in eũ, vt Demoniũ habes, & alibi. Seductor ille dixit, & multa eiusmodi. Nec parua sunt hæc, si velimus aliquantò prolixius expendere rationem, & significatum istorũ nominũ videlicet blasphemare, & Sanctũ. Sãctũ.n. significat, siuè dicitur id, qd est purũ, & mũdũ, & segregatũ, & separatũ ab oĩbus alijs rebus, & quasi super excedẽs oẽm bonitatem, & perfectionem: vnde est illud præceptum leuitici cap 20. Sancti eritis mihi, sicut & ego Sanctus sum. i. quemadmodũ ego super oẽs alios excellentia puritate, munditia, & perfectione sum segregatus ab alijs, & excedo oẽs alios, ita & vos mihi eritis populus segregatus, & maiori excellentia, & perfectione prædictus, & decoratus, quã alij Sanctus etiã dr̃ Deus ab effectu sanctificãdi, & mundandi alios, quemadmodũ & ministri Dei sancti debent appellari ab effectu sanctificandi, & mundandi. Sanctũ itaq; dr̃ illud, cui cultus, obsequiũ, & religio, pariter & deuotio ipsa natura instigante ab oĩbus debetur. Nihil ergo indignius, nihil absurdius fieri, & esse pot aut excogitari quàm eum, quẽ sanctè, & religiosè, & magna cũ reuerentia ac deuotione colere debemus, execrari, & blasphemare ac detestari, quasi rem turpẽ, immundã, & pollutã. Vt aũt huius rei exemplum ponamus, quò ostendamus quàm graue facinus cõmiserint Iudei. Accipiatur quis, qui aliquem deseruerit, nec velit illius vllatenus admittere cõsortium, aut vllã cũ eo inire societatẽ, sed nihil vltrà facere, nec aduersus eũ quicquã moliri, satis profectò eiusmodi tolerabilis erit: At si præter hæc abominetur, & detestetur illũ, & iniuriã fecerit, proculdubio valdè intolerabilis erit, nec poterit vnquã sine culpa transigi. Hunc in modũ se habuere Iudei aduersus dominum, qui non solũ eũ dereliquerũt, verũ etiã blasphemauerunt. Blasphemia nãq; (vt de ea aliqd. dicamus) nĩl aliud prorsus est, quã rẽ indignã de Deo cogitare, vel illi tribuere, quod nõ cõuenit, aut alijs tribuere, quod ipsi soli cõpetit, quemadmodum amici Iob negantes Dei prouidentiã, dicebãt. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, qđ quidem peccatũ, & vitium ita est Deo exosum ꝙ secundum quosdam Hębreos eruditos, nomen blasphemiæ circa nomen Dei non inuenitur in scriptura sacra, nisi per circumlocutionem, aut per contrarium suum: huius rei exemplum habemus Iob. 1. Vbi dixit Satanas ad Deum de Iob. Tange illum, nisi in faciem benedixerit tibi. i. inferas illi aliquod malum, & videbis, si non publicè maledixerit tibi, & eius Vxor dixit ad eũ, Benedic Deo, & morere i. maledic. Et Michael Arcãgelus teste Iuda Apostolo, cũ disputans cum diabolo altercaretur de Moisi corpore, non est ausus inferre nomen blasphemiæ, sed dixit Imperet tibi Deus: ex quo satis colligi potest quã abhominabile extiterit hoc vitium

Marginal notes: *Hiere. cap. 5. & 7.* — *Ps 77.* — *Ezech. 18.* — *Ioan. 18.* — *Deus dicitur Sanctus multipliciter* — *Iob. 1.* — *Iud. capi.*

tium coram domino, quòd ẽt confirma-
tur ex eo, quod Saluator noster in ini-
tio orõnis dominicæ, qua hõies in-
struit quid, & quomodo orare debeãt,
priori loco illud proponit.i. Sanctifice-
tur nomẽ tuũ. i. de tuo nomine, de tua
Mat.cap 6. virtute, ac maiestate, vbiq; digna dican-
tur, & sentiãtur. ꝙ aũt Deus vocetur
Sanctus Israel clarũ est ex innumeris
penè locis sacrarũ scripturarũ psal. 72.
Psal. 72. Quambonus Israel Deus his, qui recto
Psal 71. sunt corde & ps 71. Benedictus Dñus
Psal 88. Deus Israel. & Ps. 88. Dñi est assumptio
Isa. x. nostra, & sancti Israel Regis nostri, Isa.
Hier. 2. x. innitetur super Dñm Sanctũ Israel.
Hierem. 2. Sanctus Israel dño primitię
frugum eius &c. Dñus ergo Deus vo-
catus sanctus, vocatur sanctus sancto-
rum, Sanctus Dei, & sanctus Israel. Et
illa dictio Israel debet accipi in casu
obliquo ipsius genitiui, non in casu re-
cto; sed quid laboramus in explicatio-
ne blasphemiæ, aut potius in explica-
tione huius delicti, qd perpetrarunt fi-
lij Israel, cum nõ solũ Deum dereliquẽ-
rint, & sanctũ Israel blasphemauerint,
sed ad manifestandam magis eorum
insaniam, & peruersissimam mentem
subdit Propheta dicens. Abalienati sũt
retrorsum.i.omnino recesserũt à Deo,
terga verterunt illi, & ad Idola muta,
& surda se penitus couerterunt, nec
de Deo quicquã amplius intelligere, &
scire voluerunt, hoc est quod ait. Aba-
lienati sunt retrorsum, quo verbo vult
innuere Propheta sceleratissimam, ac
perditissimã Iudeorũ mẽtẽ erga Deũ.
Textus 6. *Super quo percutiam vos vltra addentes*
preuaricationes? Omne caput lãguidũ, &
oẽ cor moerẽs, à planta pedis vsq; ad verti-
cẽ capitis non est in eo sanitas, vulnus & li-
uor, & plaga tumens, non est circumligata,
nec curata medicamine, neq; fota oleo.
Hoc loco Propheta ex persona domini
videtur conqueri, & quasi dolore con-
fici, videns pertinaciam, & incorrigibi-
litatem populi sui, quòd. s. nec timore
pęnæ, nec virtutis amore à peccato re-
cedit, sed indies maiora, & grauiora pec-
cata cõmittit: propterea postquã pau-
lo ante manifestauit eorum statum, &
cõditionẽ, & incredibilẽ, ac detestabi-
lẽ ingratitudinem, ꝙ videlicet dereli-

A querũt dñum, & sanctũ Israel blasphe-
mauerunt, ac prorsus ab eo recesserunt,
& alienati sunt, ob q̃ defectionẽ, multis
ab eodẽ flagellis, & plagis sunt ꝑcusi, vt
qñdoq; moniti, & excitati resipiscerẽt,
neq; tãdẽ resipuerunt, tanq̃ de eorũ sa-
lute diffidẽs, inquit. Super quo ꝑcutiã
vos vltra. Textus iste multas habet ex-
positiones; prior est super quo ꝑcutiam
vos vltrà.i.quis nã supest ex oĩ populo,
quis reliquus est in toto regno, sup quo
B ꝑcutiã in quo videlicet potẽtiã meã, &
virtutẽ ostẽdã, qua cognita, & ꝓspecta
ad cor redeatis? Nullus inq̃ superest,
qa oẽ caput lãguidũ, & oẽ cor mœrẽs,
A planta pedis vsquè ad verticẽ capitis
non est in eo sanitas, oẽs inq̃ tam maio
res, q̃ minores, tã principes, quã popu-
li, tam sacerdotes, & ministri, q̃ infimæ
sortis homines, & oẽs tandẽ declinaue-
runt, & inutiles facti sunt quarè, nullus
est, qui nõ fuerit hucusq́, percussus, &
C varijs modis diuexatus, vndè non est
super quo percutiam vos vltra D. Tho.
innuẽs ferè hunc eundẽ sensum sic ex-
ponit. Sup quo ꝑcutiã vos vltra q.d. nõ
est ꝙ ꝑcutiã vos amplius, quia semp ad-
ditis peccata peccatis, neq; vllus est ꝓfe
ctus huius meæ correctionis neque
se offert qsquã ĩ toto populo qui vos ar
guere possit, & ad semitã reducere, neq;
cõsulendo, aut quouis modo suffragan
do, aut bene operando, quia omne ca-
D put languidum, & oẽ cor moerẽs &c,
Datur 2. expositio, & est meo iudicio
textui magis consona. Super quo per-
cutiam vos vltra.i. quo genere pęnarũ,
& suppliciorum vlterius vos percutiã,
cùm tot flagellis ac penis vos affligẽs,
vt quandoq; de resipiscentia, & emen-
datione cogitaretis, & grauissimas of-
fensiones, quas in hanc vsq; diem in
me dominum vestrum intulistis ad me
moriam reducentes, desistere tan-
E dem deberetis, nihilominus semper
additis præuaricationem, ità, vt nulla
amplius supersit plaga, qua vos ea ratio
ne percutiam. & secundum hanc exposi
tionẽ pręsens particula optimè conue-
nit cũ ea, q̃ statim sequit̃ videlicet. Ad-
dẽtes ꝑuaricationẽ. Affertur & alia ex-
positio sup his verbis, sup quo ꝑcutiam
vos vltra addẽtes ꝑuaricationẽ. i. cur,

&ob

& obquam causam, inquem finem volo vos vlterius affligere, molestijs afficere, & flagellis cædere, cum hæc mea afflictio, & pęnarũ inflictio nihil proficiant, & nihil conferant ad eum finẽ consequendum, quem maximè cupio & requiro: Ego enim vos percutio, flagris verbero, diuersis pænis afficio, vt aliquando resipiscatis, & à peccato desistatis, vos tamen præuaricamini, & peccatis prioribus alia rursus peccata superadditis, frustra ergo percutio; frustra laboro. Non est qui faciat bonũ non est vsq; ad vnum. Omne caput lãguidum, & omne cor mærens, à planta pedis vsq; ad verticem capitis non est in eo, vel in toto regno, vel inquouis homine vlla sanitas, prior expositio respicit subiecta, & personas, super quas fit percussio, vel etiam partes regni, vel personarum. Secunda expositio respicit genera plagarũ q. d. Nullum est genus supplicij, aut plagæ, quod super vos excitandos, aut excutiendos non fuerim expertus, & nihil hucusq; profeci. Postrema expositio refertur ad causam, seu rationem, qua motus est Deus ad nos percutiendos, & innuit causã fuisse vanam, & frustratoriam, cum per eam Deus nequaquã fuerit assecutus suam intentionem: & quamuis nonnullum discrimen inter prędictas expositiones esse videatur, omnes tamen ad vnam solam intentionem diriguntur, ad ostendendum .s. quòd inanis erat, & superuacua omnis diligentia, quæ ad hibebatur pro resipiscentia, & correptione Iudeorum, quia apud eos nihil erat boni, omnes erant contaminati, & coinquinati à maximo vsq; ad minimum, & econtra: propterea dicit Propheta Omne caput languidum, & omne cor mærens: si loquamur de toto regno Iudeorum ad similitudinem corporis humani, nulli dubium, quòd per caput debent intelligi omnes principes, & magistratus, per Cor, intelligi possunt Sacerdotes, qui & ministri Dei in populo: per pedes extremę & infimę sortis homines, qui omnes tam hostili gladio concisi, quã fame, & sterilitate domiti in summæ miseriæ discrimẽ erant adducti. Principes enim qui sunt duces. & capita populorum sunt impij, iniusti, rapaces, & increduli: Scribę verò, & legis Doctores, ac Ministri templi, qui velut cor totius populi exemplo vitæ, & sinceritate doctrinæ debent alios instruere, & monere, sunt in perpetuo moerore, & tristitia, non modo ob eorum propria, & aliorum peccata (vt quidam opinãtur) sed ob inopiam, ac defectũ virtutis, & doctrinæ. Reliqui verò omnes à planta pedis usq; ad verticem capitis sunt infirmi, plagis, & vlceribus contaminati (nec mirum) qui, (vt vulgo dicitur) quando caput languet, omnia mẽbra dolent, & hæc ad mores & cuiusq; priuati hominis actiones referendo; nam quando quis laborat infidelitate, habet caput languidum, quia fides est fundamentum omnium virtutum, dum laborat insipientia, tristatur & mæret, vt potè nesciens ponere discrimen inter bonum, & malum, vt nouerit hoc eligere, illud verò respuere: Et qui his malis est affectus, dubio procul in eo nõ est sanitas .i. nulla virtutis operatio, sed sola preparatio ad perpetuam gehennam. Quare hæc genera malorum, quæ hominem languentem, & mærentem afficiunt, explicans Propheta inquit. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens &c.* Vt per vulnus intelligi possit etiam peccatũ manifestum: per liuorem, inuidia latens, per plagam tumentem vitium superbiæ, qui morbi si fuerint obfirmati, nec præcepto legis diuinæ, nec verbo, & exemplo maiorum, neq; operibus misericordię solis possunt vllum medicamentum suscipere. hoc est quod dicit Propheta *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neq; curata medicamine, neq; Fota oleo, propterea inquit Deus Super quo percutiam vos vltra addendes præuaricationem*; Quibus verbis facile possumus intelligere Deum sępẽnũo afflictiones, & flagella nobis immittere, quo à peccatis recedamus, & recto itinere incedamus.

Sed quamquam eiusmodi morbi, siue peccata difficile tollantur, veruntamen fasciorationum (inquit Glos. Interl, vulnu's .i. malitia potest circum ligari

gari

gari, liuor, hoc est inuidia exercitio bonorum operum potest aboleri, plaga tumens, hoc est superbia, & ambitio, lacrymis pœnitentiæ, & operibus misericordiæ curatur, iuxta illud Danielis, peccata tua eleemosinis redime. D. Bas: huiusmodi morbos, & prauas affectiones ad ecclesiam adaptans īquit, quod vulnera, quę in corpore humano fiunt per diuisionem continui, in corpore mistico ipsius ecclesię sunt hęreses, & scismata, Hypocrisis verò, & inuidia, sunt veluti liuor, qꝫ si sanies redundat, & non extrahatur, & pręsētaneum remedium adhibeatur, fit veluti plaga tumens, & fit lāguor penè insanabilis. & perpetuo per elationem animi, & superbiam turbat Ecclesiam, & totum corpus misticum. Cum verò dicebatur. Super quo percutiā uos vltra addentes pręuaricationē, prætterquamquod his verbis vult īnuere Propheta auersionem à Deo, nolle illum respicere, nec eius audire pcepta, & monitiones vt supra diximus aliud qd vult ēt īnuere, vt mox exponemus, cū prius quid propriæ sit pręuaricatio aperiemus. Qui enim huius vocabuli vim explanāt, dicunt eum esse præuaricatorem, qui aliud quamquod facere debet, & dicere, dicit, & facit, aut contrariū illius, aut non eo modo quo debet, qua descriptione facile est videre, quam malum sit, & pniciosum hoc genus peccati. Quod alij difinientes, vel describētes dicunt, quod præuaricatio significat peruersum dogma, & ea scelerum genera, per quæ omnino à deo auertimur. Cum vero dicit Propheta Super quo percutiam vos vltra addentes pręuaricationem q. u. dicere, nón satisfuit vobis tot plagis Dei filium affecisse, alapas ei dedisse, & sacrum illud caput contudisse, & pterea clauis sacras eius manus, & pedes confixisse, & deniq; lancea latus eius confodissē: sed nec solum in ipsum Christum tam sacrilegas manus iniecistis, verum, & post eius necem in Apostolos, & seruos eius tā crudeliter seuistis, ita vt verè posit dici de eo omne caput languidum, idest totum languens, & affectum vulneribus: omne cor moerens .i. tristitia affectum, vt ipsemet d. Tristis est anima mea vsque ad mortē, et cætera quæ sequuntur possunt vtcūq; actionibus saluatoris nostri accommodari. Verū vt dicam quòd sentio, difficile admodum potest ista expositio nostro textui accommodari, sed hanc volui huc aduxisse propter eos, qui varias expetunt interprætationes.

Morbi animi qua ratione tollāt.

Matth. 26.

Terra vestra deserta est, Ciuitates vestrę succensę igni, regionem vestram corā vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. Totus iste contextus facilis est & ex se ipso intelligitur sed difficultas est de qua subuersione, & desolatione loquatur Propheta. Quidam enim volunt, ex quibus est D. Hieron. quòd Proph. loquatur de vastatione facta à Babilonijs incenso tēplo, & subuersa Hierusalem, quando regionem decē Tribuum possederunt samaritani: plenius autem, atq; perfectius fuit facta ista desolatio p Romanos tempore Vespasiani, & Titi, & Aelij Adriani, quādo eorum exercitus vniuersam Iudeam vastauit, vt copiose describit Iosephus in lib. de bello Iudaico, & in lib. de Antiquit. Nicolaus de Lyra vult. et ipse, quòd Propheta hoc loco loquatur prius de desolatione decem Tribuum, & postea de desolatione, & persecutione duarum tribuum, quę desolatio partim ab Asirijs et partim à Babilonijs facta fuit. Quidam moderni sunt longè alterius opinionis & sententiæ, asserunt enim hoc loco Prophetam intelligere, ac pręducere solum destructionem factam post Crucem, & passionem Domini per exercitum Romanorum: nam (vt inquiunt) licet à babilonijs fuerit aliquando capta Hierusalem, reliquæ tamen ciuitates illius regni, aut regionis, non fuerunt ab eis incensæ. nec deuastate, at post mortem Christi omnes vici, & vrbes vniuersæ illius prouinciæ cōflagrarunt, & Iudei ferè omnes absumpti fuere igne, gladio, & peste: Deinde dici non potest, quòd tempore captiuitatis babilonicę coram ipsis Iudeis regionē ipsorum alieni deuorarent; cum ipsi tam longe essent ab illis semoti, quòd huiusmodi deuorationem, seu desolationem

Textus 7.

Nō ly. corā vobis.

tionem per alienos ipsi spectarēt. Nā sifuerunt Iudei in captiuitatem adducti videre non poterant suę regionis desolationem, non poterat ergo dicere Propheta, corā vobis alieni deuorāt at post mortem Christi vtiq; id euenisse manifestum est, luce enim meridiana clarius est, quòd regionem, quam olī coluere Iudei, nunc alieni deuorant, & consumunt. Nam (vt refert Iustinus in Apologia pro Christianis cōtra Iudeos) lege cautum erat, ne quis Iudeorum pedē inferret in Vrbes Iudeę, quòd si quis introisset, capite plectebatur; hęc autem mala, & incommoda non aduenerunt Iudeis, nisi paulo post passionem domini. In hac autem opinionum diuersitate, non sum ego tanti, vt possim iudicium ferre. sed consideratis ijs, quæ hac in re consideranda occurrunt, ego potius illorum sententię subscribo, qui existimant Prophetam fuisse loquutum de varijs calamitatibus, & euersionibus, quas passa est vniuersa Iudea; tamētsi omniū maxima, & infaustissima fuerit illa postrema, quæ fuit per Romanos: nam, vt inquit Cyrillus exponens hanc particulam; sæpe numero quidem accidit, vt caperetur Iudea ab Assirijs, & AEgiptijs, siris, & Moabitis, & ab Idumeis, & ab alijs, qui Palestini vocantur; at leuia pertulit, & in mala incidit tolerabilia, & opitulante Deo, ipsoq; vulnerante percutientem, rursus emersit. Verum post Domini Crucem Vespasiano, ac Tito eādē populātibus, funditus est deleta; quā sententiam si sequamur, quæcumq; hic à propheta dicuntur, facile possunt veritatē habere. Cum .n. inquit superius, super quo percutiam vos vltra addentes pręuaricationem, hoc in loco attestatur Iudeos iam olim fuisse aliquando percussos, cum inquit Terra vestra deserta ciuitates vestrę succensę igni, & quæ sequuntur. cum verò subdit Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & reliqua hic posita, sine vlla difficultate, & absq; vllo scrupulo possūt referri ad desolationem, & euersionem, quę fieri predicitur per Romanos. sic enim exponit Eusebius lib. 2. Demost. cap. 36. in prin. Nec sit nobis multum curæ, quòd Propheta nunc vtatur verbo temporis præteriti, nunc futuri, quoniam, vt notū est ijs, qui in sacris literis sunt versati, Prophetæ in explicandis Dei arcanis, nunc pręterito, nunc futuro, & alijs tēporibus frequenter vtuntur. Verum est ergo, & auribus nostris audiuimus & plerique suis oculis perspexerūt terram Iudeorum esse desertam, destructam, ac desolatam, & ciuitates igne succensas. Quòd autē sequitur Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, hoc ipsum nos quoq. possumus attestari, alieni quippe non religione solum, & moribus, sed alieni locorum diuersitate, & quacumque societate politica, qui deuorant, & consumunt regionem illam vsque adeo dilectam, & custoditam, atque id coram illis .i. illis scientibus, illis videntibus, ac spectantibus, nec reluctantibus, aut resistentibus, quodquidem maximam & grauissimam affert molestiam; nam (vt inquit Cyrillus) Absentes, auribus percipere quippiam molestum, dolorē poterit fortassis afferre sed tollerabilē presentes verò intueri, nec auxilij quicq; posse afferri, necessarijsq; condolere, & ingemiscere calamitatibus, intollerabile quidem est; & sanè valdè molestum: pręedicit aliud graue incōmodum, cum inquit, & desolabitur sicut in vastitate hostili i. verè desolabitur quemadmodum solent deuastari aliqua ab hostibus, qui exuti omnem humanitatem, more hostili, & implacabili odio inuadunt aliena, quemadmodum fuit etiam prædictum per alios Prophetas, vt Amos 2. Mittā ignē in Iudam, & deuorabit ędes in Hierusalem, & Hierem. 4. Aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes vrbes eius destructæ a facie Dñi, & à facie furoris eius. Et Deuter 20. Deuoret frumētum iumentorū tuorum, ac fruges terræ, donec intereas: & hic idem Propheta inferius cap. 5. Vepres (inquit) & spinæ erunt in vniuersa terra. Nec sistit hoc loco sapientissimus iste Vates, sed sequitur, & pręedicit aliud malum omnino flebile, & dignum perpetua

Amos.

Hierem. 4.

Esa. cap. 5.

tua, & sempiterna lamentatione, & effusione lacrimarum, cum inquit. *Et derelinquetur filia Syon vt vmbraculum in Vinea, & sicut tugurium in Cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.* Pulcherima certè, & elegans similitudo, quam ad percipiendum magnitudinem huius ruinæ, aut desolationis. Hierusalē adducit hoc loco Propheta; facile quidem intelligitur quod pro similitudine affert, certum est enim quòd quam diu in Vinea sunt racemi vuarum, & alij fructus, substruitur ibi aliquod vmbraculum, siue casula ad custodiendū vineam, ne à furibus, aut feris deuastetur, aut vuæ, & reliqui fructus surripiantur, sicut etiam erigitur tugurium aliquod in Cucumerario quandiu cucumeri sunt in agro, vel in pomerio; at racemis comportatis, & fructibus, qui in cucumerario sunt ablatis, custodes recedunt, & relictis vmbraculis, aut tugurijs, tanquam nulli vsui amplius futuris, liberam ingrediendi potestatē faciunt quibuscunq; voluerint: Ita profecto in filia Syon contingere Propheticus sermo nos docet. Dum enim populus Israeliticus, & primaria Ciuitas, quæ hoc loco non absq; ratione vocatur filia Syon, propterea quod erat constructa supra montem Syon, fructus iustitię produceret secura munitione & custodia, & omni ea misericordia dignatus est eam Deus. Dixit enim Ego ero illi murus ignis circumclusus, & gloria ero in medio eius. Canit etiam beatus Dauid ecce non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel. Cū autem vinea Domini Sabaoth cępit pducere spinas, & tribulos, derelicta est à Deo, & tradita opprimētibus eam, inquit enim per Isaiam cap 5. Auferam sępem eius, & erit in direptionem, & auferam maceriem eius, & erit in conculcatione, & relinquam vineam eius, & non putabitur, neq; fodietur. Vocatur filia sion, quia & si nunc defecerit & apostatauerit ab eius priori īstitutione, seu plantatione, quia tamen quādoque filia fuit, proinde hoc loco filia nuncupatur, quemadmodum, & Babilon filia vocatur vel quia quādoq; poterit, & ipsa esse filia sic dicta ampliati

Textus 8.

Esai. cap. 5.

A ue more dialectico vel sic nuncupatur quia natura sumus oēs filij Dei per creationem: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus.* Prædictis, & prænunciatis ruinis, & calamitatibus, Quas passuri erant Iudei, nunc iuxta sententiam quorumdā consolatur eos aliquantulum, & monet quid imposterū debeant efficere. Egò autem existimo, quòd Propheta hoc

B loco velit ostendere quid vniuersa Iudea promeruerit, ita, vt nullus se futurum immunem ab imminenti, malo auderet pręsumere, & pariter explicat summam Dei benignitatem, & clementiam erga illum populum, cum inquit, dominum reliquisse nonnullos, quorum ope, & opera non totus Israel pessum iret. inquit ergo: Nisi dominus exercituū reliquisset nobis semen &c. Quibus verbis manifestè īuuitur

C quòd nisi dominus hac pietate, & misericordia fuisset vsus, nolle scilicet in omnes, vt par erat, animaduertere omnes omnino in vnum corruissent. Sed quod nam est illud semen quod nobis reliquit. Inquit D. Thomas, quòd hoc est semen à diuersis locis, & regionibus adductum, & congregatum, vt habetur inferius 43. cap. Ab oriente videlicet (inquit Deus) adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te.

D Est etiam semē benedictionis promissum, vt ad Gal. 3. dicitur Abrahæ dictæ sunt repromissiones, & semini eius: & apud Lucam 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus est misericordiæ suæ. sicut locutus est ad Patres nostros Abraham. Fuit etiam semen prædicationis diffusum per vniuersum orbem, vt Isaię 27. Qui egredietur impetu ad Iacob florebit, & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis

E semine. Fuit postremum semen, & posteritas sanctorum, vt habetur cap. vltimo huius libri Sicut (inquit) cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me dicit dominus, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Tandem D. Hieron. vult intelligi per hoc semen relictū, Apostolos, & ministros Saluatoris nostri, & quotquot per

Esa. 43.

Gal. 3.

Luc. 1.

Isa. 27.

per eorum prædicationes crediderunt in Christum, & in eum spem omnem coniecerunt. Et extremis tandem tẽporibus reliquiæ saluæ fient, vt inquit Apostolus Rom. 9. ex filijs Israel, vt habetur Oseæ 3. Dies multos (inquit Deus) expectabis me, & non fornicaberis, & non eris viro, sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, sine Principe, sine Sacrificio, & sine Altari &c. et post hęc reuertẽtur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonũ eius in nouissimo dierum. Nonnulli ex his verbis hoc loco à Propheta adductis, eliciunt, quod Propheta Isaias in toto hoc opere loquatur de vltima desolatione Iudeæ, licet interim de desolationibus aliorum locorum agere videatur, & hoc arbitrantur fore scopum totius huius prophetiæ: sensus itaque est prædictorum verborum, quòd nisi dominus reliquisset, & asseruasset quasdam reliquias ex populo Israel, nihilo minor fuisset vastatio Hierosolimæ, & totius Iudeæ, quàm illarum quinque Ciuitatum, in quibus nullum habitatorem superstitem relictum esse cõstat & omnes vnà cum prædictis Ciuitatibus corruerunt. Vbi aduerte, quòd illa dictio (quasi) non tam est nota similitudinis, quàm affirmationis, quo quidem modo hoc loco sumitur. Per dominum exercituum, siuè dominum virtutum, non solum Patrem, sed, & filiũ possumus intelligere, vt benè notat D. Hierony. qui, æque ac pater potest appellari dominus exercituum, dominus virtutum, Rex gloriæ, & quęcumq; de eo dicuntur, exceptis his, quę relatiuè dicuntur, quemadmodum Ioannis 19. attestatur ipsemet Christus, cũ inquit omnia mea, tua sunt, & tua mea sunt, & glorificor in eis. Cum autem videamus quam grauiter comminetur Deus per Prophetã populo Israelis, duo nobis consideranda occurrunt. Primũ, quòd non iniuria Deus vsque adèò contra illos irascitur, & acriter obiurgat, quoniam peccata, quibus erant contaminati, erant tam grauia, vt nulla ratione potuerit Deus ad ea cõniuere, quẽ

Rom. 9
Oseę 3.
Ioannis 19.

A admodum videtur Deus aliquando dissimulare peccata hominum, & continere manum suam, ne super nos irruat, dum presertim leuiora mala committimus, vt per Ezechielem dicitur Zelus meus recedet à te, & non irascar tibi ãplius; Verum vtcumq; sit huiusmodi cõminatio, & protestatio facta Iudeis, debet etiam nobis magnum timorem, & horrorem incutere, quippe qui fortè nõ sumus illis multo meliores; sed rogandus est Deus, vt auferat à nobis cor durum, & cor lapideum, & tribuat cor carneum, vt aliorum exemplo admoniti, non solum non addamus præteritis peccatis alias præuaricationes, sed obnixè caueamus, ne illas vnquam perpetremus. Est & aliud in hac parte cõsiderandum, quòd licet aliquando peccata nostra sint grauissima, & oculos diuinę maiestatis vehemẽter offendãt, non est tamen dicendum, nec ullo pacto sentiendum, quòd si quando isti sic delinquentes resipuerint, non eos audiat, & excipiat Deus, quandoquidem dum sumus in via semper est paratus Deus ad nos recipiendos, & amplectẽdos: non est enim abbreuiata manus domini, vt saluare nequeat; & multo maior est misericordia Dei, quam sit iniquitas nostra, ipse .n. est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tãtùm, sed pro totius mũdi: At nos curare debemus, & totis viribus eniti, ne obduremus corda nostra, & quiescamus in sordibus, & peccatis, ac delectemur in illis, quòd si per carnis fragilitatem, & cõcupiscentiam, delectatio obrepię, vt delectemur in eis, non tamen in eisdem nobis complaceamus & ea defendere, ac approbare velimus; dicit .n. Abbas Tuitiensis, quòd tunc præuaricationibus addimus præuaricationem, cum non solum peccamus, sed peccatum ipsum tueri volumus. Nempè cum sic fecerimus, causatur ĩ nobis quidam habitus, & quædam securitas, vt liberè, ac palàm Deum offendere non vereamur, & quod nobis adlubet, licere etiã arbitremur, & hac ratione ĩ peccata quotidiè prolabimur, & quandam in peccando consuetudinẽ facimus, cui nisi obuietur, efficitur necessitas,

B C D E

cessitas, neq; quodammodo fieri potest A quam dicit nos animaduertere, atq; timere. Populo autem præcipit auribus percipere, corde retinere, & ipsis operibus exequi legem Dei, & pertimescere eius minas, ac terrores; alloquitur autem istos seorsum, quia duri admodum erant & tardi corde ad percipiẽda mandata Dei. Sed prius maiores deinde minores quia (vt notat Diuus Thomas) quæ sunt à maioribus audita, facile percipiuntur a minoribus, monet B ergo primum, & sermonem dirigit ad Principes, & magnates, quos vocat Principes Sodomorum deinde ad populum Gommorrę. Quod autem peccatum eorum fuerit longe grauius peccato sodomorum manifestum est, quoniam illi repulerunt loth, Iudei Christum, qui tãto maior est, quã to ipsa veritas maior est umbra. Illi repulerunt hospitem, & aduenam, Iudei repulerunt illum, qui tamq; Dñus C & hæres in propria venit. Illi in Angelos, isti vero in Deum peccauerunt. Alij dicunt, quod Principes Iudeorum, & primates populi vocantur Principes Sodomorum; non quod eo scelere fuerint contaminati, sed quia fuerunt similes in rõne, & ĩ modo peccãdi. Nã illi palam contra naturam bestijs irrationabiliores, & canibus impudentiores peccauerunt. Hi verò contra naturam, & contra omnem rationem, vi- D dentes signa, & mirabilia, quæ faciebat Christus, quibus nimi rum ostendebat se vere filium Dei, istud impudẽter negabant, & sicut illi absq; vllo pudore, & verecundia cũpellebant loth, vt educeret ad eos iuuenes illos, qui ĩgressi erant ad eum, vt illis abuterẽtur Sic Iudei absq; vllo pudore, & verecũdia clamabant tolle tolle, Crucifige eũ. Et si hunc dimittis non es amicus Cesaris &c. Sicut illi inferebant vĩ, & effrĩ E gebant portas eis, ita hi vĩ maximã inferebant ipsi Christo iuxtã illud ps. vim faciebant q querebant animã meã *Matth. 10.* Vnde non immerito dixit Christus Matth. 10. quod tollerabilius erit Terrę Sodomorum, & Gommorreorum in die Iudicij quam illi Ciuitati, quæ .S. non receperit verbum Domini, & ministros eius. Eus loco supra citato

quin peccemus. Veruntamen quod ĩpossibile est apud homines, possibile est apud Deũ, apud quem non est ĩpossibile omne verbum, & qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahę, non enim illorum stultitię subscribimus, qui, vt refert Iosephus lib. 6. cap. 13. de bello Iudaico dicũt; nequè ipsi Deo facile esse aliquod magnum sine labore perficere; cum Regius propheta testetur, quòd Verbo Domino cęli firmati sunt, & spiritu oris eius õnis virtus eorum. Sed prosequamur expositionem textus; sequitur. *Audite verbũ*
Tex. 10. *Domini principes Sodomorum, Percipite auribus legem Dei nostri popu'us Gomorrę.* Quo (inquam) mihi multitudinẽ victimarum vestrarum dicit Dominus, Plenus sum &c. Cum velit Isaias hoc loco noua quædam proponere & prædicere populo Iudeorum, & ea fortassis, quę valde ab eorum sententia, vel opinione semota erant, prius suo more petit attentionem quemadmodũ paulo ãte, cum dicebat. Audite Cæli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est sic, & hoc loco. Audite prĩcipes sodomorum. Vbi notat quòd non vocat Iudeos quicumq; illi fuerint, siuè magni siuè parui principes sodomorũ, quasi hoc solo vitio laborauerint, cum multa alia delictorũ genera illis attribunt Prophetæ; sed cum homines, & viri Sodomitę pessimi forent, velletq; Propheta innuere, & indicare populum illum grauissimis, & enormissimis vitijs, ac sceleribus irretitum, & contaminatum, & proinde verè pessimum, iccircò vocat eos principes Sodomorum, & populum Ghomorræ præcipit autem primatibus, vt scribis, & pharisęis, vt audiant verbum Domini .i. decretum, & voluntatem Dei, ad quos pertinet iussa Dei facere errores pręcauere, & subditis rectè viuendi normã & regulam pręscribere. Vbi per Verbum, nõ intelligas simplicem vocem, aut dictionem, sed integram sententiã seu propositionem cum omnibus suis partibus, & circumstantijs Cyrillus per verbum, intelligit legem, quã iubet nos attendere, aut increpationẽ,

citato circa, finem capituli 36. inquit, quod proph. vocateos principes sodomorum &c. quia manus eorum erant plenæ sanguine, & quia iniquitatẽ suam, vt Sodomorũ p̄dicauerunt, atq; indicauerunt. Est aliorum opinio forte verior, & sanior, quod Principes, & Magistratus Iudeorum, & reliqui de populo præter alia multa vitiorum genera, quibus laborabant, etiam hoc turpi, ac nefando scelere erant inquinati, quemadmodum inferius hanc notam illis impingit hic idem Propheta, dum capite sequenti inquit, quod augures habuerunt, vt philistijm, & pueris alienis adheserunt. Quid ergo vult Propheta eiusmodi viros vsq; adeo labefactatos, & conspurcatos audire? Vide quid sequitur. *Quo (inquit Deus) mihi multitudinem victimarum vestrarũ: plenus sum*, q. d. quorsum, & in quem finem, cuius rei causa mihi offertis tot victimas, & holocausta? Vos .n. putatis eiusmodi oblationes mihi placere, me delectare, quòd probem illas aut fortasis indigeam. Sed toto cęlo ab erratis; quoniam sanguinem hircorũ, & vitulorum nolui, meæ sunt omnes ferę Siluarum, iumenta, in montibus, & boues, Si esurierò, non dicam tibi, meus est .n. Orbis Terræ, & plenitudo eius, mea sunt omnia. Plenus sum, satur sum, vel potius tedio sum affectus, ista amplius non requiro, neq; à vobis quicquam horum expeto, cum nulli sint vsui; neq; vobis, aut etiam mihi fructum vllum queant afferre. At multo magis mihi adlubet Iustitia, sanctitas, & misericordia, vr̃a autem sacrificia, & holocausta absq; his, nihil profecto apud me sunt, & velut res inanes, & vacuas prorsus reijcio. Nũ quid ego manducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorum potabo. quin potius immola mihi sacrificiũ laudis & redde altissimo uota tua; deinde sequitur. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quesiuit hæc de manibus vestris: Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abhominatio est mihi. Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus vestris: Kalendas vestras, &

Tex. 11.

Psal. 49.

A sollẽnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens &c. Litera ista plana est, & non multa indiget explanatione. Sed nota quod per faciẽ Dei & eius conspectũ intelligẽdus est locus ille, in quo Deus colitur, Deus adoratur, & vbi præces nostras effundimus; & gratias experimur, & tandem vbi à Deo exaudimur, templum .n. Dei, est domus orationis In ea omnis, qui petit accipit. Venire B ergo aut accedere ante conspectũ Dei, nihil aliud est, nisi conferre se, & accedere in templum, orationis causa, & animo Deum laudandi, aut aliquid expetendi, & deniq; pro agendis gratijs. Satis æquidem audax, & impudens est quicumq; mente prophana, & corde peruerso, cum Deo præfata negocia acturus, templum accedit. *Aduersus hos indignatur* Deus, & inquit *Cum veniretis ante conspectum meum, quis quesiuit hæc de manibus vestris*. Hæc inquam C holocausta, victima, & sacrificia. Quis iterũ quesiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis, quotidiè per huiusmodi atria, erecta, & constructa ad honorẽ nominis mei absq; vllo fructu perambulare pedibus ipsis conuertere, & obuersari? frustra quidem id efficitis, nec est necesse, vt diutius in eo laboretis, frustra .n.i. sine vllo fructu offertis sacrificium quando. D quidem nec vobis vllam præbet vtilitatem, sed potius affert detrimentum, nec mihi laudem vllam, & honorem. Incensum, quod suauem solet referre odorem abhominatio est mihi, fętorẽ potius, & nauseam quandam mihi prębet, sic Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, Neomenia idem est, quod nouilunium, & prima dies cuiusq; mensis, quæ apud Grecos Kalende nuncupantur. Iniqui E sunt cætus vestri, hoc est, conuocationes, congregationes, & conciliabula vestra sunt iniqua, quia nihil ibi per agitur, tractatur ac diffinitur, quod non in alicuius perniciem conuertatur. Et quo odio, ac indignatione. Deus horũ actiones prosequatur, rursus, quod mox dixerat repetit. d. Kalendas vestras, & solemnitates vestras, in quibus

Textus 12.

bus quidem Deus offenditur, & proximus, odiuit anima mea inquit Deus, qui loquitur more humano ac si haberet animam, quemadmodum, & homines. Facta sunt(inquit) mihi molestā, non possum amplius ferre laborani sustinens hoc est diu patiens; loquitur hic etiam Deus more humano. Quando enim quis per multum temporis sustinuit iniurias, & opprobria contra omnem rationem, & contra eius naturam, & consuetudinem dicitur laborasse sustinens, cum presertim nullā videt ī offēdēte resipiscentiam, ac emendationem. Hunc īmodum clementissimus Deus, cū diu tollerauit nostra crimina, ac prauaricationes expectans nos ad pęnitentiam nihil tamen resipiscimus, sed in dies cęno peccatorum magis īuoluimur, aut potius demergimur; dr̄ laborare sustinens. Non quidem, quod Deus quicquam patiatur, aut laborem vllum sustineat sed tanq; defatigatus dr̄ laborasse sustinens, tollerando videlicet nrās in ꝓbitates. Sed cur repetit in tā breui verborum spatio, quod dixerat. Dixerat enim neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, & vno, aut altero verbo interiecto, inquit Kalendas vr̄as, & solennitates vr̄as odiuit anima mea. Dicendum, quòd illud idē repetit ad exaggerandum & ostendendum, quantopere displiceant illi eiusmodi superstitiones, & externæ ostētationes diuini cultus, & simulatę religionis, aut etiam hoc repetit, vt ostendat quòd Kalēdę, preter id quod sunt prima dies cuiusq; mensis, sunt etiam dies festi, qui primis diebus mensium celebrari consueuerant. Propterea dixit primum Neomeniā, & Sabbatū, & festiuitates alias non feram, & rursus postea subdit Kal. vr̄as, & solemnitates vestras odiuit anima mea. Sed vereor ne quæ hic dicuntur à Propheta aduersus Iudeos, multo verius aduersus nos christicolas proferri debeant, & possīt. Quot enim ex his, qui Christianā religionem profitentur, fictam, & simulatā corū sanctitatē ceremonijs hisce externis ostētare nitūtur. Est enim facile videre quosdam, qui quotidie frequen-

A tant Ecclesias, deosculantur imagines nullum diem prætermittunt, quin missas audiant, diuinisq; officijs intersint, & tamen à uitijs nihil, aut parum recessisse videntur. proinde non iniuria aduersus eiusmodi hōium genus insurgere potest omnipotens Deus sub eisdem verbis: quo mihi multitudinem victimarum vestrarū? quis quęsiuit hæc de manibus vestris; ut ambularetis in atrijs meis? incensum abhominatio est mihi Kalenhas vestras, & solem-
B nitates vestras odiuit aīa mea. Et quoniam de festiuitatibus sermonem habet opere pręcium mihi fore videtur, vt defectis Iudeorum quæ, & qualia fuerint aliqua dicamus. Sed ne tædio lectorem afficiamus, quę, & qualia fuerint, & quæ pariter eorum sacrificia extiterint, videbitur in calce huius operis id ad pręsēs sufficiet scire, qualiter hoc in loco detestatur Deus omnem Hypo-
C christim, & omnem dolum, ac simulationem, quę fit penes cultum Dei. *Lauamini mūdi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Dubiū est ad quos eiusmodi verba diriguntur, & qui sunt illi, quos hortatur Propheta vt lauentur si enim dicamus ad ipsos Iudeos presentem sermonem referri, certe mirum est, quoniam cum hactenus ita fuerit eos detestatus, difficile admodum videtur, vt ad eos cohortā-
D das animū adijecerit: Propterea dicūt aliqui sic exponenda fore ista verba; q. d. Vos estis prorsus à me reiectti; neq; existimare debetis me vestras orationes, ac pręces auditurum, neq; amplius remissurum peccata vestra, nisi lauemini, hoc est nisi pęnitentiam agatis, & baptizzetur vnus quisq; vestrum; sæpius enim dimisi vobis peccata vestra, & restitui vos in regnum, licèt sępe numero me offenderitis; At nunc vos Iu-
E dei, qui me cruci affixistis, non amplius dimittam post tam graue peccatum in me ꝑpetratum, nisi lauemini. Hęc profecto est satis bona expositio, sed possumus etiam conuenienter exponere absq; cōnexione præcedentium verborum, vt sit principium seorsum alterius sermonis, in quo postquam Propheta explicauit, & detexit eorū scelera

Tex. 13.

lera & prauitates, vult nunc, ne quisquã desperet de salute recuperanda, afferre remedia, quibus homo potest in meliorem statum reduci; & propterea inquit: lauamini, mundi estote, quibus verbis duo præcipit facienda videlicet ablutionem, & abstersionem omnimodam a peccato, & vitæ puritatem sectari, quæ duo, & si fieri potuissent, ac debuissent in statu veteris legis p aliquã pænitentiam, & vitæ reformationem, nulla tamen poterat fieri perfecta ablutio, & recta abstersio, nisi tempore nouę legis. Proinde veteres patres oppinantur, quòd his verbis velit innuere Propheta, sacramentum baptismi, & vitæ puritatem; cum ergo inquit, lauamini, mundi estote duo præcipit faciẽda videlicet baptismi lauacrum, quòd constat ex aqua, & Spiritu Sancto, & uitæ Sanctimoniam. Dicit ergo lauamini, & curate, vt lauemini. Non enim potestis à vobis ipsis lauari, aliunde vos oportet expectare auxilium, quo rite lauemini, & à vestris sordibus, & immunditijs detergamini. Et hoc necessarium & oportunum vobis auxilium, nullum aliud profecto est nisi gratia Spiritus sancti. Ob id dicebat Saluator nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum coelorum. Nec solum oportet a peccatis purgari, & immunẽ se reddere, nisi etiam studeat omni diligentia vitam ita componere & coaptare, vt verè mundus, & purus ab omni labe existat. Id quod mox clarius ostendit Propheta dicens. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere puersè, discite benefacere. Bene inquit, aufferte malum cogitationum vestrarum, quia nõ est satis præcauere malum, ne videlicet in opus procedatur; & continere manus à furto vel homicidio, sed operę præcium est purificare cor & omnẽ prauam cogitationem, ab eo pænitus abijcere. Proprerea dicebat Saluator apud D. Matth. cap. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt; & B. Iohann prima cap. 3. Si cor nostrum non repræhenderit nos, fiduciã habemus ad Deum &c. Dicit etiam co- *Io. 1. cap. 3*

A gitationum vestrarum, quia cogitationes impuræ, & peruerse sunt nostræ, à nobis prodeunt, non aliunde proueniunt, nisi quandoq; suggerente Diabolo. Hinc dicebat Saluator, vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? & alibi, de corde exeunt cogitationes male, furta, homicidia, adulteria, quæ coinquinant hominem, Dicit postmodum, ab oculis meis, quia non est satis, vt hominibus ostendamus nos in me- *Matth. 15.*

B lius vitam commutasse, sed necesse est, vt coram oculis Dei istud appareat. Deus non irridetur, homo quidem potest falli, & facile deludi, quia solum videt ea, quæ patent, at Deus intuetur cor, propterea subdit ab oculis meis, & sequitur adhortationem dicens. Quiescite agere peruerse, discite bñfacere, hoc est planum, manifestum, & necessarium documentum. Non. n. sufficit desistere à malo, neminẽ amplius

C offendere, nullum iniurijs lacessere, aliena non appetere; sed oportet etiam benefacere, se in bonis operibus exercere, & studere Deo, & hominibus, in omnibus, & per omnia placere: Sic ẽt monuit Regius Propheta. d. Declina a malo, & fac bonũ; explicat ipse Deus per Prophetam aliqua genera bonorum, quæ fieri oportet erga proximum videlicet. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendi- *Et 36. Psal. 33.*

D te viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus, querite inquam Iudiciũ, quia nihil certe contra Iustitiam debemus expetere; quod alterius est per fas, & nefas non debemus exigere, Iudices in caussis decidendis, & absoluendis non debemus per vim, & metum subuertere, & iniustam Sentẽtiã emanibus subtrahere: subuenire oppresso, ei s3., qui violentiam à potentiore patitur, & violenter opprimitur;

E debemus iudicare pupillo .i. iudicium facere erga pupillum, qui ob ætatis imbecillitatem suam causam tueri nõ potest, similiter defendenda est vidua, quæ cum sit omni auxilio destituta, nõ potest se ab aliorum improbitate tueri, & id quidem congrue, quia Deus est pater orfanorum & Iudex viduarum. Nota ex augustino differentiam

inter non peccare, & non habere peccatum, qui non habent desideria carnis, & huius sæculi dicuntur non habere peccatum, quod propriè non contingit perfectè, nisi in alio statu: illi verò dicuntur non peccare, & in quibus non regnat peccatum, qui non obediunt desiderijs carnis. Tho. 4. fol. 389. Et venite, & arguite me dicit Dominus. Planus sensus est d. Si vos feceritis hæc omnia, quæ prædixi vobis, & monui, & ego, qui sum Deus, & non mentior, nō præstitero q̃ vobis promisi, nec stabo pollicitis, venite, & arguite me quasi non sim verax, & iustus. Propterea dicebat Dauid Miserere mei Deus &c. vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. *Psal. 50.* Sed quis est, qui possit disceptare cum Deo, & arguere ipsum? quippe qui si iniquitates nostras obseruare voluerit, nemo illius iudicium, ac Sententiam sustinere poterit, & alibi, non ne dicebat ipse Propheta non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. *Psal. 129.* Sed certe magna est clementia Dei, vt dignetur nobiscum disceptari causam nostram, & quot, quamq; maiora omni existimatione contulerit in nos beneficia, & quot pro tot beneficijs rependerimus ei mala, nobis tamen omnia condonat, & nos ita reddit audaces, vt cum eo in iudicium venire patiatur. Verum ex his eliciendum, quantam bonis operibus ipse Deus fiduciam præstet, vt nos idoneos reddat, non iam per deprecationis meritum, sed per fiduciam auctoritatis, suis animaduersionibus obuiare. *Aug. ps 103* D. Augustinus super psal. 103. Super illud. Iocundum sit ei eloquium meum, d. quod eloquium nostrum cum Deo non est, nisi disputatio hominis ad Deum, & hæc nihil aliud est, nisi confessio peccatorum, confitere Domino, quod es, & disputasti cum illo, disputa cum illo, fac bona opera, & disputa, vbi uides quantum tribuat ipse Deus ipsi pœnitentiæ, & puritati vitæ, vt his muniti possimus cum Deo in iudicio contendere. Poterimus ergo quodamodo Deū expostulare si nobis eius mandata custodientibus non præstiterit, quod pollicetur, Tribus inquam modis reperi apud varios authores particulam istā exponi, vel quòd Deus sistat se a nobis iudicandum, & redarguendum si non steterit promissis, vel quòd non amplius de nobis conqueratur, & iudicet, aut tertio, ꝙ pugnaturi simus cum eo, & penè competituri de Iustitia et Sanctitate cū eo dum à peccatis resipuerimus: & tanta erit uis ipsius pœnitentiæ, ꝙ quemadmodum sequitur in textu; si fuerint peccata nr̃a vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi uermiculus, velut lana alba erunt. Sed priusquā exponamus istam particulā, prius annotanda sunt quædam super his, quæ mox dicta sunt. Ponit.n.D.Thomas hunc ordinem obseruandum, ne facile in peccata prolabamur, post quam fuerimus aliqñ ab eis liberati; Primū, ne corde, et animo de his vltra cogitemus, sed cordis puritatem, & mūditiā, quō ad fieri potest tueamur, propterea dicebat sapiens, fili peccasti, ne adijcias iterum, & de præteritis deprecare, vt tibi dimittātur. *Eccli. 21.* Secundū si forte quicquā in mentem surrepserit, & mali quippiam cogitaueris, caue ne cogitatum opere prosequaris, quibus cōminatur proph. Mich. cap. 2. *Mich cap. 2 in princ.* Væ, qui cogitatis mala in cordibus vestris, et operamini malum in cubilibus vr̃is. 3. studere oportet ne mala coepta prosequamur, propterea dicit hic Deus per Prophetam quiescite agere peruerse. Supponit .n. quòd illi quos alloquitur multa iā mala perpetrauerint, quibus optime conuenit documentum illud mox adductū. fili peccasti ne adijcias iterum et c. et merito dicit discite benefacere, quoniā uirtus est discenda et immitanda, non viribus naturæ comparanda, et si ratio non corrupta semper deprecetur, ad optima. Sed uideamus, quid uult Proph. per uerba, quæ sequuntur, dum inquit.

Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

Sensus est, quod quæcunq; peccata nos vnquam fecerimus, quantum vis grauia et horrenda, nec non diuturna,

et per longum tempus inueterata, siqñ respuerimus, & iudicium, & misericordiam fecerimus omnia nobis condonabuntur. Vnde D. Chrisost. in cap. 7. Epistolę ad Hębreos Inquit. Nemo eorũ, qui in profundum iniquitatũ deuenerunt de se ipso desperet, quandoquidem pęnitentia ductus, si habitum vitiorum inueteratum contraxeris, nõ solum sanaberis, sed sicut lana candida dealbaberis; Vbi vides quanta sit vis pænitentiæ, quòd si fueris inquinatissimus, sicut niuẽ te dealbabit, hoc etiã iuuebat psal. 67 loquens de gratia Dei nobis per pęnitentiam collata. D. qui educit vinctos in fortitudine; Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris, & Danielis 7. Vestimentum eius sicut nix candidum & capilli eius quasi lana munda. Et quoniam peccata nr̃a hoc loco comparantur cocco, & vermiculo, pro inde notandum est, qd coccus, & vermiculus, sm̃ quosdã idẽ sunt, & plerumq; vnũ pro alio accipitur, vt est videre, apud D. Hieronymũ, Secundum alios distingnũtur, quia coccus, vel coccinum dr̃ esse color habẽs splendorem ruboris, quod vulgo dicitur grana. Vermiculus autem est ipsum minium. Minium est quoddam genus pigmenti laudatissimi coloris, quod in metalis argentarijs cum argento viuo solet inueniri. De hoc genere pigmenti, seu coloris loquitur Plinius lib. 33. cap. 7. & alij quoq; scribunt l3 non omnes idem sentiant. Alij volunt coccũ esse quoddam genus fruticis, seu plantulę, ex cuius granis vermiculi oriunẽ, ex quibus efficitur quidam color, quo vestes tinctę coccineæ appellantur, & vulgo scarlato. Solent aũt vestes hoc colore semel tingi, Quandoq; vero pluries. Et quæ sunt pluries eo colore tinctæ, sunt aliquanto subobscuræ neq; ita lucidæ velut hæ, quæ semel tantũ fuerint tintæ. De hoc genere coloris loquitur Plinius pluribus in locis, præsertim lib. 9. cap. 41. & lib 21 cap. 8. dicit hunc colorem coccineum fulgere, & splendere gratius, & splendidius, quã rosę. Ego autem nescio qnid dicam. Scio me (dum essem in lusitania, habuisse præmanibus uas quoddam valde

A præciosum, quod coccum appellabãt, mihi dono traditum à Serenissima Regis lusitaniæ amita, quod quidem vas erat coloris admodum nigri; qua re admissa optime quadraret comparatio, vel contrapositio posita hoc in loco videlicet Si peccata fuerint coccina; i. excellenter nigra, vt nix dealbabuntur, in suum inquam oppositum redigentur albedo nanq; simpliciter & absolute contrariatur nigro vt ẽ sententia Arist. 5. phi. 19. & alibi Vermiculus

B autem est quoddam animal minutissimum, quod vel nascitur ex granis illius fruticis, quem appellant coccum, vel sunt animantia quædam, quæ materna lingua apud nos vocantur baciarelli, ex quibus miro labore, ac studio sericæ lanæ contexuntur, Dices autẽ, cur voluit Propheta peccata nr̃a conferre his duobus coloribus. Dicunt hoc ideo factum, quia sunt duo colores

C valde tenaces, & diuturni, quo designatur grauitas, diuturnitas, & perseuerantia in peccando, nec non, & denominatio ipsorum peccatorum, quæ vocantur sanguines iuxta illud Prophetæ libera me de sanguinibus; i. de peccatis. Et alibi viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, & quoniã isti duo colores sm̃ opinionẽ communem habent exuberantiã quandam, & splendorem ruboris, ideo eisdem pec-

D cata conferuntur iuxta proprietatem, quam diximus.

At nõ nulli eiusmodi expositionem videnẽ abhorrere, male quidem eos habet & absurdum illis videtur, peccata, quæ sunt obliquitates, & fęditates ipsarum animarum debeant conferri cũ pulcherrimis, et splendidissimis coloribus, propterea volunt hunc in modum hanc similitudinẽ exponi, videlicet si fuerint peccata nr̃a vt coccinum. i. si

E fuerint aspersa, et abluta sanguine Christi, procul dubio erunt alba, i mũda, et cãdida, sicut nix, et si fuerint rubra sicut vermiculus. i. si corona martirij fuerint, rubricata, et eo sanguine conspersa, erunt uelut lana alba, aut si qui fuerint rabie, et furore perciti, et Christi passionem, et eius sanguinem pro nobis effusum fuerint meditati, uelut lana

dum est ergo, & rogandus Deus, ne ma- A lorum hominum societatem incurramus, quia periculum est, ne similes illis efficiamur, legimus .n. Gen. 33. quòd Iacob noluit ambulare cùm Esau fratre suo, quia erat malus. tametsi placasset eum muneribus, & multa signa dilectionis ostendisset, & Num. 16. legitur quòd Moises præcepit multitudini filiorum Israel, vt recederet à tabernaculis hominum impiorum. Nolite (inquiens) tangere, quæ ad eos perti- B nent, ne innoluamini peccatis eorum. Reuertétes ergo vndè digressi sumus, dicimus, quòd non iniuria Isaias Propheta iussu Dei comminatur populo Israelitico dicens. Væ genti peccatrici, væ populo graui iniquitate, væ semini nequã, & postremo subdit filijs sceleratis. Nescio sanè quid turpius, quid horribilius, & ignominiosius dici poterat de illo populo; vocat autem populum illum filios sceleratos, hoc C est omni vitiorum turpitudine commaculatos, & qui ita in peccatis perpetrãdis exoleuerant, vt palam, & absq; vllo pudore ea committere non vererentur. Sed considera quæso, & aduerte summam Dei benignitatem, quòd licet in eo essent statu, & vitæ ratione populi isti Israelitici, nihilominus vsquè adeò benignus, & misericors est Deus, quod nó dedignatur vocare eos filios, vt hoc nomine audito, fortasis commoueantur, resipiscant, & ad eum reuertantur, D quemadmodũ & Saluator noster dum instaret tempus passionis suæ, eum discipulũ, qui eũm traditurus erat ad se accedentem, amicũ vocauit (inquiens) Amice ad quid venisti? qua uoce audita, si præuaricator ille fuisset homo & non lapis, proculdubio resipuisset; quemadmodũ vnusquisq; nostrum resipiscere debet, dum considerat, & aduertit summam Dei benignitatem, & ineffabilem eius erga nos misericordiam. Nota etiam secundũ D. Hierony. quòd licet Propheta vtatur diuersis vocabulis, & nominibus videlicet gens, populus, semen, & filij, omnia ista nomina de ipso Israele dicuntur, quibus facilè innuitur, quòd nullum genus peccati, nulla grauitas, & enormitas scelerũ poterat

Gen 33.

Num. 16.

Cum inimicis & hostibus modeste tractandum.

Matth. 26.

reperiri, quæ in populo habreorum nõ fuerit. *Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.* Cum propheta explicauerit repudiationẽ populi Israelis, quòd. s. repudiauerit, & spreuerit dominum creatorẽ suũ, & demonstrauerit brutalẽ eorũ fatuitatẽ, nec nõ cõminatus fuerit & ꝑterefecerit populũ suũ, nũc explicat sigillatim peccata, in q̃ proruerat, & inquit. Dereliquerũt Dñum, blasphemauerũt &c. Dereliquerũt inq̃ eũ, qui erat & qui est, & sẽper erit, & à quo non solũ ipsi, sed cætera omnia, quę sunt, habent id, quod sunt. Recesserunt ab eo, tanquã à fonte omnium bonorũ, & à quo innumerabilia bona receperũt: de hac defectione, & derelictione, abundè satis loquebatur Moises, vt habetur Deut. 32. vbi inquit Generatio praua, atq; peruersa heccine reddis dominò popule stulte, & insipiens, nũ quid ipse non est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? Et post pacua subdit, postquam recensuit alia quædam beneficia, quæ cõtulit illi populo. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorẽ suum, & recessit à Deo salutari suo, & quæ sequuntur. Hoc idem Hierem. cap. 2. Me (inquit) dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas &c. Denique nõ est locus neque in vetere, neque in nouo testamẽto, vbi non fiat mentio de ista insigni & profunda ingratitudine populi Iudaici erga dominum suum. & nota, quòd non ab re ponitur illa dictio (Dominũ, cũ inquit. Dereliquerũt dominũ, quod notat extremã, & ĩsignẽ illius populi stultitiã, & grauissimũ scelus, ꝙ nõ quemcũq; dereliquerunt, sed eum, qui solus est dominus, & verè est dominus, & illius populi peculiari qua- E dam ratione dicebatur Dominus.

Nec solum dereliquerunt, verũ ẽt blasphemauerunt Sanctũ Israel, hoc est conuitijs lacesserunt, & velut quid pollutũ, & contaminatũ abiecerunt, sũmã eius bonitati, & Sanctitati contumeliã irrogãtes, nec sine rõne ad exaggerandũ, & aggrauãdũ eorũ facinus, & flagitiũ dicit Sãctũ Israel, hoc est blasphema-

Textus. 8.

Deut. 32.

Hierem. 2.

phemauerũt eũ, qui summa veneratione, cultu, & reuerentia iã olim habebatur ab Israele, & vt vno verbo dicam qui omnium erat Deus, & dñus, & verè sãctus dicebatur tñ Deus Israelis, quippe quem solum pro numine, pro Deo, & suo patrocinio habebant veteres Patres. Profectò graue peccatũ fuit eos dereliquisse dominum, recessisse ab eo à quo habebant esse, bene & fæliciter esse, & à quo tandem velut à fonte inexhausto omnia bona receperunt, et sine quo nihil boni facere, nec habere, vel vllo vnquam tempore expectare poterant, vt benè Hierem. cap. 5. et cap. 7. attestatur, sed longè maius, et grauius delictum fuit sanctum eius nomẽ blasphemare, illi detrahere, et varijs cõtumelijs lacessere, quæ oĩa facilè cõprobare possumus, si verba Prophetarũ in memoriam reuocemus, cum ipsi de Dei potentia diffidebant dicentes. Nũquid poterit Deus parare mensam in deserto: Et apud Ezechiel. 18. cum dicerent. Non est æqua via Domini, melius erat nobis, cũ Deos coleremus, & alia multa huiusmodi, quæ si referamus ad Christum dominum Saluatorem nostrum, facilè nobis occurrent plures blasphemiæ, & maledicta, quæ iaciebant in eũ, cum dicerent. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Et alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: & multa alia blasphemantes dicebant in eũ, vt Demoniũ habes, & alibi. Seductor ille dixit, & multa eiusmodi. Nec parua sunt hæc, si velimus aliquantò prolixius expendere rationem, & significatum istorũ nominũ videlicet blasphemare, & Sanctũ. Sãctũ. n. significat, siuè dicitur id, qd est purũ, & mũdũ, & segregatũ, & separatũ ab oĩbus alijs rebus, & quasi super excedẽs oẽm bonitatem, & perfectionem; vnde est illud præceptum leuitici cap 20. Sancti eritis mihi, sicut & ego Sanctus sum. i. quemadmodũ ego super oẽs alios excellentia puritate, munditia, & perfectione sum segregatus ab alijs, & excedo oẽs alios, ita & vos mihi eritis populus segregatus, & maiori excellentia, & perfectione prædictus, & decoratus, quã alij. Sanctus etiã dr̃ Deus ab effectu sanctificãdi, & mundandi alios, quemadmodũ & ministri Dei sancti debent appellari ab effectu sanctificandi, & mundandi. Sanctũ itaq;. dr̃ illud, cui cultus, obsequiũ, & religio, pariter & deuotio ipsa natura instigante ab oĩbus debetur. Nihil ergo indignius, nihil absurdius fieri, & esse põt aut excogitari quàm eum, quẽ sanctè, & religiosè, & magna cũ reuerentia ac deuotione colere debemus, execrari, & blasphemare ac detestari, quasi rem turpẽ, immundã, & pollutã. Vt aũt huius rei exemplum ponamus, quò ostendamus quàm graue facinus cõmiserint Iudei. Accipiatur quis, qui aliquem deseruerit, nec velit illius vllatenus admittere cõsortium, aut vllã cũ eo inire societatẽ, sed nihil vltrà facere, nec aduersus eũ quicquã moliri, satis profectò eiusmodi tolerabilis erit: At si præter hæc abominetur, & deteste tur illũ, & iniuriã fecerit, proculdubio valdè intolerabilis erit, nec poterit vnquã sine culpa transigi. Hunc in modũ se habuere Iudei aduersus dominum, qui non solũ eũ dereliquerũt, verũ etiã blasphemauerunt. Blasphemia nãq; (vt de ea aliqd dicamus) nil aliud prorsus est, quã rẽ indignã de Deo cogitare, vel illi tribuere, quod nõ cõuenit, aut alijs tribuere, quod ipsi soli cõpetit, quemadmodum amici Iob negantes Dei prouidentiã, dicebãt. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, qd quidem peccatũ, & vitium ita est Deo exosum ꝙ secundum quosdam Hębreos eruditos, nomen blasphemiæ circa nomen Dei non inuenitur in scriptura sacra, nisi per circumlocutionem, aut per contrarium suum: huius rei exemplum habemus Iob. 1. Vbi dixit Satanas ad Deum de Iob. Tange illum, nisi in faciem benedixerit tibi. i. inferas illi aliquod malum, & videbis, si non publicè maledixerit tibi, & eius Vxor dixit ad eũ, Benedic Deo, & morere. i. maledic. Et Michael Arcãgelus teste Iuda Apostolo, cũ disputans cum diabolo altercaretur de Moisi corpore, non est ausus inferre nomen blasphemiæ, sed dixit Imperet tibi Deus: ex quo satis colligi potest quã abhominabile extiterit hoc vitium

Marginalia: Hiere. cap. 5. & 7. — Ps 77. — Ezech. 18. — Ioan. 18. — Deus dicitur Sanctus multis pliciter — Iob. 1. — Iud. capi. — Section letters: A, B, C, D, E.

tium coram domino, quòd & confirmatur ex eo, quod Saluator noster in initio orõnis dominicæ, qua hõies instruit quid, & quomodo orare debeãt, priori loco illud proponit.i. Sanctificetur nomẽ tuũ. i. de tuo nomine, de tua
Mat. cap 6. virtute, ac maiestate, vbiq; digna dicantur, & sentiãtur. quòd aũt Deus vocetur Sanctus Israel clarũ est ex innumeris penè locis sacrarũ scripturarũ psal. 72.
Psal. 72. Quam bonus Israel Deus his, qui recto
Psal 71. sunt corde & ps 71. Benedictus Dñus
Psal 88. Deus Israel. & Ps. 88. Dñi est assumptio
Isa. x. nostra, & sancti Israel Regis nostri, Isa.
Hier. 2. x. Innitetur super Dñm Sanctũ Israel. Hierem. 2. Sanctus Israel dño primitię frugum eius &c. Dñus ergo Deus vocatus sanctus, vocatur sanctus sanctorum, Sanctus Dei, & sanctus Israel. Et illa dictio Israel debet accipi in casu obliquo ipsius genitiui, non in casu recto; sed quid laboramus in explicatione blasphemiæ, aut potius in explicatione huius delicti, qđ perpetrarunt filij Israel, cum nõ solũ Deum dereliquerint, & sanctũ Israel blasphemauerint, sed ad manifestandam magis eorum insaniam, & peruersissimam mentem subdit Propheta dicens. Abalienati sũt retrorsum. i. omnino recesserũt à Deo, terga verterunt illi, & ad Idola muta, & surda se penitus couerterunt, nec de Deo quicquã amplius intelligere, & scire voluerunt, hoc est quod ait. Abalienati sunt retrorsum, quo verbo vult innuere Propheta sceleratissimam, ac perditissimã Iudeorũ mẽtẽ erga Deũ.

Textus 6. *Super quo percutiam vos vltra addentes prauaricationes? Omne caput lãguidũ, & oẽ cor moerẽs, à planta pedis vsq; ad verticẽ capitis non est in eo sanitas, vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo.* Hoc loco Propheta ex persona domini videtur conqueri, & quasi dolore confici, videns pertinaciam, & incorrigibilitatem populi sui, quòd. s. nec timore pęnæ, nec virtutis amore à peccato recedit, sed indies maiora, & grauiora peccata cõmittit: propterea postquã paulo ante manifestauit eorum statum, & cõditionẽ, & incredibilẽ, ac detestabilẽ ingratitudinem, quòd videlicet dereli-

A querũt dñum, & sanctũ Israel blasphemauerunt, ac prorsus ab eo recesserunt, & alienati sunt, ob q̃ defectionẽ, multis ab eodẽ flagellis, & plagis sunt pcussi, vt qñdoq; moniti, & excitati resipiscerẽt, neq; tãdẽ resipuerunt, tanq̃ de eorũ salute diffidẽs, inquit. Super quo pcutiã vos vltra. Textus iste multas habet expositiones; prior est super quo pcutiam vos vltrà. i. quis nã supest ex oĩ populo, quis reliquus est in toto regno, sup quo
B pcutiã in quo videlicet potẽtiã meã, & virtutẽ ostẽdã, qua cognita, & pspecta ad cor redeatis? Nullus inq̃ superest, qa oẽ caput lãguidũ, & oẽ cor mœrẽs, A planta pedis vsquè ad verticẽ capitis non est in eo sanitas, oẽs inq̃ tam maiores, q̃ minores, tã principes, quã populi, tam sacerdotes, & ministri, q̃ infimæ sortis homines, & oẽs tandẽ declinauerunt, & inutiles facti sunt. quarè, nullus est, qui nõ fuerit hucusq, percussus, &
C varijs modis diuexatus, vndè non est super quo percutiam vos vltra D. Tho. innuẽs ferè hunc eundẽ sensum sic exponit. Sup quo pcutiã vos vltra q.d. nõ est quòd pcutiã vos amplius, quia semp addidistis peccata peccatis, neq; vllus est pfectus huius meæ correctionis neque se offert qsquã ĩ toto populo qui vos arguere possit, & ad semitã reducere, neq; cõsulendo, aut quouis modo suffragando, aut bene operando, quia omne ca-
D put languidum, & oẽ cor moerẽs &c, Datur 2. expositio, & est meo iudicio textui magis consona. Super quo percutiam vos vltra. i. quo genere pęnarũ, & suppliciorum vlterius vos percutiã, cùm tot flagellis ac penis vos affligẽs, vt quandoq; de resipiscentia, & emendatione cogitaretis, & grauissimas offensiones, quas in hanc vsq; diem in me dominum vestrum intulistis ad memoriam reducentes, desistere tan-
E dem deberetis, nihilominus semper additis præuaricationem, ità, vt nulla amplius supersit plaga, qua vos ea ratione percutiam. & secundum hanc expositionẽ pręsens particula optimè conuenit cũ ea, q̃ statim sequit̃ videlicet. Addẽtes pũaricationẽ. Affertur & alia expositio sup his verbis, sup quo pcutiam vos vltra addẽtes pũaricationẽ. i. cur,

&ob

& obquam causam, inquem finem volo vos vlterius affligere, molestijs afficere, & flagellis cædere, cum hæc mea afflictio, & pęnarũ inflictio nihil proficiant, & nihil conferant ad eum finẽ consequendum, quem maximè cupio & requiro: Ego enim vos percutio, flagris verbero, diuersis pœnis afficio, vt aliquando resipiscatis, & à peccato desistatis, vos tamen præuaricamini, & peccatis prioribus alia rursus peccata superadditis, frustra ergo percutio; B frustra laboro. Non est qui faciat bonũ non est vsq; ad vnum. Omne caput lãguidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsq; ad verticem capitis non est in eo, vel in toto regno, vel inquouis homine vlla sanitas; prior expositio respicit subiecta, & personas, super quas fit percussio, vel etiam partes regni, vel personarum. Secunda expositio respicit genera plagarũ q. d. Nullum est genus supplicij, aut plagæ, C quod super vos excitandos, aut excutiendos non fuerim expertus, & nihil hucusq; profeci. Postrema expositio refertur ad causam, seu rationem, qua motus est Deus ad nos percutiendos, & innuit causã fuisse vanam, & frustratoriam, cum per eam Deus nequaquã fuerit assecutus suam intentionem: & quamuis nonnullum discrimen inter prędictas expositiones esse videatur, omnes tamen ad vnam solam intentio D nem diriguntur, ad ostendendum .s. quòd inanis erat, & superuacua omnis diligentia, quæ adhibebatur pro resipiscentia, & correptione Iudeorum, quia apud eos nihil erat boni, omnes erant contaminati, & coïquinati à maximo vsq; ad minimum, & econtra: propterea dicit Propheta Omne caput languidum, & omne cor mœrens: si loquamur de toto regno Iudeorum ad similitudinem corporis humani, nulli E dubium, quòd per caput debent intelligi omnes principes, & magistratus, per Cor, intelligi possunt Sacerdotes, qui & ministri Dei in populo: per pedes extremę & infimę sortis homines, qui omnes tam hostili gladio concisi, quã fame, & sterilitate domiti in summæ miseriæ discrimẽ erant adducti. Prin-

A cipes enim qui sunt duces. & capita populorum sunt impij, iniusti, rapaces, & increduli: Scribę verò, & legis Doctores, ac Ministri templi, qui velut cor totius populi exemplo vitæ, & sinceritate doctrinæ debent alios instruere, & monere, sunt in perpetuo mœrore, & tristitia, non modo ob eorum propria, & aliorum peccata (vt quidam opinãtur) sed ob inopiam, ac defectũ virtutis, & doctrinæ. Reliqui verò omnes à planta pedis usq; ad verticem capitis sunt infirmi, plagis, & vlceribus contaminati (nec mirum) qui, (vt vulgo dicitur) quando caput languet, omnia mẽbra dolent, & hæc ad mores & cuiusq; priuati hominis actiones referendo; nam quando quis laborat infidelitate, habet caput languidum, quia fides est fundamentum omnium virtutum, dum laborat insipientia, tristatur & mœret, vt potè nesciens ponere discrimen inter bonum, & malum, vt nouerit hoc eligere, illud verò respuere: Et qui his malis est affectus, dubio procul in eo nõ est sanitas .i. nulla virtutis operatio, sed sola preparatio ad perpetuam gehennam. Quare hæc genera malorum, quæ hominem languentem, & mœrentem afficiunt, explicans Propheta inquit. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens &c.* Vt per vulnus intelligi possit etiam peccatũ manifestum: per liuorem, inuidia latens; per plagam tumentem vitium superbiæ, qui morbi si fuerint obfirmati, nec præcepto legis diuinæ, nec verbo, & exemplo maiorum, neq; operibus misericordię solis possunt vllum medicamentum suscipere. hoc est quod dicit Propheta *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neq; curata medicamine, neq; Fota oleo, propterea inquit Deus Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem*; Quibus verbis facile possumus intelligere Deum sępænũo afflictiones, & flagella nobis immittere, quo à peccatis recedamus, & recto itinere incedamus.

Sed quamquam eiusmodi morbi, siue peccata difficile tollantur, veruntamen fascisorationum (inquit Glos. Interl, vulnus .i. malitia potest circum ligari

gari

gari, liuor, hoc est inuidia exercitio bonorum operum potest aboleri, plaga tumens, hoc est superbia, & ambitio, lacrymis pœnitentiæ, & operibus misericordiæ curatur, iuxta illud Danielis, peccata tua eleemosinis redime. D. Bas: huiusmodi morbos, & prauas affectiones ad ecclesiam adaptans īquit, quod vulnera, quę in corpore humano fiunt per diuisionem continui, in corpore mistico ipsius ecclesię sunt hęreses, & scismata, Hypocrisis verò, & inuidia, sunt veluti liuor, q si sanies redundat, & non extrahatur, & pręsētaneum remedium adhibeatur, fit veluti plaga tumens, & fit lāguor penè insanabilis. & perpetuo per elationem animi, & superbiam turbat Ecclesiam, & totum corpus misticum. Cum verò dicebatur. Super quo percutiā uos vltra addentes pręuaricationē, præterquamquod his verbis vult īnuere Propheta auersionem à Deo, nolle illum respicere, nec eius audire pcepta, & monitiones vt supra diximus aliud qd vult ēt īnuere, vt mox exponemus, cū prius quid propriæ sit pręuaricatio aperiemus. Qui enim huius vocabuli vim explanāt, dicunt eum esse præuaricatorem, qui aliud quamquod facere debet, & dicere, dicit, & facit, aut contrariū illius, aut non eo modo quo debet, qua descriptione facile est videre, quam malum sit, & pniciosum hoc genus peccati. Quod alij difinientes, vel describētes dicunt, quod præuaricatio significat peruersum dogma, & ea scelerum genera. per quæ omnino à deo auertimur. Cum vero dicit Propheta Super quo percutiam vos vltra addentes pręuaricationem q. u. dicere, nōn satisfuit vobis tot plagis Dei filium affecisse, alapas ei dedisse, & sacrum illud caput contudisse, & pterea clauis sacras eius manus, & pedes confixisse, & deniq; lancea latus eius confodisse: sed nec solum in ipsum Christum tam sacrilegas manus iniecistis, verum, & post eius necem in Apostolos, & seruos eius tā crudeliter seuistis, ita vt vere possit dici, de eo omne caput languidum. idest totum languens, & affectum vulneribus: omne cor moerens .i. tristitia affectum, vt ipsemet d. Tristis est anima mea vsque ad mortē, et cætera quæ sequuntur possunt vtcūq; actionibus saluatoris nostri accommodari. Verū vt dicam quòd sentio, difficile admodum potest ista expositio nostro textui accommodari, sed hanc volui huc aduxisse propter eos, qui varias expetunt interpręationes.

Morbi animi qua ratione tollāt'.

Matth. 26.

Terra vestra deserta est, Ciuitates vestrę succensę igni, regionem vestram corā vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. Totus iste contextus facilis est & ex se ipso intelligitur sed difficultas est de qua subuersione, & desolatione loquatur Propheta. Quidam enim volunt, ex quibus est D. Hieron. quòd Proph. loquatur de vastatione facta à Babilonijs incenso tēplo, & subuersa Hierusalem, quando regionem decē Tribuum possederunt samaritani: plenius autem, atq; perfectius fuit facta ista desolatio p Romanos tempore Vespasiani, & Titi, & Aelij Adriani, quādo eorum exercitus vniuersam Iudeam vastauit, vt copiose describit Iosephus in lib. de bello Iudaico, & in lib. de Antiquit. Nicolaus de Lyra vult. et ipse, quòd Propheta hoc loco loquatur prius de desolatione decem Tribuum, & postea de desolatione, & persecutione duarum tribuum, quę desolatio partim ab Asirijs et partim à Babilonijs facta fuit. Quidam moderni sunt longè alterius opinionis & sententiæ, asserunt enim hoc loco Prophetam intelligere, ac prędicere solum destructionem factam post Crucem, & passionem Domini per exercitum Romanorum: nam (vt inquiunt) licet à babilonijs fuerit aliquando capta Hierusalem, reliquæ tamen ciuitates illius regni, aut regionis, non fuerunt ab eis incensæ. nec deuastate, at post mortem Christi omnes vici, & vrbes vniuersæ illius prouinciæ cōflagrarunt, & Iudei ferè omnes absumpti fuere igne, gladio, & peste: Deinde dici non potest, quòd tempore captiuitatis babilonicę coram ipsis Iudeis regionē ipsorum alieni deuorarent, cum ipsi tam longe essent ab illis semoti, quòd huiusmodi deuorationem, seu desolationem

Textus 7.

Not ly. corã vobis.

tionem per alienos ipsi spectaret. Nã sifuerunt Iudei in captiuitatem adducti videre non poterant suę regionis desolationem, non poterat ergo dicere Propheta, corã vobis alieni deuorãt at post mortem Christi vtiq; id euenisse manifestum est, luce enim meridiana clarius est, quòd regionem, quam olĩ coluere Iudei, nunc alieni deuorant, & consumunt. Nam (vt refert Iustinus in Apologia pro Christianis cõtra Iudeos) lege cautum erat, ne quis Iudeorum pedẽ inferret in Vrbes Iudeę, quòd si quis introisset, capite plectebatur; hęc autem mala, & incommoda non aduenerunt Iudeis, nisi paulo post passionem domini. In hac autem opinionum diuersitate, non sum ego tanti, vt possim iudicium ferre. sed consideratis ijs, quæ hac in re consideranda occurrunt, ego potius illorum sententię subscribo, qui existimant Prophetam fuisse loquutum de varijs calamitatibus, & euersionibus, quas passa est vniuersa Iudea; tamẽtsi omniũ maxima, & infaustissima fuerit illa postrema, quæ fuit per Romanos: nam, vt inquit Cyrillus exponens hanc particulam; sæpe numero quidem accidit, vt caperetur Iudea ab Assirijs, & AEgiptijs, siris, & Moabitis, & ab Idumeis, & ab alijs, qui Palestini vocantur; at leuia pertulit, & in mala incidit tolerabilia, & opitulante Deo, ipsoq; vulnerante percutientem, rursus emersit: Verum post Domini Crucem Vespasiano, ac Tito eãde populãtibus, funditus est deleta; quã sententiam si sequamur, quæcumq; hic à propheta dicuntur, facile possunt veritatẽ habere. Cum .n. inquit superius, super quo percutiam vos vltra addentes pręuaricationem, hoc in loco attestatur Iudeos iam olim fuisse aliquando percussos, cum inquit Terra vestra deserta ciuitates vestrę succensę igni, & quæ sequuntur. cum verò subdit Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & reliqua hic posita, sine vlla difficultate, & absq; vllo scrupulo possũt referri ad desolationem, & euersionem, quę fieri prędicitur per Romanos. sic enim exponit Eu- A sebius lib. 2. Demost. cap. 36. in prin. Nec sit nobis multum curæ, quòd Propheta nunc vtatur verbo temporis præteriti, nunc futuri, quoniam, vt notũ est ijs, qui in sacris literis sunt versati, Prophetæ in explicandis Dei arcanis, nunc pręterito, nunc futuro, & alijs tẽporibus frequenter vtuntur. Verum est ergo, & auribus nostris audiuimus & plerique suis oculis perspexerũt terram Iudeorum esse desertam, destru- B ctam, ac desolatam, & ciuitates igne succensas. Quòd autẽ sequitur Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, hoc ipsum nos quoq. possumus attestari, alieni quippe non religione solum, & moribus, sed alieni locorum diuersitate, & quacumque societate politica, qui deuorant, & consumunt regionem illam vsque adeo dilectam, & custoditam, atque id coram illis .i. illis scientibus, illis videntibus, C ac spectantibus, nec reluctantibus, aut resistentibus, quodquidem maximam & grauissimam affert molestiam; nam (vt inquit Cyrillus) Absentes, auribus percipere quippiam molestum, dolorẽ poterit fortassis afferre sed tollerabilẽ presentes verò intueri, nec auxilij quicq; posse afferri, necessarijsq; condolere, & ingemiscere calamitatibus, intollerabile quidem est; & sanè valdè molestum: prędicit aliud graue incõ- D modum, cum inquit, & desolabitur sicut in vastitate hostili i. verè desolabitur quemadmodum solent deuastari aliqua ab hostibus, qui exuti omnem humanitatem, more hostili, & implacabili odio inuadunt aliena, quemadmodum fuit etiam prædictum per alios Prophetas, vt Amos 2. Mittã ignẽ in Iudam, & deuorabit ędes in Hierusalem, & Hierem. 4. Aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes vrbes e- E ius destructæ a facie Dñi, & à facie furoris eius. Et Deuter 20. Deuoret fru mẽtum iumentorũ tuorum, ac fruges terræ, donec intereas: & hic idem Propheta inferius cap. 3. Vepres (inquit) & spinæ erunt in vniuersa terra. Nec sistit hoc loco sapientissimus iste Vates, sed sequitur, & prędicit aliud malum omnino flebile, & dignum perpetua

Amos.

Hierem. 4

Esa. cap. 3.

tua, & sempiterna lamentatione, & effusione lacrimarum, cum inquit. *Et derelinquetur filia Syon vt vmbraculum in Vinea, & sicut tugurium in Cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.* Pulcherima certè, & elegans similitudo, quam ad percipiendum magnitudinem huius ruinæ, aut desolationis. Hierusalē adducit hoc loco Propheta; facile quidem intelligitur quod pro similitudine affert, certum est enim quòd quam diu in Vinea sunt racemi vuarum, & B alij fructus, substruitur ibi aliquod vmbraculum, siue casula ad custodiendū vineam, ne à furibus, aut feris deuastetur, aut vuæ, & reliqui fructus surripiantur, sicut etiam erigitur tugurium aliquod in Cucumerario quandiu cucumeri sunt in agro, vel in pomerio; at racemis comportatis, & fructibus, qui in cucumerario sunt ablatis, custodes recedunt, & relictis vmbraculis, aut tugurijs, tanquam nulli vsui amplius C futuris, liberam ingrediendi potestatē faciunt quibuscunq; voluerint: Ita profecto in filia Syon contingere Propheticus sermo nos docet. Dum enim populus Israeliticus, & primaria Ciuitas, quæ hoc loco non absq; ratione vocatur filia Syon, propterea quod erat constructa supra montem Syon, fructus iustitię produceret secura munitione & custodia, & omni ea misericordia dignatus est eam Deus. Dixit enim Ego D ero illi murus ignis circumclusus, & gloria ero in medio eius. Canit etiam beatus Dauid ecce non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel. Cū autem vinea Domini Sabaoth cępit producere spinas, & tribulos, derelicta est à Deo, & tradita opprimētibus eam, inquit enim per Isaiam cap 5. Auferam sępem eius, & erit in direptionem, & auferam maceriem eius, & erit in conculcatione, & relinquam vineam eius, E & non putabitur, neq; fodietur. Vocatur filia sion, quia & si nunc defecerit & apostatauerit ab eius priori īstitutione, seu plantatione, quia tamen quādoque filia fuit, proinde hoc loco filia nuncupatur, quemadmodum, & Babilon filia vocatur vel quia quādoq; poterit, & ipsa esse filia sic dicta ampliati

Textus 8.

Esai. cap. 5.

A ue more dialectico vel sic nuncupatur quia natura sumus oēs filij Dei per creationem: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus.* Prædictis, & prænunciatis ruinis, & calamitatibus, Quas passuri erant Iudei, nunc iuxta sententiam quorumdā consolatur eos aliquantulum, & monet quid imposterū debeant efficere. Egò autem existimo, quòd Propheta hoc loco velit ostendere quid vniuersa Iudea promeruerit, ita, vt nullus se futurum immunem ab imminenti, malo auderet pręsumere, & pariter explicat summam Dei benignitatem, & clementiam erga illum populum, cum inquit, dominum reliquisse nonnullos, quorum ope, & opera non totus Israel pessum iret: inquit ergo: Nisi dominus exercituū reliquisset nobis semen &c. Quibus verbis manifestè īnuitur quòd nisi dominus hac pietate, & misericordia fuisset vsus, nolle scilicet in omnes, vt par erat, animaduertere omnes omnino in vnum corruissent. Sed quod nam est illud semen quod nobis reliquit. Inquit D. Thomas, quòd hoc est semen à diuersis locis, & regionibus adductum, & congregatum, vt Esa. 43. habetur inferius 43. cap. Ab oriente videlicet (inquit Deus) adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Est etiam semē benedictionis promissum, vt ad Gal. 3. dicitur Abrahæ dictæ sunt repromissiones, & semini eius: & apud Lucam 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus est misericordiæ suæ, sicut locutus est ad Patres nostros Abraham. Fuit etiam semen prædicationis diffusum per vniuersum orbem, vt Isaię 27. Qui egredietur impetu ad Iacob florebit, & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Fuit postremum semen, & posteritas sanctorum, vt habetur cap. vltimo huius libri Sicut (inquit) cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me dicit dominus, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Tandem D. Hieron. vult intelligi per hoc semen relictū, Apostolos, & ministros Saluatoris nostri, & quotquot per

Esa. 43.

Gal. 3.

Luc. 1.

Isa. 27.

per eorum prædicationes crediderunt in Christum, & in eum spem omnem coniecerunt. Et extremis tandem tēporibus reliquiæ saluæ fient, vt inquit Apostolus Rom. 9. ex filijs Israel, vt habetur Oseæ 3. Dies multos (inquit Deus) expectabis me, & non fornicaberis, & non eris viro, sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, sine Principe, sine Sacrificio, & sine Altari &c. et post hęc reuertētur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonū eius in nouissimo dierum. Nonnulli ex his verbis hoc loco à Propheta adductis, eliciunt, quod Propheta Isaias in toto hoc opere loquatur de vltima desolatione Iudeæ, licet interim de desolationibus aliorum locorum agere videatur, & hoc arbitrantur fore scopum totius huius prophetiæ: sensus itaquè est prædictorum verborum, quòd nisi dominus reliquisset, & asseruasset quasdam reliquias ex populo Israel, nihilo minor fuisset vastatio Hierosolimæ, & totius Iudeæ, quàm illarum quinque Ciuitatum, in quibus nullum habitatorem superstitem relictum esse cōstat & omnes vnà cum prædictis Ciuitatibus corruerunt. Vbi aduerte, quòd illa dictio (quasi) non tam est nota similitudinis, quàm affirmationis, quo quidem modo hoc loco sumitur. Per dominum exercituum, siuè dominum virtutum, non solum Patrem, sed, & filiū possumus intelligere, vt benè notat D. Hierony. qui, æque ac pater potest appellari dominus exercituum, dominus virtutum, Rex gloriæ, & quęcumq; de eo dicuntur, exceptis his, quę relatiuè dicuntur, quemadmodum Ioannis 19. attestatur ipsemet Christus, cū inquit omnia mea, tua sunt, & tua mea sunt, & glorificor in eis. Cum autem videamus quam grauiter comminetur Deus per Prophetā populo Israelis, duo nobis consideranda occurrunt. Primū, quòd non iniuria Deus vsque adeò contra illos irascitur, & acriter obiurgat, quoniam peccata, quibus erant contaminati, erant tam grauia, vt nulla ratione potuerit Deus ad ea cōniuere, quē

Rom. 9. Oseę 3. Ioannis 19.

A admodum videtur Deus aliquando dissimulare peccata hominum, & continere manum suam, ne super nos irruat, dum præsertim leuiora mala committimus, vt per Ezechielem dicitur Zelus meus recedet à te, & non irascar tibi āplius: Verum vtcumq; sit huiusmodi cōminatio, & protestatio facta Iudeis, debet etiam nobis magnum timorem, & horrorem incutere, quippe qui fortè nō sumus illis multo meliores: sed ro-
B gandus est Deus, vt auferat à nobis cor durum, & cor lapideum, & tribuat cor carneum, vt aliorum exemplo admoniti, non solum non addamus præteritis peccatis alias præuaricationes, sed obnixè caueamus, ne illas vnquam p̄petremus. Est & aliud in hac parte cōsiderandum, quòd licet aliquando peccata nostra sint grauissima, & oculos diuinę maiestatis vehemēter offendāt, non est tamen dicendum, nec ullo pa-
C cto sentiendum, quòd si quando isti sic delinquentes resipuerint, non eos audiat, & excipiat Deus, quandoquidem dum sumus in via semper est paratus Deus ad nos recipiendos, & amplectēdos: non est enim abbreuiata manus domini, vt saluare nequeat; & multo maior est misericordia Dei, quam sit iniquitas nostra, ipse .n. est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tātùm, sed pro totius mūdi: At nos cu-
D rare debemus, & totis viribus eniti, ne obduremus corda nostra, & quiescamus in sordibus, & peccatis, ac delectemur in illis, quòd si per carnis fragilitatem, & cōcupiscentiam, delectatio obrepię, vt delectemur in eis, non tamen in eisdem nobis complaceamus & ea defendere, ac approbare velimus: dicit .n. Abbas Tuitiensis, quòd tunc præuaricationibus addimus præuaricationem, cum non solum peccamus,
E sed peccatum ipsum tueri volumus. Nempè cum sic fecerimus, causatur ī nobis quidam habitus, & quædam securitas, vt liberè, ac palàm Deum offendere non vereamur, & quod nobis adlubet, licere etiā arbitremur, & hac ratione ī peccata quotidiè prolabimur, & quandam in peccando consuetudinē facimus, cui nisi obuietur, efficitur necessitas,

Di-

cessitas, neq; quodammodo fieri potest quin peccemus. Veruntamen quod īpossibile est apud homines, possibile est apud Deũ, apud quem non est īpossibile omne verbum, & qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahę, non enim illorum stultitię subscribimus, qui, vt refert Iosephus lib. 6. cap. 13. de bello Iudaico dicũt; neque ipsi Deo facile esse aliquod magnum sine labore perficere; cum Regius propheta testetur, quòd Verbo Domino cęli firmati sunt, & spiritu oris eius õnis virtus eorum. Sed prosequamur expositionem textus, sequitur. *Audite verbũ*

Tex. 10. *Domini principes Sodomorum, Percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrę.* Quo (inquam) mihi multitudinẽ victimarum vestrarum dicit Dominus, Plenus sum &c. Cum velit Isaias hoc loco noua quædam proponere & prædicere populo Iudeorum, & ea fortassis, quę valde ab eorum sententia, vel opinione semota erant, prius suo more petit attentionem quemadmodũ paulo āte, cum dicebat. Audite Cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est sic, & hoc loco. Audite prīcipes sodomorum. Vbi notat quòd non vocat Iudeos quicumq; illi fuerint, siuè magni siuè parui principes sodomorũ, quasi hoc solo vitio laborauerint, cum multa alia delictorũ genera illis attribunt Prophetæ; sed cum homines, & viri Sodomitę pessimi forent, velletq; Propheta innuere, & indicare populum illum grauissimis, & enormissimis vitijs, ac sceleribus irretitum, & contaminatum, & proinde verè pessimum, idcircò vocat eos principes Sodomorum, & populum Ghomorræ præcipit autem primatibus, vt scribis, & pharisseis, vt audiant verbum Domini .i. decretum, & voluntatem Dei, ad quos pertinet iussa Dei facere errores pręcauere, & subditis rectè viuendi normā & regulam pręscribere: Vbi per Verbum, nõ intelligas simplicem vocem, aut dictionem, sed integram sententiā seu propositionem cum omnibus suis partibus, & circumstantijs Cyrillus per verbum, intelligit legem, quā iubet nos attendere, aut increpationẽ, quam dicit nos animaduertere, atq; timere. Populo autem præcipit auribus percipere, corde retinere, & ipsis operibus exequi legem Dei, & pertimescere eius minas, ac terrores; alloquitur autem istos seorsum, quia duri admodum erant & tardi corde ad percipiēda mandata Dei. Sed prius maiores dein de minores quia (vt notat Diuus Thomas) quæ sunt à maioribus audita, facile percipiuntur a minoribus, monet ergo primum, & sermonem dirigit ad Principes, & magnates, quos vocat Principes Sodomorum deinde ad populum Gommorrę. Quod autem peccatum eorum fuerit longe grauius peccato sodomorum manifestum est, quoniam illi repulerunt loth, Iudei Christum, qui tāto maior est, quā to ipsa veritas maior est umbra. Illi repulerunt hospitem, & aduenam, Iudei repulerunt illum, qui tamq; Dñus & hæres in propria venit. Illi in Angelos, isti vero in Deum peccauerunt. Alij dicunt, quod Principes Iudeorum, & primates populi vocantur Principes Sodomorum, non quod eo scelere fuerint contaminati, sed quia fuerunt similes in rõne, & ĩ modo peccādi. Nã illi palam contra naturam bestijs irrationabiliores, & canibus impudentiores peccauerunt. Hi verò contra naturam, & contra omnem rationem, videntes signa, & mirabilia, quæ faciebat Christus, quibus nimi rum ostendebat se vere filium Dei, istud impudẽter negabant, & sicut illi absq; vllo pudore, & verecundia cũpellebant loth, vt educeret ad eos iuuenes illos, qui ĩgressi erant ad eum, vt illis abuterẽtur Sic Iudei absq; vllo pudore, & verecũdia clamabant tolle tolle, Crucifige eũ. Et si hunc dimittis non es amicus Cesaris &c. Sicut illi inferebant vĩ, & effrĩgebant portas eis, ita hi vĩ maximã inferebant ipsi Christo iuxtā illud ps. vim faciebant q querebant animã meã Vnde non immerito dixit Christus Matth. 10. quod tollerabilius erit Terrę Sodomorum, & Gommorreorum in die Iudicij quam illi Ciuitati, quæ .S. non receperit verbum Domini, & ministros eius. Eus loco supra Matth. 10.

citato

citato circa, finem capituli 36. inquit, quod proph. vocat eos principes sodomorum &c. quia manus eorum erant plenæ sanguine, & quia iniquitatẽ suam, vt Sodomorũ pdicauerunt, atq; indicauerunt. Est aliorum opinio forte verior, & sanior, quod Principes, & Magistratus Iudeorum, & reliqui de populo præter alia multa vitiorum genera, quibus laborabant, etiam hoc turpi, ac nefando scelere erant inquinati, quemadmodum inferius hanc notam illis impingit hic idem Propheta, dum capite sequenti inquit, quod augures habuerunt, vt philistijm, & pueris alienis adheserunt. Quid ergo vult Propheta eiusmodi viros vsq; adeo labefactatos, & conspurcatos audire? Vide quid sequitur. *Quo (inquit Deus) mihi multitudinem victimarum vestrarũ: plenus sum*, q. d. quorsum, & in quem finem, cuius rei causa mihi offertis tot victimas, & holocausta? Vos .n. putatis eiusmodi oblationes mihi placere, me delectare, quòd probem illas aut fortasis indigeam. Sed toto cęlo ab erratis; quoniam sanguinem hircorũ, & vitulorum nolui, meæ sunt omnes ferę Siluarum, iumenta, in montibus, & boues, Si esurierò, non dicam tibi, meus est .n. Orbis Terræ, & plenitudo eius, mea sunt omnia. Plenus sum, satur sum, vel potius tedio sum affectus, ista amplius non requiro, neq; à vobis quicquam horum expeto, cum nulli sint vsui; neq; vobis, aut etiam mihi fructum vllum queant afferre. At multo magis mihi adlubet Iustitia, sanctitas, & misericordia, vr̃a autem sacrificia, & holocausta absq; his, nihil profecto apud me sunt, & velut res inanes, & vacuas prorsus reijcio. Nũ quid ego manducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorum potabo. quin potius immola mihi sacrificiũ laudis & redde altissimo uota tua; deinde sequitur. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quesiuit hæc de manibus vestris: Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abhominatio est mihi. Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus vestris: Kalendas vestras, & sollẽnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui substinens &c. Litera ista plana est, & non multa indiget explanatione. Sed nota quod per faciẽ Dei & eius conspectũ intelligẽdus est locus ille, in quo Deus colitur, Deus adoratur, & vbi præces nostras effundimus; & gratias expetimus, & tandem vbi à Deo exaudimur, templum .n. Dei, est domus orationis In ea omnis, qui petit accipit. Venire ergo aut accedere ante conspectũ Dei, nihil aliud est, nisi conferre se, & accedere in templum, orationis causa, & animo Deum laudandi, aut aliquid expetendi, & deniq; pro agendis gratijs. Satis æquidem audax, & impudens est quicumq; mente prophana, & corde peruerso, cum Deo præfata negocia acturus, templum accedit. *Aduersus hos indignatur* Deus, & inquit *Cum veniretis ante conspectum meum, quis quesiuit hac de manibus vestris*. Hæc inquam holocausta, victima, & sacrificia. Quis iterũ quesiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis, quotidiè per huiusmodi atria, erecta, & constructa ad honorẽ nominis mei absq; vllo fructu perambulare pedibus ipsis conuertere, & obuersari? frustra quidem id efficitis, nec est necesse, vt diutius in eo laboretis, frustra .n.i. sine vllo fructu offertis sacrificium quando quidem nec vobis vllam præbet vtilitatem, sed potius affert detrimentum, nec mihi laudem vllam, & honorem. Incensum, quod suauem solet referre odorem abhominatio est mihi, fętorẽ potius, & nauseam quandam mihi prębet, sic Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, Neomenia idem est, quod nouilunium, & prima dies cuiusq; mensis, quæ apud Grecos Kalende nuncupantur. Iniqui sunt cætus vestri, hoc est, conuocationes, congregationes, & conciliabula vestra sunt iniqua, quia nihil ibi per agitur, tractatur ac diffinitur, quod non in alicuius perniciem conuertatur. Et quo odio, ac indignatione. Deus horũ actiones prosequatur, rursus, quod mox dixerat repetit. d. Kalendas vestras, & solemnitates vestras, in quibus

Marginalia: Tex. 11. — Psal. 49. — Textus 12. — A, B, C, D, E

bua quidem Deus offenditur, & proximus, odiuit anima mea inquit Deus, qui loquitur more humano ac si haberet animam, quemadmodum, & homines. Facta sunt (inquit) mihi molesta, non possum amplius ferre laboraui sustinens hoc est diu patiens; loquitur hic etiam Deus more humano. Quando enim quis per multum temporis sustinuit iniurias, & opprobria contra omnem rationem, & contra eius naturam, & consuetudinem dicitur laborasse sustinens, cum presertim nullā videt ī offendēte resipiscentiam, ac emendationem. Hunc īmodum clementissimus Deus, esi diu tollerauit nostra crimina, ac præuaricationes expectans nos ad pęnitentiam nihil tamen resipiscimus, sed in dies cęno peccatorum magis īuoluimur, aut potius demergimur; dr̄ laborare sustinens. Non quidem, quod Deus quicquam patiatur, aut laborem vllum sustineat sed tanq̄; defatigatus dr̄ laborasse sustinens, tollerando videlicet nr̄ās inꝑbitates. Sed cur repetit in tā breui verborum spatio, quod dixerat. Dixērat enim neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, & vno, aut altero verbo interiecto, inquit Kalendas vr̄as, & solennitates vr̄as odiuit anima mea. Dicendum, quòd illud idē repetit ad exaggerandum & ostendendum, quantopere displiceant illi eiusmodi superstitiones, & externæ, ostētationes diuini cultus, & simulatę religionis, aut etiam hoc repetit, vt ostendat quòd Kalēdę, preter id quod sunt prima dies cuiusq; mensis, sunt etiam dies festi, qui primis diebus mensium celebrari consueuerant. Propterea dixit primum Neomeniā, & Sabbatū, & festiuitates alias non feram, & rursus postea subdit Kal. Vr̄as, & solemnitates vestras odiuit anima mea. Sed vereor ne quæ hic dicuntur à Propheta aduersus Iudeos, multo verius aduersus nos christicolas proferri debeant, & possīt. Quot enim ex his, qui Christianā religionem profitentur, fictam, & simulatā eorū sanctitatē ceremonijs hisce externis ostētare nitūtur. Est enim facile videre quosdam, qui quotidie frequen-

A tant Ecclesias, deosculantur imagines nullum diem prætermittunt, quin missas audiant, diuinisq; officijs intersint, & tamen à uitijs nihil, aut parum recessisse videntur. proinde non iniuria aduersus eiusmodi hōium genus insurgere potest omnipotens Deus sub eisdem verbis: quo mihi multitudinem victimarum vestrarū? quis quęs iuit hæc de manibus vestris; ut ambularetis in atrijs meis? incensum abhominatio B est mihi Kalenhas vestras, & solemnitates vestras odiuit aīa mea. Et quoniam de festiuitatibus sermonem habet opere precium mihi fore videtur, vt defectis Iudeorum quæ, & qualia fuerint aliqua dicamus. Sed ne tædio lectorem afficiamus, quę, & qualia fuerint, & quæ pariter eorum sacrificia extiterint, videbitur in calce huius operis id ad pręsēs sufficiet scire, qualiter hoc in loco detestatur Deus omnem Hypo C chrisim, & omnem dolum, ac simulationem, quę fit penes cultum Dei. *Lauamini mūdi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Tex. 13. Dubiū est ad quos eiusmodi verba diriguntur, & qui sunt illi, quos hortarur Propheta vt lauentur si enim dicamus ad ipsos Iudeos pręsentem sermonem referri, certe mirum est, quoniam cum hactenus ī a fuerit eos detestatus, difficile admodum videtur, vt ad eos cohortā D das animū adijecerit. Propterea dicūt aliqui sic exponenda fore ista verba; q. d. Vos estis prorsus à me reiectti; neq; existimare deberis me vestras orationes, ac preces auditurum, neq; amplius remissurum peccata vestra, nisi lauemini, hoc est nisi pęnitentiam agatis, & baptizzetur vnus quisq; vestrum; sæpius enim dimisi vobis peccata vestra, & restitui vos in regnum, licèt sępe numero me offenderitis; At nunc vos Iu E dei, qui me cruci affixistis, non amplius dimittam post tam graue peccatum in me ꝑpetratum, nisi lauemini. Hęc profectò est satis bona expositio, sed possumus etiam conuenienter exponere absq; cōnexione præcedentium verborum, vt sit principium seorsum alterius sermonis, in quo postquam Propheta explicauit, & detexit eorū scelera

lera

scera & prauitates, vult nunc, ne quisquã desperet de salute recuperanda, afferre remedia, quibus homo potest in meliorem statum reduci. & propterea inquit: lauamini, mundi estote, quibus verbis duo præcipit facienda videlicet ablutionem, & abstersionem omnimodam a peccato, & vitæ puritatem sectari, quæ duo, & si fieri potuissent, ac debuissent in statu veteris legis p aliquã pænitentiam, & vitæ reformationem, nulla tamen poterat fieri perfecta ablutio, & recta abstersio, nisi tempore nouę legis. Proinde veteres patres oppinantur, quòd his verbis velit innuere Propheta, sacramentum baptismi, & vitæ puritatem; cum ergo inquit, lauamini, mundi estote duo præcipit faciẽda videlicet baptismi lauacrum, quòd constat ex aqua, & Spiritu Sancto, & uitæ Sanctimoniam. Dicit ergo lauamini, & curate, vt lauemini. Non enim potestis à vobis ipsis lauari, aliunde vos oportet expectare auxilium, quo rite lauemini, & à vestris sordibus, & immunditijs detergamini. Et hoc necessarium & oportunum vobis auxilium, nullum aliud profecto est nisi gratia Spiritus sancti. Ob id dicebat Saluator nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum coelorum. Nec solum oportet a peccatis purgari, & immunẽ se reddere, nisi etiam studeat omni diligentia vitam ita componere & coaptare, vt vere mundus, & purus ab omni labe existat. Id quod mox clarius ostendit Propheta dicens. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere puersè, discite benefacere. Bene inquit, aufferte malum cogitationum vestrarum, quia nõ est satis præcauere malum, ne videlicet in opus procedatur; & continere manus à furto vel homicidio, sed operę precium est purificare cor & omnẽ prauam cogitationem, ab eo pænitus abijcere. Propterea dicebat Saluator apud D. Matth. cap. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt; & B. Iohann prima cap. 3. Si cor nostrum non repræhenderit nos, fiduciã habemus ad Deum &c. Dicit etiam co- *Io. 1. cap. 3*

A gitationum vestrarum, quia cogitationes impuræ, & peruersæ sunt nostræ, à nobis prodeunt, non aliunde prouenuint, nisi quandoq; suggerente Diabolo. Hinc dicebat Saluator, vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? & alibi, de corde exeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, adulteria, quæ coinquinant hominem. Dicit postmodum, ab oculis meis, quia non est satis, vt hominibus ostendamus nos in me- *Matth. 15.*

B lius vitam commutasse, sed necesse est, vt coram oculis Dei istud appareat. Deus non irridetur, homo quidem potest falli, & facile deludi, quia solum videt ea, quæ patent, at Deus intuetur cor, propterea subdit ab oculis meis, & sequitur adhortationem dicens. Quiescite agere peruerse, discite bñfacere, hoc est planum, manifestum, & necessarium documentum. Non. n. sufficit desistere à malo, neminẽ amplius

C offendere, nullum iniurijs lacessere, aliena non appetere; sed oportet etiam benefacere, se in bonis operibus exercere, & studere Deo, & hominibus, in omnibus, & per omnia placere: Sic & monuit Regius Propheta. d. Declina a malo, & fac bonũ; explicat ipse Deus per Prophetam aliqua genera bonorum, quæ fieri oportet erga proximum videlicet. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendi- *Es 36.* *Psal. 33.*

D te viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus, querite inquam iudicium, quia nihil certe contra Iustitiam debemus expetere; quod alterius est per fas, & nefas non debemus exigere, Iudices in caussis decidendis, & absoluendis non debemus per vim, & metum subuertere, & iniustam Sentẽtiã emanibus subtrahere: subuenire oppresso, ei s3., qui violentiam à potentiore patitur, & violenter opprimitur;

E debemus iudicare pupillo. i. iudicium facere erga pupillum, qui ob ætatis imbecill tatem suam causam tueri nõ potest, similiter defendenda est vidua, quæ cum sit omni auxilio destituta, nõ potest se ab aliorum improbitate tueri, & id quidem congrue, quia Deus est pater orfanorum & Iudex viduarum. Nota ex augustino differentiam

inter non peccare, & non habere peccatum, qui non habent desideria carnis, & huius sæculi dicuntur non habere peccatum, quod propriè non contingit perfectè, nisi in alio statu: illi verò dicuntur non peccare, & in quibus non regnat peccatum, qui non obediunt desiderijs carnis. Tho. 4. fol. 389. Et venite, & arguite me dicit Dominus. Planus sensus est.d. Si vos feceritis hęc omnia, quæ prædixi vobis, & monui, & ego, qui sum Deus, & non mentior, nō præstitero q̄ vobis promisi, nec stabo pollicitis, venite, & arguite me quasi non sim verax, & iustus. Propterea dicebat Dauid Miserere mei Deus &c. vt iustificeeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Sed quis est, qui possit disceptare cum Deo, & arguere ipsum? quippe qui si iniquitates nostras obseruare voluerit, nemo illius iudicium, ac Sententiam sustinere poterit, & alibi, non ne dicebat ipse Propheta non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: Sed certe magna est clementia Dei, vt dignetur nobiscum disceptari causam nostram, & quot, quamq; maiora omni existimatione cōtulerit in nos beneficia, & quot pro tot beneficijs rependerimus ei mala, nobis tamen omnia condonat, & nos ita reddit audaces, vt cum eo in iudicium venire patiatur. Verum ex his eliciendum, quantam bonis operibus ipse Deus fiduciam præstet, vt nos idoneos reddat, non iam per deprecationis meritum, sed per fiduciam auctoritatis, suis animaduersionibus obuiare. D. Augustinus super psal. 103 Super illud. Iocundum sit ei eloquium meum, d. quod eloquium nostrum cum Deo non est, nisi disputatio hominis ad Deum, & hæc nihil aliud est, nisi confessio peccatorum, ui confitere Domino, quod es, & disputasti cum illo, disputa cum illo, fac bona opera, & disputa, vbi uides quantum tribuat ipse Deus ipsi pænitentiæ, & puritati vitæ, vt his muniti possimus cum Deo in iudicio contendere. Poterimus ergo quodamodo Deū expostulare si nobis eius mandata custodientibus non præstituit, quod pollicetur, Tribus inquam modis reperi apud varios authores particulam istā exponi, vel quòd Deus sistat se à nobis iudicandum, & redarguendum si non steterit promissis, vel quòd non amplius de nobis conqueratur, & iudicet, aut tertio, q̄ pugnaturi simus cum eo, & penè competituri de Iustitia et Sanctitate cū eo dum à peccatis resipuerimus: & tanta erit uis ipsius pęnitentiæ, q̄ quemadmodum sequitur in textu; si fuerint peccata nr̄a vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi uermiculus, velut lana alba erunt. Sed priusquā exponamus istam particulā, prius annotanda sunt quædam super his, quæ mox dicta sunt. Ponit.n.D. Thomas hunc ordinem obseruandum, ne facile in peccata prolabamur, post quam fuerimus aliq̄n ab eis liberati; Primū, ne corde, et animo de his vltra cogitemus, sed cordis puritatem, & mūditiā, quō ad fieri potest tueamur, propterea dicebat sapiens, fili peccasti, ne adijcias iterum, & de prætcritis deprecare, vt tibi dimittātur. Secundū si forte quicquā in mentem surrepserit, & mali quippiam cogitaueris, caue ne cogitatum opere prosequaris, quibus cōminatur proph. Mich. cap. 2. Væ, qui cogitatis mala in cordibus vestris, et operamini malum in cubilibus vr̄is. 3. studere oportet ne mala coepta prosequamur, propterea dicit hic Deus per Prophetam quiescite agere peruerse. Supponit .n. quòd illi quos alloquitur multa iā mala perpetrauerint, quibus optime conuenit documentum illud mox adductū. fili peccasti ne adijcias iterum et c. et merito dicit discite benefacere, quoniā uirtus est discenda et immitanda, non viribus naturæ comparanda, et si ratio non corrupta semper deprecetur, ad optima. Sed uideamus, quid uult Proph. per uerba, quæ sequuntur, dum inquit.

Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

Sensus est, quod quæcunq; peccata nos vnquam fecerimus, quantum vis grauia et horrenda, nec non diuturna, et per

Psal. 50. *Psal. 129.* *Aug. ps. 103* *Eccli. 21.* *Mich cap. 2 in princ.*

et per longum tempus inueterata, siq̄ respuerimus, & iudicium, & misericordiam fecerimus omnia nobis condonabuntur. Vnde D. Chrisost. in cap. 7. Epistolę ad Hębreos Inquit. Nemo eorũ, qui in profundum iniquitatũ deuenerunt de se ipso desperet, quandoquidem pęnitentia ductus, si habitum vitiorum inueteratum contraxeris, nõ solum sanaberis, sed sicut lana candida dealbaberis; Vbi vides quanta sit vis pænitentiæ, quòd si fueris inquinatissimus, sicut niuẽ te dealbabit, hoc etiã iuebat psal. 67 loquens de gratia Dei nobis per pęnitentiam collata. D. qui educit vinctos in fortitudine; Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris, & Danielis 7. Vestimentum eius sicut nix candidum & capilli eius quasi lana munda. Et quoniam peccata nr̄a hoc loco comparantur cocco, & vermiculo, pro inde notandum est, q̄d coccus, & vermiculus, sm̄ quosdã idẽ sunt, & plerumq; vnũ pro alio accipitur, vt est videre, apud D. Hieronymũ, Secundum alios distinguũtur, quia coccus, vel coccinum dr̄ esse color habẽs splendorem ruboris, quod vulgo dicitur grana. Vermiculus autem est ipsum minium. Minium est quoddam genus pigmenti laudatissimi coloris, quod in metalis argentarijs cum argento viuo solet inueniri. De hoc genere pigmenti, seu coloris loquitur Plinius lib. 33. cap. 7. & alij quoq; scribunt l3 non omnes idem sentiant. Alij volunt coccũ esse quoddam genus fruticis, seu plantulę, ex cuius granis vermiculi oriunt̃, ex quibus efficitur quidam color, quo vestes tinctę coccineæ appellantur, & vulgo scarlato. Solent aũt vestes hoc colore semel tingi, Quandoq; vero pluries. Et quæ sunt pluries eo colore tinctæ, sunt aliquanto subobscuræ neq; ita lucidæ velut hæ, quæ semel tantũ fuerint tintæ. De hoc genere coloris loquitur Plinius pluribus in locis, præsertim lib. 9. cap. 41. & lib 21 cap. 8. dicit hunc colorem coccineum fulgere, & splendere gratius, & splendidius, quà rosę. Ego autem nescio quid dicam. Scio me (dum essem in lusitania, habuisse præmanibus uas quoddam valde

A præciosum, quod coccum appellabãt, mihi dono traditum à Serenissima Regis lusitaniæ amita, quod quidem vas erat coloris admodum nigri; qua re admissa optime quadraret comparatio, vel contrapositio posita hoc in loco videlicet Si peccata fuerint coccina; i. excellenter nigra, vt nix dealbabuntur, in suum inquam oppositum redigentur albedo nanq; simpliciter & absolute contrariatur nigro vt ẽ sententia Arist. 5. phi. 19. & alibi Vermiculus

B autem est quoddam animal minutissimum, quod vel nascitur ex granis illius fruticis, quem appellant coccum, vel sunt animantia quædam, quæ materna lingua apud nos vocantur baciarelli, ex quibus miro labore, ac studio sericæ lanæ contexuntur, Dices autẽ, cur voluit Propheta peccata nr̄a conferre his duobus coloribus. Dicunt hoc ideo factum, quia sunt duo colores

C valde tenaces, & diuturni, quo designatur grauitas, diuturnitas, & perseuerantia in peccando, nec non, & denominatio ipsorum peccatorum, quæ vocantur sanguines iuxta illud Prophetæ libera me de sanguinibus; i. de peccatis. Et alibi viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, & quoniã isti duo colores sm̄ opinionẽ communem habent exuberantiã quandam, & splendorem ruboris, ideo eisdem pec-

D cata conferuntur iuxta proprietatem, quam diximus.

At nõ nulli eiusmodi expositionem videnẽ abhorrere, male quidem eos habet & absurdum illis videtur, peccata, quæ sunt obliquitates, & fęditates ipsarum animarum debeant conferri cũ pulcherrimis, et splendidissimis colorĩbus, propterea volunt hunc in modum hanc similitudinẽ exponi, videlicet si fuerint peccata nr̄a vt coccinum .i. si

E fuerint aspersa, et abluta sanguine Christi, procul dubio erunt alba, i mũda, et cãdida, sicut nix, et si fuerint rubra sicut vermiculus .i. si corona martirij fuerint, rubricata, et eo sanguine conspersa, erunt uelut lana alba, aut si qui fuerint rabie, et furore pereiti, et Christi passionem, et eius sanguinem pro nobis effusum fuerint meditati, uelut lanæ-

inter non peccare, & non habere peccatum, qui non habent desideria carnis, & huius sæculi dicuntur non habere peccatum, quod propriè non contingit perfectè, nisi in alio statu: illi verò dicuntur non peccare, & in quibus non regnat peccatum, qui non obediunt desiderijs carnis. Tho. 4. fol. 389. Et venite, & arguite me dicit Dominus. Planus sensus est. d. Si vos feceritis hęc omnia, quæ prædixi vobis, & monui, & ego, qui sum Deus, & non mentior, nō præstitero q̄ vobis promisi, nec stabo pollicitis, venite, & arguite me quasi non sim verax, & iustus. Propterea dicebat Dauid Miserere mei Deus & c. vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Sed quis est, qui possit disceptare cum Deo, & arguere ipsum? quippe qui si iniquitates nostras obseruare voluerit, nemo illius iudicium, ac Sententiam sustinere poterit, & alibi, non ne dicebat ipse Propheta non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Sed certe magna est clementia Dei, vt dignetur nobiscum disceptari causam nostram, & quot, quamq; maiora omni existimatione cōtulerit in nos beneficia, & quot pro tot beneficijs rependerimus ei mala, nobis tamen omnia condonat, & nos ita reddit audaces, vt cum eo in iudicium venire patiatur. Verum ex his eliciendum, quantam bonis operibus ipse Deus fiduciam præstet, vt nos idoneos reddat, non iam per deprecationis meritum, sed per fiduciam auctoritatis, suis animaduersionibus obuiare. D. Augustinus super psal. 103. Super illud. Iocundum sit ei eloquium meum, d. quod eloquium nostrum cum Deo non est, nisi disputatio hominis ad Deum, & hæc nihil aliud est, nisi confessio peccatorum, confitere Domino, quod es, & disputasti cum illo, disputa cum illo, fac bona opera, & disputa, vbi uides quantum tribuat ipse Deus ipsi pænitentiæ, & puritati vitæ, vt his muniti possimus cum Deo in iudicio contendere. Poterimus ergo quodamodo Deū expostulare si nobis eius mandata custodientibus non præstituit, quod pollicetur, Tribus inquam modis reperi apud varios authores particulam istā exponi, vel quòd Deus sistat se à nobis iudicandum, & redarguendum si non steterit promissis, vel quòd non amplius de nobis conqueratur, & iudicet, aut tertio, q̄ pugnaturi simus cum eo, & penè competituri de Iustitia et Sanctitate cū eo dum à peccatis resipuerimus: & tanta erit uis ipsius pęnitentiæ, q̄ quemadmodum sequitur in textu; si fuerint peccata nr̄a vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi uermiculus, velut lana alba erunt. Sed priusquā exponamus istam particulā, prius annotanda sunt quædam super his, quæ mox dicta sunt. Ponit.n.D. Thomas hunc ordinem obseruandum, ne facile in peccata prolabamur, post quam fuerimus aliq̄n ab eis liberati; Primū, ne corde, et animo de his vltra cogitemus, sed cordis puritatem, & mūditiā, quò ad fieri potest tueamur; propterea dicebat sapiens, fili peccasti, ne adijcias iterum, & de præteritis deprecare, vt tibi dimittātur. Secundū si forte quicquā in mentem surrepserit, & mali quippiam cogitaueris, caue ne cogitatum opere prosequaris, quibus cōminatur proph. Mich. cap. 2. Væ, qui cogitatis mala in cordibus vestris, et operamini malum in cubilibus vr̄is. 3. studere oportet ne mala coepta prosequamur, propterea dicit hic Deus per Prophetam quiescite agere peruerse. Supponit .n. quòd illi quos alloquitur multa iā mala perpetrauerint, quibus optime conuenit documentum illud mox adductū. fili peccasti ne adijcias iterum et c. et merito dicit discite benefacere, quoniā uirtus est discenda et immitanda, non viribus naturæ comparanda, et si ratio non corrupta semper deprecetur, ad optima. Sed uideamus, quid uult Proph. per uerba, quæ sequuntur, dum inquit.

Psal. 50.

Psal. 129.

Aug. ps. 103

Eccli. 21.

Mich cap. 2 in princ.

Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

Sensus est, quod quæcunq; peccata nos vnquam fecerimus, quantum vis grauia et horrenda, nec non diuturna,

et per

et per longum tempus inueterata, siqñ respuerimus, & iudicium, & misericordiam fecerimus omnia nobis condonabuntur. Vnde D. Chrisost. in cap. 7. Epistolę ad Hębreos Inquit. Nemo eorũ, qui in profundum iniquitatũ deuenerunt de se ipso desperet, quandoquidem pęnitentia ductus, si habitum vitiorum inueteratum contraxeris, nõ solum sanaberis, sed sicut lana candida dealbaberis; Vbi vides quanta sit vis pænitentiæ, quòd si fueris inquinatissimus, sicut niuẽ te dealbabit, hoc etiã innuebat psal. 67 loquens de gratia Dei nobis per pęnitentiam collata. D. qui educit vinctos in fortitudine; Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris, & Danielis 7. Vestimentum eius sicut nix candidum & capilli eius quasi lana munda. Et quoniam peccata nr̃a hoc loco comparantur cocco, & vermiculo, pro inde notandum est, qđ coccus, & vermiculus, sm̃ quosdã idẽ sunt, & plerumq; vnũ pro alio accipitur, vt est videre, apud D. Hieronymũ, Secundum alios distinguũtur, quia coccus, vel coccinum dr̃ esse color habẽs splendorem ruboris, quod vulgo dicitur grana. Vermiculus autem est ipsum minium. Minium est quoddam genus pigmenti laudatissimi coloris, quod in metalis argentarijs cum argento viuo solet inueniri. De hoc genere pigmenti, seu coloris loquitur Plinius lib. 33. cap. 7. & alijquoq; scribunt 13 non omnes idem sentiant. Alij volunt coccũ esse quoddam genus fruticis, seu plantulę, ex cuius granis vermiculi oriunẽ, ex quibus efficitur quidam color, quo vestes tinctę coccineæ appellantur, & vulgo scarlato. Solent aũt vestes hoc colore semel tingi, Quandoq; vero pluries. Et quæ sunt pluries eo colore tinctæ, sunt aliquanto subobscuræ neq; ita lucidæ velut hæ, quæ semel tantũ fuerint tintæ. De hoc genere coloris loquitur Plinius pluribus in locis, præsertim lib. 9. cap. 41. & lib 21 cap. 8. dicit hunc colorem coccineum fulgere, & splendere gratius, & splendidius, quã rosę. Ego autem nescio qnid dicam. Scio me (dum essem in lusitania, habuisse præmanibus uas quoddam valde

A præciosum, quod coccum appellabãt, mihi dono traditum à Serenissima Regis lusitanæ amita, quod quidem vas erat coloris admodum nigri; qua re admissa optime quadraret comparatio, vel contrapositio posita hoc in loco videlicet Si peccata fuerint coccina; i. excellenter nigra, vt nix dealbabuntur, in suum inquam oppositum redigentur albedo nanq; simpliciter & absolute contrariatur nigro vt è sentenB tia Arist. 5. phi. 19. & alibi Vermiculus autem est quoddam animal minutissimum, quod vel nascitur ex granis illius fruticis, quem appellant coccum, vel sunt animantia quædam, quæ materna lingua apud nos vocantur baciarelli, ex quibus miro labore, ac studio sericæ lanæ contexuntur, Dices autẽ, cur voluit Propheta peccata nr̃a conferre his duobus coloribus. Dicunt hoc ideo factum, quia sunt duo colores C valde tenaces, & diuturni, quo designatur grauitas, diuturnitas, & perseuerantia in peccando, nec non, & denominatio ipsorum peccatorum, quæ vocantur sanguines iuxta illud Prophetæ libera me de sanguinibus; i. de peccatis. Et alibi viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, & quoniã isti duo colores sm̃ opinionẽ communem habent exuberantiã quandam, & splendorem ruboris, ideo eisdem pecD cata conferuntur iuxta proprietatem, quam diximus.

At nõ nulli eiusmodi expositionem videnẽ abhorrere, male quidem eos habet & absurdum illis videtur, peccata, quæ sunt obliquitates, & fęditates ipsarum animarum debeant conferri cũ pulcherrimis, et splendidissimis colorĩbus, propterea volunt hunc in modum hanc similitudinẽ exponi, videlicet si fuerint peccata nr̃a vt coccinum .i. si E fuerint aspersa, et abluta sanguine Christi, procul dubio erunt alba, i mũda, et cãdida, sicut nix, et si fuerint rubra sicut vermiculus .i. si corona martirij fuerint, rubricata, et eo sanguine conspersa, erunt uelut lana alba. aut si qui fuerint rabie, et furore perciti, et Christi passionem, et eius sanguinem pro nobis effusum fuerint meditati, uelut lanæ

erunt: idest usq; adeò molles et pacifici, ac mansueti euadent, ut sint molliores, quam sit ipsa lana: quam eorum expositionē, cum sic ueterū patrū non audeo improbare, multo minus reijcere, sed paru mihi uidetur ad textum facere. Namq; non sunt peccata, quæ Christi sanguine mūdantur sed anima nr̄a a peccatis mundatur iuxta illud. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, et in Apocalipsi lauerunt stolas suas, c.i. aīas suas in sanguine agni, B nec refert, qđ aliqñ legimus qđ Xp̄us in Iordane lauit nr̄a crimina, hoc.n. intelligitur non sm̄ sensum, quem uerba faciunt, sed iuxta sensum, in quo fiunt. Sensus.n. est, quod lauit nr̄a crimina.i. mundauit nos à peccatis. Abstulit ea, et omnifariam dimisit: id quod præcipue contingit in Baptismo. Et dum cōparantur peccata coccino, et uermiculo, non debet attendi, neq; animaduerti ista comparatio, pp pulchritudi- C nem, et speciositatem, qua eiusmodi colores sunt referti, sed debet ea tantum ratio haberi, qua sunt eo rubore perfusi, tincti, et quodammodo infecti et maculati; Propterea (inquit Deus) per Prophetam, quęrite iudicium, facite iustitiam, et misericordiā cū proximo et c. Quòd si feceritis, peccata ur̄a, hoc est ur̄æ actiones, et opera si fuerint infecta, et conspurcata, et uelut sanguine conspersa, et appareant rubicunda, ut D coccinū; ut nix dealbabuntur, idest non apparebit amplius ulla fœditas, et macula, sed aīa ur̄a erit pura, innocēs, et munda uelut nix. Quidam ponunt discrimen inter coccum, ut uermiculū, quod coccus refert sanguinē Prophetarum, et Sanctorum Martirum, quo sanguine fuere madefacti pleriq; Iudeorū, et presertim Reges, et Principes; per uermiculum uero rubrum intelligunt sanguinem Xp̄i, qui dicit aliqñ se esse E uermen et non hominem. Peccata ergo illorum, qui effuderunt sanguinem Prophetarum, sunt rubra uelut coccinum, qui uero Xp̄um Dei filium occiderunt, et uarijs pęnis affecerunt, horū peccata, sunt rubra sicut uermiculus. Si quis ergo fecerit iudiciū, et iustitiā, subuenerit ipsi proximo, siue peccauerit in Filium Dei, siue in Sanctos eius, misericordiam consequetur. Prosequitur Esaias exortationē iam cæptā, dum inquit. *Si uolueritis, & audieritis me.* Tex. 16. Idest si mihi obsequentes eritis, bona terrę cōmedetis, cōueniēter inquit primū si uolueritis. Deīde audieritis, quoniā opportet prius, quo arbor faciat bonos fructus, habeat stirpē et radicē bonā, solidā & nulla sui parte infectā, vnde si qs externe bonū opus prosequat̃, nec tñ recta intētione p̄cedat, nihil efficit̃, itētio nāq; dirigit opus, & fides ītētionē. *Deinde* hic manifeste oñdit nr̄i liberi arbitrij necessariū cōcursum ad bene, salubriter, & meritorie operādū propterea dicit, si volueritis, & audieritis me; i. si volētes, & libere mihi aures p̄bueritis, & feceritis, q̄ ego p̄cipio vobis, bona Terræ cōmedetis, hoc est illis bonis, & facultatibus, quas Deo largiēte Terra producit, vti, & frui poteritis, iuxta illud, qđ in psal. legimus. Spera in Dn̄o, & fac bonitatē, & pasceris ī diuitijs eius. Hoc dictu sit ad l̄ram, sed altiorē, & veriorē intellectū assumendo, dicimus p̄ bona Terræ hic fore intelligenda bona cęlestis p̄riæ, sumpta similitudine ab eius firmitate, & soliditate, de qua Terra loquæbatur ipse Propheta Dauid, cum dicebat Placebo Dn̄o in Terra viuentiū, & alibi. Credo vider̃ bona dn̄i in terra viuentium, & Saluator nr̄ Matth. 5. Beati mites, qm̄ ipsi possidebunt Terram. Per terram quoq; pleriquæ veteres intelligūt ipsa corpora, nostra, cum fuerint glorificata, Tūc. n. bona Terræ commedemus, idest tunc perfecta erit nr̄a fælicitas, & gloria; tūc verè aīa lætabit̃, & p̄gaudio nūquam gestire desistet, cum fuerit reunita suo corpori, & æterna vita nunquam amplius moritura, fruetur in Domino. Quòd si nolueritis, supple (audire me) & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos; quia Dominus locutus est, Protestatur hoc loco, & comminatur Dominus aduersus incredulos, & rebelles, quod si noluerint illi obtemperare, sed potius illi obsistere & consequenter ad iracundiam prouocare; idest efficere, vt ipse alioqui benignus, & mi-

Hoc idem iustus Leuit. 26.

Psal. 114.

& misericors, more eorum, qui prouocati irascuntur. Suam exerceat potentiam, prædicit, & pollicetur eis, quid futurum sit & inquit, gladius deuorabit vos. Gladius inquam verus, & materialis, qualia fuerunt arma Assiriorum, lacedemoniorum, Persarum, & aliorũ Principum, & deniq. arma Romanorum, qui deuorauerunt vniuersam gẽtem Iudeorum, innumeris, cladibus, cædibus, & rapinis, ita vt verè deuorati esse dicantur, quando nihil planè super fuerit ex eis. Nec solum eiusmodi gladio materiali, sed gladio metaphorice dicto deuorati sunt Iudei, quia fame, peste, & demum igne perpetuo sunt absumpti, & quotidie absumentur. Gladius etiam, quod est verbum Dei, & ipse Christus, deuorabit eos, quia arguet eos de peccato, de Iustitia, & de Iudicio, vt habes apud Iohan. cap.
Io. cap. 16. 16. & Deniq; Christus erit gladius eorum pungentissimus, & ex vtraq; parte acutus; Deuorabit eos, cum irreuocabili, & tremebunda sententia dicet
Math. 25. eis. Discedite à me maledicti, & ite in ignem eternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Et ne quis forte crederet, verba hæc comminatoria, frustratoria fore, & fortassis ab homine dicta ob terrorem incutiendum, subdit Propheta os Domini locutum est, q. d. non sunt verba hominis mendacis & instabilis sed sunt verba Dei, qui non est, vt homo, qui mentiatur, aut vel vt homo, qui mutetur, sed sunt verba ipsius Dei, immo est verbum ipsum, sine quo factum est nihil. Quare dũ quicq̃ nobis euenit preter intẽtionẽ, nõ existimemus id fato cõtingere, sed quia os Dñi locutum est, i. quia sic Deus voluit, sed Nota qđ pmanentibus hominũ peccatis Dei sentẽtia non põt mutari at si nos cõuertemur & ipse cõuertetur, dicit D. Hierem. quare & c.

Sequitur Tex. 17. *Quomodò facta est, meretrix Ciuitas fidelis plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* Aliqui expositores opinantur, quòd Propheta velit his verbis demonstrare iustã Dei vltionem in populum Iudeum ob ea peccata, quæ perpetrauit in proximum, cum antea ostenderit iustam pu-

A nitionem eiusdem populi propter peccata, quæ sciens, & volens perpetrauit in Deum. Quidam Iuniores volunt hoc loco Prophetam auspicari aliud caput suæ prophetiæ præcipuũ, qđ est spiritualis redẽptio nouæ Hierusalẽ, sed prius oportunũ fore iudicauit recẽsere scelera illius terrenę Ciuitatis, & totius ferè illius nationis. Propterea, quasi admirans, & obstupescens hunc in modum exorditur. d. quomodo facta est
B meretrix Ciuitas fidelis? Mihi autem saluo semper meliori iudicio videtur hoc loco Prophetã prosequi, quam antea aduersus Hierusalẽ susceperat inuectiuã, seu obiurgationẽ: rephẽderat.n. Ciuitatem de maxima ac detestabili ingratitudine erga Deũ, de cultu Idolorũ, & de alijs vitijs, quibus populus ille scatebat, et exaggerãdo, seu mauis admirando, & hanc turpẽ, & mõstruosam metamorphesim detestando, inquit.
C Quomodo facta est meretrix Ciuitas fidelis plena iudicij, & ęquitatis? Iustitia nãq; olim habitauit in ea nũc aũt homicidę, q. d. Qui fieri, põt, & q̃ nã causa, aut infortuniũ accidit, vt ea Ciuitas q̃ iã pridẽ erat plena iudicij q̃q; tot causas, aut p̃sidia se bñe gerẽdi diuinitus suscepit, nũc fuerit effecta meretrix, cauponaria fallax, & hipocrita qs vnq̃ credidisset aut suspicari potuisset id aliqñ futurũ (nõ est hic dubitandũ de qua Ciuita-
D te loquatur. 70. n. Interp. in suo textu explicant prophetã de Ciuitate Syon, vbi constructa erat Ciuitas Hierusalem, locutum esse. Hæc.n. Ciuitas dicebatur olim Ciuitas Fidelis primo quia fidei doctrinam sectabatur, verumq; Dei cultum præ ceteris vniuersi Orbis partibus retinebat, deinde Ciuitas fidelis vocabatur ratione patrum & progenitorum suorum, quorum vestigia, mores, & vitam complectebatur, & in alias
E Iudeæ Vrbes, ac loca diffundebat suã doctrinam & erat veluti mater, & domina ac magistra ceterarum Vrbium. Hęc autem Ciuitas sic nuncupata fidelis, & magistra, & plena iudicij & ęquitatis, dicitur facta meretrix, quia se subtraxit à cultu veri Dei, & subijci voluit, ac susterni potestatibus tenebrarum, & ab illis gubernari. Cum autem

dicitur fuisse plena iudicij, aliqui secus intelligunt, quàm nos exposuerimus. Dicunt.n. quod plena erat iudicij, quia plena erat castigatione cum multis eã plagis Deus punierit. Quæ correctio, & punitio appellatur iudicium, quia p̃ illud discernuntur non solum, qui merẽtur puniri, & gastigari ab ijs, qui merẽtur protegi, & defendi, verum etiam tali iudicio discernũtur pœnę puniendorum quandoquidem non omnes pari pœna puniuntur. At hęc expositio mihi non satisfacit, quia neq; etiam cõuenit litteræ quam exponimus: namq; prius eam Ciuitatem commendat, appellans eam fidelem, & plenam Iudicij, postmodum vero nullo verbo interiecto eam damnat, ac detestatur. Dicitur ergo plena iudicij. i. consilij, rectitudinis, & ęquitatis vt pote in qua nulli fiebat iniuria, & cuiq; quod suum est, reddebatur, & omnia prudenter, & secũdum ordinem tractabantur, id, quod melius per verba sequentia declarat cũ inquit, Iustitia habitauit in ea, quoniã vt diximus vnicuiq;, quod suum erat reddebatur, & aduersus improbos, & male agẽtes exercebatur Iustitia, neq; erat vlla personarum acceptio: Id quod temporibus Dauid, & Salomonis contigisse dicunt, & multo magis eo tempore, quo Resp. Iudeorum per Iudices; i. viros quosdam Dei nute selectos & probatos regebatur. Non autem existimes, licet dicat Propheta Iustitiã habitasse in ea Ciuitate, non fuerint etiã multi hominis facinorosi in eo populo, vt habes ab ipso Dauide psal. 54. cũ ait Vidi iniquitatẽ, & cõtradictionẽ in Ciuitate. Die, ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia, & non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Sed verba Prophetę capienda sunt iuxta comparationem, quoniam v. g. temporibus Dauid, & priorum ętatum iustitia magis vigebat, magis exercebatur, & videbatur iam firmam sedem constituisse, & ibidem quieuisse: at posterioribus seculis iustitiam pœnitus recesisse, & iniustitiam, suam sedem occupasse, propterea ait, nunc autem homicidę, Sed nolo prætcrire, quod aliqui Interpretes annotarunt, quòd vbi nos legimus iustitia habitauit in ea, ipsi legunt, dormiuit, insinuantes, quod Iustitia et quæcũq; virtus, quæ sub iustitia, & per iustitiam intelligitur dormiuit; idest cessauit in Sion, quia mirumimmodum vitia inualuerant, & plerię. omnes dediti erãt voluptatibus ac delitijs, & hoc fuit in causa, quod populus ille fuit adeo Segnis, & durus ad recipiendum Christum. Alij legunt. Iustitia non habitauit, neq; requieuit, sed habitabit, & requiescet in Ciuitate Hierusalem, quod futurum est tempore Christi, sed hæ duæ expositiones vna cũ suo textre fellũtur p̃ ea quę diximus: dic saltẽ vt notat D. Hieronimus quòd vbi nos habemus Iustitia, in tex. hæbreo habetur dictio, quæ magis sonat iustum, quam iustitiam, & sic omnis amouetur difficultas quod scilicet iustus videlicet Christus Dominus prius in ea Ciuitate, hoc est tẽporibus Patriarcharum, & Prophetarum commoratus est, quam posterioribus temporibus cum omnia fuerint repleta in credulitate. Et hoc est, quod dicit Propheta. Nunc autem homicidæ, vbi illud aduerbium præsentis tẽporis, conueniẽter potest referri ad tempus quo iudei occiderunt X p̃um, quandoquidẽ illud homicidium fuit grauissimum, & quo nullum maius fieri vnquam potuit aut poterit, sed hoc non obstante dicimus cum D. Hieronymo, quod illud aduerbium potest referri ad vtrunq; hoc est ad tempus ipsius Prophetæ & ipsius Christi & vnum fuit signum, & figurati uum alterius, nec tamen (vt diximus) existimandum est, quod populus ille, quem elegit Dominus in hęreditatem sibi non fuerit aliquando bonus, licet re vera nos simus veri hęredes ipsius Dei choęredes autem Christi: monstrat autem Propheta pulchra similitudine sumpta a rebus innanimatis, quàm turpis, & ignominiosa fuerit illius Vrbis transformatio dum subdit. Argentũ tuum versum est in scoriã: Vinum tuum mistum est aqua; Hoc aũt probatur signo manifesto cũ dr̃. Principes tui infideles

Psal. 54.

les, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. & quod his deterius est, pupillo nō iudicant:& causa viduę nō ingreditur ad illos. Particula illa argentum tuū versum est in scoriam multifariam pōt exponi, primum ad lrām, vt referatur ad Ciuitatē Hierusalem, hoc est ad Principes, & Magistratus, & ad vniuersum populum, q. d. Ciuitas hæc prius erat in signis nobilissima & viris illustribus, omniq; virtute præditis copiosissime referta, vt pote in qua quieuerat, & cōsederat Iustitia, nunc vero versa est in Scoriā & turpitudinem, ac spumā: Scoria .n. vocatur spuma illa, siue spurcitia, aut sordes, quæ ex metallo inter quoquēdum, extrhaitur, ac in Terrā deijcitur: Et secundum Plinium, lib. 33. cap. 4. Spurcitia, quę in oī metallo reperit, ac proijcit scoria vocat. Vide ergo & cōsidera ac diligēter ppēde ex hac similitudine, in quam ignominiam & turpitudinem deuenerit Ciuitas illa vsq; adeo celebris, & magnifica summisq; laudibus, apud omnes exteras nationes ad Cęlū vsq; exaltata. Nec dubium ea verba referri iuxta sensum ppriū & literalē ad scribas, & Phariseos, & alios legis Doctores, qui legē diuinā, & Dei mādata, quæ sunt vel vt argentū igne examinatum, verterunt in Scoriam hoc est suis traditionibus, & vanis interprætationibus corruperunt, &, vt ita dicam, adulterauerūt, quemadmodū illis Saluator nr̄ apud Matth. impingit, cū inquit, ꝙ illi transgressi erāt mādatū Dei propter eorū traditionē, pōt hæc particula referri ad quēcūq; nostrum; quia plerîq; reperiuntur qñ quæ fideles, & morigeri, & plerisq; virtutibus decorati, qui reuera sunt velut argentum resonās, ac relucēs, & magno pcio extimatū, qui postea, vel sugestu demonis, vel ob prauas aliorū cōsuetudines vertuntur in Scoriā, hoc est efficiuntur iniqui, rebelles, & increduli, & multis vitijs, & criminibus coinquinati, immo potius referti: de his Iure dicere possumus, argentum vestrum versum est in Scoriā. Et vinū mistū est aqua: i. sinceritas, & puritas dogmatū, nec non vitæ & morū, deturpata est, & deformata p aquā,

Plin. lib. 33. cap. 4.

A idest per ea, quæ non sunt de essentia vini, quin potius minuunt eius vigorē, & tollūt eius puritatem, ac sinceritatē, & contrario modo operantur, quam egerit Xp̄us qui aquam conuertit in vinum, isti vero vinū in aquam, vnde Procopius d. ꝙ Iudei offerunt, & bibunt vinum mixtum aqua, quia merum illud scripturarū, quod hominū animos ad se conuertit, & ebrietate quadam celesti afficit, & delectat, ac lętificat cor hominis,
B fabulosis quibusdam commentarijs, & interpretationibus, velut aqua diluunt, & sinceritatem vini hoc modo corrumpunt, sic etiam faciunt heretici, & plerîq; alij doctores, qui velut caupones, & tabernarij turpis lucri gratia, aut alia ratione adducti sacras literas peruertunt & miscent sacra profanis docentes quæ non oportet. Correctores etiam Iudices, & magistrimorū, dicuntur & ipsi miscere
C vinum aqua, cum à seueritate legis in mollitiem quādam deflectunt, & satis se fecisse arbitrantur si subditi molliora, & leuiora quędam obseruēt, modo quæ grauiora sunt legis reijciant. & cōtennant, dicuntur etiā miscere vinum aqua, qui nihil ex animo, & recta intentione faciunt, quamuis exterius bona, & Sancta videantur esse quæcunq; faciunt opera isti re vera miscent vinum aqua, & argentum eorum nō est purū,
D & verum, sed fallax, & alchimicum, & vocatur ab alijs argentū reprobatum sic quidem multi sunt, qui Christi nomen habent, & Christiani vocantur, veram tamen Christi effigiem, & figuram non habent, quemadmodum etiam dicebat Apostolus, confitentur se nosse Deum factis autem negant. Id autem quod dixit, manifestat à signo, cum inquit Principes tui infideles, non solum, vt aliqui ex-
E ponunt, quia sunt inobedientes, immorigeri, diuinis eloquijs nullam plane fidem adhibentes verum etiam infideles eos appello, & appellari existimo, quia non seruant fidem, neq; pactum initum cum illis, cum quibus rem agunt, & aliquid negociantur, qđ quidem est maximum dedecus, & ignominia in principibus & in ijs, qui

alijs dominatur. Nihil enim turpius dici vel excogitari pōt in quocūq; hominum genere at presertim in ijs, qui alijs pręsunt, ac dn̄antur, non constare sibi ipsis in ijs, quæ dicunt, & pollicentur: vnde Virgil Tu modo promissis maneas, seruataq; serues Troia fidem. Dicuntur socij furum, vel quod ipsi quoq; furantur, vel quod fures tuentur, & fouent vel quod sunt participes earum rerum, quæ alij rapiunt, & furantur quemadmodum in varijs vniuersi orbis regionibus usu uenit, vbi sunt multi latrones, exules & sicarij qui sub tutela & presidio quorundam principum viatores depredantur & mactant Deinde occulte cuiusdam rapacitatis, & auaritiæ eosdem sugillat, dum inquit, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Non approbo, quod dicit D. Hieronymus, maius esse peccatum diligere munera, quàm accipere, cum alibi scriptum sit, beatus, qui manum suam excutit a munere, & psal. 14. ille habiturus domicilium in Dei tabernaculo prædicatur, qui munera super innocentem non accepit, & Iob cap. 15. Inquit, ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt, & præterea, qui accipit munus ab aliquo, aliquid ei subtrahit quod forte in eius qui donat, aut propinquorum maximū cedit detrimentum. Qui verò diligit solum, & nihil accipit, nulli præterquam sibi ipsi iniuriam facit, nec solum hoc peccant, sed sequūtur retributiones, quia s3. nihil per Iustitiam faciunt sed ob id solum quod aliquid sub spe, lucri & mercedis, se accepturos arbitrantur. si aliquod iudiciū in alicuius fauorem & beneficium exercent. At vbi se nihil accepturos arbitrantur, obdormiunt, vel silent, aut cōniuent, & plerunq; ob eandem causam dant impunitatem criminum, & impios iustificant, & absoluunt, inopes ac egenos miseros omniq; auxilio destitutos opprimi patiuntur id, quod manifeste nobis ostendit, cum inquit. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos, quia videlicet nullum est ibi lucrum, neq; vlla retributio.

1. Eneidos.

A Ad eorum tribunal non ingrediuntur viduæ, neq; pupilli possunt vllatenus exaudiri, & deniq; oīa in deterius sunt conuersa, veritas in mendacium, iustitia in homicidium, argentum in Scoriā, & vinū in aquā, & hæc oīa facile referuntur ad Xp̄um, & suæ passionis tempore contigerunt: Principes. n. Iudeorum fuerunt infideles, quia desciuerunt à Xp̄o, & abierunt retrorsum dicentes, non habemus Regem, nisi Cesarem: B fuerunt socij furum; i. Scribarū, & Pharisæorum, qui corruperūt scripturā & vaticinia Prophetarū, vel socij furum; i. Iudę proditoris, qui fuit fur, & latro: dilexerunt munera, & sequuti sunt retributiones cum dixerunt. Venite occidamus eum, & habebimus hęreditatem eius. His dictis, & ennaratis Iudeorū erratis, & grauissimis impietatibus, nunc Propheta in medium affert & profert iudicium, & sententiā C Dei aduersus eos, & inquit. *Propter hoc ait Dominus Deus. exercituū, fortis Israel heu, cōsolabor sup̄ hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis:* Quòd Propheta explicet ipsum Dn̄um exercituum proferre sententiam suam, indicat profecto rei euentum certissime futurum, quandoquidem Deus, non est vel vt homo, qui mutetur, eo ipso dicente ego Deus, & non mutor. Vocat eum Dominum exercituum ad demonstrā- D dam eius virtutem, et potentiam: oīs. n. militia Cęli, & exercitus Angelorum sub ipso militant, et ab eo cunti reguntur, sicut ipsemet testatus fuit dicens Math. 26. An putas quia non possum rogare p̄rem meum, et exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum: proinde non ab re vocatur etiam fortis Israel: nam in Iacob, et in Israel demonstrauit Deus quam fortis, et potens sit, et quotidie id ipsum ostendit in E oībus creaturis. Sed nota vbi nos habemus. Deus fortis Israel. 70 Interp. habēt. Veh potētes Israel, quibus verbis ostēdit Esaias sm̄ Cyrillū q̄ Deus p̄cipue arguit p̄fectos, et doctores aliorū, et eis p̄ceteris cōminat̄, quorū exēplo alij p̄cipites ruūt. et ideo alibi scriptū est, potētes, potēter tormenta patiētur. Quid ergo dicit Dominus exercituum

Tex. 18.

fortis

fortis Israel. Heu, inquit, ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis; dicit, heu, ostẽdens dolorem, & afflictionem, quam instar hominum loquens, habere dicitur Deus, cum cogitur sumere pęnas de nobis, & scelera nostra vlcisci quẽadmodum pij patres dolere solent, & contristari, cum filios verberare cogũtur. At dices, si dolet, quo pacto consolatur? nulli dubium, quod ob reprimenda peccata, quę Deus, cum sit summe bonus, & iustus, maxime detestatur, dicitur consolari cum ea punit, & ob id maxime quia tandem ad penitẽtiam conuersi meliorem vitam auspicãtur, Adeo quòd Deus pariter, & simul delectatur, & dolet, dũ aliquos punit; delectatur quidem propter ostensionem Iustitiæ, & propter eorum resipiscentiam, dolet, ac tristatur ob pęnam, quã patiuntur. Alij dicũt, quòd illa dictio heu, est potius nota, & signum insultãtis, & comminantis Dei, quam dolentis, quandoquidem non potest Deus nõ maxime delectari cum punit iniuriam sibi illatam: De qua vltione habet psal. 43. & Deut. 32. reddam inquit vltionẽ hostibus meis & his qui oderunt me retribuam, hoc est ergo quod dicit, heu consolabor super hostibus meis, qui sunt Scribæ, & Pharisei, & quicumq; mihi obsistunt, & reluctantur, & vindicabor de inimicis meis idest non ꝑmittam eos absq; vindicta liberos pertrãsire. Hæc fere est communis aliorum expositio. Sed pace illorum mihi visũ est, aliam afferre expositionem. Dico enim quod Deus volens vltionem sumere, & vindicari de inimicis suis, cõsolatur sup alijs inimicis suis .i. vtitur opera, & manu illorum, & hac ratione consolatur super illis, quia non potest non magnopere, & vehementer delectari, & consolari cum per hostes suos & ei aduersarios punit, & castigat alios Id quod sæpissime fieri videmus, & priscis quoq; temporibus factitatum esse legimus. Quot enim clades ruinas, & cædes ꝑpessi sunt Iudei ab Assirijs lacedemonijs, & Persis. Quot clades, & ruinas perpesi sunt christiani a paganis, turcis, & hereticis, propterea nõ

Psal. 34.
Deut. 32.

A sine causa dicit ipse Deus, heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Magna certe, & grãdis est consolatio sumere vĩdictam de inimicis sicut quõdam strenuus quidã miles mihi dixit, nihil esse dulcius in hominum vita, quam vindictam sumere de inimicis, quæ verba non sunt sĩpliciter admittenda, quia sic accepta è diametro procul absunt a fide, quam profitemur; nobis inquam pręceptum B est vt quascumq; iniurias confestim remittamus preter eas, quæ sunt contra Deum neq; sol occidat super iracundiã nostram De nostris autem, diuino iudicio reseruari velimus, iux: illud, mihi vindictam, & ego retribuam, & quo nam pacto vindicabitur Deus de inimicis suis, Inquit, & conuertã manum meam ad te, & excoquã ad purũ Scoriam tuam, & auferam omne stãnum tuum; vult dicere, quòd cum per C alias pænas, persecutiones, & damna, quæ aliàs passa fuit Ciuitas Hierusalẽ non fuerit ad amussim purgata, & purificata, nec omnino fuerit ab rasa, & extincta vitia, quibus laborabat, vult conuertere manum suam ad ipsam, & rursum apponere manum, hoc est adhibere alias clades, & supplicia, vt omnino Scoria, sordes, & ĩmũditiæ proijciãtur, & õne stannũ, quod extrinsecus apparet argẽtum, penitus tollatur, D & Ciuitas vniuersa, & populus ad puritatem, & pulchritudinem suam restituatur; & quid vltra; & restituam Iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus; post hæc .i. õnibus his peractis, vocaberis Ciuitas Iusti, Vrbs fidelis, nulli dubium, quod eiusmodi ꝓmissiones in Ciuitate Hierusalem non dũ impletę videntur, sed neq, vllo vnquam tempore ad implebũtur. Propterea ad tempora nouę Giuitatis, hoc est Ecclesiæ Christi easdem E ad impletas esse per Dei gratiam videmus. Iudices nãq; restituti fuere duodeci Apostoli qui nihilo ĩferiores, imo longe superiores, & præstantiores fuere priscis illis Iudicibus, qui inter sanctos recensentur. Namq; Petrus ĩter alios, & ipse Paulus fuerunt præclari Iudices, & egregij consiliarij, de quibus

bus Iudicibus, & Consiliarijs Sanctus Propheta Dauid ipsam Ierusalem alloquens dicebat. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, quandoquidem Apostoli Christi erant ex Iudeis progeniti, & ipsi quoq; alios in Christo filios genuerunt; vt sæpe Apostolus Paulus, & D. Iohann: filios appellant, qui per eorũ prædicationẽ in Christum crediderũt. Dicuntur autem isti Iudices, & consiliarij restituti vt prius, quoniam scilicet non per sacrificia, oblationes, & obseruationes iudices fuerũt veteris legis vt Samuel. Moises, Iosue, & quidã alij, sed per fidem, quam habuere in Christum venturum. *Post hæc* inquit Propheta .i. cum purgata fuerit, & ablata omnis spurcitia à Ciuitate Hierusalem, .i ab ea Ciuitate, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, & restituti fuerint Iudices, & consiliarij, vt prius, Tunc, ò, Ciuitas Sancta nobilis, & præclara, Vocaberis Ciuitas Iusti, & Vrbs fidelis. Vocabitur inquam Ciuitas Iusti .i Ciuitas Dei, & Ciuitas dilecta à Deo, cõstructa. & protecta ab eo, & in qua vera, & solida Iustitia perpetuo residebit. Et vocabitur Vrbs fidelis, tum ratione sui, quia colet, & adorabit verum Deũ, tum quia à Sanctissimis, & fidelissimis Patribus, & Prophetis originem ducet, tum tertio, quia alijs Vrbibus .i. cæteris Ecclesijs vite, & doctrinæ regulam ac formam perscribet, & erit mater, & magistra aliarum gentium, quemadmodum Romana Ecclesia est mater omnium Ecclesiarum, & verum erit, quod infra 62. cap. hr̃. Non vocaberis vltra derelicta nec vocaberis ultra desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea. Deinde Subdit. *Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in Iustitia & conteret scelestos, & peccatores simul, & qui dereliquerunt Dominum consundentur.* Prosequitur Esaias ad demostrandam futuram gloriam Ciuitatis Hierusalem, quæ appellatur Sion, q̃nquidem super eũ mõtem dicunt fuisse constructam, sed, & hæc quoq; prædictio, seu prænũciatio non de Hierusalẽ Terrestri, sed de Hierusalem à Christo Domino constructa, & edificata debet intelligi. Redimetur quidem in iudicio, quia qui digni inuẽti fuerint, redimentur; quandoquidem non omnis Israel saluus erit, & reducẽt eam in Iustitia .i. per Dei misericordiã saluabuntur. Iustitia namq́, Christi ꝑ quam redempti sumus, congrue põt appellari misericordia, quemadmodum 70. Interp. videntur ĩnuere: Aut dicamus, quod ista redemptio, & reductio erit in iudicio, & Iustitia, quia expensis, & discussis rõnibus & causis eorum captiuitatis erunt liberati, vt Hieremię 23. Regnabit Rex, & faciet Iudicium, & Iustitiam in Terra. Si vero legatur in accusatiuo, hoc est reducent eam in Iustitiam, sensus est, quod Populus ille Israeliticus reducetur ab iniustitia, & infidelitate quam vsq in illũ diem operatus fuerat in Iustitiam, & sãctitatem, & qui nam erũt, qui hoc munus obibunt? dubio procul post Christi passionem discipuli Christi, & prædicatores verbi Dei sed biblia correcta hñt in iustitia, & sic debet exponi. Aliqui volunt per Iudicium, & Iustitiam intelligamus sanctificationem, qua ꝑ Dei misericordiam sanctificati sumus, ita vt sion .i. Ecclesia, & congregatio electorum sit redempta à captiuitate diaboli per Iustitiam Christi quam diximus appellari misericordiã. Vnde psal. Confitemini Domino quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibns congregauit eos &c. Et subdit. *Et cõteret scelestos, & peccatores Simul*, & qui dereliquerunt Dominum consumentur: Consequens erat, vt explicatis bonis, quæ euenient his, qui abiecta impietate, & iniquitate Deo adheserint, nunc ostendat, quæ mala illis immineant, qui increduli fuerint, & pertinaces, Redimetur itaq; Sion, & Hierusalem; attamen scelerati, & peccatores, & qui dereliquerunt Dominũ nullam habebunt partem cum his, qui repempti fuerint, D. Thomas, perscelestos intelligit idolaras, per peccatores vero eos, qui voluptatibus, ac delitijs presertim venereis sunt dediti. vult enim D. Tho. quod præ ceteris sceleri bus sodomia, & idolatria simul cęperũt & simul creuerunt 4. dist. 1; q. 2. Alij per

Marginalia: Textus 19. (beside "sed per fidem"); Tex. 20. (beside "sed vocaberis voluntas mea"); Psal. 106 (beside "eius. Dicant qui redempti"). Section letters A–E in the column gutter.

per scelestos intelligunt eos, qui cæteris præsunt, per peccatores vero, subditos. Ego vero existimo, quod per scelestos intelligat Propheta, eos, qui sunt omnino peccatis immersi per peccatores vero, quoscumq;, diuinę legis transgressores. Per eos qui dereliquerunt Dominum intelligamus, eos, qui post veritatem agnitam recesserunt à Deo, quemadmodum illi, qui reiecto Christo dicebant non habemus Regẽ nisi Cesarem. Illi igitur Priores conterentur, posteriores verò, consumentur, vt nulla sit amplius spes eorum salutjs. & resipiscentiæ iuxt illud, quod dixit Hieremias cap. 17. Domine omnes, qui te derelinquunt, cõfundẽtur, recedentes ate in Terra scribẽtur, & iuxta illud, quod legitur Matth. 21. Christus est lapis angularis, super quẽ, qui ceciderit confingetur. Super quẽ vero ille ceciderit conteretur, ille scilicet super quem ceciderit lapis.

Hier. cap. 17.

Matt. 21.

Et pręter hæc Confundẽtur ab Idolis, quibus Sacrificauerunt & erubescẽt in hortis, vel super hortis, quos elegerant: Loquebatur Propheta in tertia p-sona de illis, cum dicebat consumentur, & confundentur, postea per apostophen mutat personam, & loquitur in secunda dicens, Erubescetis super hortis quos elegeratis. D. Thomas p sistens in sua expositione priorum verborum, vult quòd Propheta hoc loco carpat Idololatras, & voluptuosos luxuriæ deditos d. Erubescetis super hortis, quos elegeratis, ad explendam, scilicet luxuriã, iuxta illud Pauli Apost. d. Quem fructum tunc habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Sed alij referunt hæc omnia ad cultum Idolorum, quibus quidem sacrificabant in hortis, in lucis & nemoribus, in collibus, & locis eminentibus, & iure quidem poterant conqueri, & erubescere & secum ipsi in hæc verba prorũpere. O nos miseros, & insanos, & tota mente captos, qui cõstruximus, & elegimus hos hortos, & nemora, vt in illis placaremus Deos nostros, & propitios eos haberemus in nostris angustijs. & necessitatibus, qui tamen nobis nihil omnino profuerunt, contra quos, & vnicuiq; nostrũ potest illud deuteronomij in faciem obijci videlicet Vbi sunt Dij tui, in quibus habebas fiduciam? opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Hoc idem possumus iactare contra striges, & lamias, quæ infelices, & omnium miserrime, vt suas quasdã expleant cupiditates se se demonis seruituti dedunt, & aliorum spirituum nefario consortio sese adiungunt quæ tamen post modicum tempus magno suo malo, & certissimo suarum animarum detrimento, quàm fallax, & vana fuerit demonum societas, facile experiuntur, quippe quę nullum inde possunt excipere tutamen, & auxilium; Nec multo secus nobis quoq; euenit, qui adoramus idola muta, & surda, quę sunt opera manuum nostrarum, vt sunt opes, fauores, consilia, & quęcumq. ab hominibus pręstari possunt: quæ in ãgustijs, & necessitatibus, nisi adsit virtus, probitas, & Iustitia parum admodum, vel propè nihil proficiunt. Et experto mihi crede ruberto: Gloria nostra sola hęc est, testimonium conscientiæ nostrę: Vt verò melius id ostendat subdit. *Erunt enim quasi terebintus*, Vel quasi quercus defluentibus folijs, & velut hortus sine aqua. Nemo est, qui ne sciat, quam turpe, & horridum sit inspicere arbores, quasdam aridas, & de siccatas, ita vt nec flores, nec folia illic appareant, similiter, & hortos sine aqua: hunc inmodũ cum ingruerit Tẽpestas, & repentina calamitas apparebit Ciuitas Hierosolima, quę prius erat consita, & adornata tot oliuetis, hortis, arboribus, ac pomerijs, & postmodum omnibus istis ornamentis expoliata, ac denudata, & omnino deformis effecta. Et vt amoueat omnem spem reparationis, & reintegrationis ab istis incredulis, & pertinacibus, scelestis, peccatoribus, et improbis desertoribus, ponit hànc postremam sententiã, & hoc prognosticum. Et erit fortitudo vestra .i. Turres, et męnia, ciuitatis munitio, multitudo Ciuiũ, ingẽs numerus armatorũ, quasi fauilla stuppę, quæ cito euanescit, et opus vestrum .i. cõsilia, præparationes, et auxilia quib. nitimini erit quasi scintilla, et vtrumq; simul

Deut. 32.

simul succẽdetur, & non erit qui extinguat; succendetur tunc simul, .i. idolũ & Hierusalem, & non erit, puniẽte Domino, & exardescente ira Dei, qui extinguat. Vel vtrunq; simul succẽdetur .i. tam qui prę est, quam qui laborat, & profert auxilium, & vt vno verbo dicã, fiducia nostra, & ij in quibus erat collocata, vna cum nobis, succendetur, & nemo erit qui extinguat. Quamquã autem hæc omnia, quę mox dicta sũt de incendio, & ruina Ciuitatis Hierusalem, & vniuersa Iudea facta per exercitum Romanorum intelligi posint, & debeant, nobis tamen, qui xp̃i fidem profitemur, & Ecclesię Dei haud difficile pñt aptari cui maxima quidem dãna huc vsq; contigerunt; perierũt quidem enim Ecclesię cum suis cultoribus, & habitatoribus, & nemo hactenus fuit, qui extinguat, & succurrat. Et quisq; nostrum subibit eandem sententiam nisi pęnitẽtiam egerimus. Sed vide, quo modo vltima verba huius capituli consona sunt, & concordant vltimis verbis totius libri, vbi dicitur. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, vt agnoscamus, quã sibi ipsi constet ipse Propheta, & quam firmiter persistat in eodem argumento pro excitandis, & conuertendis peccatoribus ad pęnitentiam.





VERBVM, *Quod vidit Isaias filius Amos super Iudã,* 1.
& Ierusalẽ. Et erit *in nouissimis diebus præpara* 2.
tus mõs domus Domini ĩ vertice mõtiũ, & eleuabi-
tur sup colles, & fluẽt ad eũ omnes gẽtes. Et ibunt 3.
Populi multi, & dicẽt: Venite, & ascẽdamus ad mõ
tẽ Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, &
ambulabimus in semitis eius: quia de sion exibit lex, & verbũ
Domini de Ierusalem. Et iudicabit *Gentes, & arguet populos* 4.
multos, & conflabũt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in
falces: nõ leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebũtur
vltra ad prælium. Domus *Iacob venite, & ambulemus in* 5.
lumine Domini. Proiecisti enĩ populum tuum, domum Iacob:
quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthijm,
& pueris alienis adhæserunt. Repleta *est terra argento, & a-* 6.
uro: & non est finis thesaurorum eius: Et repleta est terra eius
equis: & ĩnumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius
idolis: opus manuum suarum adorauerũt, quod fecerunt digiti
eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo 7.
dimittas eis. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo
à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius. Oculi *Su-* 8.
blimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorũ
exaltabitur autem Dominus solus in die illa. Quia dies Domi-
ni exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super õ-
nem arrogantem: & humiliabitur. Et super omnes cedros liba
ni sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan. Et super
omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. Et super
omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum, &
super omnes naues Tharsis, & super omne, quod visu pulchrum
est. Et incuruabitur *Sublimitas hominum, & humiliabitur*
altitudo virorũ, & eleuabitur Dominus solus in die illa: & ido- 9.
la penitus conterentur. Et introibunt in speluncas petrarũ, &
in voragines terræ á facie formidinis Domini, & à gloria maie
statis eius, cum surrexerit percutere terram. In die *Illa proij-* 10.
ciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui, quæ fecerat si-
bi, vt adoraret talpas, & vespertiliones. Et ingredietur *Scis-*
suras petrarum, & in cauernis Saxorum à facie formidinis Do- 11.
mini, & á gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere ter-
ram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius
est, quia excelsus reputatus est ipse.

IN DEI NOMINE.

EXPLANATIO IN SECVNDVM CAPVT ISAIAE PROPHETAE.

Textus.

VERBVM, *Quod vidit Isaias filius Amos Super Iudam, & Hierusamem.*



DIVVS Tomas iuxtà suum morē procedēs, vult quòd hoc loco ipse Propheta increpet, et coarguat culpam Iudeorum ex parte conuersionis posteaquam in priori capite repræhēdit eos de peccatis commissis ex parte auersionis: constat enim, quod bifariam Deum offendimus, vel quia auertimur ab eo tanquam à bono incōmutabili, in quo consistit tota ratio peccati, vel quia conuertimur ad bonum commutabile, qua ratione tripliciter Iudei aberrabant. Primo in cultura Idolorum; deinde in oppresione hominum, postremo in abusu rerum: penes hæc tria versatur Propheta secundum hunc Doctorem vsquè ad Caput sextum. Alij verò dicunt, quòd postquam Propheta in primo capite p̄dixit Regni Iudæ, et Hierusalem Dei ectionem, et euersionem, nunc prædicit Ecclesiæ Christi erectionem; et certè hoc apparet in ipso huius capitis initio, vt facile est videre. Verùm, et hic, et ibi facit vtrunque, sed (vt ex Diuo Hieronymo colligitur) in prima visione post comminationem, prospera, et læta promittuntur, in hac verò prospera prius, deinde aduersa, vndè rectè quidem mihi videtur dixisse Cyrillus, ea quæ hic proponuntur sint similia, et cognata ijs, quæ dicta sunt, et pari quodammodo sententiarum tenore procedant. Sed his non obstantibus, sententia quorundam Modernorū mihi multo magis arridet, & summā rei magis indicare videtur, vt scilicet dicamus, quòd prædicto, et pronuntiato in primo capite Iudeorum excidio, et ipsius Ecclesiæ erectione futura, hoc in loco prædicit Isaias tempus, quo id futurum est, et inquit *Et erit in* nouissimis diebus præparatus Mōs domus Domini in uertice montium, et eleuabitur super Colles, et fluent ad eum omnes gētes. sed proposita Intentione præsentis Capituli, cōsequens est, vt singula verba expendamus. Primū quidem oritur dubitatio apud quosdam. Nunquid Visio, de qua hic loquimur sit eadēm cū præcedēte, aut altera, et distincta. Nō nulli volunt, quòd hæc sit prima visio, seu Profetia quę, etiā durat vsq; ad sextum caput, et non ab re primo loco ponitur, quia est de Christo Domino omnium Prophetarum fine, et de dignitate, ac excellentia Religionis et Ecclesiæ, quam ipse instituit, et fundauit; nec non de Vastatione Israelis, et Iudæ ob ingentia eorum crimina, et de sanctis reliquijs, quę seruatæ sunt &c. Ego autem existimo, saluo semper meliori iudicio, quòd præsens Visio sit alia, & distincta à priori Visione, nec video qua ratione aliqui velint hanc esse primam Visionem, aut explicationem prioris, cum apertè in primo cap. dicatur Visio esaiæ, quam vidit super Iudā, & hierusalem. Hic autem sic habetur, verbum quod vidit Isaias filius Amos super iuda, & Hierusalem. Et etiam notandum, quòd incongrua videtur locutio

Iudei 3. aberrabant auersi a deo

locutio cum dicitur Verbum, quod vidit Esaias, quandoquidem verba non videantur, sed dicantur, & audiantur: Quę dubitatio facile tollitur, sequamur Textum 70. Interpretum. sic enim habet illorum Textus. Verbum, quod factum est ad Esaiam filium Amos, verùm nec per hoc tollitur difficultas, quia neque Verbum fit, sed dicitur: Priusquam tollatur eiusmodi difficultas, quæ re vera facilis est, & leuis, videndum est quid per Verbum hoc loco intelligat propheta, volunt enim plerique viri graues, & docti, quod hoc loco accipiatur pro filio Dei carnem suscepturo, vt dicamus, quod esaias vidit Verbum, hoc est, cognouit Christum filium Dei venturum in carnem, & constructurum, & fundaturum Ecclesiam suam, vndè cum dicitur Verbum, quod vidit Esaias, siue Verbum, quod factum est ad Esaiam, periade sit, ac si dicamus. Verbum Patris, Verbum Deus, filius Dei vnigenitus factus est, idest missus ad Esaiam, adeò quòd Verbum, & Visio quasi idem sint, & quemadmodum Diuus Augustinus in Cap 5. super Ioannem tractatu. 18. inquit filius Dei audit, & videt, & est ipsa auditio, & Visio, & hoc est illi audire quod esse, & hoc est illi videre quod esse, Cum ergo dicimus Verbum quod vidit Esaias, hunc in modum posumùs intelligere, & planioribus verbis explicare, filius Dei locutus est ad Esaiā. Quanquam hęc Interpraetatio sit valde conueniens, & idonea, verumtamen (pace tantorum Virorum dixerim) parum videtur cōsona ijs, quæ sequuntur; propterea mihi videtur dicendum, vt per verbum, quod vidit Esaias, intelligamus decretum, voluntatem, propositum firmum & stabile ipsius Dei, quod fuit reuelatum ipsi Prophetæ per Verbum, hoc est per filium Dei, & per Spiritum Sanctum illum illustrantem, & instruentem, nec inconuenit Verbum sic acceptum videri, fieri, & audiri, quorum omnium manifestissima habentur exempla, legitur enim apud lucam. Videamus hoc Verbum, quod factum est; Quod fecit Dominus, & ostendit nobis dicitur ergo, verbum videri hoc est, manifestum fieri. Et lib: 15. de Tri: cap. ij. dicit Augustinus. Per Verbum Dei intelligi doctrinam Dei. Cū autē sensus visus inter alios sensus principē locum obtineat, non inconuenit, si, & actiones aliorum sensuum quandoquè ei tribuuntur, sequitur super Iuda, & Hierusalem. Hic oporteret repetere quęstionem superius motam inter D. Hieronimum, & quosdam alios Patres, propterea quod septuaginta Interpretes legunt De Iudea, & de Hierusalem & In primo Cap. Contra Iudeam, & Hierusalem, ex qua lectionis varietate volūt innuere, quòd in primo Cap. fuerit vaticinatus Propheta contra Iudeam, & Hierusalem, hoc est prædixerit ruinam, & destructionem populi Israelitici, In hoc verò capite prædicat ea, quæ sunt prospera, & iocunda populo Israeli; Sed iam nos diximus, vtrobiquè eadem tractari, hoc vno discriminantur, quod in prima visione prius tristia, & męsta prædicuntur, in secunda verò prius lęta, & prospera, quàm tetra, & obscura, proponuntur: proinde sapienter, & egregie Diuus Hieronymus hanc difficultatem dirimit, cùm vtrobiquè eodem modo legit, videlicet super Iudam, & Hierusalem. His præ positis, videamus modo quid cōtineat ista visio. *Et erit) inquit) in nouissimis diebus preparatus Mons Domus Domini.* Equidem primo lòco mihi occurrit ista dubitatio. Quid velit, & cur posita est illa coniunctio, &, Ego certe non putabam quenquam me priorem super hac re quicquā dubitasse verūtn̄ īuenio quosdā dixisse, quòd ly, &, ponitur ꝓ causali cōiūctione, videlicet quia, aut quoniā, & hoc pacto legūt septuagīta Interpretes, quasi dicat Necessarium erat Hierusalem destrui, legem aboleri, templum euerti, & cætera Iudeorū munia cessare, quoniam In nouissimis temporibus erit præparatus Mons Domus Domini, & omnia debebūt innouari, alia sacrificia institui, alias ceremonias haberi, & cætera, quæ post modum sigillatim afferentur, sic enim origenes in leuiticum Cap. 16. Hom. 10. Necesse erat (inquit) cum venisset veritas

Verbū multifariā accipitur,

Aug. i cap. 5. Iohan. tract. 18.

Luc. cap. 2.

Ista dictio, & non vno tantū modo accipitur.

veritas deleri vmbram, & cum lex noua inciperet, aboleri veterem, sic etiā D. Chrisostomus videtur innuere in serm. De Natiuitate Ioannis Baptistæ. *Chrisost.* Sed quanquam iste sensus ob excellentiam tot insignium virorum nullo pacto sit reijciendus, crederem tamen dici posse, quod si illa coniunctio. &, debet accipi pro quia, vel pro quoniam, consecutiuè potius, quam causaliter exponatur, quod videlicet ad destructionem templi, ad euersionem legis B Iudaicæ, & ad illius populi excidium, diuina benignitate, & singulari eius prouidentia factum est, ut In nouissimis diebus Mons esset præparatus Domus Dei, ad quem confluerent omnes gentes, quemadmodum in plerisque locis sacræ scripturæ id ipsum legimus, videlicet hoc totum factum est vt adimplerentur scripturæ, & Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Sed præter has ex- C positiones mihi rogo concedatur afferre aliam, quæ non videtur insana. Cum enim in priori Visione nos Esaias valdè admodum perterrefecerit, & in fine illius capitis nonnulla adduxerit, quæ non modicam tristibus videbantur afferre consolationem nunc corroborando, & confirmando imbecilles animos, & vehementer perterrefactos, subijcit statim hanc eximiam, & inexpectatā consolationem, propterea inquit, præ- D ter ea, quę diximus: Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis, & cętera quę sequuntur paulo ante finem præcedentis capitis: Non diffidatis. quasi dicat, nec desperetis de benignitate, & misericordia Dei, quoniam prçter ea, quæ prædixi, vidi etiam, & reuelatum est mihi, quòd erit in nouissimis diebus prçparatus Mons Domus Domini &c. cui expositioni videtur aliqua ex parte suffragari sen- E tentia Diui Cirilli in expositione huius loci. Possumus etiam afferre expositionem quam affert Diuus Gregorius super Ezechielem Homilia secunda, quod videlicet ista nota coniūctionis, &, coniungit, & continuat verba quæ profert Visioni intimæ, quam habet, subiungit enim hoc, quod exterius loqui incipit, ac si & illud foris sit, quod intus vidit. *Gregorius super Ezzech. Hom. 2.*

Dicit ergo & erit in nouissimis diebus præparatus Mons Domus Domini in vertice montium; Nouissimi isti dies dubio procul indicant sextam ætatem, & post remum seculum, inquo venturus est Christus, post quod seculum non est aliud futurum, quemadmodum & post Christum non est alius futurus qui redimat mundum; *Hac dictio. Nouissimū. plura significat.* De his nouissimis diebus locutus est prius Iacob Patriarca cùm in extremis laboraret, alloquens filios suos hunc in modum. Congregamini (inquit) vt annunciem vobis quæ ventura sunt in nouissimis diebus. *Gen. 49.* Hæc eadem ferè verba habentur & apud Micheam cap. 4. dum inquit & erit in nouissimo dierum mons domus Domini prçparatus, in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi. *Mich. cap. 4.* De his nouissimis diebus locutus est & Paulus Apostolus prima ad Cor. 10. dicens. Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. *1. Cor. 10.* Hos nouissimos dies tetigit etiam D. Ioannes in Epistola sua prima Cap. 2. dicens filioli nouissima hora est: *Io. p. cap. 2.* Nec velim existimes per hos nouissimos dies intelligi debere extremum diem Iudicij. post quem diem nullus alius expectetur, sed postremam vt diximus mundi huius ętatem, quam alibi D. Paulus plenitudinem temporis appellare voluit: *Gal. 4.* Dicitur autem aliquid nouissimum per contemptum, & ignominiam, quemadmodum Esaias cap 53. de Christo loquens (inquit) Et vidimus eum, non erat ei species, neque decor, & desiderauimus eū despectum, & nouissimū, virorum. *Esa. cap. 53* sic, & Paulus Apostolus prima Cor. 4. vocat se, & sui similes homines nouissimos, & inter alios homines viliorem, & ignobiliorem locum tenentes, d. Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos, hoc est homines viles, & abiectos, & tanquam hac temporali vita indignos, sed hæc huius nominis acceptio, & significatio, non facit ad rem nostram. *1. Cor. 4.* Dicit ergo Propheta, quod

in his

in his nouissimis diebus erit præparatus, hoc est dispositus, ac designatus, & sine vllo creaturæ adminiculo, & nulla interposita tẽporis mora, ac dilatione, consistet. apparebit, & ob oculos omnium erit Mons domus Domini, idest Mons, inquo, & super quem fundata, & constructa erit domus Domini, & non qualiscunque erit iste Mons, nec vbicunque statuetur, sed erit in uertice, & sublimitate aliorum Montium, & eleuabitur super colles ita, vt omnibus, & apud omnes facilè conspicuus appareat. Sed quonam tempore fiet ista præparatio, & designatio montis, tam sublimis, & excelsi? Ab æterno siquidem fiet ista præparatio, sed manifestatio erit in tempore, hoc est in sexta mundi ætate, vt diximus, & hoc textus septuaginta Interpretum perspicuè indicat, cùm sic habet. Erit in nouissimus diebus manifestus Mõs Domini, & Domus Dei. De hoc Monte loquebatur Propheta psal. 67, dum inquit Mons Dei, mons pinguis, Mons coagulatus, mons pinguis, Mons, inquo beneplacitum est Deo habitare in eo, & reuera cùm Christus Dei filius sit iste Mons, de quo loquimur, verè, & propriè, & iure optimo, & absquè vllius iniuria potest appellari mons pinguis, quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei reconditi. Dicitur iste Mons constitutus, & positus in vertice Montium, quia scilicet nulla est altitudo, nulla sublimitas, nullus excessus, qui possit illi coequari, sed neque vlla ratione comparari, id, quod magis exprimit cum inquit. Et eleuabitur super omnes colles; quòd si super hunc Montem fundata est Domus Dei, quæ est Ecclesia, nulli dubium, quod & ipsa est verè sublimis, & alta, & omnibus vbiquè notissima; non enim potest Ciuitas latere, nequè abscondi, quæ est super eiusmodi Montem posita: dicitur etiam Ecclesia sublimis, & excelsa, quia nihil terreni sapit & supra res omnes terrenas est & solius Dei gloriam quærit. Possumus etiam eiusmodi verbis alium sensum adhibere,

Psal. 67.

Mons multifariam dicitur.

A quòd Montes, & Colles sint omnes Prophetæ, Apostoli, & electi Dei iuxta psal. 124 Montes in circuitu eis: & Dominus in circuitu populi sui. super quos omnes constituitur Mons ille magnus, & excelsus, qui est Christus Dominus, de cuius plenitudine gratiæ, & sanctitatis omnes acceperunt, quin potius omnes illi quicũque sunt, aut fuerunt, vel inposterum sunt futuri, super hunc Montem sunt con-

B structi, et fundati, iuxtà illud Apostoli fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Aut etiam dicere possumus, & fortè magis ad literam, quòd Colles sunt omnia magna, & excelsa, quæ veneratur, & colit hic mundus, vt sapientia, potentia, Virtus, industria, & quicquid mundus pro magno habet, & admiratur, cuiusmodi sunt Imperia, honores, dignita-

C tes, & opes; Mons autem iste, de quo loquitur Vates consistit in vertice Mõtium, super omnes colles eleuatur, idest super omnem sapientiam, potentiam, virtutem, & cætera huiusmodi, quæ nihil sunt in comparatione illius, & nullo pacto possunt attingere altitudinem, & magnitudinem illius, stultam enim fecit Deus sapientiam huiusmũdi, & quicquid ab homine cogitari potest est velut exigua arena in

D comparatione illius, & tanquam lutum æstimabitur argentum &c.

Idipsum de domo Dei, idest de Ecclesia super illum montem constituta dicere possumus, ac debemus, quod ipsa .s. est constituta inuertice Montiũ, idest in Christo, qui est vertex, et summitas omnium Montium, & eleuabitur super omnes colles, idest super omnes alios cętus, & congregationes hominum: Nec ab re eiusmodi conditio-

E nes, & excellentiæ Ecclesiæ Romanæ tribuuntur, quandoquidem ipsa est eleuata super omnes alias Ecclesias, & est Dux, & Magistra fidei, & veritatis, & caput omnium Ecclesiarum; nec te perturbet, quod Christus Dominus, pariter, & Ecclesia vocetur Mons, quia quemadmodum Natura Montis est, ut interra situs, se vsquè

1. Cor. 3.

Sap. 7.

ad sydera attollere videatur, ita caro Domini iuxtà hominis conditionem terra erat, quia tamen Verbo vnita erat, coelos omnes transcendit, nec solum ipse, sed qui eum imitantur ab eo denominationem suscipiunt, vt et ipsis Montes, Petrę, & Colles dicantur, domum Dei supra se sustinentes, qualis erat Petrus, cui dictum est Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: quarè omnes sancti, cùm in terra erant, quòd conuersarentur in Coelis, Montes dicebantur, quòd verò in terra degebant, corde, & animo transcendebant sydera; super hos Montes, & super hos colles Dei beneficio ædificata est Ecclesia. Diuus etiam Augustinus in Oratione, quam edidit aduersus Iudeos, Mons (inquit) Christus est secundum carnem, constitutus super cacumen Montium, quòd omnes eorum celsitudines eius celsitudo transcendat; nam Montes Prophetæ, & Patriarchæ appellantur, super quos positus dicitur esse Dominus, propterea quod ab his prænunciatus, & prædictus, & quia tanto interuallo Christus secundum carnem superauit Moisen omnium Prophetarum maximum, quanto maiorem honorem habet Dominus familiæ, qui fecit ipsam domum, seruo, qui præest familiæ. De quo monte subdit Propheta, & inquit,

3. *Et fluent ad eum omnes gentes, Et ibunt populi multi, & dicent &c.* Mira, & imperscrutabilis est virtus diuina, nec facilè explicari potest quanta celeritate, quanta alacritate, et iubilo trahat ad se homines, nec difficultas vlla, nec labor itineris potest eos retinere, cùm semel fuerint à spiritu sancto moti, quin ad imitandum Christum, ad eius præcepta iugiter obseruanda concurrant, et fortasis hęc Prophetia fuit adimpleta, quando Christus abiens trans mare Galileę quod est Tiberiadis subijt in montem cum discipulis suis, et sequuta est eum multitudo magna, vt habetur Ioh. cap. 6. Obserua quæso, quod à quibusdam subtiliter admodum, et ingeniose obseruatum est, quòd licet Ecclesia Dei et fides nostra fuerit super altissimum Montem constituta, cum summa tamen festinatione, et festiuitate gentes ad illam confluxisse dicuntur, ut indè conijcias eius magnificentiam, quæ, etsi ardua, et difficilia multum sensui, nec non et rationi proponat, et pręcipiat, tot tamen ad ipsam confluere dicuntur, non secus ac flumina ab aliquo eminentiori loco deorsum labuntur; Tanta est uis, et efficacia Spiritus Sancti, cùm menti nostrę illabitur; cùm verò dicit fluent ad eum omnes gentes, Intelligas pro generibus singulorum, non pro singulis generum, idest, de omni natione, quæ sub coelo est, aliqui ad eum concurrent, Vel accipias omnes pro magna multitudine confluentium, tametsi posteà dicat, et ibunt populi multi. Verùm nonnulli interpretes sic distingunt, vt per omnes gentes intelligamus eos, qui ex gentibus credituri erant, per populum multum intelligamus, qui ex Circuncisione in Christum verum Mesiam credent, vt hinc insinuetur, quod multo plures ex gentibus, quàm de Iudeis ad Christum accedent: At ego magis existimo, quòd vtrobiquè sit idem sensus, sed vnum alterius expositiuum, seu declaratiuum, aut potius corroboratiuũ, Ibunt ergo populi multi, et dicent, Venite ascendamus ad montem Domini, hoc est ad Christum, et ad domum Dei Iacob, idest ad Ecclesiam Sanctam orthodoxam, & dicent Adeste, et venite ad Montem Domini, venite inquam, Psal. 118. non expectate, non contrahite moram, sed festinate, tempus enim faciendi disipauerunt legem tuam. vbi nota, quod verbum istud imperatiuum, non accipitur vt uerbum imperantis, sed exhortantis potius, aut excitantis, seu mauis inuitantis, ut Propheta Dauid Venite (inquit) exultemus Domino, et Christus Dominus apud Matth. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis. Notat hoc loco Cyrillus, populos multos, qui alios ad fidem pertraxerunt, fuisse exgentibus, et qui similiter vocati fuere et consensere, fuisse ex gentibus, vndè

ma-

magnopere, inquit, commendanda est Dei benignitas, quandoquidem multitudo gentium accessit ad Christum, et ad Ecclesiam, non per instructionem legis, aut Prophetarum, sed diuina potius, et occulta quadam gratia, quae eorum mentes irradians, et salutis ardorem, ac desiderium instillans, congregauit eas in eam fidem. Vox proindè vox illa, qua aliqui vocantur, et excitantur ad huius Montis ascensum, vox est liberi arbitrij diuina gratia praeuenti atq; eidem consensentientis, ascendere autem ad Montem, et profiteri Christum, atquè eius praeceptis fidem adhibere, ac morem gerere, virtutis est, et operis nostri diuina ope suffulti, nisi enim prius nos uocaret Dominus, et nos quodammodo compelleret, nemo ad illum Montem ascenderet, cùm omnes in unum declinauerimus: Nam quis quaeso ascendit in montem Domini, aut in locum Sanctum eius? respondeat Regius Propheta, et dicat. Innocens manibus, et mundo corde, et quae sequuntur; proindè, vt congruè, et absque multo negotio ascendere posimus, disponamus in corde nostro ascensiones in corde nostro in valle lacrymarũ. In hoc loco carceris, exilij, ac porpetui luctus, ac tristitiae: de istis ascensionibus quae, et quales sint et quomodo fiant, vide Augustinum ser. primo de Annunciatione. To. 10. et 2. de Doctrina cap. 7 Priusquam vlterius progrediar, nolo praeterire obseruationem quandam ab alijs propositam, quod sci licet non abre proponit Dominus per Esaiam Montem magnum, et excelsum, ad quem confluere oporteat eos, qui salui fiunt, vt alludat ad morem, et consuetudinem quarundam gentium et haebreorum quae libenter colebant Deum in Montibus, vt habes apud Ioannem capite. 4. qui ea fortè ratione mouebantur, quoniam cultus Dei debet esse ab imis segregatus, et ægrè admodum possunt diuinis vacare, qui terrena non transcendunt. Ascendamus igitur ad Montem domini, et ad domum Dei Iacob: vocabatur enim Deus ferè vbiq; Deus Iacob, Deus Israel, non solum quia re vera erat eorum Deus et dominus, sed quia Haebrei non agnoscebant alium Deum nisi Deum Iacob, et Deum Israel, et sub his nominibus eum appellabant, et laudabant, et docebit nos uias suas, et ambulabimus in semitis eius. Hic primo nota, quod in hac sola domo idest in Ecclesia Dei, docemur vias eius, et extra hanc domum, non est vera doctrina, quẽmad modum neque uera salus, propterea rogabat Propheta dicens Vias tuas Domine demonstra mihi, et semitas tuas edoce me, et alibi Beatus homo, quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum, ponit discrimen ipse Vates inter vias, et semitas, inquit enim Docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius. Notat Diuus Hieronymus, quod prius docendae sunt viae, et regulae, per quas nobis eundum est ad hunc montem altum, et excelsum, deindè ambulandum in semitis eius, proindè Hierem. 6. Interrogate (inquit) de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. Quidam hac ratione distingunt semitas à vijs, quòd viæ sint præcepta omnibus indistinctim data, semitæ verò cùm sint angustiores, & arctiores, quàm viæ publicæ, pro consilijs accipiantur; & reuera prus homines sunt educandi, & manducendi ad obseruantiam præceptorum, deinceps verò cùm fuerint in illis satis educati, & quodam quasi modo assuefacti, ad arctiora sunt deducendi; Nanque, arcta est via, quæ ducit ad vitam; & magna profectò est difficultas, & ingens labor, si proprias vires inspiciamus, excelsos montes, & colles ascendere, tametsi diuina ope præmuniti, & brachio dexteræ Dei sustentati, possumus facilè quoduis arduum iter arripere, iuxtà illud, quod dicit Saluator Matth. ij. Iugum meum suaue est, & onus meum leue Nota quòd à semitis antiquis petendum est quę sit via bona iuxta illud Deutero. 32. Interoga patres tuos & annunciabunt tibi & c. Post hæc affertur ratio, quà nos libenter debeamus confluere ad

Via & semita quò differunt.

Montem Domini, & ad Domum Dei Iacob, & quod ibi docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis suis. quia .s. de Syon exibit lex, & Verbum Domini de Hierusalem. *Dubium est*, apud expositores, cui nam tribui debent illa verba. Nunquid ipsi Prophetæ, vel ijs, qui vocant, & inuitant alios ad ascensum Montis. Nulli dubium quod verba sunt ipsius Prophetæ, quatenus tamen gerit hoc loco personam credentium. Alij tamen volunt esse ipsius verba, quibus adducit caussam cur tanta multitudo confluxerit ad Christum. Diuus autem Cyrillus opinatur hoc esse dictum ab ipsis credentibus, quorum mentes, & corda Deus illustrabit, vt dicerent simul, & sentirent quod mox dictum est. quæ verba duplicem videntur habere sensum. Prior est, quod lex data Hebræis prodijt de Syon, idest de loco illo, inquo verè fuit data lex Moisi, & per eum vniuerso Israeli; Euangelium autem, quod verè est Verbum Dei processit de Hierusalem, idest ab ipso Christo, qui instituit Apostolos & dimisit eos per vniuersum orbem, vt prædicarent Euangelium omni creaturę adeo, vt hic fiat distinctio de lege Mosaica, & de lege Euangelica, vt vna de Syon, altera de Hierusalem prodierit: sed reuera ista sententia hunc in modum stare non potest, quia lex data Moisi non prodijt de Syon, sed de Sinai: Veruntamen isti persistentes ferè in eadem sententia dicunt, quod vtrię; ponitur discrimen inter legem, & Euangelium, quod videlicet lex exibit de Syon, & relinquet ipsam terrestrem Hierusalem, & Verbum Dei pariter exibit de Hierusalem, & transibit, & commigrabit ad gentes; hoc enim satis perlucidè describit Cyrillus, postquam enim (inquit) Iudei sæuierunt in Christum, & regnum eius negauerunt, eos reliquit orfanos, & destitutos, illudq; secutum est, quod dictum est per Prophetam Zacchariam cap. 11. Non pascam (inquit Deus) vos, quod moritur, moriatur, & quod succiditur succidatur; & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui, & quod Paulus Act. 13. Vobis oportebat primum loqui regnum Dei, sed quia repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes. Alia datur expositio, & est magis communis, & vera iudicio meo quod videlicet de Syon exibit lex, lex inquam spiritualiter intellecta, idquod magis explicat dicens, & Verbum Domini de Hierusalem, idest lex eo modo accepta, pariter & Euangelium de Syon exibit, & de Hierusalem, quia salus ex Iudęis est, & hæc videtur esse sententia D. Augustini in Oratione aduersus Iudæos dum inquit. De Syon exibit lex idest ex eo loco vbi Christus est affixus Cruci lex, & verbum Domini processit ad gentes, quoniam lex data Moisi non processit ex Syon sed de Monte Syna, vt dictum est. & 18. libro de Ciuitate Dei Cap. 50. & Iustinus in Apolog. pro Christianis inquit Verbum domini exijsse de Hierusalem, quia inde prodierunt duodecim Apostoli, qui conuertere totum Orbem. Sequitur Esaias, & proponit alios effectus, & alia officia, quæ prodibunt ex Domo Dei, fundata in vertice Montium, & super omnes colles, & inquit.

Syon & Sinaij. | Zach. ca. 11. | Act. 13. | Tex. 4

Et iudicabit gentes, & arguet populos multos.

Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas in falces, & vltrà non leuabit gens contrà gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium, tametsi Propheta non explicet, qui nam futurus sit ille, qui iudicabit gentes, & arguet populos multos, facilè tamen potest exprę missis intelligi, quod .s. ille, qui præsidebit domui Iacob, quiq; docebit nos vias suas, ille inquam iudicabit gentes, Christus .s. Dei filius, verus Deus, & Saluator, & quicunque fuerint vocati ab eo tanquam Aaron, Iudicabit inquam gentes, quia scilicet iuxtà earum merita, ac demerita pęnas infliget, & præmia, quandoquidem Pater dedit ei omne iudicium; aut etiam dicamus gentes per eum fore iudicandas iudicio discretionis, discernendo .s. & segregando fideles

los ab incredulis, & oues ab hędis. Dicere etiam possumus diligentius eiusmodi verba perpendentes, quòd Deus iudicabit gentes, quòd tantus erit iste Deus, quod Gentes, quæ uidentur omnino alienæ, & segregatæ ab eius cultu, & imperio erunt subiectæ suis legibus, & mandatis, & eas tanquam subditas iudicabit, leges, & iura imponet, & in transgressores pro arbitrio animaduertet; arguet populos multos, eos videlicet, qui eius doctrinam, non susceperunt, quemadmodum habemus apud Ioannem decimo sexto quòd cùm venerit Paraclitus spiritus ille veritatis, arguet mundum de peccato, de Iustitia, & de Iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in eum, de iustitia, quia illi restiterunt, de Iudicio verò, quia falsitatem, & mendacium defenderunt. Alios habent intellectus hæc verba, sed non est præsentis negocij ea declarare; hoc vnum scias velim, quòd arguo, & arguere, multifariam sumitur: Vel pro arguere verbis, & verberibus, vel pro conuincere, quomodo sumitur aliquandò in sacris literis, vt cùm Dominus noster diceebat turbis Iudeorum quis ex vobis arguet me de peccato? & quemadmodum Paulus ad Titum cap. 1. dicit quòd Episcopus debet esse potens, exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere. Similiter cum ait 2. Timot. 4. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina, idest peccantes conuince, & ostende eos peccasse: sed aduerte, quòd non omnes, qui sunt conuicti, sunt persuasi, & adducti ad credendum: hoc autem loco iuxta phrasim hæbream existimo capi arguere pro ea reprehensione, quæ fit verbis tantum, non autem minis, ac verberibus, & sic potest accipi pro ea, quæ fit conuincendo. De hoc modo arguendi loquitur infra cap. ij. cùm inquit Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

Io. 16.

Arguere multipliciter accipitur.

Tit. cap. 1.

Cæterum dicit Propheta, Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas in falces. Duo sunt præcipua munera, & officia, quæ Principes, & Reges perpetuò debent exercere: Vnum quidem, vt seruent iudicium, & iustitiam, ne .s. boni opprimantur à malis, & vt impij, & seditiosi corrigantur, vt tandem omnes in pace viuant, & quietam vitam ducant; Aliud munus est, vt pacem seruent, & ab omni dissidio, & perturbatione suos subditos tueantur. Pro vtroq; munere obeundo pollicetur hoc loco Vates, quod nulla erunt amplius bella, nullæ seditiones, & congressus hominum, sed omnes paci studebunt, & perpetua quiete, ac securitate fruentur, id, quod est pręcipuus, ac ferè solus finis, & intentio Christianę fidei, vt .s. vbiquè regnet pax, charitas, gaudium, & cætera, quę Paulus ad Gal. 5. enumerat, & hoc est quod ait sub his verbis, conflabunt gladios suos in vomeres, &c. quasi dicat instrumenta bellica, quibus homines vtebantur vt mutuo se se concidant, & contundant, ac perimant, conuertentur in instrumenta agriculturæ idonea, quæ maximè bella detestatur, & sola pace lætatur. Vt autem id magis explicet subdit. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad Pręlium; quod sic potest exsponi. Non leuabit, idest, non arripiet, gens contra gentem gladium, aut, non leuabit idest non mouebit arma gens contra gentem, nec exercebuntur vltra ad pręlium, idest non cogetur consilium, neque vlla fiet amplius deliberatio ad excitandum pręlium, vel ad mouenda, & capienda arma contra alium: quod quidem vaticinium dicitur fuisse impletum, quando Romani vniuersum Orbem suo subiugarunt Imperio. Huius sententię est Eusebius Cęsariensis libro nono de demõstratione Euangelica cap. 17. sic enim dicit. Si diligenter tempora obseruaueris, facile intueri poteris, quemadmodum ab Augusti temporibus, & à Saluatoris nostri aduentu, qui per ea tempora emicuit, cum ad vnum redactum Romanorum Imperium omnia obtinuisset, veteres gentium differentię, & mul-

Gal. 5.

Euseb. lib. 9. cap. 17.

multiplices Principatus aboliti sunt; atq; tunc quę ad pacem, quam Prophetę prędixerunt, ea finem suum contingere cæperunt, tempus autem veniet, cum plenissime prophetia cōplebitur, quando gentium plenitudo intrauerit. Huius etiam sententię videntur esse D. Hieronymus, Chrysostomus, & Augustinus. Iustinus autem videtur aliud sentire, quòd scilicet tempore Christianę fidei, non leuabit gens contra gentem gladium, quia scilicet fideles non se defendent armis aduersus iufideles, qui armis consurgent aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, sed sponte prębebunt iugulum, & petent martyrij coronam: & hac ratione totum Orbem subiugarunt. Prior expositio quamuis sit grauissimorum virorum quorum sententiam uenerari teneor & obsculari, mihi tamen videtur ea parum exprimi, & designari magnitudo et excellentia Christi aduentus, vt scilicet eo tantum tempore quo ipse uenit in hunc mundum debuerint cessare pręlia. Existimo quid amplius, et diuturnius uoluisse Prophetam innuere. Sentētia Iustini tametsi ostendat mansuetudinem, & patientiam contra infideles, non uidetur tamen attingere sensum ipsius Prophetę, non enim uidetur his uerbis Esaias innuere, seu prędicere quòd Martyres tempore persecutionis eorum non obsistent, nec leuabunt arma contra gentes, quandoquidem non erat in eis tantum robur, et fortitudo, ut potuissent arripere gladium contra persequentes, & mutuò sese exercere ad pręlium, sed igne charitatis accensi, quoscunq; cruciatus, & tormentta patienter obibant. Propterea saluo semper meliori iudicio dicerem, hoc Prophetę uaticinium intelligendum esse, non de pace externa, sed de interna quę debet esse inter spiritum, & carnem, quę quanquam non habeatur perfectè dum sumus in hac mortali uita, in qua est perpetua pugna, perfectissimè tamen habebitur in patria: quod si etiam de pace externa uelimus hoc uaticinium intelligi, nulli dubium, quòd ex lege Euangelica præcipimur reijcere, & euitare omne bellum, præsertim in causa priuata & citius omne bonum externum est nobis amittendum, quàm pacem, & charitatem amittere, iuxta illud Matthęi. 5. Si quis vult tollere tunicam, relinque ei, & pallium, & præsertim id fieri debet vbi nullum est fidei detrimentum, nec Dei contemptus. Nec mouearis Dominum & Saluatorem nostrum olim dixisse Matth. 10. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium, quoniam satis constat in quem finem, & cuius causa hæc verba dixerit, namq; si quando Deus offenditur, & eius Maiestas imminuitur, debemus præliari, totis uiribus obsistere, & aduersus quoscunq; etiam nobis coniunctissimos, immò contra nos ipsos arma suscipere, iuxta illud eiusdem Saluatoris Iohannis 12. qui odit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit eam, & qui diligit animam suam plusquam me, non est me dignus. Nos enim oportet serpentis prudentiam imitari qui totum corpus permittit incidi modo caput integrum seruetur. Sed neq; etiam ex verbis Esaiæ Prophetæ reprehendendi sunt qui non solum pro defensione veritatis, & Catholicæ fidei, sed & qui pro salute, & conseruatione Reipublicæ & propriarum substantiarum suscipiunt arma aduersus Turcas, Hæreticos, & omnes turbulentos, ac seditiosos, quemadmodum exempla testantur priscorum temporum, atq; etiam huius nostri seculi, quibus semper licuit contra omnes nefarios, & publicæ pacis, & quietis perturbatores arma suscipere, atq; id multò magis, & quam maxime dum nos, & res nostras inuadunt, ac diripere nullo iure conantur, proinde explodenda est eorum opinio, qui ex his verbis Esaiæ Prophetæ & alijs consimilibus volunt Christianos prohiberi, ne arma suscipant aduersus eos, qui contra omne ius volunt alijs præesse,

Matth 5.
Matth. 10.
Ioann 12.

esse, ac dominari. At in causis privatis (vt mox dictum est) homo christianus, & verè fidelis potius omnem iniuriam sufferre quàm adversus proximum gladium suscipere ex se ipso debet: Sed reuera rari admodum sunt hoc nostro seculo qui id exequantur, sed potius non solum oculum pro oculo, & dentem pro dente, verum etiam propriam uitam, pro quauis leui iniuria auferre nituntur, non ita loquitur Christus, non ita præcepit, sed vbiq; pacem, vbiq; concordiam nobis commendat, & proponit. Id quod manifestè declarauit, dum Petrum, qui dum milites vellent apprehendere ipsum Dominum, Exempto gladio, & & percusso seruo Principis Sacerdotum amputauit ei auriculam: grauiter reprehendit, & accerime fuit comminatus dicens. Conuerte gladium tuum in vaginam: Omnes enim qui gladium acceperint gladio peribunt, & Math. 5. Etiam præcepit non esse malo obsistendum. Et Paulus ad Rom. 12. Non vos (inquit) defendentes charissimi, sed date locum Iræ. Sed fortè quis dicet, nonne Moises, vt habetur Exodi. 2. occidit quendam ægyptium vt liberaret hominē Iudeū? & ipse Phinees nonne ausus fuit occidere virum Israelitam, qui fuit ingressus ad mulierem Madianitidem Num. 25. & ipse Aod occidit Regem Moabitarum vt patet Iud. 3. quemadmodum & Iudith occidit Holofernem, & his temporibus nostris nonnè quidam vir apprime religiosus Sacri Ordinis Prædicatorij, vocatus Iacobus Clement occidit Enricum Tertium Gallorum Regem stipatum magna copia militum, & armatorum? Sed dicendum, nulli hominum licere proprio motu, & priuata authoritate quemquam occidere, sed sola authoritate publica, aut iussu Principis legitimi, aut Dei nutu seù voluntate firmiter impressa, reuelata. Secus facientes grauissima pena sunt digni. Sed de hoc alias.

Ioan. 18. *Matth. 5.* *Non licet alicui priuma tam iniuriā vlcisci.*

Tex. 5. Sequitur Propheta. *Domus Iacob* A *venite, & ambulemus in lumine Domini.* Hoc etiam loco dubitatur, cuiusnam sint istæ voces, & salutiferè cohortationes. Quidam arbitrantur esse voces ipsius Prophetę, tanquam eius qui compatiatur calamitati Iudeorum, quibus in primis promissum est Regnum cœlorum, & credita fuerunt eloquia Dei. Tristatur ergo Propheta quod tam magno, & præcellenti beneficio, proruperit in hæc B Verba. Alij volunt, quod hæ sint voces eorum, qui ex gentibus crediderunt in Christum, quippe qui doleant, ac tristentur, quod Iudei nolint habere eundem Deum cum ipsis, & ei eundem cultum præbere; mirariq. plurimum, ipsos excidisse à Dei promissis, neq; velint rursus ei inseri; sed potius eum renuant, & contemnant, quàm velint eidem adhærere, à quo tanta beneficia su- C scepere: Quarè Propheta eorum gerens personam, excitat ipsos Iudeos differentes, seu potius renitentes ad Deum conuerti, & Inquit. Domus Iacob. q. d. O Israelitæ, qui habetis progenitorem tam insignem, & excelsum ipsum videlicet Patriarcham Iacob, de cuius domo, & familia vos estis, à quo genus trahitis, & de cuius posteritate gloriamini, venite inquit, quid cunctami- D ni? Quid expectatis? quæ mora vos tenet? & quę causa? Venite inquam, & ambulemus in lumine Domini, accedamus ad eum, quia salus mundi & est lux quę illuminat omnem hominem accedentem ad ipsum qui clamat, & inuitat omnes ad se, inquiens Venite ad Sanctuarium eius quod sanctificauit in æternum, seruite domino Deo vestro & auertetur ira eius à vobis & per Prophetam *2. Paral. cap 3.* E ministrum, & preconem suum hortatur omnes, & ait Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrę non confundentur, & alibi chrs ipse. Ambulate, inquit, dum lucem habetis, *Psal. 33.* ne tenebræ vos comprehendant. O. bone Deus quotus quisque est inter Christicolas, qui eiusmodi charitatis

officia præſtet? qui exhortetur alios ad benè faciendum, ad Dei beneficia paſsim conſideranda,& alios excitet ad reſipiſcentiam; Vtinam non multo ſint plures, qui alios dehortentur, & ſuadeant ad vindictam de proximo ſumendam, & ad omnia malorum genera conſectanda, non potius iuuent, & comitentur: Nonne Deus mandauit vnicuiq; de proximo ſuo?non ideo quiſquam excuſandus venit, quod ad eum non pertineat aliorum curam ſuſcipere, inanis eſt talis excuſatio, repugnat manifeſtè diuino præcepto qui alibi ait. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum: Et præcepit ſtabulario dicens. Curam illius habe, qui tamen nihil ad eum attinebat. Sed proſequamur vlterius. *Proiecisti enim populum tuum Domum Iacob*: & quam ob cauſam? quia.s. repleti ſunt, vt olim · & Augures habuerũt vt Philiſtijm. & pueris alienis adhęſerunt. Poſtquam Propheta ex perſona credentium rogauit, & excitauit Hębreos,ne amplius in perfidia perſiſterent, ſed potius ad Deum Patrem, & creatorem omnium properarent; nunc videns eos renuentes, ac detrectantes ad Xp̄um accedere rationem affert qua fuerint à Deo proiecti, & quaſi alloquatur Deum ipſe Propheta, ſic dicit, Proiecisti enim populum tuum Domum Iacob; quibus verbis intelligenda eſt Domus Iacob ſecũdum carnem; ſuperius verò cum inquit. Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad Domum Dei Iacob, accipitur ibi domus Iacob ſecundùm ſpiritum, vt rectè aduertit Diuus Auguſtinus aduerſus Iudeos; cauſſa autem huius proiectionis triplex affertur. Prior,quia repleti ſunt vt olim, De qua repletione loquatur Propheta nõ ſatis conſtat: Quidam enim volunt eos repletos fuiſſe omnibus bonis temporalibus vt olim, dum.,s. omnium rerum copia fruebantur quæ fuit in cauſa, vt à vero Dei cultu deſciſcerent. Sed hęc opinio ſtare non poteſt, quia paulo infra manifeſtè adducit hanc cauſam eorum proiectionis. Propterea longè melius eſt,vt dicamus eos repletos fuiſ

Eccl. 17.

A ſe vt olim, repletos inquam omni ſpurcitia, dolis, & impietatibus vt olim,putà quando fuerunt in Egipto, ac etiam in deſerto quum .ſ. fecerunt Vitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile, & mutauerunt gloriam Dei in ſimilitudinem Vituli comedentis fęnum, & ab eo tempore vſq; in hanc diem nihilò meliores ſunt effecti, immò valde deteriores, cũ tñ in terim fuerint multa mala ꝑpeſsi,& multis ēt qñoque beneficijs affecti Et pōt fortè verius dici eos fuiſſe repletos vt olim, dum.ſ ea regio erat poſſeſſa à Chananeis.Aliud ſcelus, & impietas fuit, quòd augurijs, & magicis artibus operam dabant cõtra expreſſum Dei mandatum; Nanq; fuit eis præceptum à Deo Deut. 18. Non inueniatur in te qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia, & auguria, & alibi ſæpè. Poſtremò peccauerunt, quia pueris alienis adhæſerunt. quam particulam quo pleriq; de turpi vitio, iudei laborare dicebantur, intelligi volunt, à qua ſententia non abhorret D. Hieronymus, qui aſſerit eo morbo & græcos, & Romanos olim vehementer laboraſſe, & Symmachus videtur idem ſentire, dicens quodam verborũ circuitu, & honeſto ſermone voluiſſe prophetam plaudentium, eandem cum pueris turpitudinem demonſtrare. D. etiam Tho. videtur in huius loci expoſitione idem aſſerere,quibus non facile ego re vera adhærerem, niſi offenderem ſententiam quandam Ezecchielis. 16. vbi Deus conqueritur, & comminatur Synagogę quòd fecit ſibi imagines maſculinas, & fornicata eſt in eis: & paulo poſt inquit, fornicata es cum filijs Aegipti magnarum carminum. Præterea notum eſt, quod legitur. 2.Maccab. cap. 4. de ijs,qui laborabant hoc vitio. Sunt tamen pleriq, qui annituntur vindicare hanc nationem ab eiuſmodi calumnia,& graui ignominia: dùm aliqui volunt per pueros alienos de quibus hic loquitur Propheta, intelligendos eſſe filios, & pueros procreatos ex mulieribus alienigenis, de quibus loquebatur Propheta Dauid ex perſona omnipotentis Dei, filij alieni

mentiti

mentiti sunt mihi. Sed quomodo tueri possumus verbum ipsius Prophetæ, vbi dicit ipsos hebreos pueris alienis adhæsisse? dicunt sic intelligendum istud verbum, quod scilicet ad hæserũt, idest conquieuerunt, oblectati sunt, & sibi ipsis satisfecisse visi sunt si habuerint filios ex mulieribus alienigenis, & quidam alij per pueros alienos intelligunt discipulos, & varijs in disciplinis præter legem Mosaicam instructos, vt qui in augurijs, magijs, necromantia, & cæteris damnatis artibus ĩstructi erãt, quibus pleriq; hebreorum adhęrebãt: fuerunt etiam quidam ex hæbreis, qui per pueros alienos intelligebãt nõ pueros masculini generis, sed puellas, quippe quę libentius iungebantur hominibus extraneis, cum quibus inibãt connubia; aut verius dicendum ipsos hebreos, vt mox dictum est, puellis alienis, vt Moabitarum, & Madianitarũ & cæterarum eiusmodi adhęsisse, & cõnubium contraxisse, asserentes isti sic sentientes dictionem hæbream vtrũq; significare. Non desunt etiam qui per pueros alienos hoc loco intelligant ipsos Deos, qui qua ratione pueri hoc loco dicantur, ego re vera coniectari nõ valeo. Verum verba quædam apud Iosue. 23. Cap. videntur quoquo pacto huic opinioni fauere, dum inquit. Si volueritis harum gentium, quæ inter vos habitant erroribus adhærere, & cũ eis miscere connubia, atq; amicitias copulare, iam tunc scitote, quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed erunt vobis in foueam ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro. His interprætationibus & sententijs pleriq;, vt vidistis tuentur partes hæbreorum, & vindicare se existimãt eos ab hac ignominia: qua in re nolo ferre sententiam, sed aliorum esto iudicium. Constat .n. neque potest negari exclusos esse Iudeos à diuinis promissionibus; quia inter cetera delicta seu peccata, pueris alienis adhæserunt, quouis modo, & significatu pueri hoc loco accipiantur. Nã si pueri alieni intelligantur, vt in priori expositione ex aliorum sentẽtia diximus nemo non videt non maioris insaniæ,

A & turpitudinis fore adhærere pueris alienis, quàm ijs qui sunt eiusdem generis, tribus, & nationis: hoc .n. nobis pro certo tenendum est, nunquam Deum proijcere quemq; à facie sua, & excludere ab eius regno cęlesti nisi nos prius reiecerimus eum, & eius præceptis fuerimus inobedientes, & parum morigeri. Quis enim ignorat quàm maxime Deus prę cæteris hunc populũ elegerit, & innumera beneficia contu-

B lerit? nihilominus multis flagitijs, & sceleribus diuinam eius maiestatem offenderunt, eius præcepta contempserunt, & sæpissimè irritauerunt eum in adinuentionibus suis, & ppea multiplicata est in eis ruina, & optimo iure fuerunt ab eo proiecti, & in eorum locum gentes alienigenæ quibus olim ad hęrere cupiebãt suffectę, & substitutæ. Caueamus interim nos ne, & nobis id ipsum contingat. Videmus enĩ quòd

C fides, & religio nobis aliqua ex parte reiectis, & exclusis transiuit ad exteras nationes, & penes nos quotidie ferè exurgunt, & excitantur, ac inualescunt variæ hęresum species, & opiniones, quæ vix Deum agnoscunt. Et quoniã inter alios defectus, & errata, quibus hic populus fuit proiectus hoc vnũ fuit quod Augures habuerũt vt Philistijm. Notãdũ est, quod Auguria non sunt õnino prohibita, vt quæ fiunt ex garri- *Auguria nõ sunt õnino prohibita.*

D tu auium ex motu piscium, & ex actionibus extemporaneis quorundam animaljum, nõ enim incõuenit ex causis quibusdam naturalibus de futuris augurari, vt hoc loco Diuus Thomas, & reliqui videtur asserere. At si volumus ex his motibus animalium, & quibusdam coniunctionibus siderum de his quæ pendent à nostro libero arbitrio quicquam auspicari aut futurum prædicere, proculdubio peccatum incurri

E mus, & Idolatriam quandam committimus; non enim cælestia necessario operantur in ea quę pendent à libero voluntatis nostræ arbitrio; verùm de hoc alibi fusius, & clarius dicemus *Sequitur textus. Repleta est terra eius argento, & auro, & non est finis thesaurorũ eius, & repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius.* Quibus *Tex. 6.*

verbis

verbis ostendit Propheta summam fœlicitatem, ac prosperitatem illius reip. Iudeorum, quemadmodũ etiam Oseę 2. habetur, vbi Deus inquit Dedi eis frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui eis, & aurum quę fecerunt Baal, & cum inquit. Non est finis thesaurorũ eius, vult innuere thesauros, quos habebãt fore innumerabiles & penè infinitos, aut quia eorum cupiditas erat inexplebilis, aut quia in dies augebantur, & multiplicabantur opes, diuitiæ, & quæcunque bona, nec illis quicquam deerat ad luxum, & voluptatem, & hoc ĩnuit cum inquit Repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigę eius. Sed vide quid sequitur, & quam retributionem, quas vices attulerit populus ille clementissimo Deo tot bonorum largitori? sequitur Propheta, & inquit. *Et completa est terra eius idolis*, opus manuum eorum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum, quid vltra, & incuruauit se homo, & humiliatus est vir, &, quasi dicat, Postquã populus iste tot beneficia accepit, tot muneribus est affectus, quid quæso retribuit ipsi Deo pro omnibus, quæ retribuit sibi; id, quod sequitur videlicet, Cõpleta est terra eius Idolis, vt verissime admodum prędixerit Moises, Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo, & quæ secuuntur. Deut. 32. Nec solum opus manuum eorum adorauerunt, & quod ipsi suis ipsorum digitis fabricauerunt (rem certè turpem, & ignominiosam) sed incuruauit se homo, & humiliatus est vir q. d. omnis vtriusq; sexus tam viri, quam fęminę tam nobiles quam ignobiles, & cuius uis sortis, & conditionis homines, sponte, volũtate propria, nullo cogente, se se ad huiusmodi Idola humiliauerunt, genuaflexerunt, & quodammodo se ipsos prostrauerunt, hoc enim indicant ista verba cum tali, ac tanta amplificatione verborũ; vbi notat Cyrillus, quòd cum maiori artificio vsus sit Deus creando hominem, quàm alias creaturas, quia in alijs dixit fiat, & factum est; hominem autem delimo terrę suis manibus ad imaginem suam fecisse perhibetur, & tamen in tãtam est prolapsus indignitatem, vt neglecto creatore suo, opera manuum suarum adoraret. Propterea sequitur Propheta, & ĩquit, Ne ergo dimittas eis q. d. Iustissime, & potentissime Deus posteaquam populus iste vsque adeò inobediens, & ingratus extitit maiestati tuæ, ne ergo dimittas eis hanc noxam, vindica hanc iniuriam, fac, vt agnoscant huius culpę grauitatem, loquitur enim hoc loco Propheta instar hominis, qui iudicat secundum rectam rationem, quod videlicet iustum esset, vt ijs, qui tam turpia commiserunt facinora, non dimitteres, aut condonares cülpam iuxta illud psal. 58. Nõ miserearis õnibus qui operantur iniquitatem, at quia misericordia Dei super exaltat iudicium; iccirco si forte se correxerint, & ad pœnitentiam redierint, citra controuersiam illis dimittatur. Alij dicũt, quod oratio ista. Ne ergo dimittas eis, non est vox imprecantis & optantis illis malũ sed prædicentis quod futurũ est, quod nisi resipuerint, quemadmodum pro certo maiori ex parte non resipiscent, peccatum non dimittatur. *Sed* quæritur hoc loco quo nã tempore terra Iudeorum fuerit repleta Idolis. Dicunt enim quidam, hoc fuisse tempore, quo Romani subuerterunt Ciuitatem Hierusalem, & templum Dei, qui tunc nõ adorauerunt Deum, vt qui victoriam illis præbuit, sed idola mauuum suarũ. Hęc opinio stare non potest, quia Propheta inuehitur hoc loco, & insurgit contra Iudeos, non contra Romanos. Alij opĩnatur id accidisse penes tempora Christi, & Paulo ante quam ipse veniret in mundum, sed & hoc stare non potest, quia illis temporibus Iudei palam damnabant imagines, & statuas Deorum, & quorumcunque hominum vt refert Iosephus lib. 1. dè Bello Iudaico cap. 9. & lib. 2. cap. 1. 8. & nono vbi refert multas turbas, & tumultus fuisse concitatos inter Iudeos propter statuam Cæsaris, & propter Aquilam quod erat Insigne Imperatorum, quam nolebant apponi neq; in templo, neq: in Ci-

Margin notes: Oseę 2. — Deut. 32. — Dubium — Cap. 21.

in Ciuitate Propterea dicunt alij id accidisse tempore, quod præcessit captiuitate in babilonic in, nam tunc id idolatria quę apud eos .i. babilonios in l.u.m vigebat, fuit iusto Dei iudicio super eos inducta, vt colligitur ex 4. Regum, & ex 2. Paralip. cuius sentētiæ videtur esse Nicolaus de lyra in expositione huius loci; sed dicerem ego, quod non semel Iudei in hāc amētiā inciderūt, sed semel atq; iterū vt est videre apud sacros Auctores: ꝓpterea ꝓphetia Esaiæ nō potest extēdi, & applicari ad vnum tantum tempus; verū ad omnia illa tempora, & status, quibus ipsi à vero Dei cultu recesserunt, & quoniam tam graue scelus, & peccatū fuit illud, quod perpetrarunt Iudei, eo præsertim, quo seruierunt Idolis, & Deum ipsum abnegauerunt, proinde vir Dei incredibili diuinæ maiestatis zelo accensus, & iusta indignatione commotus, aduersus eos; qui non solū neglecto Dei cultu, verum etiam propria eorum conditione penitus deiecta se prostrauerunt coram Idolis, insurgit iuquam aduersus eos, & vehementer increpat dicens. *Ingredere in petram, & absconditere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius* q. d. O popule stulte, & insipiens, indigne prorsus, vt inter homines cēsearis, ingredere in petram, segreges te à conspectu hominum, illorum euites consortium, nusquam inter eos appareas, & vsq; adeo te demittas, & detrudas, & in temetipsum colligas, & recipias, ꝓinde ac si inter fissuras, & aperturas petrarum, tāquam in cellas abditissimas claudaris: Quod manifestius ostendit cum subdit Abscondere in fossa humo .i. fodias terram aut in terram iam defossam te ipsum proijcias, vt prę pudore, & verecundia nusquam videaris, id quod profecto facere debent impij ob timorem Domini, qui corrigit, & punit grauiter omnes delinquentes, & ꝑsertim diuini nominis contemptores, & propter gloriam, & decorem maiestatis eius, quæ tanta est, & tam spectāde, & admirabilis, vt propter eam solā, ne vel leuiter offēdatur, debēt ōnes præcauere, & pręserti i re tam detestā- da, & ignominiosa, vt homines, qui sunt rationis capaces, & ad similitudinem Dei creati, rerumq; omnium creatarum Domini constituti, & sub eorū pedibus omnibus suppositis: & viri quibus conuenit grandia appetere, & considerare, pariter, & efficere non erubescant coram lapidibus, qui nec sensum habent, nec vllam virtutem, seu potestatem, genua flectere, & procidentes in terram eos adorare; quæ quidē grauis iniuria, & insignis contumelia in Deum ipsum redundat, & in ipsam ipsius hominis præstantem naturam. Cū enim debuissent homines ex pulchritudine, & magnificentia rerum creatarū earum artificem perspicere, & intueri nequaquam miseri, & imprudentes id fecerunt, sed lapidibus, & operi manuum suarum, quod suis ipsorum digitis perfecerunt, venerationem, & cultum exhibuere, nec intellexerunt suā quique propriam naturam contumeliosè fuisse deformatam, quandoquidem homo sit lignis, ac lapidibus multo præstantior. Non ergo iniuria subirascitur Propheta, & atrocissime inuehitur in huiusmodi hominum genus, dum inquit. Ingredere in petram, & abscōdere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. At quoniam nostra hac tēpestate pauci admodum reperiuntur, qui adorant Idola, & eiusmodi opera manuum suarum, dicere possumus quod hoc Dei beneficio factum est: Verumtamen sunt quidam, & fortè multoplures, quam nos existimemus, aut agnoscamus, qui adorant opera manuum suarum .i. eorū opiniones, phantasias, & commenta, & sicut inquit Diuus Hieronimus, qui sustinent dogma contrarium veritati adorant opus manuum suarum; & qui suis opinionibus vsqueadeo adhærent, & ipsis adglutinātur, quemadmodum coniuges suis vxoribus, vt ab eis nequaquam auelli possīt. Hæc quidem est prima expositio huius loci quę mihi plurimum semper adlubuit. Verum alij nolunt hoc loco Prophetā inuehi, aut exaggerare aduersus impios qui spreto Dei cultu coram lapidibus incuruantur, sed potius paternè eos monere

Marginalia: A; B; C; D; E; *Tex. 7.*; *Petra multa significat.*

monere, & hortari, vt posteaquam tam maximè Deum offenderunt, & propriam dignitatem deijcere, ac deturpare non sunt veriti, debent ingredi petram & abscondi in fossa humo, hoc est debeamus resipiscere, & confugere ad petrā idest ad Christum, quem aduocatū habemus apud Patrē ꝓ peccatis nostris, de quo Dauid Psal. 60. inquit Petra est refugium herenacijs, & Psal. 13. In Petra exaltasti me, & Moses absconditus, & latens inforamine Petræ vidit posteriora Dei, & Cant. 2. surge propera amica mea. Veni in fora minibus petræ. Hec foramina quid aliud sunt nisi plagę corporis Christi? & Diuus Paulus affirmat, quod bibebant Israelitæ de spiritali consequente eos Petra, & in fossa humo debemus abscondi, hoc est peccata, quæ nonnunquam in corde ꝑpetrauimus, intra eius latibula velimus occultare ne per operationē foris prodeant, nec solum in corde diutius tenere verum ita conterere, et in puluerem redigere ne vim vnquam exurgendi, & in lucem prodeundi habeāt. D. Greg. 31. Mor. cap. 22. aliter ex ponit, & intelligit hoc dictū. Ingredere in petrā hoc est penetra duritiā cordis tui. & abscōdere in fossa humo. i. terrenas cogitatio nes proijce, & a facie timoris Dñi apud temet ipsum abscondas, & cæles, neq; velis audacter tamquam innocens prodere vultum tuum. D. Hieronimus, præter quas adduximus expositiones, vult Prophetam hoc loco non arguere, aut increpare, sed prænūciare quæ ventura sunt mala, & hortari, vt ingrediantur petras, & abscondātur in speluncis ob metum Romanorū vel Babiloniorum, conforme ijs quę in Euangelio legimus Lucæ: 23. cum dicitur, qui in Iudea sunt fugiant ad Mōtes, & dicent montibus, cadite super nos, & collibus operite nos. Monet igitur Propheta, vt fugiant, & se abscōdant à facie Domini, quem admodum re vera factum fuit, tempore, quo vniuersa Iudea, & ciuitas Hierusalem fuit obsessa à Romanis, quia plerīq; fugerūt ad montes, & non nulli in cauernis terræ, Criptis, cloacis atque speluncis, per aliquod tempus latuerunt, vt diffu

Psal. 60.
Psal. 13.
Luce. 23.

A sè refert Iosephus in libro de Bello Iudaico, qui & vnus fuit ex illis, qui in eōdem loco per aliquot dies latuit; sed quis poterit latere eum, qui omnia videt? Inquit enim Propheta. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? psal. 138. Quis enim locus te excipiet fugientem, vbi eius potentia, te non īueniat? si descendero in infernum ades. Nos itaq; abscondamur in petra i ingrediamur Cubiculum cordis nostri, & B clauso Ostio adoremus patrem, vt in terreno corpore constituti, & varijs periculis agitati, trāseuntem huiusmodi tempestatem, aliquando securi, & incolumes fugiamus. D. n. Augustinus Hom. 50. Nemo recte fugit ab eo, nisi ad eum ipsum, ab eius seueritate. s. ad eius bonitatem. Nec fugientes ab eo possumus aliquò ire, nisi ad eius misericordiam, cuius potestatem peccādo contempsimus, sequitur textus. *Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & in-* C *curuabitur altitudo virorum, exaltabitur aūt Dominus solum in die illa, quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & sup omnē arrogantē, & humiliabitur, & super ōnes cędros libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan. Et super omnes mōtes excelsos, & super ōnes colles eleuatos, & super ōnē turri excelsā, & sup omnem murū munitū, & sup ōnes naues Tharsis, & sup ōne quod vi* D *su pulchrum est.*

In omnibus his versiculis, nihil aliud intendit Propheta, nisi prædicere, & pręmonstrare, quod nihil est in mundo, quod possit quicquam contra Deum, & quo vis pacto æquari ei, & quod omnia tandem subijciuntur ei, & si quid aliquando voluerit insurgere contra ipsum, in nihilum tandem redigetur, ita vt nec potentia, nec dignitas, aut nobilitas, aut vlla diuitia- E rum copia, sed nequè huius seculi prudentia, vel sapientia, nec bonitas apparens vel existens aut pulchritudo, vel sanitas. & robur corporis, & quicquid deniquè magnificat, aut æstimat iste mundus, quicquam est, aut potest si conferatur ad Deum, & quicunque veneratur, & colit quecunq; vel natura, vel arte fuerint constituta, contempto

Lo. 3. cap. 14.
Psal. 138.
Tex. 8.

Deo,

Deo, facile corruunt, & ad nihilum re A digentur. Quare datur nobis occasio hæc omnia inferiora contemnendi, & in solo Deo spem omnem nostram collocandi. Præterea nobis aduertendū est, quod in hoc eodem cap, eadem ferè sępissime repetuntur, id quod non ab re à sanctissimo, & prudentissimo Vate factum est, vt.s. cognoscamus omnes, & diligenter expendamus, quod serio loquebatur Propheta, & non ioco aut ex tempore, vel fortuito, vt videli- B cet nos excitet, & in re tanti momenti desidiam, & torporem à cordibus nostris euellat; Nanq; īferius īquit, quod hęc omnia mala, quæ ab eo prædicuntur illis euenient, vel in Iudicio vniuersali, vel in iudicio vniuscuiusq; particulari, cum videlicet Dominus surrexerit percutere terram, & notanter dicit Cū surrexerit percutere terram, quò intelligamus, quod Dominus iustus, & misericors per multum temporis nos ad C pęnitentiam expectat, interim videtur quasi vel ignorare, quæ fiunt, vel ea prorsus negligere, aut potius obdormire. Vnde scriptum est Eccle 8 quia contra malos non cito profertur sententia idcirco filij hominū perpetrāt mala Atqui cum surrexerit q dormire videbatur, tunc euenient absq; vllo timore omnia, quæ fuerint predicta mala, idquod profectò contigit Israelitis, quā do regiones eorum fuerunt euersæ à D Caldæis, Babilonijs, & postremo à Romanis, & multo peius erit, cum Dominus ad extremum, & nouissimum Iudicium venerit cum potestate magna, & maiestate. Hoc est ergo quod in his verbis exprimit Propheta cum inquit. Oculi sublimes hominis humiliati sūt & incuruabitur altitudo virorum: quādoq; Propheta vtitur verbo temporis pteriti ad demonstrandam certitudinē rei q̄ pręedicitur quandoq; vtitur verbo E temporis futuri quia reuera futurū est est quod prædicit. Qui dicantur oculi sublimes, facile est intelligere; qui enimalta percupiunt, & de se ipsis magna præsumunt, dicuntur habere oculos sublimes, propterea dicebat Pro- *Psal. 130.* pheta Dauid, Domine non est exaltatum cor meū, neq; elati sunt oculi mei

&c. Huiusmodi verò oculi sublimes dicuntur deprimi, & humiliari, quando prę confusione, & pudore non audēt eleuari, & quēquam inspicere sed neq; ab aliquo videri, & incuruabitur altitudo virorum. Idem quasi repetit, nisi quod sublimitas oculorū ad superbiā, seu potentiam videtur referri, altitudo verò ad nobilitatē generis, aut ad quācunque dignitatem seu p̄lationē. exaltabitur autem Dominus solus in die illa, in die.s. illa, qua decreuerit Dominus potentiam suam exerere, & superbos deijcere, & humiliare, iuxtà illud Lucę 1. fecit potētiam in brachio suo, & quæ sequuntur, cuius facti rationem adducit Propheta cum inquit, quia dies Domini exercituum super omnē superbum, & excelsum, & super omnē arrogantem, & humiliabitur. Vbi nota, quod dies Domini dicitur propriè dies illa, quam sibi soli reseruauit, de qua nemo scit dicitur propriè dies illa quam sibi soli reseruauit, de qua nemo scit neque Angeli de Cęlo neque filius hominis, cùm omnes alios dies totius decursus temporis nobis cōcessisse videatur, & illa nempè dies, in qua Deus facit iudicium, & iustitiā in terra, quē- *Psal. 74.* admodum inquit per Prophetam Cum accepero tēpus ego iustitias iudicabo, *Psal. 9.* & alibi Psal. 9. Cognoscetur Dominus *Esa. 63.* iudicia faciens, & infra 63. Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit, idq. non solum intelligi debet, de Die Vniuersalis Iudicij, verùm de quacunque die, in qua complacitum erit ei, cuicunq; hominum particulari reddere mercedem boni operis, vel mali, antequā veniat dies ille Domini magnus, & horribilis. Aduerte etiā. quòd *Cur deus in* Dominus vocatur Dominus exercituū *sacris literis* vt non nulli obseruarunt, cum in sacris *vocatur Do-* literis habetur sermo, vel de vindicta, *minus exer-* quam decreuit sumere de peccatoribus *cituum.* vel de Victoria aliqua, quam Deus habet de hostibus, vt hac phras omnes intelligant, non deesse Deo vires, & facultatem hostes debellandi, atq; de eis iustam vltionem sumēdi, cum ei tanta subijciatur obsequētium multitudo, & nullus eū possit subterfugerē, vnde alibi scriptum est Pugnabit orbis terrarū *Sap. 5.* contra

contra insensatos, & Paulo ante armabit Deus creaturam ad vltionem inimicorum suorum. Postremò nota discrimen inter arrogantem, & superbum, quia superbus ille est, qui de magnis, quæ habet extollitur, Arrogans verò is est, qui sibi tribuit quod non habet. De vtroque Prouerb. 6. dicitur Arrogantiam, et superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor. Dicit postea & super omnes cedros libani sublimes, et super omnes quercus Basan. Per cedros libani, quæ sunt arbores in altum vehementer porrectæ, notat homines, qui nimium de suis viribus præsumunt; per quercus Basan notat eos, qui delitijs, & voluptatibus huius seculi detinentur, & nihil præter eas videntur expetere, et procurare; et commodè quidem quercubus comparantur, quæ non producunt nisi fructus idoneos porcis nutriendis; Nec mireris, quòd hoc loco Cedri libani damnantur, cùm tamen in scripturis aliquandò commendentur, et inobsequium Domus Dei fuerint constitutæ, quoniam, vt inquit D. Hieronymus ex eodem genere hominum, aliqui sublimantur ad regnum, aliqui verò ad pœnam, quemadmodum ex eodem ligno potest aliquid construi in honorem, et aliquid in contumeliam. Et cum subdit et super omnes montes excelsos, et super omnes colles eleuatos haud dubiè repetit, quod mox dixerat, hoc est uiros superbos, et de suis uiribus, vel sapientia, et prudentia summoperè confidentes, innuens, quòd et super istos erit aliquando dies Domini, mons enim, ut inquit D. Gregorius libro 33. Moralium cap. 1. cum in numero singulari ponitur, aliquando significat Dominum nostrum incarnatum, vt Inprincipio huius 2. cap. Erit in nouissimis diebus præparatus Mons domus Dei· significat aliquando Ecclesiã Dei. iuxtà illud Psalmi 144. Qui confidunt in Domino sicut Mons Syon Quandoquè significat testamentum Dei, vt apud Abacuch. Deus de libano veniet, et Sanctus de Monte Pharan, idest de Monte vmbroso, et condenso. Significat etiam, quandoq; Dœmonem, vt

Superbus & Arrogans. *Prouerb. 6.* *Greg. 33. Mor. cap. 1.* *Psal. 144.* *Cap 3.*

A Esaiæ 13. Super montem caliginosum leuate signum: Et nonnunquam significat Hæreticum iuxtà illud Psal. 10. In Domino confido, quomodo dicitis Animæ meæ transmigra in montem sicut passer: At Montes in plurali numero designant quandoquè celsitudinem Apostolorum, atq; Prophetarum, vt Psal. 35. Iustitia tua sicut Montes Dei, et alibi leuaui oculos meos in Montes, vndè veniet auxilium mihi, B et aliquando Montes significant fastũ, et superbiam secularium potestatum de quibus Psalmo. 96. Montes sicut ceræ fluxerunt à facie Domini, quo pacto hoc loco sumuntur Montes, et Colles, quibus etiam per Ezechielem cap. 6. comminatur Dominus dicens. Haec dicit Dominus Deus Montibus, et collibus et rupibus, et Vallibus, et quẽadmodum inter magnates aliqui sunt maiores, et potentiores, aliqui ue C rò minus potentes, proptereà Esaias de vtrisq; facit mentionem, ponens inter eos discrimen, designatos per montes excelsos, et per colles eleuatos. Nec solum dies Domini apparebit, et exaltabitur super omnes montes, et colles, sed et super omnem turrim excelsam, et super omnem murum munitum: Perquae possumus intelligere omnem uim, et curam, ac diligentiam adhibitam pro custodia, ac defensione Ciuita D tis, quae omnia fuerunt frustra, ut rei euentus manifestissimè demonstrauit, ut verè admodum dixerit Propheta. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà uigilat qui custodit eam. De hac turri excelsa, et muro munito legas velim Iosephum De bello Iudaico lib. 6. c. 6 et cap. 9. lib. 7. et alibi, ubi uidebis quas turres, quas arces, quos muros construxerint et munierint Iudei pro defensione Ciuitatis, ut Vespa E sianus Imperator suo ore protulerit, non humanis opibus, nec uiribus quibuscunq; hominum, sed ira Dei tantùm capi potuisse, et praeter eam, proditum est quinquaginta Vrbes munitissimas Iudeae fuisse subuersas, & vicos celeberrimos nongentos octoginta quinque, tẽporibus Vespasiani, & Adriani vñ cõstat nihil õnino proficisse

Psal. 10. *Psal. 35.* *Psal. 120.* *Psal. 96.* *Ezech. cap. 6.* *Psal. 126.*

fecisse istas munitiones, & defensiones locorũ. Deinde exaltabitur Deus sup omnes Naues tharsis, & super omne, quod visu pulchrũ est. Quibus verbis summatĩ nihil vltra vult innuere Propheta quod tanta est virtus, & potentia Dei, vt ei nulla vis, nulla potestas, nullum robur, aut quicquam quouis ingenio, aut artificio elaboratum, & perfectum posſit vllo pacto resistere, quandoquidem, & Cedri libani, quæ altas & firmas habent radices, ita, vt non facile conuelli posſint, & quercus Basan quæ pariter est fortis, & dura, vt nõ facile frequentibus ictibus scidatur, vno momento quatiatur, & in puluerem redigatur ita, vt neq; terra neq; mari neq; quicquid est infra Deum posſit vllo pacto resistere eius potestati. Sed videamus quæso paulisper quid per Naues tharsis hoc loco velit Esaias. D. Hieronymus inquit, per Naues tharsis intelligit ipsum mare q. d. Deus exaltatur, & præualet super omnem potentiã & fortitudinem prouenientem aut cõsistentem ex nauali pugna, & militiæ, & aliorum opiniones refert. D. Augustinus super Psal. 47. per Naues tharsis intelligit, Naues Carthaginis, & quæ à Dño, & potestate Carthaginis exeũt & hoc loco multũ digreditur. Alij volunt, per Naues tharsis intelligamus Naues, quæ ex Tharso Ciliciæ progrediũtur & huius opinionis est Ioseph li. 1. antiquitate cap. 11. & alij, quorum omniũ sentẽtias non facile reijcio nec pariter admitto, propterea dicerẽ vna cum quibusdam modernis, quod per Naues Tharsis voluit innuere Propheta Naues quasdam magnas, & egregie constructas, quæq; maris tempestatibus sufferendis essent reliquis aptiores quæ tamen vtcunq; fuerint constructę non poterunt obsistere diuinæ potẽtiæ quin vno temporis momẽto facile frãgãtur, & demergantur, Per omne, qđ visu polchrũ est, nonnulli intelligunt quædam ornamenta siuè nauium, siue domorum, que maximè visum delectant, & admirationem inijciunt, & ꝓpterea nonnulli Templum Salomonis intelligunt, quod vt habetur in sacris literis vtriusq; Testamẽti, & primo Machab. 2. & apud Iosephum in lib. De bello Iudaico, & in lib. Antiquitatum pulcherimum erat, & miro artificio cõstructum. Alij per pulchrum visu intelligunt vniuersam regionem Iudeę, & Galileæ, quæ erant refertę delitijs õnibus, vt pomerijs, viridarijs, diuersis arborum fructibus, siluis, nemoribus, vinetis, oliuetis, & alijs omnibus bonis, quę beneficio aeris, & aliorũ elementorum à terra nobis producuntur ita vt nulla pars soli sterilis esset, & infœcunda. Nonnulli, vt D. Thomas intelligit mulieres Hębreorum, de quarum pulchritudine Iudith 1. legitur. Quis contemnet populum Hębreorũ, qui habet tã decoras mulieres? At D. Hieronymus per pulchrum visu intelligit, quicquid pulchrũ videtur verbis & humana ratione confictum, & hoc item nihil est, si se erigat contra Deum, Proinde sequitur. *Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa &c.* Quæ sequuntur in toto huius capitis residuo, non aliam postulant elucidationem, cum sint ferè eadem cum superioribus, nisi dicamus quòd hæc subijcit Propheta, vt intelligamus nõ aduersus creaturas, quæ culpa vacant præfata mala irruere, & iram Dei demonstrandam esse, sed aduersus sublimitates hominum, & altitudines virorum, aduersus eos inquam, qui eiusmodi prauis affectibus erunt imbuti. tales inquam incuruabuntur, & humiliabuntur, & Dominus solus in die illa qua id efficere decreuerit, ipse solus, inquam, eleuabitur, & cognoscetur, quod non est alia sublimitas, neq; alia altitudo præter eam, qua ipse solus est, & à qua cætera dependent, & per quam solam quisque sublimis prępotens, & altus esse perhibetur; & cognoscetur tandem, quod non est alius Deus præter ipsum, à quo, dubio procul, depẽdet cœlum, & natura, & quęcunq; sub his continentur. sed tantisper quęso consideremus, & contemplemur hæc verba, & accõmodemus ad nos ipsos, quia reuera quandoq; tempus erit, vt incuruetur sublimitas hominũ, & humilietur altitudo virorũ. Non loquamur ad

Margin notes: *1. Mac. lib. 1.* — *3. Reg. 6. & infra.* — *Iudith. 1.* — *Tex. 9* — *Postremo*

mur ad præsens de illa, quæ continget A
in nouissimo die Iudicij, sed de ea, quā
passi proprijs oculis ꝓspicimus: quot
enim hominum reperiuntur, & magno
rum virorum, qui cum aduenerit tem-
pus senectutis, aut ægritudinis, vel cu-
iusuis aduersitatis, qui videbantur su-
blimes, fortes, & indomiti, incuruā-
tur, deficiuntur, & omne robur amit
tunt, & in die illa solus Dominus eri-
gitur, ipse solus eleuatur, solus ipse co
Psal. 7. gnoscitur & ꝓdicatur, & solus ipse ma- B
gnis vocibus interpellatur, & reliqui ō-
nes, preter ipsum incuruantur, & infir
mātur, id quod perspicens Regius Pro
pheta Dauid, inquit Ne derelīquas me
intēpore senectutis, cum defecerit vir-
tus mea ne derelīquas me. Quid vltra
eueniet, cum eleuabitur Dn̄s ī die illa?
cum suam voluerit exerere virtutē, ac
potentiam? Subdit Propheta d. & ido-
la penitus cōterētur, Vbi illa dictio, &,
magnā habet epmhasim, & manifeste sa C
tis coarguit miseriā, & calamitatē ho-
minū, eorū .s. qui spreto Deo, inoperi-
bus manuū suarū confidebant; Hic ꝓ-
prius, & germanus videtur esse intelle-
ctus horum verborum & idola penitus
contererentur q. d. nō solum incuruabi-
tur, & humiliabitur, ac penitus deijci-
etur sublimitas, & altitudo virorum,
sed idola, quibus ipsi confidebunt, in
quibus spem omnem collocauerāt, pe
nitus contererentur, & cōtrita in pulue D
rem, aut potius in nihilum couertētur:
Idòlum nanq; vt inquit, D. Paulus, ni-
hil est, vnde & cultus eorū prorsus ni-
hil est, & omnino inanis. Quarè ter
miseri sunt illi, qui in huiusmodi falsis
Dijs spes suas constituunt. Sed quid tā
dem eueniet his, qui ea pro Dijs cole-
bant? subdit Propheta incredibilem, &
miserrimam illorum cōditionē Introi
bunt (inquit) ī speluncas petrarū, & in
voragines terrę a facie formidinis Dn̄i E
& à gloria maiestatis eius, cum surre-
xerit percutere terrā. Paulo supra de-
clarauimus hāc particulam de Die, &
hora, qua Deus decreuerit, & quasi à sō
no excitatus, & crapulatus à vino, sur
rexerit percutere terram. Tunc enim
delinquentes, & diuini Verbi contem-
ptores non potentes sustinere faciem

Domini, quæ maximam, ac terribilem
incutit eorum animis formidinē, neq;
poterunt sustinere gloriam, & splendo
rem maiestatis eius, introibunt in spe-
luncas petrarū, & in voragines terræ,
& abditissima locorum latibula, existi
mantes hac ratione effugere manū Do-
mini, & declinare furorē èius, id quod
considerans patientissimus Iob, hac
ratione precabatur Deū dicēs Manum
tuam Domine longe fac à me, & formi
do tua non me terreat. prosequamur
textum, & Prophetiam ipsius Esaiæ
In Die illa cum .s. Deus surrexerit per- 10.
cutere terram, proijciet homo Idola
argenti sui, & simulacra auri sui, quæ
fecerat sibi, vt adoraret talpas, & vesp-
tiliones. & ingredietur scissuras petra-
rum, & cauernas saxorum à facie for-
midinis Domini, & à gloria maiestatis
eius. Neque hic textus aliam postulat e
lucidationem, quandoquidem quę hic
dicuntur consona sunt superius dictis:
Sed quædam dum taxat sunt considerā
da. Primum quidem, quòd multiplici
ex caussa proijcient homines, cum Do
minus eos percusserit, Idola, & simula-
cra argenti, & auri metu, & formidine
Iudicij Dei, qui sine dubio eorum cul-
tores puniet, proijcient etiā & eiusmo-
di simulacra, ne sint eis impedimento
ad fugam, ad quam properabunt, velut
cū quis proijcit merces in mare ad eui-
tandum naufragium, & vitam conser-
uandam, aut ea proijcient, cum iam re
ipsa comperiant vana extitisse, & inuti-
lia ad ferendum suffragium. Postremo
fortassis ea ratione proijcient tanquā
agnoscentes eiusmodi simulacra cau-
sas fore ruinę, & perditionis ipsorum,
quo loco egregiè quidem notatur à qui
busdam, quòd sæpe numero contingit
ea studia quæ inuexerunt nobis mala,
calamitates, & incommoda illa eadem
fore nobis impedimēto, ne ab ipsis nos
expedire, & extricari possimus; quoni
am relinquere ea non permittit amor,
aut lucrum, vel inueterata cōsuetudo:
& eadē retinere prohibemur, vel quod
obmurmurat cōsciētia, vel ob metum
superiorū, vel saltem ob timorem di-
uini iudicij: atq; interim cum in dubio
est animus, venit sponsus, & claudit
ianuam

lantam, quia iam præterijt tempus ad deliberandum: propterea rogandus est Deus, ne à principio sinat nos inuolui, aut nimis affici penes ea, quæ certissimo nobis possunt esse detrimento. Tropicè verò per simulcra auri, & argenti intelligere possumus sapientiam, & eloquentiam quorum alterum auro. reliquum verò argento comparatur, & hæc proculdubio sunt dona Dei expressa hominibus data in obsequium suæ diuinæ maiestatis. Cum autem B istis donis abutimur ad fraudes, & dolos, & ad circumuentionem populorum. & quod peius est & intolerabilius in manifestam Dei offensam, & in salutis nostræ pernitiem, ac iacturam, debemus procul abijcere idola ista, & simulacra auri, & argenti, quemadmodum monuit etiam aliquãdò Saluator noster d. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. O Bone Deus quot homines agnoui, & eorum C mores & consuetudinem sæpenumerò aduerti, quibus tua sola benignitate, & clementia, ingenium perspicax, prudentiam, eloquentiam, & plerasq; corporis, & animi dotes contulisti, quibus non modo amabiles, & spectabiles, verum & admirabiles cunctis reddebantur, & tamen his omnibus bonis ad pleraq; flagitia perpetranda vti non erubescebant, de quibus verè dici poterat illud Prophetæ Sapientes sunt, vt D faciant mala, de quibusq; non iniuria conqueritur Deus apud hunc Prophetam cap. 31. Dedi eis argentum, & aurum ipsi verò operati sunt in Sacrificium Baal. Dicit ergo Propheta. *In die illa proijcet homo idola argenti sui, quæ fecerat sibi*, idest, quæ suis manibus ea formauerat, Sibi, idest in obsequium suum, in commodum suum, iuxtà voluntatem suam, & vt sibi ipsi satisfaceret. Et fecerat inquam, vt adoraret talpas, & vespertiliones, hoc est imagines, & simulacra istorum animalium, quemadmodum D. Paulus reprehendit etiam romanos quod & ipsi mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium; Talpa

Esa. 31.

Rom. cap. 1.

A enim, vt refert Diuus Hieronymus est animal absq; oculis, quod terram fodit & humum egerit, & radices sub terram comedens, frugibus maximũ nocumentum præbet. Sed quid sit, & quale sit hoc animal vide Arist. primo lib. de Hist. animalium cap. 9. & 2. de Anima tex. com. 131. & non nihil apud Plinium de Naturali Historia lib. 30. cap. 3. Vespertilio autem est exiguum animal lucifugum, & de nocte volitans quod stridore potius, quàm voce, & cantu percipitur, & sentitur. De natura Vespertilionis vide Arist. 4. de partibus animalium Cap. 13. penes finem & pli. lib. 10. cap. 61. Quare quicunque adorant ea, quæ sunt cæca, & sensibus, ac ratione carentia adorare dicuntur talpas, & vespertiliones, cuiusmodi sunt plerique nostrorum temporum, atq; hi nimirum sunt, qui sectantur opera tenebrarum, & in ijs toti incũbunt, & persistunt. Diuus Cyrillus ait, quicunque mentis Idola suscipiũt, & phantasias, ac opiniones absurdas admittunt, sciant se fore nidos vespertilionum, hoc est immundorum spirituum & quicunque turpes, & obscenas cogitationes in se ipsis admittunt, & depascunt, nouerint animam suam, & cor suum esse velut stabulum brutorum animalium, vnusquisq; enim tentatur à proprijs concupiscentijs, sed non sunt admittendæ, at citissimè proijciendę, & ad petram allidendæ, quoniam dum in corde conceperint, pariunt peccatum, quod cum fuerit consummatum generat mortem. Reijcienda sunt ergo à principio malorum initia: & eiusmodi mentis Idola, quæ sola cogitatione proueniunt, omnino propulsanda.

Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum, à facie formidinis domini & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit, percutere terram &c. Tex 11.

E

Particula ista cum præcedenti, vbi inquit, in die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui &c quæ iam est exposita, potest meo, & aliorum iudicio multifariam exponi, vt dies illa de qua loquitur propheta, referatur ad tria tempora,

 siue

siue ad tres status, & conditiones hominum. Primum quidem existimo facile posse referri ad id temporis, quo euertenda erat Ierusalem, & vniuersa Iudæa per exercitum Romanorum. Tunc enim procul dubio projciet quicunq; homo, qui erat in Ierusalem idola argenti sui, & simulachra auri sui, siue accipias ad literam eiusmodi idola, & simulacra, quibus illi maximè confidebant, vel spiritualiter pro dono sapientiæ, prudentiæ, regiminis, & abundantiæ opum, & diuitiarum, quibus rebus, nemo est qui ambigat, primates illos scribas, & phariseos plurimum fuisse confisos. Tunc quisque perterrefactus, & omnis auxilij, & consilij inops, neque vllum habens refugium, aut patrocinium, ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas Saxorum à facie formidinis Domini, cum in tanta rerum turbulentia, & maximo discrimine viderint, & cognouerint Deum illis maximè iratum, & præpotentem se omnibus ostendentem, iam paratum, & constitutum, vt percuteret terram; tunc enim (vt supra etiam dictum est) nullum erat latibulum, nullus erat locus adeò reconditus, in quem ipsi Iudæi non sese abderent; perterriti, vt diximus, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, nouerant enim ipsum esse præpotentem, dominum virtutum, principem exercituum, & regem gloriæ, & supremum iudicem, ac vindicem omnium malorum: possunt etiam ea verba referri, quò omnes cuiusq; gentis, & nationis homines compræhendat, ad diem Iudicij, tunc enim nullum erit descrimen inter iudæos, & græcos, inter liberos, & seruos, mares, & fœminas, omnes cuiuscunq; status, conditionis, & sexus, stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, pro vt gessit in corpore siue bonum, siue malum. Et hoc dubio procul erit, cum dominus apparuerit in sede maiestatis suæ. Tunc quidem qui in corpore male se gessisse agnouerint, ingredientur, si fieri poterit, in scissuras petrarum, & in cauernas saxorum, vt se abscondant à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, quam nulla ratione, studio, atq; arte poterunt vnquam substinere. Potest etiam, si rectè sapio, dies illa de qua loquimur, referri ad tempus illud faustissimum, quo prædicatum fuit, & promulgatum Christi Euangelium, tunc enim iustissimo Dei iudicio adeò exarsit ira, & odium aduersus idolatras, vt qui prius pro idolis se aduersus Christum erexerant, persequentes, interficientesq; Christianos, nunc certè querant quoscunq; idola colentes, interficere, & penitus tollere de medio, vt qui nunc persistunt in idolatria, sollicite querant, vbi se abscondant, cum sacrificare volunt, vel vbi Deos suos retrudant, ne à Christianis inueniantur pariterq; & ipsi cultores occidantur. Vt asserit Diuus Augustinus de consensu Euangel. lib. 1. cap. 27. & 18. de Ciuit. Dei cap. 50. factum est enim, vt qui prius diabolico furore beatorum Martyrum sanguinem fuderunt, nunc Christiano amore ipsos venerentur, ipsiq; Reges, quorum legibus vastabatur Ecclesia, ei nomini salubriter subdantur, quod iam olim de terra crudeliter auferre sunt conati. Postremò suspicor diem illam, de qua loqui sumus aggressi, referri ad saluberrimum illud tempus, quo viri probi, Christiana fide imbuti, & diuini spiritus charitate inflammati, vt se se subtrahant a concupiscentijs huius mundi, & delicias, ac voluptates procul effugiant, ingrediantur scissuras petrarum, & in cauernas Saxorum, vt quemadmodum, inquit Diuus Hieronimus non in terrae puluere, & vili luto vel etiam super arenam, sed in firma, & solida ratione versentur, & inueniant sibi diuersa virtutum foramina, perquæ ad veritatem valeant peruenire. Hoc autem facient, & faciunt quicunq; sunt huiusmodi, a' facie formidinis Domini, quia scilicet timore quodam non omnino seruili, sed timore quodam initiali, pertimescunt dominum, & quàm vehementer anhelant aliquando vi-

do videre gloriam maiestatis eius. Ne scilicet quandoq; paueant, cum surrexerit dominus percutere terram. Sequitur nunc vltima particula huius capituli videlicet.

12. *Quiescite ergo &c.*

Posteaquam Propheta iam prædixerat; & prænunciauerat minas, & pericula ijs, qui Deum contemnunt & suis vanitatibus magnopere confidunt, tandem concludit, quid nobis sit faciendum, & inquit. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus, vel excelsum reputatus est ipse. Hæc postrema verba licet sint difficillima et varias habeant interpretationes, tamen ne vos confundam, vnam, vel alteram adducam expositionem. Diuus enim Hieronymus inquit in expositione Sanctarum scripturarum, veritatem nos debere sequi, non contentionem. Prior ergo expositio erit ista. Quiescite vos mortales ab homine, cuius spiritus in naribus eius est idest, qui spirat, & respirat sicut cæteri homines, qui tandem nihil aduersum vos poterit efficere, cum sit moriturus, & finem habiturus, sicut & uos; quanquam dum inter vos vitam agit, excelsus, & magnus reputetur, volens innuere propheta hæc verba iudæos quandoq; dicturos aduersus Christum Dominum, cum praedictum esset a' prophetis ipsum quoq; quandoq; moriturum. Sed hæc eorum interpretatio, vt inquit Hieronymus inanis est et vacua, quae enim est, inquit ille, verborum consequentia, & qui ordo rationis, ac sensus, vt dicatur, quiescite ab homine, & cauete ne offendatis eum qui est mortalis veluti caeteri homines. Propterea datur alia expositio, & est uera, et consona ijs, quæ hactenus dicta sunt, & dicentur; nam cum hactenus Propheta (vt vidimus) terq; quaterq: quae euentura sunt ijs, qui ignorant Deum, & venerantur opera, quae fecerunt digiti eorum, enarrauerit incommoda', tandem, vt possint praecauere quae dicta sunt mala, monet, & concludit dicens, Quiescite ab homine &c. idest, cauete ne molestetis, neq; proruatis in hominem, qui habet spiritum in naribus, qui scilicet est ita fortis, & potens, ut cum fuerit ad iracundiam prouocatus facile possit omnia diruere, & prorsus in nihilum redigere. Dicit enim Diuus Thomas ex Homero, quòd uiri fortes austeram uirtutem per singulas nares exufflant: et experimento comprobatur, dum fuerit quis maximè concitatus ad iram propter multiplicationem spirituum exufflat per nares, et per omnes ferè corporis partes praemostrat iram, & indignationem conceptam, id quod egregie considerans Dauid praecabatur Deum dicens, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. et alibi; Psal. 6. ab Increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus irae tuae. Psal. 17.

Et eò magis ab eo cauendum est, et quiescendum, quia excelsus reputatus est ipse, excelsus inquam reputatus a' Sanctis Angelis, & hominibus, iuxta' illud Psalmi; Excelsus super omnes gentes Dominus, et super Cælos gloria eius, iuxta textum uulgatae aeditionis sic habetur. Sed quidam textus sic habent apud hebreos excelsum reputatus est, et re uera si uelimus rei, de qua loquitur naturam, et conditionem respicere, potius debet uocari excelsum, quam excelsus, potius altum, quam altus, quia uidelicet ipse Deus est ipsa altitudo, ipsa sublimitas, & excellentia. Dicit Augustinus quòd Deus est excelsus, & omnium excellentissimus, qui tamen non elatione sed humilitate contingitur, vel attingitur, at in rebus visibilibus si quis vult excelsa contingere, in excelsum erigitur, non sic penes Deum. Dicamus ergo paucis verbis, quòd licet Christus Dominus fuerit homo secundum carnem spirans, & respirans, sicut alij homines, fuit tamen verus Deus secundum diuinam maiestatem; Secundum communem modum loquendi, cum dicimus alicui, vel aliquibus, quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus est, volumus innuere, quiescite ab eo, idest ne tentetis, neq; molestetis illum, aut

illudatis ei, quia habet spiritum in A naribus idest est homo, qui percipit, qui sentit, se ipsum cognoscit, & in se ipsum redit, atq; vbi fuerit molestatus, statim commouetur, neque sinit se vllo pacto contemni, aut iniuria lacessiri. sic volebat innuere Propheta de Christo Domino, qui cum fuerit ad iracundiam prouocatus, reddet vltionem hostibus suis, & ijs qui oderunt eum, retribuet. Deuteronom. 32.

Et sic est finis huius secundi Capituli.



EXPLANATIO IN CAPVT TERTIVM ISAIAE PROPHETAE.

1. Ecce.n.dominator *Dominus exercituũ auferet à Hierusalẽ,& à Iuda validũ,& fortẽ, oẽ robur panis,& oẽ robur aquæ: fortẽ, & virũ bellatorẽ, Iudicẽ,& pphetã,& ariolũ,& senẽ: Pricipẽ sup quinquaginta,& honorabilẽ vultu, & cõsiliariũ, & sapiẽtẽ de architectis,& prudẽtẽ eloquij mystici. Et dabo pueros pricipes*
2. *eorũ,& effœminati dominabũtur eis.* Et irruet *populus,vir ad virũ,& vnusquisque ad Proximũ suũ: tumultuabitur puer cõtra se-*
3. *nẽ,& ignobilis cõtra nobilẽ.* Appræhẽdet *Enim vir fratrẽ suũ domesticũ patris sui: vestimẽtũ tibi est, princeps esto noster, ruina aũt hæc sub manu tua. Respõdebit in die illa dicẽs: Nõ sũ medicus, & in domo mea nõ est panis, neq; uestimẽtũ: nolite cõstituere me*
4. *principẽ populi.* Ruit.n. *Hierusalẽ,& Iudas cõcidit: quia lingua eorũ,& adinuẽtiones eorũ cõtra dominũ,vt prouocarẽt oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorũ respõdit eis:& peccatũ suũ quasi Sodoma prædicauerũt, nec abscõderũt:væ aĩæ eorũ,quoniã reddi-*
5. *ta sunt eis mala.* Dicite Iusto *quoniã bene,quoniã, fructũ adinuẽ*
6. *tionũ suarũ comedet.* Væ impio *In malũ; retributio.n.manuũ eius fiet ei. populũ meũ exactores sui spoliauerũt,& mulieres dominatæ sũt eis. Popule meus,q̃ te beatũ dicũt,ipsi te decipiũt,& viã gres*
7. *suũ tuorũ dissipãt.* Stat ad Iudicandum *Dominus.& stat ad iudicãdos populos. Dominus ad iudiciũ veniet cũ senibus populi sui,et principibus eius:vos.n. depasti estis vineã, & rapina pauperis in*
8. *domo vestra.* Quare atteritis *Populũ meũ, & facies pauperũ cõmo-*
9. *litis,dicit Dominus Deus exercituũ?* Et dixit Dominus: *Pro eo q̃d eleuatæ sũt filiæ Syõ, & ambulauerũt extento collo,& nutibus oculorũ ibãt,& plaudebãt,ambulabãt pedibus suis,& cõposito gradu incedebãt: Decaluabit Dominus verticẽ filiarũ Syõ, & Domi-*
10. *nus crinẽ earũ nudabit.* In die illa auferet *Dominus ornamẽtũ calceamentorũ, & lunulas, & Torques,& monilia,& armillas, & mitras, & discriminalia,& periscelidas, & murenulas,& olfactoriola, & inaures,& annulos,& gemmas in fronte pendentes, & mutatoria,& palliola,& linteamina,& acus,& specula,& sin*
11. *dones,& vittas,& Theristra.* Et erit pro suaui *odore fœtor, & pro zona funiculus,et p crispãti crine caluitiũ,et p fascia pectorali cilici*
12. *ciũ.* Pulcherrimi quoquè *Viri tui gladio cadẽt,et fortes tui ĩ prælio.Et mærebũt,atq; lugebũt portæ eius,et d̃solata in terra sedebit.*

IN DEI NOMINE.

EXPLANATIO IN TERTIVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

1. Tex. *ECce enim dominator Dominus exercitiuum aufert ab Hierusalem & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ.*



Oquitur hic Propheta à diuino spiritu edoctus, & ispiratus de futuris euersionibus, ac destructionibus Iudæ, & Hierusalē, siuè quas habituri erant à Babylonis, & Caldęis, siuè postremam, quā habituri erāt à Romanis post passionem Christi, & propter passionē Christi, quē admodum & prius dictū est sed magis speciatim. Dicit ergo, continuando, & connectendo præsens capitulum cū præcedenti: Quiescite ab homine, in cuius naribus viget spiritus, intelligendo per hominem hoc loco positum, Christum Dominum, quia nisi quiescatis & cessetis ab eo molestando, & ad iracundiam prouocando, vt nouissimè fecerunt Iudei, existimantes ipsum esse purum hominem: Ecce, hoc est non longè abest multo prius, quàm vos putetis, cito veniet quod prædicimus, quin Deus, dominator, quatenus habet in promptu actum proprium dominandi, & imperandi cuilibet creaturæ, & Dominus, quatenus habet potentiam, & virtutem dominandi, quæ est ipse Deus, auferet à vobis, hoc est ab Hierusalem, & à Iuda omne id, in quo vos putatis consistere omnem potentiam, & fortitudinem, qua possitis resistere eius imperio, ac dominio. Aliqui satis ingeniose, & artificiosè hac ratione initium præsentis capitis cum fine præcedentis coniungunt. Quiescite inquàm vos ab homine, qui habet spiritum in naribus, idest Ne complaceatis vobis in homine, nec spem vllam collocetis in eo qui est cito moriturus, & paruo tempore duraturus quamuis alioqui magnus, & excelsus apud vos existimetur: volens innuere, & alludere ad inanem fiduciam Iudeorum, quam habebant in eorum sarrapis, & magnatibus, quia s. Ecce dominator dominus auferet à vobis validū, & fortem, & omne robur panis, & quę sequuntur. Diuus Thomas vult, quòd in hoc loco, & in præsenti Capitulo Propheta redarguat peccata Iudæorum, vti antea cæperat, quatenus primates eorum, et potentiores, alios opprimebāt. Prior expositio qua ea verba vltima præcedentis textus referuntur ad Christum est longe melior. Proposita intentione dicendorum, expendamus verba Primum, Cur Deus appellatur quandoq; dominus exercituum, paulo ante dictum est.

At quo tempore iste Dominator, & Dominus auferet à Iuda, & Hierusalē validum, & fortem? Num in ea ipsa clade, quam sunt perpessuri, an antea? Ego certè crediderim, quod antè, quò facilius possent ab hostibus debellari: adde quod si per vim, & virtutem hostium fuissent ad tantam miseriam, & calamitatem deducti, præterquam, quod excusatione, & commiseratione digni haberentur, non adeò posset hęc eorum calamitas, & miseria in ipsum

Deum

Deum vindicem eorum, ingratitudinis, & incredulitatis, ac seuitiæ referri, Verùm vtrumq; dixerimus, nulli debet esse dubium omnem eorum calamitatem à diuina Iustitia processisse cum propter multa eorum scelera, tū vel maximè propter passionem, & mortem X̄po allatam, Auferet (inquit) validum, & fortem. Cōmuniter exponētes iuxtà propriam significationem accipiunt istas dictiones, vt per validum, & fortē intelligamus eū, qui est optimę complexionis, ac dispositionis, & ità in ossibus, & neruis, & reliquis corporis partibus compactus, & consolidatus, vt non facilè quamcunq; lęsionem patiatur. D. autem Cyrillus hanc fortitudinem, non ad corporis dispositionem, sed ad animum refert, atq; mentem, vt illi intelligantur fortes, qui virtutem fortiter exercere norūt, & p̄sertim in ea pugna, qua caro insurgit aduersus spiritum. & spiritus aduersus carnem, in quo conflictu quam inferior fuerit ipse spiritus penes Iudęos, nemo est qui dubitet, cùm nullus fermè ex eis appareat, qui affectus carnis reprimere, aut monstruosarum voluptatum insultus deijcere studuerit: Nec mirum, cùm non habeant eum, de quo dicere possint. Omnia possum in eo, qui me confortat. *Subdit omne robur panis, & omne robur aquæ auferet.* s. ipse Deus ab ipsis, Per robur panis, & per robur aquæ iuxtà literā intelligere possumus quicquid ad sustentationem vitæ hominis necessariò requiritur, quæ à principio in pane, & aqua sola consistebat iuxtà illud Initium vitæ hominis panis, & aqua & vestimentum & domus tegens turpitudinē D. August. in q̄stionibus sup Numeros lib 4. q. 62. per robur panis intelligit virtutem & efficaciam panis .i. cibū ipsum, quo sublato deficit virtus .i corporis vires. D. Cyrillus iuxta' suum morem interpretatur hunc locū de pane cęlesti, qui est diuina sapientia, de quo genere panis dicebat David Panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo. Sic & de aqua Io. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, &

Psal. 77.

Io. 4.

Esaias infra Haurite inquit, aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, & apud Salomonem Cibauit illum panæ vitæ, & Intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum, vbi per aquas istas spirituales, & intellectuales, non solū cęlestis sapientia, sed & gratia, qua filij Dei efficimur intelligi debet. D. Basilius per robur panis & aquæ, intelligit sacrā corporis & sanguinis Christi, sed parum ad propositum hoc loco. Vbi etiam aduerte, quòd Deus non abstulit Iudęis absolutè panem, & aquā, quia videlicet gloriantur, & ipsi in lege, & Prophętis, & quòd filij Abrahæ dicantur & similia at non habent robur panis, et aquę, idest non habent veram et perfectam substantiam panis, qui perfectè nutriat, & corroboret, sed habent panes hordeaceos, & siligineos, qui malè pascunt corpus, & difficile digeruntur, hoc est non habent veram intelligentiam, & perfectam notitiam scripturarum, quippe quæ testimonium perhibent de Christo, quem ipsi nolunt accipere, idquod confirmatur per Apostolum dicentem quòd vsq; hodiè Iudęi habent velamen super cordibus eorum, Rursus scriptum est, lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem, ita quòd post ipsum, non sunt amplius apud eos nec lex, nec Prophetæ, sicq; nec panem habent, neq; aquam, abstulit enim ab illis Dominus, & nobis tradidit: quòd si ipsos Prophetas legunt, & audiunt, non intelligunt, vt benè prædixit Esaias cap. 6. & Matth. 13. & in actis. 28. & alibi Aure. s. audietis, & non intelligetis: propterea subdit, *Et fortem, & virum bellatorem*: Iudicē, & Prophetam, & ariolum, & Senem: principem super quinquaginta, & honorabilem vultu. & consiliarium, et sapientem de Architectis, & prudentem eloquij mistici. Et in summa vult innuere Propheta, vt inquit D. Hieronymus, quòd omnes gratię, & donationes sublatę sunt à Iudęis, & quemadmodum etiā Theodoretus inquit, cùm Iudęi fuerūnt obsessi a' Romano exercitu, nulla senibus eo tempore prę̄stabatur reuerentia, nec generis, aut diuitiarum splendori vllus habebatur ho-

Eccl. 15.

2. Cor. 3.

Io. cap. 1.

Matth. 13.

nos, pauperes potentibus insultabunt, & adolescentes deridebunt seniores, q omnia euenerunt illis propter blasphemias, quibus prouocarunt Dominum, quemadmodum in Sacris Euangelijs legimus, & quemadmodum D. Hieronymus inquit, tunc nec ætatis, nec sciētiæ vllus ordo seruabatur, sed rebellabant pueri senibus, ignobiles nobilibus & mutuo se concidebant, atq; ita oēs corruerant, & fuit impletum illud Apostoli ad Galat. 5. Mordentes se inuicem, & comedentes, & tandem ab inuicem cōsumpti, atque destructi, & hęc omnia contigerunt sub tito Vespasiani filio: Sed expendamus sigillatim verba iuxtà literam, deinde iuxtà sensum misticū. Auferet inquam Deus virum fortem, & virum bellatorem. Per virū fortem hoc loco D Thomas intelligi vult eum, qui sit fortis animo, constās, & intrepidus in quo videlicet vigeat virtus fortitudinis, cum paulo ante acceperit idem nomen pro fortitudine, & soliditate corporis. Alij p fortē hoc loco intelligunt, non quicunq; fortitudinem vtcumq; habet, sed qui alijs est fortior, & robustior & corpore & aīo vt de Hectore, & Acchillè legimus, &, vt vno verbo dicamus de eo loquitur Propheta, qui propter singularem eius fortitudinem alijs præest, & Dux in bello est, quod videtur innuere textus sepuaginta Interprætum, quia vbi nos legimus (fortem) ipse habet Gigantem, per quē Diuus Cyrillus intelligit præualidū, præpotentem, siue Heroem Per virum bellatorem intelligimus hominū bellis assuetum, & in disciplina militari egregiè instructum, & educatum; quæ oīa relata ad spiritualem intelligentiā, dicere possumus secundum Cyrillum, quod ille potest vocari Gigas, qui ad terminum, ac metam spiritualis fortitudinis peruenit; præpotens verò, & bellator qui nondum ad eam perfectionem accessit, sed in via qua tendit ad ipsam: Nec mirum, quia non omnibus datum est adire Coryntum neq. vllus repentè fit perfectus. Apud Iudeos igitur, qui respuerunt Christum Dominum nonfuit Gigas, nec bellator, p̄sertim, tempore necessitatis: Nos autem, quo fide

Gal. 5.

A regem gloriæ, & hominum virtutum, & potentem colimus, ab eo neruosi reddimur, ac robusti, & idonei efficimur ad oppugnandum prauas, impurasq; potestates. Nam non est nobis colluctatio aduersus carnē, & sanguinē, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harū, aduersus spiritualia nequitiæ in coelestibus: Propterea Saluator p Ecclesiam & in Eccles. monet Apostolos, et discipu-

Ephes. 6.

B los suos dicēs. Estote fortes in bello, & pugnate cū antiquo serpēte et c. Per Iudicē intellige magistratus, qui p̄sunt, ac regūt populū, quiq; rectè nouerint iudicare, & in cūctis rebus, tā ꝓsperis, quam aduersis, quæ passim occurrunt, oportunum adhibere remediū, Per Prophetam facilè est intelligere quid velit Esaias, cōstat. n. quod veri Prophetæ illi propriè nuncupantur, per quos Deus suam voluntatē notificare, consueuit,

C quiq; in maximis angustijs cōsolabantur populum, atq; in rebus, penè desperatis quid fieri oporteret p̄ mōstrabāt, vt est videre apud Hieremiam. & alios Prophetas; Hoc genus hominū vsq; adeò necessariū pro salute populorū auferet ēt Deus à populo Israel iuxtà illud Psal. Iā nō est Propheta, & nos non cognoscet amplius. Ariolū, & senem alij textus habent Diuinū, et senē Textus 70. coniectorem, et præsbiterum;

D Hæc omnia facilè exponuntur, ut per diuinū, aut Ariolum, siuè coniectorem intelligamus eum, qui profunda, & exquisita rerum cognitione sit prędītus, & perspicaci mētis oculo singulari quadam prouidentia euentus rerum intueatur, vt rebus futuris contingentibus probè prouidere, & singula prudenter administrare queat, vndè Ariolus hoc in loco in bonam partem sumitur, Per senem autem intelligi-

E mus eum, qui longa rerum experientia, atq. prudētia circunstantijs omnibus inter se collatis, solet alijs consulere, et quemq. ad munus suum exequendum, & pacis, et belli tempore nouerit monere, et exhortari. Hoc loco Diuus Thomas ait, quòd ad gubernandum populum, et ad exercenda iudicia, requiritur sapientia,

quæ

quæ consistit in tribus, videlicet in di- A scretione boni, & mali, quod fit per humanam institutionem, & obid dantur Iudices, vel per diuinam inspirationẽ ꝑ qua obtinẽda Deus ordinauit Prophetas, vel per Dæmonum reuelationem, quo pacto dantur Arioli, qui .s. sub Aris, & delubris Dæmonum diuinabant, & quandoq; vera dicebant. At huiusmodi cõsultatio parũ dicebat, vt uidebimus. Vult ergo Propheta ostẽdere extremã illius populi calamitatem B quia .s. illo tempore, quo præmebantur ab hostibus, nullum habebant Prophetam, vel Ariolũ, qui bene, aut male illi consuleret, & quę sunt futura vllo modo præuideret, ac prouideret, id quod sępe numero contingit ĩ plerisq; locis, vbi nullus adest Ductor aut Doctor, qui nos admoneat, aut demõstret quid agere debeamus, in rebus pręsertim ambiguis, ac difficilimis, quæ sũma est animi calamitas, ac miseria, vt C per Amos Prophetam Deus aliquando comminatur. Non mittam (inquit) vobis famem panis, & vini, sed esuriem Verbi Dei. Hæc ipsa calamitas, & miseria mihi non nunquam cõtigit, dum posito, & constituto in maximis angustijs, & afflictionibus, nullus pene affuit, qui me consuleret, aut auxilium vllum præberet, vt hac ratione addiscerem meipsum melius cognoscere, & in nullo præterquam in solo Deo fidu- D ciam collocare. Auferet etiam principem super Quinquaginta. Per huiusmodi Principem D. Hieronymus vult intelligi omnes Principes, & Præfectos ac Duces belli: intelligens per partem totum, qui cum aliqua manu militum valeant se hostibus opponere & vt lingua vernacula dicere solemus Che possi far testa contra gli inimici. Aliqui dicunt, quod eo tempore solebant esse multi ex istis quinquagenarijs quibus ĩ E quauis necessitate Princeps vtebatur ad repellendam iniuriam. Eiusmodi Quinquegenarios,, siue Principes, & capita quinquagenariorũ dicit Propheta auferendos esse à Iudeis. Per honarabilem vultu intelligendus est ille, qui præsefert in uultu maiestatem quandã & auctoritatẽ qua possit sola presentia

Amos. 8.

alios coercere. D Thomas distinguit has conditiones personarum penes tria in quibus consistit auctoritas, qua quis necessario colitur, & in prætio habetur videlicet potestas, seu dignitas officij, & obid sunt necessarij Principes in Republica. Alterum est honestas in moribus, & actionibus; quocirca sunt necessarij senes, non modo ætate sed moribus, & virtutibus. Postremum est grauitas, & ob id oportet aliquos ĩ rep. reperiri, qui sint aspectu venerabiles & conspicui, & sola vultus præsentia timorem quendam, vt ita dicam reuerẽtialem, alijs ingerant. Per consiliarium eum sine cõtrouersia intelligimus, qui nouerit in rebus arduis ac difficilibus consilium afferre, ne videlicet, quicquã in consulto, & pręcipitanter agatur; & hunc auferet Deus a Iudea, & Hierusalem. Et certe magnũ est malũ qñ respũest hoc hominũ genere destituta; laudat nãq; D. Hieronimus laudabilẽ illius poetæ sẽtẽtiã d. primũ beatũ esse illũ q ꝑ se sapiat, & nullius egeat consilio 2. q libenter sapiẽtẽ audiat. Qui autem vtroq; careat, hunc esse omnino inutilem, tam sibi quam alijs. Auferet etiam sapientem de Architectis, idest Ne quis Architectorum ibidem habeatur, quod quidem plurimũ facit ad cumulum calamitatis eorum, vt nemo esset in ciuitate, qui machinis conficiendis, aut extruendis propugnaculis foret idoneus, quod quidem est magnum & incredibile detrimentum reip. & pręsertim eo tempore, quo Ciuitas obsidetur ab hostibus. Notat hoc loco Diuus Thomas quod sapientia non solum dicit cognitionem quandam vniuersalẽ primarum causarum, sed etiam dicit actionem, vt est sapientia particularis propterea nullus miretur, si vocatur sapiens Architectus. D. Cirillus more suo per sapientem Architectum intelligit allegorice illum, qui sciat diligenter construere, & ędificare Ecclesiam in templum Sanctum in Domino. Postremo auferet Deus à Iudea, & Hierusalem prudentem eloquij mistici ꝑ quẽ fere omnes intelligunt hominem peritum in facultate orandi, qui videlicet sciat vi eloquentiæ, & facultate dicẽdi

aliosp ersuadere ad bene, recteq; viuẽdum, & ad ea exercenda munia, quæ tam belli, quam pacis tempore fuerint reip. necessaria. Quidam moderni dicunt per prudentem eloquij mistici debemus intelligere, qui conceptis, & præmeditatis verbis causam agit, ita vt quod animo iam conceperat, obtineat & euincat, vnde oratores, apud eosdẽ incantatores, & exorcistæ possunt appellari. Glossa ĩterlinearis habet, quod ille est prudens eloquij mistici, qui est maxime exercitatus in lege, & euangelio, longè melius meo iudicio. D Tho. qui per prudentem eloquij mistici intelligit eum, qui nouit misteria, & arcana legis interpretari; & quoniã vbi nos habemus prudentem eloquij mistici, textus 70. Interpretum habet prudentem auditorem. D. Cyrillus p hũc intelligit eum, qui habet in ecclesia discretionem spirituum. vt colligamus ĩ summa quæ hoc loco præscripsimus. Propheta nihil aliud vult innuere, nisi quod in principio diximus, videlicet quod Deus Dominator, & Dñs propter passionem Christi filij sui omnes gratias, & omnia dona, & cuncta beneficia auferet à Iudæis, id quod nos ꝑspicuè videmus effectum, quoniam nihil horum à passione Christi vsq; ad hæc tẽpora, ipsi habent, & rerum euentus est optimus scripturarum interpres & si quid hac in re dubitandum est nulli dubium esse potest, quod Christus est ablatus ab eis qui est omnia, quæ supra posita sunt: fuit enim Gigas quiã summo cœlo egressus, cucurrit viam suã: *Psal. 18.* fuit etiam fortis, & potens iuxta illud Psal. Dñs fortis, & potens dominus potens in prælio. fuit etiam vir bellator, *Psal. 23.* quia triumphauit de potestatibus aereis vñ psal. 44. dr̃ ei Accinger̃ gladio tuo super femur tuum potentissime; & cũ fortis armatus fuit etiam verus, & sapiens Architectus, quia omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil & omnia in sapientia fecisti Domine; & iste sapiens Architectus fundamenta iecit ciuitatis magnę Hierusalem, quæ ædificatur vt Ciuitas, cuius *Psal. 121.* Partitipatio eius in idipsum. & hæc Ciuitas est tam magna, & ampla, quæ nõ

A vnam tantum gentem sed omnes vbiq; terrarum gentes, & nationes complectitur: fuit etiam Christus Ariolus. & Diuinator (hoc enim nomen potest sumi in vtramq; partem) & profecto fuit non solum Diuinator sed Diuinus, qui nimo ipsamet diuinitas, ipse naq; præuidebat, & pręcognoscebat oĩa, quin & intimas, & reconditas hominum cogitationes. Deus scit cogitationes hominum ipse aũt vt vidit cogitationes, & B alibi quid cogitatis mala in cordibus vestris: fuit quoq; & erit in consumatione sęculi Iudex viuorum, & mortuorũ, Pater enim omne iudicium dedit filio. Quòd fuerit Propheta nulli est dubiũ, *Io. 5.* scriptum est enĩ Propheta magnus surrexit in nobis, & Deus visitauit plebem *Luc. 7.* suam, & Deut. Prophetam suscitabit vobis Deus de medio vestri &c. Inter *Deut. 18.* senes etiã, & presbyteros iure optimo computandus propter dignitatem, & C maiestatem officij sui, venit enim peccatores saluos facere, & illuminare his *Luc. 1.* qui in tenebris, & vmbra mortis sedẽt, & ad dirigendos pedes nostros in viam Pacis. præterea dicitur, quod antiquus dierum sedit, primo in principioquidem erat verbum &c. Potest etiam dici, & vere nuncupari Princeps super quinquaginta, idest super numerum, & multitudinem sanctorum, & Beatorum, quandoquidem numerus D quinquagenarius est numerus sacer, & Spiritus sancti missionem designat, qui post quinquaginta dies à resurrectione Christi fuit missus super Apostolos, & huius numeri Princeps, & auctor est ipse Christus. Pręterea nõne frequẽter in scripturis apellatur dñs exercituũ: fuit item honorabilis vultu, quia .s. omnes eum admirabantur propter seueritatẽ vultus, & propter excellentiam sanctitatis, & doctrinæ, & operationis mira E culorum; Vnde mirabantur Iudęi dicẽtes Quomodo hic literas scit, cum nõ *Io. 7.* didicerit? & alibi mirabantur õnes de *Luc. 2.* doctrina, & responsis eius. speciosus forma ꝑ filijs hominũ Vultũ tuum de- *Matth. 7.* precabuntur omnes diuites plebis. Cõuenienter etiam dici potest cõsiliarius quandoquidem hic idem Propheta appellat eũ infra, magni Consilij Angelũ fuit,

fuit etiam ſapiens et doctor, imò ipſamet ſapientia patris. Io. 7. mea doctrina non eſt mea Luc. 2. in medio doctorum. Et ſuper Io 7. Luc. 2 Matt. 7. Poſtremò non iniuria poſſumus eū nominare, et appellare prudentem eloquij miſtic, quia .s. ipſe ſolus nouit profunda miſteria, et arcana cęleſtis ſapientiæ, et potens erat ſoluere omnia, et ſingula ænigmata, ac difficultates ſanctarum ſcripturarum: ipſe enim ſolus erat verus præceptor, et doctor, B et omnium magiſter; ipſe nanq; ſciebat omnia, et non opus erat, vt quis eum interrogaret, et teſtimonium perhiberet de homine, ipſe.n. duobus, diſcipulis euntibus in Emaus interpretabat illis omnes ſcripturas quę de ipſo erant Luc. vlt. et alibi dixit Nolite vocari magiſtri, vnus enim eſt Magiſter veſter, qui eſt in cælis Chriſtus Dominus. ſi verò legatur vt ſeptuaginta interpraætes, Videlicet Prudens Auditor, poteſt hoc etiam facilè aptari Chriſto Domino, qui fuit prudens auditor, quia .s. rectè capiebat, et intelligebat quæ dicebantur a doctis, optimeq; nouerat, et diſcernebat quando tempus erat loquendi, et quando erat tempus tacendi, legimus enim, quod quandoq; interrogatus nihil reſpondebat ut Matth 15. et Io. 19. quarè vides omnes perfectiones, omnes titulos, et pręrogatiuas, quæ erant quandoq; in D populo Iſraelitico, facilè, et multò melius, et verius reperiri in Chriſto, ita, vt non ſolum ablati ſunt ab eo et auulſi qui eiuſmodi prærogatiuis, et muneribus erant decorati propter eorum immanitatem, et ſęuitiam in Chriſtum Dominum, verum etiam quando fuit ab eis ablatus Chriſtus, fuerunt illis itidem. et pariter omnia prædicta bona ſublata et nobis conceſſa iuxtà illud Saluatoris Auferetur à vobis re- E
Math. 21. gnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius: Nanq; non ſolum Chriſtus fuit repletus, et ditatus ab inſtanti conceptionis ſuę omnibus illis donis, et virtutibus, verùm etiam pleriq. Diſcipulorum ſuorum, et eorum, qui tota mēte, et toto cordis affectu illi ſeruiūt, et adhærent, referti ſunt omnibus illis

A muneribus, ac donis poſtquam receperunt Spiritum ſanctum. Nonne Paulus Apoſtolus potuit citra omnem controuerſiam nominari Gigas, Vir bellator, fortis, et potens? Perlege quęſo Acta Apoſtolorum Perlege quas ipſe ad diuerſas Eccleſias ſcripſit Epiſtolas, et videbis quas pugnas, quas lites, et cōtrouerſias pertulit pro nomine Chriſti, et de omnibus illis vſq; ad extremum vitę diem fæliciter triumphauit; Non ne fuit et ſapiens Architectus, qui ſegregatus à Iudæis, in ędificationem Domus Dei poſuit vnicum illud fundamentum, quod eſt Chriſtus Ieſus. Fuit quippè Ariolus, et Diuinator, quia pręuidit omnes inſidias pſeudo fratrum pariter et Iudæorum nec non et gentilium, et prudenter, ac viriliter omnes euaſit: Nec deſijt vbi oportuit obire officium Iudicis, ſenis, et Presbyteri, reprehendendo, arguen- C do, et increpando eos, qui reprehenſibiles erant. fuit etiam Princeps quinquagenarius, quia inſtituit Epiſcopos, et Presbyteros ſuper tot Eccleſias. Habuit quoq; omnes alias conditiones, quę neceſſarię erant ad rectè inſtituendam Eccleſiæ Chriſti remp. vt facilè eſt demonſtrare, ſi legerimus, et expenderimus ſingulas eius actiones. Nec ſolus ipſe, ſed plerique alij diſcipuli, et miniſtri Chriſti, et ſerui Dei cuiuſcunq; ſexus, conditionis, ac ętatis his eiſdem titulis, et pręrogatiuis fuere honeſtati, qui omnes Dei beneficio ſunt nobiſcum aggregati, et in ſocietatem noſtram aduocati. Pręter ea damna, ac detrimenta, quę Iudaei ſunt perpeſsi propter eorum duritiem, alia damna, et multo maiora fuerunt eis à diuina Iuſtitia illata; vndè ſubdit in
textu. *Et dabo pueros Principes eorum,* 3.
& effaminati dominabuntur eis. Hoc loco Propheta mutat perſonā, hucuſq; enim locutus eſt ipſe iuſſu, et inſpiratione Dei vel gerēs perſonam deinceps introducit ipſummet Deum loquentē, et inquit Dabo pueros et c. Haec eſt vna, et fortaſsis praecipua inter calamitates, quę regnis, et ciuitatibus contingunt, quando .s. pueri dominantur, in quibus de comuni lege non eſt iudiciū,

neq;

neq; intelligentia, et multò minus experientia, vndè legitur. Vae ciuitati, cuius Princeps iuuenis est, et mane comedit, hoc est solum gulae, et ebrietatibus incumbit, nilque magis expetere, et desiderare videtur, quàm proprijs voluptatibus, ac delitijs operam dare. Quāquàm nō accipiūtur hic iuuenes, et pueri praecise iuxtà rationem temporis, et ętatis, sed secundum sensum, et intellectum, quo pacto exponit D. Cyrillus. Et Sacrae literae testantur, Salomonem fuisse duodecim annorū cum regnare caepisset. Per effeminatos proculdubio intelliguntur viri molles, et lasciui, qui more faeminarum statim succumbunt; et multo plus temporis in delitijs, quàm in actionibus virtutum, consumunt: Hos textus septuaginta vocat Illusores, quos iure optimo Iudaei habuere Principes, et Dominos, quandoquidē et ipsi nō erubuerunt illudere Christo Domino dicentes Si filius Dei es, salua temetipsum, et nos, et alia huiusmodi verba effutiebant aduersus eum: Sic et Herodes illusit eum indutum veste alba. Sed per Illusores nonnulli intelligunt eos, quos nos dicimus Hipocritas, hi enim simulant se aliquid esse, cum nihil sint, et omnium virtutum, quae verae sunt virtutes, inopia et egestate laborant. Alij per Illusores intelligunt quicunq; ambiunt honores, ac dignitates, siuè pecunijs, siuè alijs obsequijs aut muneribus ea ipsa aucupantes, vel propter studium quaestus, vel vt praedas a' populis accipiant, et deuorent plebem Dei sicut escam panis, aut propter aliquā mundi gloriolam at nullus istorum sensuum praesenti litterae quadrat Sed quosnam appellat hoc loco Propheta effeminatos qui dominabūtur Iudaeis, num Iudaeos ipsos aut alios externarū nationum? Non nulli volunt, Iudaeos intelligi, quoniam quando ciuitas Hierusalem debebat euerti, ac penitus destrui, paulò ante nonnulli Iuuenes, et inexperti, mundi cupiditatibus intenti, et maximè seditiosi sumptis prioribus Magistratibus, et deiectis uiris probis, ac senioribus, occuparunt vniuersam Ciuitatem Hierusalem, et caeperunt dominari ei, vt poteris videre apud Iosephum in libro de bello Iudaico. Alij per effæminatos intelligunt quosdam Idolorum cultores, qui se castrabant, vt maiori cultu sacrificarent Dijs, et ideo effęminati dicebantur, et plerią; ex his Idoloatris dominati sunt Iudaeis post euersionē ciuitatis Hierusalem: et praesertim illis qui ducti fuerunt in captiuitatem. Sed verè magis, et propriè per istos effęminatos hoc loco intelliguntur Romani, qui absq; dubio non modo post euersionem sed et ante, dominati sunt Iudaeis, et vocantur effæminati propter delitias, et voluptates, quibus plus debito occupabantur licet in re militari nequaquam essent molles et, effęminati. Sequitur textus. *Et irruet populus vir ad uirum, & vnusquisque, Ad proximum suum: Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem.* Haec oīa absq; vlla probatione sunt per se ipsa manifesta, quibus facilè colligitur, quòd in illa ciuitate, et in vniuersa Iudea nullus erit ordo, nulla quies, sed omnia erunt perturbata confusa, et confracta, quia (vt legitur Prouerb 11.) Vbi non est Gubernator, corruet populus, et mutuò confundetur: sic etiam praedictum fuit per Hieremiam Prophetā Ego (inquit Deus) dabo populū istum in ruinas et ruent in eis Patres cum filijs simul, vicinus, et proximus simul peribunt, hoc est quod inquit hoc in textu Esaias. Irruet populus, et vir in virum i. alter aduersus alterum, tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem. Haec enim eueniunt ciuitatibus, et Regnis, ubi non dominantur Sapientes, et uiri honorabiles, iustitia, et virtute insignes, de quo malo loquebatur sapiens Ecclesiastes. 10 Est malum, quod uidi sub sole quasi per errorem egrediens a' faciē principis. Positum stultum in dignitate sublimi, et diuites sedere deorsum: Vidi seruos in equis, et principes ambulantes super terram quasi seruos, Nō ergo est mirum, si in tali peruersitate, et inordinatione omnia perturbantur, et confunduntur idquòd accidit in obsidione Ciuitatis Hierusalem, dum mutuis

Margin notes: Eccl. x. — Matth 26. Mar 14. Luc. 12. — Tex. 5. — Prouerb. 11 — Eccl. 10.

tuis cædibus se ciues trucidabāt, & puer contra senem arma capiebat, & ignobilis contra nobilem. Nec mirum hoc accidit eis, quia elegerunt Barrabam seditiosum, & homicidam, propterea permisit Deus, vt, & ipsi homicidę, & seditiosi, nec non & proditores ad se inuicem efficerentur. Et egregie qdē dicit. D. Tho Super hūc locum q̄ in regno perturbato sunt omnia ista ī cōuenientia, videlicet vnis dissensio, amicitiæ dissolutio, & ordinis confusio. his pōt & inferi lamentum, & q̄rimonia q̄ hēt Hierem. cap. 9. Deindè sequitur, Apprę hendet enim vir fratrem suum domesticum Patris sui vestimentum tibi est, Princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. Appręhendet inquam vir fratrem suum, appræhendet, non quomodocunque rogaturus, & ad eum accedet, sed quasi quadam vi ad imperiū capessendum pertrahet, atq; compellet, & appræhendet domesticum Patris sui. Quid per domesticum Patris sui intelligat hoc loco Propheta, non satis constat; si enim est frater, non ne etiā erat domesticus Patris sui? & magna ei familiaritate, & consanguinitate cō iunctus, tametsi nonnunq; fratrū quoq̄ gratia rara est. videtur enim esse hoc loco Tautologia, hoc est eiusdē sermonis iteratio; propterea dicūt aliqui quòd ista particula debet legi disiunctim, vt legunt Septuaginta, videlicet Appræhendet homo fratrem suum, vel domesticū Patris sui, & sic nulla est difficultas, neq; vlla ī hac oratione superfluitas, & iuxta vulgatam editionem dicimus, quod per domesticum Patris sui possumus intelligere fratrē, & germanum suum, qui tamen ex alia muliere fuerit exortus, et hac ratione dicitur domesticus, & filius eiusdem Patris, vt in eadem domo natus, & educatus, & cohabitans Sed & hæc solutio meo iudicio est valde impropria, vt qui filij seu fratris denominationē habet, domesticus appelletur. Alij recentiores per fratrem domesticum Patris sui intelligunt eum, qui est natus ex eadem familia. & ex eadem stirpe. & qui vel consā guinitate, vel etiam affinitate est coniūctus alicui. Sed pace omnium istorū dixerim, mihi magis adlubet, & satisfacit, vt per fratrem hoc loco non intelligamus eum, qui ex eodem Patre est progenitus, & eum, quem nos proprie germanum appellamus, sed quemcūq; obuium habuerit modo sit eiusdem gētis, & cognationis, & hic propriè potest vocari domesticus Patris illius hominis qui appręhendit, ob aliquam necessitudinem, seu familiaritatem Patris sui, & hic, appræhenso Fratre suo, & domestico Patris sui, dicet, modo viderit eūdem aliquanto decentius, quàm alij vestitum. Vestimentū tibi est, Princeps esto noster, Ruina autem hæc sub manu tua Id. n. in more hominum positū est, & opinione, q̄ existimentur ditiores et potētiores alijs qui speciosis uestibus induuntur. Tanta inquā erit miseria, & infelicitas illius Vrbis, vt in tāta rerum perturbatione, & confusione nullus esset, præter quosdam tirānos, & seditionum auctores quos omnes fugiebant ob eorum sæuitiam, & immanitatem, qui vellet suscipere curam, & dominatum super alios, & super ipsam Vrbem: sed quemcumq; reperirent vel ex plebe, qui vix vestem haberet, & modicum panis, vt. s. alijs aliquanto locupletior haberetur, vellent accipere in regē, & Principē, & propterea dicunt, vestimentum tibi est, tibi inest aliquid domi, nullius eges aliquid superest, quo possis nostram miseriam subleuare, & in tot calamitatibus ac miserijs nobis subuenire: quarè Princeps esto noster & hanc ruinam vel potius hanc curam, ne. s. Ciuitas ruat, & prorsus intereat, ac labefactetur, suscipe pro omnibus nobis, tibi subijcimur, & sub manum, ac protectionem tuam omnes confugimus. Textus septuaginta Interpretū vbi nos legimus. Ruina hæc sub manu tua, habet. Cibus noster sub te sit: quæ verba possunt hunc sensum habere, q. d. s. Miseri illi, & infelices Iudæi oēs suas opes, & quicquid ī bonis habēt lubenti, & animo summopere propenso & absoluto, sub illius ditione, & potestate constituerent, & consignarent modo, è sicarijs, & prædonibus euaderent; sed in ipsa vulgata editione persistentes; dicimus, quod optime consonat

niat vulgati dictũ, videlcet Ruina hæc sub manu tua, q d. quod totum hoc negocium, & salutis, ac Patriæ discrimẽ sit sub manu tua, tua sit cura, & tuum sit onus tot imminentibus malis remedium ad hibere, instar eorum, qui graui,& periculoso morbo laborantes,sub cura, & opera alicuius Medici, quem sibi profuturum opinantur, se se totos dedunt, & constituunt. *Respondebitq; in die illa dicens. Non sum Medicus, & in domo mea non est panis, neq; vestimentum, nolite constituere me principem populi &c.* Apposite quidem respondebit ille, qui fuerit appræhensus, & rogatus vt aliorum curam suscipiat. Non sum (inquit) Medicus. Difficile admodum videtur, quo nã pacto eiusmodi respõsio faciat satis illorũ petitionibus, quia aliud est expetere Medicum,qui corporis infirmitatibus medeatur & aliud est petere, & rogare aliquem, vt in commotione, & perturbatione Ciuitatis aliorum curam sustineat; ob id septuaginta legunt. Non ero tuus Princeps qua ratione nulla est difficultas; sed cũ in uulgata editione legatur, Non sum Medicus, difficile est petitioni satisfacere nisi dicamus,vt ferè dicunt omnes quòd illud innuitur his verbis Non sũ Medicus, .i Non sum eius virtutis, ac potentiæ, vt possim mederi malis, & calamitatibus vestris, vt morbus hoc loco metaphoricè capiatur: Infirmitas enim hæc vestra longe maiorẽ, & prudentiorem, nec non, & fortiorem postulat curatorem, cuius responsionis causam affert reijciens, & denegans se ea habere commoda, quæ ipsi opinabãtur dicens, in domo mea non est panis neq. vestimentum, propterea Nolite constituere me Principem populi: Hîc aliqui sapienter, & artificiose colligũt, oportere eos,qui alijs præsunt, aut pręesse cupiunt, imitari Medicos, & Chirurgos, ut .s. morbis, & vulneribus animorum, & reip. mederi sciant, domiq. habere,& præseruare non quæ sibi solis sufficiunt, sed quibus alijs in tẽpore subuenire possint vide hoc loco deregimine Principum sed præ alijs lege cap. 34 Ezech. & Aug. tor 9. de pastoribus. At ego volo hoc in loco sfsti-

A nere oportunissimam, & aptissimam fore responsionem illius ad petita,cùm inquit. Non sum Medicus, vt Medicum, non solum pro Medico quocunque modo, sed magis propriè pro chirurgo accipiamus. Neminem quippè nostrum latet, duo esse potissimũ quæ in bellis, & prætertim in obsidionibus Vrbium incommoda homines patiuntur, fames videlicet, & vulnerum, ac mortis ꝑpessio: Propterea ad hęc duo
B euitanda necessarius est qui alimenta subministret, & vulnera alliget; & illis medeatur, ne mortem oppetere cogamur, propterea dicit ille. Non sũ medicus .i. Non sum Chirurgus, qui possim vulnera inflicta curare, neq; in domo mea est panis, neque vestimentum, quibus possim corporeis necessitatib' occurrere, vt fami, & nuditati, Dicit .D. Thomas super hunc locum, quod rationabiliter ille requisitus cõfutauit
C illam præfecturam, aut dominiũ, quia .s. non erat potens ad repellendum hostes, nec ad subleuandos inopes, neq; ad conseruandum eos, qui viuunt,quia illa electio non erat iussu Dei, non autoritate Prælati, nec consensu multitudinis, quę qdem facta est ab vno nullã auctoritatem habente, sed sola necessitate cogente; quo loco docemur: nõ acquiescere statim cum vocamur ad aliquod onus subeundum, sed metiri
D nos ipsos quanti simus, & quantum valeamus: Non approbo sententiam illorum q dñt hanc petitionem eorum fuisse, qui erant locupletes, & aliorum primates,qui libenter fortunas suas cũ pauperibus cõmutare volebant, & sub illorum præsidio delitescere, ne ab eis Tirannis vexarentur, qui in illos præ cęteris insaniebant, & sæuiebant Minus etiam placet eorum opinio, qui dicunt hanc Petitionem, & postulationẽ
E fuisse eorum, qui post ciuitatis euersionem remanserunt; ignoro enim, nec vlla ratione video, cui fundamento sic dicentes innitantur. Verum vnusquisq; eam appræhendat sententiam, quam pręsenti literę magis conuenire iudicabit. Sed sensũ huius orationis, & colloquij allegoricum a Ruberto Abbate allatũ, nolo silentio prætenire. Dicit enim

enim, quòd ille vir, qui appræhendit A domesticum Patris sui est figura populi Iudaici, qui accessit ad Moisen tanquā domesticum Dei, vt eos instrueret, & curaret, & Moises respondit Non sum Medicus: in domo mea nō est vestimē-tum, ego nanq; non dedi legem, sed fuit digito Dei scripta. Nec est panis ī domo mea, sed ab eo descendit, qui dat escam omni carni, ille solus Medicus est, qui solus venit curare infirmitates nostras, quem vos blasphemastis, & oc B cidistis. Illu vos adire oportet, si vultis a ruina, & ab hoc excidio liberari sequitur textus. *Ruit enim Hierusalem & Iudas concidit, quia lingua eorum, & ad inuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius.* Pleriq; opinantur hæc verba debere referri ad domesticum illum, qui requisitus, & rogatus, vt curam aliorum susciperet, abnuit, & detrectauit Imperium, hac ratione motus, quia C videbat iam Hierusalem ruere, & Iudā concidere, vel concidisse, quasi diceret Non est opus, me ad vestri curam suscipiendam requiratis, quia iam conclamatum est, res ad vltimum discrimen est redacta, tempus iam prætertijt, nulla est amplius spes, & via salutis, concidit vt paries Hierusalem, & veluti murus Iuda; & huius ruinæ, & subuersionis causa est lingua eorum, blasphemā do, & despectui habendo Dominū De- D um; & ad inuentiones, ac studia eorū contra ipsum, vt .s. occasionem aliquā prætenderent, & præseferrent, cur eius mandata contemnerent, & ab eo omnino desciscerent, fuerunt in caussa, vt prouocarent oculos maiestatis eius sic etiam habetur infra 57. super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam vestram? dicentes ei. Samaritanus es, & Demonium habes & alia multa effutientes in eum .D. autē E Hieronymus existimat hoc loco Prophetam loqui in persona sua propria, non in persona illius, qui electus ī Prīcipem, aut Dominum reiecit onus, hāc ruinam Ciuitatis Hierusalem, & vniuersæ Iudeæ Angeli magna voce, prędixerunt cum Tēplo Hierosolimitano (vt

Tex. 4

Iosep. lib. 7. refert Iosephus lib. 7. de bello Iudaico cap. 12.) maximo cum strepitu emigrā- Cap. 12. tes dixerunt, emigremus hinc .i. derelinquamus has sedes, & aliò transeamus; similiter, & ille vocatus Iesus Anani filius plebeius, & rusticus, quadriennio ante hanc ruinam fuit eam protestatus, qui nullis cruciatibus potuit prohiberi, quin per vniuersam vrbem perambulans, clamaret, clamor ab oriente, clamor ab occasu, clamor à quatuor ventis, clamor aduersus Hierosolimā, & aduersus Templum. Prætereo multa alia signa, & prodigia, que præ- Iosep. ibidē uenerunt eiusmodi ruinam, & excidi- vt s. um, vt poteris videre ex eodem loco nunc adducto. Quòd autē dicit, Propter adinuentiones eorum contra Dominum, eiusmodi ruinam, & concisionem fuisse perpessos Iudęos, ostendit, quod de industria, & propria malignitate, & non ex ignorantia, aut fragilitate peccauerunt, quanquam alicubi dicat Apostolus. Scio quòd per ignorātiam fecistis, sicut prīcipes vestri: quādoquidem illa fuit ignorantia affectata non fuit inuincibilis, aut crassa; signāter autem dicit quod lingua, & adinuētiones eorum contra Dominum prouocauerūt oculos maiestatis illius, vt hac ratione demonstraret, quòd quocūq; modo Deum offendissent, tamet si nequaquam eum morti tradidissent, satis fuisset huiusmodi temeritas, & audacia ad pęnas, & quęunq; supplicia subeunda. Sequitur textus. *Agnitio vultus eorum respondit eis: Et peccatum suum quasi sodoma prędicauerunt, nec absconderunt; va anima eorum, quoniam reddita sunt eis mala*: particula ista est ali- Tex. 5. quantulum subobscura, nec facile potest coniectari, quis sit eius sensus. Mihi quidem videtur, vt proprius, & germanus sit iste sensus videlicet si quis in vultus eorum oculos conijciat, facile videbit, & cognoscet nequitiam, & malignitatem illorum, & talis agnitio vultus respondebit eis .i. quadrabit, conformis erit eorum malitiæ, & eorū naturam manifestabit, nanq; vulgo dicere solemus. Vultus, & facies cuiusq; hominis ostendit qualis vnusquisq; sit, sicut Petro dictum fuit, loquela tua manifestum te facit, & Psal. Respice in faciem

ciem Christi tui, habent enim impij, cum suorum scelerum grauitatem cõsiderant vultum demissum, nec sursũ erectum, & protensum, vt legimus de cain, qui post perpetratum paricidium curuus, & pronus in terrã incedebat; vnde Dominus ad eum quarè iratus es, & cur concidit facies tua? Gen. 4. Et hypocritę exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. At si quandoq; eiusmodi homines detecta, & aperta fronte, & postposita quacũq; verecundia se se ostentant, dicas eos ad summum impudentiæ, & temeritatis gradũ deuenisse iux. illud Hier. cap. 2. frons meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere, & 6 confusi sunt, qa abhominatioẽs fecerũt,qn potius cõfusione nõ sũt confusi, & erubescere nescierũt. Quãobrẽ cadẽt ĩter ruentes, et ĩ tẽpore uisitationis corruẽt. *D. Tho.* affert sup. hæc verba tres expositiones, prima est conformis huic nostrę, quòd .s. peccatum suum ex vultu alijs agnitũ fecerunt, ex verbis, & gestibus, et alijs actionibus, quę in tanto scelere perpetrando ab eis prodiere. Alia est, quod agnitio vultus .i. suorum peccatorum cognitio, quã in se ipsis habent, respõdebit eis .i causas reddet, ob quas merito puniuntur. Postrema est agnitio vultus .i. remorsus conscientiæ respõdebit eis, hoc est erit eis tanquã pœna delictorum, vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur, id quod maxime verum fuit quando videntes Christum, cognoscere noluerunt, cuius facinoris postmodũ eos poenituit, cum tot damna, calamitates, et incommoda pertulerunt. Alij sic exponunt agnitio vultus vestri respõdebit vobis q. d. cum vos Iudei scire volueritis ũde comprobetur, vos à Deo esse dimissos & derelictos, agnitio vultus vestri respõdebit vobis q. d. Agnoscite vultus vestros, perspicite, & videte quales sitis, & in quo statu nunc maneatis, & respondebit hæc res pro vobis, quæ procul dubio est res manifesta, & quã nullus non videt. & cæci ipsi apertè fatentur. Sequitur. *Et peccatum suum quasi sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.* Est quidem naturæ hominis cõ- A ditio de male factis erubescere, & si quis aliquando fuerit infraganti crimine depræhensus, rubore suffũdi, & quoad fieri potest, illud abscondere, vel excusare, & modis omnibus efficere, ne palàm fiat: at isti peccatum suum quasi sodoma prędicauerunt, nã sicut homines illi scelestissimi in conspectu ferè omnium postulabant sibi dari iuuenes, quos domum loth ingressos viderant, vt abuterentur, sic, & isti, quos B hic Prophęta redarguit publicè in Deum, & contra se ipsos peccabant, neq; magnopere curabant, vt eorum errata alijs innotescerent; nanq; Pilato magnis vocibus clamabant dicentes de Christo tolle, tolle crucifige eum quam eorum vocem, & offensam, & Deo maximè exosam prænũciauit Propheta d. Dereliqui domum meam, dimisi hęreditatem meam, tradidi dilectam animam meam in manus inimi- C corum eius: facta est haereditas mea mihi vt leo in silua, deditq; contra me vocem suam, ideo persecutus sum eam. Gregorius Naz. hunc in modum exponit hunc locum, vt velit peccatum Sodomorum, & eorum incendium, ac ruinam fuisse typum, & figuram persecutionis Iudęorum contra Christũ, & pariter excidij, ac destructionis eorundem. sic enim inquit. Vt sodomitæ, quorum scelera vulgatissima sunt D toto orbe, pęna tamen multo notabilior & vulgatior, quandoquidẽ igne, & sulphure consumpti sunt: ita Iudęi quorum facinus illud immane crucis Domini toto orbe nobilitatum est, et pęna incendij toto orbe vulgatissima, quandoquidem ferro, fame, et incendio sunt consumpti, et Sodomitis sũt omnino similes effecti. Hęc eadẽ verba sunt apud Gregoriũ magnum, cum loquitur de sacro baptismate, similiter E et reliqui Doctores. Notandum autẽ est, quòd peccatũ eò quidẽ est grauissimũ, quò est publicum, et omnibus patens, quoniam hac ratione plurimi corrumpũtur, vnde quidam hos gradus in peccãdo admittũt, prim⁹ est amare peccatum, iuxta illud psalmi dilexisti malitiam super benignitatem iniquitatem magisquã loqui ęquitatem

2. opera

2. operari, et committere peccatum. 3. pertinaci animo peccato adhęrere, & in illo sibi ipsi complacere 4. uerò omnium pestilentissimus est peccatum approbare, et summis laudibus efferre, quemadmodum fecerunt isti, de quibus hic loquitur Propheta, et quia Iustitia Dei (ut dicit Diuus Thomas) non permittit tam grauia mala inulta remanere, ideò Propheta, quasi condolēs miseriæ, & calamitati peccatorum, subdit Væ Animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala .i. mala pœnæ, quæ pro malis culpæ admissis promeruerunt: & reuera reddita sunt ei mala pro malis, quæ ipsi commiserunt, quoniam inierunt consilium cōtra Iesum, & contra ipsos eorum consilium est peractum, atq; suum finem consecutum: nec dubium, quòd hæc omnia mala euenerunt ipsis propter Christum, quē Cruci affixerunt, dicant alij quicquid volunt. *Sequitur textus, Dicite Iusto quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.* Particula ista multas habet expositiones sed ea mihi valde Satisfacit, vt sit quædam Apostrophe, & adhortatio ad viros probos, vt.s. moneantur, & pro re certissima, & manifestissima habeant, neq; credāt aliud vnquam, & opinentur, quod benè est, & delectabile, vtile, & iocundum benefacere, & bene operari, & quoad fieri potest à peccatis abstinere: Nam cum Propheta de subuersione gentis Iudaicæ fuerit locutus, & eos suæ ipsorum calamitatis fuisse auctores, enarrasset, noluit quenquam existimare illa ad Iudęos tantùm pertinere, sed voluit omnes mortales admonere, vt exemplo Iudæorum disceret vnusquisque sibi ipsi cauere & recte sapere. Generale ergo documentum affert, quod omnibus est alta mente reponendum, & inquit. Discite ò, mortales hoc Iudæorum exemplo, & alieno incommodo sapere, & prouidere, ne talia vobis eueniant, hoc dicite, hoc prædicate, quoniam benè, vtile, & salutare est bene operari. Item dicite iusto quoniam bene, quoniam .s. bene illi erit, si iustitiā seruauerit, & ab offensione Dei, & proximi sese abstinuerit, quoniam .s. fructum adinuentionum

A suarum comedet. Item Dicite Iusto quoniam bene .s. quoniam benè, & rationabiliter factum est, vt impijs, & peccatoribus pro suis demeritis, & culpis reddantur mala pœnæ, iuxta illud Psal. 57. lætabitur Iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Atsi hæc admonitio prodest cunctis mortalibus cur præcipit, vt Iusto tantum commendetur. Hoc facit Propheta, vt contra ponatur, siuè correspondeat è diametro alteri propositioni mox subijciendę cum inquit. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. iuxta. lxx. Sic dicitur. Alligate iustum .i. Christū qm̄ bonum vel bn̄ nobis erit .i. vtile. qm̄ iste iustus inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris, vt dr̄ Sap. 2. Dicuntur autem boni comedere fructū, adinuentionū suarum .i. percipere cum gaudio, & delectatione mercedem operum suorum. hinc Dauid de homine probo loquens dicit. labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit: comedimus enim nos pro appetentia, naturę indigentia sedanda. At sancti cum sint omnibus bonis refertissimi, comedunt .i. potiuntur statu fælicissimo cęlestis Patrię, quemadmodū Dominus luc 22. Ego (inquit) dispono vobis, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. Dicuntur opera, & studia nostra adinuentiones, quoniam sicut mali sunt sollicciti, & sagaces ad inueniendos modos, quibus peccatur, sic & boni sollicciti sunt aut esse debent ad inueniendos modos, quibus Deo placere possunt, & huiusmodi adinuentiones dicuntur suae, non qđ ipsi soli eas adinueniant, sed quia præueniente, & præeunte Dei gratia, & mouente nostrum liberum arbitrium, nos quoq; aliquid facimus, & cooperamur. Dicitur autem merces, & præmium, quod consequimur, & quod percipimus, fructus adinuentionum nostrarum, vt hinc agnoscas, & fatearis, opera nostra facta in gratia non esse frustratoria, vt aliqui nugantur, sed esse meritoria, & causas, aut concausas mercedis ęternę, quę sunt illa nouissima, sola, & præcipua, quibus frui cupimus,

Margin: Psal. 57. — Psal. 127. — 6. — B — C — D — E

pimus,& quibus tādē beatificamur sed sūmoperè dolēdū est, ꝙ teste Saluatore apud lucā,filij huius sęculi sunt prudētiores filijs lucis in generatione sua,prudētiores qdē .i. magis astuti & callidiores.22.q. 92.art: primo ad primū Circa illā particulā,(Vę impio ī malū) supple tēdēti & properanti d. Glosa.Alij dicūt Væ impio in malū, i. pro malo, qđ sibi imminet;sed siuè sic,siuè sec⁹ exponatᷓ, parū refert,vñ sequitur.Retributio manuū eius fiet ei. .i.sm̄ opus,qd operatus est reddetᷓ ei, vñ Psal.In operibus manuū suarū compħēsus est peccator. Optima quidē retributio fuit data Iudæis, qm̄ quidē ipsi tradiderūt Xp̄m Romanis,& ipsi traditi sūt armis,& potestati Romanorū,Ipsi flagris Xp̄m cæciderūt,& ipsi flagris cæsi sunt à Romanis. Ipsi illusere Dño & ipsi pariter fuerūt illusi,& pudefacti à Romanis, vndè verum fuit, quod Ezecchiel anteà prædixit cap. 9. sicut fecisti, fiet tibi. Quidam legunt sic. Retributionē manuū suarū faciet sibi q.d.ꝙ improbi manibus suis sibi ipsis mortē & ꝑditionē acquirēt, nā quemadmodū Pij sibi fruct⁹ parāt,quos aliqn̄ comedāt, sic improbi sibi ipsis vicē repēdunt, Deus.n.nō vult mortē peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Sed nota ex D. Thoma pulcherrimam considerationem super id, quòd dictum est quod.s. Iustus comedet fructum adinuentionum suarum, quoniā aliqui sunt fructus, quos boni tanquam arbores bonæ edunt, & pariunt, & alij sunt fructus, quos recipiunt; pariunt quidem, & reddunt fructum sanctæ operationis, salutaris prædicationis, & puræ confessionis iuxtà illud ad Heb. vlt. Offeramus hostiam laudis Deo.i. fructum labiorum confitentium nomini eius,& Psal.Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua Recipiūt aūt fructū remissionis culpæ, & iste est oīs fructus, vt auferatᷓ peccatū. Mox participationē grāe,de quo fructu loquitᷓ Apost.ad Gal.5.fructus aūt spiritus,Charitas, gaudiū, pax,patiētia, & q̄ sequūtᷓ.Postremò recipit fruitionē Dei, de quo cātic.2 fructus eius dulcis gutturi meo.Rogemus Deū opt.max.vt nobis cōferat hāc virtutē,qua vberrimos

Luc.cap.16

Psal. 9.

Ezech. 9.

Hebr. vlt.

Cant. 2.

A illos fructus ꝓducere,& alios eisdē cōsētaneos,& cōformes aliqn̄ ꝑcipere valeamus.Sed ne quis ignauię nos insimulet, nolumus ꝑterire,qđ aliq̄ ingerit difficultatē, qm̄ in superiorib⁹ verbis legitur hūc ī modū. *Dicite Iusto quoniā bene quoniā fructū adinuētionū suarū comedet*, Quā particulā exposuim⁹ referēdo ad ipsum Iustū qđ .s. ipse Iustus comedet fructū adinuētionū suarum.Diuus aūt Hieronymus vnà cū septuaginta,& plures alij Doct.legūt ī numero plurali,videlicet fructū adinuētionū suarū comedēt referēdo ad ipsos Iudęos,de quibus supra dictū est Vę aīæ eorū q. d. qualia Iudęi fecerūt aduersus Xp̄m, talia ipsi patientᷓ,& metent,iuxtà illud Pauli q̄ seminauerit hō,hæc & metet;qm̄ vtraq; lectio hēt clarissimos auctores,& potestᷓ vnaqq; cōcors esse cū ītētione ipsi⁹ Prophetę,ideò nolo vllam reijcere,sed vtrāq; libēter amplectendam esse existimo.

B

C *Sequitᷓ textus. Populū meū exactores sui spoliauerunt,& mulieres dominatæ sunt eis.* 7

Conq̄ritur rursus Propheta đ scribis, & Pharisęis,nec nō & dehostiū exercitib⁹, q̄nquidē oēs indistinctim Dei populū satis iniq̄ ꝑtractarūt: exactores inq̄.i. Scribæ & Pharisæi expoliauerunt populū cūctis bonis, exigētes primitias, & decimas ab eis, quos potius docere, & enutrire debuerāt.Possumus ēt hoc loco ꝑ exactores intelligere dæmones, q sunt duri exactores aīarū nostrarū. Et nota ꝙ q̄uis populus ille Israeliticus parū gratū se exhibuisset corā Deo,nihilominus Deus ꝓ sua infinita pietate, & misericordia,adhuc dignatur appellare illum,populū suum, quandoquidē nōdū erat omnino ab ea coniunctione, & cōsuetudine, q̄ erat cū ipso auulsus, & ꝓsertim si vellet ad id, qđ ipsi collubitū erat, se trāsferre & mulieres dominatæ sunt eis. Mirū qua rōne ipse Propheta repetit hoc loco id,qđ supra dixerat, dixerat.n.paulo post prīcipiū huius capituli.Dabo pueros prīcipes eorū,& effæminati dominabuntᷓ eis; qđ ferè idē est cū eo,qđ hic ait.Dicimus,hac rōne hoc repetitum, quia nūc in ipsos principes, & magistratus inuehitᷓ qđ supra nō satis cūmodè fieri poterat,cùm digressus esset ād populi calamitatē describēdū;

D

E

nunc

nũc aũt ad Magistratus,& eorũ uitia de tegẽda,& coarguẽda redit, quos fœminis similiores, q̃ viris asserit, nimiumq; auaritiæ,& voluptatibus deditos, & oĩ humanitate,& beneficentia destitutos. Põt ẽt dici, ꝙ hic ꝑ mulieres nõ iniuria possumus intelligere ipsas fœminas, q̃ ꝓculdubio dominabãt viris ptrahẽtes eos ad Idolatriã,& ad alia scelera perpetrãda, id qd facillimũ ẽ,& vsitatissimũ. Hoc aũt cõtigisse existimãdũ ẽ eo tp̃e, quo gẽs illa in summa pace & trãquillitate vigebat,& sui iuris, ac dñij erat, ꝙ si intelligi velimus de oppressione, q̃ passi fuerũt à Babilonijs vel Chaldæis, aut ẽt à Romanis post mortẽ Xp̃i, nullũ existimo incoueniens, constat.n. ꝙ illi populi multas augustias,& grauamina ptulerũt posteaquã fuerũt in captiuitatẽ adducti, & sub dura seruitute, & tyrannide cõstituti; sed prior sentẽtia videtur magis cõsona huic loco. *Sequitur textus. Popule meus qui te beatũ dicũt, ipsi te decipiunt, & viã gressuũ tuorũ dissipant.* Hucusq; locutus est Deus ꝑ Prophetã ad populũ Iudæorũ, nũc aũt loqtur ad me, & ad quascũque gentes monẽs ne cõfidãt ĩ verbis mẽdacij, nec falsis ꝑdictionib⁹,& pollicitationib⁹, nec nõ stultis,& vanis opinionibus aliorũ; & pulcherimũ est documẽtũ, ꝙ pueris, dũ primũ instituunt, ꝓponi solet, videlicet Pl⁹ alijs de te, q̃ tu tibi credere noli. Plerũq.n. vel adulando, vel exteriora qdã aĩaduertendo sępe numerò dicunt nos beatos,& fœlices,& grãdia nobis augurant, qua rõne dissipãt, ac destruũt, aut saltẽ impediũt viã gressuũ nostrorũ .i. rectitudinẽ operũ ad ea, q̃ sunt vera,& lõgè meliora, ac diuturniora bona obtinẽda, parũ memores illius sñiæ Ecclesiastici 11. Ne beatũ dicas quenq̃ ãte mortẽ; & aperti⁹. Ne laudaueris hõem in uita sua. Sic faciebãt Scribę, & Pharisæi cũ populo Iudæorũ, cui oẽm sæcuritatẽ pacẽ,& trãquillitatẽ, quò ab eo aliqd extorqrẽt, ꝓmittebãt. dicebãt.n. ꝙ ille esset popul⁹ Dei peculiaris, & tanq̃ primogenit⁹, ꝙ sol⁹ ille verũ Deũ agnosceret & coleret & cętera, quæ refert Iosephus de bello Iudaico. ac proinde nihil sibi timẽdũ esse, & hac rõne dissipabãt viã bonorũ gressuũ, nec sinebãt populũ illũ ire ad Xp̃m,& ad salubrẽ Euãgelij ꝑdicationẽ. De horũ nequitia uide D. Aug. lib 3. cõtra Epistolã Parmeniani,& clarius apud D. Matth. 23. dum inquit, qđ alligãt onera grauia, & importabilia,& ĩponũt in humeros hoĩũ & c. Perlege totũ illud cap. à principio vsq; in finẽ,& apud eũdẽ cap 15. Vos aũt dicitis. Mun⁹ quodcũq; est ex me tibi ꝓderit & c. Propterea Deus hunc populũ alloquit,& detegit ĩsidias,& occulta cordiũ dicẽs. Popule me⁹ qui te beatũ dñt, quicunque sint illi, mõ non sint à Deo, te decipiũt,& seducũt,& qua tibi eundẽ erat uia, dissipant, & contorquent, & à recto itinere abducunt, quo loco monemur, ne nõ solum alijs sed nec nobis ipsis vnq̃ placeamus; sed neq. etiam multa,& magna de Dei bonitate, & misericordia, q̃q̃ infinita polliceamur, sed multo minus de fauore, & bñficẽtia Principũ, vel amicorũ, quia hęc oĩa sunt vana, & instabilitati subiecta, quicunque sint illi. Perlege q̃so lector totũ cap. undecimũ Ecclesiastici,& Ps. 145. Nolite confidere in Prĩcipib⁹, neq. in filijs hoĩum, in quib⁹ nõ est salus. O bone pariter & Iustissime Deus, nonne mihi homũculo,& seruulo tuo hęc oĩa contigerunt? Quid q̃so nõ pollicebant hoĩes? & illi quidẽ graues,& primarij? Quid non augurabãtur? Quid amici pariter & socij nõ ꝓstolabant? Sed oĩpotẽs,& iustissimus Deus, dũ adhuc ordirer, succidit telã: Misericordiã,& iudiciũ cantabo tibi dñe. De his Prophetis, & Primatibus, qui seducũt populũ legitur Micheae. 3. Haec dicit Dñus sup Prophetas. qui seducunt populũ meũ, qui mordẽt dentibus,& ꝑdicãt pacẽ; sic ẽt apud Ierem. 14. Prophetae dicunt eis. Non videbitis gladiũ,& fames nõ erit in vobis, pacẽ verã dabit vobis in loco isto, In gladio, & fame consument Prophetae illi. Isti profecto sunt similes ijs vendunt oleum, qui scilicet siuè falsa, siue ignorata laudantes animas in errorem mittũt, vana gaudia ꝓmittẽdo, sub spe aliqua mercedis & lucri, lege Aug. Hõ. 12. inter 50.& quomodo damnantur adulatores,& assentatores, iuxta illud psalmi. 9. Laudatur peccator in desiderijs aĩæ suae & iniqu⁹ bñdicit. Sequit alia particula

Diuinitationibus & blandis sermonibus nulla fides adhibenda.

Eccl. 11.

Eccl. 11. & Eccles. psal. 145.

Michea 3.

cula ĩ hoc eodẽ ca. Tex. 8. ſtat ad iudicã dum dñs, et ſtat ad iudicãdos populos, dñs, ad iudiciũ veniet cũ ſenib⁹ populi ſui, & cũ Prĩcipib⁹ ei⁹; l. hoc loco ſermo cõuertat, & nõ ãpli⁹ De⁹, ſed Propheta loquat, di ligẽter tñ ſunt expendenda hęc verba p q̃ vult innuere cito futurũ iudiciũ; neq; exiſtimẽt, Deum Op. Max. diutius ea toleraturum; aut dicendũ, ꝙ haec uerba ꝓponãtur ad tollẽdã oẽm credulitatẽ, ſeu vanã fiduciã ab illis ſeductorib⁹. q. d. Vos ſeductores arbitramini has technas, & artes, qb⁹ vtimini ad dcipiẽdos populos, nunq̃ detegẽdas, & vĩdicãdas, ſed vos fallimini, & toto cę lo aberratis, qñquidẽ ſtat, non dormit, neq; dormitat q cuſtodit Iſrael. ſed ſtat expectãs tẽpus oportunũ, quo uos iudicet, & d malefactis ſumat vltionẽ, ſtat ĩq̃ ad iudicãdũ paratus, & prõptus, & aĩo firmo, ac deliberato, vt tpe cõſtituto ferat ſẽtẽtiã. ſtat ẽt ad iudicãdũ, & iã nõ ſedet vt iudicet, vt pbeat delĩquẽtib⁹ locũ, & tẽpus, quo ſuã cãm tueãtur. & ſtat ad iudicãdos populos, & vniuersũ mundũ de peccato, de Iuſtitia, & de Iudicio, vt ſuperius tactũ eſt, Et tandẽ Dñus ad Iudiciũ veniet cũ ſenibus populi ſui, & cũ principib⁹ eius. Mira certe res hęc, qd ter idẽ repetit, & inculcat Dñus s. pſto eſſe ad iudiciũ, ſed nõ ab re fit iſta repetitio, vt. ſ. terreat ſcribas, & Phariſęos, & qcũq; iniq, & crudeliter ſe geſſerunt aduerſus populũ, atq, ẽt certiores, ĩmò certiſsimos reddat de iſto infallibili, & ineuitabili Dei iudicio futuro. Nõ apꝓbo illorũ ſẽtẽtiã, q dicũt Dñm vẽturũ ad iudicãdũ i. vt iudicet à Pilato, & Prĩcipibus Iudæorũ, ſed potius cũ D. Aug. ſup Pſal. 49. &. 121. ꝙ s. Dñus veniet ad iudicãdũ cũ Prĩcipibus, & ſenioribus .i. cũ Prophetis, & Patriarchis, & cũ Apoſtolis, q dñr ẽẽ Prĩcipes cõſtituti ſup oẽm terrã, & ſedebũt ſup ſedes duodecĩ iudicãtes duodecĩ tribus Iſrael in quo numero iudicãtiũ ĩtelligunt oẽs q pp euãgeliũ oĩa ſua dimiſerunt, & ſecuti ſunt dñm. Aug. Hõ. 50. cap. 4. & quãuis hoc vniuerſale Iudiciũ erit in nouiſsimo, & extremo Iudicio, nihil tñ ꝓhibet quin & multo antea fieri poſsit, ac debeat Iudiciũ aliqd particulare ſup vnũ populũ, ſup vnã domũ, ſup vnũ hoĩnem, & qñq; ſuprà vnã Ciuitatẽ, & ſup aliqd Regnũ & deniq, ſup totũ orbẽ, quemadmodũ cõtigit in dieb⁹ Noe. Cũ hæc fuerit locutus Propheta, nũc cõuertit ſermonẽ & loquit in pſona Dei, qui tanq̃ puniturus ſcribas, & Phariſęos prorũpit ĩ hæc verba dicẽs. *Cur depaſti eſtis vineã meã?* 9. *Vos .n. depaſti eſtis illã, & rapina pauperũ in domo veſtra.* Vinea .n. Dñi, domus Iſrael eſt, q̃ depaſti ſũt, & ſuccẽderunt, qñ Agricolas, & Vinitores, et deniq; filiũ Patris familias turmatim ceperũt, et occiderũt, dicẽtes Hic eſt hæres, nos habebim⁹ hereditatẽ eius. Rapina pauperis, hoc eſt opes, facultates, ſupellectilia p vim, et metũ pauperib⁹ abſtuliſtis, et rapta in domũ veſtram aſportari feciſtis, ibiquidẽ ſunt, ibi recõdũtur nõ poteſtis illa operire, aut denegare: Nec quẽcũq; depdati eſtis, et oppſsiſtis, ſed hoĩem miſerũ pauperẽ, et egenũ, qui hoĩem nõ hẽt, q reſpõdeat ꝓ eo, qui illius cãm agat, atq; illũ ꝓtegat, et tueat D. Hierony. hoc genus peccati nõ ſolũ ad Prĩcipes Sacerdotũ Iudęorũ uerũ ad Principes noſtros, & maximè Pręlatos, qui depaſcũt vineã, i. Eccleſiã Xpi, et bona ei⁹ diripiũt aut ſuis largiũtur et pauperes, et egenos fame perire ſinunt, qui quidem q̃ grauiter peccent oſtẽdit D. Tho. 22. q. 188. ar. 7. Et pſequit magis exaggerãdo caſum, Quare (inquit) atteretis populũ meũ, et facies pauperũ cõmolitis: dicit Dñus exercituũ. Illi nẽpè Scribae, et Phariſęi, et Prĩcipes Sacerdotũ, et reliqui potẽtes non ſolũ Vineã .i. populũ Dei dpaſcebãt, et corrodebãt decimis, atq; primitijs, ſed pter id facies eorũ cõtũdebãt, et cõmoliebãt, et extenuabãt pugnis et colaphis, et deniq; (vt vno verbo dicãus) oĩ genẽ iniuriarũ afficiebãt, et vexabãt Dicit Dñs exercituũ. Diximus ſupra, ꝙ vbi Prophetę loquũtur de Deo tanq̃ vindice, et punitore ſcelerũ, aut qñ de hoſtibus triũphat, Dñm exercituũ eũ appellare cõſueuerũt, quo noĩe rõnabiliter vtunt, ut eo noĩe audito, et intellecto, caueamus ipſũ offendere, quia uindicãs uindicabit. Quae oĩa mox dicta veriſsima ſunt, ſi ad tempora Chriſti, et diſcipulorum referantur, quos omnes dubio procul varijs cruciatibus, et tormentis affecerunt Iudaei, et in

Aug. ſupra pſal. 49. & 121.

& in hac ipsa causa Deus profecto est Actor, & Iudex pro populo suo, & ministris suis. *Et dixit dominus Deus: Pro eo quod Eleuata sunt filia Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant*, In hoc loco loquitur Propheta, & manifestat culpam filiarum Syon, & illarum delitias, & superbiam, & inanem gloriam, Iussu, & verbo Domini cum inquit & dicit Dominus Deus, quæ verba sumuntur hoc loco, vice proemij respectu dicendorum, & non vltima verba textus precedentis, vt opinantur quidam Moderni. Per filias Syon intelligit mulieres Ciuitatis Hierusalem, & etiam mulieres aliarum Vrbium, & oppidorum, quæ erant in vniuersa Iudea, & in locis propinquis, quæ referebantur, & dependebant à Ciuitate Hierusalem tanquam metropoli vniuersæ illius Regionis: Nec data venia possum approbare eorum sententiam, qui per filias Syon intelligunt non ipsas mulieres, sed per Metaphoram ipsas Vrbes, & oppida, quæ dependent, & referuntur ad ipsam Hierusalem, quæ propterea nuncupatur filiæ Syon, quia erat constructa, & edificata super Montem Syon, vt dictum est supra, & fusius infrà dicetur. Carpit ergo hoc loco Esaias eiusmodi mulieres de incessu, quia scilicet ambulauerunt extento collo, vbi notatur fumus, & superbia, & magna q̃dã p̃sumptio de se ipsis, deindè ꝗ nutibus oculorum ibant, & plaudebãt, & ambulabãt. Vbi designatur vanitas, & praua, & malitiosa intentio, quia.s. huiusmodi nutibus, & alijs gestis homines ad sui amorem allicere, & pertrahere cupiebant. Postremò inquit & pedibus suis composito gradu incedebant. Quid sit incedere composito gradu, facilè quiuis potest intelligere. Est enim ambulare cum maxima grauitate, & innitè; ne pedem vllum moueat incassum, ac si nos vernacula lingua diceremus *Non metter' piede in fallo*, aut ludicrè. *Camina co'l passo della Ronca*. Plaudere autem nihil aliud est, nisi manibus pulsando, strepitumq; pedibus faciendo lætitiam ostendere, vt Virgilius. 6. Eneid. Pars pedibus plaudunt Choreas, & carmina dicunt. Breuiter D. Chrisostomus per oculos, per uestimenta, per pedes, per incessum ipsa castitas, vel impudicitia se facilè manifestat & Beatus Augustinus in Regula Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Postquam Propheta patefecit vanitates, & culpas filiarum Syon, nunc apponit pœnam, & prædicit earum supplicium d. Decaluabit Dominus verticem filiarum Syon, & Dominus crinem earum nudabit. Facilis est & horum verborum expositio: Nemo enim est, qui nesciat quid per verticem sit intelligendum, quòd.s.est posterior pars capitis, & decaluabit ipsum verticem ipse Deus, quia auferet, & expelari faciet longitudinem, & pulchritudinem capillorum, in quibus solent vt plurimum mulieres gloriari, & querere ab hominibus videri, propterea infrà repetit Propheta dicens. Pro crispanti crine in capitibus earum erit caluitium, & hoc est, quòd ait hoc ipso loco, & Dominus crinem earum nudabit. Dicit hic Diuus Thomas quod per hæc verba innuit Propheta, Deum ablaturum quandoq; ab illarum capitibus non solum capillos veros, & naturales, verum etiam ascititios, & adulterinos quemadmodum solent etiam hac nostra tempestate Mulieres vanitatibus, & lasciuijs deditæ conficere comam, & pulcriorem reddere, non solum ex veris, & naturalibus capillis, verum etiam ex pilis aliundè accersitis, & præsertim ex caudis equorum. At ego existimo, per verticem decaluatum, & crinem denudatum, voluisse Prophetam innuere, totum caput, tam partem anteriorem quàm posteriorẽ, deturpatum iri, et spoliatum omni venustate, & quacunq; pulcritudine indita ei à natura, vel etiam ab arte. Nec solum Deus puniet ipsas mulieres eiusmodi penis, que respiciunt dona, & pulcritudinem quasi à natura illis insitam, verum etiam auferet ab illis omnia ornamenta, quæ studio, & arte, & magnis impensis comparantur. quæ quidem omnia ornamenta his verbis expli-

Marginal notes: 16. — Vanitas & impudicitia mulierum.

plicat, cum inquit. *In die illa auferet Dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, Et monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & anulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & Acus, & specula, & sindones, & Vittas, & teristra.*

Is. 1.

Enumerat hoc loco sapientissimus Vates & mirũ inmodum expertus, omnia fere, & singula, quæ spectant ad ornatum muliebrem, quo mediante miseræ, & infoelices eorum animæ, sunt parum prudentes, & cautæ, facilè decipiuntur, & pertrahuntur ad illecebras cupiditates, & actiones, quemadmodũ Prouerb. 7. legitur, Ecce occurrit mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas. Distinguit autem suo more D. Thomas, omnia ista muliebria ornamenta, quoniam aliqua deseruiunt ornatui quarundam partium corporis, aliqua ad totum corpus, aliqua ad vestimenta, & totius corporis, & aliquarum partium, non nulla ad ornatum ipsorum ornamentorum; nonnulla verò ad contemplandum, & discernendum rectam, & congruam dispositionem ipsorum ornamentorum, ne. s. aliquid incomptè, & præter ordinem, ac decorem efficiat cuius generis sunt ipsa specula, quibus mulieres discernunt, & conspiciunt vtrùm omnia penes vultum sint bene ordinata, & suo loco disposita. Primũ quidem quantum ad ornamentum pedum, auferet Deus huiusmodi ornamenta calciamentorum, vt puta calceos factos ex serico, aut alio ditiori, & molliori panno, vel mã cum laqueolis aureis, vel argenteis, aut etiam de serico confectis, vel de holoserico villoso quod vulgo dicitur vellutum, de quibus pedibus hoc modo claceatis scribitur Cantic. 7. Quam pulcri sunt pedes tui in calciamentis filia Principis.

Prou 7.

Muliebria ornamenta varia & multiplicia.

Cantic. 7.

Lunulæ secundum D. Hieronymũ sunt quaedam bullulae instar lunae, quas ferunt mulieres pendentes à collo. D. Thomas dicit, has lunulas esse quasdam picturas factas, in calciamentis ex corio deaurato. Quidam alij per lunulas intelligunt quaedam ornamenta, seu potius instrumenta, quibus vestes mulierum inter se connectebantur in modum lunae. Per torquem intelliguntur quaedam ornamenta colli, & summi pectoris, ex auro, vel argento, aliauè preciosa materia confecta, quę materna lingua dicimus collana, vti ex profanis authoribus colligitur; de quo legitur Prouer. primo, vt addatur grã capiti tuo, et torques collo tuo. Et hoc ornamentum, inquit, D. Thom. in signum, et honorem victorię confertur. Per monilia intelliguntur fibulae, quibus munitur pectus: Alij intelligũt ornamentum gutturis, quod solet de collo puerarum pendere, vnde Ouid. Meta. Dat longa monilia collo. Secundum D Tho. monilia dicuntur quęcunq; ornamenta, sed praesertim fibula quaedam, quibus munitur pectus, ne vestes illud cooperientes, aperiantur, quas nos vulgo appellamus fibie, o, bottoni. Sic existimant aliqui. Armillae sunt ornamenta brachiorũ, quae sunt veluti catenulae de quibus legitur exodi 32. vidi, cum mulieribus praebuerunt armillas ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Alij dicunt esse ornamenta instar circulorum quae viri militares ab Imperatoribus donata in sinistris brachijs deferre cõsueuerũt, cuius opinionis videtur esse D. Tho. Quidam alij scriptores dicunt, Armillas esse instrumentum, et apparatum versutiarum ab armis dictum, pro dolis, et fraudibus, contexendis; Sed ego hanc interpretationem non capio, nec existimo sententiam fore ipsius Isaiae. Mitra dicitur esse pileum curuum, et velut corona mulieris, ad capitis ornamentum confecta; et secundum quosdam dicitur absolutè tegmẽ capitis mulierum. Coelius dicit Mitram, olim ex fascijs horarijsq; concinnatam corollam: dicitur quoq; secundum eundem lib. nono. cap. decimo, eodem nomine Zona, quam soluere consueuerant primum parientes dicareq; Dianae, Sed si loquamur de Mitra iuxta consuetudinem nostrorum temporum, dicimus Mitram esse tegumentum

Prouer. 1.

mentum siue Cydarim, qua vtuntur Episcopi, & Abbates, & cæteri Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ Pręsules, quam quidem deferre solent, dum sollenniter, rei diuinæ dant operam, de qua, & plerisq; ornamentis hic enarratis habetur lib. Iudith. cap. x. quod ipsa profectura ad Holofernem imposuit Mitram super caput suum. Sed nota, quòd Innocentius Tertius in sermone primo in festo Sancti Siluestri asserit, Romanum Pontificem, non solum Mitra, sed corona vti solere; corona quidem quę regnum nuncupatur insignum imperij vtitur, in signum vero pontificiæ auctoritatis vtitur Mitra, sed ea semper, & vbiq;, regno verò seu corona, nec vbiq; nec semper quia pōtificialis authoritas, Prior est, & dignior, et diffusior quam potestas imperialis. Per discriminalia intelliguntur pariter iuxta D. Tho. instrumenta quædam de auro, vel argento, vel de quauis alia materia confiсta instar acuti, quibus mulieres diuidunt capillos suos ante frontem, hoc idem asserunt dictionarij, dicentes esse acus, quæ diuidunt crines. Periscelides secundum D. Thomā est quidam ornatus ex auro confectus instar circuli, qui poni solet circa collum mulierum. Alij dicunt esse ornamentum, vel instrumentum, quibus mulieres gressus suos componere solebant. Nonnulli verò (ne aliorum opiniones, & fantasias prętermittam) dicunt hoc nomine significari caligas, quibus crura, & pedes teguntur. Alij dicunt esse ornamenta, quę ponuntur in caputijs, & fimbrijs inferioribus. Cęteri dicunt eas esse pectoralem fasciam mulierum Cœlius dicit periscelides, nihil esse aliud præter id quod nos vulgo dicimus gremialia. Vide de hoc ornamento Numeri 31 offerimus in Donarijs domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire, Periscelides, & Armillas, Anulos, ac murenulas, vt depreceris pro nobis dominum Per murenulas intelligunt isti quasdam catenas virgulis aureis, & argenteis vermiculatas in modum Murenae, quæ ponuntur circa collum, de quibus canticorum primo. Murenulas aureas

Iudith. cap. 10.

lib. 2. cap. 41.

A faciemus tibi vermiculatas argento. Sic etiā sensit D. Tho. Hucusq; posuit Esaias omnia ferè ornamenta capitis, & membrorum, quibus tùm viri, tùm mulieres vti solent, nunc enarrat ornamenta, vel instrumenta, quæ recreant organa sensum. & pręsertim odoratū. Et primum ponit olfactoriola, quæ sunt quidam pixides, aut vasa, in quibus ponuntur quidam liquores suauissimum odorem emittentes, inter quę
B vasa fortè recenseri possunt, quaedam ex Argento, vel ære perforata instar Thuribuli, in quibus ponit̃ ignis, vt ex eo varia aromata tantisper calefaciat, quò facilius emittant odorem, quæ nos vulgo dicimus, scalda viuande. Non nulli dicunt hæc olfactoriola esse florum, vel rosarum, vel cuiusuis alterius rei odoriferę fasciculum delectādis naribus, vel olfactui comparatum, de quo Plinius lib. 30. cap 11. dicens,
C Lethargum olfactorijs excitari; & in canticis, fasciculus Murrę dilectus meus mihi. Inaures est aliud genus ornamenti, quod auribus mulierum in hunc finem perforatis, solet apponi, & eiusmodi inaures, qui sunt quidam circuli, velut Anuli Aurei, vel Argentei, non solum mulieres in auribus deferre, sed etiam plerīq; adolescentes, & viri effęminati deferre solent, quemadmodum ego vidi in Gallijs, & in Pro-
D uintia Galitię; de hoc genere ornatus legitur exodi. 33. Per Anulos. & gemmas in frontem pendentes, non est, qđ quicquam dubitemus satis .n. hęc ornamenta manifesta sunt omnibus, quę digitis manuū vbi viget sensus tactus inferri solent. Et veteres (vt aiunt scriptores) solebant gerere Anulum in digito sinistrae manus, qui est minimo proximus, de Gemmis item in fronte pendentibus ornatur sēsus visus, & his
E inquit D. Tho. ornabantur mulieres AEgiptię: sunt deīde mutatoria, quae pertinent ad totius corporis ornamēta & vt puto hoc nominę nihil aliud nisi diuersa vestimentorum genera pōt indicari, quibus quidem tàm homines, quàm fęminae prò uarijs temporum et locorum conditionibus solent uti. Sunt etiam palliola quae ad quandam

Plinius lib. 30. cap 11.

Cant. 1.

Exo. 33.

 corpo

corporis partem cooperiendam deseruiunt. at secundum D. Hieronymum huiusmodi palliola sunt ornamenta vestium muliebrium, quibus humeri, & pectora proteguntur. Sunt praeterea linteamina, quae, ut inquit D. Tho. deseruiunt totius corporis quieti, & commoditati. D. autem Hieronymus innuit haec linteamina ad delitias, & maiores uoluptates captandas plurimum deseruire, aut etiam dicuntur panni linei, quibus in balneis, & alijs negocijs ad extergendum corpus utimur, & possunt etiam accipi pro illo panniculo, quo nos omnes vti consueuimus ad extergendum nasum. Sunt item Syndones, quae sunt secundum D. Tho uestes quaedam ad operiendos humeros adinuentae quas nos uulgo appellamus (supergetti) & possunt etiam syndones intelligi pro pannis illis lineis, quae deseruiunt ad accumbendum, uelut etiam diximus de linteaminibus; & iuxta hoc significatum fortasis poterit accipi syndon, quo scribit D. Marcus, amictum fuisse quendam adolescentem, quem cum tenuissent milites, qui apprçhenderunt Iesum, eo relicto nudus fugit ab eis. Reperi dum huic rei insisterem, quosdam ponere discrimen inter Palliola, & Syndones, qđ Palliola sint uestes ad tegẽdũ totũ corpus super alias uestes appositae, & Vulpianus expresse d. Palliũ seu Palliolũ esse uestem exteriorẽ, quę reliquis insjcitur: syndonem uero uolunt accipi pro ueste illa, qua cooperiuntur humeri mulierum super alias uestes iniecta ut uelo tenuissimo confecta, ut supra diximus. postremo quidam alij scriptores uolunt syndonem dici amictum ex lino Aegiptiaco, quòd significatum non discrepat, ut reor, ab eo, quod nos diximus: Quid etiam per acus intelligi debeat notum est, quanquam sub hoc nomine possunt comprehendi etiam illa minutissima spicula, quae uulgo appellantur, spilletti, aut etiam illa instrumenta, quibus ornatorum, & compositorum crinium ipsarum mulierum compago retinetur, ne capilli hàc, atq; illàc diffluant.

Vittæ sunt quædam instrumenta, si-
A uè ligamenta, quibus mulieres ligant capillos, facta instar retis. Alij per Vittas intelligũt id genus vestium, aut instrumentorum quo nos cooperimus caput, præsertim in nocte, quæ vulgo appellantur Toccati. Alij volunt vittas significare, id quod nos vulgo dicimus, benda. Postremò ponit aliud genus ornamentorum muliebrium, quod est vestis quædam subtilissima, ac tenuissima, qua in magnis caloribus solent
B comuniter vti, vt Burattum, & quædam alia huius generis indumenta quę vocantur theristra. Vid Gen. 38. Et nota quòd satis, artificiosè ponit Isaias ornamenta non solum corporis, et membrorum, verum etiam instrumenta ornamentorum, vt rectè etiam Diuus Thomas ex sacris litteris omnia confirmat. Diuus Hieronymus quęcunque in hac postrema parte dicuntur refert & ad mores, & ad Ciui-
C tates Iudeorum, videat qui velit ostendi locum, sed fortè alibi dabitur occasio, hoc tractandi, & vtinam hoc vaticinium non fuerit impletum in pluribus locis, hac nostra tempestate. Hos omnes ornatus tã circa corpus, quàm circa corporis partes, et membra, et ita circa interiora, sicut et exteriora corporis indumenta Deus aufert à mulieribus illis diuitibus, et lasciuis, et ab omnibus viris effęminatis; & ab hu-
D ius mundi illecebris omnifariam deditis in die illa, in ea. s. quando fuerint capti a Romanis, et omnia vestium, atq; gemmarum, auriq; ac monilium ornamenta, & diuersas suppellectiles amittent. Nec solum hæc in dedecus, et ignominiam, ac perpetuum damnũ amittent, sed maiores etiam pænas,
et supplicia sustinebunt. *Erit namq; pro* 12.
suaui odore fætor, & pro Zona funiculus,
& pro crispanti crine caluitium, & pro fa-
E *scia pectorali cilitium*. Nec solum hęc
sed adhuc maiores pęnas, atq; crucia-
tus intus, et extra patientur, *Quoniam*
pulcherrimi quoque viri tui, Quorum
pulchritudine, et consortio fruebaris 13.
gladio cadent, erunt videlicet occisi, et velut pecudes interfecti, et fortes viri tui, quibus plurimum confidebas, et ipsi quoq; in prælio cadent, et perimen

quia,

tur. Postremò his oĩbus incõmodis,
Miserijs, ac calamitatibus exactis, et
24. occursis, *Moerebunt, atq; lugebunt portæ Hierusalem, & ipsa Vrbs desolata in terra sedebit*. Dicuntur quidem portæ moerere, atq; lugere metonimicè, quia .s. auferentur boni viri, et nullus erit, qui inhabitet, nec qui eas claudat, et aperiat. Est etiam elegantissimus iste mos loquendi metaphoricus iuxtà figurã Prosopopeiam, vt dicamus portas lugere, et moerere ad demonstrandum, et explicandum summam desolationem alicuius loci. Non nulli per


A portas mæstas, ac lugentes intelligunt Iudices, et Rectores Ciuitatis, qui sedebant in portis ad iudicandum. De hac desolatione, et destructione loquitur Hierem. 1. Tren. Posuit me desolatam, tota die moerore confectam, et Tren. 2. Destructae sunt in terra portę eius, et contriuit vectes eius. locutus est autem hoc loco Esaias aduersus mulieres, quoniam, et ipsae, quia imperabant uiris, et coniugibus suis, fuerunt in causa non modica persecutionis, et Passionis Domini nostri Iesu Christi.

Et sic est finis huius tertij Capituli.



EXPLANATIO IN CAPVT QVARTVM ISAIAE PROPHETAE.

1. ET Apprèhendent septem mulieres virum vnum
in die illa, dicentes: Panem nostrum comede-
mus, & vestimentis nostris operiemur: tantū-
modo inuocetur nomen tuum super nos, aufer
2. opprobium nostrum. In die Illa erit germen do
mini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis,
& exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. Et erit: Omnis
qui relictus fuerit in Syon, & residuus in Ierusalem, Sanctus
3. vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Si ab-
luerit dominus sordes filiarum Syon, & Sanguinem Ierusalem
4. lauerit de medio eius in spiritu Iudicij, & spiritu ardoris. Et
creabit Dominus super omnem locum Montis syon, & vbi in-
uocatus est, nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis
flammantis in nocte: super omnem enim gloriam
protectio. Et tabernaculum erit in vm
braculum diei ab æstu, & in
securitatem, & abscon-
sionem à turbine,
& à, pluuia.



IN DEI NOMINE.

EXPLANATIO IN QVARTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

ET Apprèhendent septem mulieres virum vnum id die illa dicentes: Panem nostrum comodemus, & vestimentis nostris operiemur tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: Aufer opprobrium nostrum.



Dubitatur in primis circa initium huius capitis. An sit quemadmodum comuniter legitur vel secus. Nam septuaginta Interpretes, & Diuus Hieronymus, & reliqui ferè omnes posteri hoc loco faciunt initium præsentis Capituli; At in textu hæbraico, hic est finis, et veluti conclusio cap. præcedentis: sed vt cunq; sit; clarum est, ea, quæ dicuntur in huius cap. initio, et quæ nunc proposita sunt, optime consequi ad ea, quę sunt in postrema parte cap. pręcedentis. Nanq; cũ descripsisset Esaias miseriam, et calamitatem euenturam filiabus Syon ob earum scelera, impudentiam, et insignem, ac detestabilem vanitatem, atq; inter cætera extremam virorum inopiam, quia pulcherrimi quoq;, et viri fortes ceciderunt in pręlio quẽadmodũ fuit prędictum, vt habes ĩ fine pcedentis capituli videlicet pulcherrimi quoq; virigladio cadent nunc facilè consequitur, vt multo plures feminæ quã viri post ipsam cladem superstiterint, cum non consueuerint milites, et eorum Duces, ac principes expugnatis hostibus, ita sęuire in feminas, et eas morti tradere, quemadmodum ĩ viros. Quare cum tam magna fuerit virorum inopia, et quæ remanserant mulieres, optarent esse immunes ab opprobrio, & dedecorę eisdem

A à lege indicto, cupiebant habere viros, qui earũ opprobrium auferrent, & propterea apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, & dicunt, septem, inquit .i. multæ (dicunt aliqui) ponens numerum determinatum pro intererminato, vt consueuit scriptura quemadmodum .D. Aug. in 3. de doct. Christ. attestatur cap. 35. iuxta regulã tichonij, qua solet scriptura vti quandoquè figura synedoche; quandoq; nu-

B meros, quos vocant legitimos assumere, eiusmodi sunt numerus septenarius, vel denarius, aut etiam duodenarius, qui aliquando sumuntur p vniuerso tempore, vt cum dicitur psal 118. septies in die laudem dixi tibi, per inde est ac si dicat, semper laus eius in ore meo: sic ergo possumus hoc loco dicere Apprehendent septem mulieres virum vnum .i. multę vel õnes. Clarius dicuut alij, & ipse idem Augusti-

C nus posuit numerum septẽnariũ, quia numerus iste dicit perfectionem; quãdoquidem constat ex his duobus, ternario .s. primo impari toto, & quaternario primo pari toto; & ppterea fortasse dixit Deus visitabo iniquitatem Patrum in filios vsq. in tertiam, & quartam generationem: & illud Amos 1. In tribus, & Quatuor impietatibus non aduersabor, per quod voluit intelligere vniuersas impieta-

D tes, vt exponit Augustinus. Cæterum quis non nouit septimo die quieuisse

De numerus determinatus pro indeterminato quamq; accipitur.

Figura quibus vtitur scriptura pe nes numeros.

uisse Deum ab omni opere quod patrarat; vnde non immeritò perfectio tribuitur septénario numero; sed dices, hęc expositio non plenè satisfacit, quoniam non sola huius numeri species dicit perfectionem, verum numerus etiã Denarius, Senarius, & alijs, & præsertim numerus ternarius, quo solo Deus gaudet, teste etiam Aristotele 1. Cœli: cùr ergo voluit Propheta potius accipere numerum septénarium, quam alium? Quòd enim numerus Senarius dicat perfectionem probat Aug. de Ciui: Dei lib. 11. cap. 3. quia numerus Senarius primus completur in suis partibus. s. sexta sui parte, tertia, & dimidia, quae sunt vnum, duo, & tria, quae in summam ducta, sunt, & cõficiunt numerum senarium, per partes autem cõstituentes aliquem numerum totum, & perfectum non accipi debent quæcumq; sed aliquotae, sicut dimidia, tertia, quarta, & deinceps ab aliquo numero denominatae, nam in nouenario numero, quatuor, pars aliqua vtiquè est totius huius numeri, sed quota non est, vnum autem, & tria partes quotae sunt seorsum acceptę, at simul nequaquam. V. G. ter tria faciunt, & complent nouem, vnum nonies, vel nouem vicibus repetitum, conficit nouem, sed tria ter repetita, & vnum faciunt decem, & non nouem, sic in duodenario: sed his non obstantibus numerus denarius, ac duodenarius, propter multa, quae significant sacra memoranda, nõ est qui ambigat ea quoque dicere perfectionem. Propterea si tot aliæ species numerorũ dicunt perfectionem, cur potius voluit Propheta numerum septénarium harum mulierum eligere, quam aliũ quẽpiam? Mihi certe videtur D. Hieronymum rem attigisse, cum inquit. Hoc ideo fecisse Prophetam, quia numerus septénarius & denarius familiaris est Iudęis pp Sabbatũ, & decẽ praecepta legis, et ideo frequenter his duobus numeris abutuntur; Sic etiam legitur Zacharię 8. In diebus illis appræhendent decem homines, ex omnibus linguis gentium, & appraehendent fimbriam Viri Iudęi, dicentes ibimus vobiscum, audimus enim, quod Deus vobiscum est. At si pro quia, verum est, quod subdit hoc loco D. Hieronymus, quòd s. dictio Haebrea hic posita sit multiplex, & ambigua, quia nunc septem, nunc plures, aut multitudinem significet, tollitur omnis scrupulus, verùm quia communiter sic legitur, & communis interpretum sensus hãc lectionem approbauit, ac retinuit, dicamus, & nos noñ absq; misterio voluisse Prophetam hunc numerum eligere dicens, quod appręhendent septem mulieres, non quinq; vel decem, virum vnum; Certè si volumus de perfectione huius numeri aliquid fusius enarrare, multa nobis in sacris litteris occurrunt loca quibus numerus iste commendatur. D. Ciprianus commendat hunc numerum, ex eo quod legimus septem Sacerdotalibus tubis clangentibus, confestim muros Hiericho corruisse. Quòd leprosus septimae diei inspectione a sacerdote iudicatur. Quod item summi Sacerdotes cõsecratio septem diebus consumatur. Praeterea septem diebus in Paschate editur Azima, septem diebus mense septimo tabernaculorum solemnitas consumatur, in septem annis templum à Salomone construitur, septem brachijs, & totidem luminibus candelabrum adornatur. Deniq; nihil fermè recolitur & celebratur in vet: testamento quod non redoleat hunc numerum: cui non immeritò benedixit deus & sanctificauit illum. Et si respexerimus ad nouum testamentum, scimus septem petitionibus Patrem adeundum, et exorandum fore Dominum praecepisse. Remissio peccatorum duplicato septies septemnario, Petro cõmendatur. Dominus Iesus septem panibus quatuor millia hominum satiauit. Et iustus quisq; septies in die laudare Deum pdicatur, & alia multa in sacris litteris est reperire, quibus numerus iste commendatur. Praeterea quid dicemus de septem spiritibus, missis in omnem terram, vt laudarent, et magnificarent Deum? quid de septem stellis, quae illuminant mentes hominum? de septẽ tubis, quorum sonitus, & clangore deijciunt septem capita peccatorum mortalium?

Zach. 8. *Iosue. 6.* *Leuit. 13.* *Leui. 8.* *Exo. 12.* *Leui. 23.* *3. reg. cap. 6.* *Matt. 6* *Matt. 18.* *Mar. 8.* *Psal. 118.*

Numerus septénarius in sacris litteris valde commendatur.

talium? Quid dicturi sumus de septẽ candelabris, & lampadibus lucentibus ante Dominum? De septem pariter sigillis, & columnis, de quibus .D. Ioannes in suis reuelationibus honorificam facit mentionem? Nolo hic recensere septem fratres, & totidem Machabeos, qui pro gloria Dei, & obseruantia legis crudele martyrium subierunt. Postremo quid Aug.: & cæteri scriptores sacri de huius numeri perfectione, & celebritate litteris mandarĩt B non est opus hic referre, ne plus debito simus longiores, sed illa eius sententia xi. de Ciuitate Dei cap. 3. est memoriæ commendanda, cum inquit ratio numeri non est contemnenda, quę in multis sanctarum scripturarum locis, quam magni æstimãda sit, elucet diligenter intuentibus, vt non ab re dicatur de Deo, quod omnia fecit in numero, pondere, & mensura. Sed prosequamur vlterius, & quod opus iam ĩcoepimus perficiamus. diximus n. ex C textu, quòd septem mulieres apprehẽderunt virum vnum dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur super nos nomen tuum.

Apprehendent itaq; virum vnum, vt ab eo harum singula fęcundetur, id quod ex sententia contigit eis (nam vt ex Priscis scriptoribus habetur) tanta Iudæorum prodijt soboles, vt toti terrarum orbi admirationi pariter, & terrori extiterit, adeo vt nulla vnquam clades videretur inuecta Iudæis. Apprehenderunt igitur virum vnum, & nequaq; simpliciter apprehenderunt, sed ita apprehenderunt, vt quodammodo ipsum cogerent, & uim facere viderẽtur vt permaneret cum ipsis, id enim significat dictio Hebraica, in hanc latinam translata, & hoc quãdo erit? In die illa dicit Propheta, in ea scilicet, qua destructa erit Hierosolima, & maxima pars hominum in captiuitatem adducta, quod eo tempore nimirum contigit, quo fuit obsessa à Romanis, & euersa sub Vespasiano, & Tito eius filio Romanis principibus, quam quidem intentionem pones conexionem textuum, non parum iuuat illa dictio

A copulatiua, &, quæ videtur coniungere, & connectere particulam istam cũ præcedenti; Atq; vt res hec manifesta reddatur, considera, & vide quid septẽ istæ mulieres expostulant, & qua arte, & ratione virum illum præoccupant,& tacitè illius obiectioni, & confutationi respondeant, cum dicunt panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, & aufer opprobrium nostrum: hęc est illarum petitio, hoc ingens earum desiderium, videlicet tantummodo inuocetur sup nos nomen tuum, vt scilicet dicamur tuæ vxores, tibi in matrimonio coniũctæ, tu verò sponsus,& maritus noster, sub tua cura, & patrocinio nos degere, & sub tui nominis vmbra volumus conquiescere,tu vero aufer opprobrium nostrum, ne .s macula sterilitatis, & infecunditatis inuramur, & consequenter diuinæ legis edictum, & maledictionem incurramus; ille autẽ sic apprehensus, facillimè se poterit excusare, & abnuere postulatis, dicẽs. Nõ expedit mihi, & vobis. vt mecum cohabitare velitis, quia sum pauper, & inops, post hãc vrbis nostræ destructionem, quò vos substinere, vestrisq; necessitatibus occurrere queã, nihil plane mihi superfuit, vt vix tantum suppetat panis, quo vt cunq. me substineã D proptereà illæ præocupando dicunt. Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, vt verum sit quod ait Apostolus 1. Tim. 6. Habẽtes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus .q d. Nolumus te in aliquo grauari, neq; vlli detrimento esse, nos ipsę nobis ipsis, quo ad victum, & vestitum prouidebimus: quibus verbis facile conijcitur quòd ille vir apprehensus non erat locuples,quia non se ipsas E vltro exibuissent ad propriam eorum, quæ victui sunt necessaria sustentationem. At quia non est credibile,aut saltem veri simile, eiusmodi mulieribus post euersionem vrbis tantam bonorũ copiam suppetere, vt ex se ipsis, absquè aliorum ope, et opera, in victu, & vestitu potuissent sustentari, cum pręsertĩ paullo ante legerimus quemdam obnixe ro-

Sterilitas inuet: lege erant maledicti obnoxij.

1. Tim. 6.

7 septẽ mulieres n ulla figurantur.

æ rogatum, & vehementer expetitum, ac requisitum, aliorum curam vt susci peret, respondisse. In domo mea non est panis neq; vestimentum id circo oportet hoc loco ad spiritualem intelligentiam animum adijcere. D. Augustinus vel sub eius nomine, ac titulo quis quam alius in q. ex uet. testa dicit: Certissimum esse, & absolutissimum per septem mulieres intelligendas esse septem Ecclesias, vt quamuis vna sit tantum, dicitur tamen septiformis, vt corpus vnum septemplici constet mébrorum numero: Non solùm autem nos sed & superni ciues ecclesiæ membra sunt, huius caput est Christus. Nonnulli, has septem Ecclesias referunt ad congregationes, seu societates Iudæorum, Quas Propheta īducit, vealut supplices, & rogantes Christum Saluatorem, hominem factum, vt auferat ab illis opprobrium. Intellexerunt enim ad hoc natum esse Christum, vt auferret opprobrium. Primum quidem sub lege sua degentium, deinde aliorum. Meminerant quidem scriptum esse, veniet ex Sion, qui auertat impietatem, à Iacob. Quid ergo petunt istę mulieres: istæ septem conciones Iudæorum? Si enim habēt panem, quo possint refici, & vestimentum, quo possint indui, quid quæso illis deest? Habent quidē, quibus pascuntur verba legis, quia nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. habent quoq; vestimenta, quibus induantur, quia nihil deest timentibus Deum, & hoc præsertim quia vocantur populus dei. Quid ergo illis deest? Deest inquam cognitio, & inuocatio filij Dei quo duce hæredes fieri possint Regni Cœlorum, hæc Aug. quidam alij trahunt hanc parabolam ad Ecclesias gentium, quę quidem, cum re vera essēt nudæ, steriles, & abiectæ, sine Deo sine Lege, & a via veritatis longe procul distantes, & auersæ, iure optimo apprehenderunt hunc virum, dum venit plenitudo temporis: & quamquam abundarent opibus, sapientia, prudentia, consilio, & fortitudine, & cunctis ferè bonis temporalibus, omnes tamē peccauerunt, & egent gloria, & bene-

A ficio diuinæ largitatis. Sed vt cumq; accipiantur istæ septem mulieres, siue pro Ecclesijs Iudæorum, siue pro Ecclesijs gentium omnes tamen suo quęquę tempore apprehenderunt hunc virum vnum, vt eius nomen super eas inuocaretur, & non amplius Synagoga Iudæorum, aut delubra Idolorum, seu Dæmoniorum, sed Ecclesiæ fidelium & Christi seruorum nūcuparentur: Qui que prius erant Hospites, & aduenæ,

B fierent ciues, & domestici Dei, super ædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Et conuenienter quidem numero septenario, qui numerus est perfectus (vt supra dicebatur) describuntur istę Ecclesiæ, quo signi ficetur, qui in eiusmodi septem Ecclesiis fuerint ascripti, perfectiorem, & faciliorem ad regnum Cœlorum eos viam appræhendisse. Nolo tamen subticere quorumdam obseruationem dicen-

C tium, propterea per septem mulieres septem Ecclesias, non omnes, aut plures fore intelligendas, quia pauci ad modum tum ex Iudæis tum ex gentibus Christi fidem apprehēderunt. Sed vt cumq; accipiantur huiusmodi Ecclesiæ, siue Iudæorum, siue Gentilium, nō absq; mysterio mulieribus comparantur, vel per mulieres designantur, quoniam, sicut mulieres grauidæ viro pariunt filios, & educunt in lucem, ita propemodum Ecclesiæ, Christi fide im- 9.

Per septem mulieres repræsentātur ecclesiæ iudeorum, & gentium.

D butæ, per fidem, & sacramenta pariūt multos filios in Christo, & eos adducūt in gloriam. Nonnulli vero nō ponūt hoc discrimen inter Ecclesias gentium & iudæorum, sed indistinctim per istas septem mulieres, quascumq; Ecclesias in obsequium Dei extructas, & erectas volunt intelligi: & recte quidem quoniam non est distinctio Iudæi, & græci, idem enim est Dominus omnium, di-

E ues in omnes, qui inuocant illū. Nec istæ Ecclesiæ duntaxat, quæ in terris vitam degunt, & continuis fructibus, ac tempestatibus subduntur petunt super ipsas inuocari nomen Dei, & ab eisdē auferri opprobrium, sed & supernæ virtutes, atque Angelicæ potestates id ipsum postulant, & incessanter efflagitant, quæ quidem, tam & si spiritales

sint,

sint, & cœlestes, opprobrio tamen sub iacebunt, si à creatore suo quicquam recesserint. D. Cyrillus per septé istas mulieres, multas hominum animas vult prænotari, quæ Christi fidem receperunt, queq; eumdem, vt pané, & cibum spiritualem, & vt salutis indumentum quærunt, & poscunt; dicuntur autem, & animæ Christi fide imbutæ, velut mulieres, multas virtutes parere, vt continentiam, pudicitiã modestiam, sobrietatem, & reliquas huiusmodi virtutes, vt merito dixerit Dauid de Domino saluatore nostro. Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem, & hic idem Propheta, quem nunc exponimus, exultabit inferius dicens, lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis. Sterilis in quam vocabatur, quando erat sine Deo, neque agnoscebat Deum. effecta est postea genitrix, & fœcunda; & multo plures fuere filij desertæ, quam eius, quæ habet virum: sed siue per mulieres istas accipiamus Ecclesias. siue animas quorumcumquè fidelium, qua ratione poterant expostulare Deum dicentes, panem, nostrum comedemus vestimentis nostris cooperiemur, tantùmmodo inuocetur super nos nomen tuum, cum, quicquid habemus, siue corporalia sint siue spiritualia nihil à nobis, & ex nobis, sed dona sint Dei; poterant ergo sano, ac recto intellectu hæc earum verba intelligi vt dixerint. Panem nostrum, idest nobis tua benignitate collatum comedemus, uestimento tuo, hoc est inuocatione nominis tui, & Baptismi sacramento poterimus indui, quo turpitudines nostras tegamus, & operiamus iuxta illud Apostoli, quicunq; baptizati estis, Christum induistis. *Gal. 3.*

Sed quamuis quidquid habemus ex ineffabili Dei benignitate susceperimus, vt intellectum, memoriam, voluntatem, & cæteras animi virtutes, ac potentias quibus naturaliter pascimur, & vestimur, ne velut alia animantia expoliati, & nudi inueniamur, verumtamen oportet deponere veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria cordis, & indui nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis: & hac vna via & ratione poterit auferri opprobrium nostrum, quod contraximus dum in Adam perdidimus quæ fuerant nobis dona à Deo gratiosè collata.

At qui pręter has veterum sententias, & expositiones libet afferre expositionem Origenis, & D. Hieronymi cõmuniter receptam, & approbatam; in quiunt enim per has septem mulieres fore spiritualiter intelligenda septem dona Spiritus Sancti: De quibus loquitur hic Propheta cap: ij. Hæc enim dona videlicet sapientia, consilium, & fortitudo, & reliqua apprehẽderunt Christum Dei filium sub his verbis. Pané nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur. i. nos habemus nostrum decorem, & ornatum, sumus satis superq; ab omnibus expetita, exculta, & cohonestata, verum absq; te nihil sumus, nihil proficimus, & potius vmbra, quam veritas dici, & haberi possumus. Propterea, vt auferatur opprobrium nostrum volumus tuo nomine vocari. & ego sapientia, ego consilium, ego fortitudo, & sic cætera nominemur Iesus, & in omnibus, nomen Iesu adsit, præsit, & resplendeat; sic ait, Origines. D. Hieronymus super caput ij. mox citatum, sic ait. Absq; Christo Iesu nec sapiens quis esse potest, nec intelligens, nec fortis, aut eruditus, vel plenus timoris Domini. Propterea vt quis vere, hęc dona habere dicatur, oportet sint vnita, & coniuncta cum Iesu Christo Domino Nostro. Hæc autem expositio non placet. D. Cyrillo, non enim dicit ipse, possunt dona Spiritus Sancti conuenienter dicere; aufer opprobrium nostrum cum ob eorum decorem nullum possint habere opprobrium. Cui obiectioni respondet. D. Hieronymus. d. Hæc dona non referri neq; considerari, vt respiciunt personã Spiritus Sancti, neq; secundum quòd sunt in anima ipsius Domini Iesu, sed quatenus sunt in viuente, qui scilicet non viuit, vt dona Spiritus Sancti exposcunt, propterea cupiunt sibi inuocari nomen Iesu, vt sic ab eis

Per septem mulieres repræsentantur septẽ dona Spiritus Sancti

eis auferatur opprobrium, vt videlicet, quod in lege pariter, & natura imperfectum erat, in Euangelio compleretur; nec ab re Spiritus sancti dona mulieribus conferuntur; quoniam nobilissimos effectus veluti filios producunt, qui eiusmodi sacris muneribus fuerint ditati. Apprehenderunt itaq; mulieres istæ virum vnum, vt ab eis auferretur opprobrium, & uem nullum præter hunc vnum inuenissent, in eo solo quieuerunt, & perpetuo permãserunt, B iuxtà illud Ioannis. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum hic est, qui baptizat in Spiritu sancto sed prędictis non obstantibus, quod dicit hic Esaias de septem mulieribus, quæ apprehenderunt virum vnum, vt super eas inuocato eius nomine auferret ab illis opprobrium, potest etiam trahi, & deduci, non modo ad diuersas Ecclesias, aut quorumcumquè fidelium animas aut etiã ad se C ptiformem gratiam Spiritus sancti, verum ad plerasq; alias piorum hominũ societates, & familias. Scimus enim, & cuiq; notum est multos viros, & homines, probos, ac Religiosos, vtriusq; sexus, & ætatis, frequenter in vnum conuenisse & pręter Christum Dominum (qui est pater, pax, & caput omnium) sub vnius regula, & instituto uitam Christiano homine dignam apprehendisse, et solemniter eam fuisse professos, vt v g. sub nomine, & regula D. Patris Augustini, non solùm septem, sed multo plures vtriusq; Sexus erectas, & institutas fuisse societates manifestum est, ex quibus aliqui vocantur canonici regulares Sancti Augustini, quidam alij sub eiusdem regula, & instituto Canonici Sancti Saluatoris nuncupantur, Equites quoq; hierosolimitani, et pleriq; alij: vt Equites Sancti Iacobi. Sancti Lazari et Equites, E sub nõe Christi et alij permulti. Nos vero tamquam filij eius primogeniti vocamur Eremitæ Sancti Augustini, et attestatione summorum Pontificum. et communi totius Ecclesię consensu. et approbatione, veri fratres, et filij eius nuncupamur. Sunt præterea Regulares ordinis prædicatorij, qui quá-

Io. cap. 1.

A quàm Patrem, ac Ducem habeant Sãctissimum virum Dominicum, à quo fuerunt instituti, Regulam tamen, & formam viuendi à D. Augustino iam olim propositam elegerunt, et susceperunt. Pleriq; alij ordines, et congregationes Regularium, ac Militiarum, quæ vbiq; terrarum diffunduntur, apprehenderunt hunc virum 1. Regulam, & formam viuendi ab eo præscriptam; sed quia res est nota lippis, et tonsoribus non est opus hic eas recensere. In B super multi, et ferè innumerabiles viri, et mulieres apprehenderunt alium virum videlicet. Beatum Franciscum Assiatem, et voluerunt super eos, illius nomen inuocari, et Franciscani dici, et appellari; et quo maior humilitas, ac demissio in eorum vita & conuersatione ppetuò haberetur, prę cæteris, qui hanc viuendi rationem apprehẽderunt, minores, et minimi appellari C voluerunt, et paulò ante hęc nostra tempora, permulti fuere huius nominis viri, qui sub eadem regula degentes, abiectissimam vitæ rationem professi, Cappuccini voluerunt nuncupari. Sed quid dicam, deillo hominum statu, et conditione mirifica, qui sub Regula, et titulo. D. Benedicti Abbatis vitam degunt, et eius nomine vocari uoluerunt, quò opprobrium ex seculi huius vanitatibus, ac delitijs contra- D ctum siue contrahendum, foret ab eis ablatum? Dici non potest, nec paucis uerbis explicari, quàm maximè is ordo floruerit, et quàm latè se per vniuersum orbem diffuderit, vt uerè ob eorum sanctitatem, pietatem, doctrinã, et miraculorum excellentiam Christianus Orbis mirabiliter fuerit illustratus, vnde etiam tot summi Pontifices et Præsules amplissimi, atq; etiam uiri omnium virtutum genere præstan- E tissimi prodierunt. Sic dici oportet, et credi de Beato Basilio, sub cuius nomine, et titulo multi floruerunt, et pręsertim sanctissimi illi, et summis laudibus extollendi qui à, monte Carmelo denominationem ceperunt, et Carmelitę vocantur. Sed praeter hos ordines mendicantium, et monachorum hæ septem mulieres, quae apprehenderunt

Per septem mulieres varia & permulta congregationes regularium.

derunt virum vnum longe congruentius referunt septem illos uiros, quos in Hetruria ferunt fuisse Duces, & authores illius honoratissimi, & deuotissimi, fidelium Coetus, qui serui Beatissimæ Virginis Dei genitricis Mariæ nuncupantur, & quo nomine plurimũ gaudent, & velut mulieres grauidæ & foecũdæ multos pariunt filios, ita hæc religio multos peperit filios, hoc est viros plenos sciẽtia, & sanctitate, quiq; multos etiam fructus in Ecclesia Dei, ceu filios pepererunt, & pariunt. Præterea plerasq; alias vtriusq; sexus virorum, & mulierum Congregationes, quæ hoc seculo abdicatæ, & ab eo penitus segregatæ sub alicuius sancti viri patrocinio, quem pro sua quęq; deuotione apprehenderunt, vni Christo domino se se dediderunt, vt Cistercienses, Camaldulenses, Præmonstratenses, Cœlestini, Siluestrini, Clareualẽses, Cluniacẽses, & pleriq. alij huius vitæ generis, ac formulæ consortes, qui uitæ Sanctimonia, singulari doctrina, & miraculorum gloria vniuersum orbem illustrarunt. De quibus omnibus singulatim B. Anto: 2. parte suæ Historiæ tit. 15. & 16. & Bart. Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi par. 4. consi. 52. & deinceps, & plures alij vbertim scripsere, vt Eps signinus, & Sixtus Senen: nouissimè verò hoc est sub anno Domini xxxviij. vel circa super annum millesimum quingentesimum, exurexerunt viri quidam admodum spectabiles, & Religiosi numero decem vt mihi relatum est, qui & ipsi cum maiori ex parte haberent quæcunq; ad vitam hanc honestè transigendam sufficerent, relictis omnibus huius seculi, curis, & facultatibus, hunc vnum virum hoc est Iesum Christum apprehenderunt, & solo eius nomine vocari prælegerunt, vt à Sanctissimo Christi Iesu nomine Iesuitæ vocarentur. Et sub anno quadragesimo supra præfatum numerum M. D. horum societas & institutio fuit approbata & confirmata à fœl. reco. Paulo III. Pont. Max. quos equidem existimo prędfiguratos fuisse, ac pręnunciatos per illos decem viros, quorum memi-

De viris illustrib. ex omni regulariũ societate & sectis, qui scripserunt.

A nit Zacharias Cap. 8. Ex omnibus linguis gentium, qui apprehenderunt fimbriam viri Iudęi dicentes, ibimus vobiscum, audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est, neq; me existimo falli, cum quæcunque prædixerint Prophetę, certissimè sint aliquando futura, Hi quidem singularis vitæ exemplo, & incredibili erga omnes modestia, & pietate quantum profecerint, & Christi fidelibus, vt in officio persisterent

B quàm sedulam operam præbuerint, non potest paucis explicari; Paulo ante hæc tempora prodierunt quidam alij admirandæ sanctitatis uiri qui Theatini vocitantur, arctissimam & ipsi viuendi formulam aggressi, & post ipsos multi alij Clerici regulares eandem vitę rationem apprehenderunt, de quibus omnibus satius est penitus silere, quàm pauca pro iusta eorum cõmendatione in medium afferre. Atqui

C vereor, nè pleriq; ex his qui sese alicui Religioni addixerunt, eadem verba istis septem mulieribus consimilia impudenter effutiant, & in rem suam illis abutantur, dicentes Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur; tantum (inquam) subsidij, & rei familiaris nobis suppetit, vt per nos ipsos absq; aliorum incommodo possimus vitam ducere, tantum super nos inuocetur nomen tuum, idest vt habea-

D mur, & vocemur Religiosi, neq: ullus audeat nobis inferre molestiam, & possimus quandoq; perpetrare quidquid libet. Est etiam facilè quosdam reperire qui in vnum coeuntes apprehendũt virum aliquem prępotentem, qui eorum tutelam, & patrocinium suscipiat, quiq; pariter vt cęteri dicunt, panem nostrum commedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo super nos inuocetur nomen tuum, vt

E pro seruis, domesticis, & familiaribus tuis, cunctis habeamur, atq; ità simus immunes ab omni opprobrio.

Contra verò non erit difficile in multis, ac diuersis huius seculi regionibus multas perditorum hominum societates, & conuenticula reperire, qui apprehendent non virum vnum, sed quoscunq; potuerint viros locupletes, &

bene stantes, quibus dicent. Non panem nostrum comedemus, sed panem tuum comedemus, & vestimentis tuis cooperiemur, tantũmodo inuocetur super nos nomen tuum, idest volumus tuis opibus ditari, ex tuis facultatibus vitam nostram sustentare, nostris necessitatibus occurrere, vt auferatur opprobrium nostrum, idest ne fame pereamus, ne tanquàm inopes, & mendici ostiatim petere cogamur, & simus apud omnes opprobrio, O miseri, & B infelices homines nonnè putatis aliquando futurum ex hac impudentia, ac temeritate condignas vos pęnas esse luituros? quis poterit ex vobis effugere manum Dei? exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis, fatuis, & prędonibus; vę vobis inquit Isaias qui prędamini quoniam & vos prędabimini, & qui alios spernitis vos quoq; spernemini. Postremò ab eiuscemodi septem mulierum parabola C sumpta similitudine, haud quaquam excludendas esse ducimus multas, & varias sibiq; inuicem diuersas, & contrarias Hęreticorum sectas, quę quidẽ & ipse apprehendunt virũ vnũ i. Christum dominum, quem solis verbis confitentur, & agnoscere se protestantur, factis autem negant; isti quidem velut impudentes, & temerarij dicunt panẽ nostrum comedemus & c. Idest nostram quiq; sententiam volumus tueri, D quidquid adlubet credere, & sustinere; tantumodo inuocetur super nos nomẽ tuum vt videlicet Christiani nuncupemur, non Turcę, vel Iudęi, vt sic auferatur opprobrium nostrum, quanquàm hi reuera sint longè peiores Turcis, atq; Iudęis, Sed ad rem nostram. Quid quęso prohibet quin per septem mulieres, de quibus hucusq; sumus locuti, non fuerint præsignatae septem illae Ecclesiae quarum peculiarem cu- E ram habuisse videtur D. Iohannes in suis reuelationibus? Nonnè etiam consultò factum esse putandum est; instar harum septem mulierum quæ apprehenderunt virumvnum statas fuisse septem illas Ecclesias Romae, quibus adeundis, ac visitandis, precibus, ac supplicationibus apprehendamus hũc

A virum unum, idest Christum dominũ: sed hac ad præsens consideratione post habita, videamus obsecro cur in vet: lege fuerit prohibitum, ne quis sterilis *Deut. 7.* esset apud eos tã in hominibus, quàm in gregibus vtriusq; sexus, cum non sit in potestate cuiusquam sterilem esse aut fœcundum. Dicit hoc loco B. Cirillus Deum hoc praecepto voluisse innuere quemq; debere eniti feracem esse, & procreatorem bonorum operũ; neuè essemus velut arbores infructuosae quae nullum ex se producũt fructũ bonum, quas propterea saluator iubebat succidi, & in ignem proijci. Lyranus super Iud: cap. 11. dicit nequaquã Deum præcepisse, nullum futurum sterilem in populo Dei, sed fuisse promissionem quandam factam obseruantibus legem matrimonij de faecunditate prolis habẽda, sic vt in noua lege multiplicatio prolis existentibus in matrimonio reputatur beneficium diuinum. Quod autem Virginitas non fuerit prohibita in uet: lege, patet ex eo quod Helias propheta, & Hazias 2. Mach. 14. Beata etiam virgo votum virginitatis emisit, cum dixerit ipsi Gabrieli annuncianti se parituram filium qui vocabitur Iesus, quomodo inquit fiet istud, quoniam virum non cognosco? Paulus etiam Apostolus vet: legis æmulator dicitur virginitatem vouisse & c. Cum ergo istæ mulieres apprehendissent virum vnum, idest Christum, vt auferret illis opprobrium, nos quoq; earum exemplo totis viribus enitamur apprehendere ipsum Christum, & ad nos trahamus, & nobis vniri, & coniungi studeamus, quoniam tametsi quandoq; eius munere quibusdam bonis abundemus, vt sapientia, prudentia, consilio, fauoribus, ac dignitatibus, nihil tamen ea profutura credamus, neq; vllum auferre opprobrium, nisi Christum habeamus, nisi eum corde, ore, & opere fateamur, & imitari satagerimus.

Sequitur textus: In Die illa erit germen domini in magnificentia, & gloria, & fructus terra sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. & erit: omnis qui relictus fuerit in Syon; & residuus in Hierusalem, Sanctus vocabitur, omnis qui Tex. 2. *scri-*

scriptus est in vita, in Hierusalem.
Iuxta diuisionem ac distinctionem hæbreorum, hic est principium quarti capituli huius libri.

Sed quia nos (vt par est) Sequimur vulgatam æditionem, de eorum partitione non est nobis curæ. Dicimus ergo iuxtà diuum Hieronymum quòd egregius iste vates, postquam prædixit excidium, ac ruinam ipsius Hierusalem, & Cladem, ac occisionem omnium bellatorum, & quorumcunq; B aliorum, quodq; pleræq; mulieres suis viris orbatæ remanserunt, ne quis existimaret omnes Iudæos in vniuersum perdendos, prędicit Israelem populum aliquando fore suscitandum iuxtà illud apłi. Non repulit deus plebem suã quã præsciuit, & inquit. in Die illa erit germen Domini &c. Ista particula q̃ nunc exponendam sumpsimus, plures hẽt expositiones Sed pẽrtim duas.

Rom. ca. 11.

Prior est consequens ad intentionem C iam prępositam, quòd scilicet, per Germen Domini velit Esaias intelligere Iudæos ad fidem conuersos, cum paulo inferius sic eos nominet. d. Viri Iuda germen delectabile eius &c. Adeo q̃ per germen istud futurum, intelliguntur Israelitę & pręsertim apostoli & hi qui sunt, & denominantur à Iuda, secundum spiritum quibus omnes istas prærogatiuas, & munia tribuit hoc loco. Vocantur ergo primum germanẽ dñi, D quia videlicet, à dño producuntur, & ab eo fouentur & sustentantur. Vocatur germen delectabile, quià deus in eis sibi complacet, & delectatur, vt alibi dicit. vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. & paulo post. Iàm non dicam vos seruos, sed am cos & c. & Vocantur magnifici, & gloriosi, quandoquidem fuerunt a deo maxime subuecti, & exaltati magnisq; muneribus eo honestati, & hac gloriæ claritate ditati; Gloria namq; nihil aliud est nisi clara notitia. Acceperunt enim potestatem contra Spiritus immundos, vt eos eijcerent, & curarunt multos infirmitatibus affectos. Fructus etiam terræ sublimis extiterunt, de quo fructu sublimi loquebatur Christus cum dixit. Nisi granum fruméti cadens in

Io. 15.
Ibidem.
Io. 12.

A terrã mortuum fuerit ipsum solũ manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. At quis ignorat qualẽ, & quantum in terra .i. in hominibus qui terrã incolunt, atq; inter homines versantur protulerint apostoli & ministri domini, suis p̃dicationibus, miraculis, & prodigijs, atq; in primis vitae sanctitate fructum, vt non immerito dixerit aliquando Christus: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum: Dicitur ergo istud germẽ, fructus terrę sublimis, tum quia productus à deo mirabiliter, & excellenter, tum quia germen istud produxit frutus vberrimos, excellentes, & magnificos. Erit etiam Germen istud exultatio his qui saluati fuerint ex Israel. exultatio quidem erit, iubilus, & tripudiũ, his qui saluati fuerint ex Israel. idest qui liberati fuerint ab incendio, & vastitate illius incredulitatis qua Israelitæ secundum carnem detenti erant, quibus non erit nisi perpetuus dolor, & tristitia. Nota etiam hic quòd ista particula potest exponi, & fortè melius alio pacto. Vt dicamus quòd non solum germen illud delectabile erit exultatio his qui saluati fuerint, idest resp. aliorum, sed ita vt sit gratia, & donum seorsum .i. secundum se, non relati ad alios, quòd silicet in die Illa erit germen dñi in magnificentia, & gloria; deinde erit fructus terræ sublimis; tertio quòd in Die illa erit exultatio his qui saluati fuerint ex Israel. Est altera expositio totius huius particulæ. Quòd hęc omnia attributa, siue prędicata attribuantur, & ascribantur Christo Domino Saluatori nostro: vt ipse dicatur Germen dñi, & fructus terrę sublimis, quibus titulis, & prædicatis, Christi diuinitas, & humanitas insinuatur; iuxta illud Psal. Terra dedit fructum suũ; E & alibi. Rorate cęli de super & c.

Io. 14.

Christus dominus: Apostoli, & Iudæi credentes in Xp̃m Germen delectabile.

Ps 84.
Esa. 45.

Dicitur Germen dñi quia iuxta diuinitatem solius dei est Germen, quia à solo p̃re processit, & secundum humanitatẽ, potuit ẽt dici Germen dñi, quia non virili semine, sed virtute spiritus sancti fuit conceptus.

Dicitur fructus terræ sublimis, quia ab ĩstanti conceptionis suæ fuit omni

gratia plenus, fuit magnificus, & gloriosus, quia constitutus caput super homines, & Angelos, & data est ei potestas in cœlo, & in terra, De eius gloria, & maiestate omnes paginæ sanctarum scripturarum manifestissima testimonia ferunt. Fuit etiam exultatio, & est, quia ẽ gaudiũ, & corona sanctorũ; Hęc expositio ab ĩtentione ꝑposita nõ mul tum abest; Et si dixerimus à principio velle Esaiã in hoc loco ostendere, non omnes Israelitas esse perdendos, sed aliquos relinqui, & non omnino destitui quod probat ex hoc; quia in die illa quando scilicet ea quę sunt prenũiata euenient; erit Germen domini in magnificentia, & gloria hoc est, emicabit, & consurget Deus in magnificentia, & gloria, & virtute magna, vt exaltet, & glorificet quòd est residuum Hierusalem. Hoc autem erit in illa die, quando silicet fuerit penitus euersa, & desolata ciuitas Hierus. vt supra dictũ fuit, aut etiam quando fuerit transacta nox infidelitatis, aut quando venerit plenitudo temporis; vel in illa die qua dei promissiones fuerint adimpletę, & sacramentum fidei declaratum. Nec solum istud erit, verum etiam ad cumulum gloriæ, & fœlicitatis eorũ qui relicti fuerint in Syon, & residui in Hierusalem Sanctus vocabitur omnis q scriptus fuerit, & designatus in vita, hoc est in libro vitæ in Hierusalem .i. in Ecclesia triũphante. Dicimus.n.quæ sunt certa, & irreuocabilia fore scripta in Hierusalem certe hoc postremum beneficium quod confertur huic germini, de quo supra dictum est, excedit oĩa alia beneficia nempe magnificentiam, gloriam, iocunditatem, & omnia bona, nanq; sanctitas vitæ, splendorem, gloriam, & amplitudinem secum affert & quicunq; est præditus uitae sanctimonia habet secum omnia bona. Vnde optimè dicebat saluator discipulis suis, Nolite (inquit) gaudere quòd De- *Luc. 10.* monia subijciuntur vobis, sed potius gaudere, & exultate quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. Neq; mireris quòd toties repetit hoc loco Isaias idẽ verbum. Dicit n. qui relictus fuerit in Syon, qui residuus fuerit in Hierus. quo- A niam repetitio eiusdem vocis denotat vehemẽtiã, & enærgiam rei q̃ proponiť Dicit Aug. quòd bona est repetitio ne subrepat obliuio. hom. 42.

3 Sequiť deinde propheta dicẽs: *Si Ab luerit dominus sordes filiarũ Syon; & sanguinẽ Hierusalẽ lauerit de medio eius, in spũ iudicij & spiritu ardoris.* Sensus est Quòd tunc qui relictus fuerit in Syon, & residuus in Hierusalem Sanctus vocabitur. si pro quia, aut quando, vel po- B stquam Dominus abstulerit, & expurgauerit sordes filiarum syon; & sanguinem Hierusalem lauerit. Potest etiã accipi nota illa conditionalis in proprio sensu ad denotãdã libertatẽ arbitrij. Per sordes intelligẽdo maculas, & peccata, q̃ nos ipsos maculãt, & ĩficiũt, Per sanguinẽ verò peccata q̃ non solũ nobis obsunt, verũ ẽt proximũ laedũt; aut ꝑ sanguinem possumus intelligere Sanguinẽ quẽ iudęi extraxerũt ex san- C tiss. corpore dñi nri quẽ sup se fuerunt imp̃cati cũ dicebãt. Sãguis eius super *Mat. cap. 27* nos, & sup filios nostros. Non aũt sanguis ille puriss. indiget ablutione vlla vel purgatione, sed pc̃m quo sãguis il le fuit extractꝰ, maxime ĩdigebat ablutione. Cum ergo Christus lauerit sanguinem eorum, qui se ipsos contamina uerunt ob sanguinem, & homicidium in personam ipsius perpetratum, tunc erunt germẽ delectabile, sãctũ, magni- D ficum, & gloriosum. Hoc egregiae declarat Cyrillus innuens, quòd hoc in loco propheta respõdet cuidam obiectioni, qua posset quisquã diuina oppugnare iudicia. Dicere namq; quis posset, quò nam pacto restituentur in pristinum filij Hierus. & ornabuntur gloria, & magnificentia, & in libro uitae scribentur; cum Prophetas occiderint, ministros Christi lapidibus obruerint, & demum Christum ipsum E morti tradiderint, eorumq; manus sanguine redundauerint? Respondet itaque huic obiectioni Esaias. Quòd haec omnia praeclara, nunquam satis admiranda illis contingent beneficia si, aut, quando dominus sordes illorum abluerit, & sanguinem eorum lauerit de medio eorum, vel ipsius Hierus. De medio inquã, hoc est oĩno abstule-

abstulerit, et de intimis visceribus, et penetralibus, ac ipsissimis quoquè cogitationibus eruerit, et extirparit. Hoc ipsum clare admodum dixit ætiam Petrus coram Iudæis, vt legitur Act. 3. Vos sanctũ, et iustũ negast. s, & petistis virum homicidam donari uobis, authorem uerò uitae interfecistis, quẽ Deus suscitauit a mortuis, his tamen non obstantibus post aliquot uerba, subdit Petrus. Penitemini igitur, et conuertimini, ut deleantur peccata uestra. Et quae sequuntur.

Act. 3.

Hoc autem faciet deus in spiritũ Iudicij, et ardoris. in spiritu iudicij hoc est iudicando, et iuste puniendo, ac discernendo bonos à malis, et exhibendo quantitatem, et qualitatem penae iuxta qualitatem culpae. In spiritu ardoris, quia silicet, per tribulationes, et afflictiones purgabit culpas, et peccata populorum nec solum in hoc mundo, sed et in futuro seculo, igne purgatorio, ut innuit Aug. 20. ciuit cap. 25. Aut in spũ iudicij, et spũ ardoris, hoc est per Aquam, et ignem, hoc est per Baptismum, et ignem diuinum, ac intelligibilem nos purgabit, quemadmodum praedixit Io. Baptista. Ille vos Baptizabit spiritu sancto, et igne.

Matth. 3.

Nec dubium quòd si loquamur de filijs, et filiabus Iuda, quae post ruinã, & desolationẽ ciuitatis remãserũt, qđ sordes, & peccata eorũ fuerũt ablata, et purgata in spiritu iudicij, et ardoris qñ uidelicet deus, vt primo cap. uisum est, conuertit manum suam ad populum illum, & excosit ad purum scoriam suam, et abstulit omne stannum eorum; quò facto pollicitus est restituere magistratus, et iudices, ut fueruntolim, talis autem excotio, et purgatio fuit facta per Romanos, in qua reprobi, igni, et morti traditi sunt, reliquiae autem quaedam remanserunt quae totius sanctitatis in uniuersa Ecclesia propagandae causa extiterunt. De hoc iudicio locutus est Ioannes Baptista dicens Matth. 3. Dominus habet uentilabrum in manu ad purgandum aream suam, et triticum quidem in horreum congregabit, paleas autẽ comburet igne inextinguibili. De

Matth. 3.

A hoc eodem Iudicio locutus est Malach. cap. 3. d. et accedam ad uos in Iudicio (inquit Deus) et ero testis uelox maleficis, adulteris, et periuris et c. Sic et Hierem. cap. 6. Sed quid clarius, et apertius, quã id, quod apud Matth. 25. dicit ipsemet saluator Cum uenerit in sede maiestatis suae.

Malach. cap. 3.

Hier. cap. 6.

Alij dicunt In spiritu Iudicij, et ardoris idest secundum formam, et rationem congruentem recto, et incor-B rupto Iudicio, nihil eorum, quae ad recti Iudicij normam spectant praetermittens: In spiritu ardoris, hoc est iuxtà formam, et conditionem seueri Iudicis, et animi erga Dei contemptores vehementer affecti, de quo dicit Regius Propheta. exardescet sicut ira tua. Alij non multum diuersi ab expositione priori loco posita d. quòd Deus purgabit sordes filiarum syon in spiritu Iudicij, & in spiritu ardoris, hoc est in C star venti, qui spiritus appellatur, & instar ignis; hæc. n. duo corpora, siue elemẽta, a vt mixta imperfecta maximam habent vim separandi, purgandi, & probandi, & præsertim si de vento, qui boreas appellatur, loqui velimus. Cum itaquè tempus affuerit, quo Deus velit exercere iustitiam, In spiritu Iudicij, & spiritu ardoris prosequetur. Nonnulli mitius loquuntur, dicunt enim quod In spiritu Iudicij. i. per fidem, quam ex D auditu Verbi Dei nanciscimur, nos purgabit, et In spiritu ardoris, hoc est per charitatem, qua de morte transferimur ad vitam, nos ipsos purgabit.

Psal. 88.

Postremò omissis multis alijs expositionibus tùm veterum, tùm modernorum Interpretum, D. Cyrillus per spiritum Iudicij intelligit Iudiciũ, siuè calculum ex recto iudicio, et perfecta iustitia factum, & latum in nos, de quo dicebat Saluator apud Ioannem E Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps mundi huius eijcietur foras. Nõ eam habebit amplius, quam hucusq. in nos habuit potestatem. Per spiritum verò ardoris intelligit et ipse sancti spiritus gratiam, quæ nobis in baptismo confertur, baptizati namq; sumus spiritu sancto, & igne. In nouissima particula huius cap. prædicit iste Va-

tes alia, quæ nobis conferenda sunt beneficia, nobis inquam, & his, qui relicti fuerint in Syon, et residui in Hierusalem, & quæ nam sunt hæc? *Creabit*
4 *(inquit) Dominus super omnem locum Montis Syon idest super omnem partem, & in omni circuitu ipsius & à summo usquè deorsum, & denique in omni loco, vbi fuerit inuocatus, nubem per diem, & fumum* Alij sic legunt Creabit Dominus super omnem locum montem Syon i. In omni loco orbis terrarum erit Mos Syon idest Ecclesia. Quidam alij sic. Erit omnis locus monis syon, siue Mõtis Syon idest omnes conuocationes, & synodi, et congregationes bonorum erunt Montis syon idest ad vniuersalem ecclesiam spectabunt, et ad illam referentur, & ab illa pendebunt, eruntq; velut partes, & membra illius, et super huiusmodi Ecclesia creabit Dominus nubem per diem, vt eam defendat ab æstu persecutionum, et prauorum affectuum, & fumum impedientem oculos aduersariorum, ne illam impediãt, quò minus ingrediatur sanctam Ciuitatem, et splendorem ignis flammantis in noctem, sic enim legitur de filijs Israel, quòd eos deduxit in nube diei,
Psal. 77. et tota nocte in illuminatione ignis. Sic
Exo. 14. etiam Exo. 14. habetur, quòd stabat Angelus inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, et erat nubes tenebrosa, et illuminans noctem ita, vt ad se inuicem toto noctis tempore acedere non valerent, Per splendorem ignis flammantis in nocte, dubio procul intelligenda est gratia spiritus sancti illuminantis corda nostra in ipsa nocte idest in ignorantia peccatorum, et obscuritate Dæmonum. Et notandum dicit Creabit, quia reformati per Christum, et illuminati, dicuntur, Noua creatura in Christo. Vel dicas, quòd sicut id, quod creatur, ex nihilo producitur, sic etiam qui relicti fuerunt in Syon, & residui in Hierusalem, cum ad tantam gloriam fuerint euecti, dicuntur quasi ex nihilo creati. Est etiam not. quòd non absquè caussa, quæ nobis in hoc statu confertur gratia, fumo, et igni comparatur, non autem puro, et solum igni, quia dum sumus in hac vita, non sumus omnino immunes à peccato propter carnem spiritui reluctantem, nec proindè possumus clarè, et perspicuè uidere Deum, at cum erimus in Patria vbi nullus erit fumus impediens illius luminis claritatem, videbimus eum sicuti est. Et præter hęc subdit.

Dicunt aliqui quod Archangelus Michael pr.st populo Israel, & synagoge Iudeorum Ex Daniel. cap. 12.

Et erit super omnem gloriam protectio, & tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia. Super omnem gloriam idest super omnes viros gloria, & exaltatione dignos. Tales inquam viri nihil incommodi patientur,
quia habent Deum protectorē & adiutorem. vndè Psaltes dicebat, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo, & aliquandò precabatur dicens, esto mihi in Deum protectorem, et in locum refugij, ut saluum me facias. Alij sic exponunt, super omnem gloriam protectio idest, protectio, qua Deus protegit suos est super omnem gloriam idest super omnem gratiam, & magnificentiam, et superat omnem maiestatem, quam unquam dederit Deus populo suo, aut multò maiorem, quam unquam habuerit Arca foederis, quæ consueuit appellari gloria Dei. Dicit Cyrillus, quòd protectio Dei est super omnem gloriam, quia nõ aliqua perticularis gloria dabitur electis, sed omnis honor, ac thesaurus misericordiæ illis tribuetur, quæ expositio postulat bonum intellectum, quia in domo Patris mansiones multę sunt, nec omnibus datur omnis gloria, sed iuxtà qualitatem, & quantitatem meritorum secũdum diuersos gradus gloria confertur, quanquam secundum essentiam una, et eadem in omnibus reperitur. Propterea dicunt aliqui, quòd protectio Dei excedit omnem gloriã idest omne auxilium, quodcunq; munus, aut præsidium, quod possit aliundè nobis prouenire, de qua protectione dicebat Saluator Matt. 7. quòd qui sub ea fuerit repertus, assimilabitur uiro sapienti, qui ędificauit domum suam supra petram quam melius declarat ipse Propheta ijs, quę sequuntur, videlicet & tabernaculum erit inumbraculum diei ab ęstu idest a tentationibus, et conco-

Psal. 117.
Io. 14.

concupiscentijs carnis, quæ interiorem hominem lędunt. & alludit (vt puto) ad illa vmbracula, siuè tegumenta, quę posita erāt super Arcam foederis, et super Propitiatorium, ne molestiae quicquam pateretur ab aere, Aut potius alludit ad curam, et protectionem, quam filij Israel dum per desertum in terram promissionis incederent, habuere. Erit etiam in securitatem, & absconsionem à turbine, et à pluuia, ab impetu videlicet persecutionum et à quibuscunq; rebus, siuè prosperis, siuè aduersis quae nos impediunt, aut remorantur à consecutione salutis; de quibus dicebat Psaltes. Abscondes eos in abscondito faciei tuae a' conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo a' contradictione linguarum. Per haec tria videlicet aestum, turbinem, et pluuiam methodicè loquendo designantur tria malorum genera, quæ

Psal. 30.

A nos maximè abducūt nos a' Deo, videlicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitę. Verùm (vt mox dicebamus) qui sunt fundati supra firmam Petram, nihil horum debent pertimescere. Descendit pluuia, flauerunt venti, & irruerunt in eos, et non ceciderunt. Quidā volunt, p hęc vltima verba huius cap. velle Isaiā innuere quòd filij electi Dei in illo nouissimo Iudicij die, erunt immunes ab

Matth. 7.

B omni poena et ab omnibus illis in commodis, quae super malos, et impios ventura esse loquitur Propheta d. Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorum, a' quibus pœnis Deus omnipotens per suam misericordiam nos eripiat. Sunt et aliae expositiones super his verbis, sed hae mihi satis fore videntur.

Psal. 10.

Et sic est finis huius quarti Capituli.



CAPVT QVINTVM.

1. CANTABO *Dilecto meo canticum patruelis mei*
2. *vineæ suæ.* Vinea *facta est dilecto meo in cornu*
filio olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex
illa, & plantauit eam electam, & ædificauit tur
rim in medio eius, & torcular extruxit in ea:
3. *& expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Nunc ergo
habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me, & vi-
neam meam. Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, &
non feci ei? an quod expectaui vt facere vuas, & fecit labruscas?
4. Et nunc *ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ, auferam se-*
pem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit
in conculcationem. Et ponam eam desertam: non putabitur, &
non fodietur: & ascendent vepres, & spinæ: & nubibus manda
5. *bo, ne pluant super eam imbrem.* Vinea enim *Domini exercitu*
um dominus Israel est: & vir Iuda germen eius delectabile: &
expectaui vt faceret Iuditium, & ecce iniquitas. & iustitiam,
6. *& ecce clamor.* Vę qui *coniungitis domum ad domum, & agrũ*
agro copulatis vsque ad terminum loci: numquid habitabitis vos
soli in medio terræ? in auribus meis sunt hæc dicit Dominus exer
7. *cituum:* Nisi *domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ*
8. *absquè habitatore.* Decm *enim iugera vinearum facient lagun-*
9. *culam vnam, & trigita modij sementis facient modios tres.* Vę
qui *consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandam, & potandum vsq;*
ad vesperam, vt vino æstuetis. Cythara, & lyra, & tympanũ,
& tibia, & vinum in conuiuijs vestris: & opus domini non res
10. *picitis, nec opera manuum eius consideratis:* Propterea *captiuus*
ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles e-
11. *ius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.* Propterea
dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absquè vllo
termino: & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes
12. *gloriosiq; eius ad eum.* Et incuruabitur *homo, & humiliabitur*
13. *vir, & oculi sublimium deprimentur.* Et exaltabitur *Dominus*
exercituum in iuditio, & Deus Sãctus sanctificabitur in Iustitia.
14. Et pascentur *agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatẽ*
15. *versa aduenæ comedẽt.* Vę qui trahitis ĩiquitatẽ *in funiculis va-*
nitatis, & quasi vinculũ plaustri peccatũ. Qui dicitis: festinet,
& cito

& cito veniat opus eius ut videamus: & appropriet, & ueniat cō
silium sancti Israel, & sciemus illud. Vę qui *dicitis malum bo-* 16.
num, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem te
nebras: penentes amarum in dulce, & dulce in amarū. Væ qui 17.
sapientes *estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis pruden-*
tes. Væ qui *potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad* 18.
miscendam ebrietatem. Qui iustificatis Impiū pro muneribus
& iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc, *sicut deuorat stipu-* 19.
lam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sit radix eorum quasi
fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt
enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blas-
phemauerūt. Ideo *iratus est furor Domini in populū suū, & ex-* 20.
tendit manum suam super eum, & percußit eum; & conturbati
sunt montes, & facta sunt morticina eorū quasi stercus in medio
Platearū. In his *omnibus nō est auersus furor eius, sed ad huc ma-* 21.
nus eius extenta. Et leuabit *signum in nationibus procul, & sibi* 22.
labit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet:
Non est deficiēs, neq; laborans in eo: non dormitabit, neque dormi
et, neque solnetur cīgulum renum eius, nec rumpetur corigia cal
ceamenti eius Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti.
Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempest a
tis. Rugitus *eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum: & frendet,* 23
tenebris prædā, & āplexabitur, & non erit qui eruat;
Et sonabit super eum in die illa sicut so-
nitus maris. Aspiciemus *in terrā,* 24.
& ecce tenebræ tribulationis,
& lux obtenebrata est
in caligine
eius.



EXPLANATIO IN QVINTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.



Tex. 1. CANTABO *Dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ &c.*



CAPITVLVM istud .V. continet sub metaphora, & sub quadam similitudine querelã & lamẽtationem Dei de Populo Israelitico, siuè duarum tribuum tantum, siuè omnium, & minatur pœnã, & supplicium, quòd illis imminet, inserens etiam, & annectens fœlicitatem, & prosperitatem bonorum. Huius aũt capitis initium nõ eodem modo legitur apud omnes: sed nos cum lectionem, quæ pauciores habet difficultates, & vulgatæ editioni magis conuenit, eligemus. Nostra editio sic hẽt: Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ, Alij legunt: Cantabo canticũ dilecto meo, canticum dilecti mei vineæ suæ. Quidam alij sic: Cantabo cãticum dilecto meo, amatori inquam meo propter vineam suam. Queritur ergo propter intelligentiam dicti, quale fuerit istud canticum. Quis sit ille, qui cantat, quis sit ille dilectus, cui cantatur, quis sit suus patruelis. Postremo, quæ, & qualis sit ista vinea, de qua cantatur, & ne de primo errare contingat, operæ precium est prius videre, quid sit canticum, & quid nomine cantici debeamus intelligere: Secundum Grammaticos, canticum proprie dr̃ (Authore Quintiliano) elegans, & lasciuus cantus .D. Augustinus in enarratione psalmi 67. describit, canticũ esse id quod ore profertur, & significatur intelligentia mẽ

A tis. Sanctus Hilarius in prologo expositionis psalmorum dicit: Cãticum est laus quędam cantantium chorus, libertate sua utens, non astrictus conformari, & obsequi ipsi organo, hymno canore vocis per se ipsum canit, Ponit etiam discrimen inter canticum, hymnũ & psalmum, & inter canticũ psalmi, & psalmum cantici. Sed hæc nõ sunt ad pręsens necessaria ñr̃ę perscrutationi. *Descriptio cantici.*

B .D. autem Hyeronimus vult, canticum hoc loco accipi pro carmine quodam lugubri, & luctuoso, quod facit Propheta dilecto suo; & proprie cantica dicuntur carmina quædam, quæ cantando dicuntur, quibus explicatur hylaritas, & iucunditas animi, quæ tamen aliquando contrario modo vsitantur, vt recitando aliquid luctuoso, & lamentabile, & quandoq; etiam aliquid fabulosum ad excitandum gaudium, & lætitiam. *Canticum multiplex.*

C Hic verò (vt dicebamus) accipitur cãticum per antithesim .i. pro carmine lugubri, & luctuosum. Diuus chrisostomus dicit canticum hoc loco esse carmen obiurgatorium, & hac ratione proponitur, vt modulatione cantici facilius, & frequentius quis meminerit male actorum, & rubore suffusus pęniteat: Versibus hexametris, & pentametris incedere, & constare canticum istud testatur Isidorus.

D Incipit autem secunda particula huius capitis, vbi inquit: *Vinea facta est dilecto meo* vsq. ad vij particulã exclusiue huius eiusdem capitis. Quis verò sit ille, qui cantat, non idem sentiunt omnes, aliqui volunt, Deum

Patrem

Patrem eum esse, qui cantat Dilecto suo hoc est, Dei filio, quem vbiq; in sacris litteris appellet dilectum suum. Alij diunt, quod, ipse Dei filius est ille, qui cantabit Deo patri, vel populo Iudæorum canticum patruelis sui; idest populi Israelitici. Nonnulli volunt, Spiritum Sanctum esse illum, qui cantabit. At ego existimo, Prophetam eum esse, qui Spiritu Sancto repletus cantabit dilecto suo idest populo Iudaico canticum patruelis sui idest ipsius Christi Domini; Christus enim Dei filius dici poterat patruelis idest pater consobrinus, non autem germanus ipsius prophetæ, quia nondum natura humana, coniuncta erat filio Dei, in vnitate suppositi, quemadmodum contigit, aduenrante plenitudine temporis, in qua misit Deus filium suum in Mundum, factum ex muliere, factum sub lege. Vnde nos tutius, & cõuenientius possumus appellare Christu Dei filiũ fratrem nostrũ, queadmodum in figura dixerunt filij Iacob de Ioseph. Caro nostra, & frater noster est, Sic etiam dixit Dauid psalmo xxi. Sub figura Christi, Narrabo nomen tuum fratribus meis, & ipsemet Christus apud Iohannem cap. xx. dixit Mariæ Magdalenę: Vade ad fratres meos, subintelligens eiusdem Apostolos. Christus ergo Dei filius non poterat dici frater ipsius Prophetæ, sed vtiq; patruelis, quia. s. ex eadem gente, & cognatione, ex qua fuit Esaias, hoc est, de tribu Iuda Christus erat originem ducturus. Potuit etiam Christus vocari dilectus ipsius prophetæ, quia vnusquisq; natura diligit gentem suam: & nutrit, & fouet eam: sed magis conformiter huic textui dicimus, quod per dilectum, cui propheta pollicetur cantare canticum, dicitur esse populus Iudaicus, quem iure optimo poterat vocare dilectum suum.

Christus dominus frater noster dictus.

Non mihi videt in congrua, aut impertinens eorum opinio, qui per patruelem Esaiæ, cuius canticum vult assumere in honorem, aut opprobrium dilecti sui intelligunt quendam propinquum, aut agnatum ipsius, qui quidẽ solebat aliquando (vt falleret tempus) A cantare, de quadam vinea sua, quam plantauerat, & multis modis adornarat, ex qua tamen nullum ferè fructũ suscipere consueuerat: sed quisquis ille fuerit, dubio procul figura est, & repræsentatio filij Dei, qui ob ea, quæ diximus, dici poterat ipsius prophetæ. patruelis, qui in alijs editionibus dilectus nuncupatur. Patet ergo ex his, quid sit canticum, quis ille, qui cantat. Cui cantatur, in gratiam cuius; B Quis fuerit patruelis, quæ vinea, ex textu ipso nobis elucescet. Hucusq; enim habemus ipsum prophetam, spiritu Sancto afflatum proposuisse, & statuisse, & cantare idest alta, & clara voce pronunciare, & deplorare canticum, idest carmen elegiacum funestũ, & lugubre dilecto suo, idest populo Iudaico, quem iurè, & meritò appellet dilectum, quia vnusquisq; vt diximus natura diligit gentem suam. Vocat Esaias hunc populum dilectum ad maiorẽ C sui confusionem, vt qui fuerat à Deo, tot beneficijs auctus, fuerit in eum tã uecors, & ingratus, sic exponit Chrysosthomus; & canticum istud quod vult canere, est canticum patruelis sui, quod quidem cantare solebat de eodẽ dilecto, hoc est, de populo Iudaico. Diximus autem, canticum istud hic incipere, videlicet, *Vinea facta est dilecto meo; in cornu filio olei*: Alij dicunt, canticum istud ibi incipere, vbi dicit: Ex- D pectauit, vt faceret iudicium, & iustitiam. Alij volunt, canticum istud inchoare vbi dicit: Væ qui coniungitis domũ ad domũ, & quæ sequuntur vsq; in finẽ præsentis capitis. Nonnulli volunt, canticum istud, illud esse, quod cantauit Dominus noster apud Lucam 19. capite; Dum videns Ciuitatem Hierusalem fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses, & tu, & quidem in hac E die tua, quæ ad pacem tibi &c. Ego autem existimo cum plerisq; alijs, canticum istud, quod hoc loco proponit Esaias cantare, sit illud ipsum, quod cantauit iste patruelis apud Matthęum 21. Hoc est parabolam illam de vinea, quam plantauit quidam pater familias, quæ quid significet videbitur postea.

Desin-

Decri ergo Esaias qualitatem huius vineæ, quo inquam loco fuerit plantata, quibus cōmodis fuerit exculta, & coa-
2. ptata, & sic ait: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, & sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam. & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Hæc est prima pars huius cantici. Hę sunt priores eius rimæ, & versiculi. Vinea quidem facta est dilecto meo, hoc est in gratiam, & cōmodum, & obsequiū ipsius. Et facta est in cornu filio olei, In cornu .s. hoc est est in loco tutissimo, & amoenissimo qui quidem locus vsq; adeo erat amoenus pīguis& ferax, & cuiusq; boni copiosissimus, vt conuenienter admodū, dici potuerit filius olei. Deīde vsq; adeo costruxit hāc vineā & aptauit eā, vt nihil illi deesset ad cumulū, & parfectionē vineæ optimè cōstitutæ, sæpiuit eā, hoc est, muniuit sępibus, & arbusculis, vepribus, ac spinis, ne à feris aut prauīs hominibus foret vnquā deuastata, diruta, ac dissipata. Lapides elegit ex illa quos ī locū satis oportunū ponere cōgruebat vt nō fuerit satis pro eius custodia, sepē, cōstruxisse; sed voluerit etiā supra vepres, & spinas, seligere lapides, ex quibus fortior, & tutior haberetur. Sed quoniā quidā textus hēnt, quod lapides eiecit ex ea, hoc etiam pōt libenter admitti, quòd .s. cultor vineæ eiecit lapides ex ea, lapides īquā, qui cōstructioni vineę nō satis erāt idonei: sed magis erāt impedimēto ꝓductioni fructuū lapides enī, quādoq; in bonā, & quādoq; ī malā partē capiūtur & cuidā cōstructioni quida optime cōgruūt, quidā verò minus. Præterea iste patruelis plātauit hāc vineā electā ex vitibus īquā vberrimis, & summa diligentia delectis. & ædificauit turrim in medio eius ad eius munitionem, & custodiam, vt .s. qui ī eius custodiam positi erant possent subingredientes vineam, vndequaq; perspicere. Postremo torcular extruxit in ea. Torcular inquam ad premendas vuas, vt consiciatur uinum Vbi vides quàm ritè, q; prudenter, & diligēter fuerit hæc vinea erecta, & cō-

A structa. Primū quidem in loco amœnissimo & feracissimo, deīde sæpibus, & muro ex electis lapidibus confecto præmunita, Turri ī medio cōstructa & erecta nec non torculari in ea posito, & extructo, ita vt nihil omnino defuerit quod satis esset ad vineam, quæ perfectissimum, & suauissimum proferret vinum conficiendam, & adornandam, Sed quid tū? Vide qđ sequitur. Dilectus, in quam, meus, qui vsq; adeo insti-
B tit, & elaborauit in excolēda hac vinea, expectauit tandem, sūmo cum desiderio ęxpetiuit, & credidit, vt faceret vuas, & fecit labruscas, & quandoq; etiā spinas, vt aliqui textus habēt. Hęc est prima pars cantici. Ad quam nonnulli volunt totum istud Canticum terminari; quod mihi nō placet. Totum enim Canticum parabolicum est, quod sequitur esse significatum illius. Audi secundam: *Nunc, ergo, (inquit dominus* 3.
C *vineæ). Nunc inquam habitatores Hierusalem, & Viri Iuda iudicate inter me, & vineam meam. Quid est, quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas?* Quibus verbis Propheta ostendit quam maximè vineæ cultor detestetur, ac exprobret vineam suā. Cūq; rem suam, & suum hoc negociū coram iudicibus proposuerit, & eorum iudicium expectauerit, ipsis nihil affe-
D rentibus; ipse per se ipsum quid sit ipso iure facturus exponit, & īquit, Et nūc q d. Postea q; vos in mei tutelam ac defensionem nihil adducitis, neq; iustitiæ partes exequimini, nunc ostendam vobis quid ego faciā vineæ meæ. Magna certè res est, vt qui nūllius erat conscius mali, neuè quicquam preterijsse in excolenda vinea sibi ipsi certo persuaderet, voluerit cū ea ipsa, ī iudicio sistere & aliorū expectare sententiam. Nō
E enim poterat de negligentia redargui, quin omnī fuerit vsus diligentia, quò vinea perduceret vuas, & vinū suauissimū, aut quod fuerit nimis morosus, aut īportunus ad repetendū fructū āte tempus. Certè nihil horum affuit, vñ cū aduersus ipsū non posset iustè quicquam adduci, ipsemet iure optimo protulit sententiam, quæ continet aliam, & postre-

& postremam huius cantici particulam
4. & inquit; *Auferam sapem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. & ponam eam desertam, nō putabitur, & non fodietur: Et ascēdent vepres, & spina, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.* Et hic qdem mea sētētia completur canticū istud quò ad sensum litteralem.

Iam nunc expedita metaphora præassūpta, videamus op3 quid significet. sed ne frustra laboremus, explicat Propheta verum, & germanum eius intellectum, indicans quid per vineam olim bene cultam, & postea derelictam intelligere deberemus; Quid item per vuas, & labruscas, & inquit.

5. *Vinea hac Domini exercituum, domus Israel est, & Vir Iuda* (sic habēt Biblia nup correcta) *germen delectabile eius, & expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiā, & ecce clamor:* Nominat hæc, duo videlicet, Domum Israel, & virū Iuda, quia, vt supra diximus, vniuersus populus hębreorum, & cūcta illa natio in duas partes scindebat', quarum altera complectebat' decem tribus, reliqua vero duas tantum videlicet tribum Iuda, & tribum Beniamin; & propterea omnes hoc loco nominat vt ostendat non vnam, vel alteram tantum fore destruendam sed omnes indistinctim. Nominat autem viros, aut virum, & tribum Iuda, germen delectabile; secundum alios textus, plantationem delectationum; aut secūdū 70. interpretes, nouellam plantationem dilectam, quia ista tribus magis perstitit in cognitione, & cultu veri Dei quam aliæ tribus: non enim conflauit vitulos, & adorauit eos, vt aliæ tribus; & preterea ex ea tribu natus est Christus, qui fuit verè germen delectabile, quo lętatus est; & gauisus totus orbis. Dicit Augustinus sup: psalmum 103. quòd vir Iuda erat germen delectabile cum primum fuit plantatum, sed cum spinas produxit factus est germen damnatum. Alij dicunt quòd dicitur germen delectabile tribus Iuda, quia in ea erant sacerdotes, leuitæ, & viri religiosi. Dicitur plantatio delectationum, quia in ea tribu maximè Deus delectabatur, vt appellaretur delitiæ Dei, quēadmodū apud Salomonē Deus īducit dicens, Delitię meę sunt cum filijs hominum: & profectò quæ maiores delitię esse potuerunt, quando eorum erat adoptio, gloria, testamentum, &c. quę .D. Paulus enumerat. Quid g. dicit Deus ad istas tribus? quid loquitur? quod negocium, vel quas querelas habet aduersus eas? Expectaui inquit, vt faceret iudicium, hęc est vua & ecce iniquitas, hę sunt labruscę; Expectaui vt faceret iustitiam, ecce vuæ, & ecce clamor, hę sunt labruscę. expectaui .i. diutius sustuli, non morosus, & importunus fui, tempus, & ocium præbui, quò aliquando, (vt par erat) opportune fructus redderent, vt scilicet facerent iudicium, ex animo inquam sincero, & incontaminato, cuiq; quod suum est redderent. Neq; vllius personam pro veritatis tutela respicerent, sed iustum iudicium facerent. Sed ecce iniquitas, & huiusmodi vitis non vuas, sed spinas & labruscas peperit; & quae fuit iniquitas ista? non recte iudicare, iudicium peruertere, in fauorem partis aliquid decernere, & contra ius, & fas pp munera, & alia obsequia à recto tramite declinare: Similiter expectaui vt faceret iustitiam, causarum merita diligenter intuendo, & singula cuiq; reddendo & ecce clamor. Clamor iste potest intelligi bifariam apud eos contigisse. Vel clamor eorum, qui patiuntur iniustitiam, qui opprimuntur à fortioribus & potentioribus, nec se possunt tueri contra eos,, & contra iudices iniquos, & alterius partis fautores, ita vt per huiusmodi clamorem possimus intelligere stridores populorum, fletus, & querimonias iniuste oppressorum; aut clamor ītelligatur non habita ratione ad grauamina, & iniustitias principum, & magistratuum (vt mox diximus) sed potius habita ratione, & consideratione vnius ad alterum, quo .s. inter eos non sit pax, & concordia, sed maxima confusio, & perturbatio, ita vt omnia in Republica tumultibus, rixis, & cōtentionibus repleantur, tametsi hoc malum iure optimo in principem, & rectores vrbium plerūq; referatur, nā q; vbi

Clamor multis modis accipit'.

vbi princeps, & rector non est sagax, & A prudens, scinditur incertum studia in contraria vulgus. & Ecclesiast. 10. secundum iudicem populi, sic, & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis tales habitātes ī ea. Propterea. D Paulus ad Eph: 4. dicit, et mōet, ōnis clamor, & ira, & furor, & maledictum tollatur à vobis: aut sic, omnis amaritudo, & ira, & īdignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia; estote autem inuicem benigni, miseri- B cordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Xp̄o donauit vobis. Nō .n. decet eos, qui Christi velint esse imitatores, stolidis vti vociferationibus, id quod magis conuenit, quibus vita est labilis & lubrica, & ad omne facinus procliuis & intenta, quiq; furore magis, quàm prudentia vitam instituunt. Ita fermè Diuus Cyrillus exponit huius nominis significationem. Quod si al C legoricum intellectum spectare velimus, hac dictione videtur ipse Vates atrocissimam iudæorum exclamationem subinnuere, quam contra Christum excitarunt; Proponente namq; Pilato an Regem suum in crucem agi vellent, omni decoro, & pietate posthabita, exclamarunt, tolle tolle, Crucifige eum, & si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, iste ergo clamor improbus iudaici conciliabuli fructus est. Ita Cyrillus. Hunc in modū D. quoq; D Hieronymus videtur exponere, quoniam inquit, expectauit Deus, vt populus Iudæorum faceret iustitiam, vt .s. Christum largitorem tantorum munerum a patre missum susciperet, & fecit clamorem, quo vociferatus est contra ipsum, & clamauit dicens. Tolle, tolle, crucifige eum. Aut pro clamore intelligere possumus vocem, quam emittebat voce magna Sanguis dominicę passionis ad dominum, cum dicebat, E in manus tuas Domine commendo spiritum meum, & Deus Deus meus vt quid dereliquisti me? & huiusmodi clamor est is, quo iusti clamant ad Dominum cum fuerint oppressi, & miserabiliter afflicti, vt Gen: 4. Dicit Deus ad Cain, vox sanguinis fratris tui clamat ad me; Deus autem cum audit ipsos cla

mantes ad se, non obliuiscitur clamoris pauperum. Hucusq. vidimus quantopere conqueritur Deus de ingratitudine, et malignitate iudaeorum, qui cum ob innumera, quæ acceperant à Deo beneficia, tenebantur reddere pietatē, mansuetudinem, & ipsius legis verā, & sinceram obedientiam, ipsum tamē neglexerunt, blasphemauerunt, & deniq; cruci affixerunt. vereor, & maxime timeo ne id ipsum nobis cōtingat, & iustè quidem simus aliquando, & nos similes, aut grauiores daturi pænas, Sed de hoc al's. Priusq; vltra progredi amur necesse est alias parabolæ partes explicare, cur .s. dicta est esse plantata in cornu filio olei.

Vinea quidem hæc dicitur facta, & plantata in cornu filio olei; nulli dubium, quòd iuxta sensum literalem, & allegoricum, qui dicitur literalis, quia talis ē principaliter intentus à Prophæta si cōferatur ad sensum purum, quę facit illa parabola, quę loquitur de plātatione veneæ, & cornu etiam olei, à vinea enim hæc, est populus iudaicus, quemadmodum hoc loco explicat Propheta dicens, vinea enim Domini exercituum domus Israel est, & Vir Iuda, germē eius delectabile. De hac vinea loquitur etiam Dauid dicens. Vineam de AEgipto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti radices eius, hi sunt lapides quos eiecit ex vinea. Sm̄ vnum textum per cornu debemus intelligere locum illum, vbi ædificata est ciuitas Hierusalem, videlicet Palestinæ regio, quæ dicitur cornu rōne situs, quia plus habet longitudinis, quam latitudinis; & ratione virtutis, quia erat regio valde fortis, & potens. Dicit hoc loco Chrysostomus loca tuta, & bene munita vocari cornua, siue Cornu, quod quidē fortior est pars in eo animali, quod est omniū fortissimum. Sic etiam appellatur Mōs oliueti, qui vt mihi relatum est ab his, qui in ea regione sunt versati, est instar cornu, plus habens longitudinis, quā latitudinis: & iure optimo vocatur mons ille filius olei ꝓpreа ꝙ ibi maxima erat copia, & frequentia oliuarum, & ideo mons ille vocatur filius olei. Nec dubium quòd cōsueuit scriptura, cum

Sensus allegoricus potest dici quādoq; literalis.

cum quis abundat aliquo bono vel malo dici filius illius, v.g. cum quis est plenus sceleribus, & maledictionibus dici solet filius iræ, filius mortis, seu filius perditionis. Contra verò cum quis abundat omnibus bonis dicimus ipsum esse filium Dei, aut filium fortunæ, & filium bene fortunatum, & nos vulgo solemus dicere, figlio dell' Oca bianca. Et Diuus Thomas in cap. 10. Epistolæ ad Hæbreos, propè finē inquit. Quòd quis dicitur filius alicuius, cum scilicet illi quicquam dominatur, aut præest, vt filius peccati, cui dominatur peccatum, & in quo regnat peccatum. Propterea dicebat Apostolus non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius, quandoquidem mos est filiorum obedire parentibus. Dicitur ergo mons ille filius olei, quia maxima erat illi copia, & quoddam quasi dominium, vel congeries ipsarum oliuarum, quæ scilicet occupabant totum illum montem, & videbantur illi superesse. Per que omnia sic descripta designatur vbertas, & fæcunditas illius terræ, quæ erat fluens lacte, & melle. At si volumus intimius isthæc considerare, & quod res ipsa est palam fateri, dicemus, vt supra, ꝙ ista vinea idest gens iudaica fuit plantata in cornu, idest in maxima virtute, & potentia, quæ per cornu designatur, quoniam sicut animalia per cornua se ipsa defendunt ab omnibus illis insultantibus, sic in quibus est potentia, & virtus facilè se tuentur ab hostibus. Vnde Christus Dominus aliquando vocatur cornu salutis, quia eius virtute & potentia disiecit aduersarias potestates, & nos liberauit à captiuitate Sathanæ: Et alibi scriptum est, In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & spernemus insurgentes in nos. Per filium olei debemus etiam intelligere Christum Dominum, qui ex proprio nomine dicitur Christus idest vnctus: nam quemadmodum antiquitus solebant Reges, & sacerdotes oleo inungi. sic Christus cum fuerit Rex, &

Rom. cap. 6. *Psal. 43.*

A sacerdos fuit oleo inunctus, & non quocunq; oleo, sed oleo sanctitatis, & virtutis, ac iucunditatis & lætitiæ. Vnde psalmus Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ præ consortibus tuis. Nec vtcunq; fuit hoc oleo vnctus, sed in summa, & singulari abundantia, & plenitudine omnium donorum, & gratiarum, vt de eo verè dicere possimus, & plena voce canere, & clamare, Tu solus B Sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus altissimus: quamobrem iure optimo potest appellari filius olei, & filius pinguedidinis. Vinea ergo hæc idest Gens, & natio iudaica, fuit facta huic dilecto idest Christo quia in ipso, & per ipsum fuit facta, & plantata, & per ipsum aliquandiu conseruata, & ipsi peculiareter commendata. Fuit etiamfacta hæc vinea filio Dei, dilecto meo, non acquisitione C auri, & argenti. sed operatione multorum mirabilium, quæ fecit in terra AEgipti & facta est illi, vt præparatam sibi ille adueniens in carnem possideret, & per suum sanguinem sanctificaret. Non nulli vt Ireneus, per vineam, quam plantauit Deus, intelligit humanum genus, dicēs, quòd primo plantauit eam per plasmationem Adæ, & electionem Patrum, tradidit eam colonis per legis, dationem, D sepem circundedit, idest circumterminauit eorum culturam; & turrim ædificauit, idest Hierusalem elegit. Torcular fodit idest receptaculū Prophetici spiritus reparauit, idest Prophetas misit. Et Hilarius supra Mathæum maceriam, siue sepem sanctificationem Abrahæ, & populi circuncisionem interpretatur. Torcular Prophetas vocat, in quos instar musti vbertas quædam spirtus sancti E influit, vt ex eorum scriptis in ecclesiam exuberet. Turrim verò eminentiam legis appellat, quæ cum in terra sit ad cœlum homines subuehit, & ex ea poterāt speculari aduētū Christi. Verùquamuis hæc rectè dicta sint mihi tamen videtur in peculiari intellectu horum verborum ne latum quidē ungu-

Psal. 45. *Explicatio parabolę.* *Vinea multipliciter accepta.*

vnguem esse recedendum à D. Hieronymo vult enim, sub hac methaphora vineæ describat populum iudæorũ, qui ex vniuerso hominum genere fuit selectus à Deo, dicit enim tex. Vinea Domini domus Israel est. Pro cuius tutela circundedit sepem, idest, Angelorum multitudinem, ædificauit Turrim in medio eius, hoc est templum in media ciuitate, quò faciliùs conuenirent omnes ad precationes faciendas, & sacrificia offerenda, & Torcular extruxit in ea, hoc est altare, in quo holocausta fiebant, & hostiæ immolabantur. Lapides elegit ex ea, hoc est, apostolos, doctores, & antea prophetas, tanquam idoneos ministros ad illam fulciendam, custodiendam, & manutenendam, & si quis vellet oppugnare, aut expungere, quò se facilè tueri, defendere, & conseruare posset elegit, & constituit in ea gente viros bellatores fortissimos, vt nihil prætermitteret cum iactura, & detrimento vitæ huius corporalis, & omnium bonorum temporalium. Legimus enim quòd hæc gens fuit valde potens, multos .n. deuicit Reges, multos populos subiecit, & multas, ac memorabiles victorias obtinuit. Sed quia vbi nos legimus, lapides elegit ex ea, aliqui tex: vt mox diximus, habent, lapides eiecit ex ea, id quod possumus iure optimo admittere, quòd.s. Deus ex hac vinea eiecit gentes, quæ impediebant, & infestabant populum illum. Nouissimè verò ex vinea eius dilecta eiecit lapides, hoc est iudęos, qui aduersabantur Christo huius vineæ cultori: nam gens iudaica, quæ fuit vinea prius extructa, & plantata ab optimo Deo, cum fuerit maximè sterilis, & infœcunda, fuit reiecta, eradicata, & reprobata à Deo, & in eius locum fuit suffecta, & supposita alia vinea, cuius illa prior erat simbolum, & figura. Huic vineæ denuò erectæ, & plantatæ, ne vnquam amplius excideret, maceriam circumposuit, & vallum fecit. vbi per vallum intelligũt palos, & pedamenta, quæ substinent vites, ne in terram decidant, ac deiciantur. Et huiusmodi pedamenta absq; dubio fuere apostoli, doctores,

Vid. Aug. sup. psal. 79.

Populus Christianus vinea dei electa.

A & prophetæ, et ad presens illorum successores, & Vicarij. qui animas hominum ad cælestia subleuare nituntur, nec patiuntur illas humi prostratas succumbere, & iacere. Plantauit certè vineam electam, idest uiros delegit, et constituit qui producerent fructus suauissimos, qui fuerunt in primis Patriarchę, & Prophetę, & omnis generis homines eruditi, & iustitia, ac santitate repleti, qui verbo,
B & exemplo docerent, monerent, & arguerent populum illum, vt in præceptis Dei permanerent, neq; ab eius obedientia vlla ratione recederent; & deniq; nullum fuit beneficij genus, & pręsidij, aptum, & idoneum ad excolendam vineam illam, quod non fuerit largissimè collatum, referendo semper id omne ad populum iudaicum; sed postremo ad nos ipsos, quia omnes transferentes secundum aliquam simi-
C litudinem transferunt, vt d. Aris. Sed videamus quęso finem huius operis, de fatigationis, & diligentiæ, Expectaui inquam, vt hæc vinea sic diligenter exculta, protecta, & custodita faceret vuas, & fecit labruscas.

Magna quidem expectatio, & fœlix cõpensatio extitit tot operũ, & laborũ, vt dum expectabatur fructus operi cõueniens, & tam diuturna expectatione condignus, prodierit oppositum;
D expactauit inquam dilectus meus, vt hæc vinea faceret vuas, idest fructus dulces, & pręclaros bonorum operũ, & fecit labruscas, idest vuas fętidas, & acerbas, cuiusmodi sunt vitia, sordes, & turpitudines, quæ maximè diuinæ maiestatis oculos offendunt, & super hæc omnia incredulitatem, & pertinaciam: & quia vbi nos habemus labruscas, alius textus habet spinas, dubiũ est quomodo vineæ producunt spinas,
E nam labrusca magis opponitur vuæ bonæ, quàm spina, sed huic dubio satis fit. Primò quia vinea inculta, & paulo minus quam deserta ita spinas, quemadmodum & labruscas apta est producere. Deinde quemadmodum de vinea sodomorum vua fellis, & botrus amarissimus procedit: Ita etiam ab ea, (vt diximus) inculta, possunt spinæ

Vinea producunt aliquando spinas.

Prou. 4. nae produci. Vnde Prouer. 4. legitur, vinea viri stulti vrticis est repleta; & profectò vinea, vt diximus, inculta, & penè deserta, spinis, & herbis luxuriatur, quamobrem dominus hac similitudine est vsus apud Math. 7. Num quid colligunt de spinis vuas, & de tribulis ficus? Nec mirum quòd vinea illa, populus inquam Israeliticus loco vuarum, & Sanctorum operum produxit spinas, quia, scilicet ex illis coronã contexerint capiti huius dilecti cultoris vineæ, cui etiam dederunt vinum felle commixtum loco meri puri, & sinceri. Vnde D. Chrisostomus Hom. 2. de Cruce, & latrone; in hæc verba prorumpit: Deus dederat tibi manna in deserto, tu illi fel offers: de terra tibi produxit delitias, tu illi spineam coronam imponis. Sed nota, quòd quæ hactenus dicta sunt de populo iudaico sub parabola vineæ intelliguntur etiam de populo Christiano, qui & ipse est uinea Christi, sic enim D. Augustinus super psal. 103. vbi postquam ostendit domum Israel vineam esse Domini Sabaoth, (subdit) Nunquid domus Israel vinea fuit, & nos non sumus? Cum timore audiamus quod iudæis dictum est, videte quomodo Apostolus terreat ramos insertos de ramis fractis, & in ramis fractis commendet timendam seueritatem, & in ramis insertis commendet amandam bonitatem, & paulo post concludit, Vinea ergò es ò Ecclesia & habes Agricolã Deum. Quarè & nobis cauendum est, ne dum Deus ingenti desiderio, & incredibili anxietate, (vt ita loquar) expectat à nobis vuas, idest opera iustitiae, & Sanctitatis, reddamus ei spinas, & labruscas. Et ne quis fallatur, aduertendum, cum in textu habetur, quòd vinea hæc domini exercituum, de quo parabolicè loquitur Propheta, domus Israel est, sit Sola gens iudaica, & sola Synagoga, verum etiam Ecclesia militans, & congregatio fidelium, quae sub Christo Dei filio huius vineæ instauratore intelligitur. Hęc enim vinea spiritualiter intellecta semper est eadem, & eadem erit vsq; ad consumationem seculi. Iesus Christus.n. (ait

Matt. cap. 7.

Aug. super psal. 103. conc. prima.

Aug. ps. 79. cẽ medium.

A Apostolus ad Hebr. 13.) heri, hodie, & ipse in secula. Verum est quòd alij fuerunt, & sunt vites, & palmites, & racemi in hac, & in illa. In vinea quidem veteri erant Patriarcæ, & Prophetæ, & plerique alij illustres, & pręclari omni sanctitate præcipui. In hac eadem vinea spiritualiter intellecta, sunt Apostoli, vt diximus, & innumera multitudo ex omnibus gentibus, tribubus, & populis, & linguis B stantes ante thronum in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum. Quę igitur fuit illa vinea, à qua eius cultor vult auferre sepem; & maceriam & dimittere eam in conculcationem, est vinea secundum carnem, populus ille iudaicus, Deo rebellis, & præuaricator legis diuinæ, non quidem vinea ipsa, sed suppositi, palmites, qui erant in illa. Propterea verendum est ne ex C eadem vinea noui palmites euellantur, & alij in eorum locum inserantur. Videmus enim Germaniam penè totam, Angliam, & bonam partem Gallię à Christo Dei filio recessisse, & alium cultorem sibi ipsis præfecisse. Taceo alias orbis regiones, quæ iam diu recesserunt à nobis. Quid ergo faciet Dominus huic vineę carnali, & materiali? Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs a- D gricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. At non solùm per hanc vineam gens iudaica Vir Iuda & tribus Israel secundum carnem; nec sola eorum congregatio, qui Christiani appellantur, intelligendum est; verùm cuiuscunquè anima, præsertim eorum, qui Christo nomen dederunt, intelligenda est. Quod quidem anima cuiusquè posit dici vinea nulli dubium: ipsa enim est à Deo planta- E ta, & infusa in corpore nostro, & multis aucta beneficijs, vt si loquamur de anima cuiusquè hominis, sepem circundedit ei, idest custodiam Angelorum, vel, vt alij dicunt, timorem domini, ego autem existimo legem, & præcepta esse sepem, quam Deus ædificauit, & circundedit huic vineæ, De qua sepe legitur Ecclesiastici 35. Vbi

non est sepes, diripitur possessio, Sic etiam vbi nō est lex omnia pessundantur. Vnde non ab re Deus, qui dedit legem, & pręcepta, vocatur ad Esaia c. 58. Aedificator sepium. Fodit in ea torcular. i. aduersitates, & præssuras, quibus quatimur in hoc mundo, quæ tamen, cum premuntur suaue vinum, iocundum, ac delectabile emittunt. videlicet eruditionem veritatis, donum patientiæ, & tædium præsentis vitae & desiderium futurum. Aedificauit Turrim in hæc vinea, per quam possumus intelligere cognitionem boni, & mali, presentium, & futurorum, et quaecunque alia vitae hominis expediunt.

Si verò loquamur de anima hominis fidelis. & Christiani, quis dubitat animam huius esse vineam Electam domini exercituum Israel, quam elegit & sibi desponsauit ab initio seculi, Fodit in ea Torcular, hoc est ipsam conscientiam, Aedificauit Turrim, hoc est gratiam eius nobis assistentem, & perficientem. Construxit sepem, hoc est apposuit timorem suum, et misericordiam. Timor enim domini est initium sapientiae, et ut sapiens dicit; qui timet Deum faciet bona, Misericordia eius est etiam sepes, & securitas nostra, ne ab insidijs Demonum perturbemur, Vnde psal. Qui coronat te in misericordia, et miserationibus. *Ps. 102.* Hæc itaquè vinea cuiusquè hominis indistinctim, et praesertim hominis Christiani quas attulit vuas, i. fructus bonorum operum? Non quidem vuas, sed potius labruscas, idest uitia, luxus, auaritiam, hipocrisim, & simulatam Sanctitatem, vnde non iniuria conqueritur sponsus. Cant. primo. Vineam meam non custodiui, quia .s. homo est parum diligens suae salutis, nec animam tuetur ab insidijs diaboli, quarè caueamus oportet. ne simus alijs deteriores. &c. sed prosequamur textum iuxtà verum sensum à propheta intentum. Textus.

Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meę, auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam de- A *sertam; Non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres, & spinę. & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem, &c.*

Hoc loco Propheta gerens personam domini proponit se explicare, & aperire sententiam contra ipsam vineam, posteaquam illi, qui tanquam iudicaturi petebantur, nihil attulerunt, et inquit, et nunc; quasi dicat, Postquam vos non vultis sententiam B ferre, neq; decernere quid nam hęc vinea sterilis, et inculta debet promoereri; Dicam ego, et ostendam quid faciam vineae meae. Auferam inquam sepem eius, et erit in direptionem; sic enim euenit his, qui pro bonis mala reddunt. Namq; vt legitur 36. Eccli. *Eccl. 36.* Vbi non est sepes, ibi diripietur possessio vti mox diximus. Per sepem namquè diximus intelligi allegoricè custodiam Angelorum. Et D. C Thomas vna cum Cyrillo, praesidium praelatorum, siue magistratuum, aut etiam robur, et fortitudinem Ciuitatis, et gentis, et tandem omne sepimentum; & aliqui verum legis intellectum, et obseruantiam, et alij aliter applicando parabolam ad Synagogam, vel ad Ecclesiam aut etiam ad cuiusquè animam. Et diruam maceriam eius per quam iuxtà litteram intelligere debemus munitionem quan- D dam, ex structura lapidum confectam, qua deruta vinea ipsa erit in conculcationem; ità vt quibuscunquè, tam bestijs, quàm hominibus pateat aditus, iuxtà illud psal. 79. Dextruxisti maceriam eius, et vindemiant eam omnes, qui prętergrediuntur viam. *Psal. 79.*

Allegoricè verò per maceriam intelligunt nonnulli protectionem Dei, et Angelorum pręsentiam, Diuus Cyrillus. Per Maceriam intelligit om- E nem, quam prius habebat populus ille securitatem, cum diuinis mandatis obtemperabat. Nec dubium quòd diruta, vel amota dei protectione, homines erunt in conculcationem, quia deprimentur ab aduersarijs potestatibus, et ab hostibus visibilibus, et inuisibilibus, vt exitus rei comprobauit, et tandem per huiusmodi munitio-

nitiones, et adaptationes uineę, siue sepem, siue maceriam, & quicquid aliud, quod spectet ad perfectionem, & securitatē vineæ, intelligit iuxtà sensum typicū, quemadmodum & supra; & repetit, vt magis confirmet: & ponam eam desertam, sicut etiam legitur Ioel primo: Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit. Præter alia damna, & incommoda mox allata, proponit, & prædicit aliud damnum, & incommodum, quod est quasi cumulus, & complementum omnium aliorum: Ponam inquit eam desertam, idest incultam, & penitus destitutam, ac desolatam, quemadmodum etiam prædixit ipse dominus apud Luc. 13. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta: In editione 70. interpretum ita legitur. Dimittam vineam meam: quibus verbis solet vti scriptura loquens in persona Domini, quotiescunque vult innuere, & demonstrare aliquos esse excludendos à regno Dei, vt est videre apud hunc Prophetam in pluribus locis, & apud alios.

Ioel. primo.

Luc. 13.

Vt autem cognoscas quantum referat, & quot damna proueniant dum vinea fuerit dimissa, ac derelicta ab eo, qui custos est vineæ, his quæ sequuntur palàm manifestatur, dum subditur:

Non putabitur neq; fodietur, & ascendent vepres, & spinæ super eam, & mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem &c.

Nulli dubium quòd vinea, quae suis temporibus non putatur, neq; foditur, est prorsus inutilis, neq; vllum idoneum, & conuenientem fructum reddit temporibus suis, & nulli est vsui, nisi vt in ignem mittatur, & ardeat; namq; super eam vepres, & spinę ascendent, quæ vites, & malleolos opprimunt, & quodammodo suffocabunt, vt nequeant se exerere, & germen aliquod proferre, & presertim cum terra non fuerit madefacta, & adiuta rore, & pluuia. Hæc omnia sub metaphora proponuntur. At quantum ad sensum typicum, & moralem, dicimus tunc vineam, idest Ecclesiam, aut cuiusq; animam, non putari, neq; fodi, cum scilicet nullus est, qui neq; verbo instruat, aut exemplo moneat, sed neq; etiam qui puniat flagro, ut homines emendentur, & ad rectam semitam reducantur; at tunc putatur, & foditur, cum homines corriguntur, & superfluitates amputantur, & vsq; ad viuum resecantur, quæ progressum, & inclinationem ad bona opera impediunt, vti sunt cupiditates, & vitia, quae intrinsecus latent in animo; cuiusmodi sunt peccata spiritualia, de quibus supra diximus, vt hypocrisis, ambitio, & simulata Sanctitas. Ascendunt super nos vepres, & spinæ cum deficit correctio, aut castigatio, quia peccatorum multitudine opprimimur, ac detinemur; & varijs calamitatibus, & miserijs vehementer affligimur, & vexamur. Nubibus mandat, idest prophetis, & prędicatoribus, ne pluant super nos imbrem, idest veritatis doctrinam. Quòd autem per nubes (iuxtà allegoriam) intelligantur Apli, declarat Diuus Augusti in psal. 88. Dicit enim super ijsdem verbis. Missi sunt Apostoli tanquam nubes, vt pluerent iudæis, idest veritatis viam demonstrarent, et illi verbum Dei repellentes pro uuis spinas dederunt, Vnde dixerunt Apostoli, Ad vos missi eramus, sed quia repulistis verbum, imus ad gentes; et tunc ceperunt nubes non pluere pluuiam super vineam illam, idest super synagogam. Sed quomodo prædicatores veritatis dicunt nubes? & alibi vocātur cœli? iuxtà illud psal 8. Cœli enarrant gloriam Dei, et c. dicuntur cœli propter fulgorem veritatis; dicuntur nubes propter occulta carnis: et supra psal. 96. hoc idem attestatur, videlicet Prædicatores veritatis appellari nubes, nam quemadmodum nubes in cœlo, idest in aere est nebulosa, obscura, et habet intus nescio quid latens. si coruscat, emicat splendor, et ex eo ipso, quod contemnebas, inde prodit quod ex-

Aug. 3. Ps. 88.

Prædicatores nubibus, & cælo comparatur.

Ps. 96.

pauescas. Sic Dominus noster Iesus Christus misit Apostolos suos, prædicatores suos sanctos, velut nubes: Videbantur homines, & contemnebantur, quemadmodum videntur nubes, & contemnuntur, antequam de eis exiliat quod mireris. Erant enim primum homines carnem portantes, infirmi, deinde idiotæ, & ignobiles; sed erat in illis quod fulguraret, & corruscaret: erat Petrus homo piscator, orabat, et resuscitabat mortuos forma humana nubes erat, splendore miraculi coruscatio erat. Theodoretus inquit, quod Prophetæ, & Apostoli appellantur nubes; quia sicut nubes baiulant pluuias, & effundunt eas super terras, sic Prophetæ, & Apostoli accipiũt verba à Spiritu Sancto, & effundunt ea super rationalem creaturam. Alij dicunt, quòd prædicatores comparantur nubibus, quoniam sicut nubes ex terra eleuantur, ita hi & se, & alios à terra eleuant, & ad cælestia adducunt. Nec mireris, Scripturam Sacram vti istis metaphoris, & similitudinibus, quoniam, vt inquit Augustinus super psal. 103. vt clauderet sapientiam suam, non studiosis, sed negligentibus, & aperiret pulsantibus, & vt in his, quæ de corporali, & visibili creatura dicuntur, quęramus aliquid spiritualiter absconditum, quo inuento gaudeamus. Et super ps. 146. dicit idem pater Aug. supra illis verbis. Qui cooperit cœlum nubibus: & parat terræ pluiam: qui nisi haberemus occasionem obscuritatis scripturarum, vobis fortasse non diceremus ea quibus gaudetis: ipse inquam deus est qui cooperit cœlũ nubibus .i. Scripturam Sacram figuris & Sacramentis: Ad hoc ergo cooperit cœlum nubibus, vt paret terrę pluuiam. Voluit .n. deus obscura esse dicta prophetarum, vt haberent serui dei quid influerent super aures & corda hominum. Item secundum eundem D. Augustinum prędicatores nubibus comparantur, quoniam sicut nubes non de suo munere pluunt, sic & Apostoli & prædicatores verbi, non de suo pectore

Aug. 3. ps. 103.

A aut ingenio quicquam exprimere aut eloqui pręsumant. Qui enim de suo loquitur, non nisi praua & immunda loquitur, quia omnis homo mẽdax; propterea dicebat Christus. Dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Et alibi. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et notant aliqui super literam, non incongruè
B dicere Prophetam, quòd super vineam incultam ascendent vepres, & spinae, quia videlicet sua sponte succrescent, & producentur nullius opera, ac labore sed sola ipsius terrae natura, et communi beneficio solis, quò intelligi potest, quod si peccatores, et impij, qui per vepres, et spinas intelliguntur, in hoc mundo quandoquè fæliciter viuunt, & ducunt in bonis dies suos,
C prouenit non ex vllo eorum merito, sed sola Dei benignitate, qui solem suum facit oriri super bonos, et malos, et pluit super iustos, et iniustos. Sed dices quonam pacto Deus opt. Max. pręcipit, ne doctrina veritatis prędicetur, cum ipse venerit in hunc mundum ad demonstrandam, & manifestandam veritatem, et cum sit lux illa, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?

Peccatores quandoq; fouentur à deo.

D et de se ipso dixit. In hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati, et vbiquè praefefert veritatem, & commendat eam, sic enim presens litera habet; Mandabo nubibus ne pluant super terram imbrem, quòd enim per imbrem, et pluuiam intelligatur doctrina, testis est Moises Deuter. 32. Cum inquit concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros elo-
E quium meum. Huic dubio potest responderi, quòd Deus propriè, & absolutè loquendo nequaquam pręcepit ne doctrina veritatis prędicetur; neq; aufert à nobis potestatem prædicandi neq; subtrahit verum legis intellectum; sed ob nostra scelera, & mentis peruicaciam subtrahit

Deus quandoq; prohibet doctrinã veritatis.

lumen

lumen gratiae à Prophetis, & legis peritis, atq; alijs diuini verbi ministris, ne intelligant, aut doceant veritatem, quemadmodum alibi dicit, Ero Spiritus mendax in ore omnium prophetarum 3. Regum. 22. Hoc autem scientię, & verę cognitionis beneficium ab indignis aufertur, vt per huiusmodi supplicium Deus aliquando cognoscatur, qui beneficijs cognosci non potuit. D autem Chrisostomus huic dubio hunc in modum satisfacit. Dicit enim B quòd Deus opt. max: nihil, quod ad se pertineret, prętermisit, Sed ingratissimi homines nihil vtilitatis inde perceperunt, quia post tot, & tanta allata remedia in morbis etiam perseuerant: & genus quoddam curationis est, futura mala prędicere, & eos, quos non pænitet, deserere, & deflere, vt qui volēt, alieno malo edocti, sapiant, & metu supplicij à peccatis abstineant. hac ratione respondet cuidam obtrectatori, C qui videbatur arguere Deum; quòd mundo laboranti, & labanti non porrigit manum, sed potius eius videtur deflere miseriam. Sed rursum dices quod nam fuit tempus illud, quo nubes non dederunt imbrem super terram? Nonnè fuerunt Apostoli, aut prophetæ, qui viam veritatis præmonstrarent, & docerent? Sunt quidem nonnulli, qui suspicentur hoc accidisse Iudęis tempore quo captiui ducti D fuerunt in Babilonem, & ibi per aliquot annos detenti fuere. Verùm qui rectè sapiunt & rationes temporum diligenter aduertunt, substinent nequaquam hæc accidisse iudęis, dum captiui fuerunt apud Babiloniam, tametsi ob eorum vitia, & præuaricationes eo tempore multa fuerint perpesi incommoda: Attamen nō fuit tunc penitus euulsa, & eradicata vinea illa; adhuc .n. remanserunt vites, & aliqua ex parte il E lius Reip: forma videbatur: non.n. fuit omnino dirutus, & euersus murus illius Sanctae ciuitatis, nec templum penitus dirutum: sed postquam Christū Dei filium occiderunt, per Titum, & Vespasianum, et post aliquod tempus per Adrianum ciuitas illa fuit penitus destructa, ac desolata, regibus, sacerdotibus, sacrificijs, & omni eius ornatu penitus orbata, ac destituta. Sic ad verbum loquitur Cyrillus. Ex his quae dicta sunt per Prophetam, licet perspicere non ante aduentus Christi tempora filijs Israel talia aduenisse, sed postquam in Christum debaccati fuerunt: non.n. memorari, vel demonstrari potest tempus quo Israel Sanctis prophetis fuerit omnino destitutus, quandoquidem alijs temporibus licet pluribus ac diuersis captiui fuissent, & in Persarum, ac Medorum regiones deducti cum vxoribus, ac liberis. Verū tamen sine prophetis Sanctis nunquā extiterunt, & praesertim cum in Aegyptum descenderunt, Et cum Babilonij ciuitatem Sanctam expugnassent, aderat cum illis Hieremias ministrans supernis, ac diuinis sermonibus. At verò cum in Christum Dominum blasfemiam euomuissent sepimento suo, & omni prorsus securitate caruerunt. Cessauit .n. inter illos omnis Sanctorum prophetarum oratio, et instar pluuiae inhibita est eis praedicatio, et praenunciatio, atq; sanctorum voces intermissae. Et hoc est quod per Amos Prophetam prædictum fuit Ecce dies veniūt dicit Dominus, et inducam famem in terram; non famem panis, et sitim aquæ, sed famen audiendi verbi Dei. Sequitur textus.

Vide supra hunc locum Diuum August. 1. psal. 56.

Væ qui coniungitis domum ad domū, & agrum agro copulatis, vsq; ad terminū loci. Numquid habitabitis vos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc dicit Dominus exercituum. Tex. 6.

Incipit hoc loco canticum illud Patruelis, de quo supra diximus, iuxta sententiam quorundam. Explicat nunc Propheta specialiter, magis quàm supra egerit, quos fructus, quas labruscas, vel spinas reddiderit ista vinea electa Dei, hęc domus Israel, germen illud delectabile. Et duo præcipuè taxat, ac reprehendit eorum vitia, auaritiam .s. et immoderatum luxum, quę sunt ea, quibus facilius auertimur à Deo, et ad idolatriam prolabimur. Auaritia enim est idolorum seruitus, et quemadmodum habetur Ecclesiast. 10. Auaro nihil

scelestius, et D. Paulus inquit, cupiditas est radix omnium malorum. Auaritia namq; vbi vires potest exercere in proximum, vim, & tirannidem exercet iniquissimam, & pro cumulandis opibus nihil non agit, nihil prętermittit, Deiq; minas, ac præcepta deridet, & habet pro nihilo, Sic enim legimus apud Luc: 16. cap. Quòd cum Saluator aliquando moneret Iudæos, Scribas, & Pharisęos, Deo potius, quàm diuitijs inseruire studerent, Audientes hęc Pharisei, qui erant auari, deridebant illum. Vnde Diuus Cyrillus super hunc locum egregiè discurrit, dicens, quòd diues est quid insatiabile, si quidem accedat quoq; vt quod velit non possit rectè conficere, nunquam profectò quiescet, neq; desinet ad proximi bona, & facultates assilire, quod non dum adest sitit, & summopere concupiscit. Propterea d. Propheta, Væ his qui volunt copulare, & iungere suis ædibus alienas, & agros agris, vt proximo aliquid auferant. Semper enim causam student obtendere, cur plus ipsi possidere debeant, & cur alios sibi contiguos esse non oporteat. Præterea imbecilliores cogunt, & impiè rapiunt ab illis eiulantibus, & contra eorum sæuitiam, ac ferociam vociferantibus. Huius facinoris præclarum testimonium habes. 3. Reg. 12. De Acab rege, qui ui, & dolo sustulit, & rapuit vineam ipsius Naboth. Et multa alia similia facilè est reperire apud scriptores tam sacros, quàm prophanos, & frequenter eiusmodi extorsiones, & rapinæ contingunt temporibus nostris. De quibus raptoribus, & iniustis possessoribus loquit Micheas Propheta cap. 2 d. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerũt, & calumniabantur virũ, & domũ eius virũ, & hæreditatẽ eius. Et cõformiter ad hunc locum loquitur Hierem. cap. 22. Væ qui ędificat domũ suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio, amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei, quiq; dicit ędificabo mihi domum latam, & mercedem eius non reddet ei. Hoc est

Cupiditas radix omnium malorum vide.

3. Reg. 12.

Micheas cap. 2.

Hiere. c. 22

A quod damnat hoc loco Esa: d Væ qui coniungitis domum domui, et agrũ agro copulatis vsquè ad terminum loci, hoc est, vsquè ad terminum loci iam praefixi, & constituti ab eis, non attendentes, neq; respicientes iacturam proximi, sed tantum exoptantes explere cupiditatem suam, & eorum desiderio satisfacere. Vel vsq; ad terminum loci, idest agrum agro copulare, & domum domui coniungere annitun-B tur, & quærunt vsquè ad terminum loci, idest quousq; ad eum terminum perueniant, vltra quem non detur alius locus, qui possit ab eis occupari. Vel tertio dicunt aliqui, agrum agro copulare vsq; ad terminum loci, idest quousq; veniant ad loca publica, vt sunt viae communes, et publicę quae sunt tanquam termini agrorum, & praediorum, vltra quos pertransire non licet. Nonnulli hunc in modum C exponunt hanc particulam, quae erit quarta expositio. Quod aliqui copulant agrum agro, vsq; ad terminum loci, quia s. sunt adeò insatiabiles, & percupidi vt nunquam quiescant, sed semper quærant aliquid possidere, & acquirere, quousq; aliena rapiant. Alieni namq; agri, & alienæ domus, & praedia videntur esse termini loci, quos nullus potest legitimè pertransire; sed aliqui Neoterici dicunt, quòd D hoc loco non intendit Esaias arguere istos, contra quos loquitur quòd re vera aliorum possessiones diripuerint, aut per violentiam extorserint, sed potius damnare istud studium, et vehemens desiderium semper acquirendi, quoniam huiusmodi labor, et studium semper ferè secum affert hoc incommodum, vt alijs vim inferant, aut minis cogant, et plerunq; minoris, quàm decet, emant. Idcircò E reprehenduntur à Deo, et ostenditur, quòd tales fructus sunt nimis acerbi, et ipsi Deo vehementer ingrati, et exosi. Propterea dicit Deus, Nunquid vos soli habitabitis in medio terræ? Exprobrando, et increpando dicuntur haec verba. Volens innuere, non propter ipsos solos conditum, et factum esse mundum in tanta latitudine, et am-

Vsq; ad terminum loci.

amplitudine, vt pauci solum, eo fruantur, sed plures, & omnes iuxtà suum quisq; laborem, & conditionem, seu mauis necessitatem, illius partem obtineant. Vnde eleganter hoc loco aduersus istos inuehitur D. Hieronymus. Inquit enim. Quae enim est ista rabies, cum tecta, et agri ad depellendos imbres, et ad serendas fruges haberi debeant, ea habere cupere, in quibus omnibus habitare non possis, et ea colere, quae non sufficias, alteriusq; necessitatem tuam facere voluptatem? Vnde rectè quidem Valerius Maximus inquit. Cupidos, et auaros non possidere diuitias, sed possideri ab eis, lib. 9. Cap. 4. et Diuus Chrysostomus Hom. 22. super Mathaeum. Et ne quis existimet, ista vehemens cupiditas, et inexplebile desiderium habendi, lateat Deum, non cognoscatur ab eo, neq; percipiat huiusmodi voluntatem, seu potius ingluuiem, Sequitur Textus: *In auribus meis sunt hæc. Dixit Dominus exercituum*, Quasi dicat, Vos putatis huiusmodi cupiditates, et desideria, nec non oppressiones, quas facitis, me latere, eos non audiam, non ad aures meas perueniãt, sed longè fallimini, quàm maximè aberratis, quandoquidem in auribus meis sunt omnia haec, ad aures meas citissimè peruenerunt, quandoquidem ego sum Dominus, praesto sum omnibus, omnia complector, ambio, & contineo, & quæcunq; fiunt optimè perspicio, qui plantauit aurem non audiet, & qui finxit oculum uon considerat. psal. 93. Alius textus habet, In auribus meis sunt hæc, domini exercituum, Vbi loquitur ipse Propheta, quasi dicat, Verba, quæ loquutus est dominus, resonant in auribus meis, idest continuè pulsant ad aures meas, & timorem incutiunt menti meæ, ne videlicet Deus irascatur aduersum nos, quòd simus vsq; adeò tardi, & segnes ad increpandum eos, qui talia agunt. Nec solùm ea verba, quæ hucusq; audiuimus, sed quae mox sequuntur, vbi dicit dominus. Nisi domus multę desertæ fuerint grandes, & pulchrę, absq; habitatore, supple, non mihi amplius fidem adhibeatis, aut non quiescet ira mea. Quibus verbis comminatur Deus his, qui adeò sunt solliciti, & studiosi in cumulandis opibus nec desistunt pro eorum cupiditatibus explendis alijs vim inferre. Propterea dicit Deus, Nisi domus multæ grandes, & pulchræ fuerint aliquando desertæ, mihi non credatis, aut ego non sum Deus, vel non deficiet, nec cessabit ira mea, Vbi est quædam figura, quam Aposiopesim vocant, quę fit cum per iram, vel indignationem pars orationis reticetur. Vt est illud Virg: Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. Deest enim hoc verbũ puniam, quod subticetur. Et Plautus, non sum is, qui sum, nisi (supple) hoc fiet. Minatur ergo Propheta hoc loco ijs, qui spes suas collocarunt in opibus, & ædificijs Vrbis: futurum est enim, vt nihil illa omnia iuuent, cum venerit tempus desolationis: hoc idem Sophonias cap primo prædixit, & inculcat; erit (inquit) fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum: ædificabunt domos, & non habitabunt: plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Propterea dicit hic Deus per Prophetam. Nisi domus multæ desertæ fuerint, &c. dicite quòd ego non sum Deus. Aut quemadmodum supra adiunximus, non quiescet furor meus. Propterea Sapiens egregiè monebat. d. prouerb. 23. Noli laborare, vt diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum, ne erigas oculos ad opes, quas non potes habere, quia faciunt sibi pennas vt Aquilę, & volabunt in cœlum. Et paulo post subdit, Ne attingas paruulorum terminos, et agrum pupillorum non introeas, propinquus enim illorum, qui est Deus, fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum. Tota nempe facultas, & copia diuitiarum, quæ cõsistit penès domos, in tribus potissimũ reperitur, videlicet in multitudine, & abundantia ipsarum, cum quis multas possidet domos, & prætoria, villas, & oppida: Deinde in pulchritudine, quòd scilicet sint ritè, & summo cum artificio, & studio constructæ, & ædificatæ,

D. Hieronymus.

Soph. cap. 1.

Prou. 23.

atq; in optimo situ constitutæ, & aeris salubritate, cœliq; aspectu, & amœnitate prędotatæ Postremò quòd sint magnę amplæ, & ingentis populi, & multorum cohabitantium capaces, & optimorum ciuium numero excultæ. Hæc omnia complectitur illa Prophetæ comminatio, nisi domus multę desertę, &c. Sed nota quòd non ab re Propheta mentionem fecit de domibus multis, pulchris, & magnis, quòd scilicet desertę erunt omnes, vt probet per locum à fortiori, quòd si videlicet domus magnę, pulchrę, & multę deserentur, & desolabuntur, quantò magis erit de minoribus, & tenuioribus aedificijs? Nulli dubium, quòd tota Vrbs deuastabitur, & domus supra domum cadet. Præter ea, quæ diximus, circa presentem textum iuxtà editionem vulgatam, praestat etiam non parum afferre expositiones iuxtà textũ hæbreum, qui haec verba nunc exposita, non per modum interrogationis, sed secundum assertionem accipit hũc in modum. Vos agrum agro, & domum domui copulatis, vt uos soli hatetis in medio terrae, quasi velit innuere. Vos omnia ad vos trahere, omnia praeripere, cuncta posidere tentatis, vt vos soli optimis quibusq; rebus fruamini, & velut rerum domini, cuncta subsint vestrae potestati, Sic etiam in 4. lib. Reg: cap. 4. Intelliguntur ea verba, quae dixit quaedam mulier sunamitis ipsi Eliseo. In medio populi mei habito, Cum quaesita fuisset ab eo, si qua in re opus erat, illi vt faueret, & auxilium quoddam afferret apud Regem, siue Principem militiae. Quibus verbis nihil certè aliud innuere videbatur illa, nisi quòd ipsa nullius erat indigens, & omnia ei necessaria, vel appetibilia praesto erant, & abundè, & copiosè supererant, ꝓpterea dixit in medio populi mei habito. Sic & de istis poterat dici, Vos agrum agro copulatis &c. Vt vos soli habitetis in medio terrae, idest vt nulla re prorsus ĩdigeatis, sed omnia vobis abundè supersint. Quae expositio, quàmuis meo iudicio possit aliqua ratione probari, prior tamen est longè melior, & longè ma-

4.Reg.ca.4

In medio terra habitare.

A iorem habet efficaciam ad confutandam, & condemnandam auaritiae labem, tametsi D. Cyrillus videatur modo quodam adhaerere posteriori expopositioni. Sic enim ait, Si vos ò diuites, & praepotentes propinquorum bona rapueritis, si vicinum odio habueritis, & ex suis sedibus deturbare, ac eijcere conabimini, vsu veniet sanè vt vos soli habitetis regionem, exturbatis alijs omnibus; desolatam proinde B terram, & vacuam habitatoribus habeatis, & quid nam proderit colere, & inhabitare terram habitatoribus destitutam, & pene desertam: Itaq; optimũ, & consultissimum erit, vt curent ea solum, quæ ad vitam se ipsa contentam, ac moderatam attinent: Quandoquidem portio tenuis cum timore Domini longè melior, q̃ multi prouentus cum iniustitia. Quemadmodum Prouerb. 16. Melius est parum cum iu- C stitia, q̃ multi fructus cum iniquitate. Et ps. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Hæc ad verbum Cyrillus satis consona textui Hæbreo. Sed posteaquam nos de diuitibus, ac locupletibus sermonem suscepimus, non est prætereunda reprehensio, & admonitio Diui Iacobi ad eosdem, dum inquit. Agite nunc, diuites plorate vlulãtes ĩ miserijs vestris quæ aduenient vobis, diuitiæ vestræ D putrefactæ sunt, & uestimenta vestra à tineis comesta sunt, aurum, & argentum vestrum eruginauit, & erugo eorum in testimonium vobis erit; & mãducabit carnes vestras, sicut ignis; thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus, ecce merces operariorũ, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorũ in aures Dñi Sabaoth introiuit. Quæ verba profectò eadem ferè sunt, his, E quæ hoc loco habemus, cum .d. Esa. *In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum, seu Dominus Sabaoth.* Vbi aduerte, ꝙ clamor, qui peruenit ad aures Domini, ut supra diximus, quandoq; in malam, quandoq; in bonã partem sumitur. Clamauerunt iusti ad Dominũ, & exaudiuit eos. Voce mea ad Dominum clamaui, & intendit mihi.

Prouer. 16.

Psal. 36.

7

hi. Vtrobiq; in bonam partem accipitur. At cum ait. Clamor sodomorum ad aures Domini peruenit, in sinistram partẽ accipitur. Sed unde quod iste clamor, qui fit coram Domino, & ad aures eius pertingit, non est semper magnæ uocis emissio. ut not: Diuus Hieronymus cap. 4. ad Gal. sed est sciæ, & dogmatum magnitudo, & cor conpunctum. Moyses enim supprimens linguam, cor ad Deum porrigebat, & Dominus illarum precum efficaciam, clamorem vocans, ait. Quid clamas ad me, & nihilominus illius voces non audiebantur, impiorũ autẽ opera, & affectus praui absq; vllo uocis strepitu pariter ad deum clamare dicuntur, nõ quidem ad propitiationem, & ad ueniam consequendam, sed ad uindictam, & punitionem subeundam. De quo clamore loquitur Esa: hoc loco, cum dicit: In auribus meis sunt hæc, uidelicet, furta, rapinæ, et cupiditates, ac desideria, quæ nunquam habent finẽ Denique per clamorem hoc loco uoluit Propheta innuere nimis anxiam, et immodicam acquirendi cupiditatem, iniustam indignationem, iram, sensus et rationis expertem, pugnas, contentiones, et rixas. Chrisost. Audiuistis nunc culpam, et prauum iudæorum affectum, consequens est audiamus quæ

Tex. 8. illorum culpas pœna consequatur. *Inquit enim decem iugera vinearum facient lagunculam vnam, & triginta modij sementis facient modios tres.* Quibus uerbis describitur, & designatur quãta sit futura sterilitas in agris, et uineis. Nempe quis non uidet quanta sit differentia in cultura decem iugerum ad lagunculam unam? Iugerum enim sm̃ Pliniũ lib. 18. cap. 3. est quantum terræ par bobum uno die arare potest. laguncula autem, uel ciatus, aut cadus est uas, uel mensura ualde impar, et improportionata ad culturam uineæ, factam ex decem iugeris, uel iugeribus (utrũq; dici potest) Et quanquam nonnulli scriptores existiment hoc loco Prophetã hiperbaton fuisse usum, attamen, ut absq; tropis loquamur, arbitror hanc lagunculam esse uelut aliquod dolium paruum, quod nos materna lingua ca-

A rattellum nuncupamus, aut aliquod huiusmodi uas aliquanto minus, aut etiam aliquid plus. Similiter penes discrimen, et proportionem triginta modiorum sementis ad tres tãtum modios tritici inde collectos facilè percipitur quam magna fuerit sterilitas, et penuria utriusq; potus scilicet, et panis aut cibi, Non multo minor sterilitas fuit penè in vniuersa Italia sub anno Dñi 1590. & duobus sequentibus, in qui-

B bus, qui decem, vel duodecim tritici salmas agri solebant producere, vix vnam, aut alteram produxerunt, & in agro quodam fertilissimo non multũ à Perusia distante, vbi singulo quoq; anno 118. & 120. salmæ tritici colligebãtur, quodam anno uix 18. habitæ sunt tanta fuit sterilitas terræ. Id quod luculenter, & satis fusè describit Iosephus lib. 5. & 6. de bello iudaico, & ferè per totum illud volumen. Ex his

C quæ diximus prius notandum est nõ esse intentionem ipsius Prophetæ damnare eos, qui diuitias accumulant, & multas domos, & plures agros coemere nituntur, modo id fiat citra iniuriã ipsius Dei, & proximi, nec studeat in huiusmodi negocio, & mercatura circumuenire proximum, neq; in eis tantam adhibeat curam, vt obliuiscatur operum Dei, & mandata eius non requirat: hoc innuit Dauid psal. 61, d. Diui- Psal. 61.

D tiæ si affluãt nolite cor apponere. Verum de hac re quo nam pacto diuitijs, & opibus cumulandis inhiare contingat absq; Dei offensa, aliàs fusiùs, & copiosiùs forsan ostendemus. Sed interim videre licet. D. Thomam 2.2. q. 118. quæstionibus de malo q. 13. dein de super his considerandum est quod attinet ad instructionem nostram, & ad mores componẽdos. Putandũ namq; est nos fore agricolas, nobisq; incum-

E bere, vt agrum nostri cordis, & animi ita colere studeamus, & tale semen inserere, vt ex vno modio multo plures colligamus, hoc est ex vna virtute, & dono nobis à Deo collato procuremus Dei gratia præueniente, multos fructus producere, vt cum illo prudente, ac solerti famulo dicere possimus. Domine quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia

ecce alia

Tex. 9. et alia quinq; lucratus sum, Math. 25. Sequitur textus. *Vę qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsq; ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara enim, & lira, & timpanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.* Omnes ferè sacri Doctores, & interpretes sanctarũ scripturarum in hanc penè sententiam conueniunt, vt duo fuerint præcipua mala, & grauiores culpæ quibus populus Israeliticus Deum offendit, & auersus fuit ab eo, videlicet Auaritia, & luxus, aut libido, vt nunc etiã diximus. Præterea cum mox fueriteis comminatus sterilitatem terræ, & desolationem Vrbis pp insignem auaritiam, nunc eisdem comminatur ob luxum, & lasciuiam, ac immoderatas delitias. Hoc indicat illa interiectio, vę, Quæ, vt diximus in 1. capite huius operis, accipitur plerunq; tanquam nota, & signum cõminãtis, & quandoq; tanquam nota cõdolentis. Hic ergo comminatur illis ob nimium luxum quantum ad abusũ & deprauationem ciborum, & iuxta D. Thomam, notat eorum conuiuia, & commessationes penès quinq; cõditiones, videlicet pręproperè, lautè, nimis ardenter, & studiosè. Cõtra quos etiã sapiens Prouer: 23. vehementer insurgit, & comminatur, cum inquit cuiuę? cuius Patriuæ? cui rixæ? cui foueę? cui sine causa vulnera? cui suffosio oculorum? nõne his qui cõmorãtur in vino, & student calicibus potandis? & paulo ante blandè nos monet dicens, Noli esse fili in conuiuijs potatorũ; nec in cõmessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes simbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Vnde non ab re Propheta etiam insurgit, & minatur istis ebriis, & potatoribus, quia non solum student suam ingluuiẽ explere, sed præproperè, & importunè citra horam, & consuetudinem humani conuictus ebrietati incumbunt, & eam sectantur, ita vt nihil magis cogitent, neq; vlli rei tantopere inuigilent, ac ipsius ebrietati, & potationi. Nec semel ĩ die, & quousq; necessitati natu-

Prou. 23.

A ræ, superque fuerit satisfactum, sed mane quasi prima hora diei è stratis exurgunt, vt inebrientur, atq, ita semper & assiduè vsq; ad vesperam, hoc est ad finem vsq; diei ad ebrietatem sectandam, & potandum insistunt; sed vice versa prius potationibus incumbunt, ĩde postmodum ebrietatem sectantur, *Vt vino æstuetis.* Quæ particula bifariam pt exponi, vel causaliter; vt more scholastico loquamur, vel consequutiuè, quòd propterea ad ebrietatem sectandam, & ad vesperam vsq; potandũ B persistebant, vt vino æstuarent, vt incalescerent vino, & vndequaq; æstum, & calorem, imo potius ignẽ, foras emitterent, aut sic dicamus, Illos ex nimia ebrietate, & ex nimio, ac superfluo potu vino æstuasse, & totos fore ignitos, & calefactos. D. Ireneus opinatur hunc locũ Prophetæ esse ferè eundẽ cum eo, qui apud lucã legitur de diuite Epulone, & Lazaro mẽdico, ostẽdens hanc C fore ĩtẽtionẽ Prophetę in hoc loco demõstrare scilicet qd Iudæi dediti voluptatibus, ac delitijs, obliti sunt Deum, & proinde in maximas calamitates inciderunt, vt contigit illi Epuloni. Hic ergo apparet prima conditio, aut prima species eorum qui crapulæ, & ebrietati incumbunt; cum verò dicit ad ebrietatem sectandam, innuitur illa istorum Epulonum conditio quod arden-D ter, & magno cum desiderio, & feruore seu potius furore ad ebrietatem accurrunt. Cum verò subditur, vsq, ad vesperam in potationibus persistunt. Palàm ostenditur quod nimis, & citra vllam necessitatem vino se ingurgitant, obliti illius vulgati dicterij (Ne quid nimis). Quod autem studiosè, & summa cum diligentia huiuscemodi commessationibus se se dederint; insinuatur ex eo, quod mox E subdit. videlicet Cithara, & Lira, & Timpanum, & Tibia in conuiuijs vestris adducitis: non enim satis erat, vt varia ferculorum genera excellenter, & summo cum studio condita, & preparata secum attulissent, Verum vt nihil omnino deesset eorum, quæ ad voluptates, & ad delitias parari cõsueuerunt, ad cumulum, & comple-

men-

mentum voluere adduci Citharam, & Lyram, & huiusmodi musica instrumenta, quę licet fuerint instituta, & adinuenta ad laudandum Deum, verum datorem, & largitorem omnium bonorum, transtulerunt, & vti voluerunt ad explendas suas cupiditates, & prouocandam libidinem. Cum postremò subditur, & vinum in conuiuijs vestris, designatur quā laute, & speciosè conuiuare, & epulari curauerint, quandoquidem conuiuia non nisi magno cum apparatu, & esculentis exquisitis, ac poculentis fieri solent. Re vera lauta conuiuia, & modestè pręparata non sunt omnino damnanda, sed eorum immoderatus, & superfluus abusus à Deo damnatur, et hoc loco latenter reijcitur. Legimus enim Dominum interfuisse nuptijs, et Angelos conuiuio exceptos, et Iob filios fecisse conuiuium fratribus suis, et sororibus.

Conuiuia nō sunt ōnino damnāda.

C

Diuus Gregorius primo Mor. capitulo 5. dicit quod conuiuia vix sine culpa celebrari possunt. et lib. 2. cap. 37. epist. describit qualia esse debent conuiuia. De conuiuijs, et conuiuantibus loquitur Plinius lib. 28. cap. 2. sed parum ad rem nostram, nos opitulante Deo fusius in fine huius operis de cōuiuijs agemus.

Greg: li. 1. mor. cap. 5.

Plinius lib. 28. lib: 2.

Quarè expetendum est, & exequutioni mandandum sapientis decretum ecclesiast. 9. cum inquit, Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in pręceptis altissimi. & prouerb: 23. quādo sederis, inquit, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo. Si tamē habes in potestate animam tuam, ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. Non est opus hoc loco recensere, & ad memoriam redigere singula mala, & incommoda, nec non quot, & quæ contigerunt in conuiuijs proditiones, & homicidia, q̄ potest quis à varijs scriptoribus tum sacris, tum prophanis absq; vllo negocio excipere. Et quemadmo-

D

Ecclesi. 9.

Prouer. 23.

E

A

dum non simpliciter conuiuia esse dānanda censemus, neq; etiam vti quādoq; & delectari instrumentis musicis; Ita neq; etiam damnandi sunt omniquaq; qui mane cōsurgunt ad potandum, & corpus reficiendum, sed nimia anxietas, & sollicitudo, aut etiam superfluus, & immoderatus esus, & potus. Potest enim contingere quod aliqui mane comedant, & quadam tenus reficiantur, vt possint reliquum diei rebus agendis incumbere, aut alia corporis exercitia peragere. At qui secus faciunt, hoc loco manifestissimè damnantur. Iuxta illud Prouerb 23. Quando euigilabo dicebat ille, crapulator, & ebriosus, & rursus vina reperiam? Sic etiam Ecclesiast: 10. scriptum est. Væ terræ, cuius Principes mane comedunt. Quod autem attinet ad illa musica instrumenta, quæ Esaias hoc loco enumerat, tam etsi non multum ad rem conferat, ne quis tamen existimet illa esse omonyma, libet singula describere, & explicare discrimen inter ea. Cythara ergo dubio procul, vti de ea loquimur, est profectò musicum instrumentum, de quo Diuus Hieronymus hoc loco facit mentionem, & plures alij: qui autem sint ipsius inuentores, non satis constat, sed Plinius lib. 7 cap. 56. multos enumerat. Lira etiam, quamuis, & ipsa multa significet, hic tamen sumitur pro musico instrumento, in quo quot sunt fides & cordæ, tot resonant voces, de qua Ouid: 10. Metamorph & alij quoq; mentionem faciunt, vt Pliuius lib. 9. cap. 10. dicit habere formam testudinis, neq; multum differt à Cythara, licet sub his temporibus aliud per Cytharam, aliud per Lyrā capiatur; Huius inuentorem dicūt fuisse Mercuriū, quidam Apollinem; nos autem dicimus fuisse Deum viuum, & verum, à quo ōnis harmonia, & quicquid boni est ab eo procedit. Tympanum verò multis modis accipitur, vt est videre apud varios scriptores, hoc tamen loco sumitur pro quodam instrumento, quod baculo, aut virga, vel etiam quādoq; manibus pulsatur; Estq; ex vna parte

B

Prouer. 22.

Exchle. 10.

Cythara.

Plinius lib. 7. cap. 56.

Lyra

Tympanū.

parte planum, membrana clausum, intus verò vacuum, de quo Ouid: 4. Metamorph· Quacunq; ingrederis clamor iuuenilis, & vnà, Femineę voces, impulsaq; tympana palmis. Et Exo· 15. Sumpsit Maria Prophetissa tympanum in manu sua De tympano loquitur Aug. psal vlt. quod sit de corio siccato, atq; firmato. Tibia est aliud instrumentum musicum oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modo adductis, modo reductis temperatum, non ingratam, & iniucundam reddit Symphoniam, & vulgo dicitur Pifera, vt reor. Dicit ergo Esaias, Cythara, & Lyra, & Tympanum, & Tybia, & vinum in conuiuijs vestris, (supple, adducitis, & affertis) & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Per opus Domini, quamuis multa possint intelligi, tamen haec praecipua mihi veniunt in mentem, Primùm, vt per opus Domini intelligamus causam, & rationem; qua Deus voluit haec fieri, quandoquidem sunt facta ad laudandum Deum, & Dauid nouissimo psal. Laudate Dominum in sono tubae, psalterio, & Cythara &c. Conuenit quidem laudare Deum in tympanis, & cytharis, & alijs musicis instrumentis modo nihil impurum, aut prophanum illis misceatur. vt Concil. Trid. Sess. 22. Vos autem illa operamini, & eis abutimini ad luxum, & luxuriam, & ad excitandam concupiscentiam ad omne opus prauum. Aut opus Domini hoc loco intelligitur dignitas, & conditio naturae humanæ, aut finis, in quem, et ad quem Deus fecit hunc hominem, opus inquam admirandum, paulo minus ab Angelis imminutum, gloria, & honore coronatum. & vniuersae creaturae principem constitutum. Vos itaq; opus Dei non respicitis, idest dignitatem, & conditionem vestram, nec finem, in quem, & pp quem estis producti, animo perpenditis, & vobis ipsis, non solum prouidere, sed omni conatu obesse contenditis. Aut etiam opus Domini nequaquam respicere iuste culpamini, quia scilicet nihil ad eius honorem, cultum, et obseruantiam

Ouidius. *Exo. 15.* *Aug: super Psal. vlt.* *Concil Tridē. sess. 22.* *Opus Domini quale sit.*

A facere videmini, cum tamen omnia bona vobis suppeditent ab eodem vobis abundè donata. Deniq. opus Domini est passio Christi, et mors eius, quod certè est magnum pietatis opus, quia tunc mors mortua fuit, et princeps huius mundi eiectus est foras, Nō ergo· decet dum dominus noster se exponit morti, et passioni, nos delitijs, et voluptatibus operam dare, opus ergo Domini tam magnum, tam salubre, B tam viuificans non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Opera quippe manuum Dei sumus nos ipsi, sic enim dixit ipsemet per Prophetam, opus manuum mearum tu es, haereditas mea Israel, et nos quoq; cum deprecantes dicimus, opera manuum tuarum ne despicias. Et psal 118. Manus tuae Domine fecerunt me, et plasmauerunt me, da mihi intellectum. Postremò opera manuum C eius sunt ea, quæ ipse, tum ad manifestandam gloriam nominis sui, tum ad vtilitatem nostram operatus est in nobis, Quæ sunt adeò nota, & manifesta vniuerso Orbi, vt nulla possint ratione celari, & abscondi, cuiusmodi sunt, creatio, Redemptio, Gubernatio, conseruatio, Protectio, & multa alia huius generis beneficia, quę longum esset recensere, & ex sacris literis vtriusq: legis facillimè colliguntur. Vnde D Deuter: 32. dicit Moises, non nè ipse est pater tuus qui possedit te, fecit te, & creauit te? Nōnè hic est ille, cuius verbo cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum? Nonnè ipse est, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione? Postremo nonnè ipse est qui dat omnib⁹ affluenter, & non improperat? Tu autem popule stulte, & insipiens hæc opera non consideras, quæ sunt opera E dumtaxat manuum Dei? Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Non ne manus domini fecit hæc omnia? Sed vide ne fallaris quoniã licet manus Dei sit extensa, & porrecta ad protegendum nos, & custodiendum, habet etiam manus ad puniendum, & condemnandum eos, qui obliuiscuntur domini creatoris sui,

ius

quiq, creaturas ad nostram salutem, & A obsequium productas in propriā eius damnationem conuertunt, quibus per Hieremiam hunc in modum cōminatur Dominus, Ego debellabo vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. Et Dauid, Domine percussisti inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti omnes aduersarios tuos. Et Deuter: 32. Ignis inquit succensus est in furore meo, & ardebit B vsq; ad inferni nouissima; & parū infra; Videte, inquit, quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me; ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere; & si acuero vt fulgur gladium meum; & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis & his, qui me oderunt, retribuam. Opera ergo manuum eius considerare, & quę nobis C contulit beneficia memoria frequenter repetere necessum est: quas etiam pœnas, & quæ supplicia sumat de peccatoribus, licet quandoq; dissimulet peccata hominum pp pœnitentiā. Veruntamen cum nos obdurescimus, & in peccatis persistimus, & pseueramus extendit manum suam super nos.

Deuter. 32.

Quod probè considerans Iob precabatur Deum, sic dicens. Manum tuam longè fac à me, & formido tua D non me terreat. Et D. Paulus ad Hæbreos 10. Horrendum est inquit incidere in manus Dei viuētis. Illi deniq; opera manuum Dei non considerant, qui ex creaturis visibilibus inuisibilia Dei, hoc est sempiternam eius virtutē, atq; diuinitatem non comprehendunt, hi cerebus terrenis, & caducis nimium addicti, & seculi huius delitijs, & voluptatibus obcæcati. Et pp hāc igno E rantiam, siue inconsiderationem, aut potius dementiam D. Deus per Prophetam, *Populus meus captiuus ductus est, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.* Sed priusq; ad huius particulæ expositionem accedamus, notandum est, & frequenter animo repetendum, quod notat Diuus Hieronimus

Textus 10.

videlicet, Multos reperiri, qui valdè mane consurgunt ad ebrietatem sectādam, per hanc ebrietatem omnem animi perturbationem, & prauum mentis affectum capiendo, quippe qui non solum vbi è pueritia, & ephebis excesserint, sed in ipsa quoq; pueritia vitijs, & turpitudinibus se se dedunt, & contaminari permittunt, & quod deterius est vsq; ad vesperam .i. ad finem vsq; ętatis in malo perseuerant. Heù heu Domine quam pauci sunt illi, qui custodiunt innocentiam suam, & conseruare nouerint sui corporis integritatē? Pleriq; ex his sunt pueri centum annorum qui cum ad decrepitam ætatem deuenerint, debiles sunt vsq; adeò effecti, & ita viribus destituti, vt è cœno peccatorum nequeant vllo pacto resilire. Quare infœlicissimi sunt illi, qui vsq; ad hanc ætatem, gulæ, & ventri, cæterisq; voluptatibus addicti non intelligunt opera domini, & finem vitæ eorū Pergat ergo, & surgat velociter vnusquisq; & cum Dauide precetur Dominum dicens. Domine vsq; in senectā, & senicem ne dereliquas me. Nec tibi sit satis ea verba referre; Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, sed potius adde, & dicas. Delicta totius vitæ meę, & ignorantias meas ne memineris, vt aliquando cū eodē Propheta dicere possis. Velociter exaudi me Domine, quia defecit spiritus meus. Dicebat ergo Deus per prophetam, Propterea populus meus captiuus ductus est, quia non habuit scientiam. Sed qua scientia caruerunt? ea scilicet quam habere potuerunt, & habere tenebantur, quo fit vt omnino inexcusabiles habeātur. Nō habuerunt inquam scientiam, idest intelligentiam sanctarū scripturarum, nolebant audire Prophetas, sed potius illos deridebant, & subsanabant quod crimen impingit illis saluator, cum Iohannis cap. 5. inquit. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam habere, & illæ sunt, quę testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis, & in calce.

Ioh. cpa. 6.

Nolite putare quia accusaturus

sim

ſim vos apud patrẽ, eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo ſperatis. Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan et mihi, de me enim ille ſcripſit, ſi autẽ illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? D. Baſilius apertè teſtatur quod Iudęi occupati, ac dediti cõuiuijs, & epulis nullũ ſibi reliquere locum ad contemplandum ſcripturas, & cognoſcendum Deum. Textus 70. interpretum ſic habet. Populus meus factus eſt captiuus, quia nõ cognouerunt Dominum, Textus hæbreus. Populus meus captiuatus eſt propter non ſcire, aut non cognoſcere gloriã eius .i. ipſius eiuſdem populi, cuius gloria erat Xp̃s vt dixit Simeon, lumen ad reuelationem gentium, & gloriã plebis tuæ Iſrael. Quod autem populus ille fuerit factus, & ductus captiuus nulla indiget probatione, hoc enim re ipſa uidemus, & ipſimet ſuo eorum malo experiuntur, qui, & ſi aliàs in captiuitatem fuerint adducti, ad propria tamẽ aliquando redierunt, ſed poſt paſsionẽ Chriſti eam captiuitatem ſunt perpeſſi, à qua non modo non ſunt liberati, ſed neque unquam liberi erunt. Huc etiam ſpectat quod legitur ſapien. 13. Vani ſunt omnes homines, quibus nõ ſubeſt ſcientia Dei. *Et nobiles itererũt fame*, quia .s. tota aut maior vis malorum recidit, & retorta eſt in capita Phariſeorum, & Principum, quorum erat inexplebilis cupiditas, interierunt fame. *Et multitudo eius ſiti exaruit*, quia tanta erat penuria non modo vini, ſed & ipſius aquæ, vt nequaquam ſatiſfuiſſet ad refrigerandam, & extinguendam ſitim ipſius multitudinis. Quòd autem hæc omnia, quæ hucuſq; diximus vera exſtiterint, videre oportet Ioſephum 4. de Bello iudaico cap. 22. & lib. 6. cap. penultimo, & per totum, &c. ũde dicendũ eſt quod ex adipe prodijt iniquitas eorum, & tranſierunt in affectum cordis &c. *Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino, & deſcendent fortes eius, & ſublimes glorioſiq; eius ad eum, & incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur.*

Luc. 1.

Ioſep. de bello Indaico.

Tex. 11.

A Proſequitur eſaias enarrare incommoda, pœnas, & ſupplicia, quæ ſequta ſunt iudæos pp immane illud facinus, quod perpetrarunt, & commiſſerunt aduerſus Chriſtum dominum filium Dei. Nuper dixit, quod ob hanc cauſam populus ille captiuus ductus eſt, & nobiles interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Vide quęſo, & conſidera pulcherrimam anthiteſim, & quomodo ferè ſingula ab eis B cõcupita cõtrarios pepererẽt effectus. Volebant illi ſummo mane ſurgere ad ebrietatem ſectandam, nunc vice verſa fame, & ſiti moriuntur, quæ quidem mors eſt magis dura, & acerba, quàm occidi gladio, quemadmodum dicebat Hierem. Tren. 4. Deinde ipſi potabant, & crapulabantur lõgè plus debito, & nullus erat finis epulandi, ac potandi, Nunc poterunt abſq; vlla difficultate ſaturari, quia C adeſt infernus, quia aperuit os ſuum, & ipſi vnà cum Diabolo habebunt õnem ſaturitatem, ſed longè diuerſam ab ea, quam olim concupierant, & hoc eſt, quod nunc dicit Propheta, *Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino .q. .d.*

Vos nihil vltra, & nihil magis curare videbamini, quam ventrem implere, & omnibus delitijs, & volupta D bitur exaturari, iam nunc habetis veſtri comparem veſtræ cupiditati, & vitæ rationi conſimilem; Vos omnia deglutire, ac deuorare cupiebatis, en præſtò eſt, qui itidem concupiſcat, & exequatur, Infernus inquam, qui dilatauit animam ſuam idest ſe totum exibuit, & aperuit os ſuum, & voraginem ſuam præ ſe tulit ad degluttiendas animas, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino, vt nunquam ſit E ceſſaturus, neq; defatigandus, aut vlli parſurus, quò omnes indiſtintim abſorbeat, qui digni fuerint eius habitaculo. Nota quòd Propheta vtitur hoc loco quadam figura, quæ vocatur Proſopopeia, & poſumus etiam tutò appellare Metaphoram, qua oſtendit infernum eſſe velut cete grandem, aut aliud quodam monſtrum animatum

matum, quod velit omnes deglutire, quòdq; habeat animam, & os velut cętera animantia. Hoc est quod dicit, dilatauit Infernus animam suam, idest affectum, & desiderium suum absorbẽdi, & deuorandi omnia. Et hoc perindè est, ac si dicamus, Infernus præstò est, patet, & obuium offert se cuicunq; voluerit ingredi eius domicilium, & habitare in eo, & cum eo. Dicit Gregor. per hæc verba voluisse Prophetam explicare immensam eius loci latitudinẽ. Deinde aduerte, quòd hoc nomen Infernus non vno tantum modo sumitur, neq; rem vnam signat. Quandoq; quidem sumitur pro Gehenna, & pro loco damnatorum, & hoc, meo quidem iudicio, est proprium eius significatum, iuxtà illud Lucæ, Mortuus est diues, & sepultus in inferno, Aliquando pro loco patrum veteris testamenti, & puerorum, quorum animæ non fuere aqua baptismi ablutæ, iuxtà illud Pet: Loquentis de Christo quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, idest limbi 3. pro loco purgationis, iuxtà illud Apostoli, omne genus flectatur cœlestium, terrestriũ, & infernorum 4. sumitur pro loco, in quo mortuorum corpora humantur, iuxtà illud Gen: Deducetis canos meos ad inferos. 5: solet accipi pro separatione animæ à corpore, quæ mors nũcupatur, iuxtà illud Prouerb. 30 Tria sunt, quæ nunquam satiantur, videlicet Infernus, hoc est mors, os vuluę, & terra, quæ non satiatur aqua: & ignis, qui nunquam dicit sufficit. Et postremò solet appellari etiam infernus status illorum, qui sunt in maxima angustia constituti, iuxtà illud Dauidis. Eduxisti animam meam ex inferno inferiori. Non ignoro tamen plerosque in alium sensum accipere hoc loco infernum inferiorem, at infernum nunc puto nõ incongruè posse accipi tribus, aut quatuor modis mox enumeratis; Infernus inquam, hoc est locus damnatorum, nulli dubium potest intelligi aperuisse os suum ad deglutiendas, & perpetuò torquendas eorum animas, qui crucifixerunt Dominum, neq; etiã dubium alicui esse potest, quin plerią;

Infernus multipliciter accipitur.

Cap. 16.

Cap. 44

A B C D E

eorum, qui persequuti sunt Dominum, fuerint in mortem adducti, cum multa millia hominum legantur interremptain illa obsidione Hierosolimitana, tum gladio, tum peste, & sæuissima fame, Dicere etiam possumus eo temre, quo fuerunt obsessi, & postmodũ deuicti, & superati, fuisse in maximis angustijs constitutos. Et quamquam multa eorum corpora inhumata extiterint, & pleraq; à canibus dilacerata, nonnulla in fluuium proiecta, multa etiam igne combusta & in cinerem redacta; attamen & ista, quæcunq; fuerit illorum corporum sepultura, dicere poterimus quòd & illa fuerit illorũ infernus. Nec volo præterire quod memini me legisse apud quosdam Historicos, quòd multi summo studio quærebant propinquorum corpora sepelire, nec vllo modo poterant. Dicit ergo textus, propter ingentia illorum scelera dilatauit infernus animam suã, & aperuit os suum absq; vllo termino, quid tum sequitur? *Et descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eum.*

Vide quæso rerum consequentiam Illi primum nimiùm studebant, & superfluam curam adhibebant in conuiuijs, in condiendis epulis, & maximis viris ad epulas conuocandis. Nunc omnes, magni, & parui, nobiles, & ignobiles, diuites, & pauperes descendent in infernum, & humiliabuntur. Per istos gradus hominum, videlicet fortes, sublimes, & gloriosos, secundum quosdam Propheta intelligit homines cuiuscunq; status, idest summos, hoc est magnates, medios, & infimos, quòd .s. de quocunque statu homines vtriusque sexus descendent ad Inferos, eo modo quo diximus, Et quemadmodum dicit psal. 48. Introhibit in progenies patrum suorum, & vsq; in æternum non videbit lumen: præter quosdam pauperes, qui dimissi sunt liberi, & nonnullos etiam de primis, & locupletibus, qui captiui ducti fuerunt, vt essent ludibrio omnibus hominibus, & dura, & aspera seruitute tenerentur; cæteri ferè omnes fuerunt interempti. Ego autem (pace aliorum dixerim)

Psal. 48.

rim) per fortes existimo Prophetam intellexisse, eos, qui robore corporis confidebant, neq; suspicabantur, aliquid posse eis accidere mali: Per sublimes eos, qui erant in dignitatibus constituti, & suspiciebantur ab omnibus, velut illis praeminentes. Per gloriosos eos intelligo, qui ob honorem, & reuerentiam olim sibi praestitam, plurimum de se praesumebant, & vanè admodum gloriabantur. Per populum, cuius etiam hoc loco meminit, eum accipi existimo, qui huiusmodi magnatibus adhaerebat, & eorum virtuti, & animositati confidebat plurimùm. Vnde sequitur Propheta, & dicit, *Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur*; quasi idem repetit quod nunc, nunc dixerat, verùm id facit vt magis imprimat, corroboret, atq; confirmet. Incuruabitur ergò homo, qui s. potens erat in diuitijs, & opibus: Incuruabitur inquam, quia dimittent eum, & inclinabunt, ne possit eleuare faciem, vincietur, & ligabitur, vt ducatur ad spectacula, & obijciatur bestijs, & feris in ludum, & contemptum, inhonorabitur vir, qui prius magno in precio habebatur postmodum verò pro nihilo aestimabitur, & risui, ac despectui habebitur: oculi sublimes deprimētur, idest qui alta sapere videbantur, et nihil praeter se fore, aut esse existimabāt, deprimentur, idest deijcientur, & infimo loco habebuntur. Nec mirum, quòd oculi sublimium deprimantur, quando authores, & causae interitus fuerunt sibi, & alijs: Nec secus fieri poterat, vt mortis terrore, & intolerabili calamitate detenti, non humiliarentur. Haec erunt praemia digna his, qui Christum contempserunt, qui manè surgebant ad ebrietatem sectandam, & vsq; ad vesperam illam vitae consuetudinem protrahebant, quiq; non intelligebant opera manuum Dei, nec habebant, idest habere noluerunt scientiam sanctarum scripturarum; hi profectò sunt, ex eorum numero, quos infernus, aut mors, aut perpetuus cruciatus deglutiuit. Contra verò, & vice versa dicit Textus.

13. *Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.*

Existimabant Iudaei Christum Dominum esse penitus deletum, atq; extinctum, at oppositum palàm vsu venit, & patefactum est. Cum enim suo recto, & sacrosanto calculo in populum superbum, & voluptuosum animaduertit, exaltatus est, & commendatus, tanquam iustus iudex, & Sanctus, potens, & verus, cum ea quae de ipso praedicta sunt, in effectum deducentur. Exaltabitur ergo dominus in iudicio, qui prius iudicabatur iniustus. Proinde rogabat Deum, dicens, Iudica me Deus, & discerne causam meam. Et apud Io. 17. inquit, Pater iuste, mundus te non cognouit. Et Deus sanctus sanctificabitur in iustitia, idest Sanctus, & iustus apparebit, iuxtà illud, Quod petimus in oratione, dicentes; Sanctificetur nomen tuum, i. Sanctum credatur, agnoscatur, & ab omnibus praedicetur, quippe qui prius seductor, malefactor, & violator legis, ac blasphemus dicebatur. Exaltabitur ergo dominus exercituum in iudicio, quia iustè iudicabit gentes, & dominabitur populis, & Deus Sanctus Sanctificabitur, idest reputabitur, & declarabitur in iustitia, quia .s. iustus, bonus, & Sanctus, & ab omni labe semotus, & seiunctus, sicut ipse dixit, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et apud Ezech: cap. 15. Et scietis, quia ego dominus cum posuero faciem meam in eos, & dedero terram inuiam, & desolatam, eo quòd praeuaricatores extiterint. Ezech. cap. 15.

14. *Et pascentur agni iuxtà ordinem suum, & deserta in vbertatem versa aduenae comedent.* Iste Textus, & haec particula multas habet expositiones, & valde diuersas, quemadmodum etiam varij sunt textus, ac traductiones. Nos iuxtà textum vulgatae traditionis priùs exponemus secundum sensum literalem, deinde secundum allegoriam. Iuxtà sensum literalem quidam intelligunt per agnos ipsamet animalia, quae comesta erant ab hostibus, quemadmodum & deserta in vbertatem versa ab eisdē hostibus

hostibus, & aduenis diripientur, & comedentur, & hæc est pœna respondens illi culpæ, & vanæ cupiditati, qua nobiles iudæorum curabant lautè, & opiparè sua facere conuiuia, & lectissimis cibis ea referre: Deus autem in eorum pœnam permisit, quòd agni, & cætera animalia comestibilia pascerentur ab extraneis iuxtà ordinem suum, idest prius meliora, & pinguiora, post hæc deteriora. Vel agni pascerentur, idest pascua habebunt iuxtà ordinem suum, idest tutò, & absq; eo, quòd in fugam vertantur, aut greges confundantur. Non est admittenda eorum sententia; qui existimant ab eodem populo iudæo agnos, & deserta in pinguedinem versa esse comedenda, quos dicunt vocari hoc loco aduenæ, quia scilicet fuerunt aduenæ in terra Chaldeorum; Non est inquam admittenda ista expositio, quia maximam vim infert textui, non enim esset imprecatio, sed boni auguratio, & prędictio. Dicamus ergò, vt iam dictum est, quòd post obsidionem, ac desolationem ciuitatis Hierusalem, & totius Iudeæ pascentur, & assumentur agni, & cætera quæq; animalia, & quæcunq; loca ad meliorem frugem reducta ab ipsius hostibus, siue Romanis, siue alijs nationibus, pascentur inquam, idest auferentur, & illis potientur. Allegoricè verò, & iuxtà sensum spiritualem dicimus q per agnos debemus intelligere viros pios, & Sanctos, qui adhærebunt Christo, & propter puritatem, & mansuetudinem appellantur agni. Hi inquam pascent, & nutrientur iuxtà ordinem suum, idest absq; vllo impedimento, dicunt aliqui; sed melius est vt per ordinem intelligamus desiderium, & voluntatem, seu intentionem, quòd videlicet homines pij, & Christo per fidem coniuncti tempore quo Christus fuerit exaltatus, & declaratus Dei filius, & lex etiam Euangelica fuerit propagata, & recepta, pascentur iuxtà ordinem suum, idest iuxta eorum intentionem, ac voluntatem, & maxima cum libertate nemine eos impediente, ac distrahente. Pa-

A scentur inquam à Domino in pascuis vberrimis; et ingredientur, & egredientur, ad libitum suum, et pascua inuenient, vt habes apud Iohannem cap. 10. Huiusmodi autem animalium pastus, & hæc tanta eorum libertas ingrediendi, et egrediendi vbicunq; vel quòcunq; voluerint, signum est, et argumentum quietis, et pacis, quæ futura est tempore gratiæ, & legis Euangelicæ. Deserta verò in vbertatem ver-

B sa aduenæ comedent, hoc est lex vetus, & promissa patrum à iudæis deserta, idest non intellecta, neq; approbata, Versa in vbertatem, idest in gratiæ pinguedinem resoluta. Aduenæ comedent, idest gentes, quæ erant alienæ à Dei cultu, & expertes legis diuinæ, vt verè adimpletum sit quod apud Luc: scriptum est. Alius est qui seminat, & alius est qui metit, quidam enim seminauerunt, & alij in labores eorum

C introierunt. Quamuis hæc sit vera, et germana intelligentia huius particulæ, tamen ad vberiorem notitiam eorum, quæ hic tractantur, prodest mihi afferre etiam expositionem congruam literæ. 70. interpretum; sic enim habet. Et pascentur direpti quasi tauri: et deserta eorum, qui capti sunt, agni comedent. Vbi per tauros nonnulli intelligunt ipsos primates, & principes iudæorum, qui tan-

D quam pingues, & inflati, & summa grauitate, et authoritate turgidi, veluti tauri, pascentur, et diripientur, et ducentur ad supplicia. De quibus tauris dicebat Saluator per Prophetam. Tauri pingues obsederunt me. erunt *Psal. 117.* itaq; tauri isti direpti; et deserti; hoc est domus, et agri deserti, et relicti ab istis tauris, Erunt pabulum agnorum, hoc est virorum fidelium, et innocentium, atq; iustorum.

E Alij per Tauros modo satis apposito intelligunt Sanctos Martyres, qui velut tauri erunt direpti, dilaniati, et ad patibulum conducti. Et vocantur tauri propter fortitudinem, et robur animi, et summam constantiam; ijdem vocantur agni propter innocentiam, mansuetudinem, ac patientiam. De quibus, vel ad quos dicebat Sal-

uator Luc. 10. Ecce ego mitto vos si- A cut agnos inter lupos, et deserta eorum agni comedent, hoc est quæ Iudæi dereliquerunt, diuina scilicet eloquia, agni, idest Christiani in Ecclesia possidebunt, vt paulò ante dictum est. Hæc est expositio textus. 70. interpretum, quam adhibere placuit ob ea, quę ibi dicuntur.

Sequitur Textus: Vbi Deus per Prophetam cōminatur diuersis peccatorū generibus, pro cuius intellectu libet nūc B afferre ipsissima verba. D. Cyrilli. inquit enim quòd summus opifex sua clementia per Sanctos Prophetas alloquutus est Scribas, et Pharisæos, vt ad meliora se reciperēt, et deteriora relinquerent. Deniq; à vitijs, et sceleribus desisterent, et quod bonum est, et rectum summo studio persequerentur, ob id nunc illis præmia multa proponit; nunc suppliciorum genera peccatorum magnitudine digna ex- C ponit, vt omnibus modis ad id, quod vtile est, perducat. Sed cum nullus esset modus, et uia, quæ Iudæorum ignauiæ depellendæ satis esse posset, quando in auaritiam, et libidinem magnopere prolapsi essent, et morbo contumaciæ in Deum extremæ laborarent, sanctosq; prophetas minimè vererentur, & aliis eorum dictis nullam fidem adhiberent, Deus iustus Iudex illis hoc loco multa comminatur. D Et præter ea, quæ diximus, inquit.

15. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum, qui dicitis festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus, & appropiet, & veniat consilium Sancti Israel, & sciemus illud.*

D. Thomas adducens intentionem huius partis dicit hoc loco Prophetam reprehendere, & comminari ijs, qui persistunt in peccatis, neque vo- E lunt, quibusdam falsis, & vanis opinionibus adducti, ab eis recedere: quæ vanitas trifariàm demonstratur. Primùm quidem in contemptum iudicis, qui est Deus: Deinde in excusationem peccati. Postremò quantum ad præsumptionem peccandi; & hic triplex modus, aut occasio, qua de-linquentes perseuerant in peccatis, est ille funiculus triplex, qui iuxtà sententiam Eccles. 4. difficilè rumpitur. Primùm ergo trahitur iniquitas per funiculum vanitatis ratione exempli, quoniam cum quis labitur in aliquod peccatum, nec statim corripitur, in peccando progreditur, præbet alijs exemplum id ipsum committendi. Vnde prouerb. 7. dum loquitur sapiens de adolescente seducto à muliere compta, & ornata, &c. statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & ignorat quòd ad vincula stultus trahitur. Deinde peccatum est quasi funiculus, quo trahimur in vsum peccandi, quia vt dicit beatus Gregorius Peccatum, quod mox per pœnitentiam non diluitur, statim suo pondere ad aliud trahit. Postremò trahit nos funiculus iste ad æternæ mortis interitum, de quo Prouerb: 24. Erue inquit eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Sic ergò manifestum est peccatum esse velut funiculum vanitatis, & quasi vinculum plaustri, quo funiculo perierunt suspendio duo vanissimi homines, & grauissimi peccatores, videlicet Architofel, & Iudas, quorum alter Dauid, alter dominum suum prodiderat, & vterquè sibi ipsi mortem consciuit, existimantes, vt dicit diuus Hieronymus malum conscientiæ presenti morte finiri, & nihil esse post mortem. Nequè ab re, & absquè rationabili causa Propheta comparat hoc loco peccata funiculis, quoniam sicut funiculus ex filis tenuissimis, & leuissimis conficitur, ita peccatum facilè texitur, & conficitur, sed cum inde voluerimus extricari, solidissimis vinculis nectimur, cum autem funiculus difficilè dissoluatur, sic & peccatum. Comparatur etiam & plaustro, sicut plaustrum onustum, & plenum mercibus, & varijs ponderibus est valde graue, & non facilè trahitur; sic fermè est ipsum peccatum. Vt psal. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ

Peccata sunt funiculi.

Peccatum est sicut plaustrum.

natæ sunt super me. De huiusmodi plaustro, idest de impietate dicebat Zach. 5. quòd sedebat super talentum Plumbi ostendens grauitatem peccati. Aegyptij quoque persequentes Hæbreos, descenderunt quasi plumbum in aquis vehementibus: quoniam grauati erant multitudine peccatorum. Hæc ex Diuo Hieronimo D. Thomas vult peccatum comparari plaustro, quia opprimit, & grauat, quod ferè in idem redit. Opprimit inquam quia non sinit nos quiescere, neque quicquam habere solatij, & die, noctuque fluctibus agitari, sicut hic idem Proph: inferius dicit c. 57. Cor impij est quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Et Diuus Augustinus fecisti domine, & ita factum est, vt pœna sit sibi omnis inordinatus appetitus. Potest etiam peccatum appellari vinculum, quia re vera nos vincit, & ligat. ligat namquè intellectum ne videat, & consideret id quod bonum, & rectum est, propterea dicebat ille, Omnis malus ignorans. Ligat etiam pedes, & affectum, ne quid boni faciat peccator, aut appetat. Ob id dicebat ille pater familias, ligatis manibus & pedibus proijcite ipsum in tenebras exteriores. Dicitur quoquè vanitas, quia re vera peccatum nihil est, & quicunque homo delectatur his rebus terrenis, & caducis, vanus est & improuidus, quia hæc velut vmbra transeunt. Et tanquam nuncius præcurrens, & in medio cursu sæpenumero deficiunt. Sed licet ita sit, & testimonio scripturarum comprobetur, vt est illud psal. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Prouerb. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur, tamen si volumus rectè verba textus expendere, & considerare non est eorum sensus, quòd peccata sint velut funiculi, & plaustra, & huiusmodi, sed sunt ea, quæ committuntur, & protrahuntur his medijs, tanquam occasionibus, & instrumentis, quæ statim enumerat: Qui enim trahunt iniquitatem in funiculis vanitatis, idest qui addunt peccata peccatis: his rationibus permouentur, & adducuntur. Primùm quia vident Deum differre pœnas, & supplicia delinquentibus, & dicunt.

Peccatum est vinculũ.

Psal. 118.

A

Festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus, & appropiet, veniat consilium Sancti Israel, & sciemus illud.

Quæ verba dicta sunt per ironiam, propterea quod Prophetæ sæpiùs admonentes populum Israeliticum, Principes Sacerdotum, scribas, & Pharisæos, vt haberent timorem Domini, & à peccatis resilirent, prædicebant multas calamitates, & miserias illis euenturas, illi autem deridebant eos, & paruipendebant eorum comminationes; & huiusmodi verba aduersus eos, immò & aduersus Deum effutiebant, quemadmodum etiam deridebant Christum Dominum in Cruce pendentem, cum dicebant sine videamus an veniat Helias, & liberet eum; & si filius Dei est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei. Et ob id, quia non statim adesse videbant quod moerebantur supplicium, propterea persistebant in peccato, & trahebant peccatum in hoc funiculo vanitatis, existimantes Deum fore mendacem, aut nequaquam facturum quod illis minabatur. Et hac ratione prolongauerunt iniquitates suas, quod etiam Sapiens affirmauit, cum dixit, quia non profertur citò contra impios sententia, filij hominum absque vllo timore perpetrant mala. Hoc inani, & leuissimo fundamento persuadebat Saul 1. Reg. 28. Cuidam Pythonissæ, vt faceret contra Dei præceptum dicit, Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dicit ergo Propheta orationem dirigens, & lamentum ad Hebreos, Væ vobis, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, qui dicitis; festinet quasi dicat, si Dominus vult nos punire, & varijs calamitatibus afficere, & castigare cur tardat?

B C D E

tardat? cur tamdiu differt? cur non exequitur quod ipse prædixit? & citò veniet opus eius? vt citò videamus quid futurum est, & appropiet, ad nos accedat, loquatur nobiscum, veniat consilium Sancti Israel (quod etiam ironicè proferunt) quasi deridentes ipsos Prophetas, qui futurum Messiam, & redemptorem omnium ob reuerentiam, & obseruantiam nominabant Sanctum Israelis, Et sciemus illud, idest cognoscemus, et fortasse apprehendemus consilium eius. Hæc omnia arroganter, & ironicè dicebant, & repetebant. Hoc idem per Ezech: c. 12. Causabatur Deus aduersus istos subsannatores hunc in modum. Filij hominum quod est prouerbium istud vobis in terra Israel dicentes. In longum differentur dies, & peribit omnis visio, ideò dic ad eos, Hæc dicit dominus Deus, quiescere faciam prouerbium istud, neq; vulgò dicetur vltra in Israel, et loquere ad eos, quòd appropinquauerint dies, et sermo omnis visionis: Non enim erit vltra omnis visio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel, &c. quæ in hoc eodem cap: continentur maximè ad hanc rem pertinentia. Ratio ergò, & caussa inanis, & vana, qua isti trahebant iniquitatem, erat iste funiculus vanitatis, et hoc plaustri vinculum, videlicet dilatio iræ Dei, et incredulitas penes verba ipsorum Prophetarum, et vanæ opin ones, quibus adhærebant, et spes omnino inanes, quibus nitebantur, et est opinio quorundam quòd ex his verbis imprudenter, et ironicè prolatis poterat facilè conijci, quòd isti contemptores, et illusores negabāt Dei prouidentiam, neque putabant diem iudicij aliquando futurum. Sed videtur hoc difficilè; Non enim vero est simile, quòd Principes Sacerdotum, Scribæ, et Pharisei ita sentirent. Cum enim ipsi essent aliorum magistri, et Sanctarum Scripturarum interpretes, quo nam pacto poterant reicere scripturas? et non ma-

Ezech. cap. cap. 12.

A ximam illis fidem adhibere? Hoc profectò ita esse congruebat, veruntamen auaritia, et cupiditate referti, et delitijs, ac voluptatibus addicti, re vera non credebant his, quæ alios docebant, et profitebantur. Sic enim Diuus Cyrillus attestatur. d. Primores, & nobilissimi iudaicæ sinagogæ, et qui inter alios cognitione diuinarum legum emicuerunt, iudiciaque apud Deum exer-

B cuerunt grauiter huius criminis arcessebantur, quasi ad largitiones accipiendas inexplebilem manum extendentes, et fratres iudicio perfundere volentes, facilè à recto tramite recedebant; et Saluator noster clariùs, et manifestiùs huius criminis eos redarguit, cum inquit; Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, et gloriam quæ à solo Deo est non que-

C ritis? Io: cap. 5, His declaratis cōsideremus paulisper diligentius uerba presentis litteræ. Primùm quidem illud Væ, quamquam nos exposuerimus esse notam uel signum comminationis. Cyrillus tamen existimat esse notam condolentis, quasi ipse Propheta diuino spiritu afflactus præuidens ruinam, et excidium populi sui ob eius perfidiam, et obstinationem, doleat, tristetur,

D et defleat. Cuius expositionem, siue sententiam non reijcimus, ueruntamē eiusmodi interiectiones, potiùs uidentur innuere minas, et terrores, quàm lamentationes, presertim hoc in loco, vbi recensentur errata Scribarum, et Pharisæorum. Væ, sm̄ Chrisost. significat extrema mala, ut pote sempiternas pœnas. Deniq; trahere iniquitatē in funiculis uanitatis est uel trahere, et producere in longū ipsa peccata, nec uelle

E ab illis resilire, aut peccatis grauioribus addere grauiora, v. g. ludis, aut potationibus addere furtum, adulterium, uel homicidium, uel peccata iā perpetrata uelle alijs peccatis operire, cuius sententiæ est D. August. super Io: tractatu x. Hæc uerba habet, quomodo peccata adduntur peccatis cum peccata, quæ facta sunt, cooperiuntur alijs

Io. cap. 5.

Aug: supra Ioh. trac. x.

alijs peccatis. v. g. furtum fecit, ne inveniatur, qui fecit, quærit Mathematicum. Sufficeret furtum fecisse, quare vis adiungere peccatum peccato? Ecce duo peccata cum ad Mathematicum prohiberis accedere, blasphemas Episcopum, ecce tria peccata, & sic de singulis; & super ps. 108. In modũ funis trahit peccatum, qui ex pluribus minimis crescit in multum, peccata semper tamquam longo fune tendũtur. Nonnulli volunt hoc loco accipi iniquitatem, non pro ipsis delictis, & criminibus, sed pro supplicijs, & pœnis debitis pro peccatis, quasi trahere iniquitatem in funiculis vanitatis nihil sit aliud, quàm damnationem, & supplicium sibi acquirere, quemadmodũ dicit Apostolus de his, qui abutuntur Dei patientia, & longanimitate, videlicet, Thesaurizas tibi iram in die reuelationis, & iusti iudicij Dei. Et ita per funiculos vanitatis volunt intelligi peccata leuiora, quæ facile remittantur, per vinculum plaustri, quod est operosius, & longè grauius, peccata grauiora, quæ non tam facilè remittunur. Hoc tantum hic annotare licet, quòd licet Diuus Hieronymus & alij existiment hæc verba, & huiusmodi minas, aut lamentationes, dirigi ad Principes Iudeorum, quos supra redarguit dominus de auaritia, atq; luxuria, neq; prouocati ab eo ad poenitentiam, voluerunt resipiscere, sed potius in eorũ, obstinatione persistere & perseuerare; ego tamen existimo, & pro comperto habeo ad nos etiam Christicolas verissime huiusmodi verba dirigantur: Quotus enim quisq; nostrum est, qui non solum eadem peccata sæpissimè committat, & quasi funem longam conficiat, verùm etiam peccatis leuioribus peccata multo grauiora adiũgat? Nos etiam adducti vana spe, & fiducia diuinæ pietatis, & misericordiæ, aut etiam de longiori vita nobis ipsis promittentes, & diem in diem differentes, veram, & absolutam vitæ resipiscentiam porogamus, ac differimus; surgamus ergò & resipiscamus, neq; longiorem funiculũ vanitatis protrahamus.

Aug. supra psal. 108.

Tex. 16. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum* A *malum ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce in amarum &c.* Hoc loco, & his verbis comminatur Propheta ijs, qui protrahunt peccata, & in illis persistunt ligati, & astricti alio vinculo vanitatis leuiss: ac debiliss: quod est excusatio peccandi, quam excusationem afferunt, & prętexunt, & quoad intellectum quia existimant tenebras fore lucem, & lucem tenebras: & quantum ad B affectum, quia putant malum bonum, & bonum malum; Postremò quantum ad effectum ponentes amarum dulce, & dulce in amarum. Nec dubium aliquos ex iudęis extitisse, qui fuerunt huius genij, & prauæ conditionis, vt etiam testatus est Saluator. Io. 3 Dilexerunt homines magis tenebras, q; lucem. Quòd autem eiusmodi excusationes nihil afferant adiumenti, & in maximum discrimen homines conijciant C testis est Dauid, qui precabatur Deum his verbis. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, Huiusmodi tamen excusationes reuera non poterant afferre præfecti iudæorum, qui erant instructi in lege, & sciebant voluntatem Dei. Propterea dicamus ꝙ & si optimè nossent hæc omnia habebant tamen voluntatem peruersam, & omnes eorum cogitationes detortas, et D obliquatas, vt potè à Principe tenebrarum obsessas, ac deuinctas, quales, et hodie quoq; sunt pleriq; nostrum, qui mortificãt animas, quę non moriuntur, & viuificant, quæ non viuunt, cuiusmodi fuerunt primates iudæorum, qui petierunt Barabam latronem, et homicidam, ac seditionis authorem, et reiecerunt Christum humani generi sredemptorem. sic enim legitur apud Io cap. 18. Gens tua, & Pontifices E tui tradiderunt te mihi. Tales etiam sunt, qui Christum qui est lux mundi, et lux uera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, respuunt, et Diabolum sequuntur, qui est nox obscuriss: et Princeps tenebrarum. Tales sunt qui patientiam, et humilitatem, ceu res viles, et abiectas damnant, Superbiam verò, et ia-

Io. cap. 18.

ctantiam, tanqnam res viro nobili dignas laudant, & sectantur. Eiusmodi quoq; sunt qui legem domini, quæ dirigit gressus nostros in semitis eius, aut respuunt, & postliminio habent, vel multis superstitionibus, & præceptis inutilibus, ac traditionibus humanis opplent, & confundunt. Tales sunt hodie, & ante hac etiam fuere hæretici, qui falsa pro veris nobis obtundere, & nostris auribus imprimere curauerunt, quibus iure optimo vnà cum Propheta comminari possumus, & eorum deflere miseriam, qui relicto; Christo & eius Ecclesia quę est columna, & firmamentum veritatis, quæq; nullam habet maculam, aut rugam. nouas, & falsas adinuenerunt doctrinas, & eas nobis obtrudere omni via studuerunt. Væ ergò illis sic affectis, quia (vt inquit Cyrillus) in se ipsos impij, & stulti iudices extiterunt, cum enim malum bonum esse dicerent, & tenebras lucem, & amarum dulce, & dulce in amarum cōuerterent, grauissimis, & atrocissimis malis diuexati fuere. Christus enim est verè bonus iuxtà illud Psal. Quàm bonus est Deus is qui recto sunt corde. Est vera lux, quandoquidem Io. perhibuit testimonium de illo. Dulcis, & suauis iuxtà illud ps. 33. Gustate, & videte quoniam suauis est dominus. Quātum ergò mali, quam absurdum, & mōstruosum facinus est rejicere, bonum, & appręhendere malum, reijcere, & euomere id, quod suaue est, & deglutire amarum, euitare lucem, & tenebras appetere? Quæ conuentio lucis ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? Væ ergò miseris sic affectis, et iudicio deprauatis, vt dicant bonum malum, et malum bonum.

Psal. 72.

Psal. 33.

Sed dices qui fieri potest, vt quis dicat bonum malum, et malum bonum cum sint contraria, et non possint eidē inesse? dicit D. Thomas, quòd reuera bonū. quatenus bonū nō pōt esse malū, sed nihil prophibet id, quod est bonum sm̄ vnam rationem, dici mlaum secundum aliam rationem, v. g. Plato, vt homo, est bonus, sed quatenus adulter est malus. Qui verò dicebant bonum simpliciter bonum esse malum, grauissimè errabant, propterea illis minabatur Esa: d. Væ illis, qui dicunt bonum malum, et malum bonum. D. autem August hoc idem prolixius declarat. Enchiridion. cap. 13. et quæ sequuntur: potest enim idem subiecto esse bonum, et malum, at non secundum eandem rationem, puta Socrates secūdum naturam, et substantiam, quo homo, bonus est; Verùm vt iniquus, et iniustus est malus. sic debet intelligi quod ait Saluator, Matth. 22. Bonus homo de bono thesauro profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala. Vocatur ergo homo malus non ratione qua homo, sed ratione qua fallax, et iniquus. Qui ergò diceret, quatenus hō, est malus, et quatenus fallax bonus, iste diceret bonum malum, et malum bonum. Sed iterùm quæres, quæ causa est, quòd intellectus, qui secundum se, secundum Arist: semper est rectus, apprehendit id quod est secundum se bonum sub ratione mali, et qđ secundum se est malum, sub ratione boni. V. g. remittere iniurias est secundum se bonum, sanctum, et laudabile, vt puta præceptum à Deo; quidam verò existimant id esse turpe, malum, et ignominiosum. Dico hoc prouenire ab ipsa voluntate, quandoquidē voluntas illecta, et abstracta à concupiscentia, apprehendit id quod est malū. v: g: furtum, et adulterium sub ratione boni, et illud offert intellectui; et hac ratione id quod est secūdum se malum iudicat esse bonum, et inde si datur facultas, et occasio progreditur in opus. At ratio secundum se nunquam iudicabit furtum esse licitum, sed decepta, et seducta ab ipsa voluntate sub ratione vtilis, et delectabilis iudicabit illud esse bonum, quemadmodum B. Greg. in p. Moralium. cap. 3. Nec mireris ꝙ ratio, vel intellectus seducatur, et deprauetur ab ipsa voluntate, cum actus intellus sit prior actu voluntatis, qm̄ licet actus intellectur sit prios actu voluntatis, et consequenter error volūtatis debet prouenire ab errore intellectus, et non è contra; verūtamen, vt dicit Arist: lib. 3. Ethic cap. 1. quando intellectus peccat per ignorantiam, cum

D. Thomas

Aug. Enchi. cap. 13.

Matth. 22.

Greg. primo moralium. cap. 3.

Arist. 3. Eth. cap. 1.

eum.s. apprehendit rem aliter quam sit, tunc error intellectus præcedit errorem in voluntate; At quando intellectus peccat ignorans, idest deceptus, & seductus, tunc error in voluntate præcedit errorem in intellectu. De huiusmodi errore loquebatur Salomō, Prou. 14. Est via quæ videtur homini iusta, nouissima autem eius deducunt ad mortem. Oportet igitur plurimùm cauere ne à concupiscentia trahamur, quoniam vt inquit præfatus Apostolus Iacobus primo cap. cum concupiscentia conceperit, parit peccatum, peccatum verò cum consumatum fuerit generat mortem. Sequitur textus.

Prou. 14.

Iacob. 1.

17. *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis met ipsis prudentes, &c.*

Comminatur Propheta huic generi personarum, quales sunt hæ, quæ de se ipsis nimiùm præsumunt, & sunt sapientes dumtaxat in oculis suis. Quibus verbis vult Esa: redarguere magistratus, & rectores populorum, quorũ interest alios instruere, & docere, sapientes inquam, qui sua sapientia, discursu, & consilio debent aliorum commodis prouidere; Prudentes autem, qui sua prudentia, & dexteritate alios regere, & quasi manu ducere, de quibus loquitur etiam D. Paulus, dum inquit, Nolite esse prudentes apud vos met ipsos. Isti igitur, qui sunt sapientes in oculis suis, & prudentes apud se met ipsos, sunt ij, qui spreto iudicio, & iustitia, & aliorum consilio, suas tantum opiniones mordicùs amplectuntur, & vias suas ingredi volunt. Contra quos Saluator dicebat. Vę vobis, qui habetis clauem scientię, nec vos introistis, neq; alios introire permittitis. Legimus apud D. Paulum hęc duo, videlicet, Ne sitis stulti, & alibi ne sitis sapientes apud vos ipsos, quæ duæ enunciationes, seu monitiones, idem significare videntur, Non sic est: nam stultus appellatur qui non intelligit voluntatem Dei. Sapiens apud se ipsum dicitur ille, qui proprio sensu vtitur, & non secundum fidem verba Dei sectatur. Vtrumq; hoc loco redarguere videtur, & taxare diuinus Propheta. Et quidam volunt hoc loco Prophetam

Sapiens & Prudens. quo differũt.

Rom. 12.

A innuere, & præmonstrare consilium illud, & stultam sapientiam, atq; prudentiam, quæ fuit ostensa aduersus dominum, cum fuit conclusum in concilio Pontificum, & Phariseorum contra ipsum, quòd expediebat, vt vnus homo moreretur pro populo, ne tota gens periret. Aliam cōminationem subijcit hîc Propheta, cum inquit.

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem &c. 18.

B Mihi re vera videtur, quòd ista comminatio propriè referatur ad magistratus, quorum munus, & potestas est ad publicos vsus ordinata, qui tamen per potentiam, & authoritatem, qua pollent, sua officia post habentes, suis tantum delitijs, & voluptatibus, incumbunt, & hac in re ostendunt se fore potentes, & magnanimos, contra quos nihil habere virium cęteros quicunq; illi sint; Veruntamen væ illis, quia alibi scriptum est. Potentes potenter tormenta patientur. Miscere autem ebrietatem, est vnà cum vino multa perpetrare flagitia. Et sub hac comminatione tangit etiam eos, qui muneribus iustitiam deludunt & inquit *(supple væ vobis) qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.* Hoc profectò est grauissimum peccatum; immò sunt duo peccata, quorum quodq; est in se, & seiunctum ab alio, valde detestandum; & à Deo optimo maximo qui iustus est, & iustitiam dilexit magnopere damnatum, & maledictum, cum autem hæc duo fuerint coniuncta simul, peccatum erit dubio procul grauissimum. Auferre iustitiam iusti, idest condemnare eum, qui iustus est. Et quouis modo, aut per industriam, & data opera, vel minis, aut promissionibus quorumcunq; aut etiam ex ignorantia, seu neglecta, seu affectata iniuriam inferre piaculum est, & illud sanè quam maximum. Cōn quos legitur Prouer. 17. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum abhominabilis est vterque apud Deum. Contingit autem bifariam auferre iustitiam iusti ab eo, vel in foro iudiciali, vel in priuatis colloquijs, vel

C

D

E

Prouer. 17.

etiam in hominũ consortio; detrahere videlicet, aut minuere, vel denigrare famam proximi, quod etiam facinus non est leuiter puniendum. Aduersus huius conditionis hominem loquitur psal.d. Detrahẽtẽ secretò proximo suo, hunc persequebar. Et alibi commendatur vir, & cælesti dignus habitaculo reputatur, qui loquitur veritatem in corde suo, & non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Accipere quoq; munera quandoquè damnatur in sacris litteris. Scriptum est enim Beatus qui excutit manum suam à munere. Et Iob. 15. habet. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Quare cum vnumquodq; eorum seorsum sit maximè detestandum, facilè est videre, & citrà omnem controuersiam concludere, & inferre possumus quàm maximum sit crimen pro munere, quodcunq; sit illud, siue à manu, siue ab obsequio auferre iustitiam iusti: proinde iure optimo commendatur à Propheta qui munera super innocentem non accepit. Et eadem ratione hoc vltimo loco minatur illis Esaias maximum exitium, qui iustificant impium pro muneribus, & iustitiam auferunt ab eo. Licèt huiusmodi comminationes hîc enarratæ, designatæ per hanc notam interiectionis, Væ; sint tantummodo sex, Abbas tamen Tuitien enumerat octo, & totidem vult eas esse, quæ per Christum dominum fuere Scribis, & Phariseis indictæ, Matth. 23. Quare innuere videtur maximam inter vtramq; scripturam concordiam, & consonantiam. Omnes istas comminationes, siuè querelas aliqui volunt reducere ad illas octo beatitudines, quas enumerat Saluator apud Matth. cap. 5. Existimantes hæc omnia esse peccata sicut defectus oppositos illis beatitudinibus. Ego autem ne vim faciam præsenti litteræ, arbitror potius per illas indicari illa peccatorum genera, quibus maximè vnusquisq; in se ipsum delinquit, atque etiam in proximum; dum quidam primò peccant per auaritiam: nonnulli per concupiscentiam carnis, quæ penes gulam, & luxuriam versatur: nonnulli per superbiam peccata excusando: alij qui sunt faciles in exequutione malorum: quidam contra proximum peruersè iudicando. Et omnes hi grauiter peccant ob pertinaciam in peccando; sex illæ comminationes ad ista sex peccandi genera facilius reducuntur. Sequitur Textus.

Ps. 100. | Iob. 33. | Iob. 15. | Matth. c. 5. | Tex. 19.

A | B | C | D | E

Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flamma exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascendet, &c.

Consequenter hoc loco Propheta prædicit pænam tot scelera, & flagitia consequuturam post comminationes iam propositas, & expressas. Et summa totius huius capitis residui, est prędictio, & propalatio summę, & extremæ desolationis gentis iudaicæ, quæ desolatio, vt videbis, est furtum propter immane scelus, quod commiserunt cõtra Christum dominum. Neq; talis desolatio referẽda est ad illud excidium, quod passi fuerunt sub Rege Chaldeorum, quando, s. fuere ducti captiui in Babiloniam, quia vt aliàs diximus non fuit totale excidium, nec radicitus fuit extirpata ciuitas Hierusalem, quorum sententiam eficaciter impugnat Diuus Hieronymus, Sed loquitur de excidio, ac destructione facta per Romanos. Nec interim abnuo illorum sententiã, qui dicunt hoc futurum tempore Antichristi, quamuis & nunc Antichristi multi sunt. Vt habetur prima Ioh. 2. Iob. 2. Dicit ergo sanctissimus Vates. Propter hoc, idest propter multa scelera, & abhominationes, quas hactenus fecistis, & nunc quoq; facitis, et presertim propter hoc vltimum scelus, & iniquitatem, qui iustificatis impium, hoc est Barabam hominem scelestum, & nefarium, et iustitiam iusti, idest Christi domini Redemptoris nostri auferris ab eo, dicentes illum fore seductorem, blasphemum, & diuinæ legis contemptorem; & postremò morte turpissima condemnantes, propter hæc omnia inquam, maxima vos manet ruina, vt mox dicemus. Sed dices quibus muneribus attracti, & corrupti hoc fecere? Respondeo quòd munera

sunt

sunt multiplicia, inter quæ sm̃ Arist: ad Nicomacum locantur fauores, & gratiæ Principum, spes honoris, & dignitatis consequendæ, aut alicuius lucri, vel commodi cupiditatum, aut etiam sæpenumero metu alicuius mali, vel damni; hæc omnia lato vocabulo inter munera computantur. Propter hoc ergo sicut lingua ignis idest flãma deuorat, & absumit stipulam, siue paleam, aut quascunq; quisquilias, & sicut calor flammæ exurit, cum præsertim fuerit nimius, & facilè combustibili propinquus; sic radix eorum sicut fauilla erit, quia statim dissoluetur, & euanescet; Et germen eorum, quod ab ipsa radice procedit, vt puluis ascendet, quia statim dissipatur, & in nihilũ recidit. Dubium est, cur flamma ignis appellatur lingua? Respondeo secundum quosdam, quoniam flamma ignis multam habet similitudinem cum lingua, quoniã sicut lingua habet basim, seu radicem aliquanto latam, cuspidẽ verò acutam, sic flamma inferiores partes habet crassiores, cuspidem verò acutam; & ratio est, quia partes flammę inferiores sunt terrestriores, superiores vero sunt valde puriores, & tenuiores, proinde, & acutiores. Alij dicunt quod flamma ignis comparatur linguæ, quia est rubea, vel rubescit sicut lingua, & in acutiem tendit. Ego autem existimo, quod flamma comparatur linguæ, ratione velocitatis, quoniam quemadmodum lingua absq; vllo negocio facile mouetur, vnde psal. lingua mea calamus scribæ velociter scribentis; sic & flamma ignis velocissimo mouetur, & sursum tẽdit. Cum autem inquit, quod radix eorum quasi fauilla erit, nulli dubium. per radicẽ intelligendã esse ciuitatẽ Hierosolimã, quæ erat velut radix totius Israeliticæ gentis. Germen autem eius intelligi potest omnis eius magnificentia, decor, & ornatus: Vel per germẽ quod procedit à radice, intelliguntur alię ciuitates, oppida, & loca Iudeæ. Inquit ergo quòd radix eorum, idest metropolis, & primaria ciuitas totius Iudeæ, quasi fundamentum, & firmamentum, ac robur totius illius populi redigetur in fauillam idest exterminabitur, & funditus euertetur. Germen etiam idest decor, & pulchritudo, & speciositas illius ciuitatis, & populi, vt puluis ascendet, & prorsus in nihilum redigetur D. Hieronymus per radicem videtur innuere initium, & principiũ omnium malorum. Quod quidem fuit cupiditas, & auaritia, quæ verè est radix omnium malorum, ex qua radice, & arbore mala prodit hoc germen, quod est Dei contemptus, vt paulo post videbimus. Dicit etiam iste sanctus Ecclesię Doctor. possumus intelligere malas cogitationes, & praua desideria, vnde prouenit hoc germen, quod est opus malum, & tandem cogitationes, desideria, vanitates, & cuncta hinc procedentia facilè in vnum comburentur, & in summa vult innuere Propheta, quod quicquid roboris, virtutis, ac fortitudinis in ipsis Israelitis reperiebatur quicquid virile, & solidum, atq; quicquid pulchrum, & magnificum, tota nãq; ipsa arbor idest Hebræorũ natio; quæ radicibus, trunco, ramis, folijs, & fructu constat, veluti quid putridum & marcidum statim dissoluetur, & in puluerem redigetur. Et hanc similitudinem videtur inuere Diuus Thomas, dum inquit, quòd patres, vel cognati, & germen eorum idest filij, in quibus maximè confidebant Iudæi, quasi fauilla dissoluentur, & tanquam puluis citò euanescent; id quod fuit prædictũ per Malachiam Prophetam cap: vlt. & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos; sic etiam Iob: 21. erunt impij sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla cum turbo dispergit. Aliqui dicunt, quod ponentes radices in peccatis flamma ignis exurit, vt magis propinqua, & idonea, calor verò vt magis distans; sed vtcunq; fuerit, dicam, quòd radix idest cogitationes prauæ, & quicquid ab illis procedit, facilè comburetur, uel à flamma, vel a calore, cũ venerit dies vltimus. Affert statim Esai: hoc loco rationem, qua tam facilè ruent: inquit enim. *Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt.* Vide quęso

Ps. 44.

Malachias cap. vlt.

Iob. 21.

quæso, & obserua, quod prudenter ad modum aduertit D. Hieronimus cum multa peccata perpetrarunt Iudæi, qui bus valde admodum offenderunt Deũ nullius eorum meminit ipse Vates, nec aliquod aliud exprobat eis, nisi quia abiecerunt legem euangelij, & sermonem domini blasphemauerunt. Vocat hoc loco sanctum Israel, tum quia re vera ipse solus santificabat Israel, vel etiam quia pro Sancto ab illis habebatur. Ex his potest conijci non ab re adducere Esaiam rationem, quare fuerit tanta vastitas, & desolatio Iudæorũ, Vt scilicet agnoscerent non perperam & ioco, sed serio, ac pro rei veritate illa eum predixisse. atq; ita resipiscerent, & auerterentur a via sua mala, & ab abhominationib⁹, quas hucusq; fecerũt. Dicit enim quod abiecerunt legem domini exercituum non vt palam, & aperte illam reicerent, sed quia corde, & animo, & spiritu interiore contemnebant, & pleriq; absq; vllo timore, & reuerentia eam peruertebant, eloquium Sancti Israel blasphemauerunt, dubio procul, verbum, quod mandauit Deus per Prophetas respuerunt, & postremo sacrosanctum Dei euangeliũ, quod Deus pater loquutus est nobis in filio, quod verè, & propriæ dicitur eloquiũ Dei, blasphemauerunt, cum dicerent, Non est hic homo à Deo, qui sabbathum nõ custodit Io. 9 Et aliàs Io. 8. Samaritanus es tu, & demonium habes, & hic si esset propheta, sciret vtiq; quæ & qualis est mulier, quę tangit eum. Et multa alia dicebãt blasphemantes ĩ eum (ideo sequitur in textu) *Iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearũ*. Diuus Chrysostomus egregie exponit hunc locum dicens p hæc verba innui grauem vindictam affuturam quandoq; peccatorum, quæ perpetrarunt Iudæi, vt ne corpora quidem eorum permissurus sit Deus dari sepulturę, vt futuri superstites cõsideratione alienæ calamitatis aliquid pręcidant ex sua ipsorum malitia. Sic etiã prędixit Hier. cap. 8. Non colligentur

Hierony. | Io. 9. | Io. 8. | Tex. 20. | Crysost. | Hier. 8.

A neq; sepelientur, ita sterquilinium super faciem terrę erunt. Sẽsus horum verborum facilis est, & planus, sed pp verba; aliqua sunt repetenda vt prius. Primum ne existimes in Deo, qui est summe simplex, & omnis passionis expers, sit ira, & furor, sed cum grauiter animaduertit in aliquem, dicimus in eo esse iram, & furorem; & hac ratione precabatur Dauid dicens, Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Deinde vo- Psal. 6.
B cat hoc loco iudęos populum suum pp patres, qui verè dici poterant populus Dei, iuxta illud, Iacob funiculus hęreditatis eius; cum dicitur Deum extẽdisse manum suam, nihil aliud vult innuere, nisi quod incępit exercere virtutem, & potestatem super eum, qui percutitur, & est loquutio metaphorica. Cum enim Deus dissimulat peccata nostra, & non punit ea, dicitur habere manum complicatam; at cũ post mul-
C tam, & diuturnam tolerantiam, & patientiam incipit aliquem percutere, aut flagellis cedere, dicitur extendisse manum suam. Propterea dicit Iob. manus Domini tetigit me. Et quẽadmodum supra quoq; diximus, Manum tuam long. fac à me &c.

4. Cum dicit conturbati sunt montes, & facti sunt morticinia quasi stercus ĩ medio platearũ: Neq; etiã existimes quòd montes re vera conturbentur, &
D commoueantur, tamet si apud Deum non sit impossibile omne verbum, sed hęc est loquutio hyperbolica ad insinuandum, scilicet tantam fore confusionem, perturbationem, & illius populi commotionem, ac dissipationem; et plagam illis immissam, et inflictã vsq; adeò fore validam, et præpotentem, vt montes ipsi videantur perturbari, et commoueri. Aut dicas quod per montes hoc loco possumus intelligere ma-
E iores, et potentiores in populo, quippe qui præ alijs õnibus molestias multas pertulere, et in maximas angustias et afflictiones, et in mortem ipsam tãdem deuenere. Diuus Hieronymus p montes vult hoc loco posse intelligi aduersarias potestates, et ministros Dei ad puniendos malos. Sed vide tandẽ quod sequitur. Hierony.

Cum

Cum tot, et tanta fuerint perpessi Iudęi, vt aliquando tandem resipiscerent, & conuerterentur ad Deum, minime omnium id pręstiterunt, & pprea d. Propheta, *Quod in his omnibus, & post hæc omnia non est auersus furor Dei (supple aduersus illos) sed adhuc manus eius extenta*, Hoc est præparata ad plures, & grauiores pęnas illis infligẽdas. Nondum complicuit manum, sed adhuc permanet in actu exercito, hoc est etiam num exercet illam puniendo, & corrigendo gentem istam perditam, & obstinatam Quibus verbis non nulli volunt ostendi vindictam fore perpetuam, & vsq; ad finem mundi duraturam aduersus Iudæos, & post consumationem seculi aduersus eos, qui non fuerunt conuersi sine vllo fine permansuram. *Et leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet &c.* In postrema parte huius capituli describit dispositionem, & pręparationem exercitus, & conuocationem, qui contra vniuersam Iudeam iubẽte Deo est profecturus; & pdicit õnẽ eius belli apparatũ, & ruinam, & calamitatẽ ipsius Regni futuram. Dicit ergo, *Et leuabit signũ in nationibus procul.* Signũ istud, quod leuabit ipse Deus est signũ quo vocabit exteras gentes aduersus Iudæos, quod nihil aliud est, nisi indicere bellum, vel propalare bellum. Aut signum istud accipitur pro vexillo quod eleuabitur, & erigetur cõtra Iudęos, sub quo multi ad eorum destructionem accurrent. Et potest etiam accipi, & longe melius pro signo crucis, ad quod, & sub quo gentes ad fidẽ vocatæ depositis oneribus peccatorum velociter accurrent, atq; crediderint. Vbi non mireris, quod licet signum primo modo acceptum accipi videatur in malam partem quandoq; tamen sumitur in bonam vt Esa: 62, dicitur leuate signum ad populos, confortamini, & nolite stare &c. Per nationes procul existentes, & per fines terræ, nihil aliud vult innuere, quam regiones longinquas, & valde distantes ab ipsa Palestina. Nec solum erunt procul respectu regionũ, & locorũ, verũ etiam erũt procul à Iudęa moribus, & lĩgua, cum quibus difficile admodũ poterant Iudęi pacisci, aut fœdus inire, quod pleriq; intelligunt de exercitu Romanorum, & de alijs nationibus, quæ non satis pcul respectu Iudeę, ab Vrbe distabant, id quod prædictum fuit, Nũ. 24. per ipsum Balaam, cuius verba sunt hæc. Veniẽt in Triremibus de Italia superabũt Asirios, vastabuntq; Hebreos, & ad extremũ ipsiquoq; peribũt. Et Deuter 28. Adducet inquit, Dominus super te gentẽ de lõgĩquo, & extremis terræ finibus in similitudinẽ Aquilæ volãtis cũ impetu, cuius linguã ĩtelligere nõ possis, gẽtẽ procacissimã, quæ nõ deferat seni, nec misereatur paruuli, & quæ sequũtur &c. Neq; etiã mireris, quod ipse Deus à tã lõgĩquis partibus & ab extremis terræ finib⁹ cõuocet tãtã armatorũ multitudinẽ, cũ & ipse sit potẽs de lapibib⁹ suscitare filios Abrahę cũ etiã saluator noster dũ esset ppinquus suæ passioni dixit Petro. An putas quia nõ possũ rogare patrẽ meum, & exibebit mihi modò plus quã duodecim legiones ãgelorũ? Dicit etiã Esa: 7 quod Dñus Deus, cũ venerit tẽpus vltionis, sibilabit ad eum de finibus terræ. Sibilare .n. est simplici quodam nutu aliquid innuere, vel quempiam vocare quo sibilo Deus mouebit vniuersum orbẽ, & cõgregabit õnes gẽtes de cũctis partibus terrę. Vbi nota ne forte deciparis, quod sibilus pprie non est vox vlla articulata, sed potius quidã motus cũ cursu lĩguę, & aliarũ partiũ corporis, quæ ad formãdã vocẽ requiruntur, & propriè lingua nostra materna italice vocatur: fischio. & talis sibilus sumitur, & ipse ĩ bonã, & ĩ malã partẽ. In malã Esa: 7. Et erit ĩ die illa, & sibilabit Dñs Muscæ, quę est ĩ extremo fluminũ Aegypti, & Api, quæ est in terra Assur, & quę sequuntur. In bonã partem accepit Zacha. 10. dum inquit, sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos. Deus ergo sibilat in bonum, dum nos ad bonum prouocat, & mouet interius ac spirat. Sibilat ĩ malum cum excitat aliquos ad vindictam sumendã de aliquibus impijs, & diuini verbi cõtemptoribus, & pulcherrima quidem vtitur

Marginalia: Tex. 21. — Tex. 22. — Esa. 62. — Num. 24. — Deut. 28. — Esa. 7. — Sibilũ quid. — Esa. 7. — Zacha. 10.

vtitur hoc loco Methaphora sanctissimus hic vates cum dicit Deum sibilare ad eum de finibus terræ, vt ostendat nō minus facilè esse Deo in modico temporis momento innumeram hostium multitudinem conuocare, & coadunare, quàm fit homini sibilare; Et sicut in Naui ad sibilum Naucleri omnes ministri præstò adsunt ad iussa Gubernatoris exequenda, ita ad quodcunq; domini uotum, & iussionem ex omnibus terræ partibus citissime possunt quotcunq; voluerit congregari. Sequitur postea appositissime. *Et ecce festinus velociter veniet*, Hæc namq; particula ei correspondet, qua derisorie dicebāt illi contra Prophetam, Festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus, Nunc ait Propheta: Et ecce festinus velociter veniet, & multò celeriùs, ac citiùs, quàm vos vnquam putassetis. Habito namq; præcepto, & erecto signo, seu vexillo festinus veniet vltor, & velociter, quia scilicet nulla interposita mora, aut temporis dilatione tractus, vel attractus, & Dei potentia, ac virtutæ præmonitus accedet, non tam ad pugnandum, quàm ad prædandum, & vorandum præstò aderit, vt prædixit

Hier.trē. 4 Hiere: Tren: 4. Velociores fuerunt persequutores nostri aquilis cæli. Non est deficiens, aut laborans in eo, in eo inquam exercitu nullus erit deficiens, qui præ nimia corporis lassitudine desistat, aut laborans, qui in itinere fatigetur, id qodu lingua materna diceremus, nullus erit, *Che nel viaggio si strac chi, ò venghi meno*.

Deinde *non dormitabit neq; dormiet i*, nullus erit, qui tam profundo somno opprimi patiatur, vt cesset ab itinere, aut à labore desciscat. *Neq; soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius*. Quo ostenditur milites illos, qui ad debellandos hæbreos fuerint selecti fore tam vigiles, & prōptos ac expeditos, quòd cubitum adeūtes, & diluculo exurgentes, ne tempus conteratur in se ipsis cingendis, & coaptandis, non soluent cingulum renum, neq. corigiam calceamenti, sed vestiti, & armis induti decumbent, & modicum, ac leuem captabunt somnum.

A Prætereà nè iste militum apparatus ratione equorum, aut aliorum iumentorū, quæ necesaria sunt exercitui, ullū habeat impedimentum, neq: vllam tarditatis causam, & arma sint egregiè præparata (inquit) *Sagittæ eius, idest exercitus, acutæ, idest*, Fortiter, & acriter pungentes, & penetrantes, iuxtà illud; Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs; *Et omnes arcus eius extenti*, vt nulla mora intercedat ad emit

B tendas sagittas, quando fuerit opus: *Et vngulæ equorum vt silex*, idest duræ, & infatigabiles, ac non facile consūptibiles; *Et rotę eius quasi impetus tempestatis*. Rotæ inquam curruum, quibus vehuntur homines, & arma, & reliqua supellex, ob eorum multitudinem, & cursus velocitatem, cum sonitum, & strepitum efficient, velut impetus tempestatis.

Deinde rugitus eius, idest ipsius exercitus, erit velut rugitus Leonis, Rugiet vt catuli leonum, & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eripiat. De impetu tempestatis, qui cōparatur motui curruum dicebat Hier. cap. 4. Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius. Exercitus autem rugiet, vt Leo, non solum dum est in acie, & cum hostibus congreditur, verùm cum deprædatur&, rapit quicquid ad eius manus deuenerit. 23. C *Hier. ca 4.*

D Aut dicas exercitū Romanorum Leonis rugitui comparari ob ferocitatem, sæuitiam, & crudelitatem; Vnde Oseę 11. dicitur. Post dominum ambulabunt, quasi Leo rugiet, & formidabūt filij maris; Postmodum (inquit) *& tenebit prædam*, ne alius suffuretur, *& amplexabitur*. Amplexabitur (inquam) quia strictè, & firmiter secum illam habebit: nam quos amplectimur, non permittimus vt facilè excidant, & à no

E bis seiungantur. Propterea subdit, *non erit qui eripiat*: præda enim dicitur esca, vel quicquid aliud, quod vi capitur, aut surripitur, *& sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris*: quemadmodum etiam Hiere. 6. dicitur, Vox eius quasi mare sonabit. Solet enim mare cum fremit incutere timorem his, qui sunt propè. Id quod aliquando sum *Hier. 6.*

ex-

expertus, dum ob assiduum ipsius fre- A mitum maximè pauebam, cum propè adessem. Tandem Esa: concludit miserum, & lachrimabilem illius populi statum, & conditionem, quandoquidem nullus erit adiutor; sic enim dicit *Aspiciemus in terram, & ecce tenebre, scilicet tribulationis, & afflictionis, & lux ob-*
Tex. 24. *tenebrata est in caligine eius q. d.* Aspicere cœlum non possumus, quia lux cœli obtenebrata est in caligine eius: Sic etiam per Hier: dicitur. Aspexit terram & ecce vacua erat, & nihil: & Cœlos, & non erat lux in eis. Diuus Hieronimus dicit, Aspicimus terrã quia nõ audemus aspicere cœlum, cum eius habitatorem offenderimus. Et lux dicitur obtenebrata in caligine, quia tota gloria illius populi videbatur extĩcta. Cirillus dicit; lux obtenebrata est in caligine, quia mentes eorum erant confusæ, & inopes consilij. Omnem hanc ruinam, & desolationem Diuus B Hieronimus refert ad eam, quæ fuit facta per exercitum Romanorum, alij ad captiuitatem babilonicam, nonnulli vero ad extremum diem iudicij.

CAPVT SEXTVM.



Tex. 1. *N Anno, quo mortuus est Rex Ozias, vidi Dominũ, sedentem super solium excelsum; & eleuatum; & ea quae sub ipso erant replebant templum: Seraphim stabant super illud: sex alae uni, & sex alae alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis*
2. *terra gloria eius.* Et commota *sunt super liminaria cardinum,*
3. *à voce clamantis, & domus repleta est fumo,* Et dixi *væ mihi,*
qa tacui, qa vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta
labia habentis, ego habito, & regem Dominum exercituum vi
4. *di oculis meis.* Et volauit *ad me vnus de seraphim, & in ma-*
nu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meũ
& dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua,
5. *& peccatum tuum mundabitur:* Et audiui *vocem Domini, di-*
centis; quem mittam, & qs ibit nobis? & dixi, ecce ego, mitte
me, & dixit: Vade, & dices populo huic; audite audientes, &
6. *nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere:* Ex-
cęca *cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clau-*
de, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde
7. *suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.* Et dixi, *vsq; quo*
Domine? & dixit, donec desolentur ciuitates absq; habitatore,
& do-

& domus sine homine, & terra relinquetur deserta. Et longe *fa-*
ciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat
9. *in medio terræ,* Et ad huc *in ea decimatio, & conuertetur:* Et
10. erit *in ostensionem, sicut terebintus, & sicut quercus, quæ expan-*
dit ramos suos: semen sanctum erit id, quod steterit in ea.



EXPLANATIO IN SEXTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.



CAPVT Istud sextum multas habet particulas, quemadmodum multa sunt, quę continet misteria, primum quidem ponitur, & describitur Admirabilis visio, quam habuit hic Propheta Esaias, cum omnibus circunstantijs, & conditionibus adiacentibus, vt visio clara, & sensata videatur, uti suo loco videbitur .2. explicat Propheta, quid ei contigerit post hanc visionem, & quid secum ipse persenserit, & meditatus fuerit. tertio & vltimo quid fuerit ei præceptum, ac demandatum, & quæ inter ipsum, & Seraphim fuerint habiti sermones, & colloquia. Prima pars à principio huius capitis vsq; ad illam, Et dixi, ab hac parte vsq; ad illā, & volauit ad me vnus de seraphī. Tertia, & vltima ab hoc puncto vsq; in finem. Volunt nonnulli, hanc visionem, quæ in hoc capitulo proponitur esse omnium primam, quam habuerit Esaias: quæ .n. ante hac ab eo prędicta sunt, nō visiones, sed cōminationes, potius ac prędictiones nuncupari volunt: at priusq; res hęc determinetur à nobis, quando, & quomodo fuerit ista visio, videamus primum intentionem istius capituli, & A quò tendat ista visio; deinde quis fuerit iste Rex Ozias, & cur eo mortuo Esaias habuerit hanc visionem. Dicimus ergo quòd ipse Propheta patefecit hāc admirabilem visionem, quam habuit sub Ionata filio Regis Ozię, & voluit eam hac ratione monumentis tradere, vt ostenderet, quam habebat au ctoritatem, ideoq; suis dictis indubitata fides haberetur quibus prędicebat vastitatē B Iudęorum, tametsi quidam ex eis per fidem in Christum venturum essent aliquando salutem consecuturi. D. Thomas vult ipsum prophetam intendere afferre vltimā, & extremam sētentiam, quam Deus est allaturus, tāquam iudex incorruptus, & in solemni forma iudicij aduersus pertinaces, & ī credulos Iudęos, propterea dicit se vidisse Dn̄m, nō quomodocunq;, sed, sedentem, non vbicūq; sed sup soliū ex C celsum, & eleuatum, & ab Angelis, ac potestatibus super cęlestib⁹ vndequaq; septum, & circundatum; quemadmodum fieri solet apud Iudices, dum sup aliqua re graui diu discussa, & agitata volunt solemnem, et inappellabilem ferre sententiam. Id autem fit, vt nos homunculi, tantam, et tam maximā supremi iudicis virtutem, ac potentiā vereamur, et pertimescamus iudicia eius, quæ sunt vera, et iustificata in semetipsa Deinde quis fuerit iste Rex Ozias

ex 4. Reg. capite 15. & ex 2. libro Paralipom: ca: 26. potest facilè videri: sed illius progressum, ac finem egregiè describit Cyrillus; inquit enim; quod postquàm, Dei auxilio, & beneficio expugnauit finitimas gentes aduersarias, & plures mirificas, atq; magnificas res præclarè gessit, hoc fœlici successu inebriatus est, & ad superbię scopulum impegit; namq; eò amētiæ deuenit, vt sacrum ministerium sibi ipse arripuerit, sed & spontè nō vocatus ad sacrificandi munus accesserit; ingressus enim Dei templum, non leuitarum vel Sacerdotum opera vicaria in offerēdis Deo Hostijs vti voluit, sed ad diuinū altare assiliens, pręter morē, & legem ausus est incēsum adolere, ac repræhēsus quidem est à tribu sacerdotali, quasi impiè agens, & legem violans: At ille regali dignitate insolescēs, hanc sibi Sacerdotij functionem arrogauit, spretoq; Sacerdotum consilio, confestim à Deo redarguitur lepra videlicet percussus, morbo in ipsa propria fronte germinante. Is ergo est Ozias, qui & Azarias nuncupatur, & alicubi etiā Zacharias vt refert idem Chrisost. de quo loquitur nūc Propheta, & sub quo iam vita functo, vidit visionem. Cur aūt eo mortuo, vel post eius mortem fuerit facta hæc visio ipsi Prophetę, ea ratio est, quia adeò displicebat ipsi Deo sub impuro, & immundo principe cœlestia secreta cuiq; innotescerent, quod existente isto rege, de quo loquimur, leproso, & immundo, quam leprā ob suam temeritatem, & sacrilegium contraxerat, non congruebat aliquod misterium ipsi Prophetæ reuelari. Vnde Diuus Hieronymus manifestè asserit, mortuo Ozia, & imperante Ionatha, Esaiam vidisse Dominum, sic etiam Origenes in cap: 2. lib: Iudicum Hom: 1, videtur sentire.

Ozias Rex multinominus.

Sic quoq; legimus in exodo, quòd mortuo Pharaone, qui opprimebat Israel, populus cœpit clamare ad Dominum, quod quidem nō ideo factū est à deo, quasi suos Prophetas oderit, aut voluerit eos affici contumelia, sed potius volens ostendere, ac declarare eos, qui pręter legislatoris voluntatem

A immundo, & contagioso morbo affecti cohabitare volebant fore indignos admonitione, & consilio Prophetarum, id quod per Ezechielem Dominus aliquando demonstrauit, dum ad eum sic ait cap. 3. linguam tuam ligabo, & obmutesces, nec eris illis corrector, & censor quia domus exasperans est.

Dicimus etiam, quod postq; obijt Ozias, desijt tempus silentij diuinasq; visiones Sanctis Prophetis clementissimus

B Deus reddidit. Quodquidem singulis ferè temporibus fieri cōspicimus: quādoqidem cum pręest, ac regit aliquis Princeps, tirannus, & sęuus, nō audet quis quicq; loqui, sed neq; etiā veritatē fateri, aut patefacere, ne veritas ipsa opprimatur, & ipsi videantur tentare Deū, manifesto piculo se se exponētes.

His pręmissis, & declaratis accedamus ad explicationē textus. Diximus .n. quòd Esaias post varias cōminatio-

C nes, & correctiones vult propalare sententiā contra Iudęos in solemni forma Iudicij, vnde oportebat illum demonstrare, quo pretextu, cui nixus fūdamēto, & qua auctoritate hāc ferebat sētētiam, & inquit. *Vidi Dominū sedētē super solium excelsum, & eleuatum &c.* Vbi cōsequēs est videre quis fuerit iste Dominus Dicūt aliqui, fuisse Angelum id quòd stare nō potest ob ea quę mox sequūtur. Nōnulli dicūt fuisse Deum

D Patrē, & hoc nō est cōtra rationē, neq; etiā cōtra veritatē, quia de eo scriptū est, Cœlū, & terram ego īpleo. D. Paul. actorū 28. dicit fuisse Spiritū sāctū cū inquit, bene Spiritus sāctus locutus est p Esaiā, dicēs. vade ad populū istū & dic ad eos. Aure audietis, & nō intelligetis & cetera quę sequūtur ī hoc capitulo. Quidā alij volūt hoc loco p Dūm intelligi Dei filiū, & eius maiestatē, de qua testatus est Ioānes cap. 12. cū dixit

Actor 28.

Io. cap. 12.

E adducens testimonium Esaię, videlicet excecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis &c. & continuò subdidit. Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam Dei, & locutus, est de eo; constat enim Ioannem, cum dixit hęc verba fuisse locutum de Xpo filio Dei, & consequenter, cum dicit hic Esaias, vidi Dūm sedētē sup soliū

excelsum

excelsum, per Dominum intellexisse filium Dei. Atquis non videt, quòd vbi est filius, est etiam Pater, & Spiritus Sanctus, cum vna, & eadem sit omnium essentia, & natura, & opera Trinitatis ad extra sint indiuisa? Quarè vnà cum patribus tuto possumus affirmare, ibi affuisse totam Trinitatem: Vnde super illis verbis D. Ioannis cap: 16. non sum solus, sed qui misit me Pater. D. Ambrosus super Psalmũ 116. vult verificari in hoc loco dictum Esaiæ; sed dices. Si tota Trinitas hic affuit, cur loquitur Propheta in singulari, dicens, vidi Dominum? Iam diximus opera Trinitatis ad extra esse indiuisa, nominatur tamẽ solus filius, quia ipse est sapientia Patris, & verbum Patris, quicquid operatur Pater, operatur per filium, quarè non inconuenit eum solum fuisse nominatum. Præterea dicunt aliqui, vbi nos legimus Dominum, iuxta textum Hæbreum, debet legi dominantes, & sic tollitur omnis scrupulus. Vidi inquit Dominum super solium excelsum, & eleuatum. De hac eadem visione habetur 3. Reg: cap. vltimo vbi Micheas Propheta sic ait: Vidi Dominum, sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris, & à sinistris: vbi dubitatur ab Interpretibus, & expositoribus sacrarum litterarum, qd per solium, super quod sedere visus est Dominus intelligere debeamus: Quidam nimis crasse (meo iudicio) imaginantur, hoc solium esse templum à Salomone constructum ex tribus coenaculis, siue atrijs confectum, & compactum, videlicet supremo medio, & infimo, & imaginantur Deum apparuisse, tamquam iudicem in forma hominis pergrandis, extensi, seù ampli, cuius caput, & collum occupabat supremam partem templi; per manus, & brachia, seù manibus, & brachijs secundam partem templi; pedibus, ac tibijs infimam partem, ex quibus facilè innotescit, iuxta horum opinionem, per soliũ excelsum et eleuatũ, super q̃ Dñs sedere videbatur intelligendam esse supremam partem templi. Contra horum imaginationem D. Aug. ser. 14. in festo omnium Sanctorum, acriter insurgit, dicens: cogitanti tibi de Deo, occurrit fortasis aliqua mira, & amplissima magnitudo in humana specie, constituisti eam in conspectu cogitationis tuæ, tamquam magnum aliquid, amplissimum, grande, ingentissima mole diffusum, sed finire non potuisti: Nam si finisti Deus non est, si non finisti, facies vbi est? cogitas molem, & vt membra distinguas, definis molem, nec membra distinguere potes, nisi moli dederis finem, at Deus est infinitus. Sed dices, videtur Deus habere terminum, quia dicit Esaias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Et alibi. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Sed hoc nihil est, quia per Cœlum intelliguntur Sancti, per terram homines iusti, qui habitant in terra, non quòd Cœlum, & terra dicantur loca, quæ capiant, & comprehendant ipsum Deum, tamquam rem aliquam finitam, & terminatam. Qui enim fieri potest, vt cum Deus palmo suæ manus metiatur cœlum, sedeat in palmo suo? sic enim oporteret, vt idem Cœlum fieret latum, cum Deus in eo sedet, & fieret angustum, cum Deus illud metitur: aut oporteret, Deum tantum esse, & tam magnum in sedendo, quantus in palmo. Cum igitur hæc sint omnia impossibilia, non est putandum, Deum aliquo loco posse comprehendi, & terminari. Quarè noli cum loqueris de Deo, & legis ipsum habere brachium, manus, & pedes, ipsum sedere, aut stare, noli inquit Augustinus membra humana cogitare, & instar hominis de Deo suspicari. Manus enim Dei indicat eius potentiam. Facies Dei eius notitiam, pedes Dei eius præsentiam. Sedes Dei vbi quiescit Deus. ad eò quòd quisq; nostrum, si velimus possumus esse sedes Dei: Nam anima iusti sedes est Sapientiæ, & scimus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam esse, & dici. Non ergo per solium, super quod Dominus sedere dicitur debemus intelligere aliquid corporeum, neque Deum corpus aliquod esse, aut fieri. D. Thomas refert opinionẽ quorundam,

Amb. super ps. 116.

3. Reg. cap. vltimo.

Aug. serm. 14. in festo omnium Sãctorum tomo. x

Stultissimũ est imaginare Deum esse molem aliquam corpoream.

Varia corporis mẽbra attributa deo quid significant.

dam, qui putabant solium excelsum, & eleuatum fuisse constitutum in supremo cœnaculo, vnde procedebat splendor, & gloria in secundum cœnaculū, de quo habetur in hoc textu. Et plena erat domus à maiestate eius. Cum postea subdit. Et ea, quæ sub ipso erant replebant templum, idest Troni eius ornamenta, vel splendor vestimentorum, aut agmina subditorum replebant templum idest partem illam, quā intrabant Sacerdotes: Sed hæc expositio præterquam, quod parum differt à prima, non est conformis nostro textui, quia in biblijs nuper impressis, & & magis correctis, non habetur ista particula D. Hieronymus aliquanto subtilius, & altius per solium, super quod sedere dicitur Dominus, vult intelligi Angelos Dei ministros. Dionisius 13. cap. cœlestis hierarchiæ per solium, super quod sedere Deus dicitur, vult significari eminentiam diuinæ naturæ, & dicitur solium excelsum, propter nobilitatem, & excellentiam ipsius, dicitur eleuatum, quatenus omnia quæcunq. sunt, & quæ fuerunt, et sunt possibilia fieri, & esse in infinitum excedit, super qđ sedere dicitur Deus ad designandam suæ naturæ immobilitatem. D. Chrisostomus considerat ipse hæc duo verba, seu dictiones, quas non vult esse Synonimas, sed dicit excelsum, et eleuatum, loquens de eius Cathedra, quam incomprehensibilem fore demonstrat. Nam excelsum respectu inferiorum est; eleuatio vero dicitur sublatio eius naturæ incomprehensibilis, quàm nec cogitatione concipere, nec verbis eloqui quisquam potest. Dicit idem Chrisost: propterea describitur Deus sedere super solium excelsum, quoniam consuetudo Iudicum est cum de aliqua re graui sunt daturi sententiam, non clanculùm; & in abscondito, sed pro sublimi, & excelso loco astantibus & cunctis spectantibus, iudicium ferre, iuxta illud psal. 9. qui sedes super thronum, qui iudicas iestitiam & c. quid autem significet ista sessio, iam planè dictum est, non enim intelligendum Deum propriè sedere, neq; vllo circunscribi loco,

Psal. 9.

sed abusiuè, et methaphoricè tales proprietates Deo tribuuntur, quoniam Sacra scriptura hominibus loquens humano more loquitur. Quare sessio ista, quæ Deo tribuitur nihil propemodum aliud significat quam firmitatem, stabilitatem, et constantiam in eodem tenore, et posessione bonorum? Sic enim dicit Dauid. Deus sedet in trono maiestatis suæ; et Baruch 3 dicit ad eundem. Tu sedes in sempiternum, & nos perimus in euum, semper enim et omnino creatura omnis est obnoxia mutabilitati, et eorum, quæ actum habent, mensura quædam est, ac terminus: summa autem rerum omnium, architectatrix, et opifex sapientia immota est, et eodem modo permanet, velut etiam Regius Propheta canebat dicens ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent. D. autem Thomas ex D. Hieronymo, vult per sedem significare filij Dei maiestatem: Sed iam diximus, quòd per Dominum intelligendus est Dei filius, adeò, quòd sessio ista designat eius maiestatem, et excellentiam; aut dicamus, quòd ista sessio denotat authoritatem iudicis, actu iudicantis, et sententiam ferentis, aut regnantis potestatem, et dominatum, cum vtraquè istarum interpretationum sit consona rei, quam tractamus, neutram reijciendam esse arbitror: Nec displicet eorum sententia, qui per huius sessionem, volunt itelligi tranquillitatem regni cœlestis: et plenissimam, ac pacatissimam subiectionem totius creaturæ inferioris, quę nondum est, idest quæ subiectio pacatissima nondum est sed post hanc vitam erit, Sed forte dices, cur huiusmodi verba, ac dictiones vsq; adeò ponderantur, ut non sit satis simplicem habere intelligentiam? Respondebo vna cum Chrisostomo Tomo primo Hom secunda super hoc eodem capite quod Prophetarum ora, Dei sunt ora, ut nihil temerè positum sit in prophetis; Deus loquitur singulas literas, singulos apices oportet diligenter expendere. Preterea dicit August. super illud psal. Qui extendis cœlum, sicut pellem, quod diuina scriptura plu-

Deus quo pacto dicitur sedere.

Psal: 101.

Singula verba & dictiones sacrę scripturę sūt ponderanda.

K res

res habet intellectus, et omnes sunt admittendi, modo non sint contra fidem, & contra Dei verbum. Proinde non ab re vni, & simplici dictioni tot adijcimus expositiones; sed circa hanc dictionem, nunc expositam, quòd videlicet Esaias vidit Dominum sedentem, dubitatio est, Cur Stefanus Prothomartir, dum lapidaretur à Iudæis, dicitur vidisse Iesum, stantem à dextris Dei? & nunc propheta dicit, se vidisse Dominum sedentem? Soluitur ista questio in quæstionibus veteris, & noui testamenti, quòd Stefano visus est Dñs vt stans id quòd fuit propter calumniam Iudæorum, quia Stefanus caussa Saluatoris vim patiebatur, ideo filius Dei, tanquam procurator, & aduocatus, tanquam qui caussam diceret, stabat coram iudice Deo, & quia causa erat iusta, & bona ad dexteram virtutis Dei Iudicis stabat, quia omnis, qui dicit caussam stet necesse est: At cum apparuit Prophetæ, apparuit, tamquam iudex, tamquam Dominus, & tamquam Rex, & Dominator, propterea decebat, vt Sederet. Non autem, vt circumscribatur loco.

Sed quicquid per solium istud excelsum, & eleuatum, & per istam Dei sessionem intelligamus parum refert, modo nihil præter fidem, aut veritatem, vel præter doctrinam Sanctorum patrum afferatur: sed maior, & præcipua difficultas in eo versatur, quòd Esaias hic dicit, se vidisse Dominum, sedentem super solium &c. cum tamen exodi 33. dixerit Dominus ad Moisem: non poteris videre faciem meam; & non videbit me homo & viuet Et in fine dicit idem Dominus; videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris: & Iob. 11. cap. Forsitan vestigia mea comprehendes, & omnipotentem vsq; ad perfectum reperies? & cap. 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram; sed multò clarius, & apertius Saluator noster Ioannis primo cap. Deum nemo vidit vnquam; vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et Matt. 11. nemo nouit filium nisi Pater neq; Patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, & prima Timot. 3. D. Paulus appellat Deum immortalem, & inuisibilem. Quomodo igitur Esaias dicit hic; vidi Dominum sedentem, aduersus cumulum & congeriem tot scripturarum, sicut etiam Micheas 3. Reg: vltimo dicit se vidisse Dominum? Dicendum, vt ferè omnes sacri Doctores dicunt; Deum posse considerari multifariam, vel secundum essentiam suam, & naturam eius absolutam, vel secundum humanitatem assumptam, aut etiam secundũ multa, varia & mirabilia opera eius aut sm̃ figuras, & similitudines rerum, siuè interiores, siuè exteriores, quibus, quando vult, quantum vult, & quomodo vult apparere hominibus dignatur, & voluntatem suam patefacere. Si ergò loquamur de Deo secundum puram, simplicem, & modis omnibus absolutam ipsius essentiam, nullus vnquam vidit, nec videre potest, nisi ipsemet solus, & hoc est, quod volebant innuere auctoritates illæ ex Sacris litteris desumptæ mox adductæ, & hoc rationabile estquia vt inquit D. Tho. prima parte quæst: 12: non potest visus, neq; interior, neque exterior videre aliquid, nisi moueatur à visibili, & secundùm quod magis, aut minus mouetur à visibili, sic magis, vel minus videt: cum autem visus noster tam interior quàm exterior non moueatur à deo, quod probatur quia Deus à nulla creatura perfectè, & modis omnibus comprehenditur, ideo, vt sic à nulla creatura, quæcunq; sit illa perfectè comprehenditur aut videtur; loquendo scilicet de Deo secundum puram, & simplicem eius essentiam, et hoc est, quod dicit D. Chrisost; super Io. cap. 1 ipsum, quod est Deus non solùm Prophetæ, sed nec Angeli viderunt, neq; Archangeli. Quod enim creabilis est naturæ, qualiter videre poterit, quod increabile est, & super hunc locum sic ait: Nudam illam Dei maiestatem, essentiamq; modis omnibus sinceram, nemo exactè perspexit præter vnigenitum; Propheta verò profitetur se vidisse

An Deus uideri possit.

disse Deum, sed quatenus eam videre poterat: Quod enim est Deus, is nequaquam videre poterat, sed uelamine quopiam, & in volucro decenti opertum contemplatus est, et eatenus se demittentem, quatenus infirmitas contemplantis poterat eò vsq; assurgere spirituali ascensu. Sed præter hæc si loquamur de essentia Dei non in signis, aut figuris, sed de ea secundum se, & secundum quod quid est eius, non tamen secundum totam eius amplitudinem, potest ab intellectu creato, vt ab Angelo, vel ab homine uideri, non tamen oculis corporalibus, nisi postq̃ surrexerit à mortuis, & in cœlesti patria. Hoc est, inquit Augustinus 12. de Genesi ad litteram, quod ipse Moises concupierat, uidere inquam Deum, non sicut uiderat in monte, nec sicut uiderat in Tabernaculo, aut in flamma ignis, sed in ea substantia, qua Deus est, nulla assumpta corporali creatura, quæ mortalis carnis sensibus præsentatur, neq: in figuratis similitudinibus corporum, sed per speciem suam, quantum eam capere potest creatura rationalis, & intellectualis seuocata ab omni corporis sensu, & ab omni significatiuo Enigmate spiritus. Hoc est, quod ille dicebat exodi 33. uidelicet si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Hoc enim modo, quem ipse petebat, Beati mundo corde ipsum uidebunt. Quod autem essentia diuina à nullo intellectu creato posit modis omnibus uideri, non est ex parte sua, cum sit maximè cognoscibilis, et splendida, sed est ex parte nostri, qui non sumus adeò perspicui, & acuti uisus, ut possimus tam excellens obiectum, ut par est, comprehendere; possumus quidem ipsum attingere, & aliquo modo apprehendere, nullo aũt modo comprehendere, nisi eo modo, quo tenere cõtingit, quem attingimus.

Quod autem oporteat, intellectum creatum aliquando uidere Deum eo modo, quo potest, non in figuris, & similitudinibus, sed apertè, & clarè, demonstratur: quoniam si creatura nõ

A possit, unquam clara uisione uidere Deum, & eius essentiam; uel nunquam beatitudinem assequeretur, uel in quodam alio extra Deum eius beatitudo consisteret, id quod est ualdè inconueniens, & absurdum & ab omni ueritate prorsus alienum, quoniam teste Diuo Augustino fecit Deus rationalem creaturam, ut summũ bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando posideret, & posidendo frueretur. Quod

B autem beatitudo in nulla alia re, præterquam in Deo posit constitui patet, quia Nostra beatitudo consistit in attingendo, & coniungendo nos ad id, quod est principium essendi nobis, non quomodocumq; essendi, sed quatenus sumus renati denuo, prædestinati ad salutem, & filij Dei effecti. Hoc autem principium, nullum est aliud, nisi Deus gloriosus. propterea si res aliter esset, uidelicet quòd nunquam intelle-

C ctus hominis, uel Angeli posset uidedere diuinã essentiam, frustraretur suo naturali desiderio cognoscendi caussam, vnde ab ipsis emanant tot actiones, & effectus, præter ordinem naturæ. Hoc autem est inconueniens; igitur oportet dicere, & fateri, Deum se præbere aliquando nobis uisibilem: Prætereà in hoc nostra beatitudo consistit dicit ipse Deus, scire, & nosse me, at si diceres, quod satis est ipsi creatu-

D ræ cognoscere Deum, ut est primum ens, & prima caussa omnium rerum, & ut creator, & conseruator ipsius uniuersi; respondeo, ut mox dicebamus, quod hìc non loquitur de creatura rationali quomodocumq; sed de creatura rationali, renouata per Baptismum, & illuminata per gratiam.

Sed iterum dices quonam pacto poterit diuina essentia ab intellectu creato uideri, cùm nulla sit proportio uidentis ad rem uisam, neq; in ipsa re uisa,

E hoc est essentia diuina, posit poni aliqua similitudo, per quam ualeat uniri uirtuti uisiuæ, cum nulla res superior, & excellens posit per aliquam similitudinem inferioris ordinis nobis præsentari, & manifestari. Propterea dicendum, omnino requiri aliquam similitudinem & aliquod medium, quo es-

sentia diuina uniatur uirtuti nostræ uisiuæ & uideatur ab ea & hoc est lumē gloriæ, quod quidem necessarium est, existentibus in patria ad videndum clara visione ipsum Deum, quod quidem lumen, non tàm requiritur, vt confortet, & subleuet intellectum ad videndum Deum, sed etiam vt faciat ipsum intellectum creatum Deiformem, & diuinæ naturæ consortem: Et quanto quis maiori charitate feruet, ac desiderio, videndi Deum, quàm alius tanto plûs de hoc præclaro lumine participat, & per consequens dicitur magis beatus Nec lumen istud quod est medium quoddam ad subleuandum intellectum, quo videt ipsum Deum est medium in quo, sed mediū sub quo Deus videatur, & licet Augustinus.9. de Tri. cap. 11. dicat. cum Deum nouimus fieri aliquam similitudinem Dei in nobis est intelligendus de similitudine, idest de lumine gloriæ. Sed nota, quod non valet consequentia, ego desidero plusquam alius videre Deum, ergo plus alijs videbo, dico, quòd re vera non valet hæc consequentia; veruntamen, quātitas desiderij reddit desiderantem magis dispositum, & præparatum ad consequendum id quod desiderat. Vnde B. Augustinus 12. de Genesi ad litterā cap: 25. dicit quod vna, & tota virtus, est amare, quod videas, & summa fœlicitas habere quod amas. Dicitur etiā quòd per ipsammet essentiam diuinā, intellectus ipsam videat, vt sic in tali visione diuina essentia sit, & quod videtur, & quo videtur vt expresse dicit D. Tho. 3 lib. contra Gentiles cap. 51. & li. soli loqui cap. 31. dic. Aug. nemo te amat ò deus nisi qui te videt, & nemo te videt nisi qui te amat. Non potest ergo vera beatitudo esse sine visione & dilectione dei.

Sequitur textus, *Et ea, quæ sub ipso erant replebant templum.*

Sic legitur in textu nostro. In textu septuaginta interpretum habentur hęc verba, & plena erat domus à maiestate eius, vel plana erat domus gloria eius, sed hæc particula paulo infra legitur: sub his verbis. plena est omnis terra gloria eius; sed ea verba, quæ

A habentur in textu septuaginta interpretum, sic exponunt aliqui, vt per gloriam intelligant personam filij, qui in Sacris litteris appellatur gloria Patris, vt Heb. 1. quandoq; splendor patris quandoque imago, & similitudo patris, & quandoque figura substantiæ Patris, adeò quòd secundum istorum sententiam in principio huius capitis nominatur pater, cum dicit. Vidi Dominum sedentem, cùm autem subB dit. Plena erat domus gloria eius, volunt, hæc dici propter filium, vbi etiam subintelligitur spiritus sanctus, idest tota Trinitas, quæ postea clarius explicatur ab ipsis Seraphim cum trina repetitione eiusdem nominis insinuantibus tres personas, & volunt huius capitis initium respondere, & consonum esse cum initio Euangelij D. Ioannis, videlicet In principio erat verbum &c. Quamuis hæc expoC sitio sit grauissimorum doctorum, quorum auctoritati me humiliter, ac reuerenter subijcio, mihi tamen nō videtur necessaria, nam ex communi consensu multorum patrum, diximus filium Dei intelligi per Dominum, sedentem super solium excelsum: nulla ergo erat necessitas hoc loco rursus filium intelligere. D. Tho: per domum plenam maiestate, intelligit Ecclesiam triumphantem, quę re uera cū D sit repleta spiritibus Angelicis, & beatis animabus plena dici potest diuina maiestate. Dionysius autem (vt refert D. Tho.) intelligit per domum vniuersam creaturam, quæ dicitur plena maiestate, quatenus impletur participatione diuinæ bonitatis iuxtà suam capacitatem. Alij per domum, hoc loco intelligunt Ecclesiam militantem, cuius sententiæ videtur esse, E Cyrillus, ponens differentiam inter sinagogam, & Ecclesiam fidelium; dicit enim quòd quandiu Israel non admisit impietatem contra Dominum Nostrum Iesum Christum, gloria Dei Ierosolomitanam Domum impleuit, sed postq̄ negarunt regnum eius, & in impietatē nullo modo ferendā proruerūt, audierunt eundē Xp̄m, dicentem; Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Filius dei dicitur patris imago, & figura substātię patris.

serta. Alij vero persistentes in priori A sententia, quòd per Domum plenam maiestate debet intelligi Ecclesia, quæ iam tuta in Cœlis triumphat, dicunt, Ecclesiam, quæ sursum, non quæ deorsum maiestate repletam, quia videlicet Beati cognoscunt, quantus ipse est, qui dominatur cunctis gẽtibus quamuis non plenè, aut perfectè, sed multo magis quàm quæ deorsum est, quemadmodum cognitio per speculum in enigmate: Sed siue per hanc domum B quis intelligat Ecclesiam militantem, siue triumphantem, aùt etiam vniuersam creaturam, manifestum est, quòd vbiq; apparet Diuina maiestas, licet secundum magis, & minus, vt iam diximus. Sed quoniam hæc particula, non est in textu nostro, idcirco de ea nihil amplius. Propterea prosequamur expositionem textus, vbi habetur, *Quod ea, quæ sub ipso erant replebant templum.* Quæ verò fuerint ea, quę sub ipso erãt, C dicunt nonnulli ea nimirum esse, quæ Christus gessit in carne, vtputa omnia humanitatis misteria, & quecunq; ad nostram salutem Sacramenta reliquit: quæ omnia nõnulli appellãt fimbrias, aut extremitates vestimentorum eius, & dicuntur fimbriæ, aut extremitates ad ostendendum minimum diuinæ maiestatis, si conferatur cum illa immensa gloria, quæ reuelabitur in nobis qñ videbimus eum sicuti est, sortitur de- D nominationem fimbriæ, siue limborum respectu vestium, & tamen istud minimum diuinæ maiestatis, & extremum est maius, quàm tota gloria mundi. Iuxtà hanc metaphoram, seu similitudinem imaginari oportet, Dominum sedere super solium excelsum, & eleuatum, vestibus valdè longis indutum ob honestatem, grauitatem, & dignitatem, qua pollere debent uiri graues, & insignes, velut sunt vestes E Pontificum, prælatorum, ac etiam Religiosorum, & ideo, quæ sub ipso erãt, appellantur fimbriæ. Glosa interlinearis vult ea, quæ sub ipso erant, & replebant templum fuisse, vel designasse tot agmina Angelorum, tàm superiorum, quàm inferiorum, quæ replebãt templum, idest Ecclesiam militantem, in cuius beneficium erant veluti ministri, & coadiutores designati. Deinde Sequitur in Textu. *Seraphim stabant super illud sex alæ vni, & sex alæ alteri; duabus velabãt faciẽ eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant: & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituũ; Plena est oĩs terra gloria eius &c.* Circa partẽ istam primo Not. ꝙ Seraphin est primi ordinis primæ Hierarchiæ cœlestiũ spirituũ, & dñr Seraphin (vt notum est oĩbus) à seraph, qđ est ardeo, siuè incendo, quia iste ordo Angelorum est plenus, & inflamatus dilectione, & charitate ergà Deũ, & flectuntur per genus masculinũ, fœmininũ, & neutrum, et in numero singulari desinunt in (n) & cũ fit mentio de vno, appellatur Seraphin, in plurali verò numero desinunt in (m) & appellãtur Seraphim Neq; ob id mireris, quoniã Angeli nullo sexu discernuntur. dicuntur enim Angeli, Archãgeli, Throni; per genus masculinum. In genere fœminino, virtutes, Dominationes, & potestates: Neutro, Cherubim, Seraphim in plurali: et beata quoquè Seraphim, & Cherubim: In singulari Cherubin, & Seraphin, et per omnes casus Cherub, & Seraph ita flectuntur. Hi ergo dicuntur stetisse super templum. idest super choros aliorum Angelorum, et beatorum spirituum, qui Chori dicuntur templũ Dei. Stabant igitur isti duo Saraphim supra omnes Angelos in supremo, et eminentissimo loco, & secundùm aliquos in circuitu Dei, et coram Deo ipso, vt qui maximè ardent charitate, et summoperè diligunt Deum, et sint dilecti à Deo. Stabant ergò isti duo Seraphim super templum; dicunt alij super Ecclesiam tanquam custodes, et Præfecti custodientus Ecclesiam, et perpetuò laudibus Deum prosequentes. Dicuntur etiam stare super templum, quia proximè assistunt ante Thronum Dei, et quia sunt ualdè semoti ab his rebus terrenis, et caducis: dicebantur stare, quia scilicet ostendebant, se fore promptos, et paratos ad seruiendum Deo, et quodcumq; ministerium eius iussu obeundum Et præterea summæ honesta-

Seraphim cuius Ordinis sint inter Angelos & per quos articulos declinantur.

nestatis erat, ac reuerentiæ coram supremo omnium Iudice, ac dominatore totius vniuersi, quòd starent, & nō sederent: Nam quia vnus eorum voluit coram Deo sedere, & non stare, fuit eiectus, & expulsus è paradiso, vt habetur Esa: 14: dicebat enim sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Dicebantur isti Seraphim esse præmuniti quisq; eorum sex alis: Nam sex alæ vni, & sex alæ alteri. Quæ alarum complosio, ac multitudo misticè intellecta indicat mirabilem, & superexcelsam horum spirituum naturam, vt potè singularem velocitatem, & miram, & alacrem eorum agilitatem, sic etiam de Deo dicimus, Qui ambulat sup pennas ventorum. Pennæ ventorum inquit Aug. sunt virtutes animarum, qui bus se velut pœnnis à terrenis timoribus in auras libertatis attollunt, supra ps. 17. Neq; erat superflua, & ociosa multitudo istarum alarum, propterea quod duabus alis velabant faciem, aut suam, aut Dei; iuxtà variam ĩterpretũ expositionem, & duabus velabant pedes, aùt suos, aut ipsius Dei, & duabus volabāt. Sed fortè dices, qui fieri potest, vt volarent, & starent? Respondeo, ꝙ volabant, quia scilicet demonstrabant Dei maiestatem, & illam patefaciebant, et manifestabant, & stabant, quia .s. nunq̄ à Dei contemplatione recedebāt. Dicuntur etiam isti Seraphim stare, & volare, quia in statione immutabilitas in volatu alacritas designatur, nè videlicet insensibilis quædam, & quasi lapidea stabilitas estimetur, stabant ergo vo lando, & volabāt stando, ita Ber. Dicuntur etiam Seraphim stare, quia charitas,, qua ipsi replentur, et ardent nũquam excidit. Dicuntur duabus alis volare, idest cognitione, & amore, intellectu, & voluntate, Zelo Dei, & charitate; neq; enim vna ala sufficiens est ambus ad volandum; dicuntur etiam volare, & stare, quia volant per contemplationem, & stant per subiectionem, & obseruantiam erga Deum. Dicuntur habere faciem velatam, & pedes velatos, habent faciem velatam, quia quæ fuerunt ante mundum, nequaquã scire potuerant, & habebant pedes ve-

Aug. 7. ps. 17.

A latos ad designandum, & denotandum, quòd neq. etiam, quæ futura sunt post hunc mundum ex se scire possunt. Quę verò sunt inter hæc duo, media vtiq; scire possunt, quamuis neq; etiam omnia, quia multa futura contingentia, neq; animi cogitationes; solus enim Deus scrutatur renes, & corda. Sed neq; & Apostoli omnia nouerunt, vt. v. g. Natiuitatem, & Assumptionem Beatæ Virginis, & quædam alia Dei opera fuere B adeò recondita, & occulta ipsis Apostolis, vt Sacri Euangelistæ, de his, prę sertim prefatis duobus misterijs, & quibusdam alijs, vt puta de futuro die Iudicij Act. 1. nullam habuerīt notitiam nec obstat id quòd legitur apud Io: 15: iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia omnia, quæ audiui a patre meo, nota feci vobis; nota inquam feci quæ tunc, & illis scire expediebat & D. Augustinus primo de tri. cap. 12. sic ex- C ponit, Nota feci vobis, .i. faciam. Et ĩtelligitur de die illa & hora. Dicitur etiam, quod isti duo Seraphim velabāt caput, quia non perfectè norant primã in Trinitate personam, non dico primam Tempore, vel origine, aut etiam dignitate, sed primam quia priore loco nominatur: velabant etiam pedes, quia neq; tertiam personam, quæ est spiritus Sanctus apprimè nouerunt: secũdã verò personam, quæ est persona filij par D tìm nouerunt, partim verò non; Nã quatenus in principio erat verbum incomprehensibile est, quatenus verò homo, dedit se manifestum omni, populo ante mortem, post mortem verò non omni populo, sed testibus præ ordinatis à deo. Aut per alás, quæ velabant faciem, intellige contemplationem eorum, quæ sunt super naturam illorum, per alas quæ velabant pedes, intellige contemplationem eorum, quæ E sunt infrà naturam Angelicam, per eas verò alas, quibus volabant, intellige contemplationem suæ ipsorum naturæ. Postremò dicuntur velare, & cooperire faciem suam ad significandum; quòd tanta est puritas, maiestas, & Sanctitas Dei Nostri, vt non audeant ipsi illius vultum inspicere, & tàm immensum diuinæ maiestatis fulgorem, & splen-

ſplendorem intueri: velabant verò pedes propter honeſtatem, & modeſtiam, quam coram Deo aſsiſtentes præſeferre debebant, vt in velatione faciei deſignetur reuerentia quam habebant erga diuinam maieſtatẽ. In velatione pedum notetur verecundia quæ conſequitur ipſam reuerentiã. Qua in re id nobis conſiderandũ occurrit, q̃ ſi Angeli, qui ſunt natura puriſsimi, & Dei amore ſuccẽſi et inflamãti, velabant facies ſuas, & pedes ob honeſtatẽ, & reuerẽtiã ergà Deum, quanto magis nos homunculi, qui natura ſumus impuri, et ſordidi, et mille maculis inquinati debemus ante cõſpectũ Dei faciẽ, & pedes obtegere, neq; vnq̃ audere leuare oculos ad Cœlum. Sed præter has, quas adduximus expoſitiones, quibus declarauimus cauſſam, qua Seraphim velabant faciem, & pedes nolo præterire ſententiam ipſius Cyrilli: d. quòd velabant faciem, & pedes non ſuos, ſed ipſius Dei, quia nemo poteſt principium, vel finem verborum Dei percipere, aut de eo cogitare, quia caret principio ipſa diuinitas, & finem ignorat. D. quoquè Hieronymus vult utrunq; poſſe intelligi, quòd. s. uelabant pedes ſuos, ac pedes Dei. Deinde dicuntur uolare, quia nihil abiectum, et conculcatum habent, ſed ſemper in altum eorum mens in Deum fertur. Os quoq; eorum plenum eſt ſemper diuinis laudibus. Dicuntur quoq; habere faciem uelatam, & pedes uelatos, quia principium Noſtræ ſalutis, et finem ipſi non ſunt operati, ſed omnia ſunt à Deo in nobis. ſine nobis, quæ autem in medio ſunt, ideſt conſentire uocationi, & iuſtificationi, partim eſt a nobis partim à Deo, ſic ait Bernardus. inquit enim ſer. 4. ſuper Eſaiam, quod ſic oportet accipere corpus, & pedes cuiuſque noſtrum, quemadmodum ſub Typo, et figura dicuntur Angeli habere caput, corpus, et pedes in uerbis Apoſtoli, dicentis Rom. 8. Quos præſciuit, et prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: ecce caput, quos uocauit, hos et iuſtificauit, ecce corpus. Et quos iuſtificauit, hos magnificauit, ita q̃ initium ſalutis noſtræ, ſolius gratiæ eſt, et nihil eſt à nobis, non ſic in opere iuſtificationis, in quo non ita ſumus alieni, vt gratia quicquam operetur ſine nobis, ſed planè nobiſcum; porrò conſumatio quidem, et ipſa ſolius gratiæ eſt, nec eſt, quo in hac parte, uel cum ea, ſiuè iu ea poſsimus gloriari, quaſi coadiutores, aut cooperatores uideri poſsimus. Velat itaque Seraphim caput ſuum, uel faciem, duabus pennis, ſi ueraciter coguouerit, et humiliter fateatur, quia ſola miſericordia eum præuenit. Velat et pedes ſuos, alis equè duabus, ſi miſericordię quoquè, quæ ſubſecutura eſt nec ignarus extiterit, nec ingratus; ſed mirum certe eſt, quo pacto dicuntur iſti duo Seraphim, uſquè adeo igniti, et inflammati amore, et deſiderio uidendi ipſum Deum, & tamèn, cum aſtant ante ipſum dicũtur uelare faciem, ne uideant ipſum. Dicendum primo ſecundum ſententiam aliquorum, quòd uelabant faciem non ſuam, ſed Dei, quia. s. ſumma admiratione, et ueneratione contemplabantur ipſum Deum, uelabãt pedes, non ſuos, ſed Dei, quia uidelicet fidelitate, et prudentia, Dei profunda miſteria pertractare, ac reuelare debebant fidelitate quidem, ne cunctis et præſertim malignis ſpiritibus dei miſteria reuelarent; prudentia verò, quando et quomodo ipſi nouerint ea detegere, et quibus debeant ea manifeſtare at ſi dicamus, quòd uelabat faciem ſuã, et pedes ſuos; dicendum, quòd quamuis ſummopere, et quàm maximè diligerent Deum, et cuperent ipſum uidere; ueruntamèn ob immenſitatem, et pulchritudinem diuinæ maieſtatis, uerebantur ipſum uidere; quemadmodum e cõtra exceſſus dilectionis, et amoris quandoq; reddit hominem, ita promptum, et alacrem, ut non uereatur uidere maieſtatem Principis, et aſsiſtere coram eo. Eiuſmodi quoquè uelant pedes, qui facilè poſſunt ſordeſcere, et propterea, qui non ſatis diligenter de pedibus puluerem excutiunt, uelant pedes, ne turpes, et ſordidi appareant coram Deo. Breuiter quęcunq; hactenus dicta ſunt de uolatu Angelorum, et de ipſa uelitatione, in figura, et ſimilitudine dicta ſunt. Qno ad illam partem r quæ dicitur, *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant Sanctus,*

Angeli ſtantes ãte Deũ velabant faciem.

A B C D E

ctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: & plena erat omnis terra gloria eius. Clamabant, inquit, idest non leniter, & submisse, sed alta, & intelligibili voce, quasi præ lætitia gestientes, & ab omnibus audiri cupientes, dicebant. Sanctus, Sanctus, Sanctus, qua eiusdem nominis repetitione designabant, immò palàm ostendebant misterium Sanctissimæ Trinitatis.

Nec abre dicit Textus, quòd clamabant, & non dicit clamauerunt, vt innueret eos, semper in hoc eodem officio versari, & nunquam à Dei laudibus desistere: B. quoq; Amb: lib: de S. Sancto inquit. Angeli non semel dicũt, Sanctus. ne singularitatem credas, neq; bis ne spiritum excludas, neq; dicit Sanctos in plurali, ne pluralitatem existimes Deorum, sed vnitatem diuinitatis intelligas, cum subiungit, Dominus Deus exercituum, innuens, qđ illa tria nomina, seù tres voces, Sanctus, Sanctus & c. non demonstrant tres Deos, aut tres substantias, seu tres essentias, sed tantum tres personas, aut tres Hypostases in vna tantum essentia, seu Deitatis natura, eadem omnino in esse, & essentia consistentes.

Ambr. lib. de Sp. Sancto.

Angeli clamabant alter ad alterum.

Clàmabant alter ad alterum, non tanquã lassi, & defatigati, sed honore mutuo se inuicem præuenientes, & vt dicit D. Tho: clamabant alter ad alterum ex deuotione, & affectus magnitudine, & secundum quemdam ordinem, quemadmodum nos Clerici solemus in Ecclesia alternatim psalmos, & melodias canere, & recitare: clamabant item alter ad alterum ad designandum vnum testamentum in altero contineri, & summam inter ea concordiam reperiri. Præterea clamabant isti Seraphim, & non humili, sed alta voce vt dictum est, quia mirabantur ineffabilem Dei clementiam, & bonitatem, quod in terras descendere, crucem subire, & pro nobis omnibus mori decreuerit.

D. Th.

Subdit. Plena est omnis terra gloria eius, Idest Christi filij Dei, id quod fuit tempore gratiæ, & in plenitudine temporis, quo tempore non solùm Iudæa, in qua tantum notus olim erat Deus, sed in omni terra, & in omni gente scisso velo, quod diuidebat inter atrium interius, & atrium exterius. Et hoc per bellè, & eleganter ostendit D. Cyrillus d. priusquam verbum caro factum esset, Demon exitialis, & Draco desertor orbem terrarum occupauit, & creatura tunc pro creatore, & conditore adorata est; & vbi verbum factus est homo, vnigena Dei sermo. i. vnius, & eiusdem naturæ Deus verbũ, omnis terra maiestate eius repleta est, quandoquidem omne genus ei se flectit Cœlestium, Terrestrium, & Infernorum, & omnes Tribus, & linguæ seruiunt ei. Id quod etiam proclamauit, & prædixit Regius Propheta Dauid .d. Omnes gentes quascumquè fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine. At qui tunc verè erit omnis terra plena gloria diuinæ maiestatis, quando fuerit impletum, quod dicitur in oratione Dominica. Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, id quod profectò tunc erit, & non ante, cum scilicet aduenerit in sede maiestatis suæ, & sedebit super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, & omnes Angeli eius cum eo. Dicit Chrysost: in hoc celebri, & præclaro hymno, quòd canebant Seraphim, tria precipuè contineri: Primum quidem, æternã laudẽ conditoris, quam summa concordia cãtabant illi duo Seraphim. Deinde erat vaticinium illorum bonorum, quæ explicanda erat, & manifestanda suo quequè tempore vniuerso orbi per eosdem Angelos, & præsertim in natiuitate Domini. Postremò hic hymnus continet in se apertam, & manifestam notitiam eorum dogmatum, quæ præcipuè sunt tenenda, & præsertim dogma Sanctissimæ Trinitatis, quod quidem in hoc consistit, vt credamus, & firmiter teneamus Patrem, & filium, & Spiritum Sanctum, vnum esse naturaliter Deum, nequè tamen ipsum Patrem esse, qui filius est, neq; filium ipsum eum esse, qui Pater est, nec Spiritum Sanctum ipsum esse, qui Pater, aut filius est. Vna enim est Patris, & filij, & S. Sancti essentia, quam

D. Cyrillus.

psal. 85.

D. Chrysost.

Varia mysteria contẽta sub hymno Angelorum.

quam Grȩci vsiam vocant, in qua non est aliud Pater, aliud filius, aliud Spiritus sanctus, quamquam personaliter sit alius Pater, alius filius, alius Spiritus sanctus, quę omnia nobis demostentur in isto Cantico, in quo facilè apparet Trinitas personarum, & vnitas essentię diuinę, vt etiam habes in Symbolo Athanasij. Hic tamen solet quęri, cur de tot ordinibus Angelorum, quorum omnium officium est assistere coram Deo, & ministrare ei assumpsit tātum seraphim, & cur ex illo ordine duos tantum: Nam constat ex Dyonisio in sua Hierarchia tres constitutas esse à supremo Deo Angelorum Hierarchias, videlicet supremam, mediam, & infimā, & dicitur Hierarchia à Hierō qđ est sacrū, & archos princeps, quasi velit dicere, sacer principatus, & in quarum qualibet sunt tres ordines, & sic in vnū sunt nouem ordines Angelorum, seu beatorum spirituū. In prima, & suprema ponuntur Seraphim tamquàm supremi, deinde Cherubim, in tertio ordine ponuntur Throni, in secunda Hierarchia ponuntur Dominationes, Principatus, & Potestates. Postremò in tertia ponuntur Virtutes, Archangeli, & Angeli & quemadmodum dicit Diuus Tho: prima par: q: 66. articulo tertio Angeli sunt in Cœlo collocati, non solum, vt æternaliter contemplātes Dei maiestatem, sed etiam, vt generaliter præsidentes, quia prȩsunt omni corporeæ naturæ, ideò ī supremo loco debēt collocari post Christum, qui præest ōnibus istis spiritibus, & cunctis creaturis: Dicitur etiam, & communiter sustinetur quod Beata Virgo Maria exaltata est super choros Angelorum, quod probant per illud 3. Regum cap. 2. vbi legitur Positus est Thronus Matris iuxta Thronum Regis. & psal: 49. Astitit Regina, à dextris tuis in vestitu deaurato, &c. Cum ergo queritur, cur de tot ordinibus Angelorum, quorum ōmium officium est assistere coràm Deo &c. fit mentio tantum de istis seraphī quòd scilicet Clamabant alter ad alterum &c. Dicendum est sīn opinionem quorundam non esse verum, quòd Angeli isti, qui assistebant coràm Deo, &

Dionisius de cæl. Hie.

D. Tho.

Regis 3. cap. 2.

Psal. 94.

A stabant super templum, fuisse propriè Seraphim, sed potius ex numero corū, qui de communi lege mittuntur ad aliquod ministerium. sed re uera horum opinio mihi non satis probatur; ppea quòd absq; vlla ratione cōtradicit Textui. Idcirco longe tutius tenēdum est angelos, qui astiterunt in hac visione, fuisse seraphim, tamquam eos, qui sūt magis coniuncti, & coherentes diuinȩ maiestati, & multo magis capaces B diuini Consilij quam alij Angeli aliorum ordinum: & præsertim, cum prædicādum esset, & manifestandum primum & maximum, ac profundissimum ipsius diuinitatis archanum, cuiusmodi est misterium Sanctissimæ Trinitatis. Et Diuus Chrysostomus ponit similitudinem ex his, qui sunt primates Regū terræ, quorum, qui maiori dignitate præpollent, solent assistere pœnes Regem, sic nimirum & seraphim propè C Deum. Quod autem duo tantum Seraphim ad hoc ministerium fuerīt missi, & destinati, dicendum id non fuisse præter rem, ad designanda, siue præfiguranda duo testamenta, videlicet vetus, & nouum quæ duo congruè admodum designantur per duos seraphī tamquam per duos spiritus ignitos, & inflammatos amore, & Charitate, quā profectò Deus vtrobiq; demonstrauit videlicet tàm per legem veterem, quā D per Euangelium, quamuis multo clarius. & efficacius, atq; salubrius in Euāgelio quàm in lege. Dicuntur etiam duo Seraphim tantum constituti, ad præcinendum illud Canticum, ob prȩfigurandam scilicet naturam Angelicā & humanam, quæ duæ naturæ præ cæteris omnibus creaturis maximè debebant ipsi Deo. Præterea illorum sententiam, qua dicitur, melius est esse duos simul, quam vnum, idcirco non E ab re fuerunt hic duo seraphim destinati. Reijcio, & reprobo vnà cum diuo Hieronimo illorum sententiam, qui dicunt, hos duos seraphim referre filium & Spiritum sanctum. D. Clemēs Alex: lib. 8. constitutionum cap 16. asserit, non tantum duos seraphim Domino astitisse, sed plures, & innumerabiles, id quod ego non abnuo, sed duos tantum

D. Chrys.

Actor 28.

Io. cap. 12.

tum

tum coram eo cecidisse existimo, vt habet littera, quam exponimus.

Solet etiam quæri, cur isti duo Spiritus Angelici, & ordinis primarij ponũtur alati, cum re vera, Spiritus sint purissimi, & ab omni qualitate corporea seiunctissimi. Iam dictum est, quòd locutio ista est Symbolica; dicuntur .n. habere alas, & pennas secundum quãdam similitudinem; quia ad superna assiliunt, & in illis commorantur, quòd iuxta sensum nostrum fieri non potest nisi ab ijs, qui habent alas. Dicuntur etiam sic, quia sunt velocissimi in ministerijs, & actionibus obeundis, vel quia habent contemplationem liberam, & semotam à curis terrestribus, & caducis, vel ob alias caussas quas facilè poterit quisq; videre apud sacros Authores; Dicuntur autem habere simul duodecim alas, quibus significantur duodecim lapides altaris, quos ferrum non tetigit, aut duodecim gemmas, quæ ponebantur in diademate, vel Thiara sacerdotis, aut sunt figuræ duodecim Apostolorum, quorum volatu, per vniuersum orbem propalata est, & diuulgata doctrina Euangelij, & manifestata veritas, & prædicatio Crucis Christi, & vnus quisq; eorũ dictus est habere sex alas, & non absq; misterio, vt .s. ostẽdatur eos habuisse cognitionem creationis, & sex ætatum, quę senario numero continentur. Nihil equidem fit absq; misterio, & singulari iudicio ac ratione, quę sola maiori ex parte patent apud solum Deum, vt putà dicuntur Chori Angelorum partiri in tres Hierarchias, vt dictum est pp misterium Trinitatis, dicũtur istæ tres Hierarchiæ distinctæ in nouem ordines, designatos per nouem lapides vt habetur de penitentia dist. 2. cap prĩcipium. sed apoc. 21. numerantur duodecim lapides vt ibi; dicuntur quoq; duo Seraphim stare super templum, super quod Dominus sedet, & alterum ad alterum clamare Sanctus, Sanctus, Sãctus Dominus Deus Sabaoth cũ stare & sedere non propriè conueniat deo, & creaturis Spiritualibus: sunt etiã quidam, qui in vnoquoq; ordine ipsorũ Angelorum describunt numerum An-

A gelorum, existentium in singulo quoq; illorum ordinum, sed hoc non est nobis curæ, quia non facit ad rem nostrã, verum non displicet illorum consideratio, qui volunt in singulis his ordinib⁹ designari, vel exprimi aliquod Dei munus, seu perfectionem, vt scilicet ipse Deus, qui omnia operatur in omnibus, diuidens singulis prout vult, amat in Seraphim, vt Charitas, eos, qui ardore charitatis in Deum, & proximũ

B incenduntur. In Cherubim amat, & nouit, vt veritas, quicunq; veritatem amplectuntur Sedet in. Thronis, vt æquitas fauens, & fouens quicunq; iustitiam amplectuntur. Dominatur ĩ dominationibus tamquam maiestas, cõplectendo quicumq; suos Dominos reuerentur, & non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis libenter obsequuntur, & subditi sunt: Regit in prĩcipatibus, vt principium, & creator õ-

C nium rerum. Tuetur vt virtus in virtutibus, reuelat vt lux in Archangelis & p eos multa nobis misteria, & secreta reuelãtur. Assistit vt pietas in Angelis, per quos nos custodit. nos tuetur, & multa beneficia continuè confert pp ea non absq; magna ratione Ecclesia pcatur ipsum Deum, vt per Angelos, & ministrantes, & ei in cœlo assistentes, in terris vita nostra muniatur. Postremò solet quæri, cur isti duo Seraphim,

D laudantes Deum, & ipsi acclamantes dicebant ter Sanctus, sola sanctitate ipsum commendabant, & non etiam. Sapientia, Iustitia, Bonitate, & alijs titulis insignibus, qui citra controuersiã ei tribuuntur. Dicẽdum secũdũ quosdam id factum, vt ostendatur generationem filij à Patre, & processionem Spiritus sancti ab vtroq; esse puram, candidam, & immunem ab omni suspitione carnalis consortij, & generatio-

E nis terrenæ, id quod non ita commodè poterat insinuari per alia Deo attributa: aut dicas, hoc ideo factum, vt ostenderetur non alio nomine, atq; ratione posse quempiam sanctificari nisi per eum, qui est Sanctus Sanctorum, & Sanctificans quicũq; Sanctificantur; vnde suis præcipiebat Deus, dicens Sancti estote quoniam ego Sanctus sũ.

Sic

Sic ergo non pperam, aut incongruè clamabant isti duo Seraphim, dicentes & canentes ipsi Deo Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, et inquit, *Quod à voce clamantis commota sunt super liminaria cardinum, & domus repleta est fumo.* Nec mirum, quòd ad vocem clamantis cõmota sũt super liminaria cardinũ; quoniã vt dicit D. Clemens lib. 8. const. Apostolicarum cap. 16. erant cum illis Seraphĩ qui clamabant innumerabiles copiæ B Angelorum, & omnium virtutum cœlestium, & nullo temporis momento, & sine vlla vocis intercapedine ex clamabant, & dicebant præfatum hymnũ Sanctus Sanctus &c Qui hymnus est tàm dulcis, & tàm desiderabilis, quòd si diu noctuq; proferatur. & cantetur, nunquam poterit fastidium gignere, vt etiam testatur Iohannes Euangelista Apoc: 4. qui dicit se vidisse quatuor animalia, quorum singulũ habebat sex C alas in circuitu, quæ requiem non habebant die, ac nocte, dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus, & non immeritò, quia vt dicit Diuus Ambrosius nihil ꝓtiosius nos īuenire possumus, quo Deum laudemus, nisi vt Sanctum appellemus. sed cum plures, aut saltem duo essent seraphim, qui clamabãt, cur dicit à voce clamãtis, & nõ à voce clamãtiũ? facilis est responsio, quia alter ad alterum clamabant, & cum vna tantum es D set oratio, & præconium clamantium ideo dixit à voce clamantis. Sed quæ sunt ista superliminaria templi: seu cardinum? sunt postes, & bases templi, & ea quibus cardines portarum substẽtãtur. dicit ergo eiusmodi postes, cõmotas à voce clamantis, quando scilicet euersum est templum, & conflagrata sunt omnia, id quod contigit, dũ Christus pateretur, & post mortẽ eius. Vel hoc accidit, quando fuit facta ma- E gna commutatio rerum, & personarũ Rerum quidem, quando ipsum Dei tẽplum fuit incensum, & dirutum, & tota ciuitas repleta fumo ob incendium factum ab exercitu Romano; fuit facta etiam maxima commotio ratione personarum, quia corruerunt, qui in sublimi statu degebant, & qui deiecti e-

Superliminaria cardinũ cõmota.

A rant, surrexerunt, & maximè lętabãtur, sicut prædictũ fuit per Amos Prophetam cap. 9. d. percute cardinem, & commouebuntur super liminaria; & apud hunc eundem Prophetam Esaiam dicitur cap. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ cõtritione spiritus vlulabitis. Nõne magna est ista commotio? cum non solum ciuitas, & templum fuerint quasi in nihilum redacta, sed vniuersa Iudea euersa, & dissipata. Sed ad huc al'r exponitur ista particula, & forte melius quod à voce clamantis commota sunt super liminaria cardinum, idest à prędicatione Christi, super liminaria cardinum idest vetus, & nouum testamẽtum facta sunt eminentiora, & sublimiora, & multo magis firmiora, quia scilicet clarior, & eminentior fuit fides & notitia vtriusq; testamenti, & præsertim veteris legis, quæ antea fuit maxime obscura, cum cœperit diuulgari passio Christi, & domus videlicet domus Iacob secundum carnem impleta est fumo ignorantiæ scilicet infidelitatis, & tenebrarum. Alij dicunt cõmota esse super liminaria, quia videlicet amota sunt legalia, et ceremoniæ, quibus, tamq̃ vmbris, et obstaculis impediebatur ingressus ad ipsa domus penetralia idest ad veram notitiã Christi, quæ obstacula dubio procul sunt non solum commota, verum etiam amota, adueniente Christo Iesu in terrã. Et tunc domus, idest vniuersus mũdus impletus est fumo, idest gloria Dei. Ipsum enim fumum, seu nebulam gloriã Domini consueuit appellare Scriptura Psalmus 17. inclinauit Cœlos, et descendit, et caligo sub pedibus eius, et 2. Paral; cap. 6. Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine. Nec mirum, quod nebula, seu caligine, aut fumo, Deus præsentiam suam nobis solet quãdoq; ostendere, seu præmonstrare, quia ipse habitat lucem inacessibilem. sicq; nullo pacto immensam eius maiestatem capere possemus Propterea quicumq; voluerit ex se ipsis

Amos cap. 9.

Psal. 17.

ipsius

ipsius gloriam intueri, tenebris inuoluantur necesse est, & omnia ferè sint illis nebulosa, & fumo plena: quòd, si quid splendoris illis interdum illucescit, modicum admodum est, & quasi peregrinum, presertim si cum luce Euangelica conferatur: Legitur enī quòd neq; in faciem Moysis, quæ tantisper quondam resplendebat, poterāt intendere filij Israel ꝑꝑ gloriam vultus eius. At Apostoli gloriabantur in Domino Iesu, se reuelata facie gloriam Domini speculari, quia scilicet mysteria diuina, quæ occulta tantum erant in veteri testamento, non āplius sub tropis & figuris, sed reuelata facie ac explosa vmbra, intelligebant ipsi, & alijs aperuerunt. Præter omnes istas īterpretationes, quas hucusq; ex sentētia aliorum adduximus (bona venia lectoris) volumus, & breuiter nostram quoq; in medium afferre, & dicere iuxtà vulgatum dicterium, Nos quoq; poma natamus.

Dicimus ergo, quòd à voce clamantis commota sunt super liminaria cardinum, quia scilicet à prædicatione, & doctrina sanctissimæ Trinitatis misterij, non solum tota Iudęa, non solum duo testamenta, non solum omnia legalia, & ceremonialia, sed totus mundus concussus est, & vniuersa sapientia huius mundi perterrita est, & stupefacta, ꝑpea quòd nunquam potuit, tàm abstrusum, & profundū misterium compręhendere, ob id videmus, quot hæreses, quot errores, & extraneę, seu potius monstruose opiniones occupauere hominū ingenia. Vnde benè sequitur, et domus repleta est fumo. Illa enim domus, quæ fuit constructa, et fundata super istis liminaribus, neq; isti commotioni restitit, et superstitit, repleta est fumo, hoc est cæcitate, et damnatione perpetua, et sempiterno incendio, illa verò domus quæ permansit, neq; ad cōmotionem super liminarium a solo excidit impleta est fumo, idest, gloria, et maiestate Dei. Prior domus fuit constructa ex lapidibus mortuis, et inanimatis, idest ex Iudęis carnalibus. D. Cyrillus dicit, hos Iudęos, non cre-

A dentes fuisse magis insensatos, quàm lapides, altera verò fuit constructa ex lapidibus viuis, et preciosis, sed videamus nunc, quid euenerit, quid vel dixerit ipse Propheta post hāc visionem, et post hanc commotionem super liminarium, et hæc est 2. pars principalis huius capituli. *Vę mihi (inquit) quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* Tex. 3. B Interiectio ista, qua ipse Propheta ostendit se commoueri, ac turbari, et timore quodam affici, secundum aliquos fuit ex eo, quia audierat Angelos Dei laudes canentes, et eius misteria cum magna voce, iubilo exultatione proferentes, ipse autem de rebus humanis agere solum, et loqui videbatur, aut quia non loquebatur, vbi, et quando oportebat, et dum loqui necessūm erat: Alij dicunt, ipsū C voluisse quidem Dei laudes pręedicare, sed timebat, ne reijceretur à Deo ob suorum pollutionem labiorum, et suam ipsius indignitatem, quia scilicet ī medio populi polluta labia habentis habitare cogebatur, cum prohibitum sit cum impijs, et peccatoribus, nullum haberi debere cōmercium vt Nū. Num. 16. præcepit Deus dicens Recedite à tabernaculis impiorum hominum, et nolite tangere, quæ ad eos pertinent, D ne inuoluamini in peccatis eorum. D. aūt Hieronymus nō existimat sanctissimum hunc Prophetam aliquo modo deliquisse, sed ex humilitate, et quia immundis labijs se fore iudicabat, si conferatur ad labia ipsorum Seraphim indignumq; se Dei laudes fateri existimabat, verebatur enim ne increparetur à Deo d. Quare tu enarras iustitias meas (Psal. 94.) et assumis testamentum meum per os tuum? Psal. 94. Alij dicunt, E quòd ipse vtiq; deliquit triplici errore. Primo quidem peccato ommissionis, ꝑpea quòd non reprehendit Oziā Regem Sacrilegum, et alios legis transgressores, et Dei contemptores, quēadmodum poterat, ac debuerat, neq; Dei laudes, vt par erat, cecinit, et decantauit. Deinde peccauit peccato cōmissionis cum pollutus labijs esset, et

cum

cum hominibus pollutis cõuersaretur sed parum erat habere labia polluta, nisi mens polluta fuisset. Postremò dicunt eundem peccato præsumptionis deliquisse, quia ausus est videre Dominum Deum, cum esset pollutus, & impurus, quandoquidem Iudicum 14. scriptum est morte moriemur, quia vidimus Dominum, quamquam alibi legatur, quòd visio Domini sit vita, & salus hominis; sic enim habetur Gen 42. Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea, verumtamen illud est præsumptionis, & audaciæ, hoc verò confidentiæ. Ego autẽ inter has; quasi contrarias partes media via, & forte tutiori incedendum arbitror. Non enim censeo Prophetam fuisse omnino immunem à peccato, velut sentit D. Hier. cùm paullò post promittat ei Angelus auferre iniquitatem suam, & peccatum suum, & ipsemet fateatur se tacuisse, & pollutum esse labijs. Cyrillus etiam hoc in loco, nullum existimat fore inconueniens, si dicamus Esaiam fuisse obnoxium alicui peccato, tũ quia erat homo, de quo dixerat Dauid omnem esse mendacem, tum quia fuit ex semine Israel. Proinde timore correptus dicit, & conqueritur: væ mihi. Sed neq; etiam tot peccata, quæ postrema illi tribuit opinio eundem commisisse existimo sed potius ex reuerentia, & singulari quadam veneratione, se reum fore coram diuino conspectu existimasse, cum nõ alio crimine teneretur obnoxius, nisi quatenus in sermone peccauit, non quidem suo vitio, sed solùm, quòd cogebatur cum populo labijs polluto interdum sermonem habere. Et hoc innuebat D. Hier. cum dixit de eo fœlix conscientia, quæ tantum in sermone peccauit, nõ suo vitio.

Iud. 14.

Gen. 42.

Esaias num fuerit à peccato immunis.

D. Chrisost. videtur secus opinari, quòd videlicet Esaias non deliquerit vt dicunt aliqui quia non reprehendit Regem Oziam ob sacrilegium, sed potius ipse fuit opinatus, quòd ipsum reprehendisset, si fuisset præsens, cum ille Rex, renuentibus ministris templi voluisset adolere incensum; quoniam, vt dicit D. Paulus ad Rom. x. Esaias erat audax, & audacter loquebatur; immo

Rom. x.

A constat, cum pp libertatem dicendi multos pertulisse cruciatus. Præterea quamuis ipse fateretur se fore pollutũ labijs, non ob id potest inferri ipsum deliquisse, sed hoc debet accipi si conferatur ad naturam ipsorum Angelorũ Postremò si habitabat in medio populi, habentis labia polluta, nõ ob id erat ipse culpandus, cum longè alia ratione pollutus diceretur ille populus, vt potè transgressione legis diuinæ, &
B multiplici iniquitatum, & scelerum perpetratione, quibus minimè quidem erat inquinatus Esaias.

Dico ergo, quòd ipse doluit, & contristatus est, & timebat sibi aliquid mali futurũ, quia tacuit aliquãdo Dei laudes enarrare, & eius misteria reserare, fortè ob timorẽ populi, & principum huius seculi, tametsi, aliquoties pp Deum se audacem ostenderet, & demonstraret. Qui cum pœnitentia adduceretur
C qa .s. prætermisit facere quòd debebat, dum præsertim audiret duos Seraphim alta voce glorificare Deum, & Trinitatis misterium patefacere, mox in se reuersus, statuit explere munus suum, & prestare quod debuit. At cõtinuò sibi ipsi obstitit, & opposuit, cõsiderans suam indignitatem, & pollutionem suorum labiorum, quàm fortè fuerat consecutus quia Dominum vidit proprijs oculis, velut contigit Abra
D hæ Moisi, & plerisq; alijs; quod quidẽ solet contingere quibuscunq; ferè hominibus, qui dùm sistunt coram principi, aut sunt loquuturi cum eo, videntur omnino demittere animum, & facultatem loquendi, & balbutire potius quam quicquam apertè proloqui, & enunciare; Ita vt Esaias, quasi ita loqueretur. Ego libenter Dei laudes predicarem, & eius misteria cunctis populis enunciarem, sed quia habeo labia
E polluta, & sum incircũcisus labijs, non audeo loqui: Veruntamen his difficultatibus non obstantibus, Dei clementiam, & benignitatem admiratus, subdit: Et regem Dominum Exercituũ vidi oculis meis, Dominum inquam non quemcumq; sed Dominum exercituum, creatorem, & conseruatorem omnium, cui mare, & venti obediunt

&

& cuius est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Hunc ergo Regem, & Dominũ exercituũ vidi oculis meis: Quæ verba dicunt aliqui exponentes, cum maxima grauitate, & verborum pondere legenda, & considerandа esse. Sed ego potius existimo cum maxima admiratione, & attestatione diuinæ bonitatis legi debere, quòd scilicet Clementissimus Deus non fuerit dedignatus se visibilem præbere homini alioquin nõ satis puro, & mundo, sed polluta labia habenti, quo altissima eius misteria tantisper agnoscere potuisset. Vnde nonnulli volunt visionem istam, de qua loquimur, & qua Esaias testatur se proprijs oculis Dominum vidisse, non imaginariam, vel intellectualem fuisse, sed re vera corporalem, ita scilicet quòd sub humana specie suam præsentiam eidem præmonstrare voluerit, vt ipse, absq; vllo timore, & dubitatione Dei voluntatem patefaceret, & populo Iudaeorũ suam prædiceret reprobationem, & reliqua mala, quę iusto Dei iudicio erant super eũ ventura, sed vt cumq; sit nullus existimet voluisse Prophetam innuere se vidisse Dominũ simpliciter, & absolutè, neq; nos sic intelligendum esse putemus, sed eo modo vidit, quo fuit capax illius visionis, vt superius dictum est.

Tex. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari &c.* Hęc est tertia & vlt. pars huius capitis vbi cum Propheta iam cõfessus fuerit errorẽ, & peccatũ suũ tàm omissione q̃ cõmissione & quouis modo perpetratũ, & iã timore correptus, totusq; pauidus, & tremebundus existeret; describit hoc loco suam purgationem, & emundationem, modumq; & rationem purgationis, & quo Auctore cuiusuè ministerio, & quibus vijs ac rationibus fuerit effecta, & inquit. Et. q. d. Posteaquam ego territus, & tremefactus verebar, ne aliquid mihi accideret mali, volauit ad me vnus de Seraphim, qui me iam penè destitutũ, & quasi vita functũ susciuauit, erexit & cõsolatus est, & veluti quodam cauterio, labiorum meorum pollutionem, et om-

A ne locutionis impedimentum aboleuit. (Si tamen admittamus illum quouis modo deliquisse) ac si taciturnitatem, & pollutionem labiorum, non ad culpam, sed ad pœnam referamus, vt (volunt nonnulli) quia scilicet fuerit ausus videre Dominum, dicemus, quòd Deus miserit Angelum suum ad purgandum ipsum, & ad condonandam omnem pœnam, & quodcunq; impedimentum remouendum, quo amoto

B redderetur habilis, & idoneus, ad prophetandum, & quodcumq; aliud ministerium obeundum, & ad mortem ipsam (si contigerit) libenter, & fortiter pp gloriam Dei subeundam. Sed dices quo pacto missus est vnus de Seraphim ad Prophetam purgandum, si eiusmodi ordo Angelorum est ex numero eorum, qui semper assistunt ante Dominum, & tamquã primarij cõsules, & consiliarij sũt perpetuò in circui

C tu eius, cum præsertim supra habuerimus quòd ipsi stabant super ipsum templum, aut super solium Dei, vel in circuitu Dei? Respondeo primum, quòd omnes actiones ad nostram salutem ptinentes administrantur à supremis potestatibus, & cœlestibus spiritibus iuxta illud ps. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis Et D. Paulus ad Heb. 1. Nonnè omnes sunt administratorij spiritus in ministe

D rium missi pp eos, qui hereditatem capiunt salutis? Quarè non inconuenit, quòd aliqui ex primo Angelorum ordine mittantur à Deo ad aliquid ministerium peragendum, cum pręsertim teste D. Cyrillo, hoc sit ferè iugum omnibus Sanctis spiritibus, vt nutui Dei inseruiant, & obsequantur, non indignam censentes eiusmodi seruitutem, sed honori laudiq; ducentes. Alij dicunt, quòd Angelus, qui missus fuit ad

E Esaiam, non fuit de primo ordine Angelorum, neq; etiam Seraphin, sed hoc loco appellatur Seraphim ab officio quia eo illuminante, & instruente Angelos, qui sunt inferioris ordinis ad purgãdum labia ipsius Prophetæ calculo ignito, quod est proprium munus ipsorum Seraphim, dictus est hoc loco Seraphin volasse, & missus fuisse ad ipsum

ipsum Prophetam. Dictus est ergo Seraphin ab effectu, & à proprietate rei, nō à propria nominis descriptione, vel quia eo illuminante, & instruente inferiorem Angelum. Dicitur ergo volasse, idest velociter, & quàm primum aduenisse, quia non tardat ipse Deus suam gratiam cōferre, & veniam prebere ijs, qui toto corde ad eum conuertuntur, quo pacto Dauid rogabat Deum. d. Velociter exaudi me Domine, quia defecit spiritus meus: neq; existimes, quã-
B uis hoc loco dicatur vnus de Seraphim missus ad purgandum Prophetam, id effectum propria Angeli virtute, quia solius Dei est purgare, & illuminare mẽtes hominum, & peccatis oĩbus exuere, & à pœnis, quas pro his moeremur eripere, iuxtà illud Esaiæ. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Deus ergo est primus, & principalis Author, quo labia ipsius Prophetæ purgantur: Angelus, siue Se-
C raphin, siue quicunq; alius sub eo titulo nuncupatus, fuit huius purgationis minister: neq; vllum est inconueniens, si dicatur Angelus missus ad Esaiam verè, et propriè fuisse vnus de Seraphim, quia sic Deo, qui est hominum, & Angelorum caput, placuit, & sic voluit; tametsi munus eorum proprium sit assistere semper coram Deo, aut in circuitu eius, sicut exempli gratia Illustriss. Domini S. R. E. Cardinales de commu-
D ni, lege, ac veteri consuetudine Romano Pontifici, & Ecclesiæ vniuersalis Episcopo semper assistere tenentur, quandoq; tamen ad aliquod graue negocium, vel ad regimen, seu administrationem alicuis vrbis vel prouinciæ consueuerunt legari, & destinari.

Instrumenta verò, quibus facta est ista purgatio per Angelum, his verbis describuntur; *In manu eius calculus, quẽ forcipe tulerat de altari*: Quibus verbis,
E non existimes, vt quidam rudes opinãtur, Angelos esse corporeos, & habere manus, & pedes, licet supra dictum fuerit, eos habuisse alas, quibus velabant pedes, & facies, cum sint ab omni materia corporali omnino soluti, sed sunt merè spirituales, & ab omni alia potentialitate semncti, præter eam, de

Instrumenta quibus purgamur à peccato.

A qua infra dicemus. Dicuntur autem quandoq; habere manus, & pedes, vel quia assumunt similitudinem hominis, vel secundum metaphoram, aut proprietatem quamdam dicuntur habere manus, & pedes, & secundum Euthimium dicuntur Angeli habere manus, quia habent intelligentiam, & viuacitatem, qua mediante nostras preces illustrant, & in mente sua transformant. Dicuntur etiam manus Angelorum, So-
B cietates, & auxilia illorum per quæ nostrarum pręcum imbecillitatem adiuuant; neq; enim possunt Angeli esse forma intrinseca alicuius corporis, nec vniri materiæ, aut corpori intrinsecè, essentialiter, & communicare ei suum esse existentiæ, & fieri vnum suppositũ cum illo; & consequenter, neq; opera vitæ sensibilis, aut animalis, seù vegetabilis, quæ sunt videre corporaliter, audire & cętera, huiusmodi uitæ sensi-
C tiuæ munia exercere, tàmetsi ex aere, aut alia materia præexistente possint formare corpora quædam fantastica, quibus possunt dare formam, & figuram quandam accidentalem, non autem substantialem, in quibus quidem corporibus sic assumptis possunt aliqua opera exercere similia operibus vitæ sensitiuæ. Vnde Arcangelus Raphael *Tob. 12.*
dicebat. cum essem vobiscum per voluntatem Dei, videbar quidem mandu-
D care, & bibere; ego autem cibo, & potu inuisibili vtor, quòd autem suprà diximus, in Angelis nullam reperiri cōpositionem, sed esse merè spirituales, ne fallaris, neq; existimes ab Angelo nos remouere quasdam alias compositionis species, quas Theologi, & aliqua ex parte etiam nōnulli Philosophi comminiscuntur, vt est compositio ex actu, & potentia, ex genere, & differentia, ex intellectu, & intelligibili, ex esse
E & essentia & reliqua huiusmodi; sed nos locuti sumus de illis partibus, quæ constituũt suppositũ, ut materia, & forma in rebus corporalibus; similiter cũ diximus eos fore merè spirituales, & ab oĩ potentialitate semotos, intelleximus semper respectiuè ad alias creaturas excludendo semp ipsum Deum. qui est actus purus, simplex, & oĩno immaterialis;

Calculus multifariã sumitur.

tialis; & ab oĩ compositione, semotus. *Calculus in manu eius, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum &c.* Calculus iste in manu Angeli, multifariam accipitur; quemadmodũ hæc uox multa significat, vt est videre apud Doctores latinos, in presenti tamẽ oratione accipitur pro lapide quodam parculo, seù carbunculo ignito, quem Seraphin forcipe tulerat de altari ad purgandum labia ipsius Prophetæ, & secũdum quosdam calculus iste moraliter repræsentat, aut significat donum Prophetię collatum ipsi Prophetæ. Alij per ipsum calculum designari volunt sermonem Dei, qui velut carbo ignitus accendit hominum corda, de quo dicebat Regius Propheta. Ignitum eloquium tuum vehemẽter, & seruus tuus dilexit illud.

Quidam alij viri graues, & Spiritu sancto afflati, per calculum istum intelligi volunt allegoricè Dominum Nostrum Iesum Christum. Qui ꝑ nos, & ꝑ nostram salutem descẽdit de Cœlis, & assumpsit carnem humanam, quę ita fuit diuinitati vnita, vt carboni, seù ligno accenso, aut ferro cãdenti vnitus est ignis. Et quemadmodum ferrum, & carbo distingũtur ab igne, ita vt natura vnius, non mutetur in naturam alterius, sic tamen inuicem vnita, & coniuncta, ut nulla sit pars ferri, aut carbonis, quin sit ignita. Ita contingit in Christo Domino incarnato, vt natura humana ita sit vnita verbo, vt nulla ratione possit ab eo disiungi, & tamen natura diuina nõ transit in humanam, neq; natura humana transit, aut mutatur in diuinam. Nec te perturbet, quòd verbum Dei incarnatum calculo ignito comparetur, quoniam consueuit scriptura, diuinitus inspirata naturam diuinam igni comparare: Sic enim apparauit Israeli in Monte Synai, sic & Moysi in Rubro ignis & ꝓpterea Deus ignis consumens appellatur, & Dominus noster manifestè dixit, ignem veni mittere in terram, & quid uolo nisi vt ardeat? & quamquam Deus factus sit homo similis nobis, omnis tamen plenitudo diuinitatis in eo corporaliter hoc est verè, & realiter residet. Non enim est credendum quod diuinitas sit corpus,

A aut quid corporeũ, sed dicitur in Christo habitare omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quia in illo implentur omnia quæ in vmbris figurata sunt de eo, vt quasi ipse sit corpus illarum umbrarum, hoc est figurarum, & significationum illarum ipse sit veritas, & complementum, sic docet D. Aug. lib. 12. super Gen. cap. 7. Ideo quę & caro sua, diuinissimam operandi virtutem habere comperta est. Tacto nanq; loculo, mortuum viduæ filium suscitauit, & cum fecisset lutum ex sputo, linitis oculis Cęci à natiuitate visum restituit. Conuenienter ergo Christus Dominus calculo ignito comparatur, qui si quando labiam nostra tetigerit; procul dubio peccata omnia, & nostras iniquitates absumet. Dicitur calculus accipi forcipe tamquam instrumento, cum scilicet fide, & charitate apprehendimus, & cum ex legalibus, & propheticis institutionibus, nec non ex doctrinis Apostolicis velut quadam forcipe, per quam duo testamenta designantur nos apprehendimus Dominum Nostrum, & verè calculum ignitum accipimus, hoc est veram, & salutarem doctrinam, qua Deum cognoscimus, & vitam tandem æternam consequimur, cum palàm ipse Saluator per Ioannem testatur, quòd hęc est vita eterna, vt cognoscamus Deum verum & qui missus est Iesum Christum: & alibi ipse idem dixit; Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam habere. Postremò sunt quidam alij, qui existimant, hoc ignito calculo præfigurari nõ solùm Christum Dominum incarnatum; verum etiam eundem qua in Eucharestia sub specie panis, & vini nobis porrigitur; Itaq; sicut corpus, & sanguis Christi consecratus non potest esse sine speciebus Panis & vini, neq; è contra, si videlicet loquamur de hoc genere & modo quo Christus existit in sacramento, sic profectò videmus cõtingere in ferro ignito, aut vice versa, dicas quòd quemadmodum cõtingit in ferro ignito respectu ignis, ita contingit in Sacramento Eucharistiæ, & speciebus panis, et vini respectu veri corporis, & veri sãguinis Christi. Qua similitudine nonnulli eliciunt hoc

Aug. lib. 12. super Gen.

Io. 17.

B C D E

hoc documentum, quòd quemadmodum Seraphin non manu, sed forcipe sumpsit de altari calculum ignitum, ita sacerdotes non solo tactu transmutant panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi, sed forcipe idest verbis consecrationis hoc efficiunt; & aduerte, quòd calculus iste fuit acceptus de altari, ad significandum, quòd fides, & notitia sanctarum scripturarũ & verus earum intellectus, non debet accipi vndecumq; sed de altari, hoc est de loco sacro, & de sensu à patribus eruto & constituto, ut indè erudiamur, & instruamur de his, quę ad nostram spectant salutem, propterea reijciendi sũt hęretici, qui de locis absconditis, & tenebricosis, volunt sanctarum scripturarum intelligentiam eruere, & per eam mentes hominum dementare. Quo circà, non ab re monebat Saluator discipulos suos dicens. Attendite à falsis Prophetis, qui veniũt ad uos in uestimẽtis ouium, & quę sequuntur. Et D. Paulus. 2 Tess. cap. 3 Denũciamus, inquit, uobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi ut subtrahatis uos ab omni fratre, ambulãte inordinatè, & non s̃m traditionẽ quã acceperũt à nobis. Nõ est hoc loco prætereunda silẽtio, neq; dissimulanda detestabilis obscitãtia, seù negligẽtia nostrorũ hominũ, qui se fideles profitẽtur & in numero beatorũ volũt ascribi, qui cũ semel in anno Christum Dominũ nõ solũ visuros, sed manducaturos se se prębeant, sic se ipsos exponunt, ac præparant, ac si ad epulas, & conuiuia corporalia sint accessuri. Legimus n. quòd sanctissimus hic Propheta Esa. maximè uerebatur, & pauebat se Dominũ Regem exercituum ꝓprijs oculis vidisse, cum pollutus esset labijs, & in medio populi polluta labia habentis habitaret, nec tamen propriè Deum ipsum sua in substantia uidisset, sed tãtum in aliqua specie humana, aut similitudine imaginaria, vel intellectu apprehensa. At nostri non solùm uidere, sed intra sua ipsorum uiscera ipsum deglutire præsumunt, quorum nõ solum labia sunt maximè polluta, sed inquinatæ sunt eorum mens, & conscientia. Quicumq; ergo ad hanc mensam accedere concupiscunt, meminerint se non solùm Deum uisuros, verum ore contrectare, & sibi ipsis eundem coniungere debere, & vnà cum eo fore mansuros; iuxta illud Ioannis, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Quarè nullus ad hanc mensam accedat, nisi prius se ipsum discutiat & suam conscientiam examinet, qualis, & qualiter illùc accedat, nisi enim fuerit Christi discipulus, non audeat accedere. Dicebat n. Christus facio Pasqua cum discipulis meis. id quod non est oscitanter prætereundum.

Sed prosequamur, quod iam cœpimus. Diximus n. quòd unus de Seraphim habebat calculum in manu, quẽ forcipe tulerat de Altari; videamus nũc oportet in quem finem, & in quem vsũ & cuius rei gratia ipsum tulerit. Dicit Propheta. *Et tetigit os meum, & dixit. Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas, & peccatum tuum mundabitur.* Quibus ex verbis duo nobis indicãtur. Primum, quòd citra controuersiam Propheta nonnihil deliquerat, neq; erat omninò immunis à labe peccati, quãquã non satis grauiter deliquisset. Alterum quod ex eiusmodi actione colligitur quam salubris, & proficua sit nostrorũ peccatorum confessio. Nam se ipsum Propheta accusauit. d. Væ mihi, quia tacui, & sum vir pollutus labijs &c. Et statim purgatus est per Angelum; Non tamen existimes solam apud te ipsum, & in corde tuo confessionem satis fore ad salutem, sed oportet sacerdotem adire, & ab eo peracta confessione absolutionem accipere. Dicit. n. Chrisos. quod mũdanis & forẽsibus iudicijs, post accusationem, & criminũ cõfessionem restat mors: sed apud diuinũ tribunal, post accusationem & cõfessionẽ criminũ datur corona. Hom 3. super Esa. to. 1. Sed qui fieri poterat, vt calculo ignito purgaret Angelus labia polluta, & immunda, & redderet ipsum Prophetam ad loquendum magis idoneum, cum teste experientia, carbo ignitus ori appositus soleat potius obesse, & impedimentum afferre, quàm facultatem, seu maius aptitudinem loquendi: facilè potest

responderi, diuina uirtute id fieri, quẽ admodum etiam Rubus ardens non cõburebat, neq; ignis accensus in fornace, vbi detenti erant tres pueri quicq; nocumẽti illis afferebat. Dicit Chriso. quòd ignis ille ppea non comburebat neq. incendebat labia Prophetæ, quia non subiacebat sensui corporis: Quo autem pacto hoc fieri posset, non est curiosius inquirendum, aut super id superfluam, & inanem operam insumere actiuus enim iste ignis, & sensibus subiacens, qui circa corpora versatur, nõefficit ea, quę cõpetunt igni spirituali; nullus itaque debet mirari, si multis alijs, & penè innumeris pręter hominum opinionem gestis, os Prophetæ igne expurgauit, nec tamen illud exussit. Quod autem in ista labiorum purgatione tot instrumenta concurrerint, vt Calculus, forceps, & altare, nõ mirum, quia tot ferè eadem requiruntur in sacramentis, dignè percipiendis quibus & labia, & cor pariter, & totum corpus aliquando purgantur, & emundantur videlicet verbum, & elementum, pariter & actio ministri. Tetigit ergo Seraphin os Prophetę calculo ignito, mediante forcipe, ne posthac ex eius ore immundus sermo prodiret, & meritò de altari sumptus est ignis, quoniam hoc est altare, quod vidit Ioãnes in Apoc. Plenum calculis ignitis, quibus nimirùm purgabantur peccata. Ex hac autem purgatione consecutus est Propheta hoc singulare beneficium, cũ dicitur. *Et auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Optimè quidem inquit, auferetur, & non auferam d. Angelus, quo demonstratur solùm Deum esse eum, qui aufert peccata, vt supra diximus. Ponunt isti discrimen inter peccatum, & iniquitatem, quoniã peccatum appellatur offensa, quę in Deum committitur, quæ verò contra proximum, iniquitas, & non absq; ratione d. Angelus Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mũdabitur. D. Chrisostomus tandem dicit, Deum uoluisse vti tot instrumentis ad purgandum labia ipsius Prophetę, ut scilicet doceret, & ostenderet, quàm se Deus demittat, & humilietur caussa nostri; & non sine mysterio, vult calculum istum accipĩ de altari, super quo hostiæ afferuntur, & sacrificia, quia indè veniunt expiatiões peccatorum. Quid tùm postea effectum de ipso Propheta posteaquàm tactu calculi igniti labia sua purgata sunt, & iniquitas sua, & peccatum suũ prorsùs ablatum, sequitur in textu, *Et audiui inquit ipse vocem Domini dicentis. Quem mittam? & quis ibit nobis? & dixi* 5.
Ecce mitte me.

Antequàm particulam istam exponamus (ne quid intactũ remaneat) volo nõnihil dubij remouere super his, quæ dicta sunt. Quia Ezechiel. 10. legitur, quod Cherub extendit manus ad ignẽ & dedit in manus Ezechielis, & Seraphin, qui est longè superioris ordinis, non manu, sed forcipe tulit ignem de altari, & tetigit os Esa: Prærerea legimus Dominum extendisse manum suã ad Hier. & tetigisse, atq; ita contulisse ei donum Prophetię, & facultatem annuntiandi verbum Dei; Ipsi verò Esaiæ non Dei manus porrigitur, sed vnus de Seraphim mittitur, & calculo ignito labia eius purgantur, ad duos ergo Prophetas videlicet Hieremiam, & Ezech. non tot medijs, & instrumentis collatum est donum Prophetiæ, ad Esaiam verò mediãte ipso forcipe. Respondeo ad primum dubium, quòd Seraphim in cœlesti Hierarchia analogicè, vel typicè habent locum, quem in Ecclesiastica Hierarchia tenent sacerdotes. Cherubim autem, qui sunt inferioris ordinis referunt diaconos, qui sunt immediatè post sacerdotes, & quoniam Sacerdotes, vtcumq; sint magis coniuncti Deo, & referant Christum Magnum sacerdotum, non possunt tamen manu tangere corpus Christi, sed tantum forcipe. idest ui consecrationis verborum, vti quodam instrumento, comitante fide, & recta intẽtione. Quarè, neq; etiam Seraphim manu de altari calculum ignitum idest Christũ Dominum. Diaconi verò, qui sunt inferioris ordinis, manu tangunt, non corpus Christi consecratum, sed panem, & vinum, ex quibus fit corpus Christi, sano modo intelligendo: scimus enim & ita credimus, & fatemur, hoc modo expa-

Cõparatio Esaiæ & Ezechiel penes munus vtriq; demãdatum prædicãdi verbum Dei.

ex pane fieri corpus Christi, quia scilicet substantia panis transubstantiatur in verum corpus ipsius Christi. Et quia Cherubim, vt diximus representant diaconos, Idcircò permissum est eis manu absq; alio medio tetigerint ignem. Vel dicas ad litteram, propterea id factum est, quia Ezech. non erat pollutus labijs, vt Esa: ideo non erat necessariũ, vt forcipe, uel alio instrumento susceperit ignem ad purgandum; & hunc in modum respondet D. Hier. ad illud dubium de Hiere. & de Esaia.

His expeditis redeamus ad expositionem propositæ particulæ, cum inquit Esa. Et audiui vocẽ Domini, dicentis, quem mittam? & quis ibit nobis? super quibus verbis duo consideranda occurrunt. Vnum Auctoritas, & deliberatio eius, qui mittit. Alterum consensus eius, qui mittendus est, vt scilicet promptè, & alacriter exequatur quod ei commissum est, & non coactè, aut per vim aut metum (vt dici solet) rem aggrediatur. Sed videre necessum est, vt probè res intelligatur. Quis est, qui loquitur. Deinde cui, vel ad quem, seu ad quos mittendus est iste nuntius, & quid facturus. Dico ergò iuxta verba Prophetæ, Dominum Deum fore, cuius uocem se audiuisse Propheta testatur, aut etiam Angelum in persona Dei. Dicit enim D Aug. lib. 3. de Tri. cap. vlt. quòd cum Deus apparere dicitur Patribus veteris testamenti, ante incarnationem Saluatoris, voces illę, ac species corporales, vel imaginarię factæ per Angelos sunt, seu ipsis loquentibus, vel agentibus aliquid sub persona Dei, sicut etiam Prophetas solere credimus, siue assumẽtibus ex creatura, quod ipsi non sũt vbi figuratè aliquid demõstretur hominibus. Sed siue Deus, siue Angelus ex psona Dei fuerit locutus, non absq; ratione dicit, quem mittam ad ostendendã vnitatẽ substantię, & voluntatis diuinę quia vna est essentia, & volũtas in Deo Patre, filio, & spiritu sãcto, & propterea loquitur in singulari, dicẽs quem mittã? sed vbi tres personę debẽt insinuari numerus pluralis vsitatur, vt cum dicitur. Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & similitudinẽ nostrã & alibi. Eamus, & cõ

A fũdamus linguas eorũ: & similiter hoc in loco. Quis ibit nobis? V. G. Quẽ mittemus, cui cõmittemus hoc negociũ? Vel quis ibit nobis? idest quis nobis obsequetur, vel ad honorem, & gloriã nostrã manifestandã idoneus erit? Vel ad vindictã de nostris hostibus sumendã; ita vt non ad cõmodum, & vtilitatẽ ꝓpriã destinetur. At fortè dices, si Deus ipse loquitur, cur ipse expostulat, aut q̃rit, quẽ sit missurus? Deest ne fortè ipsi

B Deo cõsiliũ, vt aliorũ sentẽtias exquirat? Nunquid erat ei difficile Angelos, vel homines aduocare? Qui eius mãdata pficerẽt? Nõnẽ, cũ propinquus esset passioni redarguẽs Petrũ, qui percusserat seruum Principis sacerdotum, & cui amputauit Auriculam dixit, An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? cur ergo sic loquitur? Enimuerò non deerat ei

C consilium, neque ulla inerat difficultas accersendi quoscumque uoluisset ad quodlibet opus exequendum, cum in eius ditione cuncta sint posita, nec sit, qui suæ possit resistere voluntati. Sed hoc dixit, ut perstringeret, ac demonstraret duritiem, & peruicaciam populi Israelitici, quiquidem nulli eorum qui vsque in eam diem fuit missus ad eos coercendos, & reprehendendos, voluit aures porrigere, quin potius, vt

D habetur Matth. 21. & Lucę: 20. alios eiecerunt, alios cæciderunt, & alios occiderunt.

Cæterùm, ex hac Domini expostulatione, potest colligi non esse cuiusuis hominis ad quemcumq; populum seu principem ob res graues, & difficiles pertractandas destinari; & præsertim, cum hi, quibus cum est agendum durę sint ceruicis, ac obstinati animi: Sed eum, qui mittitur ad hu- *Non debet quisque deputari ad magna negotia pertractanda.*

E iusmodi negocia pertractanda, fortem esse oportet, & prudentem, quiquę didicerit, & in mandatis habuerit, omnia studeat perficere, & ad finem debitum deducere. Vide quid super hoc dixerit Dominus ad Ezechielem cap. 3. uidelicet fili hominis, omnes sermones meos, quos loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, &

vade, & loqueris ad eos &c. Dicunt Alij, Dominum hoc fecisse, quia consueuit expetere, & expectare voluntarios ministros. Poterat quidem imperare seruo suo Esaiæ, sed maluit de spontanea oblatione sua nequaquam eum fraudare, & debitam ei mercedem reddere, & quàmuis eius iam nosset affectum, expectauit tamen uocem, ut cumularet gratiam. Hæc D. Ambro. super psal. 118. Vnde rectè quidem dicebat Dauid; Voluntariè oris mei beneplacita fac Domine. Deinde ex hoc verbo colligitur, quàm sint grata ipsi Deo quęcumque spontè, ac libenter in eius obsequium efficimus. Vnde Dauid Voluntariè sacrificabo tibi &c. Cum postea quęritur. quò, vel ad quem mittendus est iste nuntius in verbis sequentibus apertè monstratur, cum inquit. Vade, & dic populo huic, non explicato nomine istius populi, fortè vt intelligamus eiusmodi prædictiones, & minas dirigi adquemcumq; populum, quia reuera omnes declinauerunt simul neque est, qui faciat bonum. Sed persistentes in sensu pręsentis litteræ, tutò dicere possumus Prophetam hoc loco loqui de populo Iudaico, de quo quasi per contemptum sic ait. Vade, & dic populo huic, Populo inquam indigno, proprio, & peculiari nomine vocari. Populus inquã obstinatus, durus, & ceruicosus, & profectò, qui non agnoscunt Deum, neque reuerentur, quiq; neq; etiam sunt cogniti à Deo, non merentur proprio, & peculiari titulo nuncupari, dùm è cõtra, qui cognoscunt Deum sunt multo magis, & multo prius cogniti ab eo, vt ait Paulus ad Gal. 4. & 1. Cor. 8 qui diligit Deum, cognitus est ab eo. Sed priusquam videamus verba, quę sunt referenda huic populo, perscrutemur, quis fuerit iste nuncius, qui hæc verba Dei est relaturus; d. enim textus, quòd cum dixisset Deus, Quem mittam? & quis ibit nobis? confestim Esaias omni cunctatione postposita respondit, dicens Ecce ego præsto sum Domine, mitte me, is ego sum, qui cum antea tacuissem, nec auderem loqui, quia pollutus eram labijs, nunc cum sim calcu-

Amb. supe. ps. 118.

A lo ignito, ab ipso Seraphin tuo iussu purgatus, & ab omni labe tua gratia mundatus, paratus sum, ac expositus ire quò cumq; volueris, & quęcumq; pręceperis omni timore abiecto, & omni difficultate postposita te adiuuante perficere. Quarè ecce ego mitte me: voluit. n. hic sanctus vates hac spontanea, & prompta sui ipsius oblatione expurgare, seu delere maculam illam indebitæ taciturnitatis, & silentij, quòd videlicet nõ B reprehendisset (vt par erat) secundum opinionem quorumdam Oziam regem neq; Dei laudes, & opera pro eorum magnitudine enarrasset. Et hoc est, in quo D. Paulus videtur modo quodam ipsũ carpere vel sugillare, cũ dicit Rom. 10. Esaias audet, & dicit inuentus sum à nõ quærentibus me &c. Sed re uera nõ est ita. Nam cum dicit Paulus, Esaias audet, non vult innuere suis viribus eum ita confidere, & de se ita præsumere, C quòd non vereretur tantum onus subire, sed vult innuere, quod ipse contemnebat mortem, & quascumq; persecutiones, quas sibi pro Dei gloria imminere cernebat. Audet igitur, & prædicat verbum Dei, & annunciat populo scelera sua. Non ergò illa eius spontanea oblatio vlli vitio est tribuenda, sed eximiæ voluntati in exequendis Dei mandatis. Vnde nonnulli existimant hanc ob rem eum fuisse serra D dissectum, Et non quia dixerit, se vidisse Dominum super solium sedentem, quia illud idem propalarunt Moyses, & alij Prophetæ, non tamen huiusmodi mortem obierunt, sed eam potius caussam suæ eius mortis fuisse putandum est, quia attulit nuncium Iudaeis, ipsos fore excæcandos, & deuastandos post Christi aduentum. Alacriter igitur, & promptè respondit. Ecce ego mitte me. Et certè mi E rum est, quòd hic Propheta tàm spõtè, & audacter pollicetur se iterum, & laturum hunc nuncium, cum tamen Moyses iussus accedere ad Pharaonem Exod. 3. & 4. longè difficilem se præbuerit & morosum. Sic Hieremias vt habetur cap. 1. renuit hoc onus accipere dicens A: A: A: Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ergo sũ: sic Ezechiel,

Cur Esa. tã prõpte se offert ad obeundũ munus eidemq̃ datũ Moys. vero & Hieremi. secus agunt.

Ezechiel, vt habetur 3. cap. & Ionas cap. 1. & pleriq; alij detractarunt hanc Dei legationẽ, & mandatũ. D. Chrisost. super hunc locum excusat, & ponit discrimen inter Moysem, & Esaiam d. quòd Moyses mittebatur in Regionẽ Barbaram, et ad Tyrannum vecordi insania, ac rabie peremptum, Esaias verò ad Domesticæ notos, et qui eũ aliàs audierant docentem, quiq; ab ipso fuerant non exiguo tempore eruditi. Quidam alij dicunt Esaiam se ita promptũ & alacrem ad hoc munus obeundum præbuisse, cum vidisset Dominum, & Seraphin ad se missũ qui sua purgaret labia, dum se, & populum suum pollutum fuisse confessus esset. Propterea non est eadem conditio hic, & ibi. Cęterùm occurit hic aliud dubium. Postquam Esaias ita se obtulit ad hoc munus obeundum, & se ipsum patefecit d. Ecce ego, cur oportuit subdere, & inferre d. mitte me? nonnè satis erat, se obtulisse primum? fecit hoc ut demonstraret, ac doceret, neminem debere aggredi aliquod munus, vel officium, præsertim arduum, & difficile, nisi fuerit ei demandatum, idq; eo magis fieri debet, & obseruari in his, quæ sunt ad Deum, & ad vtilitatem populi, quod quidem munus, nullus debet assumere nisi fuerit missus à preposito, iuxta illud Apost. ad Rom. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur, sed dices, cur ergo Hier. iussus à Deo ad prędicandum renuit, & se excusauit ratione, etatis, & tardioris linguæ, seu nesciendi loqui? D. Greg. quem sequitur etiam D. Tho. 1. par. past. cap. 7. dicit quòd ad prædicationis officium nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur, Quidam vero laudabiliter illud appetunt, et quęrunt. Qui enim proximis per actiuam vitam prodesse cupiunt, prædicationis officium libenter accipiunt, vt Esaias; Qui verò per contemplatiuam Deo inherere magis cupiũt non satis libenter officium prædicationis accipiunt, vt Hier. & multi alij. D. Aug. super ps. 50. dicit, longè fœliciores esse, qui audiunt, quam qui loquuntur. Ex his verbis, & ex hoc facto Esaiæ nonnulli eliciunt, nequaquam

Aug. super psal. 50.

A illicitum fore, quandoq; appetere episcopatum, & alias dignitates, vt ostendit D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 1. appetere s. Episcopatum, & assumere munus prædicandi, ut alijs prosimus, est laudabile, & virtuosum; appettere autem hac sola ratione eiusmodi officia, vel dignitates, gradus, aut honores tantummodo propter celsitudinem honoris, & dignitatis, aut propter bona temporalia, hoc est illicitum, presumptuosum, & B quandoq; etiam peccatum mortale. At appettere eiusmodi, non tamquàm finem, neq; tamquam rationem appetendi, sed velut ea, quæ sunt ad finem vel consequuntur finem, qui est episcopalis actio videlicet pascere oues, non est illicitum, sic enim dicebat Apostolus, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, Vide Caietanum ibidem, et alios doctores. Sed videamus, quæ dicturus est Sanctissimus iste C vates, et Dei nuncius ac legatus populo huic. Audite (inquit) audientes, et nolite intelligere, et videte visionem, & nolite cognoscere. Increpat quidem eos, qui audient, et videbunt, sed instar eorum se exibebunt, qui nunquam audierunt, nec viderunt. Audierunt inquam sanctos Prophetas, Deinde sanctos Apostolos, et postremò Christum ipsum Dei filium, et nequaquam credere voluerunt. D Viderunt quidem opera Dei mirabilia, ut leprosos morbo releuatos, claudos ambulantes, Cęcos videntes, Mortuos è monumentis exurgentes, et tamen hęc uisa, minimè profuerunt. Quod autẽ non crediderint mirabilibus Christi operibus non est mirum, quia neq; etiam crediderunt Moysi, et Cæteris Prophetis. Vndè rectè dicebat Christus Io: 5. si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi, de me enim ille E scripsit, Cum ergo hæc ita sint, neq; quicquam prodesse videantur ad eos suscitandos, et ad semitam reducẽdos prophetarum monita, et vaticinia adeò duræ ceruicis, et pertinacis animi se ipsos ostendebant, Deus præcipit ipsi Prophetæ d. *Excæca cor populi huius & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè uideat oculis suis, & auribus*

Episcopatũ nonnunquàm licet appetere.

suis audiat, & corde suo intelligat, & cõuertatur, & sanem eum. Optimè, & Clementissimè Deus, quàm magna est multitudo misericordię tuæ, tu enim primo præcipis ipsi Prophetæ, ut excæcet cor populi huius, & aures eius aggrauet, ne fortè oculis videat, & auribus suis audiat, & postmodum quasi videatur Deus ambigere de eius resipiscẽtia, & conuersione, ita ut quodammodo cogatur Deus præter voluntatem suam, & meritum illius eiusdem populi, eidem ignoscere, & suam in gratiam recipere (inquit) ne fortè conuertatur & sanem eum. Vnde benè dicit Aug. super hunc locum hoc fortè de supernę medicinæ misericordia factum intelligatur, ut quoniam superbę, & peruersæ voluntatis erant, & suam iustitiam volebant constituere, ad hoc desererentur, vt excæcarentur, & excæcati offenderent in lapidem offensionis & impleretur facies eorum ignominia atq; ita humiliati quęrerent nomen Domini, & non suam, qua inflatur superbus, sed iustitiam Dei, qua iustificatur impius. Hoc enim multis profecit in bonum, qui de suo scelere compuncti, in Christum postea crediderunt, & salutem sunt consecuti; sed quis dicet, & iurè quidem, Qui fieri potest, ut homines non peccent, si Deus præcipit ipsi Prophetæ.d. excæca cor populi huius?&c. Rursus dubitabit aliquis, qua ratione, vel qua virtute poterat ipse Propheta exæcare cor eorum, & aures aggrauare, & cætera, quę præcipit illi Deus efficere? Ad primum dicendum, per hæc verba non præcipitur, populum Israeliticum esse excæcandum, sed prædicitur per Prophetam, id quod futurum est, quòd videlicet ipsi Iudęi, quia habent cor impenitens, & durum excęcabuntur tandem, & peribunt. Alij dicunt, quòd hæc verba sunt Prophetæ, quibus præcatur Deum, vt excęcet cor eorum, quia nolunt audire, & intelligere, quæ illis proponuntur, & prædicuntur. Nicolaus de lyra, & pleriq; alij, sic exponunt hęc verba uidelicet. Excęca cor populi huius &c. idest percute eum, tùm in intellectu, tùm in affectu; quæ tamen percussio

Aug.

A non fit immittendo culpam, sed subtrahendo gratiam vt etiam frequenter dicit Aug. Ad aliud dubium dicendum, quod verba dicta ipsi prophetæ non sunt uerba quasi animi irati aduersus populum, non ita, vt Esaias debeat oculos excæcare, & aures aggrauare, sed denotant, & demonstrant ipsum populum ob malitiam suam talem futurum, vt audiens non audire, neq; intelligens intelligere queat, & ita iubea
B tur ipsi Prophetę, ut proferat, et enunciet, quod omnino futurum esse Deus illi significauit, vnde iuxtà D. Chrysost. duas habemus in hoc capitulo pdictiones, seu vaticinia. Vnum quidem de Ecclesia prędictum ab ipsis Seraphim, vbi denunciantur summa bona orbi terrarum affutura, alterum vero de captiuitate, & pœnis Iudęorum, quod vaticinium Deus voluit ore Prophetarum promulgari: & certè mirum est, quo-
C modo præsens Vaticinium tot locis Sanctarum Scripturarum fuerit commendatum, & repetitum, quamquam sub diuersis significationibus, uel modis enunciandi D. enim Matt. cap. 13. refert illud per modum prędicentis, ac prophetantis D. Marcus adducit eãdem Prophetiam instar enũciantis morem quorumdam, cum inquit, sunt quidam, ut videntes uideant, & non videant, & audientes audiant, & non
D intelligant &c. Mar. 4 & Lucę 8. quasi eodem modo D. Ioannes cap. 12. refert hanc eandem prophetiam, demonstrans, id quod fecit Deus aduersus populum istum .d. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum &c. Prophetæ enim indifferenter utuntur temporibus, quandoque præterito pro futuro, quandoque verò è contra, & nonnunquam utuntur tempore præsenti pro alterutro eorum, de
E hoc eodem uaticinio meminit Paulus ad Rom. xi. & in Act. Apostolo. cap. vlt. quasi super eisdem uerbis, quibus vtitur hoc loco Propheta. Vt autem difficillimam hanc quæstionem unico uerbo absoluamus dicim⁹ quòd Deus nullo modo potest dici caussa peccati licèt dicat Esaias, aut prædixerit oculos eorum excæcandus, & cor

Matt. 13.
Mar. 4 & Luc. 8.
Ioan. ca. 12
Rom. 11.
Deus non ē causa peccati.

eorum

eorum indurandum, ita ut, non videant oculis, & intelligant corde, quia sic dicitur Deus excæcare, & obdurare videlicet deserendo, & non adiuuando, & sicut paullò ante diximus subtrahendo gratiam, non immittendo culpam, quod occulto iudicio facere potest, inique non potest, & ut subdit Aug. Trac. 53. super Ioannem, Deus, siue quando nos adiuuat misericorditer facit, siuè quando non adiuuat iustè facit, quia non temeritate sed iudicio facit.

Aug. tract. 53. super Ioan.

Et dixi, vsque quo Domine? & dixit, donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra derelinquetur deserta, & longe faciet Dominus homines, & multiplicabitur, quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebyntus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit id quod steterit in ea.

Cum Propheta ex verbis Domini tàm apertis, & manifestis intelligeret populum suum esse excęcandum, & oculos claudendos, & cætera quæ audiuistis; velùt anxius de salute populi sui, & admiratus de hac comminatione facta Dei iudicio, de quo locutus est quandoque Saluator noster dicens. In iudicium in hunc mundum veni, ut non videntes uideant, & qui vident cæci fiant, confidenter accedit ad Dominum Deum suum, & sciscitatur ab eo dicens. Vsquequò Domine? hoc est quamdiu durabit ista maledictio in populo Israelis, quem iam olim præ alijs gentibus delegisti? Nùm scilicet in perpetuum, aut vsque ad aliquod pręfixum, & determinatum temporis spatium? Nonne cessabit aliquando ista eorum calamitas, & miseria? Huic petitioni respondit Dominus, & dixit ea verba, quæ suprà: videlicet, donec desolentur &c. Ex quibus verbis iuxtà expositionem Diui Thom. octo, vel decem referuntur, & prædicuntur genera eiuscemodi maledictionis, & miseriæ, ita scilicet intelligendo, nunquam eiusmodi calamitates, & castigationes finem habituras, donec quęcumque hic enarrantur euenerint. Prima est desolatio ciuitatum, itaut in eis nullus sit amplius, qui inhabitet, & quemadmodum supradictum est, relinquetur domus uestra deserta. Secunda est, quòd domus erunt sine homine, quia videlicet omnes ferè captiui ducentur, quemadmodum Hier. Tren: primo posuit me desolatam tota die mœrore confectam. Tertia terra videlicet agri, & prædia relinquentur deserta, quòd nullus erit, qui colat ea, vepres, & spinæ germinabunt in agris. Quarta & longè faciet Dominus homines idest tanta hominum persecutio, & tantus vbiquè terror, & timor erit, quòd homines fuga salutem quęrent, & in uarias, & diuersas regiones dispergentur, vt nullus sit situs, & vestigium pedum eorum. Quinta & multiplicabitur, quæ relicta fuerat in medio terræ, quia scilicet adeò longa, & diuturna erit eorum dispersio, seu fuga, aut potius exilium, vt in medio terræ, hoc est per vniuersum orbem sint multiplicandi, & filios, & nepotes, & pronepotes habituri, iuxta illud Hier. 29. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus israel omni transmigrationi, quam transtulit de Hyerusalem in Babylonem edificate domos, & habitate in eis. Dicuntur etiam habitare in medio terræ, qui nullum habitant proprium, & determinatum locum, sed habitant in loco omnibus communi. Porrò sexta maledictio, & castigatio & adhuc in ea decimatio; quæ verba duos recipiunt intellectus Primus est, quòd tàm magna erit desolatio illius Regionis, & tam magna clades, & captiuatio, quòd ex tot millibus hominum vix remanebit decima pars. Alius intellectus, quòd licet qui captiui ducentur in alias regiones sint mirum immodum multiplicandi, & filios, ac filias genituri adhuc in ea gente erit decimatio q. d. non erit tanta hominum multiplicatio vt referat decimam partem eorum, qui olim erant in Ciuitate Hyerusalem, & in omni eorum regione, sicut prædictum fuit Deut. 28. Et remanebitis parui numero, qui prius eratis sicut

Qualitates Iudęorū

Hier. Trē. 1

Hier. 29.

Deut. 28.

L 4 astra

astra Cœli. Septima maledictio, & conuertetur, siuè, vt aliqui textus habent reuertetur, sensus est, quòd licet quandoq; ciuitas Hierusalem, & vniuersa Iudea, & resumat vires, & in pristinum reuertatur, nihilhominus adhuc in ea erit decimatio id quod procùl dubio contigit sub Adriano imperatore, sub quo rursus in captiuitatem venerunt, posteaquam per Titum, & Vespasianum fuerat antea desolati Sequuntur postea tres alij modi siue species miserandæ eorum calamitatis, & punitionis, quod scilicet erunt in ostensionem, sicut Terebintus, & sicut quærcus, quæ expandit Ramos suos; erunt (inquit) in ostensionem, hoc est in derisionem, & contemptum, quemadmodum dicere solemus de hominibus abiectis, et aliqua graui afflictione, vel ignominia affectis digito monstrantur, et super eos mouent homines capita sua et quemadmodũ Terebyntus, et quęrcus expandit ramos suos, cum folia et fructus defluxerint, et cæciderint nulli sunt usui, nisi vt pręcidantur, et prosternantur, et in ignem mittantur; sic isti erunt in ostensionem, vel ut alij dicunt excisionem. De his tandem subditur. Semen sanctum erit

De terebynto vide Plinium li. 13. cap. 6.

A id quod steterit in ea, sensus est, quòd licet horum obduratio, & excęcatio, de qua locuti sumus habitura sit uel passura omnia ista incommoda, quę enarrauimus, nihilominus, qui reseruati fuerint, et in fide perstiterint, salui erunt neq; solũ pauci isti saluabuntur, verũ & erunt semẽ sanctũ multorũ filiorum Dei, qui dicuntur verè Israelitæ, ex quibus seminibus, et benedictis radicibus alij uiri perfecti pro-

B gredientur. Chrisost. dicit per hæc verba indicari prosperitatem temporis successuram his, qui relicti fuerint Vnde ipse Esaias more prophetico post minas, et terrores uoluit aliquam innuere consolationem, et ostendere, quòd licet multi, et ferè innumerabiles Iudęi sint perdendi, et exterminandæ ammissuri non solum bona tẽporalia, uerùm etiã ꝙ magis refert, bona spiritualia, reliquiæ tamen saluæ

C fient, et queamadmodum habet alius textus licet Terebintus, et Quęrcus amittant frondes, et fructus, et quandoque decidant, remanebit saltem Truncus, et radix, unde poterit aliquandò rursus exerescere, et alios ramos proferre, et educere: et hic est sensus ultimorum verborum præsentis capituli, et finis totius capituli.



CAPVT SEPTIMVM.

ET factum est in diebus Achaz filij Ioathan, fi- 1.
lij Oziæ regis Iuda, ascendit Basin Rex Syriæ,
& Phasee filius Romeliæ Rex Israel, in Ieru-
salem, ad præliandum contra eam: & non po-
tuerunt debellare eam. Et Nunciauerunt domui 2.
Dauid .d: Requieuit Syria super ephraim, &
commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur li-
gna siluarum à facie venti. Et dixit Dominus ad Isaiam: e- 3.
gredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub fi-
lius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris inuia
agri fullonis. Et dices ad eum: Vide vt sileas: noli timere,
& cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum Fumigan-
tium istorum in ira furoris Rasin Regis Syriæ, & filij Rome-
liae: eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum E-
phraïm, & filius Romeliæ, dicentes: Ascendamus ad Iu-
dam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & pona-
mus Regem, in medio eius filium Tabeel. Hæc dicit do- 4.
minus Deus: non stabit, & non erit istud, sed caput Syriæ
damascus, & caput damasci Rasin: & adhuc sexaginta, &
quinque anni, & desinet Ephraim esse populus: & caput
Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliae. Si
non credideritis, non permanebitis. Et adijciet Dominus lo- 5.
qui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino deo tuo
in profundum inferni, siuè in excelsum supra. Et dixit A-
chaz: non petam, & non tentabo dominum. Et dixit: Au- 6.
dite ergo domus Dauid: nunquid parum vobis est, molestos
esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc
dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, &
pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum,
& mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bo-
num. Quia antequàm sciat Puer reprobare malum, & eli-
gere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris à facie
duorum regum suorum. Adducet dominus super te, & super 7
populum tuum, & super domum patris tui dies, qui non ve-
nerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum Rege Assy-
riorum. Et erit in die illa: Sibilauit dominus muscae, quae

est

est in extremo fluminum Aegypti, & api, quae est in ter-
ra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus
vallium, & in cauernis Petrarum, & in omnibus Frute-
8. *tis, & in uniuersis foraminibus.* In die *illa radet dominus in-*
nouacula conducta in his, qui trans flumen sunt, in Rege
Assyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam vniuer-
9. *sam.* Et erit *in die illa: Nutriet homo Vaccam, Boum, &*
duas oues, & prae ubertate lactis comedet Butyrum: Buty-
rum enim, & mel manducabit omnis, qui relictus fuerit in
medio terrae. Et erit *Indie illa: Omnis locus vbi fue-*
10. *rint mille vites, mille argenteis, in spinas, & in*
vepres erunt. Cum sagittis, & arcu ingre-
dientur illuc: uepres enim, & spi-
nae erunt in uniuersa terra. Et om-
nes montes, qui in sarculo
sarrientur, non veniet
illuc terror spina-
rum, &
neprium, & erit in pascua bouis,
& inconculcationem
pecoris.



EXPLANATIO IN SEPTIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ET factum est in diebus Acaz filij Ioathan, filij Oziæ Regis Iuda, ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ Rex Israel in Hyerusalem ad præliandum contra eam, & non potuerunt debellare eam.*



STVD capitulū non solum est diligenter, & summo cum studio, ac attentione legēdū, & considerandum, verum etiam summa cum veneratione, ac deuotione exosculandum, & obseruandum, quando in eo prædicitur & pronunciatur primum, & principale nostræ salutis mysterium, & quemadmodū sacri quidem expositores Sanctarum scripturarum asseuerant, capitulum istud pariter, & præcedens maximam habent connexionem, cum priori capite Sacrosanti Euangelij Io. Euangelistæ, in quo de æterna, ac temporali diuini verbi generatione sermo habetur. Inexpositione igitur præsentis capituli, primum videbimus, quantum nostri intellectus imbecillitati poterit concedi, quæ fuerit ipsius Prophetæ intentio, deinde exponemus litteram iuxtà textū editionis vulgatæ: postremo eliciemus ex ea, quo ad fieri poterit sensus misticos, & allegoricos ad percipienda fidei nostræ Sacramenta, & Christianam vitam sanctis moribus, & institutis imbuendam. Intentio itaq; prima & principalis ipsius Prophetæ est prædicere, ob oculos mentis nostræ ponere incarnationē filij Dei in vtero Virginis, salua semper, & integra permanente eius virginali pudicitia, nec non mirabiles ac verè diuinos ipsius filij Emanuelis effectus, & actiones, & quo pacto sumus etiam & nos filij Dei effecti, & compotes Regni celestis, diuinęq; consortes A naturæ. At priusquam ad huiusmodi misterium propalandum Propheta descendat, refert historiam quandā desumptam ex quarto libro regū cap. 16. cuius occasione miro quodam, ac planè diuino artificio ad illud tam grāde mysterium nobis aperiendum accedit. vnde prophetiam de partu Virginis, quæ post longum tempus erat adīplenda cum ijs quæ breuiori tempore B euenient cōnectit, & vt ex credulitate ipsius, facilius habeatur fides posterioris. Dicit ergo; *Et factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ Regis Iuda, ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ Rex Israel in Hyerusalem.* Describit hoc loco Propheta oppugnationem Regni Iuda tempore quo regnabat in eo Achaz filius Ioathan, id quod anno 4. regni sui euenisse tradunt scriptores; & refert, ac narrat C eius liberationem. Vbi tria sunt considerãda, primum modus loquendi ipsius Prophetæ dum auspicatur, & aggreditur narrationem huius historiæ ab illa copula, &. Inquit enim, & factū est, illa dictio copulatiua, &, nullam videtur habere connexionem cum pręcedentibus, ita vt quæ in hoc capitulo dicuntur possint coniungi, & copulari cum pręcedentibus; sed non ita res habet, nam cum in præcedenti capitulo di D xisset se vidisse Dominum sedentem super soliū & c & patefactum, seu reuelatum ei fuisset altissimum Sacræ Triadis mysterium, quęquæ sunt futura excidia, post aliquod tēpus Populi Iudaici, nunc consequenter accedit ad eadem excidia pronuncianda; vt quisq; facilius

4. reg. c. 16.

facilius credat ea esse futura, nec putet ea perperam vel temerè, & absq; ratione, & fundamento fore prædicta. Prophetiæ nanq; nobis proponuntur non solum vt futura præsciamus, sed vt metu propheticæ comminationis à peccatis recedamus, & promissione bonorum simus ad bonos mores, & ad Christianam vitam promptiores; ideò dicit. Et quasi dicat; cùm mox dixerimus populum hæbreum fore obcęcandum, & ciuitates eius esse desolandas, & euertendas: nunc audite, quid post hæc futurum est. D. Thomas arbitratur in pręcedenti capitulo habitum sermonem cōtra duas tribus; nūc verò contra decem tribus, tamquam hostes duarum tribuum; & ideo conuenienter incepit ab illa copulatiua, &, Vnde dicit & factum est, in diebus Achaz filij Ioathan, filij Ozie Regis Iuda, q.d. Non solum duę tribus grauissimam sunt habituræ miseriam: verum & alię tribus, idcirco dicit. Et factum est. Præterea est aliud hic aduertendum, ꝙ in descriptione, & enarratione temporis quo ista contigerunt facta est mentio ipsius Ozię, qui fuit auus ipsius Regis Achaz, nec absq; ratione, quia aliqui forte suspicari possent satis fore meminisse patris ipsius, qui fuit Ioathan, propterea dicūt aliqui ideo Isaiam hoc loco mentionem fecisse ipsius Oziæ, vt ostenderet quòd hostes ipsius Achaz acceperūt audaciam inuadendi ipsum, vt qui originem ducebat ab eo, qui fuerat aliquando exosus ipsi Deo ob sacrilegium temerè, & violenter perpetratum, atq; ob id, ab eodem lepra percussus; vt igitur illius hostes de victoria obtinenda spem concipere potuissent, ipsius Oziæ mentionem fecit: vel dicas hoc loco commemoratum fuisse Oziam ab ipso Propheta, vt ostenderet longe maiorem fuisse Dei misericordiam erga ipsum Achaz, quàm quis vnquam posset arbitrari quia non obstante quod descenderit ab auo olim sacrilego; Deus tamē misertus est illius. Alij dicunt quod in hac temporis descriptione exprimuntur pater, & auus ipsius Achaz, vt cognoscatur beneficiū diuinum sibi factum, de quo paulopost

A loquemur, non fuisse factum à Deo ob aliqua eius merita, sed ob merita patris sui Ioathan, & Oziæ aui sui, qui etsi aliquādo deliquisse perhibeatur, libenter tamen, & summa cum patientia, suæ temeritatis pœnam substinuit. At ego saluo semper aliorum iudicio existimo patrem pariter, & auum fuisse hoc loco commemoratos ob maiorem historię certitudinem & pro euitandis quibuscunq; dubitationibus, quę

B inde facilè possent exoriri. Postremo loco notandum, quòd ista oppugnatio, seu obsessio de qua nunc loquitur Propheta facta aduersus Regem Achaz ab illis duobus Regibus, videlicet à Rege Syrię, & à Rege Israel non ea est, de qua libro 2. Paralipomenon capite 28. satis abundè tractatur, sed ea est de qua quarto Regum 16. capite, sermo habetur quandoquidem in priori bello de quo liber Paralipomenon lo-

C quitur Rex Iuda grauissima damna ꝑtulit et ipse, & populus eius, ita vt innumera hominum multitudo fuerit cęsa, & ingens præda omnium bonorū ab hostibus facta, & tota ferè illa regio fuerit depopulata, ac deuastata: atq; id quidem nulla prorsus iniuria, sed maximo iure quando iste Rex Achaz fuerit omnium scriptorum testimonio satis impius & scelestus, diuinę legis cōtemptor, idolorum cultor, multorum

D què subinde scelerum perpetrator insignis, cuius rei causa Deo iubente Rasin Rex Syriæ, & Phasee filius Romeliæ Rex Israel mouerunt exercitus, & arma contra ipsum, & grauissima, & penè incredibilia ei & vniuerso regno (vt diximus) damna intulerunt. id qđ non contigit in hoc bello, & in hac obsidione, de qua nunc loquitur Esaias. Sed non facilè constat ex dictis Sanctorum; numquid vnico tantum bello

E Rex Iuda tot incommoda subierit an pluribus. In prefato enim libro Paralipomenon sic legitur. Dominus Deus tradidit Achaz Regem Iuda in manu Regis Syriæ, qui percussit eum, magnáq; prædam cœpit de eius imperio, & adduxit in Damascum. Postea immediatè subdit. Manibus quoq; Regis Israel traditus est, & percussus pla-

ga

gagrandi, occiditq; Phacee filius Romeliæ de Iuda 120. millia in die vno omnes viros bellatores, eò quod reliquissent Deum Patrum suorũ: ex quò modo loquendi videtur conijci, duo fuisse bella & certamina, quibus infelix Rex Iuda fuit grauiter afflictus, & percussus, semel inquam à Rege Syrię, postmodum alia vice à Rege Samariæ: & sic videntur sentire pleriq; exponentes, & de recentioribus Niccolaus de Lira, & alij post ipsum. D. autem Hieronymus videtur innuere vnico tantum bello fuisse deuictum Regem Iuda ab his duobus Regibus, verum quicquid horum fuerit, parum refert: voluimus exercitationis causa hanc rem potius innuere, quam tractare & diffinire sed videamus circa particulam textus primo loco assumptam, quæ vt inquit Cyrillus, loco præfationis, posita est, cur ibi dicatur, quod Rasin Rex Syriæ ascendit in Hierusalem; Nonnè poterat Esaias vti alioverbo v3. perrexit, seu ꝓfectus est, vel exercitum duxit, aut quid simile. Dicunt, ideo Prophetam vsum fuisse hoc verbo iuxtà propriam eius significationem, quia Syria vnde mouebatur Rex cum exercitu suo, erat satis eminens, & montuosa, & propterea si Rex Syriæ proficisci statuerat in Hierusalem oportebat illum ascendere, quandoquidem Syria secundum Geographos est, vel Armenia, vel pars Armeniæ, quæ Regio altissima fertur, & omnibus alijs orbis terræ partibus valdè supereminens; Quod potest ex eo comprobari, quod legitur Gen. 8. quod Archa iussu Domini fabricata per Noe, peracto diluuio requieuit super montes Armeniæ. Sed mihi rogo parcant isti grauissimi expositores. Ego sum tam imbecillis ingenio, quod non possum capere qua ratione oportuerit illum ascendere si ex Regione altissima in Regionem decliuiorem erat profecturus. Propterea salua semper eruditorum sententia, existimo, hoc verbum (ascendere, non semper capiatur iuxtà proprium eius significatum, videlicet ex loco decliui petere locum sublimem; sed quando; transferatur ad quicquam aliud significandum, verbi gratia, ascendere ad aliquem locum sit perinde, ac de loco moueri, in quo quis residet, aut quiescit, alicuius negocij causa, & alium petere, verbigratia cum mouetur exercitus, autPrinceps aliquis de domo sua, vel de Palatio, seu Patria, in qua solet residere, & aliò vadit, potest dici exercitus uadit, vel ascendit, aut Princeps vadit, vel ascendit in Senatum, aut aliquid huiusmodi, quo pacto possumus intelligere dixisse Saluatorem fratribus suis Io. septimo. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam. q. d. Vos ite ad diem festum hunc, vestra interest illùc proficisci ego autem non ascendam, idest non ibo, quia tempus meum nondum impletum est. Dicimus etiam cum aliquis promouetur ad aliquē gradum quod ascendit; & Cyrillus hoc in loco exponit, illud verbum ascendit per uenit, siue peruenerunt: Quod attinet ad Regnum Syriæ non habeo quod referam, nisi quod reperi apud scriptores, quibus in hac parte oportet addiscentem, seu legentem credere. Dicunt enim, quòd sit Regio Asię, valdè lata, atq; protensa, multisq; Ciuitatibus fluuijs, Montibus, & collibus exornata, & multas sub se cōtinēs regiones, videlicet Asiriam, Cœlesiriã, Leucosiriam, & alias quoq;. Plinius in duas tantum diuidit, in Palestinam scilicet, & Sammariam. Vide ipsum lib. 5. naturalis historię capite 12. Dicit ergò Propheta, quòd *Rex Syriæ & Rex Israel ascenderunt in Hierusalem, ad prelisandum contra eam & non potuerunt eam debellare*. Totum, quod hucusq; dictũ est, accipitur velut inscriptio, & prefatio eorum; quæ in toto hoc capite enarrantur, vbi etiam breui sermone ipsius rei exitum ponit, dum inquit. Et non potuerunt eam debellare. Hic certè nil aliud nobis agendum occurrit, nisi vt misericordiam, & iudicium Domini contemplemur, & vnà cum Propheta dicamus. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Iste Rex Achaz valdè impius, & scelestus, vt diximus, post acceptas clades, prædas, ac direptiones omnium bonorum sui imperij nihil minus in suo semper scelere

Gen. 8.

Ioan. 7.

lib. 5 naturalis Hist. cap. 12.

Ps. 100.

lere permansit, nec minimum quidem à suis vijs pessimis vnquam recessit, & quemadmodum legitur, secundo Paralip. loco præallegato, tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Domino. Veruntamen Deus clemens, & misericors non est passus eum rursus debellari, & expugnari ob eas fortè causas, quas nos ex sacris litteris excipere tentabimus; sed prius consideranda est hoc loco multa, & admirabilis Dei sapientia, atq; prouidentia pro salute Iudæorum. Non enim statim à principio commotionis repressit bellum, neque impediuit quò minus iunctis copijs ascenderent in Hierusalem, & eam obsiderent hi duo confoederati Principes, sed neq; & pmisit, vt exercitus ingrués, & circũ Moenia existens pualeret, & quicquam mali afferret obsessis, sed verbo tantum fieri permisit commi nationes. Contra verò ciuibus, qui intra Ciuitatem continebantur ademit socordiam, & suam pariter declarauit potentiam, qua possit eos in maximo discrimine constitutos, & ad finem malorum penè deductos eripere, non secus, quàm eos, qui nondum sensere quicquam mali, quemadmodum etiã potest eos, qui iam sunt in aliquod periculum prolapsi, ita conseruare, vt nihil omnino patiantur mali, quemadmodum contigit illis, qui missi fuere in fornacem ignis ardentis, & his, qui in lacum Leonum. Quid ergo fecerũt isti duo Reges? Ciuitatem obsederunt, muros Vrbis attigerunt, & tamen ciuibus intra timore concussis nihil attulerunt detrimenti, & pugna erat valdè inequalis. Apud illos enim erat multitudo infinita, tum Sirorum, tum Samaritanorum; & populi decem tribuum, qui conspirauerunt aduersus fratres suos, & alienæ gentis hominibus se coniunxerant. Hierosolimis verò nihil horum, sed solum Ciuitas vna; & tamen nullo arma mouente, neq; aduersus illos exeunte, vel ad congressum pręparato, victoria ex hostium manibus est elapsa, & eorum maligni conatus in nihilum reciderunt. Dicit.n. textus. *Et non potuerunt debellare eam*, & quid fuit impedimenti? nullum certè aliud, nisi manus Dei, quæ inuisibili fortitudine propulsauit inimicos.

2 Paralip. cap. 28.

Dan. 3. & 14.

A B C D E (marginal letters)

Sequitur in textu, *Et nunciauerunt domus Dauid dicentes, Requieuit Syria super Ephraim, & commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna Siluarum a facie venti.* 2.

Nunciauerunt (inquit) domui Dauid, hoc est, Curiæ Regiæ, & his, qui in Pręrorio degebant, quiq; curam, & administrationem ipsius Regni tenebant; Rumor enim, & fama huius commotionis peruaserat vniuersam Vrbem, & pene totum Regnum, quod scilicet illi duo Reges iunctis viribus decreuerant Ciuitatem aggredi, & illam omnino expugnare, & euertere, & licet in domo Dauid eo tempore regnaret ipse Achaz, appellatur tamen domus Dauid quia Achaz erat de eius domo, ac familia, & in eius Regno successor. At quo modo requieuit Syria super Ephraim? Dicunt ferè omnes quod dicitur requieuisse, quia in vnum fœdus, & amicitiã conuenerant, & aduersus Hierusalem conspirauerant. Vel dicitur Syria requieuisse super Ephraim, quia scilicet exercitus Regis Syriæ conquieuit, & coniunctus fuit cum exercitu Ephraim Ita quod exercitus Syrorum accessit ad exercitum Ephraim, & ibi consedit, & requieuit, vel vt vulgo dicitur massam fecerunt. Melius opinor iuxtà propriũ illius uocis significatum, quod requieuit Syria super Ephraim, quia Syria, quæ magnopere cupiebat capere & destruere Hierusalem, requieuit, idest spẽ suam, & sui desiderij progressum, & euentum fundauit, & locauit super ephraim, tanquam comitem, & ducem totius belli, quoniam licet vires Regis Syriæ essent fortasse maiores, quàm ipsius Regis Ephraim, vt videtur sentire D. Thomas, tamen quia Ephraitę erant ardentiores, & audaciores, atque etiam magis experti Regionis Iudæ, ideo rationabiliter Syria requieuit super Ephraim, & eò magis, quod maior solet esse emulatio inter eos, qui aliqua sanguinis propinquitate sunt coniuncti, quemadmodum erant Ephraitæ, & Iudæi, quàm inter extraneos, vt dicit Ioseph. lib. 6. antiq. cap 3. liquet

Psal. 101.

lib. de antiq. 6. cap. 3.

quet tamen hic videre insignem malignitatem decem tribũ, qui non modo aduersus fratres susceperant bellũ, & aduersus eos concitauerant seditiones & arma, verum etiam viris alienæ tribus, & gentis se coniunxerant, vt eosdem suos fratres perimerent, & destruerent. Dicitur Samaria, quæ est Regio decem Tribuum Ephraim, quia Hieroboam, qui fuit primus Rex istarum decẽ Tribuum, erat de Tribu Ephraim & præterea sic nominatur, quia tribus Ephraim erat nobilior, & potentior alijs Tribubꝰ. Vnde sequitur. *Et cõmotum est cor Regis, & cor populi illius, sicut mouentur ligna à facie venti.* Iurè quidem, & non sine maxima ratione motum erat cor Regis, & concussum, quia cum recordaretur se aliàs ab altero tantum illorum Regum maximam cladem accepisse, nunc multo magis, & longè maiorem se cladem accepturũ poterat suspicari, dum vires in vnum essent coniunctæ duorum Regum potẽtissimorum Nec solum dicitur cor Regis, sed etiam cor totius populi esse commotum; quò facilè est percipere trepidationem, & timorem fuisse vniuersalem. Nec mirum, quoniam, vt inquit Cyrillus, ex grauibus terroribus solet vehementer mens concuti, & animus exagitari; & ponit similitudinem ipsarum Arborum, & lignorum dum mouẽtur à facie vẽti, mouẽtur qdẽ, dũ fuerit ventus vehemens, & impetuosus nõ folia arborũ solũ, ꝙ certè facillimũ est, verũ ẽt ligna, & arbores ipsæ q̃ non mouẽtur solũ, & agitãtur, verũ ẽt qñq; franguntur, & eradicantur. Quemaddum ergo arbores; & ligna mouentur, cum ventus vehemens irruit in ea, sic, & cor regis, & cor populi eius commotum fuit, & perturbatum à facie illius exercitus, quandoquidem conuenerãt illi duo Reges iunctis viribus, vt rursus Ciuitatem Hierusalem, & vniuersum illud Regnum expugnarent, ac diriperent, rati hoc prælio se omnino victoriam consecuturos.

Tunc dixit Dominus ad Esaiam, Egre-
3. *dere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus ad extremum aquæductus Piscinæ superioris in via agri fullonis, & dices ad eum, vide vt sileas noli timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium.*

Cum Rex Achaz in tot angustijs, & calamitatibus versaretur, & tot mala tamquam præsentia sibi obijcerentur, Deus optimus clemens, & misericors eius sortem miseratus, pollicetur auxilium, & certissimam liberationem futuram, sicque ob id nuncios destinauit, per quos Rex moneatur, & certus reddatur ac securus de liberatione obtinenda. Quęret aliquis cur Deus permisit cor Regis, & populi totius commoueri, & timore concuti, & non prius illi suam operam polliceri? Dicas hoc ideo factum, vt euidentius cognosceret potentiam Dei, & eius beneficium; sic enim consueuit Deus cum est facturus quippiam operis admiratione dignum permittere prius hominem tangis sensu malorum, & perspicere imminens periculum, & deinde opem afferre, vt liber à periculo cognoscat liberatorem suum, & ei gratias agat, & veneretur. Dicit ergo Dominus ad Esaiam vel inspirando interius, vel per subiectam creaturam exterius instruẽdo, egredere in occursum Achaz tu, et filius tuus. Dicunt aliqui exponentes, quod nuncij præcipiuntur egredi in occursum ipsi Achaz, quia fortasse ille perrexerat, vt se opponeret militaribus copijs ipsorum hostium, & impediret, ne vltra progrederentur. Alijs verò videtur, quod Rex timore perterritus iam fugam parabat ne forte in manus hostium deueniret. D. Chrisostomus in expositione huius loci dicit, ꝙ Rex non quiescebat, sed frequenter egrediebatur muros circunspectans iuxtà portas ambulans, & singula diligenter inquirens, animumq; macerans anxijs, superuacuisuè quæstionibus quomodo se habent res hostium, & ideo iubet Propheta iussu Domini, vt sileat, ne verbum vllum faciat, neq; fuga, aut alio quodam signo timorem vllum, & pauorem demonstret, sed spem in ipso Deo collocet iuxtà illud Esaiæ, in spe, & silentio erit fortitudo nostra. Alij textus habent. Vide ut Sileas, idest sis circũspectus, & quiesce, q. d. ne mouearis,

ris, siste gradũ, noli timere, neq; te dedas, aut vllo pacto quicquam vile committas; sed ne mireris, in tanta rerum turbulentia, et tam manifesto periculo, quod imminebat ipsi Regi Iuda, Deus pręcipiat illum silere, neq; motionem vllam facere; qui enim fieri poterat, vt non exclamaret non fleret, non omnia susq;deq; moueret, cũ se, et populũ suũ tot periculis expositum, et penè depręsum inspiceret? Sed Deus secus, agit se eis operatur, et sic fieri vult à suis, quos ille protegit, ac tuetur; inquit enim. Mihi vindictam, et ego retribuam: et

Psal. 12. Dauid Qui tribulant me exultabunt si motus fuero, ego autẽ in te speraui: sed filij huius seculi, cum aliquid incommodi patiantur, franguntur desperatione, et omnia tumultibus ac blasphemijs replent, neq; vmquam quiescunt, donec de inimicis extremam vltionem

Ps. 17. sumant iuxtà illud psal. 17. persequar inimicos meos. et comprehendam illos, et non conuertar donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare donec cadant sub pedes meos. Deinde sequitur. *Et cor suum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin Regis Syria, & filij Romelia.* Insigni metaphora vtitur hoc loco ipse Deus per Prophetam, cũ illos duos Reges alioqui robustissimos, et potentissimos comparat duabus caudis idest extremitatibus, et minimis quibusdam residuis lignorum fumigantium, volens ostendere impotentiam, et imbecillitatem eorum, qa nil nisi fumum poterunt excitare, quiq; modica nimirum aqua poterint extingui, vocantur etiam caudæ, quia erant in extremitatibus sui imperij, et numeratim, duæ tantum caudæ dicuntur, vt vt ostendatur duo tantum ligna fumigantia non posse magnum ignem, aut ingentem flammam emittere. Et summatim hoc vult innuere propheta, qđ omnes vires, et omne robur principum huius seculi si conferuntur ad Deum sunt velut titiones fumigantes nihil habentes solidi, ac diuturni, quemadmodum caudæ, idest extremitates titionum parum durant, cito finiunt, et consumuntur, ꝗ ita mundi potentia;

A sic etiam Dauid ps. 36. tanquàm fœnum velociter arescent, et quemadmodũ olera herbarũ cito decident. Dicit Cyrillus, quod quemadmodum lignum, seu titio, qui ex igne extrahitur, fumigat quidem, sed ignem in se habere desinit, ita homo, vel uitæ, vel rei alicuius finem facturus, meritò dici potest, fax aut lignum ad huc fumigans. D. Chrisost. ait, quod Esaias cõparat illos duos Reges titionibus fumigantibus, vt ostẽ

B dat duram, et acrem illorum vehementiam, et inuentionem, simulq; ostendens quàm facilè possunt opprimi, dicit postmodum; *In Ira furoris Rasin Regis Syria, & filij Romelia,* vocat Propheta hos duos Reges caudas titionum fumigantium, quia propediem finienda, et extinguẽda erãt eorum imperia, aut potius ipsi extinguendi erant, et eorũ regna ad alios transferenda, et iurè quidem appellantur titiones fumigan-

C tes, quoniam fumum è naribus efflare dicebantur, sic facere consueuerunt, vt plurimum, qui aduersus aliquos valdè irascuntur. Super his quæ dicta sũt duo occurrunt dubia Primum qua causa præcipitur Esaiæ, vt in ea legatione secum duceret, et comitem haberet filium suum, qui sibi relictus fuerat nomine Iasub, alterum quæ sit illa Piscina superior, ad quam fuit iussus Esaias debere proficisci, et occurrere ipsi

D Achaz. De primo dicendum, quantũ ad id quod ex historia licet conijcere, voluit Deus Prophetam secum ducere filium suum pro dignitate legationis obeundæ, et fortaßis etiam pro securitate suæ ipsius personę, vt eum instrueret, quemadmodum se gerere deberet in denotantis rebus publicis, et negocijs arduis ac dificilibus. Alij alias adducunt causas, quas prudens lector poterit ex se ipso videre ac etiã ĩuenire.

E At secũdũ D. Chrisost. dicendum, quod non erat solus Iasub, qui comitabatur Esaiam, sed pauci quidam qui relicti fuerant ex tot cladibus acceptis in prioribus bellis, ex quibus non pauci etiã fuerunt ab hostibus adducti; quomodo autem potuerit egredi Propheta, cum Ciuitas esset ab hostibus circumdata. Respondet qđ ex vno muro Ciuitatis

nitatis ad alium processit, non autem prorsus extra Ciuitatem, verum sub his verbis, & sub hoc facto grande latet misterium; vt videbimus infra; dicebatur autẽ iste filius Prophetæ relictus, quia secũdum huius loci interpretes, Esaias habuit alium filium nomine Rapsacẽ, qui relicto patre defecerat ad Regem Assiriorum, cũ nõ satis honorificè tractaretur à Rege Iuda, vt habetur. 4. Regum cap. 18. Dicunt alij Iasub non fuisse filium secundum carnem Esaiæ, sed secundum spiritum, quod tamen non recipitur ab oĩbus. D. Chrisost. est huius Sẽtẽtię, qđ fuerit filius sm̃ Spiritũ, dicit. n. quod illi Sancti Patres, pleni charitate, & solerti quadã ꝓuidẽtia gerebant officium Patris erga populũ, immo superiores erant his, qui dicuntur patres sm̃ carnem. Quod attinet ad piscinam superiorẽ, dicimus sm̃ beatum Thomam, quod erant in Hierusalẽ tres piscinæ q̃ constructæ erãt ob inopiam aquarum fluentium, vna, q̃ erat ad vsum sacerdotum, & sacrificiorum, q̃ probatica dicebatur, secũda inferius in Ciuitate, q̃ munda seruabatur ad cõmunem vsum Ciuitatis, tertia erat extra Ciuitatẽ, q̃ habebat aquam immundã in qua fullones lauabant lanas, & totus ille ager in quo erat constructa illa piscina, & vbi lanæ postquam lotæ erant, extẽdebãtur, appellabatur ager fullonis q ad usum fullonum constituta esse videbatur, id quod neq; etiã caret misterio, & eo quidem altissimo, vt paulopost videbimus; sed melius meo quidẽ iudicio, distinguit istas piscinas quidã modernus interpres, asserens & ipse quod in Hierusalem tres erant, vna superior, quæ ex aquis à montibus diffluentibus conficiebatur extra Vrbis męnia sita, vndè aquæ dimanabant pro commoditate ipsius Vrbis, de qua piscina sermo est 4. Regum 18. & penes istam piscinam morabantur fullones, pro lauandis lanis. Altera Piscina erat inferior intra Vrbis mænia constituta, quæ ex aquis desuper aduenientibus, cogebatur, et de ea volunt Esaiam fuisse loquutum cap. 22. erat & alia, circa templum, cuius fit mentio 3. Reg. 7. quam vis difficile admodum ex eo loco elici possit.

4. Reg. ca. 18

4. Reg. 18.

A Profectus est ergo Esaias ad extremum aquæductus piscinæ superioris, vbi obuiam esset habiturus ipsum Regem Achaz. Ioseph de bello Iudaico, lib. 6. cap. 6. vbi describit situm; & constitutionem Ciuitatis Hierusalem, non videtur alias aquas meminisse, nisi fontem, siuè natatoria Syloe, de qua Io. cap. 9. & stagnum quoddam Salomonis; & circa ipsum templum dicit fuisse quædam aquarum pluuialium receptacula: & paulo post de quibusdam cisternis, & balneis facit mentionem, nullibi autem nominat vllam piscinam: sed fortè res est eadem licet diuersis nominibus; sed vt iam diximus, totum istud negocium, & singula hæc verba continent in se magnum, & profundum misterium. Est & aliud supra dictum textum nequaquam silentio prætereundũ, quoniam vbi nos habemus illa vltima verba in ira furoris Rasin Regis Syriæ, & filij Romeliæ, alij textus habent cum ira furoris mei fuerit, iterum Sanabo; quibus verbis vult innuere ipse Deus, quod tametsi aliquando ob nostra scelera ad iracundiã prouocatus, aliquem punit, quemadmodum contigit Tribui Iuda, & ipsi Regi, qui dimicantes, & cõgressi contra Regem Israel, ceciderũt, & grauiter fuerunt afflicti, iterum tamẽ sanat, & reficit, quod vsu venisse Regi Achaz, & subditis suis, in hoc postremo prælio in eum suscepto manifestum est. Quarè magnopere nobis aduertendum est, & magnæ Deo gratiæ semper habendæ quòd nisi fuerimus omnino peruicaces, nunq̃ Deus nobis irascitur, & in ira furoris sui nos punit, quin etiam sanitatem adducat iuxta illud Abacuch 3. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis, & alibi Iob. 3. post tempestatem tranquillum facis: & ps. 54. expectabam eum, qui me saluũ fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate, ex eisdem verbis, quæ habentur in textu. 70. interpretum possumus, et colligere quòd nunquam Syrij, & Israelitæ obtinuissent aduersus Regẽ Iuda, nisi Deus permisisset immò tradi disset eum ob punitionem tot scelerũ in manum hostium suorum, & consequenter iuxtà morem Prophetarum

Ioseph. lib. 6 d bello iud. cap. 6.

Io. cap. 9.

Abacuch. 3.
Iob. 3.

psal. 54.

manifestat, & reuelat consilium illorũ A
Regum contra Regem Iuda. d.
Scio quod consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim & filius Romeliæ dicentes, Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & euellamus eum ad nos; & ponamus Regem in medio eius filium Tabeel,
Scio, inquit, quod consilium inierit contra te
Quis dubitat Deum omnia scire? nihil
prorsus eum latere? intelligite insipien
tes in populo, & stulti aliquando sapi-
Is. 53. te dicebat Regius Propheta, qui planta- B
uit aurem, non audiet, & qui finxit ocu-
lum non considerat, nõne omnia sunt
nuda, & aperta oculis eius? Deus enim
est cui scrutatur renes, & corda; & alibi
Is. 68. dicit idem Propheta Dñe tu scis insipiẽ
tiam meam, & delicta mea non sunt á
te abscondita. Proindè non est, ꝙ homo
quicquã meditetur, & cogitet, ꝙ putet
ipsum Deum latere, ne fallatur, nec sibi
ipsi quisq̃ blandiatur, & dicat, quomo-
do scit Deus, & si est sciẽtia in excelso, C
& existimet vt quidã, qui dicebãt, qd.n.
nouit Deus, & quasi p caliginem iudi-
cat, nec nostra considerat, & circa cardi
nes cœli perambulat, hi quidem pluri-
mum decipiuntur, quia ipse nouit homi
num vanitatem, & apud ipsum est sapiẽ
tia, & fortitudo, ipse habet consilium,
& intelligentiam, & propterea p Pro-
phetam sic loquitur, & dicit, Scio non
immaginor, non ambigo, non sum p
plexus, sed pro comperto habeo, quod D
Syria, & Ephraim inierunt consilium
contra te, o Rex Iuda, in malum, idest
in perniciem tuã, atq; in tui regni de-
structionem, ac desolationem; cum no
minat Ephraim, & filium Romeliæ,
vult innuere, de tribu Ephraim non so-
lum Principẽ, & Regẽ ipsum, verum,
& ipsos subditos concorditer, & pari
consensu, & voto conuenisse, & conspi-
rasse aduersus Iudam in malum, dicen-
tes, Ascendamus ad Iudã et c. Sed hic E
aduerte quẽdã textũ aliter legere hãc
particulam videlicet Syria iniji consi-
lium cõtra te in malum Ephraim, quo-
rum verborum sensus est, ꝙ Syria, & fi-
lius Romeliæ inierunt cõsilium malũ
in malum Ephraim, hoc est in pnciẽ,
& graue detrimentum, & irreparabile
damnum ipsius Ephraim, i. ipsius Popu

li Israelitici, quod vtiq; verũ fuit: & qđ
nam erat consilium istud? quæ eorum
consultatio? quale cõmentum? illud sa
nè. Ascendamus ad Iudã, & suscitemus
eum, seu velut è somno excitem⁹, quia
tamq̃ securus, & liber ab oĩ molestia
torpescit, quodãmodo quiescere vr̃, ac
dormire, & nihil ptimescere. Propterea
dicunt, suscitemus eum, & vigilare fa-
ciamus à somno; quibus verbis arrogã
tia profectò, & supbia, seu potius insi-
gnis eorum temeritas demonstratur,
quia minus facilè sibi futurum esse exi-
stimãt, eum expugnare, & debellare, q̃
à somno dormientem excitare, sed si
Ephraim erat iunctus & vnitus cũ rege
Syriæ, quo pacto intelligi pot̃ regẽ Sy-
riæ inire cõsiliũ in malũ .i. in pniciẽ &
dãnũ ipsius Ephraim, quarilla expõ 2.
loco adducta non potest admitti, ideo
prior habeat̃. Textus n. emendatior sic
hẽt, ꝙ Syria, Ephraim & filius Romeliç
inierũt consilium contra Iudam. Di-
cunt præterea, auellamus eũ ad nos,
idest ptrahamus in potestatem nostrã
abducamus eũ ad nos, suis è sedibus ui
deturbemus, & nostrç ditioni subijcia-
mus; alius textus habet, euellamus eum
ad nos, hoc est extrahamus eum de hoc
regno, & ita eijciamus, & eradicemus,
vt nomen eius nõ memoretur ampli⁹,
& ponamus Regem in medio eius. Per
hæc verba D. Chrisost. existimat, quòd
horum arrogantia, & p̃sumptio ea fue-
rit, vt sibi persuaderent, & pro compto
haberent nõ armis, neq, vllo exercitus
apparatu, se victoriã cõsequturos, et Ci
uitatẽ vnà cũ Rege, & populo, sola eo-
rũ pręsentia obtenturos, cum primum,
scilicet in eorũ cõspectum venerint, il-
li sese dedant & captiuos omnes abdu-
cãt. Deus aũt fefellit eorum opinio-
nem, & eius pٜuidentia deduxit omnes
ad pniciem. Cum aũt dicunt. *Ponamus*
Regem in medio eius, Perinde est, ac si
dicãt, cõstituamus Regem in toto Re-
gno, nõ in vna sui parte tm̃, proclame-
mus, & pnunciemus Regem apud om-
nes, & corã oĩb⁹ & eiusdem Regni cõ-
stituamus Dñum, & Regem filium Ta-
beel. Quis aũt fuerit iste filius Tabeel,
nõ satis clarum habetur. Quidam n.
volunt hunc Tabeel fuisse Idolũ quod-
dam

dam ab eis celebratum, & summæ venerationi tamquam Deum habitum, quia Tabeel lingua Hæbreorum significat bonum Deum, sed hæc opīo nō cōgruit textui nisi velimus, dicere q̄d nitebantur constituire regē in Hierusalem Idolū q̄d vocat Tabeel, vel filium eius, qa .s. volebant trahere gentem Iudaicā ad Idolatriā, & puertere, ac dducere in sententiā suā. Non nulli existimant hunc Tabeel fuisse hominem, quendā, sic proprio nomine appellatum, & non nulli Rabini, vt refert Nicolaus de lira, opinantur ipsum phaceam, sic dictū, cuius filium decreuerunt in Regno Iudę constituere Regem, quę opinio reuera non multum abest à vero, vel saltem à verisimilitudine, q̄nquidem magna videbatur insipientia, aut īprudentia istorum Regum, velle tot copias ducere & suas oēs uires exercere, quo Regē iurè sibi debito velint expoliare & extraneū quempiā eius loco sufficere, tametsi nō nunq̄ id fieri videamus sed rō postulare videtur, vt ipsi potius eo regno potirentur q̄ q̄ alteri extraneo concederet, verum hoc facto designatur, & ferè delineat īgēs quoddā malū, q̄ nos sępenumero, magno nostrarum aīarum detrimēto fieri cospicim⁹, & experimur q̄.s. filij huius seculi nunq̄ nō q̄runt à cordibus nr̄is euellere Deum verum oīs boni datorē, & in eius locum nō substituere solū, sed tamq̄ primariū, & principalē Dn̄um constituere ipsum Tabeel, i. Deum malū, & prauum Cacodemonē. dr̄.n: Tabeel bon⁹ Deus p̄ Antiphrasī i. à cōtrario sensu sed Dn̄us dissipat cōsilia gentium, rep̄bat cogitationes populorum, & reprobat cōsilia principum, cōsilium aūt Dn̄i manet in ęternum. Propterea sequitur in textu, & inquit.

psal. 32.

Tex. 4. *Hæc dicit Dominus Deus, nō stabit, & non erit istud, sed caput Syriæ damascus & caput Damasci Rasin, & adhuc sexaginta, & quinq; anni, & desinet Ephraim esse populus &c.* Priusquam exponamus hunc textum, & vlterius progrediamur, uideamus, si q̄ ex dictis hauriri p̄nt misteria, nec nō, & aliqua ad mores cōponendos & ad uitam rectè instituendam p̄cepta, & documēta: habuimus.n. hucusq;

A locos satis obscuros, ex quibus aliqua debent elici misteria, quandoquidem ideo scripta sunt, ut p̄ eorum doctrinā spem aliquam habeamus. Primum quidem Historia mox declarata proponit duos Reges valdè robustos, & præpotētes inijsse fœdus contra vnum Regem, & omnes sunt æque scelerati, & digni grauissimis supplicijs, verūtamē Deus eum, qui impetitur, & oppugnatur, protegit, ac tuetur. Deinde præcipitur ipsi

B Prophetæ ut se conferat ad extremum aqueductus Piscinę superioris, & occurrat ipsi Regi trepidanti, & graui timore perculso, ut sileat, et quiescat, neq; se dedat, aut vile quicquam committat. Postremo iubetur, vt secū ducat filium suum Iasub, qui solus ei relictus fuerat. *Solu. primi dub.* Quo ad primum D. Hieron: et plerique alij volunt p̄ hos Reges, qui conspirarunt contra Regem Iuda designari, ac denotari duo gn̄a hominum, qui per-

C petuo contra verum Deum, et Sponsam suam Ecclesiam dimicare nituntur videlicet populus infidelis, et etiā ignobile vulgus hæreticorum, qui mutuo consentientes oppugnant Ecclesiā Dei, tametsi suis in opinionibus, et fantasijs maximè dissentiant, hi quidem rationibus, sophisticis, et varijs, ac uanis argumentationibus Dei populum seducunt Illi verò innixi sapientiæ, et prudentię seculari, et rationibus quibusdam à so-

D lo sensu deductis, respuunt, quæcunq; nos credimus, et tenemus, at ex nostris qui parum firmis, solidisq́, arboribus nituntur, cōtremiscunt, et facilè ruunt. Non sic euenit illis, qui sunt fundati supra firmam petram, sed quia Hæbrei nos calumniantur, quod quecunq; in sacris litteris continentur trahimus, et deducimus ad spiritualem intellectum, nos facilè possumus illis demostrare id magnopere nostræ saluti con-

E ducere, ut paulopost ostendemus. Nūc autem sit satis ad soluendum propositas difficultates imprimis statuere, et decernere nihil temerè à Sanctis Prophetis positum esse, quandoquidem, ora Prophetarum sunt Dei ora, et voces prophetarum sunt ipsius Dei oracula & cum Deus loquitur, singulas lit-

 tares

teras singulos apices, et puncta conside rare oportet, et quemadmodum d. B. Aug. lib. 22. contra faustum Manicheũ cap. 34. & 35. & alibi non solum verba, & scripta, verum etiam facta Prophetarum prophetias esse credendum est. Sic enim dicit. Hoc primum dico illorum hominum, hoc est, ipsorum Prophetarum nõ tantum linguam, verum etiam vitam fuisse prophetiam, totũq; illud regnum gentis hæbreorum magnum quidem, quia, & magni cuiusdam fuisse Prophetam. Quocirca, quod ad eos attinet qui illis erant eruditi cor de in sapientia Dei, non solum in ijs, quæ dicebant, sed etiam in ijs, quæ faciebant prophetia venturi Christi, & Ecclesiæ perscrutanda est, & in Epistola ad Volusianum, tanta est, inquit, Christianarum profunditas litterarum, vt non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligendæ sunt latet altitudo sapientiæ. Quid ergo significat, & præfigurat hoc foedus intra duos Reges initum aduersus Regem Iuda? certè nihil magis, quam quod prædixit Dauid psal. 2. cum dixit. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt Reges Terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Sed dices quid commune habet Christus Dominus cum Achaz Rege Iuda, cum ille fuerit impijssimus, & malis omnibus inquinatus Christus autem summa bonitas, & prorsus immunis ab omni labe peccati, quæ cõparatio vel similitudo potest esse inter eos vt verè cũ Pau. dicere possimus. Quæ cõuentio Christi ad Belial? 2. Cor. 6. de illis duobus Regibus nulli dubium, quod figurant Reges gentium, & principes Iudæorum, qui licet nullam inter se se fortassis necessitudinem haberent, attamen in persequendo Christum, & Ecclesiam Dei maiorem immodum conuenere; id ipsum affirmare possumus de multis hæresum sectis, quæ quamquam inter se maximè dissideant ac distent plusquam distet oriens ab occidente, concorditer tamen om-

Aug. lib. 22 cõt faust c. 34. & 35.

Psal. 2.

Pau. 2 Cor. 6.

A nes concurrunt in persequendo Ecclesiam Dei, & Catholicam fidem. Eusebius lib. 7. demostrationis Euangelicæ Cap. primo longè post principium, & per totum illud capitulum declarat hoc septimum cap. Esaiæ, vult per istos Reges fœdere vnitos intelligamus demones, ac inuisibiles potestates, quæ non solum Iudaicam gentem, sed vniuersum hominum genus oppugnare contendunt, nec oppugnare solum, sed expugnare conantur, neque solum in omne malitiæ genus, sed in simulacrorum cultum verè religioni contrarium proruere compulerunt. At hæc bene se habent, verum quo pacto poterit Achaz præfigurare, & referre Christum Dominum? Dico non est necesse figuram semper vndequaq; respondere figurato, sat est penes aliqua, aliquam fore similitudinem inter ea, sicut enim Achaz Rex Iuda fuit grauiter vexatus, & afflictus à duobus Regibus, & eorum subditis, sic, & Christus à Iudæis, & gentibus. Præterea Achaz secundum istos interpretes latinè dicitur fortis, vel fortitudo. Cum itaq; Dominus sit fortis, & potens immo ipsa fortitudo satis commode potest figurari per ipsum Achaz iuxta nominis interpratationem. Et quemadmodum illi duo Reges nequaquam potuerunt opitulante Domino quicquam facere aduersus Regem Iuda, sic nulla potestas demonis, aut cuiusuis creaturæ poterit quicquam facere aduersus Christum, & Ecclesiam. Præter hos intellectus allegoricos est etiam intellectus moralis, qui spectat ad animam. Habemus enim plures Reges, qui nos oppugnant, nec duos solum, sed multo plures, & hi presentim septem vitia capitalia, quæ postmodum reducuntur ad tria, quæ detexit D. Io. in Epistola sua prima cap. 2. d. omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo, & mundus transit, & concupiscentia eius. Et hæc tria tandem in duo resoluuntur videlicet

Io. 1 cap. 2.

in

in odium Dei, & odium proximi, nec potest quis odisse Deum, nisi & proximum oderit, & e contra, dicit enim Io. in pref. Epistola cap. 4. si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est, & postmodum, qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt quomodo potest diligere? Quòd vero huiusmodi uitia, & peccata possint dici Reges, & Principes animorum nostrorum. Dominus ostendit Io. 8. D. qui facit peccatum seruus est peccati, & Paulus Apostolus, non regnet inquit peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Per duos reges qui nos oppugnant etiam moraliter possumus intelligere, cupiditatem & timorem: quæ sunt duæ ianuæ per quas ingreditur & occupat cor nostrum ipsum peccatum, vt dicit Augustinus hom: siue ser. 20. de diuersis. Sed cur præcipit ipsi Prophetæ vt vadat ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via agri fullonis nuncium allaturus ipsi Regi, ne moueatur. Dico secundum Cyrillum, & alios exponentes, quòd Isaias qui tipum, & figuram gerebat ipsius Dei ad extremum aquæductus, hoc est in fine temporum, & in extremitatibus, et complemento, seu termino legis Mosaicæ, mittit nos ad piscinam superiorem, hoc est ad baptismum quo ducimur ad superiora, hoc est ad gloriam regni coelestis, quod non prestabat piscina inferior, hoc est ipsa circuncisio, neq. alia sacramenta veteris legis, & in hac piscina lauantur lanæ, hoc est sordes, & macule nostræ mentis per ipsum fullonem, qui in via agri qui appellatur ager sanguinis aderat fullo, idest Christus Dominus, qui per suum sanguinem diluebat, & tergebat, & quotidie tergit cordis nostri maculas, & ab inquinamentis liberat & emundat. Non ergo ab re, nec sine grandi misterio præcipitur ipsi Isaiæ vt occurrat ipsi Achaz in maximis angustiis cōstituto per quem Achaz, non solum populus Iudæorum, sed vniuersi homines intelliguntur qui peccatis obruti, & sub potestate demonis constituti inuocantes, & confitentes Dominum per salutarem aquam baptismi mundantur à peccatis, quæ illis dominantur. Possumus etiam per Piscinam hanc superiorem intelligere sacramentum penitentiæ, quod cordis compunctione, & lachrimarum effusione, & pura, ac sincera morborum nostrorum detestatione, & confessione conficitur, quod est extremum aquæductus, cum scilicet non alia superest uia post naufragium mortem auadendi, vt. cum in extremū omnium malorum, & penè omnibus destituti auxilijs adducti sumus, vt nō multum absimus ab ipsa desperatione, & deiectione animi.

Ioan. ibidē.

Ioa. 8.

A B C D E

Tunc.n valdè opportunū est ad hanc piscinam superiorē accedere, sicut ille dixit. Qui sitit veniat ad me, & bibat, & alibi venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. Propterea, Dauid quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus meus. Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuū. Non ergo incōuenit per Piscinam hāc superiorē intelligere Christum Dominum, sicut ipse per Hieremiam conquerebatur dicens. Dereliquerunt me fontem aquæ viuę, & foderunt sibi Cisternas dissipatas, hoc est auxilia, & subsidia humana quæ non valent continere aquam. Postremò quid nobis sub figura proponit, & pretendit, quod Esaias iubetur secum ducere Iasub filium suum, qui ei relictus est. Breuiter dicūt omnes, per istum filium Esaiæ, hoc est ipsius Dei relictum, debemus intelligere; quod ex omnibus Iudæis, qui à Deo apostatarunt pauci quidem remanserunt, qui in lege, & mandatis Dei perstiterunt, nec ambulauerūt post Deos alienos quique figuræ sunt illorum Iudæorum, qui post Xpi passionē relictis sūt, alijs, in incredulitate pmanentibus Xpm Dñum sunt sequuti. Sicut.n. Esaias duos habuit filios, vnū, qui recesserat ab eo, & tanq̄ rebellis, & apostata se contulit ad Regem Assiriorum, & alium, qui sequutus est patrem, sic, & Xpus Dñus dicitur duos habuisse filios ex eadem matre scilicet Sinagoga progenitos; & vnus recessit ab eo,

eo, & defecit ad Regem Asiriorum, A idest ad Diabolum, & alium, qui latinè dicitur qui relictus est conuertetur, pfigurantem illas reliquias, quæ ex Israel remanserunt, & saluæ factæ sunt. Non enim oīs Israel cæcidit, & præuaricatus est, sed cecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gētiū intraret. Nec solum de Iudæis hoc dictū putes, sed de cunctis gentibus, quarum quædam abierunt retrorsum, quędam permanserunt, & permanent in fide, & B obseruantia mandatorum Dei. Id legimus etiam contigisse, cū Dñus loquebatur ad turbas, & ad discipulos suos, qm̄ quidam crediderunt, quidam verò abierunt. Nec mirum, qm̄ vt dixit aliqn̄ Saluator. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et duo erunt in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. Sūt etiam isti duo filij præfigurati per illos duos, quos legimus Abraham, patrem omnium habuisse, quamuis vnum de C ancilla, reliquum de libera, quæ procul dubio sunt per allegoriam dicta. Voluit itaq; Deus, vt Esaias, vnà secum duceret filium suum Iasub, idest filium eius derelictum, vt simbolum esset, & figura eorum, qui ex semine Israel relicti pstiterant in fide sui Regis Achaz, idest Dñi nr̄i, & permansuri erant. Ex eo nāq; & ex eius progenie futuri erāt, qui ex Israel saluandi erant. D. autem Chrisost. super hunc locum Esaiæ ali- D ter interpretatur nomen Iasub. Primū quidem non admittit, vt diximus ipsum fuisse filium verè secundum carnē ipsius Prophetæ. Deinde vult Iasub latinè dici conuersionem, seu conuersationem, hoc est aggregationem multorum. Vult ergo sic intelligi mandatū Dei ad Esaiam. Duc tecum, cum adibis allocuturus Regem Iasub filium tuum, idest plures assistentes, & tamquam testes futuros eorum quę dixeris E ei, ut nunquam se nihil tale audiuisse, aut forsan è memoria excidisse causaretur. Quod autem tales homines secum adducendos Deus appellet filios, hoc est ut diximus supra; intelligitur sm̄ spiritum, non sm̄ carnem. Circa huius nominis interptationē nolo āplius immorari. Hactenus dicta sufficiant.

Sed prosequamur expositionem textus. Iam diximus Prophetam ex Domini mandato omnem præstitisse operam, vt Regem Iuda omni metu & trepidatione liberaret, præcipiens ei, vt sileret, neq; in aliquo titubaret, veruntamen cum pericula imminentia ob oculos posita videret, qui fieri poterat, ut ne trepidaret, & parum credulum se præberet. Propterea Vates magnum adhibet signum, quo illius dictis fides haberetur. Aperit enim et in medium profert consultationes hostium, & singula quæq; ab eis pertractata, & quæcunq; aduersus Ciuitatem fuerant moliti. Proinde erectis tātisper eorum animis subijcit, & cōfert absolutum ipsius Domini decretum d. *Hæc dicit Dominus Deus. Non stabit, & non erit istud*; non stabit inquam, quod ipsi imaginantur & sibi ipsis persuadent, vt sint expugnaturi Ciuitatem, auulsuri sint Regem è loco suo, & ad eos abducturi, ut aliū ibi Regem constituant. Non erit hoc, toto cœlo aberrant. Non stabit, nullus erit effectus suæ ipsorum consultationis, nec dubitationi vllus relinquetur locus, quia hoc est decretum illius, qui mentiri non potest, cuiq; nulla potest uis obsistere, & contradicere. *Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin*. Pro spatio aliquot annorum vnusquisque in suo regno manebit, & in eo statu, in quo hactenus fuerunt, illorum res erunt, neq; augmentum, neque diminutionem vllam suscepturæ; *Sed postquam completi fuerint sexaginta quinq; anni. desinet Ephraim esse populus & caput Ephraim Samaria. Et caput Samariæ filius Romeliæ*. Poterat sanè Rex Achaz omnem ex animo trepidationis scrupulum eijcere, cum temporis articulum assignat Propheta, quo Rex Samariæ est in suo vetere statu permansurus. Nam maximè euidens est veritatis demonstratio, quando Prophetæ ēt articulū tēporis, quo res est futura, prædicunt At qui dixerit hæc temporis præfixi designatio, quò Regnum Ephraim pdicitur finē habiturum nullum affert gaudium, & emolumentum ipsi Achaz: potuisset. n. dicere, si nobis nunc arreptis, & in captiuitatem adductis,

ctis,

ctis, post. 65. annos illi disperdentur, A
quid nobis affert emolumenti? Propte
rea dixit Propheta. Inter hoc tempo-
ris spatium filius Romeliæ potietur
suo regno, neq; vltra progredietur, sed
intra sui regni limites continebitur.
Exacto eo tempore, desinet Ephraim
esse populus; qui dicunt aliqui) ad alia
loca, & ad alias regiones transferetur,
vel deducetur. Et quod dicitur de E-
phraim, & de Samaria, id ipsum de Sy
ria, & Damasco subintelligendum, qui B
scilicet post illud tempus deficiet. Sic
exponit D. Cyrillus. Quod autem at-
tinet ad illũ numerũ annorum, notan-
dum est, ex D. Hieronymo, ne quis for-
te minus versatus in sacris litteris erro
re decipiatur, quandoquidem ab eo tẽ-
pore, quo fuit factum hoc Vaticinium,
vsq; ad euersionẽ, & dispsionẽ populi Is
raelitici sub Rege Osea per salmanasar
rẽ Regẽ Assiriorũ fluxerũt viginti qua
tuor anni, & propterea nõ est standũ in C
præcisis, & absolutis verbis huius vati-
cinij, sed computandi sunt anni ab eo
tempore, quo prædixit Amos Prophe-
ta hanc eandem ruinam, & desolationẽ
Samariæ, cuius populus fuit inde edu
ctus, & alius populus, & aliæ gentes,
vt puta Medi, vel Persæ illùc cõducti
quò regnum illud incolerent, & inha-
bitarent. Et propterea inquit Propheta
post illud tempus Ephraim desinet esse
populus. Et caput Ephraim Samaria. D
Et caput Samariæ filius Romeliæ sed
quomodo Ephraim desinet esse popu-
lus, si fuerit cõductus in Medos, vel Per
sas, sic intelligas, quod populus Ephra
im, idest regnum Ephraim, post tot an-
nos cessabit, vel dicas vt supra, quod ad
alia loca trasferetur, & nõ erit amplius
populus vnus sub vno Rege, & sub vna,
& eadem lege, seu forma viuendi, quia
ad diuersa Regna, & sub diuersis Regi
bus subsistere cogetur. Quod autem E
vnum non est, nihil est. d. Aristoteles.
Post hæc subdit ipse Propheta. Si non
credideritis, non permanebitis q. d. uos
etiam non diu persistetis in regno ve-
stro, neq; permanebitis in vestris his re
gionibus, nec fruemini bonis, & facul-
tatibus vestris, nisi fidem adhibeatis
verbis meis, sed captiui eritis, velut

hi duo populi, de quibus prædixi vo-
bis. Sic enim legitur Abacuch cap. 2. *Abac. cap. 2.*
Ecce qui incredulus est, non erit recta
anima eius in semetipso, & secundo Pa *2. Paralip.*
ralip. cap. vigesimo. Credite in Domi- *cap. 20.*
no Deo vestro, & securi eritis, credite
Prophetis eius, & cuncta vobis eueniẽt
prospera. Vbi vides quam maxime sit
necessarium prębere fidem verbis Do-
mini, quandoquidem fides est manus,
& brachium, quo Deum apprehendi-
mus, & ad nos ipsos trahimus, & ĩ qua,
& per q̃ firmi, & stabiles efficimur. Vn-
de Eccl. 2 dicitur contra incredulos, *Eccl. 2.*
& insipientes corde. Væ dissolutis cor
de, qui non credunt Deo, & ideo nõ pro
tegentur ab eo. Quarè Iure optimo di-
cit Esai; si non credideritis non perma-
nebitis, hoc est non subsistetis, neq; fir-
mi eritis, sed eijciemini, & dilabimini
hàc, atq; illàc, velut alij. Sed alius tex-
tus habet, si non credideritis, non intel-
ligetis. Quam propositionem D. Augu
stinus exponit multis in locis; & primo
quidem lib. 2 de doctrina christiana
cap. 12. Sic enim dicit nisi credideritis,
non intelligetis, idest non peruenietis
ad notitiam rerum inuisibilium, quia
fides tanquã noster pædagogus, & du-
ctor nos vti paruulos quibusdam cuna-
bulis rerum temporalium, quasi lacte
nutrit: Et quia ea ad quę per fidem tẽdi
mus sunt res pmanentes, ppea concor-
dans hunc textum cum eo, quẽ mox ex
posuimus. d. nisi crediderimus, idest si
non habuerimus fidem, non permane-
bimus, idest non pueniemus ad speciẽ,
quæ nõ transit, sed semper permanet, i.
ad bona inuisibilia. Difficile est enim
inquit Aug. huiusmodi interpretes, ita
inter se diuersos fieri, vt non se aliqua
vicinitate contingant, & in 14. cap. sup
Matheum, quasi eamdem sententiã ha-
bet. In Euangelium Io. tractatu 27. di- *Tract. 27*
cit idem Aug. quod nisi crediderimus,
non intelligemus, quia per fidem copu-
lamur ipsi Christo, sed per intellectum
viuificamur. Prius ergo oportet crede
re, & postea viuificari, i. lumen veritatis
accipere. In sermone. 27. de verbis A-
postoli cap. 6. d. quandoq; intellectum *cap. 6.*
præcedere verbum, quod credere opor
tet, qñq; verò è contra v. g. si ego ali-

 quos

eo, & defecit ad Regem Asſiriorum, idest ad Diabolum, & alium, qui latinè dicitur qui relictus est conuertetur, p̄figurantem illas reliquias, quæ ex Israel remanſerunt, & ſaluæ factæ ſunt. Non enim oīs Israel cæcidit, & præuaricatus est, ſed cecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gētiū intraret. Nec ſolum de Iudæis hoc dictū putes, ſed de cunctis gentibus, quarum quædam abierunt retrorſum, quędam permanſerunt, & permanent in fide, & obſeruantia mandatorum Dei. Id legimus etiam contigiſſe, cū Dn̄us loquebatur ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, qm̄ quidam crediderunt, quidam verò abierunt. Nec mirum, qm̄ vt dixit aliqn̄ Saluator. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Et duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Sūt etiam isti duo filij præfigurati per illos duos, quos legimus Abraham, patrem omnium habuiſſe, quamuis vnum de ancilla, reliquum de libera, quæ procul dubio ſunt per allegoriam dicta. Voluit itaq; Deus, vt Eſaias, vnà ſecum duceret filium ſuum Iaſub, idest filium eius derelictum, vt ſimbolum eſſet, & figura eorum, qui ex ſemine Israel relicti pſtiterant in fide ſui Regis Achaz, idest Dn̄i nr̄i, & permanſuri erant. Ex eo nāq; & ex eius progenie futuri erāt, qui ex Israel ſaluandi erant. D. autem Chriſoſt. ſuper hunc locum Eſaiæ aliter interpretatur nomen Iaſub. Primū quidem non admittit, vt diximus ipſum fuiſſe filium verè ſecundum carnē ipſius Prophetæ. Deinde vult Iaſub latinè dici conuerſionem, ſeu conuerſationem, hoc est aggregationem multorum. Vult ergo ſic intelligi mandatū Dei ad Eſaiam. Duc tecum, cum adibis allocuturus Regem Iaſub filium tuum, idest plures aſsiſtentes, & tamquam teſtes futuros eorum quę dixeris ei, ut nunquam ſe nihil tale audiuiſſe, aut forſan è memoria excidiſſe cauſaretur. Quod autem tales homines ſecum adducendos Deus appellet filios, hoc est ut diximus ſupra, intelligitur ſm̄ ſpiritum, non ſm̄ carnem. Circa huius nominis interp̄tationē nolo āplius immorari. Hactenus dicta ſufficiant.

A Sed proſequamur expoſitionem textus. Iam diximus Prophetam ex Domini mandato omnem præſtitiſſe operam, vt Regem Iuda omni metu & trepidatione liberaret, præcipiens ei, vt ſileret, neq; in aliquo titubaret, veruntamen cum pericula imminentia ob oculos poſita videret, qui fieri poterat, ut ne trepidaret, & parum credulum ſe præberet. Propterea Vates magnum adhibet ſignum, quo illius dictis fides haberetur. B Aperit enim et in medium profert conſultationes hoſtium, & ſingula quæq; ab eis pertractata, & quæcunq; aduerſus Ciuitatem fuerant moliti. Proinde erectis tātiſper eorum animis ſubijcit, & cōfert abſolutum ipſius Domini decretum d. *Hæc dicit Dominus Deus. Non ſtabit, & non erit istud*; non ſtabit inquam, quod ipſi imaginantur & ſibi ipſis perſuadent, vt ſint expugnaturi Ciuitatem, auulſuri ſint Regem C è loco ſuo, & ad eos abducturi, ut aliū ibi Regem conſtituant. Non erit hoc, toto cœlo aberrant. Non ſtabit, nullus erit effectus ſuæ ipſorum conſultationis, nec dubitationi vllus relinquetur locus, quia hoc est decretum illius, qui mentiri non poteſt, cuiq; nulla poteſt uis obſiſtere, & contradicere. *Sed caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Raſin*. Pro ſpatio aliquot annorum vnuſquiſque in ſuo regno manebit, & D in eo ſtatu, in quo hactenus fuerunt, illorum res erunt, neq; augmentum, neque diminutionem vllam ſuſcepturæ; *Sed poſtquam completi fuerint ſexaginta quinq; anni. deſinet Ephraim eſſe populus & caput Ephraim Samaria. Et caput Samariæ filius Romeliæ*. Poterat ſanè Rex Achaz omnem ex animo trepidationis ſcrupulum eijcere, cum temporis articulum aſsignat Propheta, quo Rex Samariæ eſt in ſuo vetere ſtatu per E manſurus. Nam maximè euidens eſt veritatis demonſtratio, quando Prophetæ ēt articulū tēporis, quo res eſt futura, prædicunt. At qui dixerit hæc temporis præfixi deſignatio, quò Regnum Ephraim p̄dicitur finē habiturum nullum affert gaudium, & emolumentum ipſi Achaz: potuiſſet. n. dicere, ſi nobis nunc arreptis, & in captiuitatem adductis,

ctis, post. 65. annos illi disperdentur, quid nobis affert emolumenti? Propterea dixit Propheta. Inter hoc temporis spatium filius Romeliæ potietur suo regno, neq; vltra progredietur, sed intra sui regni limites continebitur. Exacto eo tempore, desinet Ephraim esse populus; qui dicunt aliqui) ad alia loca, & ad alias regiones transferetur, vel deducetur. Et quod dicitur de Ephraim, & de Samaria, id ipsum de Syria, & Damasco subintelligendum, qui scilicet post illud tempus deficiet. Sic exponit D. Cyrillus. Quod autem attinet ad illũ numerũ annorum, notandum est, ex D. Hieronymo, ne quis forte minus versatus in sacris litteris errore decipiatur, quandoquidem ab eo tẽpore, quo fuit factum hoc Vaticinium, vsq; ad euersionẽ, & dispsionẽ populi Israelitici sub Rege Osea per Salmanasar rẽ Regẽ Assiriorũ fluxerũt viginti quatuor anni, & propterea nõ est standũ in præcisis, & absolutis verbis huius vaticinij, sed computandi sunt anni ab eo tempore, quo prædixit Amos Propheta hanc eandem ruinam, & desolationẽ Samariæ, cuius populus fuit inde eductus, & alius populus, & aliæ gentes, vt puta Medi, vel Persæ illùc cõducti quò regnum illud incolerent, & inhabitarent. Et propterea inquit Propheta post illud tempus Ephraim desinet esse populus. Et caput Ephraim Samaria. Et caput Samariæ filius Romeliæ sed quomodo Ephraim desinet esse populus, si fuerit cõductus in Medos, vel Persas, sic intelligas, quod populus Ephraim, idest regnum Ephraim, post tot annos cessabit, vel dicas vt supra, quod ad alia loca trasferetur, & nõ erit amplius populus vnus sub vno Rege, & sub vna, & eadem lege, seu forma viuendi, quia ad diuersa Regna, & sub diuersis Regibus subsistere cogetur. Quod autem vnum non est, nihil est. d. Aristoteles. Post hæc subdit ipse Propheta. Si non credideritis, non permanebitis q.d. uos etiam non diu persistetis in regno vestro, neq; permanebitis in vestris his regionibus, nec fruemini bonis, & facultatibus vestris, nisi fidem adhibeatis verbis meis, sed captiui eritis, velut

A hi duo populi, de quibus prædixi vobis. Sic enim legitur Abacuch cap. 2. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso, & secundo Paralip. cap. vigesimo. Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, credite Prophetis eius, & cuncta vobis eueniẽt prospera. Vbi vides quam maxime sit necessarium præbere fidem verbis Domini, quandoquidem fides est manus, & brachium, quo Deum apprehendimus, & ad nos ipsos trahimus, & ĩ qua, & per q̃ firmi, & stabiles efficimur. Vnde Eccl. 2 dicitur contra incredulos, & insipientes corde. Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo nõ protegentur ab eo. Quarè Iure optimo dicit Esai; si non credideritis non permanebitis, hoc est non subsistetis, neq; firmi eritis, sed eijciemini, & dilabimini hàc, atq; illàc, velut alij. Sed alius textus habet, si non credideritis, non intelligetis. Quam propositionem D. Augustinus exponit multis in locis; & primo quidem lib. 2 de doctrina christianæ cap. 12. Sic enim dicit nisi credideritis, non intelligetis, idest non peruenietis ad notitiam rerum inuisibilium, quia fides tanquã noster pædagogus, & ductor nos vti paruulos quibusdam cunabulis rerum temporalium, quasi lacte nutrit: Et quia ea ad quę per fidem tẽdimus sunt res pmanentes, ppea concordans hunc textum cum eo, quẽ mox exposuimus. d. nisi crediderimus, idest si non habuerimus fidem, non permanebimus, idest non pueniemus ad speciẽ, quæ nõ transit, sed semper permanet, i. ad bona inuisibilia. Difficile est enim inquit Aug. huiusmodi interpretes, ita inter se diuersos fieri, vt non se aliqua vicinitate contingant, & in 14. cap. sup Matheum, quasi eamdem sententiã habet. In Euangelium Io. tractatu 27. dicit idem Aug. quod nisi crediderimus, non intelligemus, quia per fidem copulamur ipsi Christo, sed per intellectum viuificamur. Prius ergo oportet credere, & postea viuificari, i. lumen veritatis accipere. In sermone. 27. de verbis Apostoli cap. 6. d. quandoq; intellectum præcedere verbum, quod credere oportet, qñq; verò ẽ contra v. g. si ego ali-

Abac. cap. 2. 2. Paralip. cap. 20. Eccl. 2. Tract. 27 cap. 6.

quos doceo, hortor, aut moneo, vt aliqd credãt, nisi quos doceo intelligãt verbũ meũ, & orõnem meã, nõ credẽt, & hoc pacto intellectus præcedit fidem: at fides præcedit verbum benè intellectũ, et firmiter aio impressum. Vndè sic ait, intellige vt credas verbum meum, crede ut intelligas verbum Dei, vbi vides quomodo fides præcedit intellectũ et in tractatu de uerbis Dñi, ser. 51. cap. 1. vbi dicit, quòd fides debet præcedere intellectũ, vt intellectus sit fidei præmiũ. Quod n. simpliciter pdicatr, credendũ est, qđ verò subtiliter disputatur intelligẽdũ est. Et sup illa verba Io. si quis voluerit voluntatẽ eius facere, cognoscet ex doctrina mea. Vbi dicit. Cum Dñus nr̃ fuerat hortatus ut verbis, et operibus suis credendum esset, subdit. Hæc est uita æterna, ut cognoscãt te Deum verum, et quẽ misisti Iesum Xpum, vbi vides, q fides pcedit intellectum. Aug. ẽt Homelia. 32. ĩter 50. hom: diffuse, et pspicue declarat hãc eãdẽ ppõnẽ quasi per totum. Dicit. n. qđ fides hẽt quoddam lumen suũ in scripturis, in pphetia, in Euangelio, in Apostolicis lectionib⁹. Oĩa. n. ista q̃ nobis ad tp̃s recitãtur, lucernæ sunt in obscuro loco, vt nutriamur ad Dñm. Vt Apost. Petrus. d. 2. cap 1. Habẽtes propheticũ sermonẽ. &c. D. Chrisost. sup Esaiã habet eãdẽ sentẽtiã, d. si fidẽ habuerimus dictis, intelligemus et cognoscemus, q̃ta sit ipsius Dei virtus, et potẽtia. Hãc eãdẽ sẽtẽtiã ante oẽs protulit ipse Dauid d. Credidi propter q loquutus sum, q̃ sibi quoq; sũpsit d. Apostolus 2. Cor. cap. 4. d. Habentes eũdẽ spiritum fidei sicut scriptũ est. Credidi pp quod loquatus sũ, & nos credim⁹ pp quod, & loquimur. Nec mireris D. Paulum vti testimonio desumpto ex vetere testamẽto, qm̃ hæc duo testamẽta sunt velut rota in rota, nec tñ ob id existimes maioris auctoritatis fore testamẽtum vetus, q̃ nouum, immo d. idem Chrisost. quod testimonia, auctoritates, & sentẽtiæ, q̃ sunt in vetere testamẽto, tãto sunt inferiores ijs, q̃ in nouo, quãto inferior est Cœlo ipsa Terra. Cyrillus ẽt sup eisdẽ verbis habet hãc sentẽtiã, q nobis in esse nõ põt cognitio bona, & salutaris,

D. ver. domini ser: 51

Io. cap. 7.

Io. 17.

2. Cor. ca. 4.

A nisi prius sit insita, vel infusa fides cord, quæ à Deo nobis pmittuntur, nec fieri põt, vt ipsius Dei cognitione digni vnq̃ habeantur, qui Dei verbis fuerint increduli. Quòd si queras, cur Propheta prorupit in hæc verba, nisi credideritis, non intelligetis, facilè est vnicuiq; ex se ipsò huius dicti cãm percipere. Nouerat. n. Propheta animum Regis, & totius populi fore suspensum, nec facilè ipsius dictis fidem adhibere, nec certè mirum B quia q̃ dixerat humanum captũ excedebant, & quo vis discursũ, & rõnum efficacia videbantur lõge maiora, & forta sis ipsemet Esaias consideratis viribus humanis; tametsi nullo pacto de ipsius Dei potentia dubitabat, rei tñ difficultatem perpendebat, propterea præter illud signum, quod attulerat reuelando, s. & manifestando omnia consilia, tractatus, ac molimina suorum hostium; ut Regi Achaz timorem incuteret, subdi-C dit ea verba, nisi credideritis nõ intelligetis, vel non permanebitis. D. aũt Chrisost. quasi in eãdẽ sententiam deueniẽs, vult Prophetam apposuisse, vel subiũxisse ea verba, quasi respondens tacitæ obiectioni. Cum enim ipse Propheta prædixisset, & nunciasset Regi se liberandũ esse ab illa obsidione, & eo existimante id fore non modo difficile, verum impossibile, confirmat eum. d. Ne quęras, quo pacto hæc fient, Deus D est. n. qui operatur, tu tantum fidem pręsta dictis meis, & facilè intelliges virtutem Dei, quòd nisi credideris, non intelliges. Eusebius autem aspiciens à longe profundum misterium, & admirabile Sacramentum, quod mox est prolaturus hæc verba protulit, quæ sunt tanquam principium doctrinæ supernaturalis, & totius fidei nostræ, ac sacrosanctæ cognitionis, quam habemus de Deo, & de misterijs diuinis, E quæ quidem misteria intelligi nequaquam possunt, nisi fides præcedat, propterea non immeritò pręponit Esaias, & supponit hoc Axioma, nisi credideritis, non intelligetis. Cumq; his non obstãtibus, nec dum videretur ipse Rex quicquam assentiri, quæcumq; dicebantur, & parui etiam facere, hanc veluti comminationem ipsius Prophetæ.

Adiecit

Tex. 5. *Adiecit Dominus loqui ad Achaz d. pete tibi signum à Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.* Qua in re, magna, & in scrutabilis Dei misericordia manifestatur, qua vult allicere hominem, & quasi pertrahere, ut cognoscat eius clementiam, & bonitatem. Hoc enim insinuat illud verbum, adiecit, q.d. Deus rursus uoluit experiri eius animum, et mentem, & nouas illi rationes, & occasiones pręberé, quibus agnoscat Dei bonitatem, & virtutem promissionum Dei, committit eius arbitrio, ut petat aliquod signum, siue supra se, velut è cœlo demissum, aut infra se hoc est, ab inferis deductum, modo certus reddatur eorum, quæ pollicitus est ipsi Deus.

Sed priusquam discurramus super hoc signum, quod allaturus est Propheta in corroboratione dictorum. Videamus parumper quamobrem Deus omnipotens, et iustus, tamdiu voluerit sustinere illos Reges in suis sedibus, cũ essent Idolatræ, & aliorum scelerum nequissimi Authores, et Sectatores, et presertim ipsum Regem Achaz, quem non modo Deus, tamquam rebellem, & incredulum, et Idolorum cultorem sustinuit in multa patientia, verum etiam voluit protegere, ac tueri, ne suis ab hostibus diuexaretur, et expugnaretur. (Dubitatio.) His dubitationibus nulla profectò potest afferri verior, et efficacior causa, nisi ipsa Dei bonitas, qui quamquam sit iustus et sapiens, et vindex malorum, est etiam misericors, et longáminis, et misericordia superexaltat iudicium. Voluit ergo Deus tam diu sustinere istos impios, et proditores, vt aliquando resipiscerent, et cognoscerent, ac laudarent Dei potentiam, et maiestatem, cum preserum iuxta sententiam sanctorum Propheticæ comminationes solent quandoq; permutari. quando scilicet resipiscimus; at quando persistimus, et perseueramus in flagitijs, et sceleribus perpetrandis confirmantur, et stabiliuntur, id quod profectò contigisse in his tribus Regibus de quibus nunc est sermo, manifestũ est. De Rege autem Achaz, extant peculiares causæ, et rationes, quibus De-

A us voluit eum protegere, ac tueri. Primum quia Deus neminem punit ultra condignum, cum autem iamdudum grauissima damna, et contumelias, ac suorum cædes fuisset ab illis duobus Regibus perpessus, noluit eadem, et multo maiora denuo ab illis pateretur cum presertim Deus non contineat in ira misericordias suas. Deinde ne forte superbirent hostes eius, et dicerent, manus nostra excelsa et non dominus B fecit hęc omnia.

Tertio non permittit Deus, vt eo inconsulto quisquam uelit sumere vltionem de inimicis suis. Inquit enim Deut. 32. mea est vltio, et ego retribuam eis in tempore. Quarto Deus non tam uoluit eius misereri, quam populi sui qui fortè nõ mœrebãt tot mala pati, quot in eum iam parata et constituta erant, Et pręterea d.D. Thomas hoc ideo factum, quia Deus proposuerat ex eo po C pulo suum filium incarnandum, vt paulo infra de ipso Achaz videbis. Postremò noluit Deus eum omnino eo tempore expugnari, et ad nihilum redigi, quo eius occasione Propheta prediceret, et pronuntiaret filij Dei incarnationem. His, et alijs rationibus potest quis opinari Deum, tunc Regem Achaz sustinuisse, nec permisisse, quiquã mali pateretur sed quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius D fuit? mors et vita in manu Dei. Ipse mortificat, et viuificat, deducit ad inferos, et reducit, et omnia facit quęcunque velit, neque potest ei quisquã dicere, cur ita facis? Propterea præter eas causas, quas adduximus ista erit potissima, quia sic voluit. Verum ex hac largitate, et beneficentia Dei nostri, qua per sexaginta quinque annos sustinuit illos Reges, debemus nos admoneri, et documentum sumere E re, quamdiu sumus in hoc mundo, et tam longum, et diuturnum tempus nobis conceditur enixi, vt operemur bonum, et nostræ ipsiusmet animæ misereri, quęrentes in omnibus et per omnia placere Deo. Illos præsertim moneo, qui sunt similes mei, quique pueritiam, et reliquum vitæ decursum iam transegimus, nec toto hoc

tempore

tempore eam, quæ nos decet, uitam duximus, vbi Dei beneficio 75. annos iam expleuimus, hoc est ad ętatem penè decrepitam, qua, terrenę hominũ cupiditates flacescere solent, ac tepescere, reuertamur ergo ad Dominũ Deũ nostrum. Et vnàcum Propheta Regio deprecemur illum dicentes. Ne proijcias nos in tempore senectutis, cum defecerit uirtus nostra, ne derelinquas nos. Et si fieri potest opitulante Deo irritũ faciamus dictum illius qui dixit Prouer. 22. Adolescens iuxta uiam suã etiam cum senuerit, non recedet ab ea; Porrò qui post sexaginta quinque annos non fuerint conuersi, qui scilicet toto vitæ suę decursu, quod per sexaginta annos instar sex dierum, quibus conditus est mundus, suis voluptatibus, ac delitijs, quæ per quinque sensus designantur, & explentur, obedire & inseruire voluerit, proculdubio disperdentur, & non erit amplius neque Rex, neque populus.

Psal. 70.

Prouer. 28.

Prosequamur expositionem textus, quem proposuimus, ubi d. *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens. Pete tibi signum à Domino Deo tuo, in profundum inferni, siue in excelsum supra*; iam diximus, quod tanta est benignitas, & misericordia Dei Saluatoris nostri quod modis omnibus curabat allicere prę fatum Regem ad fiduciam, & certissimam fidem promissionum Dei, quod cum ipse detrectaret, idem Dominus proponit ei, vt petat aliquod signum, quo omni incredulitate, vel dubitatione postposita, credat verbis eius; & consulto hoc facit Dominus, quia sciebat morem Iudęorum qui super signa petunt, vt Paul. prima Cor. 1. & Matth. 12. & propterea dicit, pete tibi signum, tibi in quam, idest in vtilitatem tuam, in obsequium tuum, in tuum beneficium, ut scilicet deducaris ad credendum, quæ tibi dicuntur, & promittuntur, & hoc signum pete nõ à phitonibus, neque fatidicis, sed à Domino Deo tuo, qui verè est Dominus & pater tuus, & ipse solus est, qui auxilium pollicetur, & sólus ipse præstare potest, non oracula Idolorum, non delubra Deorum, neque uani, & Pseudo

Paul. 1. Cor.

Matt. 12.

A Prophetæ ex hoc modo loquendi, vbi inquit, pete signum à Domino Deo tuo, inferunt quidam exponẽtes, quod non Deus nunc fuerit loquutus ipsi Achaz, sed ipse Propheta, nam si Deus ipse esset loquutus, nõ dixisset à Domino Deo tuo, congruẽtius erat ipsum dicere, pete signum à me, sed hanc argutiam diluit, vel explodit D. Thomas d. quod Hębrei solent plerumq; uti nominibus proprijs loco pronominum.

B Verùm modica, & ferè nullius momẽti est isthæc consideratio, seu verborum ponderatio. Iubet ergo Propheta, vel Deus per Prophetam, quod verius est, ut Rex petat signum, siue in profundũ inferni, siue in excelsum supra, in profundum inferni, quemadmodum ad increpationem Moysis aperta est terra, & deglutiuit Datham, & Abiron, in excelsum supra, quemadmodum fecit Elias, cũ precatus est, ut descendat ignis

C de Cœlo, inquiens. Descendat ignis de Cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos, & sic factum est, aut quemadmodum ad pręces Iosue stetit sol per aliquot horas, neque peregit cursum suũ per spatium unius diei. Proposuit illi Deus, vt expeteret signum vel in profundum inferni, vel in excelsum supra quo agnosceret Dominũ fore creatorem, & Principem, atque absolutum Dominum Cœli, & Terræ, & eorum

D quę supra nos, & quæ infra nos existũt; & super hæc omnia liberam, & absolutam habere potestatem, hac etiam ratione, ut intelligat quod si potest Dominus facere aliquod signum, siue in Cœlo sursum, siue deorsum in inferno, multo facilius poterit ipsum liberare de manibus duorum Regum. At si volumus altius erigere mentem nostram & diligentius perscrutari, quod signũ supra nos, & infra nos afferri potest,

E quoquidem maius, & præstantius afferri nequit, dicemus, quod descensus Christi è cœlis in terram, & postmodũ eius descensus ad inferos, hoc est signũ omnium signorum, quibus nostra redemptio, & liberatio potest oculis nostræ mentis representari, & eiusdem ascensus in Cęlum, est signum, quo nos possumus fieri certiores de glorificatione

ne nostrarũ animarũ. Ipse.n.ascẽdẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ & dedit dona hominibus, & quemadmodum dixit idem Saluator, & redemptor noster, nemo ascendit in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo filius hominis, qui est in Cœlo, ipse idem est qui ascendit, & descendit, primum quidem in inferiores partes terrę, deinde ascendit super omnes Cœlos Eph. 4. Hoc est ergo signum, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Hoc etiam prędixit futurum Ioel Proph. cuius verba adducit D. Petrus act. 2. videlicet dabo prodigia in Cœlo sursum, & signa in terra deorsum &c. Quid respondit Achaz huic amplę, & magnificę oblationi. *Non petam inquit & non tentabo Dominum.* Penes hoc Regis responsum variæ sunt hominum sententiæ, num scilicet, ipse ueniat arguendus nec ne? videtur enim prima facie inciuilis admodum, & parum gratus ipsi prophetæ namque si Deus illi proponit, & pręcipit, vt petat aliquod signum à Deo, nulla erat vrbanitas, & modestia id ipsum refellere, sed magis decebat se obtemperantem prębere Dei iussioni, & huius sententiæ videtur esse D. Hieronymus, & quidam alij. Contra verò D. August. lib. 1. quest. super Gen. ipsum commendat, existimans timore & reuerentia adductum ipsum Regem non petijsse signum. Epiphanius quoque in Anciroto, inquit, quod Achaz per humilitatem respondit, non petã, quàm Regis humilitatem duobus signis remunerauit Dominus, quod prius unum tantum fuerat pollicitus. Largitur enim Dominus duo signa, ab excelso, uerbum suum, quod misit, a profundo carnem, quam propria voluntate verbum assumpsit. Orig. etiam dicit, quod verecundè fecit Achaz, nolẽs petere signum quamquam, postea fuisset culpatus. D. etiam Chrisost. inquit, quod si Rex Achaz signum aliquod reiecisset, qualiscumq. fuisset momenti satis apertè commostrasset, & detexisset ipsius superbiam, & fucatam illius Hipocresim, & prætereа si voluisset accipere signum, facilè ostendisset Dei verbis fidem non præbere. In cuius rei argu-

Eph. 4.

Tex. 6.

A mentum est obiurgatio Saluatoris aduersus quosdam d nisi signa, & prodigia uideritis, non creditis, & alloquens phariseos, dicebat aliquando, generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionè Prophetæ. Postremò potest facilè defendi, & excusari Rex Achaz quod noluerit petere signum, ne videretur agere contra preceptum Dei, Deut. 6. cap. non tentabis Dominum Deum
B tuum. Verùm his non obstantibus possumus tueri illorum sententiam, qui volunt ipsum fore culpabilem, & maxima reprehensione dignum, propterea, quod iubente Deo, vt peteret aliquod signum, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra, debebat omnino petere, & secus agens manifestam redolet inobedientiam, atque impietatem, quòd autem uerba legis obstẽdit hoc erat potius subdolo, & falso religio
C nis prętextu; quam ob reuerentiam, & humilitatem. Alij dicunt, quod ad aliud refertur illa prima negatio, nõ petã, & ad aliud refertur quod sequitur. Nã cũ inquit, non petam, vult innuere, quod iam dictum est, quod ipse, vel ob reuerentiam, ut dicunt quidam, uel ob prauam, & peruersam illius naturam & cõditionem, & velut inquit Cyrillus, ob manifestam impietatem, negauit se petiturum aliquod signum, sed
D potius volebat deliramenta fatidicorũ sectari, & augurum responsa curiosè sciscitari, & demonum præsidia implorare, quàm diuinos sermones, & fauores amplecti, cum autem dicit, non tentabo Dominum, volebat innuere, non sibi cõducere, nec benè secum agi, sicut Esa. illũ monuit, ut sileret, & quiesceret, neque quicquam attentaret pro defensione sui, & Ciuitatis, id enim facere, dicebat ille, propriè, & verè est
E tẽtare Deum; quippe qui in huiusmodi periculis, & necessitatibus, vult nos ipsos facere quęcumq; possumus, & secum ipse fortè loquebatur, & cogitabat, cur debeo silere, cur debeo sistere nihil agere, & ocio torpere cum videã Ciuitatem undiq; ab hostibus obsessã? Nonnè possum ego pręsidia querere, & uxiliares copias expetere, cum mihi

Ioan. 4.

Matth. 12.

Deut. ca. 6

non desint pecuniæ, quas in tanta rerū turbulentia effundere necessum est? ad hæc itaque volunt referri dictum illud. Non tentabo Dominum, quorū sententiam non audeo improbare, cum sit satis ingeniosa, verumtamen aliorum sententia mihi magis probatur, ut supra ex diffidentia vel incredulitate negaret petere signū, id quod ex verbis sequentibus potest conijci. Quod autem aliqui exponunt, non tentabo Dominum, hoc est nolo ipsum extollere, neque magnificare, difficile admodum potest præsenti litteræ adaptari. Sequitur & dixit. *Audite ergo Domus David, numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo?* Cum enim uidisset Dominus Achaz Regem tam stupidum, & insolentem. Deniq; pręcepta, & consilia negligentem, non vlterius ipsum alloqui dignatur, sed domum potius dauidicam compellat, domum illam videlicet ex qua nasciturus erat Christus, secundum carnem, & ratione quidem eos alloquitur non solum ob id, quod dictum est verum etiam, quia isti de domo Dauid non omnino Deum contempserāt, sed aliqua ex parte ipsum cognouerant, & venerati sunt, neque vniuersa domus illa est prorsus damnanda, sed ex parte saluabitur vt sepius dictum est. Dicit ergo, nunquid parum uobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo? Presens textus multifariam legitur. Aliqui legūt parum est vobis exhibere certamē. Alij parum est, vobis fatigare homines, qui etiam fatigatis Deum meum, & alij aliter. Hic autem labor, seu fatigatio, aut certamen, seu molestia, & quodcumque aliud simile, dicatur, secundum Eusebium nil aliud est sensu anagogico. Nisi quodammodo compellere Deum ad hominem accedere, fieri hominem, & de Virgine nasci, vt nostra deleret peccata propterea dicit alibi laborare me fecistis in peccatis vestris, secūdum Origenem, ille prestat, & exhibet Deo certamen, tropologicè qui cum Deus venerit, ut saluet hominem, procul recedit ab eo, & aliundè quærit salutem. Alij dicunt allegoricè quod illi fatigāt

Tex. 7:

A Deum, & præstant ei certamen, qui sūt molesti prophetis missis ab eo, & suis ministris, iuxta illud Matth. Qui vos spernit, me spernit. Cuius sententiæ videtur esse auctor D. Hieron. Qui hūc laborē, seu molestiam illatam ipsi Deo dicit esse persequutionem, qua Iudęi sūt persequuti, non solum Prophetas, sed Deum ipsum, qui de hoc labore, & molestia sibi à Iudęis illata, conquæritur primo cap. huius libri dicens. Labora B ui sustinens; septuaginta interpetres, quia loco molestiæ legunt agonem, sic dicentes, Numquid parum vobis est Agonem exhibere hominibus, & quomodo Domino exhibetis agonē? Ob id D. Hie. exponit ipsū Prophetā allegoricè et loqui de Agone, quē passus est Dominus noster, quando existens in horto, factus in Agonia prolixius orabat, præ sudore sanguinem effundens, ibi enim Saluator luctabatur, & viriliter certa- C bat, quia sensus, & ratio inferior pugnabat cum ratione superiori, spiritus enim promptus erat ad subeundā mortem, caro autem infirma. Dicitur etiā agonizare Saluator cum hominibus peccatoribus, qui nolunt subijcere collum seruituti eius. Sed ego existimo laborem & molestiam afferri ipsi Deo pariter, & hominibus, quando non credimus uerbis Prophetarum, nec ipsi Deo, nisi nobis afferantur signa, ut di- D xit aliquando Saluator, vbi supra. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis: Perinde est ergo inferre certamen, & molestiam ipsi Deo, ac nullam de eius virtute, & potentia habere rationem. Propterea dicit Propheta, non paruum est crimen, nec leuis est iniuria nolle fidē pbere hominibus, hominibus pręsertim probis, ac fide dignis, ut pote Dei ministris, at multo magis graue est & criminosum nolle credere E Deo, & ipsum habere suspectum, expositio D Chrisost. secundum alios dicuntur illi esse Deo molesti, qui in afflictionibus, & angustijs ad ipsum, non confugiunt, sed in præsidijs humanis spē suam collocant, id quod re vera grauē iniuriā infert diuinæ bonitati, cum eo relicto, & post habito ad alia subsidia confugimus, quandoquidem ipse solus est

Hic est sensus litteræ manifestus

sensus moralis ut supra.

est nostrum refugium, & virtus, & adiutor in tribulationibus, quique dicere solebat, uenite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis vt supra. Vt autẽ resolutè, & sub compendio afferamus intellectum huius particulæ: Dicimus, illos præbere molestiam Deo, & Prophetis, qui illis non credunt, aut qui illos persequuntur, aut etiam, qui in suis ipsorum afflictionibus aliena subsidia quærunt, & præsertim penès ea, quæ spectant ad salutem animarum. Sed adhuc clarius, & expresius dico, illos uerè molestos esse Deo, & hominibus, qui uisis tot signis & miraculis, & tot scripturis in lucem productis, & emanatis nondum credunt messiam uenisse, aut nullam sperant ab eo obtinere salutem.

Nec est pretereundum quod Propheta vocat hic Dominum Deum suum, cũ inquit. Molesti estis, & Deo meo, quo modo loquendi insinuatur maxima pietas, & obseruantia ipsius Prophetæ in Deum, & suprema charitas in proximũ, Vocat etiam Deum meum, quia tantus erat animi affectus, & deuotio ipsius erga Deum quod in nulla alia re, quæcumque sit illa, videbatur constituisse spem suam, omne bonum suum nisi in Deum, quem ita amplecti, & vsque adeò sibi coherere mostrabatur, vt quodammodo proprium, & peculiare eum sibi fecisse videretur, D cit Eusebius, quod Propheta vocabat Dñum Deũ suũ peculiariter ad differẽtiã eorum, ad quos sermo dirigebatur, qui erant ex eorum numero, qui inferebant Deo certamen. D. Aug. in lib. de ouibus tomo.9.cap.16.dicit, qđ ille verè potest dicere Deum suum, qui illi credit, illũ sequitur, & peculiariter amat, non ita tñ dicitur deus esse alicuius, nisi etiam sit alterius, quia super omnes est, omnibus se communicat, & se fruendũ præbet, in omnibus integer & in singulis integer. *Et subdit, propter hoc*

Tex 8. *dabit Dominus ipse uobis signum* q. d. vt nunc, & deinceps mihi credatis, nec molesti amplius sitis, nec Deo, nec hominibus, dabit Dominus ipse vobis signum, Quàmquam hactenus ostendistis nequaquam credere, neque ob id

A voluissetis petere signum, quo certiores redderemini promissionis diuinæ & liberationis futuræ. Dabit inquam Dominus ipse signum propter eos, qui ex ista domo seruandi erunt. Nouit enim Dominus, qui sunt eius. Et quod nam obsecro erit signum istud? Hoc est profectò attendite, aures arrigite, intenti estote, non oscitemini, signum magnũ, & admirabile. *Ecce Virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius*

B *Emanuel, Butirum, & mel commedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonũ.* Laborant nonnulli exponentes in expositione huius loci propter Iudæos, qui dicunt in textu hębraico non legi. Virgo concipiet. Sed alma, siue puella aut abscondita, & ita ex hoc loco non potest astrui beatam Virginem concepisse, & peperisse Dei filium, vti nos dicimus, & prędicamus, & credimus.

Priusquam examinemus hanc partem,

C & hoc signum mox adductum, quo adfieri potest, intelligamus; videamus primum, Quis hic loquitur ad domum Dauid, & quis affert hoc signum, Deus an Propheta? Deinde consideremus si licet aliquando petere signum à Deo, & nunquid verè peccauerit Achaz nolendo petere signum à Deo,. Postremo videbimus si istud signum allatum à Propheta, quicquam confert rei, de qua agitur. Post hæc examinabimus uerba

D prophetę huius, quantum Dei gratia, & spiritu sancti assistentia nobis dederit, De primo igitur, vt patet ex textu, Dominus loquutus est ad Achaz. Vbi D. Hieron. inquit- Qui prius per Prophetam loquutus est ad Achaz, & vide ut sileas, noli timere. Illo non credente, & consequenter non intelligente, ipsemet loquitur ad Achaz, vt saltem auctoritate Domini territus suscipiat, quæ dicuntur. Alij volunt nõ

E Dominum, sed prophetam hic loqui iussu tñ Domini, & eo inspirante, & pręmostrante quid loqui deberet, ducti hac ratione, quia sermo fit de Deo in tertia persona, cum dicit pete signum à Domino Deo tuo. Sed huic rationi responsum est supra, ut scis; Proindè nihil impedit, ut dicamus tam Dominum, quam Prophetam fuisse loquutũ;

Sed Deum per inspirationem, & Prophetam per denuntiationem, vt dicit D.Thomas. Sed dices friuola hæc est responsio. Namq; Deus vbiq; loquitur in Prophetis inspirando, & ipsi postea denuntiant ea de quibus inspirantur, & instruuntur à Deo. Respondeo quod vbiq;loquitur Deus per Prophetas eos inspirando, sed hic nouus fuit motus, nouus influxus, & īspiratio ipsius Dei, id quod verba hic posita ostendunt cum dicitur. Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, idest præter ea quæ loquutus fuerat per Prophetam, voluit etiam rursus, ac denuò loqui ad Achaz per eumdem, qui cum agnouisset Regem negligere, aut paruifacere eius dicta despexit illum, nec est amplius cū allocutus indignum reputans, & absurdū, cū homine, stulto & insipiēte habere sermonem iuxta illud sapientis, vbi nō est auditus non effundas sermonē. *Eccl. ca.32* Propterea conuersus ad populum, hāc proposuit orationem dicens. Audite ergo domus David q.d. posteaquam is cuius magis interest, non vult audire sermonem, nec oblatum petere signum, alloquar uos omnes, qui estis de domo David, quamobrem diligenter quæso audite, & attendite. Nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo? q d. uos tot signa habuistis, quibus oportebat credere dictis meis, cum vobis denuntiarem hostium vestrorum consultationem, ac proditionem ab eis pertractatā, nec non futuram captiuitatē & desolationem Israelitarum, & quo tempore sit futura, noluistis tandem credere, nec signum aliquod petere uobis oblatum siue in Cœlum, siue in infernum, idest quocumq; locorum, quę cōtinet ipsum vniuersum molesti estis non solum hominibus, verum etiam & Deo meo, propter hoc dabit dominus ipse vobis signum: ꝓpheta ergo est qui loquitur, sed iussus à Deo, ex pręcepto Dei. Quo ad secundum iam propositum si videlicet nobis licet, aut expedit aliquādo petere signum à Deo quod videtur esse quædam tentationis species. Dico quod cum in Deo sit scientia, voluntas, & potentia, tentare Deū

A uel petere signum aliquod ad videndū seu cognoscendum nūquid Deus sciat, & posit aliquid, stultum est, & absurdum, cum manifestum sit, cuicumq; modo non sit omnino destitutus sensu & ratione, quòd Deus omnia sciat, & omnia posit preter ea, quæ implicant contradictionem, & quæ repugnat sūmæ eius bonitati, & perfectioni. At tentare voluntatem Dei circa aliquod particulare negotium, aut rem nostrā, *An liceat petere signum à Deo.*
B quid videlicet ipse velit aut probet cū ignoremus, aut dubitemus de eius voluntate, licet aliquando (seruatis debitis circunstantiis) per aliqua signa tētare, et experiri Dei uolūtatem. Quod autem voluntas Dei sit bona, & immutabilis, dubitare nequaquam licet, & ꝙ velit oībus esse propitius, quantū in se est, & volūtate, ꝗ dicūt aliqui ātecedēte nulli debet ēē dubiū cōtingit aūt tētare Deū verbis, et factis ꝙ quomodo cō
C tingat, et quot modis, declarat D.Tho. 2.2. qst. 97. art. 1 et 2. Vbi etiā dicit, ꝙ petere auxilium in magnis periculis, et grauissimis necessitatibus à Deo, et eius opem implorare, ei soli ipsi fide re, non est tentare Deum, cuius rei exēplum habemus, 2.Paralip. cap. 20. At velle soli Deo confidere, et reliqua omnia remedia nobis proposita renuere, seu negligere, hoc est tentare Deum, et consequenter grauiter ipsum offen- *D.Thom. 2. 2 q.97.* *2. Paralip. cap.20.*
D dere, cuius rei dat exemplum D. Aug 22. lib. contra faustum cap 36. de Domino nostro Iesu Christo, et de Paulo, Apostolo, ut ibi videri potest. Docet Orig. quomodo, & quale debeamus petere signum. Dicit enim signum nobis petēdum esse Dominum nostrum Iesum Christum de quo legitur Esa. 11. quod stat in signum populorum, et Lucę 2. quod est signum, cui contradicetur. *Esai. 11.* *Luc. 2.* Hoc ergo signum accipere non solum
E nobis licebit, sed maximè expediet. Accipiamus ergo in excelso, et in profundo, idest consideremus quanta sit latitudo, longitudo, et profunditas scientiæ Dei, et Iudiciorum eius, ac suarum miserationum Eph. 3. Nunquid verò peccauerit Achaz non petendo signum ex supradictis patet. Ad postremum illud propositum nunquid vide- *Eph. 3.*

licet

licet signum allatum à Propheta de ipsa Virgine paritura, emolumenti quicquam potuerit afferre ipsi Achaz, quandoquidem signum, quod proponitur non est inditium alicuius rei propediẽ futurę, sed multos post annos. Dici potest qđ reuera non poterit quicquam facere ad id, quod ipse expetebat, & magnopere indigebat, quamprimum videlicet ab hostibus liberari, id quod videtur esse de ratione signi. Prçterea signum semper debet præcedere signatũ, at hic contrarium apparet, propterea non videtur esse conuenienter allatum. Ad huiusmodi obiectiones respondent, quod si ipse Rex Achaz, & populus suus fidem prębuisset ipsi Prophetæ, ac Domino, penes ea, quæ dicebantur, proculdubio fuissent etiam liberati ab illa obsidione, qua detinebantur, quandoquidem multo facilius erat credere Deum posse illum liberare ab illis imminentibus periculis, quam facere vnam mulierem, Virginem existentem, concipere, & parere. Propterea licet signum allatum, non directè, & immediatè foret inditium illius liberationis ab hostibus, attamen si fidem prębuissent, & firmiter credidissẽt Dei nuta, & potestate Virginẽ pariturã, consequuti essẽt õnimodã liberationẽ, quia sic ẽt credidissent se posse liberari ab hostibus, s. n. de quo minus videtur inesse, & inest, ergo de quo magis, non ergo perperam allatum fuit istud signũ. Alij dicunt, quod signum datum hic à Propheta, re uera non respondet desiderio & presenti necessitati ipsius Regis, & totius populi, sed respondet illi signo, quod volebat Deus peti ab ipso Achaz, quod erat siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Huic ergo signo respondet signum nunc allatum à Propheta, quod ut supra tetigimus erit in profundum inferni, siue in excelsum supra, cum videlicet filius Dei ex Deo secundum naturam ab eterno genitus descendit in Terram, de Virgine carnem assumens, ad inferos petet, è Sepulcro resurget, & in cœlos pꝑpetuo regnaturus ascendet. Et cum hęc erunt, erit etiam procul dubio extrema vastitas Iudęorum, & perpetua

A salus, & libertas Israelitarum secundũ spiritum. Non ergo mirum si signum allatum, non immediatè respondet voluntati Regis Achaz, quamuis & ipse forte dubitaret iam tum aduenisse tempus supremæ vastitatis, ac desolationis iam olim prædictæ à Moise, & alijs Prophetis. Alii dicunt, signum non sẽper accipi pro eo, quod aliquid futurũ vel occultum indicat, iuxta propriam signi diffinitionem, qua dicit, quòd signum

B præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem uenire, sed accipitur signum etiam, quandoque pro aliqua re mirabili, & insitata, quemadmodum sunt miracula, & prodigia, & quæcumq; accidũt prçter communem cursum naturę, sic itaq; dicunt hoc loco signum accipi, nõ pro eo quod indicat aliquod futurum, uel occultum, aut secretum, sed pro miraculo, & pro re numquam aliàs audi-

C ta, ut puta. Quod Virgo manens Virgo sit paritura, & iuxta hanc solutionẽ facilè eluditur alterum argumentum quo dicebatur signum semper pręcedere signatum; quamuis illa propositio non sit vniuersaliter uera, ut benè ostẽdit D. Thomas. His visis, atque discussis, accedamus nunc ad expositionem huius textus, vbi proponitur hoc signũ siue ingens & stupendum miraculum inquit enim ecce virgo concipiet, & pa-

D riet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Inquit enim (Ecce) qua voce ostenditur hoc esse maximum, & admirabile signum, hęc enim uox ostendit eminentiam Virginis super mulieres; quia Virgo, super Virgines, quia conce pit, super Angelos, quia peperit, non enim Angelos Christus appręhendit, sed semen Abrahæ. Heb. 1. D. Chrisost. *Paul. heb. 2.* Inquit quod propterea ponitur ista vox (Ecce) ad denotandum quod ipse Pro-

E pheta erat quasi perspiciens ea, quæ fieri debebant, & intellectu benè instructus, & plenam fidem retinens eorum quæ à se dicerentur; ipsi enim Prophetæ, quæ non uidebantur, longè perspicacius cernebant, quàm nos proprijs oculis quicquàm intueamur; namq; sensibilis noster visus, quandoq; potest decipi, & Prophetæ, spiritus sancti gratia illustrati

lustrati

lustrati nequaquam possunt falli, penes ea, quæ ipso docente pronuntiant & referunt. Ecce Virgo. Hoc est verbum. Hic est locus in quo laborant Iudæi, immò potius quo nos desipere, ac decipi imaginantur. Inquiunt enim primo, quod Virgo non potest parere, & quod nunquam Esa. Propheta protulit hanc sententiã, quod s. Virgo concipiet, & pariet, quoniam in textu Hæbraico dicunt ipsi, non legitur Ecce Virgo, sed Ecce Alma, quarè dicimus nos, vt ex D. Hieronymo & alijs doctoribus desumpsimus. Hęc vox Alma, significat quandoq; Virginem, quandoq; Puellam, vel adolescentulam, quandoq; absconditam, idest, quæ nunquam patuit virorum aspectibus, sed magna parentum diligentia custoditur, & non nunquam, Alma dicitur Sancta: Dicitur etiam secundum aliquos Vetula; sed iuxtà D. Hieronymum, non solum dicitur de Virgine quacunq; sed de Virgine iuuencula, & adolescentula, & quæ nunquam fuerit nupta, quandoquidem Mulier 60. annorum, quæ nunquã virum cognouit, poterit dici Virgo, sed non Alma. Vndè proprium significatum huius nominis erit non solum Virgo nunquàm cognita viro, nec quæ sit eius ætatis, vt non sit habilis ad concubitum, vt est Puella sex, vel octo annorum, Sed dicitur de Virgine, quæ sit Puella, & apta nuptui. Et quidam in sacris litteris exercitati, dicunt hoc nomen Alma, nunquam nisi Virginibus tribui consueuisse, & secundum sententiam eiusdem D. Hieronymi Alma, lingua punica, propriè dicitur de Virgine. Sed quęso omittamus hæc omnia, & ponamus, quod Alma significet Virginẽ, posset adhuc aliquis Iudęus obsistere, & arguere, non indè sequi Virginem peperisse, sed quod ea quæ antea fuit Virgo postea peperit. Verũ huic obiectioni, aut proteruæ imaginationi facilè est respondere, et vnũquemq; conuincere, & reprobare. Nam si Propheta ꝓponit ipsi Achaz, & domui Dauid dare aliquod signum, cum inquit, propter hoc dabit Dominus ipse signum. Quale quęso erit signum istud? quod vna

Hoc nomen Alma quid significet.

A puella, seu adolescentula prius sit Virgo, & postea coniuncta alicui viro cõcipiat, et pariat? O summam stoliditatem & insignem nequitiam, quin potius extremam hominum malitiam. Ecce Virgo concipiet, si mulier concipiens, Virgo non esset, signum aliquod non fuisset, de ratione enim signi admirabilis & stupendi est, vt communẽ rerum ordinem prætergrediatur, & excedat nouumq; sit, nec prius audi-
B tum ita vt singuli, spectatores, & auditores ingenti applausu, ac fauore illud approbent, commendent, & admirentur; hac enim ratione dicitur signum, inquit Chrisost. quod à cæteris insigni, & mirabili nota sit distinctum. At non fuerit insigne, si delituerit intra communitatem aliarum rerum. Præterea, si Virgo, manens Virgo non concepisset, & peperisset, debilis, ac vana fuisset ea interrogatio facta ab ea ipsi Ange-
C lo eamdem salutante, cum dixit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? potuisset enim Angelus statim ei respondere, si hactenus virum non cognouisti; cognosces postea, & sic facilè poteris concipere, et nulla erit difficultas, aut impotentia; sed quia sancta, et immaculata hæc Virgo iã statuerat, et firmiter suum in animum induxerat perpetuam seruare virginitatem, propterea audacter, et intrepi-
D dè dixit Angelo. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? si verò quæsieris, si res ita habet, cur Propheta non addidit ad tollendam omnem suspitionem, et falsam immaginationem, qua ratione, et quomodo ista Virgo concipiet, et pariet, quia .s. adueniẽte & supueniẽte spiritu sancto? Respõdet huic dubitationi D. Chrisost. id qđ dicebat, Propheticum erat oraculum, quare conueniebat illud subobscurè de-
E nuntiare propter perfidiam, et malignitatem Iudæorum, ne dum cuncta manifestè didicissent, omnes libros sacros igni comburendos tradidissent. Nam qui non pepercerunt ipsis Prophetis, quin eos occiderent, et mactarent, multo minus se temperassent ab eorũ scripturis lacerandis et comburendis, sed quod Propheta prudenter, et artificiosè

ficiosè subticuit, poterant quidem, qui secus opinantur existimare non potuisse aliundè Virginem concipere, nisi ope illius, qui naturam ipsam condidit. quandoquidẽ eius legem soluere nulli us alterius est iuris, & potestatis, nisi illius qui naturam condidit. Quidam textus habent. Ecce Virgo in vtero accipiet id quod aliqui dicunt, non sine causa factum, propterea quod concipere videtur præse ferre, et designare congressum viri, et fœminæ quem ne quis fortè vnquam putaret, propterea illud verbum ponere videlicet concipiet, 70. interpretes formidarunt; verum enimuerò isti timuerunt timore, vbi non erat timor. Maria ergo habet, vel habuit et concepit non ex congressu alicuius uiri, sed ex virtute spiritus sancti. Sic enim Diuus Lucas Euangelista refert Angelum dixisse. Ecce Virgo concipies, et paries filium, et vocabis nomẽ eius Iesum, spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et D. Matth. inuenta est in vtero habens de spiritu sancto quod. n. prędixit Esa. futurum, Euan. retulit iam factum. Amota est ergo illa difficultas, quæ perturbabat nonnullos propter illud verbum concipiet, fuit quippe in illa congressus duorũ. i. beatę Virginis, & spiritus sancti obũbrantis vterũ eius. *& vocabis nomen eius Emanuel.* Risu digni sunt flagris & verberibus, qui volunt hæc dici de Ezechia filio Achaz cum nullibi fuerit vnquam appellatus Emanuel, præter alias ineptias quas effutiunt hebræi, Vocatus itaque fuit filius ille Emanuel, idest nobiscum Deus, & verè fuit Emanuel, quia ipsemet dixit. Ego vobiscum sum omnibus diebus, vsquè ad consumationem seculi, & propriè quidem nobiscum est multis modis, seu multis nominibus, & rationibus. Primum quidem tamquam frater per naturæ consortium, tamquam pater per regenerationis principium, tamquam sponsus, per amoris vinculum, tamquam pastor per singularem custodiam, tamquam Saluator per defensionis auxilium, & tamquam ductor, & doctor

Christus Iesus verè & propriè dictus Emanuel

A per boni operis exemplum, ut eleganter, & egregiè notauit D. Thomas et D. Chrisost. diffusè admodum ostendit quo pacto Christus Dei filius conueniẽter fuerit dictus Emanuel, idest nobiscum Deus, tunc enim maximè fuit nobiscum Deus, quando super terram uisus, et cum hominibus conuersatus summam nostræ salutis prouidentiam declarauit. Non quidem Angelus, non etiam Archangelus nobiscum est,
B sed ipse suo descensu Dominus Deus omnem in se ipso recepit medelam, et correctionem, cum meretricibus loquitur familiariter, cum publicanis recumbit, domos ingreditur peccatorum, latronibus se conueniendi, liberã prębet facultatem, ad se magos aduocat, et attrahit, omnia perlustrat, nihil non reformat in meliorem statum, et cõditionẽ. Deniq; nostram hãc naturã sibi ipsi counuit, itaut verè, et ppriè
C possit dici Emanuel. i. nobiscũ Deus.

Sed hic est dubium inter sacros doctores, quia in editione vulgata, quã nos præ manibus habemus sic legitur, et vocabitur nomen eius Emanuel. 72. interpretes legunt, et vocabis nomen eius Emanuel, D. Matth Euangelista sic habet, et vocabunt nomen eius Emanuel, Et re vera illorum pace dixerim, questio ista vel contentio mihi videtur impertinens, cum de veritate
D et identitate rei satis constet. Quia enim Propheta loquebatur de eo, quod futurum est apud omnes gentes, & nõ tantum apud hunc, uel illum, propterea loquitur in tertia persona d. et vocabitur, scilicet a gentibus, vel ab ijs, qui erunt verè de domo Dauid, idest ab ipsis Christianis. Sic Euangelista Matth. indiferenter loquitur cum ait & vocabunt eum. 72. interpretes respicientes ad domum Dauid, ad quam
E peculiariter sermonem direxerat propheta, vtitur, secunda persona in numero singulari. videlicet, tu domus Dauid vocabis eum Emanuel, quam prolationem, siue allocutionem in hũc modũ Cyrillus adornare, & amplificare voluit. Tu o domus Dauid, quæ nunc renuis Deo credere, signumq; ab eo postulare, vocabis hunc filium

Emanuel, idest confiteberis Deum in humana forma apparuisse, quod per indè est, ac si diceret nobiscum Deus, sic, & apud Lucam dum alloquitur Gabriel Angelus beatam Virginem, eadẽ ferè verba repetit, quæ dixit Esaias, & uocabis eius nomẽ Iesum. Quæ cũ ipsa fortè legerat, & audierat apud Esaiam respondit. Quo modo fiet istud quoniã virum non cognosco? Noluit ea præ modestia dicere, ego sum Virgo vel ego ea ipsa sum de qua loquutus est Esaias. Sed solum dixit, uirum nõ cognosco. Nulla est ergo difficultas in his verbis, & si differentes leguntur; Sed alia est quęstio multo rationabilior. si Propheta spiritu sancto afflatus vnà cum ceteris Euangelistis, & aliis interpretibus dicunt hunc filium uocandũ esse Emanuelem, cur Angelus Gabriel iussit, vt vocaretur nomen eius Iesus, cum presertim non satis constet, vbi, & quando fuerit ei impositum illud nomen. Dici potest Iesum fuisse proprium nomen; At Emanuel, quoddam agnomen, siue cognomen, quæ nominum genera imponuntur hominibus plerumque ab aliqua proprietate, seu ab aliquo accidente superueniente, seu ab aliquibus actionibus denuo patratis, ut contingit in multis, qui præter nomina propria, & cognomina domus, & patriæ alia nomina sortiuntur, vt Scipio Affricanus, & quidam alii. Diuus Chrisostomus inquit, quod Dominus noster sortitus est hoc nomen a rebus ipsis, quia scilicet ad nos venit, & nobiscum stetit, ac permansit, idcirco vocatus est Emanuel, & ab huius rei effectu hanc sibi asciuit appellationem, & affert exemplum de Hierusalem, quæ aliquando appellatur Ciuitas Dei, quandoque Ciuitas pacis, & Iustitiæ, & quandoque meretrix, & fornicaria. Aut dicas quemadmodum aliqui viri graues, & eruditi, quod Emanuel sit etiam proprium nomen ipsius Christi, neque vllum est inconueniens, vt vni, & eidem rei, siue naturę, imponamus plura nomina, vt sũt homonima, siue synonima; vt ẽsis, gladius, cultellus, & huiusmodi, sic & vestis, & indumentum: si velis scire quot nominibus Christus Dei filius appelletur uide Eusebium, & catalogum glorię mundi 3. p. consid. p. & 2. Sequitur postmodũ *butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Adducuntur hæc ad probandam ueritatem carnis, & naturę assumptæ. Quandoquidem pueri solent libenter vti pinguibus, & dulcibus, velut ijs quæ sunt magis amica naturę. Acra autem, & acerba solẽt illi abhorrere, & detestari; Vult ergo his verbis Propheta circumloqui conditionem puerorum, vt ostendat Christum futurum verè, & verum hominem, & non Deum tantum, immò per hęc non minus ostenditur incarnationis sacramentum, quam per ea, quæ ante sunt dicta de Virgine grauida, & paritura. Namque si iste Emanuel non erat verè Deus, sed tantum homo non opportebat dicere, quòd butyrum, & mel comedet superfluè quidem eiusmodi fuissent adiecta, cum constet homines & pręsertim pueros, & infantes comedere lac, & mel. Ad hoc igitur ostendendum, quod ille, qui nasciturus erat de Virgine, non solum erat verus Deus, sed verus homo, voluit hęc apponere. Et pręterea, vt ostenderet contra quosdam fatuos hæreticos, Deus non assumpsisse hominem iam factum, & formatum, sed hominem, qui secundum conditionem aliorum hominum debebat ex vtero cuiusdam fœminę nasci, & ad perfectam quantitatem passim deduci, quẽadmodum, & alij homines. Alii dicunt, per bityrum, & mel uoluit innuere quoscumque cibos, quibus communiter solent homines vesci, vt ex parte totum intelligamus. quę omnia suos habent misticos intellectus. Dicitur enim quod Emanuel, idest Christus, butyrum, & & mel comedet, quia scilicet docebit doctrinam, quæ pinguis, & vberrima gratiarum est, dulcis, & suauis, cuiusmodi est doctrina Euangelica. De qua Matth 11. scriptum est. Tollite iugum meum super uos, quia mitis

Christus vocatus Iesus.

Tex. 9.

Matth. 11.

mitis sum, & humilis corde, iugum enim meum suaue est, & onus meum leue, & psal. 18. Iudicia Domini iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum, & lapidem prętiosum multum, et dulciora super mel, et fauum; Diuus Augustinus in annota. in Iob. cap. 20 d. per pinguedinem Butyri, Charitatis vbertatem, per dulcedinem mellis, mentis hilaritatem fore intelligendam, et alibi per butyrum, volunt designari iuxtà allegoriam, humanitatem Christi; propterea quòd de terrę nutrimento venit, per mel autem ipsam diuinitatem, quòd de rore Cœli colligitur. Habuit quidem naturam sine corruptione, sicut butyrum sine caseo, et attulit ad nos consolationem sine iuditio scilicet condemnationis, quasi mel sine aculeo. Non enim venit, vt iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Iste ergo puer, qui vocatur Emanuel, butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Sic enim habemus in littera; vbi nota secundum omnes, quod illa dictio (vt) potest accipi bifariam, & secundum quod dicit causam, uel ut dicit consecutionem. Primo quidem modo sic exponetur. butyrum, et mel comedet, vt sciat reprobare malum, et eligere bonum, q. d. cibis vtetur humanis, velut alij homines, ut sciat idest, ut ostendat se quando fuerit ad perfectam ętatem deductus, qua poterit nosse discrimen inter bonum, et malum, se etiam scire bonum, et malum, hoc eligere, illud reprobare. Altero modo, vt consecutionem notat, sic exponas. Emanuel butyrum, et mel comedet, vndè continget, et sequetur temporis progressu quòd sciet reprobare malum, et eligere bonum. Reprobabit inquam malum, nunquam tamen illud in se ipso expertus, nouerit eligere bonum sua ipsius natura, et singulari propensione animi, nullo aliorum adiutus, et instructus consilio, sic enim de se ipso dicit Sap. cap. 7. Deus mihi dedit horum, quæ sunt scientiam veram vt sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutem elementorum.

Ps. 18.

Sap. cap. 7.

Sed re vera huiusmodi sententia potius in Salomonem, quam in Christum Dominum potest conferri. D. Hieronymus inquit hæc verba apposita fuisse videlicet, vt sciat reprobare malum, et eligere bonum, ne quis fortasse crederet infantiam humani corporis diuinæ sapientiæ quicquam pręiudicare. Et Eusebius inquit, quòd per hæc uerba toties repetita ostenditur ipsum Emanuelem, fore maioris virtutis, et potentiæ, quam quotcumque hominum genera, cum sciat eligere bonum, priusquam cognouerit mala, sed hoc in sequenti particula melius declarabitur, quæ tamen non eodem modo ubique legitur, textus enim Hæbreus sic habet. Antequam puer sciat, reprobauit malum, & elegit bonum, idest antequam sciat idest antequam discurrat, et opera uitæ exerceat, reprobauit malum, et elegit bonum, tex. 70. interpretum ita habet. Antequam puer sciat bonum, et malum non credet malitiæ, vt eligat bonum, q. d. tantæ erit perfectionis, et excellentiæ Puerulus iste, quod etiam in puerili etate cōstitutus, ita approbabit bonum, et sic illud apprehendet, vt numquam nouerit malum, si tamen de malo culpæ fuerimus locuti. Iuxtà illud psal. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. Et prima Petri c. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et alibi dixit ipse Christus, Venit Princeps mundi huius, et in me non habet quicquam. Et apud Iohannem. Quis ex Vobis arguet me de peccato? At si loquamur de malo penæ posuit in eo Deus iniquitatem omnium nostrum, idest pœnas, quas nos omnes pati merebamur. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, et eius liuore sanati sumus: optimè quidem d. Diuus Augustinus 8. super Gen. ad literam cap. 14. quod eligere bonum sine experimento mali, summæ, et singularis laudis

Ps. 44. 1 Pet. 2. cap. Io. cap. 14. Io. cap. 8.

laudis est, quod propterea tribuitur illi puero, qui ex Israel factus Emanuel, idest nobiscum Deus reconciliauit nos Deo; sed dices, quomodo quod nescit, potest contemnere, aut eligere, certe non alia ratione, nisi quia hęc duo vario modo sciuntur, aliter enim per prudẽtiam boni, aliter per experientiam mali, Per prudentiam boni, malum scitur, & si non sentitur, tenetur enim bonum, ne eius ammissione sentiatur malum. Et per experientiam mali scitur bonum, quoniam quod amiserit sentit: quàm de bono ammisso ei male fuerit, & id quod vulgo dicitur nũquàm bonum pfectè cognoscitur & amatur nisi quando malum experimur. vide Aug. lib. 8. super Gen. cap. 14. Priusquam ergo puer iste sciret per experientiam, aut bonum, quo careret, aut melum, quod amissione boni sentiret, contempsit malum, ut eligeret bonum: non sic fecit prim⁹ homo qui uolens facere voluntatem suam, nõ voluntatẽ Dei, quin potius volens aderere voluntati Sathanæ, eligit malum, & reprobauit bonum, per cuius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, quemadmodum per alterius obedientiam plerique facti sunt iusti, ut benè d. D. Paulus Rom. 5. Rom. 5.

Origenes etiam & ipse ad eundem modum in hac materia loquitur, dicens. quòd licet Christus anima rationali, præditus boni, & mali capax videri potuit, sic tamen eligit iustitiam, vt pro immensitate dilectiouis, per ipsam dilexit, incommutabiliter ei inhereret, quemadmodum ferrum quidem capax est caloris, & frigoris, sitamen sit semper ignis candens, nequaquàm poterit recipere frigus, sic illa beata, & benedicta anima Christi, quasi ferrum ignitum, sic erat vnita Deo vnione Hypostatica, quòd nullo modo poterat peccare.

Et D. Cyrillus d. priusquam sciat puer bonum vel malum, malitiæ non obtemperat vt eligat bonum. Hunc in modum explicatur ista particula iuxta literam septuaginta interpretum Textus autem vulgatus alio modo legit, & facit punctum, sic videlicet. Antequam sciat puer reprobare malũ & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris à facie duorum Regum: quibus verbis nonnihil consolationis afferre videtur Propheta ipsi Regi promittens liberationem ab obsidione duorum Regum, & quòd terra, siue regio quam detestatur, & deserta fore ac desolatam magnopere timet, relinquenda esset, neque amplius retinenda ab illis duobus Regibus, sed ab eorum conspectu, & principatu omnino subtrahenda; & hoc futurum prędicit antequam puer de virgine nasciturus, sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Sed dubium est quę sit illa terra quã Rex iste detestatur, & execratur. Dicunt aliqui exponentes eam esse quam obsidebant hi duo Reges, Terra (inquam) Iudeæ. Sed hoc non apparet rationi conueniens, neque veritati, cum Iudęa regio sub eius ditione maneret, quamquam sub id temporis foret obsessa. Et dicunt eam tunc Regem detestari, vel quia timebat eam amittere, neque amplius sub eius ditione futuram, vel detestabatur quia propter eam occupandam magnum illi duo Reges negocium ipsi faciebant; alij dicunt quòd eam Regionem detestabatur propter cultum Idolorum. Sed neutra istarum opinionem satisfacit obiecto, neq; tollit ambiguitatem. Non enim est vero simile huncRegem eam Regionem detestari, quæ erat sui iuris ac ditionis, & pro qua tuenda, & conseruanda totis ipse uiribus decertabat, propterea lõgè melius mihi dixisse videntur qui per terram, quam Rex Achaz detestatur non quam illi duo Reges obsidebant, sed quam ipsi possidebant, detestatam fore & execratam ab ipso Rege Achaz existimant, & iurèquidem, quia ob eius opes, & Thesauros, & pro eadem amplianda, & extendenda terra videlicèt Syriæ, & Sammariæ, ab illis duobus Regibus oppugnabatur Iudeæ Regio, & suę res in magno discrimine versabantur. Eandem terram siue Terras nos omnes detestari, fugere, & abhorrere debemus

Quid

Quid .n. aliud samaria quàm vepres A & spinas significat? quid item Syria? nisi fraudes, dolos, & maledictionē? fugienda est ergo eiusmodi terra, in qua nihil præter Vepres, & spinas est reperire, nihil tenerum, aut molle, sed quæcunque pungunt, ac feriunt, & nihil habent suauitatis. Sic etiam quid prodest eiusmodi terram appetere in qua nil nisi fraus, aut deceptio, & maledictionibus, ac blasfemiis omnia constant? Terram hanc detestemur fra B tres, non in illam inhiemus, non illam appetamus, sursum cor habeamus, quę sursum sunt sapiamus non quæ super terram. Hæc est ea terra ad quam loquitur Deus per Hieremiam Prophetā dicens Terra, terra, terra, audi verbum domini, ad nos eiusmodi dirigun tur, nos sumus illa terra, cui præcipitur audire verbum domini, non hæc terra quę pedibus calcatur. Hanc Terrā quā detestatur Rex Achaz.i.quicūq; C uidet quicūq; intelligit, & cognoscit, atque discernit inter bonum, & malum & eligit bonum, & reprobat malum, hi duo reges occupare nituntur, videlicet cupiditas, & superbia. Achaz enim interpretatur videns, propterea qui videt; cupiditatem, & superbiam detestatur. Quodque horum est radix, fons & caput omnium malorum. Neque mireris nos ponamus duo capita, siue initia, aut radices omnium malorum, D quoniam non eadem ratione singulum horum est caput, sed superbia, est caput omnium malorum, si consideretur ordo intētionis, at penes ordinem executionis auaritia, seu cupiditas diuitiarum est radix omnium malorum, modo auaritia capiatur prout est speciale peccatum, cui tanquam regi potentissimo omnia obediunt Eccl.x. Potest etiam dici superbiam esse principium omnium malorum ex parte auersionis, E auaritia vero ex parte conuersionis, & licet aliqui ponant inordinatum amorem sui ipsius esse principium, & radicem omnium malorum, nihil tamē prohibet inordinatum amorem proprię excellentię sortiri hunc Principatum respectu cuctorum malorum, quia hæc duo, vel sunt ferè idem, uel vnū

Hier.ca.22

Ecci.10.

redigitur ad aliud, vel est pars alterius. Hęc ex D.Thoma.1.2.q.84.art. 1. & 2. & ibidem Caiet. Diuus autem Augustinus 11.supra Genesim cap. 14. videtur sentire superbiam pariter, & inuidiam esse primas, & principales causas omnium malorum & quòd hæc duo fuerunt in causa quod Angeli ceciderint à supnis sedibus, dicit tamen idem sanctissimus Doctor Inuidiam potius oriri ex superbia, quàm contra inuidi ad superbiam, nam cum superbia, dicit ipse, sit amor proprię excellentię, inuidia verò sit odium fœlicitatis alienę, satis in prōptu ē Inuidiā à supbia ꝓficisci, nō autem è contra, & propterea scriptum est Eccl,10. Initium omnis peccati superbia, & idem Augustinus eodem loco cap.11. ostendit, & declarat quo pacto cupiditas, vel auaritia ex sententia D,Pauli 1,Thimo.6. sit caput, & radix omnium malorum. Sed vt concludamus id quòd intendimus, detestemur terram, quam nos iuxta metaphorā hoc loco assumpsimus, & auspicemur, & enitamur Deo duce ingredi Terram viuentium, & possidere eam, quam nō nisi mites, sunt possessuri, teste Domino nostro, Mathei 5.

Eccl.10.

Prædixit ergo Propheta Terrā, quā ipse detestabatur derelinquendam esse à facie duorum Regum, antequam puer nasciturus de Virgine sciat reprobare malum, & eligere bonum: quamcunq; terram accipias, siue quam hi duo Reges possidebant, siuè quam obsidebant & eiusmodi terram, siue terras euertit dominus, & perdidit eas vsquè ad fundamentum. Id autem nonnulli dicūt esse futurum tempore Aduentus Christi, idest cum virgo concipiet, et pariet filium. Tunc enim non solum Reges Siriæ, & Samariæ desinent esse Reges, verum etiam illa duo Regna cessabunt esse regna, neque amplius peculiares habebunt Reges, quia reducentur in Prouincias, & sub Romanis Ducibus subsistent. Hoc autem d. Propheta ad amouendum, & depellendum ex animo Regis timorem, qui fortè suspicabatur vidēs illos duos Reges iunctis uiribus aduersus eum conuenisse, fore vltimam desolatio-

nem Iudeę, iram prædictam, à Moise, & Prophetis. At secundum Diuum Hieronymum Terra Syriæ, & Sammariæ uastabitur, & desolabitur à Rege Syriorum multo anteaquàm virgo concipiat, & pariat, & domus Dauid liberabitur ab illis duobus Regibus ad misterium, & inuocationem nominis Emanuel, & licet illa duo Regna sint euertenda à Rege Assyriorum, nihilominus post modicum tempus, & ipsa Iudęa vastabitur ab Assyrio. Et hoc est quod habetur in littera sequenti cum inquit.

Tex. 10. *Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum Patris tui dies, qui non venerunt à diebus separationis Effraim à Iuda cum Rege Assyrorum.* Nota, est Historia ex 3. libro Regum Cap. 12. quòd regnante Roboam super vniuersum populum Israel ob eius duritiem, & inurbanitatem recesserunt omnes Tribus, pręter vnam ab eo, & constituerunt sibi Regem Hieroboam, & tunc Ephraim in quo intelliguntur omnes illę Tribus, recessit à Iuda, & separatus est ab eo. Ne verò Rex Achaz, nimium confideret, & speraret se omninò liberum fore ab angustijs, & perturbationibus, ac tumultibus, subdit Propheta, & prædicit multo plura, & grauiora se passurum esse incommoda, quàm vsque in eam diem &c. Hoc autem comminatur ipsi Regi propheta ob eius inobedientiam, & obstinationem, in ipsa incredulitate, & propter alia multa scelera quibus erat irretitus, & illaqueatus. Alij volunt in his paucis verbis denunciari salutem, & liberationem, denunciari pariter perniciem, & desolationem; quę tamen hac ratione distinguntur, quòd salus, & liberatio quandoque futura per Christum, datur pijs, & his qui ex familia Dauidis ex qua nasciturus est Christus prodibant, & ijs omnibus qui erant in eum credituri; nuncius verò tristis, & valdè horribilis prædicitur, & denunciatur impiis, incredulis, & obstinatis hominibus; propterea dictum est. Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum Patris tui, idest super domum Iuda, uel super domum Ionathan qui fuit Auus ipsius Ezechiæ, cuius noluit Propheta ob modestiam meminisse, habita ratione probitatis illius, adducet ergo super hanc domum dies adeò infaustos, & male fortunatos quales nunquā fuerunt, à diebus separationis, quando non solum ab aliis Regibus finitimis, & consuetis eum debellare, verùm à Rege Assyriorum in suum eorum auxilium & Patrocinium olim accersito, multa, & grauia damna patietur, nec solum ab Assyriis, sed ab aliis longè remotis hostibus quemadmodum habetur in textu *Et erit inquit in die illa, sibilabit Dominus Muscæ quæ est in extremo fluminum Egipti, & Api quæ est in terra Assur.* Tex. 11. In toto residuo huius capitis Propheta uaticinatur, & prędicit tres horribiles casus & infortunia, quę sunt euentura in illa die, & quanquam videatur hoc loco Prophęta exprimere & aperire quibus eiusmodi casus horribiles sint euenturi, non tamē est satis vnicuique manifestum. Similiter quæ sit illa dies, & quādo sit futura in qua eiusmodi casus, & ruinę sint euenturæ non satis constat, cum præsertim ter explicet ipse vates diem illam, in qua eiusmodi mala contingent; propterea videbitur in progressu expositionis huius loci. Sed primum exponamus ea verba quæ sunt in hoc textu, qui totus videtur esse metaphoricus. Nam cum dicit. In die illa sibilabit dominus muscę, quæ est in extremo fluminum Aegypti, quid quęso per muscas intelligit ipse vates; communis opinio est eum intelligere Aegiptios, & per Apes quæ sunt in terra Assur, intelligere Asirios, quibus verbis apparet, Iudęos non solum ab Asiriis, verum etiam ab Aegiptiis multa damna pertulisse, qui habetur 4. Reg. Cap. 23. sanctum Regem Iosiàm occiderunt; deinde Babilonii sub Rege Nabuchdonosor quàm maximè fuerunt infensi, & molesti ipsis Iudæis, vt mox videbim⁹. Lyranus autē nō admittit Aegiptios fecisse molestos Iudęi, sed gentes quasdam Libię quæ sunt prope Aegiptum: verum hæc eius opinio non à cunctis approbatur.

Sed

Sed cur appellat Propheta Aegiptios muscas? dicunt aliqui, quia in ea parte Nili, qui est in terra Aegipti, vel in extremo fluminum Aegipti, est ingēs copia muscarum; quidam alij ob multitudinem gentium quæ ibi communiter degunt, aut etiam propter molestiam, & importunitatem illarum, consueuimus enim dicere dum videmus alicubi copiosam hominum multitudinem penè innumerabilem, isti sūt multò plures, quàm muscę; Sic etiam dum aliqui sunt nimis importuni, & aliis molesti, dicimus eos esse veluti muscas. Secundum Cyrillum Aegiptij comparantur muscis, propter absonam, quam emittunt vocem. Asirij autem comparātur Apibus, vel propter copiā mellis ꝙ in ea Regione solet reperiri, vel quia gentes illæ cum fuerint aduocatę velut apes modico temporis momento agglutinantur: vel etiam, quia ab anteriori parte, hoc est, verborum lenocinio, mel videntur habere suauitatis, & dulcitudinis, à posteriori verò, si opera consideremus, aculeum persecutionis, & fœditatis uidentur habere: aut etiam sic dicti, quia emittendis iaculis se maximè potentes, & validos ostendunt. Nec displicet eorum opinio qui volunt nomine apium intelligamus etiam vespas, quæ suis aculeis acerrimè pungunt, & libenter vbi mel inuenitur aduolare conspicimus, nequè facilè est eas abiicere dum circa nos sunt. Nonnulli uolunt Asirios apibus comparari quia elegantiæ studiosi apparent, & vestes uariegatas solent deferre, quemadmodum & apes eiusmodi colore decorantur: & quia sunt homines valdè cupidi rei militaris, ac dominii sanguinis &t & vindictæ valdè appetētes, teste Eusebio sub hoc loco. Vult ergo innuere Propheta, vtrosq; Populos tam Aegiptios quàm Asirios fuisse olim, quā maximè infestos Iudęis.

Notandum est etiam verbum illud sibilabit, quo significatur Deum non absolutè, & expresè illis populis præcepisse ut Iudæos inuaderent, & molestia eis afferrent, sed potius immisse in mentem eorum per Angelos malos & quodāmodo impulisse, id ut per-

A ficerent. Dicitur inquā, Deus sibilare, hoc est in instanti cōmouere, & peragere quidquid uelit sumpta metaphora ab ipsis Naucleris, ad quorum sibilum omnes ministri præsto adsunt, & iussa complent, immò lōgè facilius est Deo innumeram hominum multitudinem cogere aduersus quos velit armare, quam cuicunq; homini aliquid innuere, aut sibilare. deinde sequitur in textu *Et venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum* B *& in vniuersis foraminibus, & in omnibus frutetis.* vult per hæc verba Propheta innuere quòd Assyrii, & Aegiptii, aut quicunque fuerint illi, Persæ, vel Lybici, omnia tam foris, quàm intus tā agros, quàm Vrbes, tam Pauperum domicilia, quàm palatia Regum denique loca tam arte, quàm natura rectè mouita, omnia sint occupaturi: aut per hæc vult innuere tantam futuram, C & tam magnam hostium inuadentiū multitudinem, quòd nullus erit locus in quo ex miseris Iudæis quisquam posit delitescere, vt non facilè admodum posit ab hostibus inueniri. *Tex. 12.*

Rursus in die illa (inquit Propheta) quā do scilicet venerit astus, & afflictio, radet Dominus in nouacula conducta, in his qui trans flumen sunt in Rege Assyrorum, caput, & pilos pedum, & barbam vniuersā.

D Nouacula conducta metaphoricè dicuntur ipsi hostes, quibus quidem mercede conductis per Regem Assyriorum Deus vtitur ad suorum castigationem iuxta illud. Vindicabo me de inimicis meis, cum inimicis meis; & conuenienter, inquit in die illa, ad denotandum tempus à Deo præfixum & diffinitum ad vindicanda scelera suorum populorum, iuxta illud psal. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et quoniam nouacula intelligitur instrumentum illud E rasurę idoneum, quod ideò conductum appellatur quia conduci solet per totum corpus, ideo Propheta voluit innuere quòd Deus tanquam tonsor radet caput, pilos pedum, & barbam vniuersam, idest abolebit, & in terram deiiciet Principes, & infimos quosque & auferet omnē ornatum. qui per *Ps. 74*

barbam describitur, radet etiam caput 1. amouebit omnem fortitudinem, pulchritudinem atquè potentiam, quæ omnia per pilos capitis designätur, quemadmodum per pilos pedum infimi quiquè. Dicit enim Cyrillus, quòd rasura barbæ, & capitis est signum luctus, et dedecoris, aut infamię. In cuius signum legati Dauid hunc in modum turpiter, et malè fuere tractati ab Amonitis, vt habetur 2. Reg. Cap. 10. Diuus Augustinus Sermone 20. de diuersis. Cap. 17. facta est inquit nouacula ad radendos capillos, hoc est ad tollenda, et abijcienda superflua, cuiusmodi sũt capilli in corpore. Sic Deus consueuit è medio tollere, hoc est de mundo eiicere omnes qui operantur iniquitatem. Sed dices quomodo vult radere pilos pedum, quando natura in pedibus non seuerit pilos; Dicunt aliqui per pilos pedum voluit circumscribere omne genus pilorum, ex necessitate materiæ nostris in corporibus à natura productorum, & honesto vocabulo sic eos nominare libuit. Vel dicas hoc modo loquendi hunc sapientissimum vatem vti uoluisse ad exaggerationem, q.d. Radet ipse Deus per ministros suos omnes pilos, eos etiam qui sunt in pedibus, si pedes pilos haberent, volens innuere nihil omnino futurum in illo Populo incredulo, & pertinaci quòd non abradatur, & aboleatur; neque erit vir, vsqueadeo potens, qui in illo totius regni exterminio non sit multa passurus, vt verum sit quod alibi dicit Propheta à maximo, vsquè ad minimum lugebit omnis terra, et alibi. A planta pedis vsquè ad verticem capitis non est in eo sanitas. Quando autem futurum sit istud exterminium, cuius regni, & à quibus; paulò post videbitur.

2. Reg. c. 10.

Tex. 13. Prosequamur textum. *Et erit in die illa* (cum Scilicet Deus faciet hæc signa et portẽta) *nutriet homo vac. à boũ & duas Oues, & prę vbertate lactis comedet butirum, butirum enim, & mel, manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terra.*

Præsens textus duas admittit expositiones non parum inter se se contrarias, prima est, qua ostenditur mira desolatio illius Regionis Iudeæ cũ describitur tantam ibi forè penuriam & paucitatem habitantium, propterea quòd omnes ferè, aut ferro peremptis, aut fame, & peste absumpti, aut in captiuitatem abducti quòd nutriet homo uaccam boum, & duas oues, ex quibus tantam habebit copiam lactis, quòd poterit ex eo absque alio cibo, substentari, aut dicas, tantam fore penuriam animalium quibus illa Regio solebat olim plurimum abundare, quòd qui habebat magnum, & copiosum numerum, vel armentum horum animalium vix sit habiturus vaccam vnam. Et qui olim amplissimos Ouium greges possidebat vix sit habiturus, dum fuerit magna hæc desolatio, & ruina quæ prædicitur, duas Oues, & prę vbertate lactis comedet butirum: namque vbi desunt habitatores, & incolæ, & cultores agrorum, agri non excoluntur, & non existente agricultura, pascua fiunt vberrima, & vbi pinguia sunt pascua, magna profecto habetur copia lactis & butyri: proinde ad maiorem dicti confirmationem hoc idem repetit dicens. Butyrum enim, & mel comedet omnis homo qui relictus fuerit in medio terrę. Qui enim residui fuerint, et à cladibus, & alijs incommodis superstites extiterint, butyrum, & mel comedent, aut quia nullus erit qui eos impediat, aut quia tanta erit copia harum rerum quòd quisque pro arbitrio poterit eis vesci, aut quia nihil vltra superérit, quo nutriri queant & substentari. Altera expositio est vt quæ mox dicta sunt prædicentia futuram Iudæorum calamitatem, penès allegoriam, referantur, & applicentur ad eorum fœlicitatem qui relicti fuerint ex Israel, & qui ad Deum conuertentur, quòd scilicet omnes isti butyrum, & mel comedent idest optima quæque & suauia degustabunt,

omnibus

omnibus bonis abundabunt, summaq; quiete, ocio, & pace perfruentur, quæ omnia accipient à puero illo Emanuele, qui butirũ, & mel comedet, & quisq; horum qui relicti fuerint in terra, aut Iuuencam boum, aut duas oues prædicitur esse nutriturus, hoc est tres ordines in quacunq; Ecclesia eorum qui relicti fuerint ex Israel, erit reperire: Vnum quidem eorum qui præsunt, reliqui verò, aut eorum qui credunt & iam sunt renati per baptismum, qui verè filij Dei appellantur, vel eorum qui nondum ad lauacri regenerationem sunt vocati, quos alloquens Apostolus ait. Lac vobis potum dedi, non escam, quales sunt Cathecumeni: aut etiam dicamus, quòd horum duorum Ordinum quidam sunt incipientes, quidam proficientes, qui verò sunt in statu perfectiori, quippè qui perfecti dicuntur, hi sunt qui Iuuencam boum nutriunt, qualis fuit ipse Apostolus (vt refert Eusebius) & reliqui Dei ministri, & sectatores, de quibus rectè loquebatur Deus per hunc eundem Prophetam Cap: 65. vbi ait. Qui seruiunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis: ipsi bibent; vos sitietis.

Supra dicebamus non satis notum esse, nec liquidò apparere, quæ sit dies illa, in qua prædixit Propheta tot strages, & ruinas euenturas, nequè quibus, vel à quibus. Quidam enim certò credunt eiusmodi mala, & infortunia euentura iusto Dei iudicio, super Asirios regnante Senacherib eorum Rege, quãdo cum ingenti exercitu venit expugnaturus, & funditus euersurus vniuersam Iudæam & Ciuitatem Hierusalem, quo tempore, & qua die cæsi fuerunt vna nocte cẽtum octuagintaquĩque milia virorum, cuius opinionis, & sententiæ videtur esse Liranus: sed hæc opinio difficile potest huic loco aptari, quoniam ex serie textus, & verborum, magis videtur Esaias innuere desolationẽ Iudæorum, quàm Asiriorum. Non ergo Asirij passi sunt hanc desolationem & excidium, vt habet illa opinio. D. Hieronymus opinatur hunc diem eum fuisse, quando Nabuchdonosor inuasit Ciuitatem Hierusalem, & vniuersam Iudæam vastauit, templum incendit & sacra vasa abstulit, quæ quidem non potuerunt vna tantum die contingere, sed totum illud tempus pro vna die qua Deus iustus Iudex decreuit populum illum vecordem & ingratum vlcisci, computatur, vt habetur 4. Regum 25. Huius sententiæ, & opinionis fuit D. Hieronymus, & Cyrillus, vt ex eorum dictis videri potest.

vi. 4. reg. 19

De alia strage, & clade Iudæorum vult etiam D. Hieronymus Esaiam loqui, qua Aegiptij occiderunt sanctum Regem Iosiam, & populum Iuda sibi subiecerunt, vt habetur 4. Regum 23. *4. Reg. 23.* Quidam alij vt Procopius, & Eusebius lib. 7. demonst. Euang. Cap. 2. & lib. 2. Cap. 39. Existimant hanc Iudæorum stragem, & ruinam fuisse, & contigisse quando Romani sub Tito, & Vespasiano, & postmodum sub Adriano Imperatore fuerunt expugnati, & ad extremum interitum, ac desolationem abducti, quandoquidem nõ legitur apud quẽdam historicum, & scriptorem rerum antiquarum quempiam dictorum Regum, neq; Aegyptiorum, nequè Babiloniorum, aut quoruncunq; aliorum Principum, vsq; adeo exarsisse in populum Iudaicum, velut præfatos duces, & Imperatores Romanorum. Sed dices. Si res ita habet cur igitur Propheta non nominauit hoc in loco Romanos, sed Asirios, & subticuit faustum, & præclarum nomẽ Romanorum? Respondeo iuxtà sententiam istorum pręclarissimorum interpretũ, non absq; efficaci ratione, & singulari iudicio id fuisse peractum; primum quidem quoniam sub nomine Asiriorum volunt intelligendos esse populum Romanum qui sub illud tẽporis, hoc est post passionem Christi vniuerso Orbi dominabatur, & quoniam Asirij Idiomate Hæbreo gubernantes dicuntur, idcirco Romani qui totum Orbem gubernabant, & omnia Regna sub eius Imperio subegerant, per Asirios possunt intelligi. Quod autem noluerit ipse Vates eos proprio nomine nuncupare. Respondit Eusebius loco nuper adducto, de industria id factum, ne videlicet

cet Romani his prophetarum vaticinijs prouocati impedirent, ne vllibi eorum scripta haberentur, & hac ratione, & via tolleretur è medio tam salubris, & necessaria diuinorum misteriorum cognitio. Ego autem quidquid alij dixerint impetrata venia huius meæ temeritatis, & audaciæ existimo diem illam cuius tot vicibus meminit ipse Prophæta prædicens & ob oculos nostros obijciens tam maximam & penè incredibilem Iudęorum calamitatem, eam fore, de qua nemo scit quando futura sit, neque Angeli de Cœlo, sed neque etiam filius hominis vt eam deberet alijs patefacere, & reuelare, dico enim diem illam in qua reddituri sumus omnes coram omniũ Principe, & dominatore Deo rationem operum nostrorum, tunc enim sibilabit dominus muscę & api, quæ est in terra Assur, & reliquis terræ huius habitationibus, tot demonibus, Angelis malis, atq; etiam spiritibus Angelicis; & in ictu oculi, & in nouissima tuba mortui resurgent incorrupti, siue qui in torrentibus vallium, siue in cauernis petrarum & in quibusq; foraminibus sepulti iacuerint, & omnes immutabimur.

In illa die radet dominus in nouacula conducta caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam, hoc est nihil remanebit intactum .i. tam Principes, & Duces, & populi magnates, quàm reliqui cuiuscũq; cõditionis homines, oẽs (inquã) stabimus, ante tribunal Christi, vt referat vnusquisquè, & reportet prout gessit in corpore suo; siue bonũ, siuè malum, vt qui benè egerint, transferantur, vel deducantur in vitam æternam, qui verò mala in ignem ęternũ. Credimus ergo sub nomine, et titulo Iudæorum subintelligi vniuersum populum cuiuscunq; sit Ordinis, ætatis, & conditionis, quemadmodum sub nomine Assiriorum quidam volunt intelligi populum Romanum.

Tex. 14. *Et erit in die illa omnis locus vbi fuerint mille uites mille argenteis in spinas & in vepres erunt. Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc, & spinæ erunt in vniuersa Terra.* Explicat hoc loco Propheta aliud grauamen, & incommodum quod futurum est in die illa tam horribili, & ærumnosa, quod scilicet post tempus illud vltionis diuinæ maxima erit illius loci solitudo, sterilitas et valdè modicus habitantium numerus, et vbi quondam erat maxima vbertas, decor, et fœcunditas illarum vinearum quod vna uitis emebatur precio mille argenteorum, tunc omnia versa erunt in spinas, et in vepres, et si qui volebant ea loca olim plena delicijs, et voluptatibus postmodum cum sagitta et arcu ingredientur illuc, quoniam vepres, et spinæ erunt in vniuersa Terra. Hoc autem infortunium multifariam potest exponi et primum quidem in sẽsu litterè persistentes, dicimus eos qui volent illuc ingredi ingredientur cum sagittis, et arcu, quia scilicet illic non aderunt nisi bestiæ feroces, et animalia immunda, & quæcunq; alia horrorem potius et metum, quàm vllam corporis, et animi voluptatem incutiẽtia, quemadmodum communiter solent esse loca aspera, siluestria, et nemorosa, deinde potest intelligi quod loca illa vsq; adeò inculta, et vepricosa ita erunt incolis destituta quòd cum sagittis, et arcu ingredientur quicunq; voluerint, quia scilicet facilis eis patebit accessus absq; vllo impedimento, vepres enim, et spinæ erunt in vniuersa Terra: aut tertio dicamus quod tantus erit pauor, et formido eorum qui ibi morabuntur, quod seuientibus vndique gladijs, et impetu inimicorum, quòd nullus audebit ingredi agrum suum aut vineam, sine arcu, et sagitta, quemadmodum nostris quoque temporibus in plerisque Orbis terræ regionibus summo Principum dedecore, et infamia vsu venire conspicimus, dum tanta quãdeque prędonum, et sicariorum multitudo perspicitur, aut inuenitur quod nullus audet egredi domo absque arcu, & sagitta, et aliquo peiore instrumento. Postea subdit. Et omnes montes qui in Sareulo Sarientur, non veniet illuc terror spinarum, et veprium, et erit in pascua bouis, et in conculcationem pecoris; particula ista vltima multas et ipsa habet expositiones.

Sed

Sed quæ facilior et textui magis cõueniens mihi videtur, hæc est quòd montes omnes qui consueuerant diligenter excoli, et summo studio laborari, et Sarculo tantum Sariri vt vineæ, pomeria, vt horti illic struerentur, quo essent magis tuta à prætereuntibus reducta erant in spineta, et vepriceta, nec vllus ibi erat terror spinarum, et vepriũ à quibus solebant olim eiusmodi loca circumuallari, et præmuniri, quia erant omnia reducta in pascua bouis, et in conculcationem pecoris, quòd scilicet animalia cuncti generis poterant ibi tuto pasci et enutriri. Alij dicunt quod post hanc ruinam, tanta erit fœlicitas, et consolatio eorum qui residui fuerint ex tot cladibus et miserijs, quòd omnes montes i loca semota, et diligẽter costodita, et à natura, vel ab arte in monticulos quosdam redacta, quæ solent à vepribus, et spinis esse discreta, et tuta, erunt adeò in vbertatem, et pinguedinem redacta quòd erũt in pascua bouis, et conculcationem pecoris.

Sed prior expositio (vt dixi) mihi magis videtur conuenire textui, Sed priusquã ad sensum spiritualem accedamus reuertamur ad id quod antea vestigauimus, uidelicet quæ dies sit ista, in qua eiusmodi infortunia contigerunt, diximus enim supra quod iuxtà opinionem Nicolai de Lira, & quorundam Hębreorum contigerunt sub Senacherib Rege Asiriorum, quo tempore volũt nonnulli multam benedictionem, & copiam rerum Deum contulisse Hæbreis. Diuus autem Hieronymus & Ciryllus sub Rege Babiloniorum, & Aegiptiorum. Quidam alij sub Imperio Romanorum post passionem Christi quo tempore coacti fuerunt Iudæi vt (predixit dominus Math. 24. fugere ad montes, & abscondi in torrentibus Vallium, & cauernis petrarum, & agros qui non poterant per vomeres, & alia instrumẽta agriculturæ idonea arari, Sarculo, & manibus fodere, vt est videre apud Iosephum, & alios scriptores qui referunt acta belli Iudaici, & destructiones Iudeæ. Nos autem diximus hanc grauem ruinam & desolationem non Iudæorum tantum, sed omnium ferè gen-

A tium ad extremum illum diem vniuersalis Iudicij posse referri, tũc enim erit maxima sterilitas, & solitudo hominũ in vniuersa terra, & qui relicti fuerint in medio terræ, qui quidem erunt paucissimi, quoniam valdè exiguus est numerus electorum, habebunt copiam lactis, & mellis, quandoquidem ingredientur terram iam olim à Deo promissam fluentem lac, & mel: Si verò volumus hæc omnia non ad futuram diẽ, B verum ad præsentem in qua voluit dominus percutere terram Iudęorum nõ solum in temporalibus, verum etiam in spiritualibus, quod satis multũ est, dicemus ꝙ hi cum viderint scripturas Prophætarum, & quecunq; fuere de Christo ab eis prædicta in actum manifestè deducta, & effectum sortita, fugient ad montes idest, ad loca aspera, & inaccessibilia, quę sunt interpretationes inutiles & vanę suorum Rabbinorum: C neque ad illos accedit terror spinarum, & vepriũ .i. nolũt audire rõnes solidas, & efficaces, & veras interpretationes Sacrorũ Doctorum: Neque pertimescunt minas, & terrores Sanctarum scripturarum contra rebelles, & incredulos: quòd si qñquè de Sanctis scripturis voluerint aliquid effari, omnia spinis, & vepribus, & varijs inuolucris replẽt, & eorum animus, & mens fertur in pascua bouis, & conculcationem pecoris, D idest in prauos affectus, & seruitutem immundorum spirituum. De ijs verò quĩ ex Iudæis relicti fuerint in medio terræ, Si ad sensum spiritualem velimus reducere, nulli dubium, qui residui fuerunt ex hæbreis qui scilicet ab incredulitate recesserunt, & Christum Dei filium verum Messiam apprehenderunt, ad montes se contulerunt; idest ad Christum, & Ecclesiam, quæ per montem significatur, iuxtà illud. Qui E confidunt in Domino, sicut mons Syon. Ps. 124.
Et illud. Non potest Ciuitas abscondi supra montem posita. Nec solum Ecclesia, sed quicquid in ea magnum, & excelsum est, quodq; ad Cœlum nos deducit, qualia sunt Sacramenta, prædicatio Verbi Dei &c. Potest etiam Mons appellari, quò nullus potest terrore accedere veprium, & spinarum i. Matth. 5

ten.a-

tentationũ,& prauorũ affectuũ, iuxtà illud. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Et ibidem hoc est in Ecclesia non iam deserta, & vepricosa, sed bene instructa, & instaurata, erunt pascua vberrima ouis, & bouis, quia non solum simplices, sed etiam prouecti habebunt, vndè sufficienter alantur; Sed in his dictis, & plerisq; alijs eiusdem rationis occurrit dubium commune, & vniuersale; Cur Prophetæ sub figuris, & vmbra misteria fidei ꝓponũt, & hoc loco præsertim interitum, & abolitionem gentis Iudęorum? Dico vt supra hoc ideo fieri, vt scripturæ Prophetarum in nostrum commodum, & vtilitatem editæ tutius seruarentur. Nam si Prophetæ palàm, & expressè Iudæorum interitum prodidissent, gentibus autem bona præcarentur, eas de medio tollere omnino studuissent. Sicq; nobis nulla fuisset relicta via, qua possemus eos refellere, & de Saluatore nostro testimonia afferre, præterquàm ꝙ priuati essemus tam grande, & præcioso Thesauro. Nota etiam secundum D. Chrisost. Eusebium, & alios doctores, quod mos est ferè omnium Prophetarum, quó homines facilius adhibeant fidem rebus magnis non tam cito euenturis, prædicere aliqua citius futura, vt cum viderint ista euenisse, facilius credant posterius futura: Id quod prõptum est videre in hoc capitulo, in quo prædicit Virginem parituram, & Mesiam venturum, Prædicit enim primo duos Reges potentissimos re infecta domum redituros. Deinde Regna Syriæ, & Samariæ breui casura, & ad alios transferenda, 3. prædicit Virginem parituram. Postremo quod tempore Christi aduentus vniuersa Iudęa destruetur à Romanis. Sic, & Daniel, vt fides ei daretur, ad misteria magna de Christo, & Ecclesia propalanda, interpretatur, primo Somnium Nabuchdonosor, & illa verba, quæ in pariete viderat quadam manum scripta ipse Rex Balthasar. Vbi etiam notato ex eisdem doctoribus; quod non solum dicta, & scripta Prophetarum, aliqua misteria in se continent pręter sensum historicum, & literalem; verum etiam, & facta, ac gestus, & gesta illorum. Quid enim conferebat Esaiæ loqui de vinea, & vitibus, vel incedere per vias nudis pedibus, & ferè toto corpore, sicut ei præceptum fuit? Quorsum Hieremias iubetur abscondere lumbare in ripa fluuij Euphratis, & post aliquot dies illud repetere? Aut cur iubetur Ezecchiel Propheta pane tosto vesci ex fimo bubalorum, & alia quædam huius generis similia, nisi aliquòd misterium referant quod suo loco, & tempore declaretur? Et vt aliquando finem faciamus expositionis præsentis capituli, nota quod omnes istę afflictiones & ruinæ, quas passi sunt Iudæi, semel atq; iterum ab Aegiptijs, & Assyrijs, quamuis verè, & realiter contigerint illis temporibus, quibus regnabat Achaz, Ionatas, & alij, omnes tamen typus, & figura fuere illius magnæ cladis, & persecutionis, quam subiere post mortem Christi ab exercitu Romanorum: fuere itidem typus, & figura grauissimæ illius persecutionis, quàm passuri sumus tempore Antechristi; Et deniq; sunt typus, & figura passionis, & afflictionis, quam vnusquisq; nostrum patitur in hoc mundo, & in futuro seculo ob inobedientiam, & transgresionem mandatorum Dei, quorum & ego pars magna fui. Placeat diuinæ bonitati proijcere post tergum omnia peccata mea, & præbere mihi gratiam, nè de cætero illum offendam: Sed eius mandata perpetuo ad impleam.

Ps. 90. Cap. 5. Cap. 20. Cap. 13. Cap. 4.

Ex

CAPVT OCTAVVM.

ET dixit *Dominus ad me: sume tibi librum gran-* 1.
dem, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spo-
lia detrahe, cito pradare. Et adhibui *mihi te-* 2.
stes fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam
filium Barachiæ. Et accessi *ad Profetissam, &* 3.
concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus: Voca nomen
eius, Accelera, spolia detrahere: festina pradari. Quia *Ante-* 4.
quam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, Aufe-
retur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assy-
riorum. Et adiecit *Dominus loqui ad me adhuc, dicens pro eo* 5.
quod abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio,
& assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ: Propter hoc ecce
Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas,
Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius; & ascendet super
omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per
Iudam, inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit 6.
extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ò Emanuel:
congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul
terræ: confortamini, & vincimini, accingite vos, & vinci-
mini: inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum,
& non fiet: quia nobiscum Deus. Hæc enim *Ait Dominus ad*
me: Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi hu- 7.
ius, dicens: Non dicatis, coniuratio: Omnia enim quæ loquitur
populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque
paueatis. Dominus exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor
vester, & ipse terror vester. Et erit *vobis in sanctificationem.*
In lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus do- 8.
mibus Israel, in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem.
Et offendent *Ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & ir-*
retientur, & capientur. Liga testimonium, *Signa legem in*
discipulis meis. Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem 9.
suam à Domo Iacob, & præstolabor eum. Ecce ego, *& pueri* 10.
mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Is-
rael à domino exercituum, qui habitat in monte Syon. Et cum 11.
Dixerint ad vos. Quærite *à pythonibus, & à diuinis, qui stri-* 12.
dent in incantationibus suis: Nunquid non populus à Deo suo re-
quiret pro uiuis à mortuis? Ad legem magis, & ad testimo-

nium. Quod si non dixerint iuxta verbum hoc non erit eis
13. *matutina lux.* Et transibit *per eam, corruet, & cum esurierit,*
irascetur, & maledicet Regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum.
Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebrae, dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

EXPLANATIO IN OCTAVVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

1. E*T dixit Dominus ad me, sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis, velociter spolia detrahe, cito prædare &c.*



TAM multa in præsenti capitulo, & tam difficilia nobis proponuntur, vt non facile breui compendio compræhendi queãt. D.n. Hieron. vult in hoc capitulo, sub alia figura virginalem partum describi, & id quidem stilo hominis, idest humanis verbis, & ijs, quibus homines vti solent, aut eo stilo, qui ab hominibus possit intelligi, & quadamtenus, vt cumq; apprehendi. Ob id Eusebius opinatur, & sentit, pñs caput connecti, & continuari cum præcedenti: ibi namq; dicebatur Virginem parituram filium, cuius nomen sit Emanuel, idest nobiscum Deus, hic verò dicitur, eamdem parituram filium, cuius nomen sit velox depredator spoliorum, & alia multa hic refert explicanda, quæ cum prioribus magnopere consentiant; vt passim videbimus. D. Thomas .d. in hoc capitulo, tria potissimum contineri, primum destructionem decem tribuũ per manus Assyriorum: deinde molestiam, & perturbationem aliqua ex parte duarum tribuum. Et 3. vult Prophetam consolari eos, promittendo futuram liberationem: sed explicatius suo loco singula videbimus: at citra omnem controuersiam manifestũ est, hic describi aut rursus prædici ipsius gloriosę Virginis partum, & mirabiles effectus atq; opera filij ex ea nasci- turi. Sed nonnulla hoc in loco satis manifestè explicantur, nonnulla verò sub inuolucris verborum & sub enigmate; manifestè quidem illorum regnorum casus, & euersio: mysticè verò, & subobscurè victoria Christi aduersus Sathanam, & eius imperium, deniq; gloriosa Christi Domini resurrectio, & eiusdem in Cœlum ascensio: Nec mireris eadem sępius repeti, quãdoquidem eiusmodi repetitio, tam grandis, & profundi sermonis est corroboratio, quemadmodum dixit Ioseph Regi Pharaoni Gen. 41. Quod vidisti secũdo ad eãdẽ rẽ pertinens, firmitatis inditium est, eò quòd fiat sermo Domini, & velocius impleatur. Ideo quoq; id factum est vt ad fidem huiusmodi promissionibus habendã, magis excitarentur Iudæi, atq; hac ratione ab incredulitate secederent. Diuus Augustinus lib. 5 super Genesim Cap. 3. d. quòd sacra scriptura sic loquitur vt altitudine superbos irrideat, profun-

profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate paruulos enutriat. Inquit ergo Propheta. & dixit Dominus ad me. Non frustra, nec sine causa præposita est illa particula &, ea namq; refertur ad internos clamores ipsius Prophetæ, anxiè cupientis sortem, & hæreditatem in illa beata generatione Emanuelis habere, nec pro se solum sed pro his, qui sunt eiusdem tribus; aut ponitur illa coniunctio, &, vt connectat, quæ dicta sunt, cum his quæ dicentur, q. d. non solũ ex his, quæ dicta sunt credere debetis, Christum Dei filium cito venturum, sed & ex his, quæ mox iubente Domino sum dicturus. Dicit ergo Dominus. Sume tibi librum grandem, & nouum iuxtà. tex. 70. interpretum, & scribe in eo stilo hominis. Inquit Cyrillus, quòd oportebat accipere librum grandem, quia in eo res grandes, res multæ, & res nouæ nunquam amplius auditę scribendæ erant, non res leues, aut modici ponderis, sed res graues, ac sublimes: Vel oportebat sumere librũ nouum, quia si esset vetus, literæ facilè delerentur, ac perirent, oportuit etiam sumere librum nouum, quo multo tempore duret, ac deseruiat ad reuincendum, qui dictis Prophetarum audent refragari: Præterea, quòd cõgruebat magnopere sumere librum grandem, & nouum, cum in eo noui testamenti misteria, quæ sunt longè prestantiora, & clariora ijs, quæ in veteri testamento continentur, scribenda erant. Et cur in his rebus magnis, & admirabilibus inscribendis non oportet sumere librum grandem? quando teste Io. Euangelista mundus capere non posset, qui conscribendi essent libri de operibus tam multis, tã magnis, tamq; admirabilibus admirabiliter gestis à Saluatore nostro? Magna quidem opera Domini dicebat Propheta, exquisita in omnes voluntates eius. Quæritur deinde, cur dicit ei Dominus, sume tibi librum grandem, nonnè satis erat dixisse. Sume tu librum illum? Dicunt exponentes, propterea dixit sume tibi, vt ostenderet librum illum, non cuiq; præmanibus habendum nisi

Cyrillus.

Liber grandis & nouus sacra scriptura.

psal. 110.

A ab eò, & sui similibus, & à quibuscũq; recta fide, & sano intellectu verba ibi conscripta aprehendentibus, non ab incredulis, & contumacibus: Aut sume tibi, idest Sit hæc tua cura, tuum munus, tua diligentia, sint hæc tua negocia: aut Sume tibi .i. Sis tu vnus de citharedis citharizãtibus in citharis suis: vel deniq; sis tu vnus de testibus Virginei partus, & misteriorum eius. Deniq; sume tibi, cui .s. reuelata sunt
B hęc misteria. Pręcipitur et ei, vt scribat in eo stilo hominis, .i. humanis uerbis d. D. Hieronimus. Alij dicunt stilo hominis, idest stilo, quo ab hominibus possit intelligi, & comprehendi, & non solum ab Angelis, & potestatibus supercœlestibus. Aliqui multo subtilius hunc modum, & hanc rationem scribendi interpretantur, quod videlicet in hoc libro scribi oportet stilo hominis, quia in eo non nisi de misterijs hu-
C manitatis Christi, quæ facilius ab humano intellectu possunt apprehendi, hic est tractandum quale est misterium natiuitatis Christi passionis, & mortis, nec non resurrectionis, & ascensionis in Cœlum, & eiusdem ad dexterã Patris sessione, & postremo de iudicio per eum futuro in consumatione seculi. At loqui de misterio Trinitatis, de processione filij á Patre & Spiritu sancti ab vtroq; & quomodo pater sit prior
D filio, nec tamen ille posterior, & cętera his similia, non humano stilo, sed multo altiori, & perspicaciori est opus. Post hæc explicat ipse Deus, & ostẽdit, quæ sunt scribenda in isto libro grandi, & nouo, qui quidem non ratione continentis, sed ratione virtutis, & magnificentię rei contentæ peroptimè, & incomparabili iure dicitur grandis, & nouus. Quæ ergo scribenda erant, hæc sunt, *Velociter spolia detrahe, cito prę*
E *dare*. Hæc verba re vera paucissima sunt, nec ea sunt, quæ postulent librũ tam grandem, & magnum, si sola uerba consideres: at si perpendas, quæ, & qualia sunt, & quid significant tot profectò, & tanta sunt, quod postulant multo maiorem librum, quàm nostra paruitas, ac tenuitas possit opinari, quæ etenim hic scribuntur, eiusmodi literis, & cha-

Stilo hois scriptura sacra scribenda.

& charateribus scribenda erant, & tam grandibus, vt non solum ab ijs, qui prope, verum & ab ijs, qui longè sunt legi queant, neq; ab ijs tantum, qui perspicuo sunt oculo, sed & ab ijs, qui aliqualr̃ cæcutiunt, & lippis sunt oculis. Ea namq; significant, quæ magna, quæ multa, obscura, & difficilia existunt. Et licet nonnulli velint per ea verba innui celerem, & planè inexpectatam vastationem, ac destructionem illorum regnorum, de quibus supra diximus, tamen re uera vult per ea prædicere, ac præsignificare spoliationem inferni, & potestatis eius perindè, ac si intelligamus, Deum Patrem alloqui filium de Virgine nasciturũ, & mortẽ subiturũ, ac tãdẽ ab inferis suscitãdũ. Inquit ergò ei Pater, accelera fili, spolia detrahe, cito prædare, i. nõ patiaris amplius neq; sustineas Diabolum regnare, nec fortem hunc armatum diutius, quę possidet, in pace retinere, sed vniuersa eius arma, in quibus confidit, velis auferre, & spolia distribuere: Sed hic dubitatur. Si Christus suo sanguine redemit nos, cur bellator, prędo, et spoliorum detractor nuncupatur in hoc loco. Dñt, aliqui eum fuisse suo sanguine humani generis redẽptorẽ, habita relatione ad Deum patrẽ, dr̃ autem fuisse bellator hĩta relatione ad ipsum Demonem. vide. Dried: in tractatu de redẽptione generis humani.

Postea quàm præceperat Deus, & declarauerat, quid in eo libro grandi, & nouo, stilo hominis scribi debuisset, præcipit nunc iuxtà tex. 70. Interpretum eidem Prophetæ, vt faciat sibi testes fideles homines, quos, & nominatim explicat, videlicet Vriàm Sacerdotem, & Zacchariam filium Baracchiæ. Sic enim habet tex. Testes mihi fac fideles homines. At vulgatus non tribuit hæc verba Deo, sed vult ipsummet Prophetam absq; alio iussu pręnominatos testes sibi asciuisse. Verum hoc parum refert. Constat enim ipsum Prophetã, nihil ex se ipso, sed solo ductu, & magisterio Spirit⁹ sãcti effecere: & hæc dictare. Et sic habetur in tex. nostro.

Tex. 2. *Et adhibuit mihi testes fideles Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachia.*

A Verum super his verbis, ne vllus dubitationi locus relinquatur, nõnulla sũt sigillatim consideranda. Primum; cuius rei voluit Deus eiuscemodi testes adhiberi? deinde, cur oportuit ad eam rem comprobandam testes adhiberi, cum Deus qui est via, veritas, et vita, nullis indigeat testibus, sed suum ipsius verbum, sit quàm maximè satis, cum nec fallere possit, nec mentiri. Præterea, cur duos voluit esse testes, &

B non plures, & eos quidem probos, & fideles. Postremò quæritur, cur hos tantum videlicet Vriam, & Zachariam voluit expresse vocari, & non alios? Ad primum dubium, quo quæritur. Cuius nam rei testes debuerint esse. Dicunt aliqui, eos deberè esse testes quemadmodum Deus per hunc Prophetam denuntiauit Iudęis destructionem, & euersionẽ Regni Samariæ pariter, & Syriæ, nec non, & ipsius Iudeæ,

C cum omnes eadem ferè pice fuerint inquinati, & eodem sanè morbo cuncti laborarint. Alij volunt, istos testes aduocatos futuros testes partus Virginei iam dudum prædicti, & prænunciati ab eodem Propheta. Sed quæso, quid prohibet, vt dicamus, eos fuisse adductos in testimonium vtriusq; Vaticinij? Ad aliud quæsitum. D. Chrysost. respõdet, & inquit. Ne quis fortè parum credulus existimaret, quæ à Propheta di- *Chrysost⁹*

D cuntur, non iussu Dñi, & Spiritus sãcti afflatu, sed à se ipso fore prædicta, & conficta, proptetea voluit esse testes viuos, qui dum hæc scriberentur, & quo tempore fuerint scripta, & pronunciata, veluti testes oculati omnia asserent, & confirmarent, quo facilè ora eorum, qui audent inprudenter loqui, obturarentur. Cui sententiæ pleriq; Veteres, & Moderni videntur acquiescere. *Duo testes ab Esaia vocati Cur sit.*

Sed quoniam res est cõtrouersa vt paulo

E lo post videbimus, propterea dicendũ, voluisse Prophetam adhibere testes sui Vaticinij ad corroborationem ipsius, quãdoquidem multa prædicebant Prophetæ, quibus Iudæi non solum nullã eis fidem adhibebant, verum sæpissime eos deridebant, ut est videre apud hunc eundem Prophetam, & apud Hieremiam. Voluit ergo Deus, vt quædã

magna vaticinia eximijs quibusdam Prophetis reuelata, innotescerent, & iam Sacerdotibus, & Sacræ legis doctoribus, Vitæ, Sanctitate, ac doctrinæ insignibus omniquę exceptione maioribus, vt Iudæi horum opinione, & fama permoti, maioribus vaticinijs fidem præberent, aut saltim, non perti naciter obsisterent. Ad tertium dubiũ propositum videlicet, cur duos, & non plures, facilis est responsio, quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum, sed præcipuę duo hic adducuntur propter legem, & Prophetas, nam testimonia quidem legis, & Prophetarum abunde sufficiunt ad comprobandam veritatem, ac doctrinam de Christo nobis traditam, voluit ẽt duos testes pp duo testamenta, vel pp duos populos, qui sunt accepturi & cõfessuri Xp̃m Dñm. Deinde voluit Deus huiusmodi testes, quos adhiberi iussit fore fideles. Ratio est, quoniam oportebat eos intelligere, & appræhendere veritatem eorũ, quæ prędicebantur. At nisi fuerint, fideles non intelligent iuxtà id, quod supra dictum est. Nisi credideritis, nõ intelligetis: Deinde necessarium erat, eos esse fideles, idest firmos & constantes, nec à veritate vnquam deuiaturos, quod est proprium, & peculiare donum ipsius fidelitatis, & constantiæ Non ergò incongrue, & præter rem voluit Deus adhiberi testes fideles. Non curo autem cuius, vel cui dicãtur esse testes, an Dei an ipsius Prophetæ potest .n. dici vtrunq; & quod sint testes Dei, & sint testes ipsius Isaiæ Prophetæ, qm̃ Deus loquitur per Prophetam, & Propheta, non nisi spiritu Dei afflatus loquitur, & vaticinatur. Ad dubium vltimo loco positum, iam diximus, quod Deus iubet vocari hos duos, vz; Vriam Sacerdotem, & Zachariam Prophetam, filiũ Barachiæ, & non alios, sed quamobrẽ? Nihil profectò fateor me posse aliud respõdere, nisi ꝙ sic visum est spiritui Sãcto, & ipsi Prophetę. Verũ si liceat quicquàm aliud ex hoĩs ingenio deprompptũ in medium afferre, dicemus vnà cũ alijs, quorũ vestigia sequi haud quaquã dedignamur, quin potius summa cũ reuerẽtia amplectimur, & deosculamur;

A dicemus inq̃, quod ꝑ Vriã sacerdotem designatur ipsa lex, q̃nquidẽ Vrias interpretatur lux, vel illuminatio, & ipsa lex, seu cognitio, & doctrina legis interprætatĩ lux iuxtà illud psal. Præceptum Dñi lucidũ illuminãs oculos Et prou. 6. Mãdatũ lucerna est; & lex lux. Adeò ꝙ ꝑ Vriã Sacerdotẽ intelligẽdũ est testimonium ex lege desumptũ ad probãdam veritatẽ Messiæ. Zaccharias aut, quẽ interprætantur Memoriã Dñi, qui, B videlicet, semꝑ in mente gerit Dei imaginem, & die, ac nocte meditatur in lege Dñi; & vocatur filius Baracchiæ, qđ nomẽ .s. Barachias interprętatur Benedict⁹ á Dño, vel filius bñdictionis Dñi. Vocãtur ergò hi duo testes ad testificãdũ de aduentu Messię, & de destructione Regni Satanæ sc3. Vrias, & Zaccharias filius Barachiæ, hoc est lex, & Prophetæ, aut quicumq; fuerit illustratus à Dño, & qui perpetuo meditatur in le- C ge sua, & benedictus erit à Dño. Aut dicas magis ad lr̃am, quod vocauit ipsos duos, in quibus, & ꝑ quos voluit intelligere oẽs, tum Sacerdotes, ac legis doctores tũ, et Prophetas per eam figurã, qua ex vno plures, vel oẽs intelligũtur, quę est intelligere totum pro parte, quemadmodũ ẽt dixit Virgilius. Crimine ab vno disce oẽs, quod si quis nolit approbare has expõnes iuxtà sensũ allegoricũ, vel moralẽ maximè labora- D bit in soluẽdis, ac diluẽdis difficultatibus, q hic occurrũt. Nã si volumus opinionẽ sequi, eorũ qui volunt hos testes Vriã, & Zachariam verè, & realĩ fuisse duos homines ab eo in testimonium, & corroborationẽ sui vaticinij vocatos, & nõ sm̃ allegoriam siue sm̃ quamdã collationẽ seu similitudinẽ accipi debere, in maximas angustias, ac difficultates incidemus. Primo .n. dubitatur de Vria, quis nã fuerit iste, qui in testẽ adhibetĩ E ab ipso Esaia. Nõ .n. dici põt, qđ aliqui dñt eũ fuisse, illũ Vriã Sacerdotẽ, q ad Imperiũ Regis Achaz erexit altare in templo dñi instar illius qđ viderat ipse Rex in damasco; qm̃ hic erat Idolatra, vir improbus, & male fidei, & ob id non poterat esse bonus testis. Nec valet eorũ defensio, qui dñt, tametsi fuisset Idolatra, nihli minus poterat esse verus ac

fidus testis eorum, quæ prædicta erant A addè quòd ab infidelitate resipuerat: at hoc nullibi apparet. Testes enim debēt esse constantes, in corrupti, & vitæ inte gritate conspicui, iuxtà illud, integer vitæ sceleris q; purus. Si verò per Vriam intelligant prophetam illum probum, & sanctum, de quo legitur apud, Hieremiam cap. 26. non potuit ille esse testis eorum, quæ prædicta erant per Esaiam, quia longo post tempore fuit ad Esaiam. De Zacharia itidem non video B quis verè, & realiter potuerit eo nomine dici, quiquidem potuerit esse testis eorum quæ vaticinatus est Esaias; quia nullus eorum de quibus scripturæ loquuntur (præter vnum) potuit esse testis illius. Nanq; libro secundo paralip. cap. 24. Fit mentio de Zacharia filio Ioiade summo Sacerdote qui fuit Iussu Regis Ioas in atrio domini lapidibus interfectus, de quò etiam fit mētio eodem libro cap. 26. at iste cum pri C mis non fuit filius Barachiæ, sed filius Ioiade vt dictum est, & secuudum alios filius Iebrechiæ, vt refert Isidorus clarius, & præcessit Esaiam annis plus minus nonaginta. Fuit alius Zacharias filius Ieroboam Regis Israelitarū, qui fuit occisus à Sellum filio Iabes, viro seditioso in conspectu ferè omnium, vt patet 4. Regum cap: 15. Neq; hic potuit esse testis Esaiæ prophetæ quandoquidem annos octuaginta sex fuit ante ipsum; Et præterea non legitur hunc fuisse Prophetam. Legitur de Alio Zacharia, qui inter duodecim prophetas recensetur qui qnamuis, hoc loco dicatur filius Barachiæ, verum quia non legitur fuisse occisus inter templum, & altare, vt refert Christus apud Matheū 23. non existimatur fore adductus in testem ab Esaia, præterquam quod legitur, fuisse post ipsum per annos ducentos sexaginta. Alius extat Zacharias Hæbreus sacerdos, & propheta pater Ioannis Baptistæ, de quo legitur apud Lucam cap. 1. qui cum non fuerit filius Barachię, neq; etiam tempore Esaiæ, sed septingentos nonaginta duos annos post ipsum, nulla ratione videtur potuisse adhiberi in testem ipsi Esaiæ Prophetæ, licet pleriq; uiri graues, & summæ auctoritatis secus opinentur. Postremo. legitur quidam alius Zacharias Hebræus extitisse filius Baruch, vir probus, & illustris, qui & ipse fuit à seditiosis in medio templi occisus à coluuie, & in fami secta Zelorū vel Zelotarum (Vt refert Iosephus libro quinto de bello Iuadaico cap. 1.) Et citra omnem controuersiam, & communi omnium sensu, minime omnium potuit iste adhiberi testis ab Esaia, cum fuerit post passionem Christi quatragesimo anno vel circa. Quare non videtur Ex his, qui Vrias nuncupantur, quorum scriptura meminit neq; item vllus ex his qui Zacharias appellantur potuisse adduci in testem ab ipso Propheta Quid ergo dicendum? nunquid scripturę mendaces, nunquid Esaias propheta protulit hoc in loco quod ex scripturis probari non potest? minime quidem omnium; Sed dicendum iuxtà sentētiam. D. Chrysostomi, & aliorum. quòd iste Vrias, pariter & Zacharias propheta, quos Esaias ipse sibi adhibuisse fatetur in testes fuerunt pęnes tempora ipsius; Vrias quidem sacerdos fuit is de quo legitur quarto Regum. cap. 16 aut forte quisquam alius cuius ego non memini me legisse: de Zacharia autem propheta hic adducto in testem, magna est controuersia inter Auctores, & expositores sacrarum literarum. D Diuus enim Hieronymus vnà cū plerisq; alijs qui sequuti sunt eum, opinatur hunc Zachariam de quo loquitur hic propheta, eum esse de quo scribitur secundo libro paralip. cap 24. & 26. qui secundum ipsum dictus est filius Barachię non secundum rei veritatem vel propriam nominis appellationem, sed iuxtà nominis interpretationem, quoniam Barachias interprętatur Benedictus à Domino: Cum autem hic E Zacharias de quo nunc loquimur, fuerit vir Sanctus, & verè benedictus à domino aut verius dicamus, Ioiada, cuius dicebatur prędictus Zacharias esse filius, fuisse summum Sacerdotem, & summopere gratum ipsi Deo, idcirco appellatum esse Barachiā. Hæc D. Hieronymi sentētia quamuis ob eximiam huius viri auctoritatem à plerisq;

Marginal notes: paral. 24. — 4 reg. ca 15 — Ioseph. lo. 5. & beb. Iud. — 4 reg. 16. — lib. 2. paralip cap. 24. & 26.

risq; vt diximus, approbetur, mihi tamen omnium minimo, neq; aliqua ex parte digno, vt possim ac debeam huius sanctissimi, & præcipui viri ac doctoris Ecclesię sententiam reprobare, ductus tamen sola conscientiæ puritate, vel integritate, non video cur, & quomodo expressa verba Domini Saluatoris, & ipsius Esaiæ hoc in loco possint variari, & in alium sensum abduci, & præterea hic Zacharias de quo loquitur fuit longe ante ipsum Esaiam, (vt diximus) quidam alij dixerunt hunc Zachariam, de quo loquitur hic Propheta, eum fuisse quem diximus patrem. D. Ioannis Baptistę quam sententiam pleriq, tum veteres tũ moderni sunt sequuti, & pręsertim nostra hac etate Dominus Cęsar Baronius in suo Martyrologio, & in ecclesiasticis Annalibus Tomo primo quem ego reuera ob eius singularem eruditionem, & præcipuas animi dotes mirũ in modum veneror, & obseruo; veruntamen neq; huic opinioni ob eandem rationem possum adherere, quandoquidem neq; iste Zacharias dictus est vnquam filius Barachię, Neq; etiam fuit quò tẽpore vaticinatus est Esaias, quod autem vterq; istorum, de quibus sumus loquuti pro patrijs legibus, & pro Dei gloria, & corrigendis Iudæorum moribus in atrio domini aut pœnes templum, & altare, aut inter vtrunq; fuerint occisi nihil refert quoniam non tollitur inde præcipuę difficultas cum neuter illorum fuerit filius Barachię vt hoc in loco refert ipse Esaias, propterea consideratis difficultatibus hinc inde emergentibus, bona aliter sentientium venia, & salua eorum pace in hanc sententiam deuenio, vt sentiam Zachariam illum quem Esaias adhibuit sibi testem, fore eum qui inter duodecim prophetas minores vndecimum locum est sortitus. Huius autem sententiæ testimonium habeo cęteris longe maius, quia scilicet ipse de se ipso loquans, dicit se esse filium Barachiæ filij Addo Prophetam. Quid clarius? quid expressius? volumus hęc expetere? hæc enim quam pręfero sententiam habet pręceteris longè maius testimonium; & hic idem Zacharias est de quò loquebatur Saluator noster apud Math: cap: 23. & cuius causa minabatur Iudęis, & prędicebat, super eos venturum omnem sanguinem iustum, qui effusus est super terram á sanguine Abel iusti vsq; ad Sanguinem Zachariæ filij Barachię quem occiderunt inter templum, & altare. Sed video, Quosdam mihi protinus obiecturos tum quia non constat hunc Zachariam fuisse occisum inter templum, & altare cum eo tempore templum iam olim dirutum nondum esset instauratum; tum etiam quia prędictus Zacharias fuit multo post tempore quam fuerit Esaias. Ad has obiectiones facile est respondere. Dicimus enim ad primam, quòd licet templum nondum eo tempore fuisset plenè instauratum, tamen vt patet ex Esdra Cap: 3. licet templum nondum fuisset perfectum, & plenè instauratum, tamen iam inceperat instaurari, & tanta erat instauratio iam inchoata, vt quę tunc erant resarcita, templi, & altaris nomine, possent iure vocari, vt rectè demonstrat quidam modernus interpres mei amantissimus.

Math. 23.

Exdra ca. 3.

Ad aliam obiectionem dicere possumus eo loci loqui Deum aut prophetam vice, & spiritu Dei, Vndè cum dixit Deus ad Esaiam, fac mihi duos testes fideles, immisit in mentem ipsius prophetę vt sibi adhiberet in testem tam qui eum pręcessit, quàm qui post eum erat futurus, cum omnia sint pręsentia ipsi Deo, & vocat ea quę non sunt tanquam ea quę sunt. Si autem quæras cur voluit Deus per prophetam eligi hos duos testes videlicet Vriam, & Zachariam? dicas id factum vt per hos duos intelligamus legem, & prophetas, & quęcunq; de Christo Rege, & Messia continentur in lege, & prophetis iuxtà præceptũ Saluatoris. Ioan: quinto Scrutamini scripturas, quę testimonium perhibent de me, & in quibus vos putatis vitam habere, & alibi. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi prophetis, & psalmis de me: & possumus etiam per hos duos

Ioa. 5.

Luc. vlt.

hic adductos, intelligere quoscunq; sacrę legis doctores, & prophetas per figuram Synedochen, vbi per partem intelligitur totum, sicut etiam legimus dum voluit Dominus noster suę maiestatis gloriam, suis discipulis patefacere, & in monte coram illis transfigurari, iussit illic Moysem, & Eliam cum eo loquentes apparere, quorum alter haud dubie referebat ipsa legem cuius ille fuerat eximius promulgator, reliquus verò videlicet. Elias maximus prophetarum. Nec existimes absque ratione dominum prędixisse ruinam, & desolationem Iudęorum propter effusum sanguinem ipsius Abel, & ipsius Zacharię quoniam constat omnibus Abel vel Abelem fuisse primum iustum inter homines occisum, & hunc Zachariam de quo loquimur fuisse quasi postremum inter omnes prophetas. Quod si alicui fortè nostra hęc opinio parum arrideat, quia Zacharias iste non fuit sub temporibus vel per tempora Esaię: quoniam. D. CirYllus videtur Sentire vna cum. D. Chrysostomo testes illos ab Esaia adductos fuisse illi contemporaneos, afferemus aliam solutionem sumptam ex D. Thoma super hunc locum; dicit enim ipse quòd Zacharias adductus in testem ab Esaia Propheta non est filius Ioiade, neque est ullus ex duodecim prophetis, multo minus qui fuit Pater Ioannis Baptistae sed quidam alius exprogenie illius qui dicebatur filius Barachię quem diximus esse filium Ioaide Sed nec euasio hęc salua reuerentia tanti Doct. quietat intellectum. Quod autem Cirillus ita senserit, patet ex eius verbis super hunc locum .d. quòd eo tempore quo sermo de his rebus habebatur à Deo ad Esaiam, Vrias propheta, & Zacharias Sacerdos; & legis doctor aderant; & D. Chrysostomus, testes inquit adducti quo tempore scriptę sunt litere, ob id adesse debebant, ut si quam patiantur calumniam, perspicui fiant, & possint obturare os ijs qui sic loquuntur; sic ergo iuxta sententiam

A horum uirorum qui scientia, doctrina ac sanctitate quam maximè prędíti fuere dicendum est, scilicet hos duos testes adductos ab Esaias, fuisse pręsentes aut contemporaneos ipsi Esaiæ prophetę: quidam alij ut audistis, secus opinantur. Ego autem in hac difficultate nolo protervire, sed efficere quod monet. D. Augustinus 8. super Gen: cap. 5. ubi d. melius *Aug. 8. Ge. lib. 5. cap. 5.*
B est dubitare de occultis. quàm litigare de incertis; sed præter ea quę diximus nolo præterire opinionem quorundam, qui per Vriam, Zachariam, & Barachiam hoc loco nominatos ab Esaia, nihil horum cum propriè intelligere, uel iuxtà proprium significatum ipsarum uocum, sed simbolice tantum intelligi, cuius opinionis uidetur esse etiam. D. Hieronymus,
C ut scilicet per Vriam intelligamus eos qui sunt, illustrati à Deo: per Zachariam eos qui sunt memores ipsius Dei, & per Barachiam qui sunt benedicti à Deo, quò intelligamus testes & prędicatores misteriorum, Dei oportere homines esse diuinę legis doctores, integritate uitę pręfulgentes, & moribus incorruptos; & quamquam nos approbemus hanc sententiam
D secundum allegoriam, non reijcimus tamen eam quàm nos adducimus iuxtà sensum literalem.

Sed prosequamur textum. *Et accessit ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me. Voca nomen eius. Accellera. Spolia detrahe festina pradari. Quia antequam sciat Puer vocare patrem suum, & matrem suam auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Re-* *Tex. 3.*
E *ge Assyriorum.*

Ego non possum adduci, ut credam per prophetissam hoc loco intelligi debere uxorem Esaię, sed neque etiam Spiritum Sanctum, multo minus ego possum existimare, nomen filij, qui nasciturus est ex prophetissa, posse attribui uni ex filijs Esaię; quod certe minimè

nime consonans est prioribus dictis, A quandò nulla ratione admittimus, vt per Prophetissam intelligatur vxor Esaiæ. Dicimus ergò per prophetissam intelligi Beatam Virginem Mariam quę verè poterat dici prophetissa, cum & de se ipsa prophetauerit, & de alijs, vt ex eius cantico manifestum est. Ipsa enim prædixit quòd futurum erat, & re ipsa euenisse dicimus, & fatemur. De ipsa quidem, cum cecinit, Beatam me dicent omnes ge- B nerationes. De alijs verò subdidit. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, quo circa iure optimo Prophetissa dici debuit: quando, & in ea dominus, & spiritus omnium Prophetarum consedit. Et præterea consequens est, vt mente conceperit, quem iam carne peperit. Quòd in super de alio puero quàm de Christo Iesu Dei filio, tàm præclara mentio fiat, & tot magnificis titulis præter ipsum deco- C retur, vix possum credere, quandoquidem solus ipse fuit verus prędo ipsius inferni, & fortiter ac viriliter non furtim ac petulanter, & in solenter, sed iuste detraxit spolia Sathanæ. At si quis velit contendere eiusmodi titulos posse tribui filio Esaiæ quæmadmodum vni suorum filiorum, qui vocabatur Searciasub tributum erat, quòd reliquiæ saluæ fient, poterit aliquo modo concedi sed non satis ad rem. D Cumautem dicit Propheta se accessisse ad Prophetissam, quæ concepit, & peperit filium, nulli dubium, Prophetam hoc loco spiritu Dei afflatum gessisse personam Spiritus sancti, aut etiam Angeli Gabrielis; quorum quisque legitur accessisse ad Beatam Virginem, quam verè diximus prophetissam extitisse. Angelus enim Gabriel accessit ad eam prænuncians ipsam filium Dei parituram, & Spiri- E tus sanctus itidem accessit ad eam, & superuenit, & virtus altissimi obrumbauit ei, & mox illa concepit, & præfinito tempore peperit, cuius filius ore prophetico fuit nuncupatus velox prædator, & spoliator vt non immerito hic Propheta fuerit dictus alius Euangelista: nec mireris quæ dicta

Beata virgo Maria Prophetissa.

sunt à propheta tribui Deo vel Angelo, & e contra, quoniam, vt inquit Aug. 9 de Trin: cap 11. Cum propheta loquitur perinde est ac si Deus, vel Angelus loquatur. Iste igitur puer erit vsq; adeò celer, & velox, quòd antequàm sciat vocare patrem suum, & matrem suam, auferet fortitudinem Damasci, quæ consistebat in diuitijs; & præsertim in auro; auferet etiam spolia Samariæ, hoc est Idolatriam quæ maximè vigebat in illo populo vt d. Augustinus ser. 32. de temp. Quòd autem iste puer dicatur adeò velox, &c. potest intelligi duobus modis, primum quod his nominibes designentur effectus futuri virtute, & potentia ipsius, vt velox spoliatio, & depredatio inferni, quod certè futurum est antequàm sciat Puer iste scientia exprimentali, & acquisita vocare Patrem, & Matrem, quia multi per fidem in ipsum venturum, & in fide nominis eius in loco saluatoris consistent, & de sua felicitate securi erunt, & quàm primum fuit in lucem editus, & Verbum caro factum, omnis pot͂a Satanæ, & cultus Idolorum minui cępit, & aboleri: id quod Vniuerso Orbi palam factum est, quando Magi ab Oriente venerunt Ierosolimam Puerum illum adoraturi, & in cunabalis iam tum vagerinti varia munera oblaturi. Alio℈ exponitur quòd, scilicet, ista velox expoliatio, aut deprædatio velit designare Aduentum ipsius, qui erit maximè velox, & inopinatus, cuius velocitas explicatur per illam particulam, quæ ponitur in textu septuaginta interpretum, videlicet adest.n. quibus Verbis vult innuere Propheta secundum istos interpretes, quod videlicet Christus adest; & quòd quàm primum Spiritus sanctus accessit ad Prophetissam, ipsa concepit, & peperit iuxtà id, quod scriptum est apud Lucam. Spiritus sanctus superueniet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Propterea cum dicitur in tex: Accessi ad Prophetissam, quidam (vt diximus) volunt Verba illa esse Spiritus sancti, & non ipsius Prophetæ: & hoc modo loquendi voluisse loqui Prophetam, qui est stilus hominis,

Aug. 9. de Tri. 11.

Ser. de tēp. 32.

Luc. p.

nis, idest modus, quo loquuntur homines, cum de aliquo coniugio, ac concubitu verba faciunt; dicimus enim quod vir accedit ad Mulierem, dum vult illam suo tēpore concepturam, & pariturem, sic dicitur de Spiritu sancto respectu Virginis immaculatæ.

Nec tibi videatur durum, aut insolens, quod huiusmodi Verba de Christo domino Iesu proloquamur, & de eo dicta fatemur quoniam (vt inquit Rubertus Abbas) quicquid nos loquimur in scripturis & tractamus, nihil debemus respicere, & referre nisi Christum Iesum, & quicquid aliud senserimus maiestati Sacrosanctæ Scripturæ maximè detrahemus; nihil enim (dicebat Apostolus) arbitramur nos scire nisi Christum Iesum, Sed ex prædictis posset aliquis non immerito dubitare, cur scilicet fuit necesse hoc aliud nomen imponi huic puero ex Virgine nascituro, videlicet velox spoliator, & festinus deprædator cum in præcedenti capitulo fuerit iussus Esaias, & cuiquam alij præter ipsum, vt vocarent nomen eius Emanuel? & præterea cur hoc nomen tam durum, asperum, & horendum, videlicet spoliator, detractor, & deprędator imponitur huic puero.

Primum quidem nullam debet afferre dubietatem, quandoquidem habita ratione multorum effectuum, & operationum, quæ ab ipso Dei filio, tanquā omnium rerum artifice, & conditore pro ratione temporum, & personarū, emanant, diuersis nominibus nuncupetur, immò ratione qua Deus, est infinitorum nominum. Dicitur ergo Emanuel, quia cum sit Deus verus in sui natura in se ipso existens, factus homo nostramq; naturam assumens dictus est Emanuel, hoc est, nobiscum Deus. At cum iam factus homo cum Sathana congressus, vtpotè, multo fortior illo, cum vicisset, & spolia, atq; arma ei detraxisset, & spolia distribuisset iure optimo debuit hoc nomen sortiri videlicet velox spoliator, & festinus deprædator, & hac ratione, patet solutio ad secundum postulatum. Nemo ergò admiretur, & exhorrescat, tam asperum, & horribile nomen Saluatori nostro, cuius misericordia superexaltat iud cium tribuatur; Est enim procul dubio mitis, & suauis omnibus inuocantibus eum, & præstabilis super malitia; sed his, qui sunt peruicaces, increduli, & obstinato animo est seuerus, asper & terribilis, iuxtà illud psa. *Psal. 75.* Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. Cum autem Sathan, & Satellites eius continue oppugnent filios eius, & omnem moueant lapidem, quò ab eius fide, & obedientia recedant, & alienentur, Deus tunc maximè illi obsistit, & eius vires, & arma detrahere, & spoliare contendit, habita itaq; ratione variæ, multæ ac diuersæ conditionis & operationis ipsius Dei, ob varias, ac diuersas necessitates, & opitulationes suarum creaturarū varia, & diuersa nomina sortiatur oportet *Christ⁹ Dei filius multis & varijs nominibus nō ab re nuncupetur.* Sed dices, quomodo fuit tam celeriter facta ista prædatio, & spoliorum detractio, cum tot secula præterierint, ex quo fuerunt hæc prædicta vsq; ad Christi aduentum, quo talia contigisse dicimus; Respondetur, tunc reuera aliquid, celeriter efficitur, quando oportuno, & conuenienti tempore peragitur. Tunc enim dicimus lentè festinari, at cum præpostere, & citra, temporis opportunitatem aliquid efficitur, res non benè geritur, & noxia est huiusmodi celeritas. Deus autem, qui dux sapientiæ est, & ipsamet sapientia per essentiam, ad congressum cum Sathana ineundum, & ad eius spolia detrahenda, hostemq; humani generis conculcandum, & subijciendum, & foras omnino eijciendum, non ita festinauit, vt tempus oportunum anteuerteret, neq; rursus ita lentus fuit, vt temporis præteriret congruitatem, sed cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum in mundum, vt nos ab eius potestate liberaret. Et profectò hunc in modum agit nobiscum clementissimus Deus. Expectat enim nos per longum tempus, vt resipiscamus, & recedamus à peccatis, atq; ad eum conuertamur; Cum autem viderit nos pertinaciter in peccatis persistere, & indurescere, comminationes, ac terrores negligere, & parui facere,

ꝯere, nullisq; adhortationibus commoueri, velociter, & insperato nos aggreditur, spolia detrahit, & omnia deprædatur, subtrahit in primis gratiam suam, deinde aufert opes, honores, præsidia, atq; dignitates, & quæcunq; suppeterant præsidia, eousquè ad eo celeriter agit, vt cum iudicij tempus aduenerit, nulla nobis facultas adsit, qua consulere, auxilia expetere, & refugium vllum habere posimus, vt congrue fuerit impræcatus Regius Propheta aduersus inimicos suos, dum ait. Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur, & erubescant valde velociter. Sed forte quis mirabitur, quòd plerumq; nos Deus punit, & flagellat per manus hominum impiorum, qui sunt feces, et extrementa vniuersi orbis, quemadmodum in præsenti negocio quod tractamus, legimus ipsum Deum, visitasse populum suum multisquè flagellis, & calamitatibus attriuisse per Syros, & Assyrios, aliasquè exteras, et feras nationes ipsi Deo maximè infensas, et exosas, vtpotè idolorum cultrices, et cunctis improbitatibus, et nequitijs, refertas. veruntamen nihil est, quod mirari debeamus, iudicia enim Dei abissus multa: & præterea idem ipse Deus sic se facturum protestatur dum ait Vindicabo me de inimicis meis, cum inimicis meis, non deest autem, et contra eos extendere manum suam, et exercere iustitiam, vt de maxima clade Assyriorum, et aliarum nationum, de quibus multa nobis exempla sacræ literæ suppeditant, manifestum est.

Psal. 6.

Tex. 4. *Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc dicens. Pro eo, quod abiecit populus iste, aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasim, & filium Romeliæ. Propter hoc Ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis, fortes & multas Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & transiens vsq; ad collum veniet, Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ, o, Emanuel &c.*

Præsens verborum contextus, quo

A ad externum literę sensum planus est, et facilis, quamuis sit totus metaphoricus. Proponit hic Propheta discrimen inter duo genera aquarum, aut potius inter duos diuersos situs, quibus aquæ constitutæ sunt. Vnus enim est locus ille, et situs, vbi existunt aquæ Siloe, alius situs est, et locus, in quo fluunt aquæ fluminis cuiusdam per regiones Assyriorum. Differentia est, quod aquæ Siloe vadunt leniter, et
B cum Silentio, aquæ autem fluminis Assyriorum sunt multæ, et fortes, et magno cum impetu diffluentes. Dicit ergo Deus, necesse est, quod irascar aduersus populum decem tribuum, quoniam abiecit aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, et assumpsit, hoc est adhesit magis Rasin Regi Syriæ, et filio Romeliæ, Regi Samariæ: per aquas, quæ vadunt cum silentio iuxtà metaphoram intelligendi sunt illi Princi-
C pes, et Rectores terrarum, qui ad vindictam, et punitionem malorum non statim prosiliunt, sed magna cum patientia, et longanimitate sustinent, et expectant ad pœnitentiam, quòd si post diuturnum tempus non resipuerint grauiter admodum et vehementer aduersus eos commouentur, de quibus dici solet, quòd læsa patiētia vertitur in furorem, contrà verò per aquas fluminis fortes, et multas, intelliguntur, et
D designantur hi, qui in delictis, et erroribus vindicandis magno cum impetu, et furore procedunt nullam humanitatis, et pietatis speciem præseferentes, hunc immodum agit aliquando nobiscum Deus vt paulo ante diximus, cum videlicet in peccatis nimium obdurescimus; Quàm vindictę formulam, et rationem animo perpendens Regius Propheta prçcabatur Dominum dicens. Domine ne in furore tuo arguas
E me, neq; in ira tua corripias me. Qui ergò abijciunt aquas quæ vadunt cum silentio iusto Dei iudicio coguntur sustinere aquas fluminis fortes, et multas, hoc est grauissima supplicia, et irreparabile damnum. Hoc est, quod dicit Prophera in his verbis. Propter hoc, quia videlicet populus iste abijcit aquas Siloe, Eccè Domi-

Qualis sit ista aqua, & vbi sit. vi. hoc loco D. Hierony.

psal. 6.

dinẽ Terræ tuæ.i.vniuersam Regionẽ tibi iam olim deditam, & deuinctam occupabunt, nulla erit pars totius terræ latitudinis, quæ sit mmunis, & libera ab Assyrijs. At hic videre oportet numquid illa exclamatio sit prçcãtis, aut dolentis. Dicunt aliqui uelut etiam nos tetigimus quòd exclamando vocat ipsum Christum, ut ostendat sui iuris esse peculiarem curam gerere illius terræ, quàm præ alijs selectam populo suo concredidit; & in qua ipse est nasciturus, & multa miracula, & prodigia facturus, denique ipsam mortem subiturus. Q. d. ò, Emanuel nisi tu velociter manũ admoueas, ista inundatio replebit latitudinem terrç tuç hoc est tota Iudça destruetur. Alii volunt hanc exclamationem nonnisi cũ maximi doloris participatione profectam.

Non enim poterat non vehementer tristari piissimus iste uates, cum spiritu præuiderit quæ passuri erant Iudçi quorum est testamentum legislatio, & prçsertim si in spiritu præuiderat vastationem illam quç postremo futura erat per Romanos, aut etiam ad vastationem illam factam posterioribus seculis non solum in Iudça, & in vniuersa regione Palestinç, uerum etiam in toto Oriente, & magna ex parte in occidente vbi Turcæ, & Hæretici sunt citrà controuersiam, & summo nostri dedecore ac detrimento, sunt inquam rerum domini, ità ut nos omnes cum Propheta ingemiscere, & exclamare debemus O Emanuel tanta ne erit perfidia Sathanæ, vt magna pars orbis desciscat à fide. Aliqui dicunt, quod hæc prophetç exclamatio non sit neque dolentis, neque præcantis, sed potius iucunditate, & lætitia gestientis signum, quasi iam propheta Christi misterium agnouerit, quod per Aduentum Regis Assyriorum in Iudçam, & tam magnificum belli apparatum voluerit sub enigmate prçfigurare futurum Christi Regnum quod vsque adeò alas suas extendere, & dilatare debebit ut terræ latitudinẽ sit impleturũ, quòd ut ostenderet, se voluisse, mẽtesq; & animos auditorum ad hoc percipien-

A dum permoueret, fecit hanc apostrophem, dicens, O Emanuel idest O Deus qui nobiscum es, et nobiscum te esse concupiscis prædicationibus, & miraculis implebis latitudinem terrç quemadmodum Assyrii vniuersam terram occupabunt, Abbas quoq; Tuit vult & ipse quod Propheta glorietur, & gratuletur ipsi Christo sed non ob eandem causam, at quod eo protegente tot exercitus Assyriorum nihil potuerint ad-B uersus Iudam.

Licet nulla istarum expositionum valeat improbari, mihi tamen videtur sub eiusmodi apostrophæ ad ipsum Emanuelem eum fore admonendum, & excitandum & rogandum ut suæ terrç tutelam ac protectionem suscipiat, quoniam si differat de die in diem facillimè continget vt Assyrius, hoc est diabolus, suis dolis, ac suasionibus impleat latitudinem terræ tuç, idest seducat C vniuersos homines, qui sunt terra tua, possessio tua, & figmentum tuum, Quemadmodum regius propheta quãdoque vtitur hoc modo loquendi cum inquit. Exurge quarè obdormis domine, exurge & ne repellas in finem. Quarè faciem tuam auertis, & obliuiseeris inopie, & tribulationis nostræ

Sequitur textus. *Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuerse procul terræ, cõfortamini, & vincimini, accin-* Tex.5.
D *gite uos, & uinceemini, inite consilium, & dissipabitur, loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum Deus.*

Particula ista est etiam difficillima, tum propter varios textus, tum etiam propter varias interpretum expositiones. primum in editione vulgata aliqui textus legũt, vincimini, aliqui in futuro, vinceemini. Sed præter id, quod parum refert sunt multe aliæ verborum diuersitates, & quod attinet ad inten-E tionem presentis loci, dubium est, quos alloquatur Propheta, & contra quos insurgit, dum aliqui volunt hæc verba dirigi aduersus Regem Syriæ, & Regem Samarç, qui una coniuncti decreuerant, & statuerant aggredi Regnum Iuda, contra quod tandem nihil efficere potuerunt, aliqui uerò uolunt sermonem dirigi contra Regem Assyriorum,

riorum, & milites eius qui & si uenerint aduersus istos duos Reges, & postremo etiam contra Regem Iuda, mirabili tamẽ Dei virtute, ac potentia, fuere subuersi, ac destructi. Ego tamen collatis ijs, quæ præcedunt ad ea quæ sequuntur, existimo priorem sentẽtiam esse meliorem. Sed quicquid sit, certum est hoc loco Prophetam colludere, & irridere eos, qui oppugnaturi uenerant Ciuitatem Hierusalem, existimantes illam penitus euertere ac destruere, propterea inquit congregamini populi, & uincimini, q. d. Agite quicquid uultis, omnes uires, & neruos adhibite, & quicquid potestis facite, nihil tandem obtinebitis. Tria namque ut bella prospere succedant, & optatum finem consequantur fieri necessum est. Primum quidem copiarum multitudinem cogere, & coadunare, deinde bellatores quærere, qui corporis, & animi fortitudine, & animositate polleant, postremo, ut arma pparata habeant, & idonea ad offẽsionẽ pariter, ac deffensionẽ. Propterea dicit Propheta quasi insultãdo, ac deridẽdo. Congregamini populi, hoc est vos populi Syriæ, & Samariæ cõgregamini. i. coadunamini cogite gẽtes numerũ facite, simul cõuenite, sitis tam multi ut ferè non sit locus numerationi, nihilominus vincimini, seu vincemini: Neque refert, aut verbo temporis presentis, aut futuri siue etiam preteriti Prophetæ vtantur, quoniam, quæ ab eis prædicuntur sunt adeo certa, & indubitata, vt cuiusuis tẽporis differentiæ possint accommodari. Congregamini ergo populi, quicunque decreuistis oppugnare, & expugnare Ciuitatem Dei, conuenite inter uos, & cõsulite, armatos exercitus colligite, uos tandem vincemini, & hoc vestrum negotium perperam susceptum in maximum uestrum dedecus, & ignominiam innotescet, & diuulgabitur apud õnes ita ut etiã terræ, & regiones, quæ procul sunt, & valde à nobis distant audituræ sint hunc nouum, & insolidum huius audaciæ profectum, & finem, itaut omnes, qui hunc belli finem sunt audituri, subsanare uos, & irridere cogantur. ꝙ scilicet duo potẽtissimi Reges inuasuri Ciuitatem Hierusalem iunctis viribus concesserint, veruntamen Deo illam protegente re infecta abire fuerint coacti, & sequitur Confortamini videlicet robur corporis procurate, & animosiores efficiamini, & omnem à vobis timorem excutite, & mutuis uiribus, fortiores effecti pugnaturi accedite, & vincemini. At confortamini, hoc est, lætamini, & iubilabitis cum aliquando præualebitis, & nihilominus tandem vincemini. accingite vos tanquam viri fortes, & strenui ad bellum, & gladiis auincti, & variis armorum generibus præmuniti ad prælium accedite, & cum hostibus congredimini, & tandem vincemini. Vbi nota cum vtitur verbo futuri temporis prædicit quod futurum est, cum vtitur uerbo temporis præsentis ostendit certitudinem rei futuræ perinde ac si esset præsens. Et hoc idem significat, ac si nos diceremus alicui irronicè loquendo, & hostiliter insultando. Accipe hanc vestem, quam quis inuito domino deprædari volebat aut se meruisse iactabat, sic etiam Vergilius, Egregiam verò laudem et spolia ampla refertis, aut aliud quid simile. Sic & Propheta certò sciens quod omninò futurum erat, inquit Congregamini, & vincimini, q. d coegistis exercitum, oppugnastis Ciuitatem, iam vicistis q. d. frustrà hoc bellum suscepistis, & ità sequitur, Inite consilium, & dissipabitur, iuxta illud Prophetæ Dominus dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationis populorum, & reprobat consilia principum. loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum dominus, & hoc idem est, quod vulgo dicitur Homo proponit, & Deus disponit. Hoc enim est loqui verbum, proponere, & secum animo quicquam deliberare nulla habita ratione finis, neque eorum quæ ducunt ad finem, atque in primis non respicere Dei verbum, immò potius negligere, & nullam rationem habere eorum quæ Dei sunt, quemadmodum apud sapientes huius seculi tritum, & vulgatum est verbum, quòd in his quæ spectant ad principatum, & dominium

rerum

Fælix suc cessus bellorum quid exigit.

Ps. 32.

rerum terrenarum non est habenda ratio eorum, quæ ad conscientiam spectant, quandoquidem iuxta eorum sententiam. longe diuersa est ratio utriusq; At Iob. 5. scriptum est quod Deus comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat Et prou. 21. Notum est illud pulcherrimũ axioma. Non est sapientia, non est prudentia, neque est consilium contra Dominum. Et D. Paulus. Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum prima Cor. 3 & ibidem cap. 1. Dicit ergo Propheta. Inite consilium, & dissipabitur, quia est contra Deum. Deus autem est nobiscum: & si Deus pro nobis, quis contra nos? & Hierem. 3. Bellabunt aduersum te non præualebunt, quia ego tecũ sum. Sed quid causæ est, quòd Propheta tribus vicibus profert hoc verbum, vincimini? Nonne satis erat semel dixisse. Congregamini populi, & vincemini, seu vincimini? Respondeo, quod propterea fit ista repetitio, & eiusdem verbi inculcatio, vt certissimum fore, quod predicitur ostenderet: aut etiam, vt demonstraret, ꝙ quantacumque uis, & quantusuis apparatus fieret ab eis, & quãquã semel atq; iterũ innouarẽt exercitũ & redintegrarent bellum nihil tamen fieret, sed omnifariam victi, & superati essent, & hoc quidem iuxta sensum historicum, & litteralem, quando sic profecto euenit, quòd omnia illa regna post modicum tempus fuerunt extincta. At secundum Allegoriam, quæ maxime in his prophezijs spectanda est, vt dicit Eusebius, & alij veteres patres, dico ꝙ totus iste uerborum contextus, potest habere duplicẽ intellectum, aut quòd Propheta spiritu Dei afflatus, & edoctus ea, quæ futura sunt, hostiliter insultet Iudęis. qui Christo credere noluerunt, sed eum pœnitus reiecerunt, quòd non obstantibus tot eorum congregationibus, concilijs, & consultationibus aduersus Christum, & Ecclesiam, nihilominus, victi sunt, & superati a Christo, & per vniuersum orbem dispersi, aut iuxta sententiam veterum Patrum Propheta vel sui personam gerens vel ipsorum Apostolorum aut etiam ipsius Dei hortatur Iudęos, & gentiles, & quoscunque nominis Christi aduersarios vt permittant se vinci, & superari à sacræ legis doctoribus & diuini verbi prædicatoribus nec pertinaciter, & obstinato animo veritati contradicant, & suæ saluti certissimam uiam præcludant: propterea inquit iuxta primum intellectum. Congregamini populi videlicet vos Iudęi, & vos de gentibus congregamini idest simul conuenite, inuicem consultate, & pro vestra securitate diligenter animaduertite, & tandem, quicquid vultis, & potestis exequimini nihilominus vincimini, nihil tandem consequemini oleum & operam proculdubio estis perdituri. Conspirauerant enim Iudæi, vt si quis confiteretur Christum extra Sinagogã fieret, Ioan. 9. Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium aduersus Iesum, decernentes, & concludentes expedire pro totius populi, & gentis conseruatione Christum mori, & post eius mortem Sacerdotes, & magistratus tẽpli, Principes, & seniores populi, & quicunque primates Iudeorum denunciauerunt Apostolis, & pręceperunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Domini Iesu. Verum his non obstantibus, & minime quidẽ omnium quicquã impedientibus, Christi nomen, virtus, ac potentia per vniuersum orbem corruscauit, & illuxit. Id ipsum de gentibus, & idolorum cultoribus dicendum est, contra quos verissime admodum prædictum vaticinium induci potest, quandoquidem, & ipse gentes, & quicunque simul iuncti, & coadunati, & cunctis viribus adhibitis præmuniti aggrediuntur Ecclesiam, & conituntur eam destruere, funditusque euertere dici inquã potest aduersus eos. Congregamini populi, & gentes Idolatre, confortamini consociamini, & mutuo vos ipsos coniungite, qui machinamini aduersus Christum, quique Dei seruos, & ministros varijs tormentis, & cruciatibus affligitis uos quoque tandem vincimini, nec uobis proderit, contumelijs nos afficere, dicentes, humilem, & seruilem esse vitam Christianorum quandoquidem

iuxta

Margin notes: Iob. 5. — Prouer. 21. — 1. Cor. 3. — Hierem 3. — Ioan. 11.

iuxta veritatem, & certissimam nostram fidem multo est præstantior christiana humilitas, & seruitus, quamquotcunque, & quęcumque regum opes, & magnificentiæ. Scimus enim & tamq̃ rem compertissimam nos habemus, quod vos quoque vincemini, inite consilium, mutuo uos ipsos fouete, alter alteri vires, & animum prębete, quia tandem vincemini. Loquimini verbũ discurritte, pertractate, & quæ placita sunt vobis decernite, & non fiet. Quid B causę est? quia nobiscum Deus, ipse .n. dixit, ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Compello vel appello vos hæreticos, quandoquidem & vos conuenistis, & coniurastis aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, Nullum enim est Ecclesiæ sanctę dogma, nullum decretum, nulla constitutio, quam vos non inuertere, peruertere, ac deprauare curaueritis, propterea ad vos quoque Prophetæ sermo C dirigitur, cum ait. Congregamini populi, & vincimini, confortamini & vincimini, accingite vos, & vincimini, hoc est inuicem conuenite, simul in vnum vestras insanias conferte, conciliabula vestra, & collocutiones indicite, & quicquid vultis, executioni mandate, nihil tandem pro pemodum efficietis, stat enim firma, & immobilis Christi promissio, quòd portæ inferi non præualebunt aduersus D eam, quare & uos quoque vincemini, nec difficile fuerit negocium, cum satis constet vos in paucis admodum cõuenire, si enim Sathanas in se ipsum diuisus est & cõtra Sathanã pugnat, quomodo stabit Regnum ipsius? Et quãquam omnis virtus robur, & potentia tum Iudæorum, tum infidelium, tum quoque heræticorum, & quorumcumque veritati aduersantium, dextera manus Dei facile confringentur, & prosternentur, aliis quoque viis, & rationibus E contingit aliquando eiusmodi infideles, et appostatas, Christique aduersarios à fidelibus vinci, & superari. Frequenter enim euenit, vt cum homines isti nefarii vident fidelium, & piorum hominum bona opera, & presertim maximam eorumdem in pressuris, &

A afflictionibus patientiam, & constantiam, facilè conuertuntur, & hac ratione dicuntur vinci. Quod si etiam noluerint conuerti, sed in sua infidelitate permanere, vincuntur tamen in illis, & ab illis, qui eosdem conuertere enituntur, aut ab his, qui pro Christo patiuntur, quandoquidem nõ ea fuit virtus, & potentia eorum, vt potuerint Christi fideles á veritate tantillum auertere, quippe qui potius mortem subire, quam à fide, & veritate recedere sunt parati. Eà autem, quæ p allegoriam ad conuersationem, & praxim Christi aduersariorum deduxim' possumus etiam ad vnumquemque nostrum referre quandoquidem quisquè tres habet hostes infensissimos videlicet carnem mundum, & sathanam qui nos perpetuò iunctis uiribus aggrediuntur & mille modis infestant. Credimus tamen ex prædictis vaticinijs voluisse quoq; Prophetã innuere id quod dicebat Apostolus, nihil esse damnationis ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, & quod nemo potest rapere de manu Dei, quos ipse eligit, & constituit sub vmbra alarum suarum. Proinde dicebat *psal. 2 6.* Regius Vates. si consurgant aduersum me castra, non timebit cor meũ, si exur *psal. 1 7.* gat aduersum me prælium in hoc ego sperabo, & alibi. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo & rursus Dominus mihi adiutor & ego despiciam inimicos meos. Propterea cõgregamini populi, cõfortamini simul, & confirmamini, qui si aliquando præualebitis aduersum me, postremo tandem vincemini. Dicebat sanctus Martir Ignatius, ignis, crux, bestie confractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis contusio, & omnia tormenta Diaboli in me veniant, nihil existimo, modo Iesum Christum inueniam, & eo fruar, & D. Paulus. certus sum, inquit, quia neque mors, ne- *Rom. 8.* que vita, neque Angeli, neque Principatus. & tandem nulla creatura poterit me separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Summa itaque est, quòd qui cumq; populi fuerint congregati contra Dominum

mium, quicunmque sint illi, siue Iudæi, siue Græci, & quicumque mundi huius sapientes, aut hæretici, siue etiam, quicunque mali Christiani, quiquamuis confiteantur se nosse Deum factis autem negant, nullis viribus, nullis artibus, aut dolis, nullis insidijs seu machinationibus potuerunt quicquam facere aduersus eum, sed neque aduersus seruos eius. Sed Dominus qui habitat in Cœlis irridebit eos, & subsanabit eos, quemadmodum nunc Propheta deridet Reges Syriæ, & Samariæ, qui iunctis uiribus, & animis, cum ingenti armatorum multitudine venerant, vt expugnarent Hierusalem, qui tamen uicti, & superati recesserunt. At præter illos modos, quibus diximus aliquando impios uinci, cum tamen se existiment alios uicisse, extat alius modus, quo sæpe eos vinci, & reprimi, atque eorum vires attenuari contingit: Idque tum maxime, cum aliqua graui molestia, & animi, & corporis, perturbatione tāguntur. Dicebat enim Regius vates: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Et alius Propheta vexatio dat intellectum. Qui verò sic à Deo percussi et excitati non vincuntur (hoc est) nō resipiscunt, neque ad se redire conantur, de illis proculdubio actum est, nec pro eis orare oportet. De quibus Hieremias cap. 5 loquitur in hunc modum. Percussisti eos Domine, et non doluerunt, attriuisti eos, et renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, et noluerunt reuerti. Hi quidem quamquam prima fronte videantur vicisse quia Dei mandatis se pertinaciter opposuere, et à statione sua non permiserunt se amoueri. vincuntur tamen, quia suę corū temeritatis, et peruicacie pœnas aliquādo dabunt. Sed de huiusmodi impiorum, et perditorum hominum genere aliàs sese offert occasio plura dicendi. Restat videamus, quem alium sensum iuxta allegoriam afferant patres huic vaticinio, cum inquit Propheta Congregamini populi, et vincimini. Dicūt enim quod Esaias hoc loco gerens personam propriam, aut Apostolorum,

ps 82.

Hier. cap. 5.

A vel totius Ecclesiæ non irridet, neque insultat populis tum Iudæorum, tum gentium, sed hortatur, et monet, ut Ecclesiæ dogmata appræhendant, prædicationibus euangelicis, aures præbeant et se vinci patiantur: Et hunc sensum ex textu 70. Interpretatum eliciūt, qui sic habet. Scitote gentes, et vincimini. Victi quippe sunt omnes, qui ex Iudæis, et gentibus manus dederunt Christo, in quo nimirum conflictu vinci est peculiare lucrum, et gloriosa vi-

B ctoria: Namque sic vincimur, et succumbimus, quia adueniente duce depellimus tenebras, et arrepta veritate, error, et ignoratia longe procul eiicitur. Intelligite ergo gentes, et scitote populi et uincimini, salutari admodum, et Iocunda victoria videlicet subiicere colla Domino, expellere Demonum insidias, et a crudele Sathane tirannide ac seruitute liberari, et fœlicissimam assequi, et amplecti seruitu-

C tem, qua Deo seruietis, cuiquidem seruire dubio procul regnare est D. autem Cirillus hūc in modum huius particulæ orationem distinguit ac explanat. Quod prius Christi misterium præuidens Propheta et conuersionem gentium, prægaudio gestit, et exultat, propterea dicit, scitote gentes, et uincimini, nolite nobis aduersari, quia nobiscum Deus. Et personam Apostolorū,

D et Euangelistarum assumens primum cum gentibus deinde cum Iudæis congreditur. Gentibus inquam præcipit, ut cognoscant Christi misterium, et se vinci patiantur ab his, qui illud docent propterea inquit Scitote gentes, nobiscum enim Deus Ideo eius sermonem capite, et vincimini, idest cedite, et sanctis sacrorum prædicatoribus nolite resistere, sed illis potius obsecundate. Vos autem inquit, o Iudei, qui

E præualuistis, vincimini Præualuistis enim contra Christum cum miseri vos eum cruci tradidistis, et consilia contra eum iniuistis, quæ stabiliri non poterant, neque enim fieri potuit, vt morte oppressum tenerent auctorem vitæ: Proinde si aliquando præualuistis, et victores quodamodo contra eum fuistis, tamen postea uincimini, hoc est præ-

stare

ſtate obedientiam, fidem amplectimini et Dei ſeruuos, ac miniſtros nolites vlterius proſequi, illud ſcientes, quòd ſi poſt hac præualueritis, et his qui euangelium annunciant, crudeliter inſultaueritis, de integro uincimini à Iudice, qui punit impoſterum, et tantę, tanquę diuturnę inſanię pœnas expetit, id quod haud dubie factũ eſt, quia cum poſt Chriſti reſurrectionem et in Cælos aſcenſionem crudeliter fuerint perſequuti ſanctos Apoſtolos, et multas eis aſtruxerint inſidias, et multos ex eis poſt carceres, et uerbera neci tradidiſſent, uicerunt tandẽ Chriſti diſcipuli, et Apoſtoli, et illi ac cerbiſsimas pænas dederunt Romanis copijs uolentes nolentes ſubacti.

Sequitur poſt hæc uerba idem Propheta, et inquit. *Hæc enim ait Dominus ad me. Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in uia populi huius.* Verſus iſte cum multis ſequentibus quantam habeat difficultatem non eſt opus ullis uerbis commoſtrare, qui enim aliqua uel medioeri attentione legerit, facile percipiet. Ego autem exiſtimo hunc eſſe huius particulę intellectum. Monuit, et erudiuit graui, et potenti manu mirabilique ſancti ſpiritus fulgore ipſe Deus Prophetam ne iret in uia populi huius, ideſt populi Iuda quippe qui cum intellexiſſet duos illos Reges uidelicet Regem Syriæ, et Regem Iſrael coniurauiſſe aduerſus Regnum Iuda, uſque adeo fuit per terrefactus, ut uehementer timeret, et expaueſceret eorum aduentum, neque quicquam magis habere uidebatur in ore, neque paſsim quicquam aliud dicebatur, et mutuo ſuſurrabant, et colloquebantur niſi coniuratio cõiuratio. q.d. Quid amplius moramur, quid ulterius differrimus, quominus eos excipiamus, et illorum ditioni nos ipſos dedamus: tantuſque populum illum innuaſerat timor, et pauor ut plerique ex his, qui intus erant de fuga, uel de deditione cogitarent. Et forte ex his unus erat Eſaias, quem propterea Deus in manu forti erudiuit, et monuit, ne iret in uia populi illius ne ſcilicet conueniret cũ eis, aut ulla ratione illis accederet: quin

A potius illos moneret, ne non ſolum nõ explerent opere, ſed nec uerbo quidem auderent quicquam dicere, et ſignificare de coniuratione. Ponderãda nempe ſunt ea uerba, in manu forti erudiuit me Dominus, quandoquidem uerbis, et ſermonibus fieri ſolet eruditio non manu; Ob id aliqui dicũt; per iſtam eruditionem debemus intelligere aliquam correptionem, non ſolum uerbis, ſed etiam facto peractam

B alii dicunt per eruditionem intelligendum eſſe ſermonem quemdam ipſius Dei terribilem, et irrefragabilẽ, robore ſpiritus firmatum in eius mente, ac ſtabilitum, uel in manu forti, ideſt in uirtute Dei qui fortis, et potens eſt, aut in Chriſto, quod idem eſt qui eſt fortis et ſapiens Sed forte melius, quòd Deus erudiuit Eſaiam in manu forti, ideſt potente, et efficaci illuminatione; et ſubdit. *Timorem eius ne*

C *timeatis, o populi Iuda, nec paueatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate, ipſe pauor veſter, & ipſe terror ueſter, timorem ſcilicet populi coniurati, & conſpirantis, ne timeatis, neque paueatis.* Hoc eſt ob eius timorem atq; pauorem, nulla ratione moueamini, neque quicquã attentetis, quod in veſtram perniciẽ, atque ruinam cædat. Dominum exercituum, qui ſcilicet dominatur exercitibus Angelorũ, & hominũ, illũ inquã

D vos timere oportet, & pauere. Ipſum ſanctificate, hoc eſt ſanctum colite, ſanctum prædicate, ad eius cultum alios induci ſatagite, & ei toti ſubiacete. Ipſe erit vobis in ſanctificationem, hoc eſt per ipſum, & eius munere, & dono ditati, ſãctificationẽ corporũ & animarũ accipiemus, quæ ſãctificatio eſt quędã animi ſtabilitas, puritas, & confirmatio, quam ſecundum non nullos D. Lucas appellat reſurrectionem vel dicas

E breuius, erit vobis in ſanctificationẽ. i. ſãctos vos faciet, & hic Deus erit in lapidem offenſionis, & petrã ſcandali duabus domibus Iſrael. i. duabus tribubus Iuda, quæ duæ tribus conſtituunt vnam domum Iſrael, & decem tribus, quæ conſtituunt aliam domum. Erit ergo Dominus in lapidem offenſionis, & petram ſcandali duabus

domi-

Vt. hoc idē infert cap. 28.

domibus Israel, & in laqueum, & in Ruinam, habitantibus Hierusalem. *Et offendent, idest impingent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.*

A

Super his verbis vbi Propheta ponit diuersam rationem, & habitudinem, qua se habet Deus respectu diuersitatis hominum, quoniam quibusdam futurus prędicatur in santificationem, quibusdam vero in lapidem offensionis, & in petram scandeli, & quibusdam in laqueum, & in ruinam est notandum, quod timentibus Deum, & in eum credentibus nulli dubium, quod erit in sātificationem: Santificabit eos, purgabit, & ab omni malo eripiet, & glorificabit: Incredulis vero, & Dei verbum aspernantibus erit in lapidem offensionis, & in petram scandali, idest quidam istorum dum fuerint in uia, tamquam parum accurati, & velut cęci impingent in lapidem, & lædent pedem, & in petram scandali, hoc est, non solum impinget in lapidem, & pedibus lædentur verum etiam quandoquè in terram cadent, & qui nam erunt isti? dicit Propheta istud continget duabus domibus Israel, hoc est, domui Iuda, & domui Israel, & non vt quidam dicunt domum Phaceæ, &domum Oseæ, cum vtraque fuerit ab Assyriis deleta, & extincta, nec per istas duas domos intelliguntur scribe, & Pharisei quia eo tempore non dum erant in vsu, neque eorum mentio habebatur. Et qui sunt illi quibus Deus erit in laqueum, & in ruinam? Habitantibus Hierusalem, Non enim satis fuit Prophetæ prædixisse ruinā domus Iuda, in qua, tam quā Metropoli, & primaria Ciuitate qualis erat Hierusalem, sed voluit speciatim, & seorsum illam nominare, propterea quod eius habitatores, & incolæ aduersus Christum longe duriores, & attrociores extitere, quam ceteri. Et nota, quòd gradatim exprimit Propheta damna, & incommoda, quæ passuri sunt Christi rebelles, & increduli nanque minor est lęsio pedis quam casus, & casus minor est, quam in terram decidi, quia qui cadit potest

B

C

D

E

resurgere nisi conteratur vel confringatur at qui illaqueatur non ita Ruina est peior, quam laqueus, & hæc omnia mala siue singulatim, siue omnia simul non solum hębreis cōtigerunt sed passim contingunt reliquis gentibus, & prauis hominibus. Nec mireris, quod vnus, & idem Deus, vnus Dominus & pater omnium sit adeo dissimilis, ac diuersus, respectu bonorum, ac malorum quandoquidem eiusmodi diuersitas, ac dissimilitudo prouenit ex parte nostri non ratione sui, quia secundum se est omnibus idem; quemadmodum .n. vnus, & idem flos sumptus ab apibus, & comestus, conuertitur in mel, sumptus autem ab araneis conuertitur in venenum, cum tamen sit vnus, & idem. sic Christus, quid est flos campi pulcherrimus, & suauissimus, aliis est in sanctificationem, aliis vero in ruinam, ac destructionem. Hoc idem prædixit Simeon Senex apud Lucam cap. 2. Dicens. Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum. Dicitur autem Christus esse lapis offensionis, & petra scandali, laqueus, & ruina, quia cū viderint & intellexerint, Christum fuisse hominem, de muliere natum, mortuum, & crucifixum, non poterant adduci ad credendum ipsum fuisse, & esse filium Dei, tametsi miracula, & prodigia fecerit, quæ nemo alius fecit. Propterea dicebat ipse apud Iohannem Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Non ergo est ipse in causa, quod aliqui offendant, & cadant, aut quod aliqui ruant, & perdantur, sed ipsimet sunt in causa, quia nolunt credere, & ideo subdit Propheta .d. Et offendent ex eis plurimi, non d. omnes, quia non omnes Iudæi ceciderunt, sed reliquiæ remanserunt & saluæ factę sunt, sic & de nobis credentibus multi cadent, quia impingent in lapidem, & cadent, quia filij regni eijcientur in tenebras exteriores, & conterentur; quia poterit esse talis percussio super petram, quod cadeās conteret; brachia, & pedes, & totum corpus, cōfringetur, & irretientur, quia retibus complexis, & complicatis inuoluentur, & detinebuntur, ne possint explicari,

Luca 2.

catri, & extricari, & sic tandem capientur ab hostibus, & prædonibus, hoc est ab inimicis tam visibilibus, quàm inuisibilibus. Hoc procul dubio contingit non solum incredulis, sed omnibus, qui sunt assueti peccatis, qui iure optimo possunt conqueri, & dicere funes peccatorum circumplexi sunt me, & prouerbiorum quinto, funibus peccatorum suorum constringitur peccator. (prou. 5.) Proinde omni ope, & conatu debemus efficere ne peccatis assuescamus quia si consuetudini, & assuefactioni nō resistitur, efficitur necessitas, quo difficile admodum possumus deinceps euitare peccatum. In tex. Septuaginta interpretum habentur hæc verba, quæ, vt inquit D. Hieronymus, non sunt in tex. Hæbreo nec in editione vulgata, hæc inquam. Appropinquabunt, & capientur homines in securitate existentes. Appropinquabunt, idest Iudæi, qui erant dispersi per Ciuitates Iudeæ, appropinquabunt. i. accedent Ierosolimā ad celebrandum Pascha, qui iam securi erant cum euaserint vim belli, & tamē omnes perierunt. Aut qui erant Ierosolimis, imaginabantur se in securitate, & in loco tuto consistere, qui tamē gladio, fame, & peste corruerunt. Diuus Ciryllus sic exponit. Appropinquabunt, idest accedent propè Iudæos illi, qui quærent eos percutere, & pessumdare. Neq. vlli dubium est, quòd infelices Iudæi existentes Ierosolimis existimabant se in securitate manere, & tamen fuerunt capti, occisi, ac deprædati à Romanis, id, quod sæpenumero contingit & nobis ipsis, & ego pro cæteris sum expertus in memetipso, quippè qui dum sumus in Via, & dum inter homines versamur nullam nobis, nec de Deo alioqui iustissimo & clementissimo neq. de hominibus securitatem vl lam debemus polliceri. De Deo quidem, quia nemo potest scire num amore, vel odio sit dignus. Et D. Paulus monet, vt cum timore, & tremore nostram salutem operemur. Et qui stat videat ne cadat. Et B. Ioannes in suis reuelationibus, Beatus (inquit) qui semper est pauidus, (Ioan. in apoc.) propterea nemo debet ità suæ salutis esse certus, & securus; quin peccare vereatur.

A

Quòd verò in hominibus nulla sit collocanda, & reponenda securitas, est adeò clarum, & manifestum, vt nullum sit opus alias probationes afferre. Inquit enim Dauid psal. 17. Nolite confidere in principibus, neq; in filijs hominum, in quibus non est salus. Verissime ergo dicit hic Esaias iuxtà tex. 70. interpretum, quòd capientur homines in securitate existentes. Seqtur tex.

B *Liga testimonium, signa legem in discipulis meis &c.* (Tex. 7.) Si verborum superficiem spectemus, reuera sunt obscurissima, nec facile possum applicare intellectū expositioni quorundam: Verum cum diutius in horum sensu eruendo laborassem, mihi visum est hanc fore intentionem, quòd videlicet Dominus alloquatur Prophetam, & ei præcipiat, vt testimonium fidem, ac intelligentiam misteriorum, quæ de incarnatione ver

C bi filij Dei, vel de reprobatione Iudæorum, & deuocatione gentium cognouerat, ligaret idest absconderet, nulli communicaret, sed recondita, & celata teneret in discipulis suis, i. quamdiu accederent illi, & comparerent, quos doceri congruebat. Hi autem erant discipuli, & electi Dei, quibus vnis datum erat nosse misterium regni Dei ceteris autem in parabolis, & enigmatibus quod enim ab alijs nolumus

D videri, scire ac ligare consueuimus & obuoluere. Dicit ergo Deus liga testimonium, signa legem in discipulis meis, hoc est vaticinia tua, & misteria in verbis tuis abscondita, liga, idest clausa, & circumligata tene nec soluas alijs vel explices alijs preterquam discipulis meis, quibus post eius resurrectionem Dominus aperuit sensum, ut intelligérent scripturas incipiens à Moyse, & Prophetis, & quod hic dicit per

E Esaiam Prophetam aliquanto obscurius longe clarius per Danielem 12. cap. confirmat dum inquit, Claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. (Dan. ca. 12) D. Carillus alium textum habet, sic enim legit, tunc manifesti erūt qui obsignant legem, ut non discant, q.d. quando manifestata erit gloria Saluatoris nostri, & plenitudo gentium

intrare

A intrare cœperit, tunc manifesti erunt, qui sunt obsignati, idest, ij super quos lumen spiritus sancti signatum est. & immago Dei refulget. Manifesti inquã erunt apud Deum, & mundo quoque satis conspicui, ita tamen, vt legem non discant, non ut illam prorsus ignorent, aut abijciant, cum scriptum sit, omnis scriba doctus in regno cęlorum similis est homini diuiti, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, sed
B prohibente eam discere, ne videlicet secundum eam viuere attentarent, quã do D. Paulus sub his verbis protestatur dicens. Dico vobis, & manifestè prænuncio, quod si circũci lamini, Christus vobis nihil proderit. Abalienati estis à Christo, quicumq, in lege iustificamini à gratia excidistis. Quãuis .n. vt vides hic doctor sub obscure loquatur in eandẽ tñ sententiã venit vt profũda misteria reuelata Prophetis, nõ debeant
C patefieri, nisi tẽpore legis gratię, & id q dẽ p seruos & discipulos ipsius Christi, qui est finis ipsius legis. Aliqui aliã prę fatis uerbis afferũt expositionẽ. Liga testimoniũ, signa legẽ in discipulis meis. i. fac, vt hæc mea, siue tua vaticinia & reuelationes tibi factæ, & earũ ĩtelligẽ tia sint ligatę, & ĩpressę in mẽte meorũ discipulorũ, postq̃, Iudæi illa cõtẽnunt derident ac reijciunt. Habent .n. velamẽ in oculis eorũ. Post hæc verba sequitur
D in tex. *Et expectabo dominũ, qui abscondit faciẽ suã à Domo Iacob, & præstolabor eum* Alius tex. habet, & confidam ei: quæ verba congruè dicta fuerunt à Propheta, nam cum Deus ei præcepisset ut misteria superius prædicta, ac testimonia ligaret, & absconderet, atque inuoluta teneret quousque aduentarent, quibus reuelanda erant, & qui ea explicare, & manifestare debebant Propheta tamquam de diuina voluntate con-
E tentus, nec velut importunus postulator, aut more impatiens in hæc verba prorupit. Postquam tu Clementissime Deus sic decernis, & iubes, expectabo te futurum Messiam, ac redemptorem meum, nec expectabo solum, sed maxima cum patientia, anxietate & ingenti desiderio prestolabor te, qui si diutius aduenire decreueris, non à spe tuæ promissionis decidam, sed adhuc expectans expectabo, & sustinebo Dominum meum quamdiù uenerit. Quod autem dicit. *Qui abscondit faciem suam à Domo Iacob*, ita planè intelligas, quod maior pars populi Iudaici prouocauit Deum in Dijs alienis, propterea ab eius Domo abscondit Deus faciem suam, idest noluit eis manifestare filium suum, ex his tamen pauci admodum salui fient. Aut latius exponentes hunc textum dicemus quòd Deus abscondit faciem suam à Domo Iacob idest ab omnibus illis, qui spreto Euãgelio, voluerint legis vmbram sectari, & p illã iustificari Isti õnes quotquot sunt ad Domũ Iacob possũt referri, cũ filijs Iacob fuerit data lex. D. Cirillus egregiè (mea quidẽ sẽtẽtia) exponit hũc locum, adeò ut omnia, & eius singula verba essẽt hic inserenda, & diligenter cõsideranda: Verũ (nè longiores simus & ne videamur aliorũ pascuis velle saturari id unũ cõsiderem⁹, videlicet, Quid sit expectare Deũ. Inquit .n quòd ille expectat Deum, qui curat q̃ ipsi placẽt & eius nutui obtẽperare studet, quiq; pro iustitia & pietate, quæcunq; certamina libẽter substinet. Hac voce psal. excitat spiritus sanctus inquiẽs. Viriliter agite cõfortetur cor vestrũ, & sustinete Do- Ps. 39. minum. Nam vniuersi qui te expectant non confundentur Proinde alibi dicebat idẽ Propheta. Expectãs expectaui Dominũ, & intẽdit mihi. Nec sine misterio Propheta subijcecit hæc verba dicens. Qui auertit faciã suã à Domo Iacob, uolens non solũ obedientiam innuere, verum etiã prudentiã. quãdo ipse Propheta illuc dirigit animum suũ & stabilẽ, ac tutũ minimèq; lubricũ reddit, unde cæteri impegerũt in lapidẽ offenderunt: q. d. Ego expectabo illũ, & sustinebo à quo cæteri ob impatientiã, & incredulitatẽ sunt auersi, quales fuerunt qui de Domo Iacob sunt recensiti. Nõ .n. satis est Deũ tãtis p expectare vt nobis subueniat, verũ p̃stolari oportet, & cum patiẽtia sustinere, quia tãdẽ veniẽs veniet, & nõ tardabit. Qui .n. iã olĩ fidẽ receperũt, Deiq; gratiã cognouerũt seseq; tãdẽ ab illa auerterũt, loco lõgè peiori habebũtur, quã qui nũq; co

gnouerũt, iuxta illud Petri 2. ca 2. Melius inq̃, erat illis nõ cognoscere uiam veritatis, q̃ post agnitã auerti ab eo, ꝙ traditũ ẽ illis sãcto mãdato. *Sequitur deinde. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signũ, & i portẽtũ Israel a Domino exercitu, qui habitat in Mõte Syon.*

Tex. 8. Hæc verba referũt ad Christũ, quasi ipse sit qui loquitur, vt ex Epist. ad Heb. cap. 2. elicitur, sed in hũc finẽ, ut p hæc verba demõstraretur Christu fuisse verũ hominẽ, cũ immediatè sequatᷓ. Quia Pueri mei comunicauerũt carni, & sanguini, & ego similiter participaui eisdẽ. At in hoc loco ĩ aliũ sensũ dicuntᷓ hęc verba in persona Christi cũ d. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dñs. Nunquã ꝑmittemus deleri penitus & extingui locũ, in quo sũ nasciturus, & vbi sũ cõpleturus ministeriũ meũ, tãetsi pleri q̃ vr̃um diffidãt de auxilio, & ꝓtectione mea. Erũt inq̃; ego & pueri mei in signũ & in portẽtũ, quãdoquidẽ pleriq; Iudęorũ reꝓbabũtur, gẽtes autẽ peccatrices, & alienæ à Deo vocabũtur ad fidẽ, & erũt participes salutis. Signa etiã, & portẽta cõtigerũt in Israel in Natiuitate filij Dei s m carnẽ, & in toto illius vitę ꝓgressu, & ea plurima, quæ p Apostolos, & alios Dei seruos incredibili totius orbis admiratione, & stupore gesta fuere De quibus dicit idẽ Christus Qui credit in me, opera, quę ego facio, & ipse faciet, & maiora horũ faciet. Et nota hic

Ioan. 14. ꝙ verè, & pfectè credẽtes ĩ Christũ omnia hæc nomina sortiũtur. Dicũtur. n. Pueri, dicuntur filii, icuntur fratres et dicuntur serui, necnon et discipuli. Dicũtur pueri pp simplicitate, & inocẽtiã. iuxta illud. Nisi efficiamini sicut paruuli nõ intrabitis ĩ regnũ Cœlorũ. Dicũtur filii, quia sunt p fidẽ, & sacramẽta ĩ Xp̃o regenerati & comunicationẽ. Di-

vi Rom. ca 8. cũ clamamus ad eũ Abba pater. cũtᷓ fratres pp vnitatẽ Naturę & sp̃ualẽ cõiũctionẽ, q̃ habẽt cũ Xp̃o, queadmodũ ipse dixit. Narrabo nomẽ tuũ fratribꝰ meis. Et alibi. Vade ad fratres meos & dic eis, ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ vestrũ ꝑterea dicũtᷓ serui pp obediẽtiã. Hic quidẽ Christus dñs, pater frater, & magister dicitur cuius nominis ratio-

Ioan. 20. ne, qui credũt in eũ, & erudiũtur ab eo dicuntᷓ discipuli; s m nãm diuinã, qua

A ęqualis est patri, omnia quæ sunt Dei, sunt etiã ipsius filii, at vbi est homo factus dr̃ quæcunq; habet Pr̃, & ipse à Patre accepisse. Nisi dicamus, ꝙ s m̃ ẽt naturã diuinã quicq̃d habet filius habet à patre, quia & ipsu esse habet à Patre, à quo ꝓcedit secũdũ orig hõ. 7. ĩ Esa. oẽs hõies dũ sũt ĩ hac vita possũt dici pueri et de pueris sic acceptis loq̃tur hic Esa. Iudæi nulla ratione se possũt excusare de sua ĩpietate, & infidelitate, q̃ cũ tot si-

B gna, & ꝓdigia uiderĩt, dicebãt in Belzebub prĩcipe Demon. hæc fieri, & nõ in virtute, digito, ac potẽtia Dei. Propheta autẽ manifeste dicit, ꝙ isti pueri sũt dati in signum, & portẽtum Israel à Dño exercituũ, & nõ ab aliquo demone, vel homine, aut à qua vis alia præstãti, & excellẽti creatura, ab illo inquã Dño, qui habitat in Mõte Sion; ubi nota, ꝙ nõ incõgrue, aut ꝑperam videtᷓ idem repetere cum dicit quod sunt dati isti pueri à

C Domino, & rursus inquit, à Dño exercituum, quoniã (ut aliqui dicunt) ista repetitio fieri solet, ut indicet singularẽ Dei ꝓuidẽtiã sup his, q̃ fiunt, & ꝙ eiusmodi sunt res magni põderis, quas Dñs singulari cõsilio occultoq; iudicio patrare c[illegible] sueuit. Exprimit autẽ clarius, quis sit Dñs iste exercituum, cũ inquit Qui habitat in Mõte Sion; Locus. n. iste erat in quo colebatur Deus, & euidentiora signa suę virtutis ac potẽtiæ demõstra-

D bat, atq; vnde respõsa ꝓdibãt, tẽplum que illud erat, veluti quædã regia Dei ĩ terra. Si autẽ volumus hęc verba nũc exposita de ipso Propheta intelligere cũ inquit, ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dñus &c. Dicemus ipsum demostrare prõptitudinẽ suã, & puerorũ suorũ. i. aliorũ Prophetarum, ab eo dependentium, seu quo uis pacto descendẽtiũ, qui possunt vocari pueri, & filii maiorum Prophetarum ac si velit dicere

E ego, & pueri mei expectabimus Dominum, & præstolabimur auxilium eius, nec timebimus Assyrios, & quoscumq; alios potẽtiores exercitꝰ qui. n cõfidũt in Dño sicut mons Sion, nõ cõmouebitur in æternũ, qui habitat in Hierusalẽ, & sic erimꝰ ĩ signũ & ĩ portẽtũ ĩ Israel quia v; illi timẽtes, & perterrefacti mirabuntur, & expauescẽt, cũ viderĩt nos

nihil

nihil horũ primesceř,& cõfidẽtes esse? Nouerãt.n.nõ esse timẽdos, qui occidũt corpus,sed qui possũt occidere corpus,& animã. Qui p hos pueros intelligũt filios Esaię, p quos reprobatio Iudęorũ,& salus gentiũ disignatur, valdè aberrant Sequitur postea necessaria quædã admonitio ipsius Proph. vel potius ipsius Dei p Prophetã, qua nos monet & instruit, quid nobis in rebus dubiis, ac difficillibus sit agẽdũ & quos cõsulere,& quorũ refugiũ expetere debeam' ac pquirere, & inquit, *Et cũ dixerint ad vos: quærite à Pythonibus, & à diuinis, q stridẽt i icãtationib' suis, Supple sic respõdebitis. nũquid non populus à Deo suo requirit visionẽ pro uiuis, à mortuis?* q.d. si homines curiosi & scrutatores diuinorũ secretorũ pcupientes scire tũ futura, tũ quid in rebus dubijs, & difficilibus fieri oporteat dixerit ad uos. Querite à Pyhtonib' & à diuinis Vos respõdebitis, nõnè õnis populus requirit à Deo suo visionẽ, & notitiã rerũ futurarũ & nõ à mortuis quid pro uiuis fieri oporteat? Quo respõso Propheta vult redargui, & increpari eos, qui à mortuis, vel ossibus mortuorũ notitiã rerũ futurarũ expectabãt cũ lõgè magis cõueniat, vt viui cõsulãtur si quis ãbiat, aut anhelet pscire statũ & cõditionem mortuorũ. Nõ ergo uos decet cõsulere Pythones, ac diuinos, neq; mortuorũ sepulcra effodere aut penetrare, aut corũ manes adire, si qd credere quid sperare, qd expetere, quid timere, & fugere debeatis, necessitas, aut cupido nulla uos teneat, sed magis ad legẽ, & ad testimoniũ, supple, est recurrendũ. leges.n.& testimonia.i. præcepta & dei promissa ea sũt, quæ vos spectare & curare debetis quæq; cõsulere necessũ est. Et re vera mihi sũmopere placet aliquorũ sñia, q v3 iste tex *Cũ dixerint ad uos quærite à Phytonibus, & à Diuinis* sit cõiungẽdus cũ superioribus uerbis, vbi dicebatur. Liga testimoniũ, signa legẽ in discipulis meis Cætera uero, quę sũt interposita sint loco parẽtesis apposita. Dicebatur.n. liga testimoniũ.i. conuolue, & claude secretũ, & archanũ eorũ q; diximus, & signa legẽ, appone sigillũ; ne v3 quisq; eã intelligat, quousq; oriãtur, & i lucẽ pdeãt discipuli mei, qui

A bus eiusmodi misteria erũt reseruata. Quòd si curiosi aliqui, & vani obseruatores, et cupidi rerũ futurarũ dixerint ad uos, cur nã in rebus dubijs, ac difficilib' & i arduis negocijs Prophe. cõsulitis, qrite à Phythonib' et diuinis & seqř q si nõ dixerit iuxta verbũ hoc.i. si qs hoc modo reqsitus, et psuasus nõ respõderit iuxta hoc verbũ, quòd.s. oporteat i rebus dubijs, et difficilibus recurrãt ad legẽ, et testimoniũ magis q; ad

B pythones, et ariolos, nõ erit eis matutina lux, hoc est, nihil habebũt boni, et cõmodi, õnia erit illis cõfusa, offuscata, et obtenebrata; Aut nõ erit eis matutina lux, quia nullã habebũt rerum agẽdarũ cognitionẽ verã, et aptã, potest ẽt sic exponi. Si nõ dixerint iuxta verbũ hoc, i. si nõ fecerĩt iuxta hoc cõsiliũ seu pceptũ, nõ solũ Iudęis, sed õnib' alijs, q sũt in ãgustus cõstituti, nõ erit matutina lux .i. nõ poterũt facere quicq̃

C boni iuxta illud, q dicit Apo. Nox pcessit, dies autẽ appropinquauit. Abijciam' ergo opera tenebrarũ, et induamur arma lucis, sicut i die honeste ãbulemus. Aliæ expositiones dãtur huic loco, sed hæc mihi videť planior, et cõsona magis textui, nec ullã patitur violentiam ut sic dicam'. Nõ erit eis matutina lux .i. nõ habebũt intellectũ neq; sciẽtiam ignorabũt quid dicũt, et erũt orbati iudicio. Quòd si p Pythones, et diuinos,

D volumus iuxta allegoricũ sẽsum intelligere Rabbinos, qui tẽpore uastationis Iudeę, et presertim in illa vltima destructione facta p Rom: cõsulebãt Iudæis, ne quicq; timerẽt, pponẽtes illis multa loca scripturarũ, et multas pmissiones factas patrib' antiquis, et à vero, et germano scripturarũ sẽsu retrahebãt, nõ erit incõgruũ: sed q ad mores, et institutionẽ nostrã maxime spectat, illud est, vt i õnib' negocijs nostris, et rerũ diffi-

E cultatib', nõ ad uanos hominũ fauores et psidia, sed ad Deũ optimũ, & clementissimũ patrẽ, ac Dominũ nostrũ recurramus, ut ait Propheta, Pax multa diligẽtibus legẽ tuã, & nõ est illis scãdalũ Vt autẽ intelligam' quid sint pytones ac diuini, sciẽdũ q pytho, seu phythõ, sm quosdã est spiritus quidã in sepulcris mortuorũ delitescẽs, et plerũq; i lo-

eis subterraneis, q uoce stridula respõsa dare solet; unde hi, qui hos spiritus ad huiusmodi respõsa fereda cõpellũt pythones appellãtur, et dictos volũt à dracone quodã serpẽte, qui diuinatoriũ spiritũ habebat, quo correpti, pythones appellabãtur vel pytonici. Et qm̃ ferũt Appollinẽ serpẽtẽ illũ ĩterfecisse, ideo, quãdoq; Appollo pythius appellat̃. Diuini autẽ nũcupãt spirit⁹ qui ex locis mortuorũ dabãt respõsa, aut qui eiusmodi artẽ exercẽt, vel tertio ut dicit Nicho. de Lira Pythones vocãtur qui p apparẽtẽ alicuius mortui suscitationẽ aliquid p̃dicebãt, vt habet̃ 1; Reg, 28. Deniq; ĩ vniuersũ illi dici solẽt diuini seu diuinatores, qui vacãt incãtationibus & huiusmodis & dicũtur diuini, quia Dei actũ sibi vindicãt, qui ẽ p̃dicere futura. Dicũtur autẽ hi, suis incãtationib⁹ stridere, vel quia cũ difficultate loquũtur, et verba quædã aspera, et inintelligibilia eructãt, vel quia ore clauso, et cõp̃ssis dẽtib⁹ ex vẽtre velut ex quodã vtre uerba pmũt, quo fit ut eiusmodi homines vẽtriloqui appellẽtur, ita ut stridere potius, q̃ loqui videantur. et 1. Reg. 28. legitur quòd Saul interfecit eos qui habebãt pythones in vẽtre, quãuis postea timore philisteorũ pterritus quęsierit mulierem habentẽ pythonẽ vt suscitaret sibi Samuelẽ, p cuius rei int. uid. Aug. ad Simpl lib. 2. cap. 3. Et D. Tho. 2. 2. q. 95. art 4 et seq. Verba illa paullo ante exposita. Si nõ dixerint iuxta verbũ istud, non erit eis lux matutina. D. Cirillus habet, nõ est dona dare pro ipso, qd sic declarat. Turpe est velle donis, et p̃cio emere vatũ mẽdacia, postq; sine ulla mercede nobis affertur p legẽ et Euãgeliũ ueritatis cognitio, et carũ rerũ notitia, quę futura sũt, et quas scire et fieri oportet, iuxta illud Esa. cap. 55. Sitientes venite ad aquas, et qui non habetis argentũ, properate venite, et emite absq; argẽto, et absque vlla cõmutatione uinũ, et lac. *Postremo sequit Propheta enarrare incommoda eorũ, quibus uel super quos nõ fulgebit lux matutina. Inquit n quod trãsibit p eã ruina, & destructio trãsibit p eã i. p vniuersã Iudęã, uel ut dicit* D. Hie. trãsibit p eã, .s. lux matutina, vel trãsibit p eã, sed nõ firmabitur in ea,

Tex. 10.

A neq; stabit. Et corruet. i. in preceps abibit ipsa Iudæa, uel cõgregatio eorũ q̃ relicta lege et testimonio credũt mẽdacio, et cõsulũt pythones et diuinos, et esuriet, iuxta illud psal. famẽ patientur ut canes et cũ esurierit irascetur; qm̃ qui esuriũt in furorẽ aut accidiã uertũtur, et maledicet Regi suo, cũ ob eius ignauiã, aut prauitatem, tot mala, et ineuitabilia dãna obuenerint, maledicet ẽt Deo suo, qui nõ ẽ tutat⁹ populũ suũ,

B sed pmisit eũ potius in summũ, et extremũ discrimẽ adduci, et suspiciet sursũ, et ad terrã deorsũ ĩtuebit̃ ut uideat si aliũde quicquã opis, et subsidij fortasse pueniat. Et cũ nul ibi ob ei⁹ p̃uica ciã, auxiliũ, et p̃sidiũ queat reperire, et ecce tribulatio, et tenebre dissolutio, et ãgustia, et caligo persequens, et nõ poterit auolare de angustia sua. Qui uolũt hic prædici cladẽ factã Iudæis p Assyrios maledixisse eos Regi, et d Deo suo, ĩtel

C ligit̃ de Rege Achaz, et de Deo uiuo, et uero. Qui uerò volũt hic p̃dici, et p̃figurari cladẽ factã Iudæis p Roma: Regẽ cui maledicebãt ĩtelligũnt eos q regebãt Ciuitatẽ, et p Deũ cui maledicebãt Põtifices et magistratus tẽpli, q Dii appellãtur. Erit inq̃ tribulatio, q̃ ẽt ĩsperato, et in opinato eueniet, qd inuit̃ p illã dictionẽ ecce, q d. cũnihil tale expectaretur, nec minus de supuẽturis malis quicq; cogitarẽt. Ecce tribulatio. i.

D magna corporis afflictio, et tenebræ. i. mẽtis cõfusio, et animi cõsternatio, Ecce dissolutio, q̃a nõ poterit ullibi stare et cõquiescere, usq; adeo corporis membra, et totũ corpus erit cõfractũ, ac dissolutũ, et ãgustia q̃a nesciet, qd sit remediũ repturus et cũ ĩ dubio ẽ anim⁹ huc atq; illuc ĩpellit̃ & ecce caligo psequẽs, q̃a ubiq; difficultatẽ ĩuenerit et nullũ putabit sibi affor p̃sidiũ, qui multę illũ difficultates ĩpediãt, et psequãtur: et tãdẽ

E nõ poterit auolare de ãgustia sua. i. nõ poterit ullo pacto liberari, et de illa pturbatione expediri nisi vsq; ad tẽpus, dicit tex. 70. hoc ẽ usq; ad cõsumatiõnẽ seculi, ĩ quo reliquię saluæ fiẽt. Erit iste, uelut auis irretitus, et illaqueatus, cui⁹ rei oppositũ cõtigit uiris pbis et piis, q dicere possũt illud ps. aĩma nostra sicut passer erepta est de laqueo uenãtiũ etc.

CAPVT

CAPVT NONVM.

PRIMO tẽpore alleuiata est terra Zabulon, & ter 1.
ra Nephtali: & nouissimo aggrauata est via ma
ris trans Iordanem Galilea gentium. Populus 2.
qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã:
habitantibus in Regione Vmbra mortis, lux or-
ta est eis. Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam. 3.
Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exul-
tant Victores capta præda, quãdo diuidunt spolia. Iugum enim 4.
oneris eius, et virgam humeri eius, & sceptrum exactoris
eius superasti, sicut in die Madian. Quia omnis violenta præ 5.
datio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit
in combustionem, & cibus ignis. Paruulus enim natus est no 6.
bis, & filius datus est nobis, & factus est Principatus super hu-
merum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius,
Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis Multiplicabitur 7.
eius Imperium, & pacis non erit finis: super solium Dauid, &
super Regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in
Iudicio, & Iustitia ammodo, & vsq; in sempiternum: Zelus do
mini exercituum faciat hoc. Verbum misit dominus in Iacob, 8.
& cecidit in Israel. Et sciat omnis Populus Ephraim, & habi
tantes Samariam in superbia, & magnitudine cordis dicẽtes.
Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: Syco 9.
moros succiderunt, sed Cedros immutabimus. Et eleuabit do 10.
minus hostes rasin super eum, & inimicos eius in tumultum ver
tet: Syriam ab Oriente, & Philisthijm ab Occidente: & deuora
bunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius, 11.
sed adhuc manus eius extenta: & Populus nõ est reuersus ad per
cutientem se, & dominum exercituum non inquisierunt. Et dis-
perdet dominus ab Israel Caput, & Caudam, incuruantem, &
refrenantem die vna. Longæuus, & honorabilis ipse est Ca- 12.
put: & Propheta docens mendacium, ipse est Cauda. Et erunt
qui beatificant Populum istum, seducentes: & qui beatifican-
tur, præcipitati. Propter hoc super adoloscentulis eius non læ- 13.
tabitur dominus: & Pupillorum eius, & Viduarum non mise-
rebitur: quia omnis Hypocrita est nequam, & vniuersum os
locutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor

14. *eius sed adhuc manus eius extenta.* Succensa est enim *quasi ignis*
impietas, Veprem, & Spinam vorabit; & succendetur in densi
.15. *tate saltus, & conuoluetur superbia fumi.* In *ira Domini exer*
.16. *cituum conturbata est terra, & erit Populus quasi esca ignis:* Vir
fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram, & esuriet,
& comedet ad sinistrā, & nō saturabitur, vnusquisq; carnem Bra
chij sui uorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manaßen, si-
mul ipsi contra Iudam. In omnibus his nō est auersus furor eius
sed adhuc manus eius extenta.

EXPLANATIO IN NONVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

PRIMO *tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim: Et nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem Galilea gentium &c.*



ISTVD capitulum quamuis vulgatissimum sit, quia singulo quoque anno in natalitijs Domini Nostri IesuChristi ad horas matutinas legi consueuit, difficillimum tamen est, & obscurissimum tum propter varias, nec parū diuersas interpretū traductiones, tum etiam pp uarias, & maximè inter se se dissidentes scriptorū expositiones. Veruntamen in scopo & primo authoris intento omnes ferè videntur conuenire. Quod scilicet hic de incarnatione filii Dei, de vocatione gentium, nec non de electione, & deputatione duodecim Apostolorum Propheta misticè, & figuratè loquatur. Postremo uerò prædicit perturbationem & desolationem regni Israel ob eius audaciam & incredulitatem, ut huius capitis initium sit fœlix, & faustum, altera uero pars sit tristis & gemebūda. Sūt ergo in his primis verbis, & in priori parte huius capituli quæ profectò difficillima est, & in qua per multos dies laboraui tres adminus expositiones à se inuicem maximè distantes, prçter eam, quæ est, sm̄ interpretationem 70. interpretum, de qua loquemur inferius. Quod autem attinet ad vulgatam editionem, una est expositio ipsorum Iudæorum adhuc cecutientium, & velamen etiamnum super oculos habentium, quòd Propheta in hoc loco describit duo tempora, & in quibus eorū regiones, & regna multas clades sunt
B perpessa & duas captiuitates obierunt quamuis una fuerit longè grauior altera. Et post hçc tertiam quandam obsidionem subindicat, à qua admirabili & præpotenti manu Dei, fuit vniuersa illa Regio liberata. Prima itaque fuit dum per Regē Assyriorū Teglat Phalasar duç tantum tribus, & pauci quidā fuerunt in captiuitatem ducti. Secunda persecutio fuit multo grauior, quando per Salmanasar Regem quoque As-
C syriorum omnes ferè tribus fuerunt ultra captiuitatem, multis affectç miseris, & calamitatibus, si tamen ulla præter captiuitatem atrocior pœna potest reperiri. Dicunt præterea fuisse vniuersam Iudçam in maximo discrimine sub Rege Ezechia constitutam, quando exercitus Senacherib decreuerat illam prorsus absorbere, & pessum

dare, qui tamen fuerunt ab illa obsidione liberati occisis una nocte centum octuaginta quinque millibus hominum, Sic itaque exponunt hunc textum. Primo tempore idest In prima obsidione alleuiatam fuisse Terram Zabulon, & terram Nephtalim, & uiam maris Trans Iordanem ab incolis, & habitatoribus vniuersę Regionis, cum multi fuerunt ducti in captiuitatem, & pauci admodum remanserint. Nouissimè autem, uel nouissimo tempore dicitur aggrauata fuisse illa Regio, quando in secunda expugnatione & debellatione omnes ferè defecerunt aut perempti gladio, aut fame necati, aut in captiuitatem ducti, & ad alia Regna transuecti. Cum demum exercitus Senacherib multus, & copiosus aduentarit, quo omnes pertimescebant, & expauescebant, quid facere, aut quò ire penitus ignorarent, velut hi, qui in tenebris uersabantur, & maximis erãt angustiis detenti dum illis, nihil tale cogitantibus, & summa trepidatione perculsis apparuit illis Angelus percutiens, & occidens tot millia virorum, tunc populus ille, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Sic itaque exponunt primam particulam huius capituli. Sed re vera talis expositio nullo pacto cohæret, quia si Terra Zabulon, & terra Nephtalim dicitur alleuiata, quoniam quidam ex habitatoribus fuerunt ducti in captiuitatem multo magis dicetur alleuiata, & non aggrauata, quando longè plures, & ferè omnes erant captiuati.

Si tamen velis hæc verba iuxta sensum allegoricum interpretari, dicemus cõformiter huic expositioni, quod Terra dicitur alleuiata, quando pauci quidam ex tot hominum millibus sunt conuersi ad Christum, & dicuntur alleuiati, quia sunt ab onere peccatorum liberati, dicetur autem Regio ipsa esse aggrauata quando scilicet inualuit manus Domini super ipsam, & non pauci sed multi, & quasi innumerabiles crediderunt in Christum, & Diabolus amisit suum regnum. Dicitur autem tunc Regio ipsa Zabulon, & Nephtalim aggrauata, quia post mortem Christi per predica-

A tionem Apostolorum, & per signa, & prodigia, quæ fiebant per manus illorum, omnes gentes ad Christum conuertebãtur iuxta illud Iohan. cum exaltatus fuero a Terra, omnia traham ad me ipsum. Dicitur quidem tunc illa Regio aggrauata quia manus Domini multum inualuit, & abundauit super illas extrahens de manu, & potestate Diaboli. Est alia expositio horũ verborum, quod scilicet primo tempore fuit *Ioan. 12.*
B alleuiata Terra Zabulon, & Terra Nephtalim, quia a multis erroribus, & superstitionibus vanisq; opinionibus fuit p Christũ liberata, cũ primũ cępit illis predicari, d. Pœnitentiã agite appropĩquauit enim regnum Dei, & eiusmodi terra siue regio fuit prima ad recipiendã fidẽ, & pleriq; ex ea prodiere Apostoli, & discipuli Christi: nouissimè vero, vel nouissimo tẽpore fuit aggrauata. i. deterior facta ut potè ad vomitũ reuer
C sa, & cõsequẽter iusto Dei iudicio maiori supplicio affecta. Huic expositioni nõ habeo qd obijciam, cũ sit D. Hier. Sed habet in se nõ nihil difficultatis ob ea, quę sequũtur, cu inquit propheta. *Populus, qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnã* Quæ uerba si referantur ad ea, quæ dicta sunt, quomodo populus ad uomitum reuersus vidit lucem magnam? Propterea alij dicunt, & longè secus exponunt, ut per terram alleuiatã
D intelligamus Terram vilem, & abiectam & per terram, & Regionẽ aggrauatam intelligamus Terram præclaram, nobilem, & illustrem, ac gloriosam, ita ut eadem Regio videlicet Zabulon, & Nephtalim, & vniuersa Regio Galileæ & totus ille tractus vsque ad Iordanem erat olim valdè vilis, & contemptabilis, nulla re pręclara insignitus, ut habemus apud Ioa. 7. Nõne tu galileus es? scrutare scripturas, & vide, quod à
E Galilea Propheta nõ surgit; & illud. á Nazaret potest aliquid boni esse? primo ergo tempore idest iam olim. Terra Zabulon, & Terra Nephtalim erat alleuiata, .i. uilis & abiecta nouissimè verò, *Ioan. 7.* idest post aliquod tempus. aggrauata est, idest illustris, & gloriosa effecta ob præsentiam, & cohabitationem, doctrinam, & prædicationem, & miracula

Christi Saluatoris Nostri, quæ ibi primum edidit, & propter discipulos eius quorum maxima pars inde prodiuit; Vbi vides, quod pleraq; regna, Ciuitates, & oppida decorantur, & illustrantur quia inde prodeunt, & oriuntur viri spectabiles, & maximarum virtutũ, aut quia ibi nutriuntur, et diuturnam habent consuetudinem, aut tandem, quia nõnullas actiones, & opera laude & admiratione digna ibidem operantur. Ob has rationes indubiè ciuitas nostra Perusina dici potest aggrauata quia legibus & armis est plurimum decorata, & multi insignes viri inde prodierunt, & prodeunt continuè. Ista expositio re uera est ualdè subtilis, et ingeniosa, et qui hæbraici sermonis sũt bene periti possunt illam verius commendare, et approbare: at nos, qui sequimur editionem vulgatam, & latinum sermonem amplectimur non possumus tuta conscientia illam approbare, aut reprobare. Constat enim hæc duo uerba alleuiare, & aggrauare numquam apud latinos sub illo significatu quo diximus posse assumi, et propterea ommittenda est ista expositio. Iuxta tex. 70. Interpretum non est ista difficultas quoniam sic habet illorum tex: Hoc primum bibe, fac velociter, sensus est. O Terra Zabulon, et Terra Nephtalim, cum iam audieris Christo nobis esse credendum, et ei soli confidendum, quippe qui sit futurus in eum credentibus in santificationem, & non in lapidem offensionis, et petram scandali. hoc primum bibe fac velociter, idest absque vlla temporis dilatione, et sine vlla mora, in primis, et ante omnia bibe, idest imbue te Christo Domino susci pe illũ, et quoad fieri potest, totũ absorbe, bibe inquã de petra, de petra hac spirituali, quæ est Christus, bibe illum, qui est fons vitæ, bibe illum, qui est flumen illud, cujus impetus lętificat Ciuitatem Dei. Bibite inquam omnes, et inebriamini carissimi. Sed dices. Nulla ẽ cõueniẽtia horũ verborũ cum hæbreo textu nec cũ editione vulgata, nec ꝑterea uidere ẽ quorsũ hęc verba dicãtur Dicẽdũ, ꝙ re uera nulla ẽ cõuenieñtia huius textus ad reliquos text⁹

A qui ꝑ manib⁹ habẽtur. Verumtñ nõ sũt extra propositũ. Nã cum antea Propheta monuisset suos vt Dominum exercituum sãctificarẽt in cordibus suis, et ei soli confidèrent; et aliquanto infra vt puta cap 55. moneat sitientes uenire ad aquas, 70. Interpretes spiritu sancto afflati, ex illis verbis hanc admonitionem susceperunt d. O Terra Zabulon, et Terra Nephtalim ne amplius immoreris. Hoc primum bibe, omnem aliã B curam post habeas, hoc tibi sit primũ, et præcipuum intentum, et negocium, Bibe de aquis fluẽtibus ex latere Xp̃i, suscipe eius doctrinã, arripias ꝑdicatiõnẽ Euãgelij, et hoc fac velociter i. cito ne veniat aliũ, et accipiãt coronã tuã: ꝑ hęc rursũ verba, hoc primũ bibe voluit spiritus sãctus ꝑ os hui⁹ Prophetę ĩdicare miraculũ factũ ĩ cana galileę d aqua ĩ uinũ cõuersa, ꝓpterea d. hoc primũ bibe .s. Deũ factũ hominẽ, et legẽ ĩ Euã. mu C tatã. Cũ uerũ subdit, fac velociter ĩnuit ac ꝑdicit q̃ cito, et alacriter Discipuli vocati à Dño relictis retib⁹ secuti sũt eũ. Matth. 4 Speciatĩ verò aduocat, et cõpellat has duas trib⁹ v3. Terrã Zabulõ et terrã Naphtalim, qa homines horũ locorũ fuerũt primi ad credẽdũ, et ex his prodierũt post Apostolos ꝑmulti. Vñ ps. 67. Prĩcipes Iuda duces eorũ Prĩcipes Zabulõ, et Prĩcipes Nephtalĩ, aut dicam⁹ uoluisse Prophetã ꝑ has duas tri D b⁹ intelligere cęteras, q̃ crediderũt in Xp̃m. Alij aliter exponũt hũc locũ et ferè oẽs redeũt ĩ vnũ Quòd autẽ ex ea regine prodierĩt aliquot Apostoli patet ex ca. 4. Matth. ubi habẽ quòd ãbulãs Iesus iuxta mare galileæ vidit duos fratres Simonẽ qui vocatᷣ Petr⁹, et Andreã fratrẽ eius, mittẽtes rete in mare. Et ꝓcedẽs inde vidit alios duos fratres Iacobũ Zebedei, et Iohãnẽ fratrẽ ei⁹ in naui cũ Zebedeo Patre eorũ, qui oẽs statim E relictis retib⁹, et naui, atq; ẽt patre secuti sũt eũ, quo adimpletũ est illud, ꝙ dictũ fuit à Proph. iuxta tex. 70. ĩterp. Hoc primũ bibe, et fac uelociter, uti mox annotauimus. Ommissa ad pñs lectione pariter, et expositione pñtis literæ 70. Interp. videamus, quæ reliquarum expositionum sit magis probabilis, et consona rei, de qua agitur.

Luca 2.

Credide-

Crediderim ego eam magis fore probabilem, qua asseritur Esaiam omnino præuidisse, & prænunciasse victoriam per Christum Dominum futuram contra Iudæos, Gentes, & hereticos, & aduersus quoscumq; qui persecuturi erāt Ecclesiam Christi, sed primum oportuit prædicere aduentum ipsius Domini per quem sumus liberati ab onere peccatorum, à iugo legis, & à potestate diaboli, & eius tyrannide. Sed quoniam hæc sunt archana, & secreta profundissima, & occultissima, quippe quæ non facile poterant hominibus persuaderi; qui carnales sunt, & terrenis voluptatibus addicti, idcirco sub typo, & figura rerum temporalium, quæ aliquando gesta facilè poterant cunctis innotescere, voluit Spiritus sanctus per Prophetam ea tegere, & modo quodam adumbrare. Hæc enim occultatio figurarū est vtilis de exercitium studiosorū & contra irrisiones infidelium. Tho. prima p. q. prima art. 9. Primo ergo tempore, idest in prima obsidione, & expugnatione populi Israelitici; Terra Zabulon, & Terra Nephtalim cum cæteris locis finitimis, & cohærentibus alleuiata est, idest modicā iacturam passa est, quandoquidem solum duę tribus cum dimidia in captiuitatem fuerunt adductæ per Teglat Phalasar Regem Assyriorum. Nouissime verò, hoc est, post aliam obsidionē, & expugnationem sub Rege Salmanasar eadem Terra Zabulon, & Terra Nephtalim aggrauata est, quia multo maiora damna, & incomoda quamprius sub eo Rege passa est, quandoquidem omnes penè tribus in captiuitatem abierunt. Hæc iuxtà historiam, & sensum literalem sint dicta. Quo verò ad intellectum spiritualem, & veriorem sententiam, dicemus, hæc omnia contigisse per Xpm & in Christo Primo quidem tempore, idest cū Christus filius Dei inclinauit Cœlos, & descendit & in hūc mundum terrestrem, & caducum aduenit, multos quidem ex Iudæis, & non nullos ex gentibus ad se pertraxit, & primum quidem, cum stella duce magos ad se adorandum perduxit, & præterea cum cepit prædicare, & miracula, ac signa multa facere, per multos vt diximus à peccatorum pondere ab Idolorum cultu, & à demonis seruitute liberos, & immunes reddidit, & in suam ipsius seruitutem, & captiuitatem redegit, & hac ratione Terra illa cum toto illo tractu vsq; ad Iordanem iure optimo alleuiata dici potest. Nouissimè verò, idest post mortem ipsius Christi, & per prædicationem Apostolorum, & per stupendissima, & admirabilissima eorum signa, & prodigia maximè est aggrauata præfata regio, & terra, quia multo plures, & ferè innumeri fuerunt in captiuitatem ducti, & serui effecti ipsius Dei, quando vno die quinq; millia, alio tria millia, & sic singulis quibusq; diebus conuersi sunt ad Christum, & in eius captiuitatem reducti, iuxtà illud Iohan. prius adductum. Cum exaltatus fuero a Terra omnia traham ad me ipsum, cum postea idem Christus Dominus ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem. Vide ergo quomodo primo tempore, idest in primo, Christi aduentu Terra Zabulon, & Terra Nephtalim fuit alleuiata, idest pauci ex ea respectiuè fuerunt ad fidem conuersi, & Sinagoga leue detrimentum est passa, tametsi, qui Christo adhęserunt fuerint alleuiati ab onere peccatorum &c. vt diximus. Nouissimè verò, idest postquam Christus per mortem suam vicit mundum, & prostrauit diabolum, & foras prorsus eiecit, aggrauata est Terra, idest infernus, & potestas demonis, & cultus Idolorum maximam profectò, & incredibilem iacturam passus esse dicitur, & mirumimodum aggrauatus; quamquam, qui ab eo cultu recesserunt, & Christi fidem apprehenderunt non aggrauati, sed supra modum alleuiati, & pugilliores facti esse perhibentur, et sic non inconuenit sub diuersis rationibus idem aggrauari, et alleuiari, namquè eiusmodi terra fuit aggrauata corporaliter loquendo, et secundum sensum, quia maxima pars Iudæorum fuit in captiuitatem ducta, et ipsa regio, cædibus, et rapinis, grauiter admodum vexata. Sed hæc interpretatio nulla ratione mihi pro-

probatur, quandoquidem non loquitur de ipsa Terra Zabulon &c. Secundum eandem rationem, & committitur fallacia æquiuocationis, seu accidentis, vt videlicet esse alleuiatum, & aggrauatum conueniat vni, & eidem nomini secundum alios modos plurimum inter se dissidentes. Alij dicunt terram Zabulon, & terram Nephtalim penes eundem modum consideratas, hoc est secundum sensum spiritualem, sed diuersimode susceptum dici aggrauatas, B & alleuiatas v. g. Terra Zabulon, & terra Nephtalim, hoc est homines illarum Tribuum, seù Regionum, fuisse alleuiatos primo tempore, vtputa subleuatos ab onere peccatorum, & a seruitute legis. Nouissimo verò tempore Sinagogam Sathanæ aggrauatam quia dempta est illi potestas, & vigor, quo præualebat in hominum mẽtes, & corda, seducens ea, & auertens à Deo. Sed neque hæc opinio mihi placet, quia esse alleuiatum, & esse aggrauatum non tribuuntur vni, & eidem rei eodem modo & secundum eandem rationem specificam consideratæ, licet ambo capiantur secundum Spiritum, & non secundum sensum. Propterea mihi videtur esse dicendum, vt de eadem re, & eodem modo considerata, at non respectu eiusdem temporis Prophæta sit locutus v. g Primo tempore, idest, Cũ primum Christus filius Dei venit in mundum terra Zabulon, & terra Neptalim fuit alleuiata, idest ab onere peccatorum, & á iugo legis erepta, & subleuata, ob eas rationes quas paulo supra adduximus, nouissimo verò tempore, eadem terra Zabulon, et terra Nephtalim, idest, homines illarum Regionum fuere aggrauati, sub pondere inquam peccatorum constituti, quando scilicet viderunt Christum multas cõtumelias pati à Principibus Sacerdotum derideri, ab omnibus blasphemari, & denique in Crucem agi, tunc enim qui prius crediderunt, retrorsum abierunt, et in sua perfidia perstiterunt, tunc profectò terra illa fuit aggrauata quia nouissimus error fuit peior priore. Nec mirum quod Saluator cum vidisset multos discipulorum eius abijsse

A retrò, & iam non amplius cum illo ambulare, dixit ad duodecim Nunquid et vos vultis abire? Sed dices qui fieri *Ioan. 6.* potest vt eiusmodi terra Zabulon et c. fuerit eo tempore aggrauata, cum statim habeatur in textu quòd populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam? Respondeo eiusmodi verba, & totum id quod sequitur esse connectendum, et coniungendum cum prioribus dictis videlicet terra Zabulon, et terra Nephtalim, et uia maris trans Iordanem et c. fuit alleuiata.

Illa verò particula nouissimo aggrauata est, posita est velut parenthesis, sic ergo nullum est inconueniens, aut incompactum. Eadem enim terra secundum spiritum quæ primo tempore dicitur alleuiata, eadem secundum spiritum nouissimo tempore dicitur aggrauata. Porrò quod attinet ad descriptionem istarum rogionum seù terra- C rum (quod idem est) consule eos qui terras illas peragrarunt, aut cosmographiæ, vel geographiæ sedulò operam dederunt. Scio equidem Plinium lib. 5. cap. 14. et sequentibus meminisse huiusmodi locorum, et quantum satis fore cognouit de illis fuisse locutum. Si verò spiritualem sensum auspicemur, (vt par est) Diuus Hieronymus hoc in loco, et alibi pariter et Diuus Augustinus super psalmum 67. Satis D accuratè sunt locuti vt fusius infra dicemus. Cum autem subdit Esaias in textu. Via maris trans Iordanem, intelligit viam qua itur ad mare, quod non propriè dicitur mare, cum fuerit quoddam stagnum, sed appellatur mare secundum vsum scripturæ, quo congregationes aquarum solent appellari maria. Postea subdit, Galileæ gentium; qua loquendi forma nonnulli existimarunt duplicem fore Galileam, unam cu- E ius pars excurrit in meridiem, et dicta est inferior, reliqua verò quæ vergit ad septentrionem propinqua Tyro, et Sydoni, et dicta est Galilea superior. Io- *Ioseph. de* seph. libro tertio de bello Iudaico cap. *bel. Iud.* 2. duas vult omnino esse Galileas, vocatur autem Galilea gentium, quoniã (vt inquit etiam Diuus Ambrosius) *Amb s. ps.* Super psalmum 43: multæ nationes *43.*

gentium

gentium erant permixtæ in illis regionibus, tribubus Iudæorum, vt per has tribus ad exteras nationes aliqua lux & cognitio veri Dei dimanaret: potest etiam dici fuisse appellatam Galileam gentium, qa erat satis propinqua locis in quibus morabantur gentes Idololatræ; quin etiam legitur Salomonem nonullas illius regionis Vrbes, & oppida dono dedisse Hyram Regi ob accepti beneficij gratitudinem. Non desunt tamen ex probatis auctoribus, qui non duas sed vnam tantum esse Galileam affirmarũt, dicta aũt est Galilea gentiũ ob cãs quas adduximus. Sequitur tex.

Tex. 2. *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in Regione vmbra mortis lux orta est eis.* Hoc loco prius videndum est de quo populo loquitur Esaias; deinde quæ sunt illę tenebræ in quibus populus ille ambulabat, & postremo quæ sit illa umbra mortis, & reliqua quæ hic apponuntur. Diuus Hieronymus vult Prophetam hic loqui de populo Israel, hoc est, de populo illo qui incolebat, & morabatur in terra Zabulon, & in terra Nephtalim, & tandem in toto illo tractu quo itur ad mare trans Iordanem, quandoquidem de huiusmodi populis fuit locutus à principio, nec vlli dubium populum illum ambulasse in tenebris, quoniam in superficie literę suæ ipsorum vitæ cursum peragebant, nec satagebant eleuare mentem ad veram scripturarum intelligentiam. Nec mirum eiusmodi populos ambulasse in tenebris quia gentes maritimæ pluribus, & grauioribus quàm Mediterraneæ dicuntur uitijs esse obnoxię. Propterea præcipit Plato vt refert Eus. lib. 12. de præparatione Euan. cap. 27. Ne quisquam deberet condere Vrbem pręsertim primariam, propè mare, ne incolæ alienis moribus, ac vitijs ob frequentem consuetudinem corrumpantur, atqui multum referret per decem millia passum ad minus propinquam habere quò vtilitate, iucunditateq; maris aliquando homines fruerẽtur, sicq; non tam facilè alienis moribus corrumperentur. His ergo, in tenebris ambulantibus, apparuit lux magna, quando

Eus. lib. 12. de prap. Euang. ca 27

A Christus filius Dei qui est vera lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & qui verè est lux mundi apparuit in terris. Nec immagineris (vt dicunt plerique Iudæorum) hanc lucis apparitionem de tempore illo intelligi, quo populus Hæbreorum erat obsessus à Rege Senacherib, cui velut in tenebris, ac maximis difficultatibus, & augustijs constituto, apparuit lux magna, dum Angelus ea nocte

B occidens tot millia hominum subleuauit, & erexit animos illorum populorũ. Proinde cæteri volunt hic haberi sermonem de cunctis populis tàm Israelitis, quàm Gentibus, cum terram Nephtalim, & terram Zabulon nominet, deinde Galileam gentium, quandoquidem omnes indistinctim ambulabant in tenebris, nec sciebant quo irent, nequè quò suos gressus dirigerent: verũ non eo inficias, quin prius de populo

C Israelitico mox prædicta intelligantur, cum veritas diuina prius illi populo, deinde reliquis nationibus illuxerit, in tenebris quidem versabantur ignorantiæ, & multorum quibus impliciti, & obuoluti tenebantur errorum, nec mirum quia veram lucem non modo ignorabant, sed quandoquè agnitã detestabantur: tandem clementissimus Deus nostram sortem miseratus, visitauit nos oriens ex alto, illuminare his

D qui in tenebris, et vmbra mortis sedẽt, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Manifestum est ergo quales fuerint tenebræ in quibus populus ille ambulabat, quiquè fuerit ille populus, & quæ fuerit ea lux magna quam viderũt: fuit nempè (vt sæpe dictum est) Christus dominus, Dei filius, qui de se ipso dixit. Ego sum lux mundi, & quandiù sum in mundo, sum lux mundi. Iob. 9. Sed quam ob rem vocatur lux magna?

E nulli dubium vocari lucem magnam collatam ad alios qui nuncupãtur lux, sed non ita magna quemadmodum ea de qua sumus locuti. Moises enim Aaron, Iosue, & reliqui Prophætæ pariter & apostoli, et quicunque Spiritu sancto edocti, et illuminati alios docent, & uiam salutis alijs demonstrant lucis nominationem sortiuntur. iuxtà illud

lud

Eccl. 24. llud Eccles. 24. Qui me elucidant vitā æternam habebunt, & Apostolis dictū fuit à, Christo domino, & præceptore
Math. 5. nostro. Vos estis lux mundi Math. 5. Dicitur etiam Christus lux magna, quia non solum mentes nostras illuminat, verum quia fortius, & intensius illuminare dicitur, quia solus ipsæ illabitur mentibus nostris, & eis quodammodo imprimit bonos cogitatus, vt psal. 118. Declaratio Sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, & me lius Propheta declarans hoc beneficiū, generi humano collatum subdit. d.

Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Nec te perturbet, quòd. D.
Mat. cap. 4. Matth. cap. 4. habeat hæc verba, non nihil in speciem diuersa videlicet, & sedentibus in regione, & vmbra mortis, lux orta est eis, quoniam omnia idem significant, nam tā qui habitant, quam qui sedent, vtrique videntur alicubi suum coustituisse domicilium, adeò quòd tam habitantes, quam sedentes in tenebris, iàm se ibi collocatos, & stabilitos fore censentur. Et his habitantibus, aut sedentibus in regione vmbrę mortis, tamquam proprio domicilio lux orta esse prædicatur, Vide
Mors. quòd non est idem mors, vmbra mortis, regio mortis, & tenebra, quoniam mors de morte spirituali loquendo, quę sola fit per peccatum mortale, est separatio animæ à Deo, vmbra mortis est dispositio quedam, & præparatio ad eam mortem, idest ad separationem, qua anima separatur; & seiungitur à Deo, peccata namq; sunt, quæ diuidunt inter nos, & Deum, & in vmbra mortis sedere dicuntur; & hi qui in maximis vitæ periculis versantur, de quorum vita solent vehementer homines dubitare, sic nonnulli homines eruditi vm-
Hieronym. bram mortis fore existimant. Regio vero vmbræ mortis est status in quo peccatores velut oscitantes, & nihil aliud, quam suas cupiditates explere cogitantes persistere videntur: D. verò Hieronymus hoc ponit discrimen inter vmbram mortis, & huius vmbræ regionē, quoniam in vmbra mortis dicuntur esse, qui in peccatis adhuc viuunt, in regione vmbræ mortis ij existere, & per-

A manere dicuntur, qui obruti peccatis ad inferos demerguntur: verum hæc declaratio patitur calumniam, quia qui cum malis operibus, & prauis actionibus ad inferna descendunt, his nulla potest lux apparere, nisi fortè intelligas de Sanctis Patribus qui antequam Christus resurgeret, detinebantur in limbo. At illi non eò descenderunt cum malis operibus, sed potiùs onusti, & muniti Sanctis actionibus.
B Tex. autem habet, quod habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis, Non ergo per regionem vmbrę mortis intelligendus est status eorum qui cum peccatis ad inferos descendūt. Propterea ego dicerem illos esse in regione vmbræ mortis, qui differunt vsq; infinem, & ad extremam horam à peccatis resilire. Tenebra verò est priuatio lucis, & iuxtà propositum sermonem, qui sunt destituti ve-
C ra notitia Dei, aut priuatiuè, aut negatiuè, dicuntur ambulare vel habitare, seù mauis sedere in tenebris ... Quidā auctor in nominatus inter opera Chrysostomi ponit differentiam penès hoc inter gentes, & Iudæos quod hi in tenebris, illę verò in regione, & vmbra mortis sedent, quia non agnoscebant verū Deum, omnes tamen quàmdiu sunt in hoc seculo sunt in regione mortis & non in vera uita: sed in umbra vi-
D tæ. Prætereo alios significatus quibus hoc nomen tenebra accipitur, & diligenter aduertas, quòd lux ista ingens, & magna non illuxit solum, & apparuit ijs qui in tenebris & in umbra mortis sedent, verum etiam super Apostolos, & quoscunq; alios homines, quibus datum est nosse misteria Regni Dei, & quàmuis Esaias loquatur de istius lucis ortu secundum tempus præteritum, ne confundaris, quia
E more prophetarum quo demōstret certitudinem rei, accipit præteritum pro futuro, quemadmodum dicit Terrentius, dictum puta, sic etiam de re omnino futura dicere solemus, factum puta, & accipe rem quam promitto pro re iam facta, & Augustinus exponens illud Ioannis cap. 15. quæcunq; audiui Aug. 7. Io.
à Patre meo nota feci vobis, exponit,

feci,

Augu. sup. ps. 107.

feci, idest faciam; Vide etiam Augustinum super psal. 107. Tex. 70. interpretum est liber ab hac difficultate, quia sic ipsi legunt. Lux orietur super uos, tamquam Propheta vtatur apostrophè ad omnes mortales de quibus antea Prophetam locutum esse dicebamus iuxtà sententiam Origines, & Ambrosij:

Sed cur voluit Deus prius inuisere has duas regiones videlicet Terram Zabulon; & terram Nepthalim quàm alias aliarũ tribuũ, & suis prædicationibus ac miraculis collustrare? D. Hieronymus super Matth. dicit hoc factum quoniam satis congruum, & rationi cõsonum videbatur, vt quę prior fuerat ab Assyrijs in captiuitatem ducta Christi præconio, & præsentia, prima omniũ frueretur. Insuper cum præfatæ regiones propter oportunitatem maris, & rerum omnium opulentiam, per multis, & grauissimis vitijs forẽt obnoxiæ, opotuit, seu decuit, priusquam alijs non eo morbo laborantibus remedium adhibere. Præterea cum Christus dominus Dei filius homo factus in ea regione seù regionibus nutriri, & educari voluisset, prius alleuiari, & à peccatorum sordibus quàm quamcunq; aliam, eas expurgari operepręcium erat. Postremo id factum opinor, vt quod prædixit Iacob, cum benedixit filijs suis, vt habetur Gen: cap: 49. adimpleretur; nam dum prædiceret quæ cuiq; eorum loca obtingerent in terra Chananeorũ; De Zabulon qui fuit ordine generationis filiorum Iacob decimus, & sextus, eorum quos ex Lia habuit, inquit. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsq; ad Sidonem. quę verba cum D. Ambrosius in libro de benedictionibus Patriarcharum cap. 5. fuerit interpretatus, dixit per Zabulon designari Ecclesiam Sanctam orthodoxam, quæ tamquam portus, aut littus, firma in fide, & immunis à naufragio, quamuis non omnino ab aquarũ fluctibus semota, in sinũ suũ recipit in hoc mundo tanquam mari magno fluctuantes, qui ad eam tamquã ad tutissimum portum confugiunt: Hi sunt, qui in tenebris, idest in magnis erroribus, & periculis sempiternæ damnationis existentes, cuiusmodi sunt omnes infideles, Iudæi, & Hæretici, & quicumq; ex Christianis in malitia, & nequitia fuere pertinaces, vident lucem magnam, dum ex illis erroribus, & prauis, ac peruersis opinionibus Dei gratia præuenti in rectam fidei, & veritatis cognitionem exurgunt. Zabulon ergo, idest Ecclesia dicitur alleuiata, dum tot hęresibus profligatis, & vanis gentium opinionibus prorsus euulsis, vnam, veram, & solidam veritatem apprehendit, & sustinuit, & hæc est illa habitatio quam Christus Saluator elegit in habitationem sibi, de qua Psal. Hæc requies mea in sęculum sęculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Ps. 131.
Nepthalim quoq; vt habes eodem loco, filius fuit Iacob Patriarchæ, filius inquam sextus ex Bala ancilla Rachelis prognatus, qui describitur, & appellatͣ Ceruus emissus dãs eloquia pulchritudinis. i. eloquia pulchra, grata, speciosa, & valdè Saluberrima, eloquia casta, dulciora super mel, & fauum: quæ verba dubio procul conueniunt & per optimè quadrant in Christo Iesu Domino nostro, qui velut Ceruus emissus, à summo cœlo egressus, velociter cucurrit viam dñicæ incarnationis, Euãgelicæ prædicationis passionis, & mortis, qui vere dedit eloquia pulchra, quandoquidem nũquam loquutus est homo sicut iste, & dum foret circumseptus à ministris & militibus scribarum, & pharisęorum timens ne apprehenderent quemquam ex discipulis dixit. Si me quæritis sinite eos abire, & paulò ante similia verba pulchra, fidei, & charitatis plena patrem alloquutus dixit, quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam, & pendens in cruce, non minora, nec pauciora verba protulit suauitatis, & pulchritudinis, & incomparabilis sapientiæ, & bonitatis plena, vt verè admodum Spiritus sanctus per os Dauid fuerit ei prolocutus dicens. ps. 44 diffusa est gratia in labijs tuis Si ergo terra Zabulon, & Nephtalim fuerunt præ ceteris regionibus peculiariter Christi præsentia insignitæ, & collustratæ, non debet esse alicui mirum nec præter iustitia

stitiam, & æquitatem. D. etiam Augustinus super psal. 67. horum duorum nominum misticam significationem adducit, ostendens per Zabulon quod Hebraicæ dicitur habitaculum fortitudinis, & per Nephtalim quod Hæbraicè dicitur dilatatio mea, adiuncto significatu huius nominis Iuda, quod hebraicè dicitur confessio, vult inquam innuere gloriosos Martires in confessione vere fidei cęteris Dei famulis anteferendos; quandoquidem in martirio hæc tria requiruntur, primum fortitudo, quæ designatur per Zabulon, deinde finitis angustijs, sequitur latitudo præmij præfigurata per Nephtalim; aut per Zabulon possumus intelligere donum spei, quæ maximè est necessaria in tollerando martyrio, per Nephtalim debemus intelligere charitatem, designatam per latitudinem, quandoquidem charitas secundũ se lata est, & facilè diffundit erga Deũ, & proximum. Deest primum quod est fides quæ per nomen Iuda significatur, & hoc est quod dicit Propheta ĩ eo psalmo, principes Iuda duces eorum principes Zabulon, & principes Nephtalim, vbi etiam subdit Augustinus per hæc tria nomina personarum seũ principum intelligere possumus hos fore principes fidei, spei, & charitatis: Quibus autem insunt hę virtutes videlicet fides, spes, & charitas sunt primitus à Deo uisitati, in eius signum recepti, & deniq; summis præmijs ab eo cohonestati; sed vt redeamus ad nos ipsos, & expendamus ac perscrutemur, si quid aliud per Zabulon, & Nephtalim misticè nobis intelligendum proponatur cum prędsertim subdatur in textu, quòd populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam; & verè quidem si per Zabulon possunt figuratè intelligi quicunque huius mundi commoditatibus ac diuitijs, quales erant Zabulonitę qui negotiationibus, & mercemonijs vehementer intendebant fuerint referti, vt nihil propemodũ ad hanc vitam splendide, & plausibiliter ducendam illis deesse videatur, hi profectò ambulant in tenebris & quandiù huiusmodi rebus oblectantur, & cõquiescũt,

A in graui admodum periculo sunt constituti. Eadem ratione, qui habent eloquia pulchritudinis, qualis sunt Nephtalitę quippe qui sciunt rectè loqui, & suas res ac negocia diligenter explicare, & suadere, quo facile mentes hominum capiant ac dementent vt ad suas cupiditates, & desideria trahant, hi nimirum ambulant in tenebris, & in umbra mortis sedent, nisi ex alto oriatur lux diuina super eos: tandem quoscun-
B que inanis tumor, aut superbia, vel tenax cupiditas, & auaritia possederit vel oppleuerit, per Zabulon, & per Nephtalim facilè designari, & præfigurari credimus, & sustinemus. propterea huiusmodi regiones, & terras, et viam maris trans Iordanem, vbi viget galilea gentium procul euitemus. & aliã terram vbi videre licebit bona domini adire, & possidere aliquãdò studeamus.

Post hæc sequitur in textu. *Multipli-*
C *casti gentem, & non magnificasti laetitiam laetabuntur coram te sicut qui laetantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, quando diuidunt spolia &c.* Tex. 3.

Dubium est quorsum hæc verba dirigantur, & quonam pacto debeant intelligi: Latet enim in his non parum scrupuli. Dicunt enim quidam hoc loco Prophetam spiritu edoctum dirigere verba ad Regẽ Senacherib qui magno cum exercitu venit expugnaturus Hie-
D rusalem, qui tamen victus, et confractus indè confusus abijt, et ita verè possunt ĩ eum hęc verba iactari videlicet, multiplicasti gentem, et non magnificasti laetitiam, quorum sententia non potest facil refellie, sed melius hæc verba possunt intelligi si iuxtà sensum allegoricum capiantur, sed persistentes adhuc in sensu literali, possumus quorundam sententiam admittere, qui dicunt Esaiam allocutum Deum quem
E ait multiplicasse gentem, videlicet Iudæorum: hæc enim gens secundum generationem carnis fuit multa, et satis numerosa, at valdè pauca, et exigua quo ad participationem gratiæ, et gloriæ, quia vt ait Apostolus, in pluribus eorum non est beneplacitum Deo. Alij magis ad allegoriam sic exponunt par- 1. Cor. 10.
ticulam istam. Quamuis multi fuerint

ex

ex Iudęis, et gentibus conuersi ad Chri
stum, et eius gratiam perceperint non
tamen in ea persisterunt, et ideò multi-
plicata fuit gens, non autem magnifica
ta est lętitia, quia non persiterunt, sed
gaudium de conuersione illorum cito
recessit. Non displicet illorum senten
tia qui dicunt, multiplicatam fore gen-
tem, eam scilicet, quæ sponte hylari-
ter, ac toto corde Christo nomen dede-
runt, cuius rei causa gaudium est corā
Angelis Dei, quia tamen, qui credide-
runt, et in confessione verę fidei fortes
persisterunt, multis fuere cruciatibus
obnoxij, idcirco non multa fuit lętitia
quamuis ipsi plurimum gauderet, quia
digni fuere pro Christo mortem, et con
tumeliam pati. Præter hęc omnia, ego
sic opinor, hanc partem fore intelligen-
dam, quod scilicet multę nationes
non solum Iudæi, uerū etiam ex gen-
tibus vt Persę, Medi, Germani, Galli,
et nouissimè Angli, et plereq; alię na-
tiones acceperunt fidem, et postea re-
trorsum abierunt; D. Hieronymus exi
stimat multos ex gentibus ad Christum
conuersos, sed quoniam plurimi Iu-
dęorum in sua incredulitate perman-
serunt, ideò tristati sunt Apostoli, et
hoc est quod dicebat Apostolus ad Ro-
Rom. 9. man: 9. tristitia mihi magna est, et con-
tinuus dolor cordi meo, optabam enim
ego ipse Anathema esse à Christo pro
fratribus meis qui sunt cognati mei se
cundum carnem, tristabatur, inquam,
gentes ad fidem conuerti, Iudęos au-
tem qui erant cognati sui, secundum
carnem, et quorum tot immunitates,
et preuilegia gratis extiterunt in ipsa in
credulitate permanere. textus 70. in-
terp. est longè diuersus ab hac nostra le
ctione; Sic enim habet, multiplicasti
gentem, et magnificasti lætitiam.
Quidam alij sic legunt. Plurimam
partem populi deduxisti ei in lætitia.
Priorem textum sic exponunt videli-
cet, Multiplicasti gentem, tu Pater om
nipotens ei scilicet Christo, hoc est mul
titudinem credentium, & magnifica-
sti lętitiam, quia multitudinis creden-
tium erat anima vna, & cor vnum in
Deo ex qua vnione, et animorum con
formitate magna profectò resultat lę

A titia, iuxta illud psal. quàm bonum,
& quàm iocundum habitare fratres in
vnum. Alij verba sic exponunt. Tu Pa
ter plurimam partem populum dedu-
xisti ei scilicet Filio in lętitia, iuxta il-
lud quod dicebant Pharisei apud Ioan.
Ecce mundus totus post eum abijt: Et Ioan. 12.
quod Pater adducat credentes ad filiū,
patet Ioan. 11. Nemo venit ad me nisi
pater meus traxerit eum, Et filius quo- Ioan. 11.
què adducit multos ad Patrem, quan- Ioa. cap. 6.
B do ipse dicit, nemo venit ad Patrem nisi
per me. Quibus verbis designatur fru-
ctus, & efficacia prædicationis futuræ
per Apostolos, et veros ac fideles diui-
ni verbi ministros, & notanter ait plu-
rimam gentem adduxisti ei, non om-
nem, quia non omnes obediunt Euan-
gelio. At qui adducti fuerunt, & qui
adduxerunt repleti fuerunt gaudio, si-
cut qui lętantur in messe, quando col-
ligunt fructus sementis; de qua messe
C loquebatur Christus ad Apostolos d. Ioan. 4.
Leuate oculos, & videte regiones quia
iam albæ sunt ad messem vt gaudio, &
lętitia hoc videntes replerentur, et si-
cut exultant victores capta præda, qđ
quidem absq; vlla probatione manife-
stum est, ipsi quidem Apostoli, conul-
ctores mundi et secularis sapientiæ
diuiserunt vniuersi orbis regiones in-
ter se, & cuncti abierunt, fidem, ac do-
ctrinam Saluatoris nostri prædicatum,
D qua prædicatione, et victoria Verbi
Dei omnes hi triumphi, & trofea pro-
dierunt quæ Propheta Christum Domi
num alloquens his paucis verbis com-
plectitur dum inquit.

Iugum enim oneris eius & virgam hu-
meri eius & sceptrum exactoris eius supera Tex. 4.
sti sicut in die Madian.

Huic versiculo tres expositiones opti
mè aptari posse non dubito. Primo. n.
arbitror Prophetam hic alloqui, & con
E laudare Dominum Deum, quod sua vir
tute, & potentia liberauerit populū suū
ab oneribus, et duris, grauissimisq; ex
actionibus, quibus vexabatur ab Assi-
rijs; Verum eiusmodi liberatio Typus
erat, et figura liberationis futuræ per
Christum à seruitute legis, et à po te-
state diaboli, et tandem existimo hanc
victoriam fore Typum, et figuram vi-

ctoriæ,

ctoriæ per Christum futuræ aduersus Iudæos, gentiles, et Hæreticos, et aduersus omnes, qui sunt inimici Crucis Christi, et ponit tria grauamina siue modos, quibus miseri homines opprimuntur, videlicet Iugum oneris, virgam humeri, tertio sceptrum exactoris, quibus nempe modis solent tiranni grauare, et opprimere subditos suos. Solent.n eos onerare præceptis et varijs legibus, et edictis, affligere pœnis: et spoliare bonis, propterea dicit Superasti, vel abstulisti Iugum oneris, hoc est tot leges, ac statuta, quibus homines premuntur, et uinciuntur. Iugum enim solet imponi ceruicibus et collo iumentorum, vt magis premantur, et in officio contineantur. Virga humeri dicitur esse baculus, quo vel ipsi Principes alios castigant, aut aliquid indicando, vel iudicando præcipiunt, et dicitur virga humeri, vel quia humero innititur dum manibus gestatẽ, vel quia super populos qui per humeros designantur, deferri et exerceri solet, populi nanque velut humeri, regni pondera sustinere coguntur. Sceptrum exactoris dicitur quod pro Imperio, et potestate designatur. Solent enim Principes deferre sceptrum ad demonstrandam potentiam, et auctoritatem, quàm Iure, vel iniuria exercent in subditos, quorum bona diripiunt et vsurpant, cũ per vim et metum populis dominãtur. Spiritualiter et allegoricè hæc interpretando, verè dici potest, quod Dominus noster Iugum oneris hoc est obligationẽ Mosaicæ legis substulit cuius onus eiusmodi erat, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus: Virgam quoq; super humeros nostros impositam hoc est varia pœnarum genera, quibus aberrantes in lege premebamur de medio tulit, ac deleuit affigens ea Cruci; Sic etiam sceptrum exactoris, hoc est potestatem demonis, quam in nos legis aliquando transgressores, seuus Tirannus exercebat confregit, et proiecit in ignem; et hæc omnia ea facilitate deuicit, ac superauit, sicut in die Madian, hoc est, quemadmodum Gedeon cum paucis admodum militibus vicit copiosum exercitum ipsorum madianitarum: sic Christus uicit mũdum, et diabolum sola prædicatione, et miraculis suorum Apostolorum, qui erant uiri imbelles, indocti, ignobiles, ac pro maiori parte uiles et abiecti, nec ab re victoria Christi comparatur huic Gedeonis victoriæ, cum tamẽ multas alias Dei populus singulari Dei præsidio obtinuisset, quoniam sicut Gedeon hæbraica lingua dicitur euulsor, ita Christus vere potest dici euulsor, quia euulsit, & extirpauit ac deleuit idola gẽtium, sinagogas Iudæorum, & omnẽ Sathanæ versutiam, & potestatem abegit. Præterea Gedeon magnam partem suorum sociorum ex Terra Zabulon & terra Nephtalim, & alijs locis finitimis selegit, sic & Christus Dominus inde suos Apostolos accepit. Et quẽadmodum ille tercẽtum tantum numero milites secum duxit, ita Christus per Crucem, quæ significatur ea litera, quæ apud Græcos .T. denotat hunc numerum suos credentes ad se pertraxit. Et quemadmodum ille gessit bellum contra Madianitas homines contentiosos, & litium cupidissimos, ita Dominus noster contra huiusmodi rebelles, & audaces vim suam exercuit. Et sicut ille in lagenis fictilibus cum faculis accensis ibidem inclusis, & confractis in fugam vertit, & conduxit exercitũ Madianitarum sic, & Christus per passiones Martyrum, & per prædicationẽ Euangelij fregit exercitum, et fugauit hostium suorum visibilium & inuisibilium. Et quemadmodum Madianitæ mutuis se contriuere, & consumpsere vulneribus, sic Iudæi magis seditionibus, et intestinis odijs periere, quam Romanorum armis, quemadmodum Ioseph lib. de bello Iudaico, & alij scriptores affirmant. Non ergo immeritò, Sanctissimus hic Propheta cõparat victoriam Christi contra legem, peccatum, infernum, ac demonem victoriæ Gedeonis contra Madianitas. Sequitur Textus.

Marginal notes (left): 2. Ind. 7. & 8.

Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Tex. 5.

Hæc particula est quidem satis obscura, nec facilè apparet, cui possit

aptari.

aptari. Reddit enim causam dictorũ, sed quorum? variæ sunt expositiones; sed ego bifariam ex dictis posse deduci existimo. Primo quia dictum est, quod Christus superauit iugum oneris, & virgam humeri, & sceptrum exactoris, sicut in die Madian. Hoc est, sine armis, & absq; strepitu bellorum, quem admodum contigit ipsi Gedeoni, contra Madianitas; hoc ideo factum est, quia omnis violenta prædatio cum tumultu, idest cum dissidijs, & contentionibus animorum; & vestimentum, hoc est, facultates, quæ maximè sunt necessariæ ad hominis vitam tuendam, & conseruandam, mixtæ sanguine; idest per vim, & metum arreptę erũt in combustionem; idest facilè consumentur, velut ea, quæ in ignem proijciuntur, & cibus ignis; idest pabulum Inferni, ad eos, qui eas arripuerint; & propterea non vi, aut strepitu armorum conquirendi sunt hostes, aut attrahendi, sed rationibus & blandis sermonibus obtinendi, quia paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, qui non solum amator est pacis, sed princeps, & auctor, & pater futuri sęculi, in quo qdẽ sęculo, alius planè erit modus, & rõ uitæ, quàm fuerit in hunc vsq; diem. Noluit ergo Deus obtinere contra hostes, tũ visibiles tum inuisibiles metu bellorum, sed sicut Gedeon absq; àrmis, quia oĩs violenta p̄datio cum tumultu. Alio modo potest hæc particula cum præcedentibus connecti sed longè diuerso. Nam cum dixisset Propheta Deum ipsum allocutus, tu superasti iugum oneris, & virgam humeri, sicut in die Madian, posset quis dicere, non opportebat in superandis hostibus & debellandis tirannis vllas vires adhibere, & cum illis bellum committere, cum solo nutu voluntatis tuæ potuisses illos opprimere. Respondet hic Propheta Dei partes suscipiens, quòd oportuit in manu potenti, & brachio excelso illos deprimere, quia omnis violenta prædatio fit cum tumultu, & fieri non potest absquè eo. Oportuit, inquam fortem cum forti congredi, & vi ipsum subigere, & sub pedibus detinere, & conculcare, & spolia eius diripere, quare, cum Christus Iesus ad nos venerit, ut onerosum legis, & peccati iugum quo nimis durè premebamur, amoueret, & sceptrum ac potentiam, quam Sathan in nos miserabiliter exercebat deijceret, non poterãt hæc omnia absquè tumultu, & commotione fieri potestatum huius mundi, vt rei euentus comprobauit, & vestimentum mixtum sanguine; idest corpora humana, quæ sunt animarum indumenta, si fuerint admixta sanguine, hoc est si fuerint fœdata peccatis (peccata namquè sub nomine sanguinum capiuntur iuxtà illud psal. libera me de sanguinibus) Erunt in combustionem, & cibus ignis, quibus nimirum ignis inferni nutrietur, & succrescet, & perpetuò manebit. Huius autem ratio est, quia paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, q. d. alia vitæ ratio nobis est ineunda, alia erit forma viuendi, non quidem amplius sub demonis tyrannide, & sub dura, ac dira seruitute legis, & peccati, sed sub libertate spiritus & vitæ. Inter has duas expositiones hoc interest, quòd prior in his verbis nullum admittit bellum; reliqua vero sic. Deindè iuxtà priorem expositionem, tota illa oratio est vna sola propositio copulatiua: secundum aliam duæ sunt propositiones, seorsum acceptę. Eiusmodi autem verba, iuxtà allegoricum sensum ad Christi Domini passionem relata, hunc in modum exponuntur. Primum quidem innuitur quomodo in ipsa Christi passione milites iniecerunt manus in Iesum, & quemadmodum eum violenter apprehenderunt, & cum tumultu & clamore, magnisquè vocibus duxerunt ad Pilatum dicentes. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Ioan. 18. & sic tandem eodem furore, ac rabie in crucem egerunt; & sic verum est quod in ea pass ione fuit violenta prædatio, & cum tumultu. Deindè videre est; & meminisse, quomodo post eius crucem, & passionem diuiserunt vestimenta sua & super ea miserunt sortem. Quarè non ab re hoc in loco fit etiam mentio de vestimento mixto sanguine, quale fuit ve-

Victoria Gedeonis cõtra Madianitas

Omnis violenta prada sto cum tumultu.

Psal. 50.

Vestimentũ mixtum sanguine quomodo.

Io. 18.

14. *eius sed adhuc manus eius extenta.* Succensa *est enim quasi ignis*
impietas, Veprem, & Spinam vorabit; & succendetur in densi
.15. *tate saltus, & conuoluetur superbia fumi.* In *ira Domini exer*
.16. *cituum conturbata est terra, & erit Populus quasi esca ignis:* Vir
fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram, & esuriet,
& comedet ad sinistrã, & nõ saturabitur, vnusquisq; carnem Bra
chij sui uorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, si-
mul ipsi contra Iudam. In omnibus his nõ est auersus furor eius
sed adhuc manus eius extenta.

EXPLANATIO IN NONVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

PRIMO *tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim: Et nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem Galileæ gentium &c.*

ISTVD capitulum quamuis vulgatissimum sit, quia singulo quoque anno in natalitijs Domini Nostri IesuChristi ad horas matutinas legi consueuit, difficillimum tamen est, & obscurissimum tum propter varias, nec parũ diuersas interpretũ traductiones, tum etiam pp uarias, & maximè inter se se dissidentes scriptorũ expositiones. Veruntamen in scopo & primo authoris intento omnes ferè videntur conuenire. Quod scilicet hic de incarnatione filii Dei, de vocatione gentium, nec non de electione, & deputatione duodecim Apostolorum Propheta misticè, & figuratè loquatur. Postremo uerò prædicit perturbationem & desolationem regni Israel ob eius audaciam & incredulitatem, ut huius capitis initium sit fœlix, & faustum, altera uero pars sit tristis & gemebũda. Sũt ergo in his primis verbis, & in priori parte huius capituli quæ profectò difficillima est, & in qua per multos dies laboraui tres adminus expositiones à se inuicem maximè distantes, præter eam, quæ est, sm̃ interpretationem 70. interpretum, de qua loquemur inferius. Quod autem attinet ad vulgatam editionem, una est expositio ipsorum Iudæorum adhuc cecutientium, & velamen etiamnum super oculos habentium, quòd Propheta in hoc loco describit duo tempora, & in quibus eorũ regiones, & regna multas clades sunt B perpessa & duas captiuitates obierunt quam uis una fuerit longè grauior altera. Et post hęc tertiam quandam obsidionem subindicat, à qua admirabili & præpotenti manu Dei, fuit vniuersa illa Regio liberata. Prima itaque fuit dum per Regẽ Assyriorũ Teglat Phalasar duę tantum tribus, & pauci quidã fuerunt in captiuitatem ducti. Secunda persecutio fuit multo grauior, quando per Salmanasar Regem quoque Assyriorum omnes ferè tribus fuerunt ul C tra captiuitatem, multis affectę miseriis, & calamitatibus, si tamen ulla præter captiuitatem atrocior pœna potest reperiri. Dicunt præterea fuisse vniuersam Iudęam in maximo discrimine sub Rege Ezechia constitutam, quando exercitus Senacherib decreuerat illam prorsus absorbere, & pessum dare

dare, qui tamen fuerunt ab illa obsidione liberati occisis una nocte centum octuaginta quinque millibus hominum, Sic itaque exponunt hunc textum. Primo tempore idest In prima obsidione alleuiatam fuisse Terram Zabulon, & terram Nephtalim, & uiam maris Trans Iordanem ab incolis, & habitatoribus vniuersę Regionis, cum multi fuerunt ducti in captiuitatem, & pauci admodum remanserint. Nouissime autem, uel nouissimo tempore dicitur aggrauata fuisse illa Regio, quando in secunda expugnatione & debellatione omnes ferè defecerunt aut perempti gladio, aut fame necati, aut in captiuitatem ducti, & ad alia Regna transuecti. Cum demum exercitus Senacherib multus, & copiosus adueniarit, quo omnes pertimescebant, & expauescebant, quid facere, aut quò ire penitus ignorarent, velut hi, qui in tenebris uersabantur, & maximis erãt angustiis detenti dum illis, nihil tale cogitantibus, & summa trepidatione perculsis apparuit illis Angelus percutiens, & occidens tot millia virorum, tunc populus ille, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Sic itaque exponunt primam particulam huius capituli. Sed re vera talis expositio nullo pacto cohæret, quia si Terra Zabulon, & terra Nephtalim dicitur alleuiata, quoniam quidam ex habitatoribus fuerunt ducti in captiuitatem multo magis dicetur alleuiata, & non aggrauata, quando longè plures, & fere omnes erant captiuati.

Si tamen velis hæc verba iuxta sensum allegoricum interpretari, dicemus cõformiter huic expositioni, quod Terra dicitur alleuiata, quando pauci quidam ex tot hominum millibus sunt conuersi ad Christum, & dicuntur alleuiati, quia sunt ab onere peccatorum liberata, dicetur autem Regio ipsa esse aggrauata quando scilicet inualuit manus Domini super ipsam, & non pauci sed multi, & quasi innumerabiles crediderunt in Christum, & Diabolus amisit suum regnum. Dicitur autem tunc Regio ipsa Zabulon, & Nephtalim aggrauata, quia post mortem Christi per predica-

A tionem Apostolorum, & per signa, & prodigia, quæ fiebant per manus illorum, omnes gentes ad Christum conuertebãtur iuxta illud Iohan. cum exaltatus fuero a Terra, omnia traham, ad me ipsum. Dicitur quidem tunc illa Regio aggrauata quia manus Domini multum inualuit, & abundauit super illas extrahens de manu, & potestate Diaboli. Est alia expositio horũ verborum, quod scilicet primo tempore fuit *Ioan. 12.*
B alleuiata Terra Zabulon, & Terra Nephtalim, quia a multis erroribus, & superstitionibus vanisq; opinionibus fuit ꝑ Christũ liberata, cũ primũ cępit illis predicari, s. Pœnitentiã agite appropinquauit enim regnum Dei, & eiusmodi terra siue regio fuit prima ad recipiendã fidẽ, & pleriq; ex ea prodiere Apostoli, & discipuli Christi: nouissimè vero, vel nouissimo tẽpore fuit aggrauata. i. deterior facta ut pote ad vomitũ reuer
C sa, & cõsequẽter iusto Dei iudicio maiori supplicio affecta. Huic expositioni nõ habeo qd obijciam, cũ sit D. Hier. Sed habet in se nõ nihil difficultatis ob ea, quę sequũtur, cu inquit propheta. *Populus, qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnã* Quæ uerba si referantur ad ea, quæ dicta sunt, quomodo populus ad uomitum reuersus vidit lucem magnam? Propterea alij dicunt, & longè secus exponunt, ut per terram alleuiatã
D intelligamus Terram vilem, & abiectam & per terram, & Regionẽ aggrauatam intelligamus Terram præclaram, nobilem, & illustrem, ac gloriosam, ita ut eadem Regio videlicet Zabulon, & Nephtalim, & vniuersa Regio Galileæ & totus ille tractus vsque ad Iordanem erat olim valdè vilis, & contemptibilis, nulla re pręclara insignitus, ut habemus apud Ioa. 7. Nõne tu galileus es? scrutare scripturas, & vide, quod à
E Galilea Propheta nõ surgit; & illud. á Nazaret potest aliquid boni esse? primo ergo tempore idest iam olim. Terra Zabulon, & Terra Nephtalim erat alleuiata, .i. uilis & abiecta nouissimè verò, *Ioan. 7.* idest post aliquod tempus, aggrauata est, idest illustris, & gloriosa effecta ob præsentiam, & cohabitationem, doctrinam, & prædicationem, & miracula

Christi Saluatoris Nostri, quæ ibi primum edidit, & propter discipulos eius quorum maxima pars inde prodiuit; Vbi vides, quod pleraq; regna, Ciuitates, & oppida decorantur, & illustrantur quia inde prodeunt, & oriuntur viri spectabiles, & maximarum virtutũ, aut quia ibi nutriuntur, et diuturnam habent consuetudinem, aut tandem, quia nõnullas actiones, & opera laude & admiratione digna ibidem operantur. Ob has rationes indubiè ciuitas nostra Perusina dici potest aggrauata quia legibus & armis est plurimum decorata, & multi insignes viri inde prodierunt, & prodeunt continuè. Ista expositio re uera est ualdè subtilis, et ingeniosa, et qui hæbraici sermonis sũt bene periti possunt illam verius commendare, et approbare: at nos, qui sequimur editionem vulgatam, & latinum sermonem amplectimur non possumus tuta conscientia illam approbare, aut reprobare. Constat enim hæc duo uerba alleuiare, & aggrauare numquam apud latinos sub illo significatu quo diximus posse assumi, et propterea ommittenda est ista expositio. Iuxta tex. 70. Interpretum non est ista difficultas quoniam sic habet illorum tex: Hoc primum bibe, fac velociter, sensus est. O Terra Zabulon, et Terra Nephtalim, cum iam audieris Christo nobis esse credendum, et ei soli confidendum, quippe qui sit futurus in eum credentibus in santificationem, & non in lapidem offensionis, et petram scandali. hoc primum bibe fac velociter, idest absque vlla temporis dilatione, et sine vlla mora, in primis, et ante omnia bibe, idest imbue te Christo Domino suscipe illũ, et quoad fieri potest, totũ absorbe, bibe inquã de petra, de petra hac spirituali, quæ est Christus, bibe illum, qui est fons vitæ, bibe illum, qui est flumen illud, cujus impetus lętificat Ciuitatem Dei. Bibite inquam omnes, et inebriamini carissimi. Sed dices. Nulla ẽ cõuenietia horũ verborũ cum hæbreo textu nec cũ editione vulgata, nec ꝑterea uidere ẽ quorsũ hęc verba dicãtur Dicẽdũ, ꝙ re uera nulla ẽ conueniẽtia huius textus ad reliquos text⁹ qui ꝑ manib⁹ habẽtur. Verumtñ nõ sũt extra propositũ. Nã cum antea Propheta monuisset suos vt Dominum exercituum sãctificarẽt in cordibus suis, et ei soli confidẽrent; et aliquanto infra vt puta cap 55. moneat sitientes uenire ad aquas, 70. Interpretes spiritu sancto afflati, ex illis verbis hanc admonitionem susceperunt d. O Terra Zabulon, et Terra Nephtalim ne amplius immoreris. Hoc primum bibe, omnem aliã curam post habeas, hoc tibi sit primũ, et præcipuum intentum, et negocium, Bibe de aquis fluẽtibus ex latere Xpi, suscipe eius doctrinã, arripias ꝑdicatiõnẽ Euãgelij, et hoc fac velociter i. cito ne veniãt alij, et accipiãt coronã tuã: ꝑ hęc rursũ verba, hoc primũ bibe voluit spiritus sãctus ꝑ os hui⁹ Prophetę ĩdicare miraculũ factũ ĩ cana galileę d aqua ĩ uinũ cõuersa, ꝑpea d. hoc primũ bibe .s. Deũ factũ hominẽ, et legẽ ĩ Euã. mutatã. Cu uerũ subdit, fac velociter ĩnuit ac ꝑdicit q̃ citò, et alacriter Discipuli vocati à Dño relictis retib⁹ secuti sũt eũ. Matth. 4 Speciatĩ verò aduocat, et cõpellat has duas trib⁹ v3. Terrã Zabulõ et terrã Naphtalim, qa homines horũ locorũ fuerũt primi ad credẽdũ, et ex his prodierũt post Apostolos ꝑmulti. Vñ ps. 67. Prĩcipes Iuda duces eorũ Prĩcipes Zabulõ, et Prĩcipes Nephtalĩ, aut dicam⁹ uoluisse Prophetã ꝑ has duas trib⁹ intelligere cęteras, q̃ crediderũt in Xp̃m. Alij aliter exponũt hũc locũ et ferè oẽs redeũt ĩ vnũ Quòd autẽ ex ea regine prodierĩt aliquot Apostoli patet ex ca. 4. Matth. ubi habeť quòd ãbulãs Iesus iuxta mare galileæ vidit duos fratres Simonẽ qui vocať Petr⁹, et Andreã fratrẽ eius, mittẽtes rete in mare. Et ꝓcedẽs inde vidit alios duos fratres Iacobũ Zebedei, et Iohãnẽ fratrẽ ei⁹ in naui cũ Zebedeo Patre eorũ, qui oẽs statim relictis retib⁹, et naui, atq; ẽt patre secuti sũt eũ, quo adimpletũ est illud, ꝙ dictũ fuit à Proph. iuxta tex. 70. ĩterp. Hoc primũ bibe, et fac uelociter, uti mox annotauimus. Ommissa ad pñs lectione pariter, et expositione pñtis literæ 70. Interp. videamus, quæ reliquarum expositionum sit magis probabilis, et consona rei, de qua agitur.

Luca 2.

Credide-

Crediderim ego eam magis fore probabilem, qua asseritur Esaiam omnino præuidisse, & prænunciasse victoriam per Christum Dominum futuram contra Iudæos, Gentes, & hæreticos, & aduersus quoscumq;, qui persecuturi erãt Ecclesiam Christi, sed primum oportuit prædicere aduentum ipsius Domini per quem sumus liberati ab onere peccatorum, à iugo legis, & à potestate diaboli, & eius tyrannide. Sed quoniam hæc sunt archana, & secreta profundissima, & occultissima, quippe quæ non facile poterant hominibus persuaderi; qui carnales sunt, & terrenis voluptatibus addicti, idcirco sub typo, & figura rerum temporalium, quæ aliquando gesta facilè poterant cunctis innotescere, voluit Spiritus sanctus per Prophetam ea tegere, & modo quodam adumbrare. Hæc enim occultatio figurarũ est vtilis de exercitium studiosorũ & contra irrisiones infidelium. Tho. prima p. q. prima art. 9. Primo ergo tempore, idest in prima obsidione, & expugnatione populi Israelitici; Terra Zabulon, & Terra Nephtalim cum cæteris locis finitimis, & cohærentibus alleuiata est, idest modicã iacturam passa est, quandoquidem solum duę tribus cum dimidia in captiuitatem fuerunr adductæ per Teglat Phalasar Regem Assyriorum. Nouissime verò, hoc est, post aliam obsidionẽ, & expugnationem sub Rege Salmanasar eadem Terra Zabulon, & Terra Nephtalim aggrauata est, quia multo maiora damna, & incomoda quamprius sub eo Rege passa est, quandoquidem omnes penè tribus in captiuitatem abierunt. Hæc iuxtà historiam, & sensum literalem sint dicta. Quo verò ad intellectum spiritualem, & veriorem sententiam, dicemus, hæc omnia contigisse per Xp̃m & in Christo Primo quidem tempore, idest cũ Christus filius Dei inclinauit Cœlos, & descendit & in hũc mundum terrestrem, & caducum aduenit, multos quidem ex Iudæis, & non nullos ex gentibus ad se pertraxit, & primum quidem, cum stella duce magos ad se adorandum perduxit, & præterea cum cepit

A prædicare, & miracula, ac signa multa facere, per multos vt diximus à peccatorum pondere ab Idolorum cultu, & à demonis seruitute liberos, & immunes reddidit, & in suam ipsius seruitutem, & captiuitatem redegit, & hac ratione Terra illa cum toto illo tractu vsq; ad Iordanem iure optimo alleuiata dici potest. Nouissimè verò, idest post mortem ipsius Christi, & per prædicationem Apostolorum, & per stu-

B pendissima, & admirabilissima eorum signa, & prodigia maximè est aggrauata præfata regio, & terra, quia multo plures, & ferè innumeri fuerunt in captiuitatem ducti, & serui effecti ipsius Dei, quando vno die quinq; millia, alio tria millia, & sic singulis quibusq; diebus conuersi sunt ad Christum, & in eius captiuitatem reducti, iuxtà illud Iohan. prius adductum. Cum exaltatus fuero a Terra omnia traham ad me

C ipsum, cum postea idem Christus Dominus ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem. Vide ergo quomodo primo tempore, idest in primo, Christi aduentu Terra Zabulon, & Terra Nephtalim fuit alleuiata, idest pauci ex ea respectiuè fuerunt ad fidem conuersi, & Sinagoga leue detrimentum est passa, tametsi, qui Christo adhęserunt fuerint alleuiati ab onere peccatorum &c. vt diximus. Nouissimè ve-

D rò, idest postquam Christus per mortem suam vicit mundum, & prostrauit diabolum, & foras prorsus eiecit, aggrauata est Terra, idest infernus, & potestas demonis, & cultus Idolorum maximam profectò, & incredibilem iacturam passus esse dicitur, & mirumimodum aggrauatus; quamquam, qui ab eo cultu recesserunt, & Christi fidem apprehenderunt non aggrauati, sed supra modum alleuiati, & pugilliores fa-

E cti esse perhibentur, et sic non inconuenit sub diuersis rationibus idem aggrauari, et alleuiari, namquè eiusmodi terra fuit aggrauata corporaliter loquendo, et secundum sensum, quia maxima pars Iudæorum fuit in captiuitatem ducta, et ipsa regio, cædibus, et rapinis, grauiter admodum vexata. Sed hæc interpretatio nulla ratione mihi

pro-

probatur, quandoquidem non loquitur de ipsa Terra Zabulon &c. Secundum eandem rationem, & committitur fallacia æquiuocationis, seu accidentis, vt videlicet esse alleuiatum, & aggrauatum conueniat vni, & eidem nomini secundum alios modos plurimum inter se dissidentes. Alij dicunt terram Zabulon, & terram Nephtalim penes eundem modum consideratas, hoc est secundum sensum spiritualem, sed diuersimode susceptum dici aggrauatas, B & alleuiatas v. g. Terra Zabulon, & terra Nephtalim, hoc est homines illarum Tribuum, seù Regionum, fuisse alleuiatos primo tempore, vtputa subleuatos ab onere peccatorum, & a seruitute legis. Nouissimo verò tempore Sinagogam Sathanæ aggrauatam quia dempta est illi potestas, & vigor, quo præualebat in hominum mẽtes, & corda, seducens ea, & auertens à Deo. Sed nequè hæc opinio mihi placet, quia esse alleuiatum, & esse aggrauatum non C tribuuntur vni, & eidem rei eodem modo & secundum eandem rationem specificam consideratæ, licet ambo capiantur secundum Spiritum, & non secundum sensum. Propterea mihi videtur esse dicendum, vt de eadem re, & eodem modo considerata, at non respectu eiusdem temporis Prophæta sit locutus v. g Primo tempore, idest, Cũ primum Christus filius Dei venit in D mundum terra Zabulon, & terra Neptalim fuit alleuiata, idest ab onere peccatorum, & à iugo legis erepta, & subleuata, ob eas rationes quas paulo supra adduximus, nouissimo verò tempore, eadem terra Zabulon, et terra Nephtalim, idest, homines illarum Regionum fuere aggrauati, sub pondere inquam peccatorum constituti, quando scilicet viderunt Christum multas cõtumelias pati à Principibus Sacerdo- E tum derideri, ab omnibus blasphemari, & denique in Crucem agi, tunc enim qui prius crediderunt, retrorsum abierunt, et in sua perfidia perstiterunt, tunc profectò terra illa fuit aggrauata quia nouissimus error fuit peior priore. Nec mirum quod Saluator cum vidisset multos discipulorum eius abijsse

A retrò, & iam non amplius cum illo ambulare, dixit ad duodecim Nunquid et vos vultis abire? Sed dices qui fieri potest vt eiusmodi terra Zabulon et c. fuerit eo tempore aggrauata, cum statim habeatur in textu quòd populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam? Respondeo eiusmodi verba, & totum id quod sequitur esse connectendum, et coniungendum cum prioribus dictis videlicet terra Zabulon, et terra Nephtalim, et uia maris trans Iordanem et c. fuit alleuiata. *Ioan. 6.*

Illa verò particula nouissimo aggrauata est, posita est velut parenthesis, sic ergo nullum est inconueniens, aut incompactum. Eadem enim terra secundum spiritum quæ primo tempore dicitur alleuiata, eadem secundum spiritum nouissimo tempore dicitur aggrauata. Porrò quod attinet ad descriptionem istarum rogionum seù terrarum (quod idem est) consule eos qui terras illas peragrarunt, aut cosmographiæ, vel geographiæ sedulò operam dederunt. Scio equidem Plinium lib. 5. cap. 14. et sequentibus meminisse huiusmodi locorum, et quantum satis fore cognouit de illis fuisse locutum. Si verò spiritualem sensum auspicemur, (vt par est) Diuus Hieronymus hoc in loco, et alibi pariter et Diuus Augustinus super psalmum 67. Satis accuratè sunt locuti vt fusius infra dicemus. Cum autem subdit Esaias in textu. Via maris trans Iordanem, intelligit viam qua itur ad mare, quod non propriè dicitur mare, cum fuerit quoddam stagnum, sed appellatur mare secundum vsum scripturæ, quo congregationes aquarum solent appellari maria. Postea subdit, Galileæ gentium; qua loquendi forma nonnulli existimarunt duplicem fore Galileam, unam cuius pars excurrit in meridiem, et dicta est inferior, reliqua verò quæ vergit ad septentrionem propinqua Tyro, et Sydoni, et dicta est Galilea superior. Ioseph. libro tertio de bello Iudaico cap. 2. duas vult omnino esse Galileas, vocatur autem Galilea gentium, quoniã (vt inquit etiam Diuus Ambrosius) Super psalmum 43: multæ nationes *Ioseph. de bel. Iud.* *Amb. s. ps. 43.*

gentium

gentium erant permixtæ in illis regionibus, tribubus Iudęorum, vt per has tribus ad exteras nationes aliqua lux & cognitio veri Dei dimanaret: potest etiam dici fuisse appellatam Galileam gentium, qa erat satis propinqua locis in quibus morabantur gentes Idololatrę; quin etiam legitur Salomonem nonnullas illius reg onis Vrbes, & oppida dono dedisse Hyram Regi ob accepti beneficij gratitudinem. Non desunt tamen ex probatis auctoribus, qui non duas sed vnam tantum esse Galileam affirmarũt, dicta aũt est Galilea gentiũ ob cãs quas adduximus. Sequitur tex.

Tex. 2. *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in Regione vmbra mortis lux orta est eis.* Hoc loco prius videndum est de quo populo loquitur Esaias; deinde quæ sunt illę tenebræ in quibus populus ille ambulabat, & postremo quæ sit illa umbra mortis, & reliqua quæ hic apponuntur. Diuus Hieronymus vult Prophetam hic loqui de populo Israel, hoc est, de populo illo qui incolebat, & morabatur in terra Zabulon, & in terra Nephtalim, & tandem in toto illo tractu quo itur ad mare trans Iordanem, quandoquidem de huiusmodi populis fuit locutus à principio, nec vlli dubium populum illum ambulasse in tenebris, quoniam in superficie literę suæ ipsorum vitæ cursum peragebant, nec satagebant eleuare mentem ad veram scripturarum intelligentiam. Nec mirum eiusmodi populos ambulasse in tenebris quia gentes maritimæ pluribus, & grauioribus quàm Mediterraneæ dicuntur uitijs esse obnoxię. Propterea præcipit Plato vt refert Eus. lib. 12. de præparatione Euan. cap. 27. Ne quisquam deberet condere Vrbem prę sertim primariam, propè mare, ne incolæ alienis moribus, ac vitijs ob frequentem consuetudinem corrumpantur, atqui multum referret per decem millia passum ad minus propinquam habere quò vtilitate, iucunditateq; maris aliquando homines fruerẽtur, sicq; non tam facilè alienis moribus corrumperen ur. His ergo, in tenebris ambulantibus, apparuit lux magna, quando

Eus. lib. 12. de præp. Euang. ca. 27

A Christus filius Dei qui est vera lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, & qui verè est lux mundi apparuit in terris. Nec immagineris (vt dicunt plerique Iudæorum) hanc lucis apparitionem de tempore illo intelligi, quo populus Hæbreorum erat obsessus à Rege Senacherib, cui velut in tenebris, ac maximis difficultatibus, & augustijs constituto, apparuit lux magna, dum Angelus ea nocte
B occidens tot millia hominum subleauit & erexit animos illorum populorũ. Proinde cæteri volunt hic haberi sermonem de cunctis populis tàm Israelitis, quàm Gentibus, cum terram Nephtalim, & terram Zabulon nominet, deinde Galileam gentium, quandoquidem omnes indistinctim ambulabant in tenebris, nec sciebant quo irent, neque quò suos gressus dirigerent: verũ non eo inficias, quin prius de populo
C Israelitico mox prædicta intelligantur, cum veritas diuina prius illi populo, deinde reliquis nationibus illuxerit, in tenebris quidem versabantur ignorantiæ, & multorum quibus implici iti, & obuoluti tenebantur errorum, nec mirum quia veram lucem non modo ignorabant, sed quandoquè agnitã detestabantur: tandem clementissimus Deus nostram sortem miseratus, visitauit nos oriens ex alto, illuminare his
D qui in tenebris, et vmbra mortis sedẽt, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Manifestum est ergo quales fuerint tenebræ in quibus populus ille ambulabat, quiquè fuerit ille populus, & quæ fuerit ea lux magna quam viderũt: fuit nempè (vt sæpe dictum est) Christus dominus, Dei filius, qui de se ipso dixit. Ego sum lux mundi, & quandiù sum in mundo, sum lux mundi. *Ioh. 9.* Sed quam ob rem vocatur lux magna?
E nulli dubium vocari lucem magnam collatam ad alios qui nuncupãtur lux, sed non ita magna quemadmodum ea de qua sumus locuti. Moises enim Aaron, Iosue, & reliqui Prophætæ pariter & apostoli, et quicunque Spiritu sancto edocti, et illuminati alios docent, & uiam salutis alijs demonstrant lucis nominationem sortiuntur. iuxtà illud

Eccl. 24. lud Ecclef. 24. Qui me elucidant vitã æternam habebunt, & Apostolis dictũ fuit à, Christo domino, & præceptore

Math. 5. nostro. Vos estis lux mundi Math. 5. Dicitur etiam Christus lux magna, quia non solum mentes nostras illuminat, verum quia fortius, & intensius illuminare dicitur, quia solus ipsæ illabitur mentibus nostris, & eis quodammodo imprimit bonos cogitatus, vt psal. 118. Declaratio Sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, & melius Propheta declarans hoc beneficiũ, generi humano collatum subdit.d.

Habitantibus in regione vmbrę mortis, lux orta est eis. Nec te perturbet, quòd D.

Mat. cap. 4. Matth. cap. 4. habeat hæc verba, non nihil in speciem diuersa videlicet, & sedentibus in regione, & vmbra mortis, lux orta est eis, quoniam omnia idem significant, nam tã qui habitant, quam qui sedent, vtrique videntur alicubi suum constituisse domicilium, adeò quòd tam habitantes, quam sedentes in tenebris, iàm se ibi collocatos, & stabilitos fore censentur. Et his habitantibus, aut sedentibus in regione vmbrę mortis, tamquam proprio domicilio lux orta esse prædicatur, Vide

Mors. quòd non est idem mors, vmbra mortis, regio mortis, & tenebra, quoniam mors de morte spirituali loquendo, quę sola fit per peccatum mortale, est separatio animæ à Deo, vmbra mortis est dispositio quedam, & præparatio ad eam mortem, idest ad separationem, qua anima separatur; & seiungitur à Deo, peccata namq; sunt, quæ diuidunt inter nos, & Deum, & in vmbra mortis sedere dicuntur; & hi qui in maximis vitæ periculis versantur, de quorum vita solent vehementer homines dubitare, sic nonnulli homines eruditi vm-

Hieronym⁹ bram mortis fore existimant. Regio vero vmbræ mortis est status in quo peccatores velut oscitantes, & nihil aliud, quam suas cupiditates explere cogitantes persistere videntur: D. verò Hieronymus hoc ponit discrimen inter vmbram mortis, & huius vmbræ regionẽ, quoniam in vmbra mortis dicuntur esse, qui in peccatis adhuc viuunt, in regione vmbræ mortis ij existere, & per-

A manere dicuntur, qui obruti peccatis ad inferos demerguntur: verum hæc declaratio patitur calumniam, quia qui cum malis operibus, & prauis actionibus ad inferna descendunt, his nulla potest lux apparere, nisi fortè intelligas de Sanctis Patribus qui antequam Christus resurgeret, detinebantur in limbo. At illi non eò descenderunt cum malis operibus, sed potiùs onusti, & muniti Sanctis actionibus.

B Tex. autem habet, quod habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis, Non ergo per regionem vmbrę mortis intelligendus est status eorum qui cum peccatis ad inferos descendũt. Propterea ego dicerem illos esse in regione vmbræ mortis, qui differunt vsq; infinem, & ad extremam horam à peccatis resilire. Tenebra verò est priuatio lucis, & iuxtà propositum sermonem, qui sunt destituti ve-

C ra notitia Dei, aut priuatiuè, aut negatiuè, dicuntur ambulare vel habitare, seù mauis sedere in tenebris ... Quidã auctor innominatus inter opera Chrysostomi ponit differentiam penès hoc inter gentes, & Iudæos quod hi in tenebris, illę verò in regione, & vmbra mortis sedent, quia non agnoscebant verũ Deum, omnes tamen quàmdiu sunt in hoc seculo sunt in regione mortis & non in vera uita: sed in umbra vi-

D tæ. Prætereo alios significatus quibus hoc nomen tenebra accipitur, & diligenter aduertas, quòd lux ista ingens, & magna non illuxit solum, & apparuit ijs qui in tenebris & in umbra mortis sedent, verum etiam super Apostolos, & quoscunq; alios homines, quibus datum est nosse misteria Regni Dei, & quàmuis Esaias loquatur de istius lucis ortu secundum tempus præteritum, ne confundaris, quia

E more prophetarum quo demõstret certitudinem rei, accipit præteritum pro futuro, quemadmodum dicit Terrentius, dictum puta, sic etiam de re omnino futura dicere solemus, factum puta, & accipe rem quam promitto pro re iam facta, & Augustinus exponens illud Ioannis cap. 15. quæcunq; audiui Aug. 3. Io. à Patre meo nota feci vobis, exponit,

feci,

Augu. sup. ps. 107.

feci, ideſt faciam; Vide etiam Auguſtinum ſuper pſal. 107. Tex. 70. interpretum eſt liber ab hac difficultate, quia ſic ipſi legunt. Lux orietur ſuper uos, tamquam Propheta vtatur apoſtrophè ad omnes mortales de quibus antea Prophetam locutum eſſe dicebamus iuxtà ſententiam Origines, & Ambroſij:

Sed cur voluit Deus prius inuiſere has duas regiones videlicet Terram Zabulon; & terram Nepthalim quàm alias aliarũ tribuũ, & ſuis prædicationibus ac miraculis colluſtrare? D. Hieronymus ſuper Matth. dicit hoc factum quoniam ſatis congruum, & rationi cõſonum videbatur, vt quę prior fuerat ab Aſſyrijs in captiuitatem ducta Chriſti præconio, & præſentia, prima omniũ frueretur. Inſuper cum præfatæ regiones propter oportunitatem maris, & rerum omnium opulentiam, per multis, & grauiſsimis vitijs forẽt obnoxiæ, oportuit, ſeu decuit, priuſquam alijs non eo morbo laborantibus remedium adhibere. Præterea cum Chriſtus dominus Dei filius homo factus in ea regione ſeù regionibus nutriri, & educari voluiſſet, prius alleuiari, & à peccatorum ſordibus quàm quamcunq; aliam, eas expurgari operepręcium erat. Poſtremo id factum opinor, vt quod prædixit Iacob, cum benedixit filijs ſuis, vt habetur Gen: cap: 49. adimpleretur; nam dum prædiceret quæ cuiq; eorum loca obtingerent in terra Chananeorũ; De Zabulon qui fuit ordine generationis filiorum Iacob decimus, & ſextus, eorum quos ex Lia habuit, inquit. Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſq; ad Sidonem. quę verba cum D. Ambroſius in libro de benedictionibus Patriarcharum cap. 5. fuerit interpretatus, dixit per Zabulon deſignari Eccleſiam Sanctam orthodoxam, quæ tamquam portus, aut littus, firma in fide, & immunis à naufragio, quamuis non omnino ab aquarũ fluctibus ſemota, in ſinũ ſuũ recipit in hoc mundo tanquam mari magno fluctuantes, qui ad eam tamquã ad tutiſsimum portum confugiunt: Hi ſunt, qui in tenebris, ideſt in magnis erroribus, & periculis ſempiternæ damnationis exiſtentes, cuiuſmodi ſunt omnes infideles, Iudæi, & Hæretici, & quicumq; ex Chriſtianis in malitia, & nequitia fuere pertinaces, vident lucem magnam, dum ex illis erroribus, & prauis, ac peruerſis opinionibus Dei gratia præuenti in rectam fidei, & veritatis cognitionem exurgunt. Zabulon ergo, ideſt Eccleſia dicitur alleuiata, dum tot hęreſibus profligatis, & vanis gentium opinionibus prorſus euulſis, vnam, veram, & ſolidam veritatem apprehendit, & ſuſtinuit, & hæc eſt illa habitatio quam Chriſtus Saluator elegit in habitationem ſibi, de qua Pſal. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Ps. 131.

Nepthalim quoq; vt habes eodem loco, filius fuit Iacob Patriarchæ, filius inquam ſextus ex Bala ancilla Rachelis prognatus, qui deſcribitur, & appellat Ceruus emiſſus dãs eloquia pulchritudinis. i. eloquia pulchra, grata, ſpetioſa, & valdè Saluberrima, eloquia caſta, dulciora ſuper mel, & fauum: quæ verba dubio procul conueniunt & per optimè quadrant in Chriſto Ieſu Domino noſtro, qui velut Ceruus emiſſus, à ſummo cœlo egreſſus, velociter cucurrit viam dñicæ incarnationis, Euãgelicæ pdicationis paſsionis, & mortis, qui vere dedit eloquia pulchra, quandoquidem nũquam loquutus eſt homo ſicut iſte, & dum foret circumſeptus à miniſtris, & militibus ſcribarum, & phariſeorum timens ne apprehenderent quemquam ex diſcipulis dixit. Si me quæritis ſinite eos abire, & paulò ante ſimilia verba pulchra, fidei, & charitatis plena patrem alloquutus dixit, quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam, & pendens in cruce, non minora, nec pauciora verba protulit ſuauitatis, & pulchritudinis, & incomparabilis ſapientiæ, & bonitatis plena, vt verè admodum Spiritus ſanctus per os Dauid fuerit ei prolocutus dicens. pſ. 44 diffuſa eſt gratia in labijs tuis Si ergo terra Zabulon, & Nephtalim fuerunt præ ceteris regionibus peculiariter Chriſti præſentia inſignitæ, & colluſtratæ, non debet eſſe alicui mirum nec præter iuſtitia

stitiam, & æquitatem. D. etiam Augustinus super psal. 67. horum duorum nominum misticam significationem adducit, ostendens per Zabulon quod Hebraicæ dicitur habitaculum fortitudinis, & per Nephtalim quod Hæbraicè dicitur dilatatio mea, adiuncto significatu huius nominis Iuda, quod hebraicè dicitur confessio, vult inquam innuere gloriosos Martires in confessione vere fidei cęteris Dei famulis anteferendos; quandoquidem in martirio hæc tria requiruntur, primum fortitudo, quæ designatur per Zabulon, deinde finitis angustijs, sequitur latitudo præmij præfigurata per Nephtalim; aut per Zabulon possumus intelligere donum spei, quæ maximè est necessaria in tollerando martyrio, per Nephtalim debemus intelligere charitatem, designatam per latitudinem, quandoquidem charitas secundũ se lata est, & facile diffundit erga Deũ, & proximum. Deest primum quod est fides quæ per nomen Iuda significatur, & hoc est quod dicit Propheta ĩ eo psalmo, principes Iuda duces eorum principes Zabulon, & principes Nephtalim, vbi etiam subdit Augustinus per hæc tria nomina personarum seù principum intelligere possumus hos fore principes fidei, spei, & charitatis: Quibus autem insunt hę virtutes videlicet fides, spes, & charitas sunt primitus à Deo uisitati, in eius signum recepti. & deniq; summis præmijs ab eo cohonestati; sed vt redeamus ad nos ipsos, & expendamus ac perscrutemur, si quid aliud per Zabulon, & Nephtalim misticè nobis intelligendum proponatur cum pręsertim subdatur in textu, quòd populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam; & verè quidem si per Zabulon possunt figuratè intelligi quicunque huius mundi commoditatibus ac diuitijs, quales erant Zabulonitę qui negotiationibus, & mercemonijs vehementer intendebant fuerint referti, vt nihil propemodũm ad hanc vitam splendide, & plausibiliter ducendam illis deesse videatur, hi profectò ambulant in tenebris & quandiù huiusmodi rebus oblectantur, & cõquiescũt, in graui admodum periculo sunt constituti. Eadem ratione, qui habent eloquia pulchritudinis, qualis sunt Nephtalitę quippequi sciunt recte loqui, & suas res ac negocia diligenter explicare, & suadere, quo facile mentes hominum capiant ac dementent vt ad suas cupiditates, & desideria trahant, hi nimirum ambulant in tenebris, & in umbra mortis sedent, nisi ex alto oriatur lux diuina super eos. tandem quoscunque inanis tumor, aut superbia, vel tenax cupiditas, & auaritia possederit vel oppleuerit, per Zabulon, & per Nephtalim facile designari, & præfigurari credimus, & sustinemus. propterea huiusmodi regiones, & terras, et viam maris trans Iordanem, vbi viget galilea gentium procul euitemus. & aliã terram vbi videre licebit bona domini adire, & possidere aliquãdò studeamus.

Post hæc sequitur in textu. *Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, quando diuidunt spolia, &c.* Tex. 3.

Dubium est quorsum hæc verba dirigantur, & quonam pacto debeant intelligi: Latet enim in his non parum scrupuli. Dicunt enim quidam hoc loco Prophetam spiritu edoctum dirigere verba ad Regẽ Senacherib qui magno cum exercitu venit expugnaturus Hierusalem, qui tamen victus, et confractus indè confusus abijt, et ita verè possunt ĩ eum hęc verba iactari videlicet, multiplicasti gentem, et non magnificasti laetitiam, quorum sententia non potest facil refelliè, sed melius hæc verba possunt intelligi si iuxtà sensum allegoricum capiantur, sed persistentes adhuc in sensu literali, possumus quorundam sententiam admittere, qui dicunt Esaiam allocutum Deum quem ait multiplicasse gentem, videlicet Iudæorum: hæc enim gens secundum generationem carnis fuit multa, et satis numerosa, at valdè pauca, et exigua quo ad participationem gratiæ, et gloriæ, quia vt ait Apostolus, in pluribus eorum non est beneplacitum Deo. Alij magis ad allegoriam sic exponunt particulam istam. Quamuis multi fuerint 1. Cor. 10.

ex Iudeis, et gentibus conuersi ad Christum, et eius gratiam perceperint, non tamen in ea persisterunt, et ideo multiplicata fuit gens, non autem magnificata est letitia, quia non persisterunt, sed gaudium de conuersione illorum cito recessit. Non displicet illorum sententia qui dicunt, multiplicatam fore gentem, eam scilicet, quæ sponte hylariter, ac toto corde Christo nomen dederunt, cuius rei causa gaudium est corā Angelis Dei, quia tamen, qui crediderunt, et in confessione verę fidei fortes persisterunt, multis fuere cruciatibus obnoxij, idcirco non multa fuit letitia quamuis ipsi plurimum gauderent, quia digni fuere pro Christo mortem, et contumeliam pati. Præter hęc omnia, ego sic opinor hanc partem fore intelligendam, quòd scilicet multę nationes non solum Iudæi, uerū etiam ex gentibus vt Persę, Medi, Germani, Galli, et nouissime Angli, et plereq; alię nationes acceperunt fidem, et postea retrorsum abierunt; D. Hieronymus existimat multos ex gentibus ad Christum conuersos, sed quoniam plurimi Iudeorum in sua incredulitate permanserunt, ideo tristati sunt Apostoli, et hoc est quod dicebat Apostolus ad Roman: 9. tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo, optabam enim ego ipse Anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem, tristabatur, inquam, gentes ad fidem conuerti, Iudeos autem qui erant cognati sui, secundum carnem, et quorum tot immunitates, et preuilegia gratis extiterunt in ipsa incredulitate permanere. textus 70. interp. est longè diuersus ab hac nostra lectione; Sic enim habet, multiplicasti gentem, et magnificasti lætitiam. Quidam alij sic legunt. Plurimam partem populi deduxisti ei in lætitia. Priorem textum sic exponunt videlicet, Multiplicasti gentem, tu Pater omnipotens ei scilicet Christo, hoc est multitudinem credentium, & magnificasti letitiam, quia multitudinis credentium erat anima vna, & cor vnum in Deo. ex qua vnione, et animorum conformitate magna profectò resultat le-

Rom. 9.

A titia, iuxtà illud psal. quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Alij verba sic exponunt. Tu Pater plurimam partem populum deduxisti ei scilicet Filio in letitia, iuxta illud quod dicebant Pharisei apud Ioan. Ecce mundus totus post eum abijt. Et quod Pater adducat credentes ad filiū, patet Ioan. 11. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum, Et filius quoquè adducit multos ad Patrem, quan-B do ipse dicit, nemo venit ad Patrem nisi per me. Quibus verbis designatur fructus, & efficacia prædicationis futuræ per Apostolos, et veros ac fideles diuini verbi ministros, & notanter ait plurimam gentem adduxisti ei, non omnem, quia non omnes obediunt Euangelio. At qui adducti fuerunt, & qui adduxerunt, repleti fuerunt gaudio, sicut qui letantur in messe, quando colligunt fructus sementis; de qua messe C loquebatur Christus ad Apostolos. d. Leuate oculos, & videte regiones quia iam albæ sunt ad messem vt gaudio, & letitia hoc videntes replerentur, et sicut exultant victores capta præda, qđ quidem absq; vlla probatione manifestum est, ipsi quidem Apostoli, conuictores mundi et secularis sapientiæ diuiserunt vniuersi orbis regiones inter se, & cuncti abierunt, fidem, ac doctrinam Saluatoris nostri prædicatum, D qua prædicatione, et victoria Verbi Dei omnes hi triumphi, & trofea prodierunt quæ Propheta Christum Dominum alloquens his paucis verbis complectitur dum inquit.

Ioan. 12.
Ioan. 11.
Ioa. cap. 6.
Ioan. 4.

Iugum enim oneris eius & virgam humeri eius & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Tex. 4.

Huic versiculo tres expositiones optimè aptari posse non dubito. Primo. n. arbitror Prophetam hic alloqui, & con-E laudare Dominum Deum, quòd sua virtute, & potentia liberauerit populū suū ab oneribus, et duris, grauissimisq; exactionibus, quibus vexabatur ab Assirijs; Verum eiusmodi liberatio Typus erat, et figura liberationis futuræ per Christum à seruitute legis, et à potestate diaboli, et tandem existimo hanc victoriam fore Typum, et figuram victoriæ,

aptari. Reddit enim causam dictorũ, sed quorum? variæ sunt expositiones; Sed ego bifariam ex dictis posse deduci existimo. Primo quia dictum est, quod Christus superauit iugum oneris, & virgam humeri, & sceptrum exactoris, sicut in die Madian. Hoc est, sine armis, & absq; strepitu bellorum, quem admodum contigit ipsi Gedeoni, contra Madianitas; hoc ideo factum est; quia omnis violenta prædatio cum tumultu, idest cum dissidijs, & contentionibus animorum; & vestimentum, hoc est, facultates, quæ maximè sunt necessariæ ad hominis vitam tuendam, & conseruandam, mixtæ sanguine; idest per vim, & metum arreptę erũt in combustionem; idest facilè consumentur, velut ea, quæ in ignem proijciuntur, & cibus ignis; idest pabulum Inferni, ad eos, qui eas arripuerint; & propterea non vi, aut strepitu armorum conquirendi sunt hostes, aut attrahendi, sed rationibus & blandis sermonibus obtinendi, quia paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, qui non solum amator est pacis, sed princeps, & auctor, & pater futuri sęculi, in quo qdẽ sęculo, alius planè erit modus, & rõ uitæ, quàm fuerit in hunc vsq; diem. Noluit ergo Deus obtinere contra hostes, tũ visibiles tum inuisibiles metu bellorum, sed sicut Gedeon absq; àrmis, quia oĩs violenta pdatio cum tumultu. Alio modo potest hæc particula cum præcedentibus connecti sed longè diuerso. Nam cum dixisset Propheta Deum ipsum allocutus, tu superasti Iugum oneris, & virgam humeri, sicut in die Madian, posset quis dicere, non opportebat in superandis hostibus & debellandis tirannis vllas vires adhibere, & cum illis bellum committere, cum solo nutu voluntatis tuæ potuisses illos opprimere. Respondet hic Propheta Dei partes suscipiens, quòd oportuit in manu potenti, & brachio excelso illos deprimere, quia omnis violenta prædatio fit cum tumultu, & fieri non potest absquè eo. Oportuit, inquam fortem cum forti congredi, & vi ipsum subigere, & sub pedibus detinere, & conculcare, & spolia eius diripere, quare, cum Christus Iesus ad nos venerit, ut onerosum legis, & peccati Iugum quo nimis durè præmebamur, amoueret, & sceptrum ac potentiam, quam Sathan in nos miserabiliter exercebat deijceret, non poterat hæc omnia absquè tumultu, & commotione fieri potestatum huius mundi, vt rei euentus comprobauit, & vestimentum mixtum sanguine; idest corpora humana, quæ sunt animarum indumenta, si fuerint admixta sanguine, hoc est si fuerint foedata peccatis (peccata namquè sub nomine sanguinum capiuntur iuxtà illud psal. libera me de sanguinibus) Erunt in combustionem, & cibus ignis, quibus nimirum ignis inferni nutrietur, & succrescet, & perpetuò manebit. Huius autem ratio est, quia paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, q. d. alia vitæ ratio nobis est ineunda, alia erit forma viuendi, non quidem amplius sub demonis tyrannide, & sub dura, ac dira seruitute legis, & peccati, sed sub libertate spiritus & vitæ. Inter has duas expositiones hoc interest, quòd prior in his verbis nullum admittit bellum; reliqua vero sic. Deindè iuxtà priorem expositionem, tota illa oratio est vna sola propositio copulatiua: secundum aliam duæ sunt propositiones, seorsum acceptę. Eiusmodi autem verba, iuxtà allegoricum sensum ad Christi Domini passionem relata, hunc in modum exponuntur. Primum quidem innuitur quomodo in ipsa Christi passione milites iniecerunt manus in Iesum, & quemadmodum cum violenter apprehenderunt, & cum tumultu & clamore, magnisquè vocibus duxerunt ad Pilatum dicentes. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Ioan. 18. & sic tandem eodem furore, ac rabie in crucem egerunt; & sic verum est quod in ea passione fuit violenta prædatio, & cum tumultu. Deindè videre est; & meminisse, quomodo post eius crucem, & passionem diuiserunt vestimenta sua & super ea miserunt sortem. Quarè non ab re hoc in loco fit etiam mentio de vestimento mixto sanguine, quale fuit vestimentum

[Margin notes: *Victoria Gedeonis cõtra Madianitas* — *Omnis violenta præda tio cum tumultu.* — *Psal. 50.* — *Vestimentũ mistum sanguine quomodo.* — *Io. 18.*]

mentum Christi, ab eis diuisum, & in sortem missum. Hoc autem vestimentum fuit & erit ipsis Iudæis in combustionem, & in extremam eorum perniciem, & cibus ignis inquam, quo primum à Romanis, deindè à demonibus crudelissimè cruciabuntur. Nonnulli veteres, propter textum 70. Interp. sic exponunt, quicquid prædati fuerint Iudæi, & quamcunque intulerint ipsi Christo pœnam, & supplicium reuertetur in capita eorum; & fortassis multo abundantius, & locupletius, quàm ipsi vnquam crediderint. Nam tex. ille sic habet. Quoniā oēm stolā congregatam dolo, & vestimentum cum commutatione restituent; & volent, i. cupient esse igni combusti priusquam peccatum illud grauissimum perpetrassent: aut cupient igni esse combusti, quoniam puer natus est nobis, & filius datus est nobis, quemadmodum etiam Herodes Rex, & omnis Hierosolima turbata fuit cum illo, cum audierunt à Magis puerum quēdam natum Regē. Sic D. Chrysostomus, & Eusebius exposuerunt hanc partem, sed valdè diuersam à Tex. vulgato. Eusebius per eos, quos Deus decreuerit igne comburi, vel esse combustos, intelligit impios, qui salutem gentium cuius ipse est autor abhominantur, et implacabili odio persequuntur, & in eius auctorem credere nolunt; aut etiam ipsos demones qui perpetuo igne cruciantur. Quòd si propositionem illam iam expositam ad actionem hominum referamus, dicemus, quod omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis, quia nullus furor, aut conatus, quantumcunq; magnus poterit diu subsistere, & opes quecunquè, per iniuriam partę cito consumentur, quia de malè acquisitis non gaudebit tertius hęres.

Moderni quidam satis eruditi, & ingeniosi dicunt ex his verbis Prophetā velle commostrare nullam esse ferociam, nullam barbariem, nullam sæuitiam, quæ obstare possit, & resistere spiritui diuino, qui hoc loco appellatur ignis; Deus nanq; ignis consumens est,

A quoniā omnes gentes venient, & adorabunt coram te Domine. Nolo hanc expositionem reijcere, sed quomodo valeat presenti literæ accommodari certè non video. Sed consideremus verba, quæ sequuntur; & diligenter expendamus. *Paruulus inquam natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.* Tex. 6.

B D. Hieronymus iungens hunc Textū cum præcedenti, d. quòd ideo Diabolus, & omnis eius uiolenta prędatio, qua humanum genus oppræsserat, & sanguinem sanguini miscuerat, erit in cōbustionem, & cibus ignis ęterni, quia natus est nobis hic puer de Virgine, & datus est nobis. Vult ergò summatim innuere, quod causa propria, & præcisa omnium bonorum, & reiectionis, ac expulsionis omnium malorum est incarnatio, & Natiuitas filij Dei, qui ue-
C rè ueram salutem nobis attulit. Dicit ergò Puer natus est nobis, natus inquā ratione humanitatis assumptę, quia secundum diuinitatem est ab ęterno genit⁹, & datus est nobis ob eā causam, & in hunc finem, ut saluemur, & ab eo protegamur. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret &c. Datus est inquam nobis, non à se electus, nec à se missus, nisi qua
D Deus, sed datus, & missus à Deo, non sibi, aut pro se, quia nullius indigebat sed pro nob s; i. pro grege, & ouibus ei commisis, datus est ergo nobis, & pro nobis; nobis inquam. qui in eum credidimus, qui in Galilea gentium conuersamur, et sumus, quibus nimirum factus est auctor luminis, et lętitię, et recentis nouiq; potus misterij, noui testamenti, de quo potu sumendo hortabatur Propheta dicens. Hoc primum
E bibe, fac uelociter. Natus est ergò paruulus iste nobis, quia homo factus in quantum filius Dei ęternus, datus est nobis, non natus, sed in quantum puer, et ex Virgine ortus, dicitur etiam natus esse nobis. Vocatur paruulus non absq. misterio, ut scilicet eximiam Dei erga nos dilectionē, et beneuolentiam agnosceremus, quòd

volue-

voluerit filium suum per omnia sibi æqualem supremum, et maximum omnium, effici paruulum, et omnium abiectissimum cuiusmodi se exhibere debent omnes, qui Christi vices gerut, qui quidem licet habeant in terris principem locum, debent tamen pro salute, & beneficio animarum, quæ illis sūt creditæ, fieri paruuli, & omnium minimi: id quod fecisse testatur Paulus Apostolus his verbis, facti sumus paruuli in medio vestri, vt vos magni efficeremini ante Deum; quemadmodum etiā monuit Saluator noster d. qui voluerit inter vos maior fieri, sit velut minister. Dicitur etiam Christus paruulus, quia, quemadmodum pueri, & infantes in omnibus, quæ agunt genitoris voluntatem sectantur, & eius nutu diriguntur, ita Xpus Dñus non solum dum esset paruulus, verū et in omni uita sua nihil se dicere, aut agere profitebatur, nisi acceperit à Patre, & nisi viderit patrem facientem. Et quemadmodum Xpus instar bonorū puerorū erit maxime obediens Deo Patri, immò, dum adhuc esset puer, erat subditus illis .s. parentibus, vt refert d. Lucas, ita, & nos decet esse beneuolos, & obsequentes primū erga Deū, deindè erga progenitores nfos. Dicit quidam ex nr̄is, quòd nō dedignatus est Xpus vocari puer, q̄nquidē hinc monemur pueritiam nō esse detestandam, sed maximè colendā, & obseruandā non solum, quia Xpus Dñus eū vitæ cursū pegit verū et pp innocentiam, simplicitatem, ac puritatem ei ętati maximè conuenientem. Nec solū ipse Xpus Dñus, & magister nr̄, verum, & sancti, ac electi Dei vocantur pueri, sicut primo cap. Lucæ Euang. Suscepit Israel puerum suū, & psal. 68. Ne auertas faciē à puero tuo, quoniam tribulor &c. & cap. præcedenti. Ecce pueri mei, quos dedisti mihi; & hic puer seu paruulus figuratus est, & præsignatus p puerum illū, qui describitur Exo. 4 cap. qui fuit quasi termin⁹, & finis circūcisionis iuxtà illud, quod iuxtà tex. heb. dixit Sephora, Stetit sanguinis circūcisionis pueri mei. Hic est ille puer, de quo supra dictū est, antequā sciret vocare patrem, aut matrem, cępit spolia, dama-

1. Thess. 2.

Luc. 2.

Luc. 1.
Psal. 68.

A sci, paruulus ergo natus est nobis, & filius datus est nobis: Dicitur quidem filius hic, puer, qui datus est nobis, vt non serui solum, aut ministri munus obeat, sed filij, vt scilicet talem & tam maximam curam, gloriæ patris habere cognoscatur velut hæres constitutus vniuersorum, qualem, & quantam habet ipsemet Pater. Et factus est principatus super humerum eius. Descripta huius pueri natiuitate, & volūtaria eius
B ad nos collatione, & concessione, describit eius principatum. d. Et factus est principatus super humerum eius. Q. d. Ne credas hunc puerum nobis datum, fore tam vilem, & abiectum, vt nulli sit futurus vsui, & in infimo statu mansurus perpetuò. Sed erit princeps, Dominus, & Rex omnium. Nec solum erit Princeps, & principatus, verum, & principium bonorum omnium: Ipse quidem principium & radix erit inte-
C gritatis, pudicitiæ, castitatis, & patientiæ, & tandem radix, & principium in nobis omnium virtutum, & bonorum. Iste principatus est quòddam dominium, quod habet hic puer super gregem suum, qui sunt omnes creaturæ rationales, & pręsertim, qui in ipsum firmiter credunt, vt habetur Ezech. 34. in persona Dei d. Vos autem greges mei, greges Pasquæ meę homines estis. Qui quidem grex, vocatur etiam Chri-
D sti hæreditas, vt dicit Dauid in persona Patris, filium alloquentis postula à me & dabo tibi gentes, hęreditatem tuam, & verè Christus dicitur esse noster Princeps, quippe qui nostri curam, & sollicitudinem gerit. Ipse nos regit, & gubernat. Ipse nos tuetur, ac fouet, aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, & deniq; percurre, & diligenter considera, quæcunq; enarrantur à Regio Propheta in psal
E 146. & alibi sępe.

Dicitur, hunc Principatum gerere super humeros suos, quia scilicet omnes infirmitates, & curas subditorum suorum sustinet, & patienter fert, quemadmodum D. Paulus huius pueri imitator dicebat; sollicitudo mihi incumbit omnium Ecclesiarum, & alibi, quis infir-

Dicitur principatus esse super humerum Christum, quia ipse est radix & principium oiū virtutum, et bonorum.

Dicitur 2. pri. cipat⁹ super humerū eius ratione dominij quod hēt sup oēs creaturas rationales.

Ezech. 34.

Psal. 2.

Dicitur 3. pricipat⁹ super humerū eius propter generalē curā, & protectionē quā hēt d nobis.

Ps. 146.

4. hēt principatum sup humerū suum, quia accepit 3. se oēs infirmitates nostras & defectus. Vt pbat mū Paulus.

infirmatur, & ego non infirmor? Et iterum. Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur. Et præterea ille portat principatum super humeros suos, qui dominium, & regimen, non vt sibi ipsi, & suis tantum commoditatibus inseruiat, sed vt eis, qui suæ fidei sunt commissi prouideat; Dicit Augustinus serm: 71. de tempore, quòd Christus portauit super humerum suum hunc principatum, quando admirabili humilitate portauit ipsam Crucem. Nec incongruè Crux dicitur principatus eius, quia per ipsam Diabolum vicit, & mundus totus ad sui notitiam, & gratiam fuit adductus, & ipse Christus super omnem Creaturam sublimatus, quandoquidem per eam acquisiuit dominium, & principatum super omnia, ita vt ei omne genuflectatur cœlestium terrestrium, & infernorum &c. & quemadmodum ipsemet alibi dixit, cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Et postremò, quid clarius, illis uerbis, quæ frequenter canit Ecclesia, quequæ proculdubio desumpta fuere ex psal. 95. ipsius Dauid. Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno; nec te perturbet quod in textu, quem nos habemus, non sit illa particula. à ligno, quoniam iuxtà veriorem sententiam, quorundam veterum patrum, illa particula ab hostibus Christianæ fidei fuit inde abrasa, ac detracta; sed hoc non obstante plerique omnes Catholici Patres admittunt ac probant, & frequenter repetunt hanc eandem sententiam, dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno; & mirum est, quod cum Propheta hic loqueretur de paruulo nobis dato, asserit ipsum super humerum suum habiturum esse principatum, vt hinc agnoscas, & fatearis hunc puerum non esse tam imbecillem, & inualidum, vt tanto oneri ferendo, non sit satis, quandoquidē non homo solus, sed homo, & Deus esse credendus est. Et certè magnum discrimen est inter hunc Principem, & alios Reges, propterea quod alij Reges, aut manibus, aut in capite insignia Regiæ potestatis deferre solent præmanibus quidem sceptrum, in capite vero cyderim, aut coronam. Solus autem Christus Iesus Rex nouus, apud nos, & Prīceps ab alijs diuersus, in signe Regię potestatis humero defert.

2. Tim. 2. — *Principatus super humeros quis.* — *D. Aug. s. 71. de tempore.* — *Crux principatus Christi.* — *Tex. verus à Iudæis abrasus.*

Tertio loco recenset, & enumerat hic Propheta nomina, quibus paruulus iste nominatur, & inquit. Et vocabitur nomē eius admirabilis, cōsiliarius, Deus, fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis etc. Hec sunt nomina, quibus nuncupatur iste paruulus; neq; existimes alteri, quam huic, de quo supra diximus, hæc nomina conuenire, nec respicias ad illas ineptias, quas effutiunt Iudæi, quod videlicet Deus vocabit hunc paruulum Principem pacis, Ezechiam filium Achaz. Namq; Tex. habet vocabitur, & non vocabit. Sed quolibet proferente contraria solicitum esse stultum est, vt dicit Aristot. Vocabitur itaquè nomine suo admirabilis, qui supra dicebatur Emanuel, ob multas quidem rationes, primum, quia mirabilia multa faciet, vndè cum eiecisset demonium, & loquutus esset mutus admiratæ sunt turbæ. Et plerunq; videntes Turbę signa et mirabilia, quæ faciebat, admirabantur, et aliquando eum Prophetam, aliquando Dei filium, et aliquando alijs præclaris titulis, et nominibus vocitabant. Dictus fuit etiam admirabilis ob præcipuam, et singularem curam, quam erga suos habere dignoscitur, nullus. n. intellectus, nulla ratio potest vnquam satis cognoscere, et perspicere quibus artibus quibus vijs, aut rationibus, qua prudentia, quo consilio, et sapientia regat hunc mundum, et quo pacto sæpe numero deludat hominum mentes, vt longè secus hæc inferiora disponat, ac administret, quàm homines opinentur, ac decernant. Propterea dicebat quidam Propheta meæ viæ, non sunt vię uīæ; et hinc profectò longè admirabilis redditur, et apparet, quemadmodū psal. d. Tu es Deus, qui facis mirabilia. Nonnè mirabilis fuit Deus, quando eduxit populum suum de Egipto? Nonnè mirabilis fuit, quando traduxit populum suum per desertum? et diuisit mare rubrū ī diuisiones? quemadmodū cecinit

Christi Iesu plura nōna. — *Nomina hic posita nō possunt attribui Ezechia.* — *Arist. 1. phy tex. 39.* — *Christus admirabilis.* — *Psal. 78.*

psal. 104. 105. 106. cecinit Dauid in psal. 104. 105. & 106. vndè hortatur, vt confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et postremò dicitur paruulus iste admirabilis, qa est Deus, & homo simul; quod quidem est inauditum, & omnẽ mẽtis capacitatẽ excedit. Dicitur etiam consiliarius, non quidem, quòd patri, quasi ignoranti consilium vllum afferat, sed potius, qđ consilij, & voluntatis diuinæ sit perfectißime capax, quando omnium triũ B personarum sit vna, & eadem voluntas, vnum sit propositum, & vnum cõsilium, nonnulli volunt coniungi hęc duo admirabilis consiliarius, sed ego volo sequi lectionem D. Hieronymi, vt *Hierony.* vnumquodq; horum seorsum capiatur. Alius Tex. habet; Magni consilij Angelus. Et verè quidem potest dici nuncius, & prædicator magni consilij, quia nemo nouit filium, nisi pater, & nemo nouit patrẽ nisi filius, & C *Chrs magnus consilij Angelus.* cui voluerit filius reuelare, & præsertim illius consilij, aut decreti præscius fuisse non dubitatur, quod fuit ab æterno, in secretißimo Dei pectore reconditum demittendo scilicet filium suum vnigenitum, in hunc mundum, ut hominem omnino perditum restitueret & recuperaret; Quæ res tantam peperit hominibus admirationem, & ipsis quoq; Angelis vt eius consideratione perterriti, & quodammodo concußi, D inter se quærerent, quis est iste, qui venit de edem tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ. Quibus verbis demonstrant Angeli se admirari pulchritudinem stolę suæ; idest innocentiæ, puritatis, & Iustitiæ, quam ille numquam deturpauit, & eo admirabilior erat, quod eiusmodi stola tincta sanguine sui corporis immaculati nullo pacto erat deformata, sed longè omnium pulcherrima, & candidißima. E Dicebatur etiam esse gradiens in multitudine virtutis suæ, quia nulla creatura vtcumq; pulchra, vtcumq; fortis, & immaculata graditur in multitudine virtutis suæ. Et proindè non immeritò vocatur iste puer admirabilis consiliarius, vel magni consilij Ange-

A lus. Postremò dicitur magni consilij Angelus, quia missus fuit à Patre in hũc mundum ad annunciandum, & manifestandum ipsum Patrem, & declarandam eius voluntatem, vt Io. 15. testatur. *Io 15.* Quæ ego audiui à Patre meo nota feci vobis. Et alibi Pater manifestaui nomen tuum hominibus. Et præterea cum sit ipsa sapientia Patris, omnium creaturarum magister, & doctor non iniuria vocari potest admirabilis consiliarius, magni consilij Angelus B & Angelus testamenti sicut à Malachia *Malachias* nuncupatur, nec mireris, Christum cũ sit Pater, Dominus, caput, & Creator Angelorum vocari ab istis Angelum, quia est etiam Dominus, & Pater Prophetarum, & tamen etiam Propheta nuncupatur: Dicitur ergo Angelus, *Christus propheta.* quia nunciauit, & nunciat quotidie aliquid humano generi proficuum & per iocundum nunc affuturum. dicebatur C Propheta, quia prædicebat aliquid futurum. Et quoniam verbum Dei caro factum est, non solum Angelus, et Propheta sed Angelorum, & Propherarũ Dominus iurè appellatur. Sic ait Augustinus tract. 4. super Iohan. & idem Augustinus in annot: super Iudic. 13. *Aug tract. 4. sup. Ioa.* cap. existimat, quod hic puer, qui hoc loco vocatur admirabilis, vel magni consilij Angelus, sit ille idem, qui lib *sup. Iudic. cap. 13.* Iudic. 13. cap. Et Genes. 32. quesitus, *Genes. 32.* D quo nomine vocaretur, respondisse legitur nomen meum esse admirabile. & propterea non esse quibuscunq, facilè manifestandum. Tertio vocatur iste puer Deus, vbi nota, quod hoc nomen Deus, singulariter prolatum dicitur solum de Deo verò, vno, & sempiterno, vno in substantia, & trino in personis. In numero verò plurali di- *Hoc nomen Deus quo cõ[...] verò Deo, & quibusdã creaturis.* citur de Angelis, de Iudicibus, & de Sanctis hominibus, sic etiam hoc no- E men Deus absconditus, Deus admirabilis, Deus fortis, Deus potens, de solo Deo dicuntur. De creaturis nulli dubium, quod, & aliquæ dicuntur fortes, dicuntur potentes, sed nunquam absolutè sicut Deus, neq; propriè dicuntur admirabiles, sed potius ob aliquam singularem prærogatiuam dicuntur admirandæ. Qui verò hæc duo

coniungunt Deus fortis, non absq; causa id faciunt, vt videlicet ponant discrimen inter Deum verum, & eos qui non sunt verè Dij. Quippequi non sunt fortes, nec sunt potentes, vt Deus noster, qui est magnus super omnes Deos. Vnde psal. Quis similis tui in Dijs Domine? quis similis tui in fortibus? est enī adeò fortis & potēs, vt ei nemo possit resistere, & omnia quæcunq; velit faciat. Est igitur hic puer Deus, & verus Deus. Nec te moueat quòd aliqui iudæi dicunt non conuenire appellare puerum Deum, quoniam sicut non inconuenit puerum regem appellare regem, ita nec puerum Deum appellare Deum, cum Deus sit oīa in omnibus. Sed notant quidam, quod licet fuerit semper Deus, & natura Deus, & per omnia patri similis, & ęqualis, nunquam tamen se nobis declarauit verum Deū, nisi postquam per alios gradus inferiores se nobis patefecit, vt esse paruulum, patri subditum, et per omnia ei obsequentem, & deniq; postquam super humerum detulit suum principatum, idest ipsam Crucem. Quo loco monentur omnes, qui vices Christi gerunt, non existiment se verè, & Iure egregios titulos promereri, nisi prius per alios gradus inferiores fuerint progressi & ī arduis difficilibusq; negocijs suas vires expti. Quarto appellať fortis, ea scilicet fortitudine, quæ ab amore proficiscitur, quæ quidem mortem ipsam quę à nullo vinci potest nisi à solo Deo, planè superat, ac prosternit. Hæc namq; dilectio non solum est fortis sicut mors, velut dicit scriptura, sed ipsa morte fortior, quippequæ mortē ipsam, quæ omnia perdit, ac delet, morti tradit, vt homines morti obnoxios vitæ restituat, id quod profectò nulla uis, & fortitudo efficere potest, nisi diuina, quæ est vsq; adeò fortis, vt non modo nequeat ipsa morte extingui sed tunc incipiat viuere, & magis proficua esse, vbi cum morte luctatur. Tunc enim concipit vitam & morte deuicta gignit filios vitæ, hac nimirum ratione puer iste vocatur fortis præter ea quæ mox diximus. Vocatur deinde pater futuri seculi, & pater æterni tatis,

Ps. 85.

Christus quādo se declarauit verū Deum.

Cant. 8.

Deus fortis.

A quia ipse est æternus, et numquam potest deficere, nec desinere esse, & qui cum eo regnabunt, viuent & ipsi in perpetuas æternitates, & ipsius est qui prębuit nobis aditum ad ipsam æternitatem, cum iam solus ipse vicerit ipsam mortem, Potest enim etiam dici pater futuri seculi, idest orbis Christiani, quā doquidem Christiani dicuntur à Christo, & puer iste de quo loquimur vocatur Christus, à quo primum Antiochię eius discipuli vocati sunt Christiani Act: 10. Postremò dicitur princeps pacis .i. radix & principium omnis cōcordiæ, vnitatis, & amicitiæ, Accipitur etiam hoc loco pax pro omni foelicitate, tranquillitate animi, & prosperitate omnium bonorum; de qua Angeli videbantur loqui, & prædicere, cum in Christi natiuitate canentes dicebant, Gloria in excelsis Deo & in Terra pax hominibus bonę voluntatis.

B

C Pax etiam appellatur ea, qua plerumq; animi inter se dissidentes cōciliantur, & in concordiam reducuntur, de quo genere pacis loquebatur Apostolus 2. cap. ad Eph. Cum inquit, ipse scilicet Christus est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & (paucis interpositis) duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore Deo per Crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Dicit Glosa, quod vocatur Christus Princeps pacis, quia reconciliauit nos Deo, & Angelis. Dicit Liranus, ꝙ filius Dei vocať Princeps pacis, tum internè, quantum ad conscientiā, tum supernè, quantum ad coelestem patriam. Sed summatim ego dicerem, quòd hic puer dicitur & est princeps pacis quia reuera tollit omne dissidium, & nihil agit, nihil præcipit, neq; quicquā aliud tentat, & perpetuò habet in ore, quám pacem, & concordiam quemadmodum in Sacris literis noui instrumenti frequenter est videre, Nec quemquam perturbet, quod alibi dicit Christus, non veni mittere pacem, sed gladium, quoniam de pace longè diuersa ab ea de qua loquimur, ipse loquebatur, ut aliàs videbimus. Placet hoc loco, ad verbum referre, quædam

D

E

Pater futuri seculi.

Act. 10.

Ehp. 2.

Christus princeps pacis.

Ioan. 20. & alibi.

Matt. 10.

dam annotatà à quodam uirò excellenti Hæbreo, priusquam Christus adueniret in mundum. Dicebat enim iste, considerans, & expendens uaria nomina, quibus hoc loco filius Dei nuncupatur. Quia inquit Messias est futurus Deus, & homo uocatum est nomen eius Emanuel, idest nobiscum Deus, Item quia Deus est; mirabilis consiliarius appellat, & quia magna cũ ui & celeritate uicit Demonem, & arma eius diripuit, uocatus est accelera, spolia festina prædari. Et quoniã ipsius Christi est omnis fortitudo, propterea appellatur fortis. Et quoniã est æternus, neq; principium habens neq; finem, uocatur pater, auctor, & Princeps æternitatis. Nullus enim post hoc seculum in quo sumus, posset constituere, & erigere, & sustinere aliud seculum nisi Deus. Postremò, quia in diebus eius pax multiplicabitur cuius nullus umquam erit finis, uocatur Princeps pacis. Prçter hęc, quia saluos faciet omnes ad se accedentes; & in cœlestem patriam adducet, conuenienter appellatus est Iesus, & nulli dubium, quod illa pax, quę nullum habet terminum, neq; finem, nullum potest habere auctorem nisi ipsum Deũ. Qui ergo tot nominibus est insignitus, dubio procul appellatus est Deus. Propterea benè subditur.

Tex. 7. Luc. 1. *Multiplicabitur eius Imperium, & pacis non erit finis*; Sic enim dictum fuit ab Angelo cum allocutus est Beatam Virginem, ut habetur Luc. 1. Multiplicabitur, inquit, eius Imperium, nam Matth. 28. ipsemet dixit. Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in Terra. Et psal. psal. 71. Dominabitur amari usq; ad Mare, & à flumine usq; ad terminos Orbis Terrarum. Et multiplicatur quidem, quia non in una tantum gente, sicut olim, regnabit, sed super omnes Reges Terrę, & Regnum suum erit regnum omnium seculorum; multiplicabitur autem, et augebitur istud Imperium per ꝓdicationẽ Apostolorũ, & successorũ, & per signa, & miracula, quæ quotidie in Christi nomine fient, et per operum Sanctitatem, et excellentiam. In omnem enim Terram exiuit sonus eorum

A et in fines Orbis Terræ uerba eorum, & pacis non erit finis, hoc est, nihil amplius erit, quod perturbet hominum conscientiam; & eorum mentes, ab amore, & cultu ueri Dei abstrahat, & detineat, quandoquidem Princeps huius mundi, et tenebrarum eiectus est foras, neq; timendum est, ut contra Deum, et filios eius amplius insurgat, nec solum pax erit sempiterna inter Deum, & hominem, sed uniuscuiusque B hominis conscientia poterit habere quietẽ, & pacẽ: ꝙ si quandoq; homines pij, & electi ceciderint, et perturbati fuerint non collidentur, quia Dominus supponit manum suam, si uerò loquamur de illa pace, quæ in Cœlis habetur qua perpetuo fruuntur animæ beatæ, & cœlestes illi spiritus, nulli dubium, quod pax ista, est sempiterna, et nullum unquam est habitura finem.

C *Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit vt confirmet, & corroboret illud in iudicio, & iustitia ammodo, & vsq; in sempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.*

Conuenienter hoc loco explicato aduentu Saluatoris, et enarratis nominibus quibus est appellandus, prædicto etiam, quale, & quantum sit futurum eius Imperium, ac potestas, nunc describit locum et regnum, in quo prçcipue residebit, et modum, ac formã, D quo ipsum reget, et confirmabit, et perpetuo integrum manutenebit. Inquit ergo super solium Dauid et super regnum eius sedebit, quę eadem uerba Gabriel Angelus ad beatam Virginem repetijt. Dixit enim. Dabit illi Dominus sedem Dauid patris sui, et regnabit in domo Iacob in ęternum, et regni eius non erit finis, regnabit inquam in iudicio, et Iustitia, quia nulli dubium, quòd si loquamur de Regno cœlesti, ac E de regno spirituali militãtis Ecclesię, i. de sola congregatione, et societate bonorum, certum est, quod nihil apud eos sit præter iudicium, et iustitiam, uel absq; iudicio et iustitia: At si loquamur de regno militantis Ecclesię nulli quoquè dubium esse potest, quod in iudicio, et Iustitia confirmabitur, et corroborabitur. Namq; licet multas fre-

quæter hoc regnum patiatur angustias, & calamitates, & aliquando ferè prorsus ruere, & deleri videatur, semper tamen surgit incolume, & integrum manet. Veruntamen beati sunt illi, qui custodiunt iudicium, & faciunt Iustitiam in omni tempore. At fortassis quęres, quanto tempore, siue quot seculis regnum istud stabile, & firmum consistet? *Ammodo, & vsq; in sempiternum*. Hoc est perpetuis temporibus est duraturum, & ab exordio nostræ salutis vsq; in secula seculorum. Ex quibus verbis facilè colligitur quòd eiusmodi promissiones, quas enarrat Propheta, & futura bona huius pueri, de quo loquimur intelligi debent de regno cœlesti, & sempiterna gloria beatorum, potius quam de hoc regno militantis Ecclesiæ, quandoq; finem habituro. In hoc.n. regno, quod comparatur Sagenę missę in Mare sunt permixti boni & mali. At in eo regno beatorum nihil est impurum, nihil immundũ, sed erunt omnes, sicut Angeli Dei. Sed fortè quis dicet; qui fieri potest vt Regnum Dauid fuerit necesse, vt confirmetur et corroboretur, qñ oĩpotẽs Deus hęc verba de eius regno manifestè ꝓtulerit, dum inquit, Ponam in seculũ seculi semen eius, & thronum eius, sicut dies seculi. Et rursus semel iuraui in Sancto meo si Dauid mentiar Semen eius in æternum manebit &c. Cum ergò Deus tam multa promiserit ipsi Dauid, quo pacto igitur ipsius regnum fuit concussum, dirutum, & omnino extinctum? cum post babilonicam captiuitatem nullus amplius de semine Dauid regnauerit apud Iudęos; Huic dubio facilè est respondere per ea, quæ in eodem psal. referuntur. Spiritus.n. diuinus per Prophetam hunc in modũ insurgit aduersus semen Dauid, & ipsũ redarguit d. Tu vero repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum, auertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctuarium eius: Propterea non est mirum, quòd regnum Dauid, quandoq; fuerit interruptum, & permãserit absq; vero, et legitimo Rege usq; ad Christi aduentum. Postquam vero Dominus Saluator noster Iesus Christus, qui de semine Dauid ortus est, cępit instaurari regnum Dauid, & confirmari & corroborari, tunc absq; vllo impedimento permanebit in ęternum, velut sol in conspectu Dei. Iste quidem est rex ille potentissimus, qui facit iudicium, & iustitiam in omnes gentes, & ego fateor me ex illis vnum fore, qui sensi, & expertus sum iudicium, & institiam Dei, quamuis non absq; ingenti misericordia. De hoc Rege futuro locutus est Angelus Gabriel ad Beatam Virginem cum dixit Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum Ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ &c. Dabit ei Dominus Deus Sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis Sed vndè nobis hoc tantum beneficiũ? quis nobis conferet tot bona, & commoda? Respondet Propheta & inquit. Zelus Domini exercituum faciet hoc, idest summa, et ineffabilis bonitas & dilectio, qua Dominus exercituum; idest Angelorum, & hominum diligit nos, faciet hoc; idest iubebit, & exequetur, quæcunq; mox diximus; idest restituere, & corroborare regnum Dauid. Aut faciet hoc; idest misterium incarnationis, velut D. Iohan. 3 cap. dixit. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Licet enim hæc dictio (Zelus) possit accipi, quandoquè pro æmulatione, nonnunquam pro indignatione quæ nasci solet plerumquè ex immoderato amore, sumitur etiam pro intenso amore, quo nos aliquem diligimus, & cui bona omnia optamus. Hoc loco existimo accipi pro amore hoc tertio modo accepto, nec secus posse capi existimo.

Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Quid hic velit Esaias, non omnes conueniunt. Aliqui volũt hic afferre aliud vaticinium contra decem tribus. Alij volunt, quod prosequatur prophetiam iam inchoatam aduersus illas decem tribus, sed interruptam pro declarando misterio incarnationis filij Dei sed quicquid horum sit, satis clarum est nunc prophetam alium sonum emittere & canticum longè diuersum caneř Hucusq; enim cecinit & præ-

[Margin notes: Ps. 105. — Ps. 88. — Io. 3. cap. — Zelus multipliciter accipitur. — Tex. 8. — Section letters A, B, C, D, E]

prædixit res admodum lętas & iocundas: nunc verò tristes funestas, & lamẽtabiles. Dicit ergo quod Dominus misit verbum; idest verbum comminationis, et ruinæ in Iacob, hoc est in tribum Iuda, aperuit mentem suam, & per Prophetam indicauit se castigaturum tribum Iuda, quod præsertim fuit, quo tempore conuenerant duo Reges, & conspirauerant aduersus Hierusalẽ, et tamen verbum illud, & illa comminatio cecidit in Israel; idest conuersa est, & reiecta in decem tribus. Sic mihi videtur exponendus iste locus, neq; enim possum assentiri his, qui per Israel, & Iacob idem intelligunt, neq; etiã possum admittere, quòd per Iacob intelligant omnes Iudæi, per Israel verò ipsę gentes, dum enim possumus literam absq; vllis ambagibus, & difficultatibus saluare, mihi videtur omnino faciendum; sed cur Deus comminatus fuit ipsi Iacob, et demum iram, & indignationem suam super Israel immisit? Respondeo, quod licet tam illi qui erant ex tribu Iuda, quam qui de tribu Israel grauissime deliquerint, verumtamen populus decem tribuum multo grauius peccauit, & eo præsertim, quod primi recesserunt à cultu Dei, et gentibus idolatris tenacius adhe serũt, qui vero per Iacob intelligunt populũ Iudæum, per Israel vero populum gentilem, litera huius tex. longè secus est exponenda: namq; verbum non amplius comminationis, sed verbum salutis primum factum est ad Iacob, idest ad populum Iudęum, sed quia repulerunt illud, cecidit in Israel; idest deuolutum est ad gentes, et apud eas, et in eis permansit, et permanebit opitulante Deo vsq; in finẽ. Huius aũt mutationis, & uariationis rõ, et eã fuit, ipsorũ Iudæorum incredulitas, et pertinacia, recedentes à cultu veri Dei, et adherentes, et se ipsos deuouentes Dijs, quos ignorabant, et quos non coluerunt patres eorum. Propterea Deus per Moisem ita conquerebatur: d Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, et irritauerunt in vanitatibus suis: Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos.

A Populus enim gentium tunc non populus vocabatur, et nunc quoq; omnes illę nationes, et populi, in quibus nulla viget virtus, et religio, Iure non populus vocari debet, quemadmodum neq; Vrbes, et oppida, in quibus non colitur virtus, et Religio, Teste Platone sunt appellandæ Vrbes. Sed ommisso hoc posteriori intellectu sequamur priorẽ expositionem, quod scilicet hoc loco Esaias prædicit ruinam, et destructio-
B nem decem tribuum, et primum refert, ac deridet inanem illorum spem, et turpem iactantiam, quasi suis uiribus, ac opibus confidentes, et de se ipsis longè plus, quàm par erat præsumentes nihil mali vereri videbantur. Et inquit. Et sciet omnis populus Ephraim, et habitantes Samariam (quod idem est) in superbia, et magnitudine cordis dicentes. *Lateres ceciderunt, sed quadris, ac dolatis lapidibus, ædificabimus:*
C *Sicomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.* Ostendit per hæc verba Esaias iactantiam, ac temeritatem Israelitarum, qui gloriantur, et pręsumunt, si hactenus aliquam iacturam, siuè domi, siuè foris, siuè in Vrbibus, siuè in agris pertulerunt omnia in meliorem, et nobiliorem formam et statum redacturos. Sed quia Esaias præuidit hoc nequaquam futurum, propterea deridet eos, et subsannat. d. et sciet omnis
D populus Ephraim, et habitantes Samariam. Videbit inquit populus iste, quid ei eueniet ob hanc suam fiduciam, et arrogantiam, sensus facilis est: Et si enim domus nostrę bellorum iniuria fuerint dirutę, et agri, et pomeria, ac prædia fuerint deuastata, nos maioribus impensis, et accuratiori opere cũcta instruabimus. Loco enim laterum qui facilè franguntur et colliduntur, nos ędificabimus lapidibus marmo-
E reis, singulari artificio elaboratis. Si hostes succiderunt sicomoros, quę sunt vilis pręcij, et nulli ferè vsui, loco illarum accipiemus cedros, quæ sunt arbores firmissimę, et tenacissimæ. Per lapides quadros, et dolatos volebant fortassis innuere viros prudentiores, et sapientiores, et regendis populis multo aptiores: per cedros innuebant

Plato.

Tex. 9.

bant homines potentiores, et robústiores, & bellandi, ac decertandi arte magis peritos, & exercitatos. Sed vide, quod sequitur. *Et eleuabit Dominus hostes Rasin,* Quem supra legimus fuisse Regem Syriæ, eleuabit inquam Dominus illius hostes, quales sunt Assyrij super eum, idest super populum Israel, & inimicos eius; idest ipsius populi vertet in tumultum, quia scilicet commoti,& cōcitati, nec nō audaciores facti prodibunt contra Israel cum tumultu, & clamore, qualis fieri solet, dum plurimi conueniunt in vnum, & aggrediuntur aliquem locum. Nanq; vbi est multitudo, ibi etiā est confusio.

Tex. 10.

Aliqui aliī accipiunt hanc particulā, videlicet Dominus inimicos eius vertet in tumultum, quia scilicet Dominus iusto iudicio suo inimicos eius;i. Iudæos vertet in tumultum, quia tanta erit inter eos confusio, quod in maximis angustijs constituti, ignorabūt quid agant. Confusi enim sunt, quoniam Deus spreuit eos. Deinde sequitur. Syriam ab oriente, & Philistijm ab occidente, hoc est ex omni parte circundabunt Samariam, et deuorabunt Israel toto ore; idest cum magna auiditate, immo potius uoracitate, sine vlla spe miserationis, & clemētiæ, sumpta metaphora ab ijs, qui cum magno comedendi desiderio tenentur. os quantum possunt adaperiunt, vt facilius, & citius deglutiant totum cibum, & nihil ex eo deperdatur. Sic propemodum eueniet Israeli cum fuerit circumseptus ab eiusmodi hostium multitudine, qui nihil relinquent intactum, & omnia pessundabunt. Dicit postea Esaias manifestans, & declarās pertinaciam Iudæorum.d.

In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Tex. 11.

Litera est plana;demonstrat enim quod tametsi multas clades, & ruinas passi fuerint Iudęi, & frequenter Deus extenderit manum suam, & grauiter eos percusserit, non est tamen auersus furor ipsius Dei, nec dum retrocessit, & manum auertit ab eius percusione,sed adhuc extenta constans, & directa manus eius ad percutiendum illum populum. Ratio autem eius est, quia neq; etiam populus durus, & impenitens agnouit Dominum suum, & reuersus est ad percutientē se: & Dominum exercituum non inquisierunt, idest non profecti sunt ad eum, rogantes, & misericordiam implorantes, vt à vijs pessimis aliquando recederent. Propterea per Hieremiam cap. 2 conquerebatur. Deus .d. frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt, proinde rursum sequitur comminatio aduersus Israelem in hunc modum.

Hier. ca. 2.

Et disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam, incuruantem, & refrenantem die vna. Longeuus & honorabilis, ipse est caput: & Propheta docens mendacium ipse est cauda. Et erunt, qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur pręcipitati.

Tex. 12.

In his verbis nihil est declaratione dignum. Ipse namq; Propheta exponit quid per caput, & caudam intelligat, vt non alia indigeat explanatione: sed nota titulos & proprietates, quas attribuit caudę, videlicet incuruari; & deprauari, siue refrenare quòd certè nihil aliud est, quam à recto legis tramite secedere, & deuiare, & in alios exoticos; & extraneos vsus conuertere. Nec iniuria huius conditionis homines caudę comparantur, quoniam quēadmodum cauda est posterior pars corporis, ac cęteris membris deterior, ita hoc hominum genus postremum inter alios locum tenet, neq; inter homines recenseri dignum est. D. Hieronymus per Prophetam docentem mendacium vult hęreticos intelligi, qui velut iumēta sua cauda; idest falsa doctrina quibusdam sententijs sacræ scripturæ malè perceptis, & contextis cooperiunt sua stercora; idest suas fęditates, & altera parte caudæ eos, qui ad veritatem capiendam anhelant more quorumdā animalium arcere, & procul ammouere satagunt. Cauda hoc loco, ut uides in sinistram partem accipitur, sed non sic semper. Nam Illustris. Magistratus Patrię meæ ex decem uiris constitutus duos pręcipuos Ciues in eo semper cooptat, quorum alter vocatur caput, et est omnium primus, reliquus ve-

Hierony.

Caput & cauda i Magistratu perusino.

verò cauda nūcupatur, qui vt plurimū, ciuis est honestissimus, & spectatę ꝓbitatis, ac inter primarios computatur. Sed prosequamur Tex. dum inquit. Et erunt, qui beatificant populum istum, et qui beatificantur, præcipitati, omnes enim in vnum ruent, & concident, & velut ex alta spe in maximum, & profundissimum exitium cadentes præcipitabuntur. Constat enim quod Iudęi deridebant Prophetas, et Prophezias, & persuadebant populum ut persisterent in lege Moisis, et non crederent dictis Prophetarum, neq; postea Christum sequerentur. *Propter hoc inquit.* Esaias; idest propter hanc maximam cordis duritiam, quia scilicet noluerūt credere veris Prophetis, & potius voluerunt confidere in verbis mendacij.

Tex. 13. *Propter hoc, inquam, Dominus non lætabitur super adolescentulis illius populi, & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur; quia omnis hipocrita est, & nequam; & vniuersum os locutum est stultitiam.*

Nominat hoc loco Propheta ea genera personarum, quæ solent mouere quemquam ad misericordiam, veluti sunt adolescentuli ob corporis vigorē, et valetudinem, & pupilli propter teneram etatem, & propter parentum orbitatem, et viduę propter impotentiam, et desolationem, quia vt plurimū sunt omni auxilio destitutę. Inquit ergò quod nō lętabitur Dominus super adolescentulis, & iuuenibus. hoc est nullum signum lętitię, et miserationis erga eos ostendet, aut non lętabitur super illis, quia nulla erit causa, qua lętari debeant, quandoquidem permittet eos trucidari et in captiuitatem duci. Vel dicas, quod non lętabitur Dominus super illis quoniam nullum virtutis specimen in illis deprehendebat quo facilè potuerit coniici, quòd boni, & proficui futuri essent Reip. vel sic. Non lætabitur dominus super adolescentulis, idest non faciet Deus quicquam in gratiam, & vtilitatem illorum: vndè possint lætari et tuti esse. Vocat omnes hipocritas, & homines nequam; idest nullius frugi, ac vtilitatis, & verè quidem hipocritas, præsertim scribas, & phariseos, quia simulabant se

A prætextu legis, & religionis populum auertere à Christo, & nihilominus id faciebant ne perderent decimas, & primitias. Sic ait D. Hieronymus. Et cum nullis vnquam monitis, & flagellis ab impietate recederent, neque etiā Deus retrahebat manum à punitione eorum, & hoc est; quod iterum inculcat Propheta .d. in omnibus his, non est auersus furor eius, hoc est Dei; sed adhuc manus eius extenta, hoc est dispo- *Dei manus extenta,*

B sita, ac præparata ad puniendum. Namq; si non habet finem impietas, sed semper vlterius progreditur, & in peiora dilabitur, neq; etiam vltio finem habebit Nam vt pęnitentiam hominum consequitur Dei misericordia, ita perseuerantiam in peccato consequitur ira. Neq; existimes (vt alias diximus) quod ira, & furor in Deo ponantur, quemadmodum in nobis, qñquidem ipse Deus est immunis, & ex-

C pers omnium passionum, sed secundum quandam similitudinem Deo attribuuntur. Et procedit Esaias ad describendam maximam impietatem, quæ vigebat apud Hæbreos, nec non incredibilem miseriam, & calamitatē quam merito suorum operum iure patientur, Et inquit,

Succensa est, quasi ignis impietas, vepres, & spinam vorabit. Tex. 14.

Q. d. vsq; adeò creuit Impietas, im-

D probitas, & malitia Iudæorum, vt non facilè ab eorum cordibus possit amoueri. Sicut enim cū accēditur ignis inter vepres & spinas, & in aliqua Silua satis cōdensa non facilè extinguitur, sic impietas ita inualuit, & obtinuit corda Iudæorum, ut non facilè possit remitti, & ab eorum animis aboleri; sed conuoluetur in superbia fumi, hoc est, tanta erit eorum impietas, & nequitia, qua nec Deum, nec homines ve-

E rentur, & existimant se aliquid esse cum nihil sint, conuoluetur in superbia fumi, hoc est ita facilè dissoluetur, & in nihilum recidet velut fumus extinto igne. Audisti quanta fuerit horum impietas, & quousq; progressa. Audi nunc, & cum pauore considera eorum flagellum, & punitionem. Inquit .n.

In ira Domini exercituum conturbata est Tex. 15.

Terra,

Terra, & erit populus quasi esca ignis.

Quibus verbis manifestè innuit, quod existẽte, & præualente ira Dei cõtra populum istum, vniuersa Terra cõturbabitur, & commouebitur, omnia susq; deq; vertentur. nullus erit ordo, omnia igne confragrabunt; & populus ipse erit esca, & pabulum ignis; ò miserrimam istius populi conditionem; sed progredere vltra, & ad finem vsq; procede.

Tex. 16. *Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram, & esuriet: & commedet ad sinistram, & non saturabitur.*

Q. d. homo quocunq; se vertet, modo huc, modo illuc, vt aliquid inueniat, quo saturetur, & famẽ depellat, nec tamen quacunquè se verterit poterit satiari, vel per dexteram, & sinistram intellige domesticos, & amicos pariter, & inimicos, & contradicentes; quasi velit innuere, quòd neq; ab amicis, & parentibus, neq: ab hostibus, & malè affectis, quicquam subsidij, aut opis recipiet. Aut per dexteram intellige viros potentes, ac locupletes, per sinistram, intellige viros inopes, & omni facultate destitutos, ibit ergo quisquè, ad dexteram, vel ad sinistram vt tantisper saturetur, nec inuenire poterit, quo suo apetitui faciat satis, quin potius tanta erit inopia, & caritas omnium bonorum, quòd vnusquisquè carnem brachij sui vorabit; qui locus potest bifariam intelligi, vel ad literam, & iuxtà proprium significatum istarum dictionum, vt scilicet per brachium intelligamus ipsummet brachium, quia pleriquè carnem brachij sui vorabant, hoc est præ fame, & rabie sibi brachia lacerabant queàdmodum ego de quibusdã audiui, vel per brachium possumus intelligere fratres, et consanguineos nostros, secundum quem sensum possumus exponere, quod quisquè carnẽ brachij sui vorabit; idest absumet per vim, et metum, ac potius deripient facultates et modica illa subsidia, quibus fratres, et consanguinei necesse habent sustentari. Et vt magis hanc in ĩmanem audaciam, et impietatem exprimeret, ponit exemplum de duobus fratribus vterinis, qui se mutuo persequebantur, et infestabant videlicet Manasses Ephraim, et Ephraim Manassem: et simul ipsi contra Iudam. Sensus est, qđ ij duo fratres ĩter sese digladiabãtur, et nihilominus ambo concurrebant, et conueniebant aduersus Iudam, et per illos duos fratres; quos in exemplum hic adduxit, intellige quoscũquè alios, ijsdem sanguine coniunctos in gente illa perfida, et maledicta dum ira Dei ascendit super eos. Tandem tertia vice repetit Propheta eamdem sententiã, quod scilicet in omnibus his non est auersus furor Dei, sed adhuc manus eius extenta; idest in actu posita, et constituta siue præparata, vt exeret iram suam super eos: cum non obstantibus tot calamitatibus, tot cædibus, et incendijs, adhuc Iudæi persistunt in suis sceleribus, et Dominus quoquè persistit in indignatione q̃ cœpit aduersus eos.

Consanguinei dicuntur brachiũ.

Ephraim et Manasses inuicem contrarij.

Et vide queso maximam varietatem eorum, quæ in hoc capite aguntur, quandoquidem initium fuit omniquaquè lętum, suaue, et iocundum, reliquum verò; vnà cũ fine lugubre, totum funestũ, et plenũ amaritudine, ita ut verè dixerit hic idem Propheta extrema gaudij luctus occupat. Et rite quidem potest totum hoc caput appellari Canticum hoc est carmen elegiacum, quandoquidem elegia secundum probatos authores significat non solum carmina tristia, lugubra et funesta, uerum etiam læta et iocunda, vt est videre in hoc loco.

Caput 9. carmen elegiacum.

De hac insigni calamitate variè loquuntur auctores.

Quidam enim volunt eiusmodi calamitatem contigisse Iudæis cum fuerunt in Assyrios deducti, ac translati.

Alij volunt quod ea contigerit illis dum inter se mutuis odijs et seditionibus conflictabantur, et se ipsos crudeliter persequebantur, et enecabant; primum quidem Israelitę, hoc est populi decem tribum inter se, deinde omnes iunctis viribus aduersus duas tribus; idest tribum Iuda, et tribum Beniamin. Aliqui verò, volunt totam hanc cladem, miseriam et calamitatem hic descriptam, et predictam referri ad illam vltimam cladem, et occisionem,

nem, ac omnimodam destructionem factam per Romanos post, et propter passionem Christi Quorum ratio est quia in nulla earum persecutionum, quæ aliàs contigerunt Iudæis, nec Vr A bes illorum incendio conflagrarunt, nec tanta fuit egestas, & inopia vt quisque carnem brachij sui comederit sicut contigit, quo tempore fuit à Romanis destructa, et euersa.

CAPVT DECIMVM.



AE qui condunt leges iniquas: & scribentes iniu- 1.
stitiam scripserunt: ut opprimerent in iudicio pau-
peres, & vim facerent causa humilium populi mei:
vt essent uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent.
Quid *facietis in die visitationis, & calamitatis de* 2.
longè uenientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelin-
quetis gloriam vestram, ne incuruemini sub uinculo, & cum in
terfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius,
sed adhuc manus eius extenta. Vę *Assur, Virga, furoris mei,* 3.
& baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem
fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo
illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illũ inconculca
tionem quasi lutum platearũ. Ipse *autẽ non sic arbitrabitur, & cor* 4.
eius non ita existimabit: sed ad coterendũ erit cor eius, & ad inter
nitionem gentium non paucarũ. Dicet.n. Nũquid *nõ principes mei* 5.
simul reges sũt? nũquid nõ vt carchamis, sic calano: & ut Arphad,
sic Emath? nũquid nõ ut Damascus, sic Samaria? Quomodo inuenit
manus mea regna Idoli, sic & simulacra eorũ de Ierusalẽ, & de Sa
maria. Numquid non sicut feci Samariæ, & Idolis eius, sic fa-
ciam Ierusalem, & simulacris eius? Et *erit: cum impleuerit do* 6.
minus cuncta opera sua in monte Syon; & in Ierusalem, uisita-
bo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam
altitudinis oculorum eius. Dixit enim: in fortitudine manus meæ
feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum
& principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in
sublimi residentes, Et inuenit quasi nidum manus mea forti-
tudinem populorum: & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt,
sic vniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret
pennam, & aperiret os, & gãniret. Numquid gloriabitur secu
ris contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eũ
á quo trahitur? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se,
& exaltetur baculus qui vtiq; lignum est? Propter *hoc mittet do*
7.

8. minator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: &
subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis. Et
erit lumen, Israel in igne, & sanctus eius in flamma: & succende
tur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna. Et gloria
saltus eius, & carmeli eius ab anima vsque ad carnem consume-
tur, et erit terrore profugus. Et reliquiæ ligni saltus eius præ pau
9. citate numerabuntur, & puer scribet eos. Et erit in die illa, non
adycet residuum Israel, & hi, qui fugerint de domo Iacob inniti
super eo, qui percutit eos: sed innitetur super dominum sanctum
10. Israel in veritate. Reliquię conuertentur, reliquiæ, inquam,
Iacob ad Deum fortem. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi
arena maris, reliquiæ conuertentur, ex eo, consummatio abbre
uiata inundabit iustitiam. Consumationem enim & abbre-
uiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis ter-
11. ræ. Propter hoc hæc dicit dominus Deus exercituum: Noli time-
re populus meus habitator Sion, ab Assur in virga percutiet te, &
baculum suum leuabit super te in via Aegipti. Adhuc enim pau
12. lulum modicumque, & consummabitur indignatio, & furor
meus super scelus eorum. Et suscitabit super eum dominus exerci
tuũ flagellũ, iuxta plagã Madian in petra Oreb, & virgam suã
13. super mare, & leuabit eam in uia ægipti, Et erit in die illa: aufe
retur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & com
putrescet iugum à facie olei. Veniet in Aiath, transibit in Magron
apud Machmas commendabit uasa sua. Transierunt cursim
Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit.
Himni voce tua filia Gallim, attende Laisa paupercu
la Anathoth. Migrauit medemena: habitatores Ga
bim confortamini. Adhuc dies est, ut in Nobe ste
tur: agitabit manum suam super montem fi-
liæ Sion. Collem Hierusalem. Ecce do-
minator dominus exercituum confrin
get Lagunculam in terrore, & excelsi
statura succidentur, & subli-
mes humiliabuntur. Et sub-
uertentur condensa sal-
tus ferro: & liba-
nus cũ excel-
sis cadet.

EXPLA-

EXPLANATIO IN DECIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

VAE qui condunt leges iniquas, & scribētes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerēt causæ humilium populi mei, ut essent uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent &c.



QVID velit Propheta in hoc x. cap. uerba ipsa contextus satis indicant. Vult enim Propheta in priori parte huius capitis ostendere, quæ fuerit pręcipua causa uastationis, ac destructionis populi Iudaici quæ primū per Assyrios aut alios quosdam, & postremò per Romanos inuecta fuit, et ostendit fuisse iniustitiam, & oppressionem pauperum, & uiduarum, & eorum; qui, & propriis uiribus & omni humano fauore sunt destituti, sic enim inquit D. Cyrillus, quòd expositis, et manifestatis calamitatibus Iudęorum, & incommodis per manus hostium futuris nunc commodissime affert causas quibus eiusmodi ruinam patiantur. Et re uera uidetur magis consonum ueritati, ut hic loquatur Propheta de uastitate inuecta à Romanis, cum in hoc eodem capitulo propè finem d. quod tandem reliquiæ saluę fient ex Israel. Videtur autem, quod reliquię ex Israel saluandæ, sint illę potius, quę remanserunt, & superfuerunt post desolationem factam à Romanis, quę fuit magis propinqua temporibus euangelicis quam de reliquiis, quæ remanserunt post desolationem factam ab Assyriis, aut à Caldeis. Constat enim, priusquam exercitus Senacherib Hierosolimis manum admouisset, uniuersum ferè una nocte ab Angelo fuisse deletū, & consumptum. Sed dices aliàs non semel dictum est potissimam causam destructionis Iudęorum fuisse Idololatriam, & insignem stultitiam, & uanitatem eorum, qui demonibus adhęrebant, & in quibus omnem spem suam collocabant. Et secundum D. Thomam quoddā aliud nefandum facinus. Respondeo, quod iuxtà diuersas rationes potest unaquęque in genere suo appellari præcipua, & principalis causa destructionis Iudaicæ. Nam si habeatur ratio illius officii, uenerationis, & obseruantiæ quam homo iure ipso debet habere ad Deum, nulli dubiū, quod prę ponere cultū, & uenerationē Idolorū cultui, quo debemus soli Deo ipsa Idololatria pręter alias trāsgressiones, quibus Deum offendebant, erat pręcipua causa eorum destructionis. At si consideremus habitudinem hominis ad homines, constat, iniquitates, & iniustitias esse potissimam causam eiusmodi destructionis, & ruinę. Minatur itaq; hoc in loco Esa. grauissima damna, & incommoda, quæ sunt uentura super omnes Iudæos, presertim super duas tribus, quas mox alloquitur, et inquit, Væ his qui condunt leges iniquas, & non solum condunt, et uerbotenus statuunt sed adhibita meditatione & iuga quadam consideratione scribentes scribunt

bunt iniustitiam, ut scilicet eorum leges, quantum uis iniquæ, & impiæ, firmiores, & diuturniores maneant, nec possint vllo ignorantię, & obliuionis titulo præteriri. Per huiusmodi leges sic impias, & iniquas nonnulli intelligunt leges quasdam politicas, quas ferebant principes, & magistratus Iudęorum ad propriam ipsorum vtilitatem, cum summa pauperum, & miserorum iactura & iniuria, & huiusmodi leges ferebant ad occultandam eorum tirannidem, & violentiam, cum alioqui potuissent per vim, & metum opprimere pauperes absq; ullis legibus sed volebant sub prætextu obseruantiæ legis sibi licere, quicquid liberet. Alij per leges iniquas, quas isti condiderunt, volunt intelligi quasdam additiones, seu interpretationes, valdè impias, quas afferre ad diuinam legem nequaquam sunt veriti, quemadmodū ipsi scribę, & Pharisei docuere, prætermittendum honorem parentum & subuentionem ipsorum, modo aliquid offerrent, & afferrent in templum, fuerunt enim isti uelut Caupones, vinum aqua miscentes, & argentum purum adulterantes quemadmodum faciunt alchimici. Quidam alij per leges iniquas conditas, & latas volunt intelligi leges, & statuta, quæ Iudęi post Christi passionem condiderunt, & per vniuersum orbem diffuderunt, & sparserunt contra Christianos, præcipientes omnibus Iudæis, ubique locorum existentibus, & nuncios mittentes, & mandata ad ōnes Synagogas ut Christi nomen execrarentur, & omnino diris deuouerent. Hęc est sententia Iustini Martiris in Dialogo adversus Triphonem Iudæum, nec mihi uidetur reprobanda, quamuis, & alię expositiones sint admittendæ. Nolo hic verba facere pęnes qualitatem legum, & quas debent habere conditiones, & inquem finem debent institui, quia non est hic locus hoc recensendi, sed oportet ea supponere: Constat enim leges debere esse iustas & rationabiles, & ad cōmunē reipublicę utilitatem, & nō ad cuiusquam particulare commodum institutas. Quòd si ad alium finem prę-

leges impia

Caupones vinū aqua miscentes.

Iustin. Mar. adversus Triphonem.

Leges inquē finem sunt instituta.

A quam ad commune bonum instituantur, neminē ligant, nec possunt ad earū obseruantiam quemquā astringere, aut compellere. Sed videamus quales fuerint hæ leges, de quibus loquitur Propheta, & in quem finem fuerint ab illis optimis viris conditę, & latę. Inquit textus. *Vt opprimerent in iudicio paupes, & uim facerent causa humilium*, vt videlicet viri humiles, & abiecti caderent à causa, quamuis iusta cum non haberent, qui eorum causam tueretur ob ti-

B morem, & oppressionem potentiorū, deindè, vt essent uiduę præda eorum & pupillos deriperent. Horum uerborum sensus est planissimus, nulla indiget explanatione. Dicebantur viduæ præda illorum tum ad explendam libidinem, cum essent uiris orbatæ, tum ad diripiendum earum facultates, & substantias Huius conditionis homines non paucos agnoui qui modica, uel

C leui causa moti, audacter, & impudenter diripiunt bona viduarum, & pupillorum quauis magna ęgestáte præmantur, adde, licet sint affines, & consanguinitate coniuncti. Nec erat eis difficile pupillos diripere, ac deprędari, cum nec scirent, nec possent ob ætatis imbecillitatem suam causam tueri, nec tutores haberent, qui audacter eorum iura susciperet, ac sustineret. Demum per pauperes, uiduas, & pupillos ple-

D rique intelligunt Christi fideles quippèqui reliquerunt omnia ꝑpter Christum, & quibus mundus crucifixus est, sicut & ipsi mundo, neque habent aliū uirum, præter Christum. Et re uera uim faciunt causæ humilium populi Dei, quia non permittunt prædicari nomen Christi, & persequuntur qui Christo adhęrent, docentq; eius nomen blasphemari: & quia hi sunt pauperes, & abiecti, non possunt nisi per aquam, &

E sanguinem tueri ius, & nomen suum. Cum ergo Scribę, & Pharisei, duces, ac doctores aliorum, eiusmodi leges fuerint commenti in perniciem, & damnum pupillorum, & viduarum, & eorum presertim, qui sequuntur pauperem Christum, id quod maximè Deus detestatur, & odit, quia ipse est pater orphanorum, & Iudex viduarum, nunc

Viduæ præda scribarū

Tyranni & sæuitia erga parentes.

Pupilli deprędati.

Christi fideles pupilli.

Propheta

Propheta uelut illorum conditionem misereatus, hunc in modum eos percunctatur. *d. O uos miseri, & infoelices & omnium miserrimi, quid facietis in die uisitationis, & calamitatis de longè uenientis? ad cuius confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam uestram ne incurvemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis?* Ostēdit profectò his verbis extremam, & irreparabilem, ac prorsus ineuitabilem istius populi ruinam, cum venerit tempus quo Deus eum visitare decreuerit, & iudicium de illis facere, ac de tot malis, erroribus ac flagitiis ab eo per varia temporum curicula perpetratis ultionem sumere. Propterea per diem uisitationis plerique exponunt diem vltionis. Sed ut persistamus in vi dictionis hic appositę, dicamus, diem visitationis conuenienter appellari diē illum, & tempus, quo ab eo qui pręest, exquiritur, ratio dictorum factorumq; vt pro benè, vel malè factis, præmium referamus, vel supplicium, iuxta illud psal. Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem, & eiusmodi visitatio licet persępe fiat dū sumus in hoc seculo, & cuius ego in vtramq; partem particeps fui, planissimè tamen, & exactè fiet in extremo die iudicij. Sumitur etiam quandoq; hoc nomen visitatio in bonam partem, ut illud Zachariæ apud Lucam, visitauit nos oriens ex alto illuminare ijs, qui in tenebris, & umbra mortis sedent: nec solum in die visitationis nobis ingēs cruciatus aduenier, sed in die calamitatis de longe venientis maximus terror, & pauor irruet super nos, & tandem seuissima clades, & interitus. Per calamitatem de longè venientem nonnulli ex veteribus intelligunt calamitatem illam, & obsidionem, quam passi fuerunt Iudęi ab Assyrijs sed quidam alij, tum ueteres, tum moderni, dicunt non posse eam intelligi de calamitate, & ruina ab Assyrijs illata, quia vt dicunt, Assyrij non multum distabant à Iudęis, & vtrorumq; regiones erant satis propinquæ, & conterminę ob id uolunt calamitatem illam de longè venientem intelligi eam, quæ omnium maxima, & postrema fuit inuecta à Romanis ut toties dictum est, quippèqui longè satis distabant à Iudęis: sed vt omittamus controuersiam istam, dicamus, quod ea calamitas, quæ nunquam expectabatur, neque ullo pacto timebatur, & ex improuiso nobis aduenit, & super caput nostrum repente ingruit, nosq; in terram deijcit ac humi prosternit, illa, illa inquam dicitur profectò calamitas de longè veniens, quæ calamitates sic de longè venientes sunt longè grauiores, & longè maiorem, quam aliæ dolorem, & tristitiam afferentes, quandoquidem minus iacula feriunt, quæ pręuidentur, & istę calamitates, sic aduenientes comparātur tempestatibus, & inundationibus, quæ de longè ueniunt, quippèquæ maiori impetu in arbores, & domos irrumpentes, omnia in terram deijciunt; possumus etiam verè, & propriè per eiusmodi calamitatem procul venientem, intelligere eam, quę superuenerit in extrema die iudicij, de qua die, & hora nemo scit, neq; Angeli de Cœlo, neq; filius hominis, adeòquod per diem visitationis, & calamitatis intelligit eundem diem, & idem tempus quo scilicet visitabit eos, & inferet calamitatem. Et cum dicit ad cuius confugietis auxilium? ostēdit, quod qui fuerint immanes, & seui aduersus miseros, & pauperes, nullū & ipsi in angustijs, & necessitatibus habebunt ad quem confugiant patronū & locum, & cuius tutelam & patrociniū habere mœreantur. Contra vero ijs, qui sunt misericordes iuxta illud ps. Beatus uir qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus & Matth 5 Beati misericordes, quoniam, & ipsi misericordiam consequentur, & 25. Satis apertè declaratur quātum proficiant opera misericordię cum fuerimus ante tribunal Dei. Prætere dicit, vbi derelinquetis gloriam vestram? cum inter tot angustias versare cogemini? Vbi erit pompa vestra, magnificentia vestra & tam ingens fastus quo ab omnibus timeri, suspici, & venerari uolebatis, apud quem deponetis & custodiri mandabitis, gloriam hanc vestram, ne prorsus deprædatur, aut intereat

Marginalia: *Tex. 81.* — *Visitatio multipliciter* — *psal. 58.* — *De uisitatione fusius dicendum.* — *Calamitas de longe ueniens* — *Ps. 40.* — *Matt. 5.* — *Matt. 25.*

Psal. 48. tereat. O miseri, benedixit Prophe- A
Dauid, cum interierit, non sumet om
nia, neq; descendet cum eo gloria eius
curate quidem, & quantum potestis
efficite ne incuruemini sub vinculo,
hoc est sub iugo & potestate victorum,
aut sub vinculo, quo alij deuicti & supe
rati vinciuntur, & captiui ducuntur, ut
quandoquè in spectaculis sint alijs ludi
brio, & quandoquè etiam bestijs lanian
di pro ioco tradantur, & cum interfe
ctis cadatis, q.d. nihil efficietis, frustra B
laborabitis, nullum habebitis locum
aut refugium, quo possitis euadere, ne
incuruemini sub vinculo, & ne cũ alijs
interfectis, & gladio perẽptis cadatis, &
ĩ captiuitutẽ ducamini quia sic decreuit
Deus, & nemo potest resistere voluntati
eius, neq; stare ante faciẽ indignationis,
Psal. 75. ei⁹ iuxta illud ps. Tu terribilis es & quis
resistet tibi? & in his õnibus subdit Pro
pheta, nõ est auersus furor eius, sed ad
huc manus eius extenta, q.d. cũ tãta, & C
tã grauia dãna passi fuerint Iudæi, non
dum tamen placatus est Deus, nondum
satis factum est iustitiæ, & voluntati ei⁹
& ratio, quia scilicet ipsi non propterea
resipuerunt. *Væ Assur virga furoris mei*
Tex. 3. *& baculus ipse est, in manu eius indigna-
tio mea &c.* Cum Propheta fuerit com
minatus his, qui condunt leges ini-
quas, ut sub earum prætextu opprimãt
pauperes, pupillos, & viduas, nunc
ostendit, cuius manu, & opera velit eos D
corrigere, & castigare, & explicat Re-
gem Assyriorum, quem elegit, & acce-
pit pro virga, & baculo, quo expleat
furorem, & indignationem suam, & il
lud uæ videtur secundum quosdam es-
se nota, qua aduocat, & compellat ip-
sum Regem Assur q.d. ò Assur tu eris vir
ga, qua ego ostendam iram meam, &
baculus quo ego percutiã, & verberabo
rebelles meos, sed quoniam difficilè
est accipere notam illam tamquam si- E
gnum aduocantis, & compellantis, me
lius mihi videtur esse dicendum, ut sit
nota comminantis, & prędicentis rui
nam ipsis Assyrijs, quos licet Deus tã-
quam Virgam sui furoris delegerit, ip-
si tamen non se existiment fore tutos,
& immunes ab omni malo, sed cum
Dei permissu flagellauerint, & percusse

rint populum suum, ipsi quoque sint ac
cepturi partem suam. Assur uirga furo
ris mei, q.d ne credatis me vobis illu-
dere, ostendam vobis, & manifestabo
per quem sum ego vos visitaturus, & cu
ius ministerio vtar ad uos deprimen-
dos, & corrigendos. Hæc expositio
videtur magis libera ab omni obiectio
ne, & difficultate, cum præsertim mox
subdit, in manu eorum, hoc est Assyrio
rum indignatio mea, idest per manus
eorum ostendam, & exeram indignatio
nem meã, in eorum manu, & potestate
posita est indignatio mea. Sequitur. *Ad
gentem fallacem mittam eum, & contra po
pulum furoris mei mandabo illi, ut auferat
spolia, & diripiat prædam, & ponam illum
in conculcationem quasi lutum platearũ.* Vi
de quam intollerabile damnũ nobis af
ferant scelera, & peccata, & actiones
quibus Deum offendimus, & proximũ:
Populus enim ille quem antea Deus vo
care dignabatur populum dilectum, po
pulum suum, & peculiarem filium, nũc
appellat gentem fallacem, & populum
furoris Dei, qui scilicet excitauit, ob
innumeras eius transgressiones furo-
rem, & indignationẽm in Deo, qui sua
ptè natura est benignus, & misericors.
Vel dicitur populus furoris Dei, qui cõ
pulit quodammodo ipsum Deum ad ost
ondendum furorem suum in eundem
populum: qui vocatur populus fallax,
quia non stetit promissis, erga Deum,
Nam exod. 19. cum audierit ea, quę prę Exo ca. 19.
cepit Deus, respondit: Cuncta quæ lo
cutus est Dñs faciemus, veruntamen
pleriq; ex ijs ad Idola defecerunt, & alia
multa perpetrarunt scelera, quibus
maxime fuit commotus Deus. propte-
rea, alicubi conqueritur Moyses dicẽs.
Dereliquisti Dominum Deum tuum Deut. ca 32
& oblitus es Dñi Creatoris tui; ob id nõ
impropriè populus iste appellatur gẽs
fallax, aut etiam quia erant velut hipo
critę, qui exterius quamdã virtutis spe-
ciẽ habere videbantur, veram autẽ vir-
tutẽ pœnitus abnegabant, sed quid de
istis decernit iratus Deus efficere: *Man
dabo Assyrijs, vt auferant spolia, & diripiãt
prædam & ego ponam illum in concu catio
nẽ, & quasi lutum platearum:* nam sicut lu
tum absq; vlla resistentia conculcatur
à præ-

à prætereuntibus, ita etiã populus iste peruersus, & incredulus conculcabitur à militibus velut lutum, & stercus. Sic enim Regius Propheta etiam prædixit psal. 17, Comminuam eos, vt puluerẽ ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos. Sed cur luto platearum cõparat eos & eorum cadauera? quoniam lutum quod efficitur in plateis longè magis quã aliud cõculcatur ob frequẽtem prętereuntium obambulationem Namq; si legimus quæ contigerũt Iudęis post passionem Christi ab exercitu Romanorum (de qua re dicemus postea) tanta erat multitudo cadauerum strata per vias, vt conculcarentur à militibus, non secus ac lutum platearum vt refert Ioseph. & alij Historici cum de euersione, ac destructione populi Iudaici verba faciũt, & iux. Tex. 70. Inter. Cõculcatę fuerunt pleręq; Ciuitates, & oppida Iudeæ, & in puluerem redacta: Id quod vnumquemque nostrum, non solum Ciuitates, & regna mouere debet, et excitare ad ambulandum semper in via Dei, quia nos ipsi experimur in nobis, dum benefacimus, Deus nos adiuuat, & prospera nobis elargitur. Cum autem à via Dei recedimus, et peccatis immergimur, Deus nos odit ac detestatur: et qui antea eramus filii Lucis, et diei efficimur filii noctis, et tenebrarũ. Deinde sequitur, *Ipse autem videlicet Assur, non sic arbitrabitur & cor eius non ita existimabit. Sed ad conterendum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucarum &c.* Horum verborum sensus est facilis, et planus, nulla indiget explicatione, sed iuxtà secundam explicationem nuper allatam incipit Propheta ostendere, quam ob causam fuerit dictum væ ipsi Assur; et quæ immineant ei mala fuere prædicta, fastus enim et superbia et nimia eius pręsumptio, qua mouebatur, in causa fuere, quòd ipsi quoq; multæ calamitates aduenerint. Deus etenim iussit illi, aut potius sibilauit ut populum Iudæum aggrederetur, et vexaret atquè ob id exequendum vires, et animum illi contulit, quo Dei mentem uiriliter expleret. Ipse autem non sic arbitrabitur, et cor eius non ita existimabit,

Ps. 17.

Tex. 4.

A sed putabat, et sibi ipsi tribuebat, motu proprio, & ex se ipso aggressum esse hanc prouinciam ut percuteret populum illum, et satis vires ex se ipso habere, quibus secluso dei auxilio effectum consequeretur. at Deus non ita instituit, nec erat eius mens ut omnino populus ille deleretur, sed tantum vt percuteretur, et calamitatem aliquã sustineret, quo tandem resipiscere cogeretur. At ille in hunc finem hanc prouinciam suscepit, et ita cor eius erat

B succensum et inflãmatum, ut populũ illum contereret, et plerasque gentes deduceret ad internitionem. Vide quęso quam magna sit hominis arrogãtia, non enim satis nobis esse putamus, si intra proprios limites contineamur, & si Dei iussa non pręteream⁹, sed plerumquè aut multò minus aut lõgè plura, quam fuerint præcepta efficere audemus cum tamen nobis fuerint præ-

C ceptum, non esse transgrediendos terminos, quos posuerunt patres nostri, et multò minus quod præcepit ipse Deus: voluntas namque Dei fuit, quod Iudæi aliqua ex parte punirentur, sed nõ ut pœnitus eorum Vrbes, et Regna delerentur. Id ipsum puto accidisse, quibusdã aduersũ me, et in causa quadam mea, quibus haud dubiè fuerat cõmissum negociũ, me ut monerẽt, et corriperent vel etiã corrigerent quãdoqui

D dẽ nemo est, qui aliquando non peccet, et verè beatus potest nũcupari qui verbo aut facto quãdoq; nõ deliquerit; At illi me haudquaq̃ corrigere, & paternè monere cõtenti fuerunt, sed pœnitus deturbare me, et exterminare satagerũt; parcat illis Deus. Nouimus .n. Deũ cũ sit caput nostrũ et nos mẽbra ei⁹ vario modo se habere erga nos, vt inquit Aug. super ps. 85. al: a quidẽ mẽbra recipit, alia flagellat, alia corrigit, alia cõso

E lat, q̃dã redĩtegrat; sed redeam⁹ ad Regẽ Assyriorũ, et cõsideremus cũ Proph. quãta fuerit illius arrogãtia, et vana pſũptio Dicit. n. *Nũquid nõ principes mei simul reges sunt? Nũquid nõ ut Carcamis, sic Calano, & ut Arphad, sic Emath? Nũquid nõ ut Damascus, sic Samaria?* Verba sũt plena iactãtię ac temeritatis, primũ inquit, quod principes sui. i. proceres, et

Tex. 5.

barones, & qui ei famulātur,& asſistūt A ſimul ſunt Reges q.d. non credas ęos q mihi nūc ſeruiunt non fuiſſe olim prīcipes,ac duces,et poſtea ſic effectos aut electos Reges,ſed ſimul,hoc eſt,eodem tempore ſunt Reges,& mihi famulantur,& obediunt, Non ſic euenit ei, ut quibuſdam nobilibus, & cuiusuis generis hominibus,etiam tenuioris fortunæ qui poſtea quam inſeruierint aliqui principi, præſertim ſummis Pontificibus promouētur ad maximas dignita- B tes. At iſte Aſſur gloriabatur ſe habere viros,qui principes ſimul, & reges erāt à principio. Alij volūt:ſic intelligēdā eſſe illā propoſitionē,quòd Principes ſimul Reges ſunt,quia non ſolū habent determinatum quoddam, & pręfixum dominiū,ſed longè lateq; ſe extēdit eorū ditio,atq; ita principes ſimul ſunt,& Reges. Principes.n ſunt q determinatā nec ſatis amplā habent ditionē,cętterū ſunt etiā Reges:at ſolus Deus eſt,qui ha- C bet vniuerſi Orbis abſolutū Imperiū, nō pręfixū,aut limitatū.dominatur.n. à mari,vſq;ad mare,& à flumine vſq;ad terminos orbis terrarū. Omitto quod hoc nomē prīcepslatiſsimū habetſignificatū:Nāq;Reges,&Imperatores dicūtur principes nō è cōtra,ſed poſſumus dicere hūc Regē appellare ſuos duces reges ob excellentiam quandam. Per illa verba aut dictiones,quas hic nominat Proph.ut Carcamis,& Calano,& re- D liquas ītelligit quaſdā Ciuitates primarias,quas Rex Aſſyriorū ſibi ſubegiſſe gloriatur. Per Carcamū quidā intelligūt Caramaniā,per Calanū,id quod eſt contraRegionē Babilonis;& dicūt eſſe Terrā illam,vbi Nembrot cępit ędificare Turrim,in qua confuſè ſunt linguæ, per Emath & Arphad intelligunt loca vtriuſq; Arabię. Quid ſit Damaſcus,& Samaria,& in qua orbis parte ſint ſitæ facilè eſt videre apud Pliniū, & reliquos E Authores. quis porrò fuerit Nēbrot,& nū fuerit ille turris Babilonis fūdator, & caput nō eſt eadē ſententia apud omnes. Quidam.n.uolūt ipsū fuiſſe Ninū filiū Beli,quidā alij ipsūmet Belum patrem Nini. Et hunc fuiſſe primum conditorem Babilonis affirmant, quamuis poſtea per Semeramidem aucta, poſtremò per ipſum Nabochodonoſor penè deſtructam velut de integro inſtauratam,et ampliatam, ut rectè d. Benedi. Per lib. 15. in Gen. Gloriatur ergo & ſe extollit iſte Rex Aſſur ſe omnes iſtas Ciuitates, & omnia iſta loca ſuo ſubiecisse Imperio, & quo magis ſui animi elatio ac faſtus demonſtretur, & pateat ſubdit etiam hæc alia verba plena iactantiæ, ac fucatæ vanitatis. Quomodo inuenit manus mea Regna Idoli, ideſt Regna, in quibus coluntur Idola ſic & ſimulacra eorum, ideſt Idolorum, de Hieruſalem, et Samaria, ſupple inuenire poterit manus mea q. d. non minus potens, et valida erit manus mea ad inueniendum,hoc eſt ad ſubigendum,et ad partes meas pertrahendum ſimulachra, hoc eſt Deos tutelares de Hieruſalem, etc. Dicitur autem manus inuenire aliquid quando ſine multo labore, et induſtria aliquid obtinemus, aut quando caſu, et fortuna, aut Dei nutu aliquid peruenit ad manus noſtras, quia ergo iſte Rex Aſſur modico, uel nullo fermè negocio occupauit ea omnia loca, propterea, inquit, inuenit manus mea Regna Idoli, et propterea iſte miles glorioſus ſubdit etiam, et animo ſuo concipit, hæc alia verba, reliquis haud quicquam diſsimilia videlicet. Numquid non ſic feci Samariæ, et Idolis eius, ſic faciam Hieruſalem, et ſimulacris eius? q. d. quemadmodum ego non timui Idola Samarię, quin cæperim eam, ac deſtruxerim neq; eorum Dij potuerunt illam defendere, ac tueri, ſic faciam Hieruſalem, et ſimulacris eius, quibus verbis uolebat innuere iſte vir impius, et vorax ſimulacra etiam fuiſſe in Hieruſalem, quod tamē nō eſt vſquequaq; cōcedendū, cū ea fuerint ablata per Ezechiam Regem: aut dicamus, quod vocat ſimulacra, arcam fœderis, et cætera, quę ad ornatum templi: aut dicamus ipſum credidiſse, in templo Hieroſolomitano eum cultum haberi, qui in templis, vel delubris Idolorum: vel etiam iſte perfidus homo exiſtimabat Deum viuum, et verum, velut aliorum Deorum ſimulacra habendum aut

lib. 5. naturalis hiſto. cap. 18. & lib. 35. cap. 8.

parum

parum discriminis inter ipsum, & Idola fore, legimus nanq; Pompeium, & quosdam alios imperatores Romanorum parum extimauisse, aut etiam cō temptui habuisse templū, & religionē Iudęorū, propterea dicunt Iudæi ob eiusmodi contemptum, vel irreuerentiā, quā habuit Pompeius templo, & sacris Iudęorum omnia illi pessimè cessisse. Sed de hoc aliàs. Sed his non obstā tibus non admitto quod aliqui dicunt aliquid inueniri manu, quod absque labore, vel casu possidetur, quāuis vulgo dici solet: Hęc res cecidit in manus meas, ad manus meas peruenit. At hoc loco vult innuere studium, diligentiā ac propriam virtutem ut patet ex textu. Cum hucvsq; Propheta Dei spiritu imbutus, quasi cogitationes cordiū ipsius Regis Assur, & sociorū prænoscens eas omnes aperuerit, & recensuerit, nūc explicat, quid tādē sit facturus Deus, & inquit: *Et erit* (ōnino futurū est) & citra oēm dubitationē; *cū impleuerit Dominus cūcta opera sua, quæ facturus est, aut facere decreuit in Monte Sion, & in Hierusalem,* quod idē est dum Ciuitas hæc fuerit super eū montē cōstructa, & ędificata, quē admodū sępius dictū est, *visitabo (inquit Deus) & requirā sup fructū magnifici cordis Regis Assur, & sup gloriā altitudinis oculorū eius.* i. videbo, quæ opera prodierint ab eius corde, quibus fundamentis fuerint innixę eius cogitationes, et desideria, & vndenā prodierit tanta eius præsumptio, & arrogātia, et vana sui ipsius extimatio, hæc. n. sunt fructus cordis illius, quod dicitur esse magnificum. quia magna cogitabat, & magna continue die noctuq; animo versabatur, et habebat oculos elatos, itaut omnia despiceret excelsa tātumodo, et difficilia meditabatur, & prę se nihil haberi arbitrabatur. Quare cū hoc maximū sit vitiū, et inexcusabilis error, nō iniuria gloriabatur Dauid in Dño d. Dñe non est exaltatū cor meū, neq; elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Vocatur gloria altitudinis oculorū. i. hilaritas, et circumspectio, et festiuitas quędā, q apparet in oculis eorū, qui de se magna cogitāt, et quibus omnia pro uoto succedunt, et congruè quidē fructus cordis hæc omnia dicuntur, quoniam profectò de corde exeūt, vt dicebat saluator apud Matthe um cap. xv. At ego potius existimo per gloriā altitudinis oculorū intelligi supercilıū quoddā, & elationem, quā præseferunt in oculis, ut neminē ferè dignentur respicere, et ad, magnalia semp cogitare videāt, sic erat Rex iste Assyriorū. Videamus nūc, quid in corde suo magnifico meditabatur iste Rex Assur. Dixit. n. *In fortitudine manus mea feci, hoc est in potētia, & uirtute, qua ego magnopere præstabam, & in sapientia mea intellexi* q. d. nō temerè et inconsultò, sed consilio, atq; iudicio, et frequenti meditatione proposui, quid essem facturus, et hac meditatione animatus, et commotus abstuli terminos populorū. i. aliorū prīcipū fines attigi, et occupaui, et in meā potestatem transtuli, et redegi, et principes illorū sum deprędatus, illorū scilicet populorū, seu finiū, et detraxi quasi potens, et nullius resistentiā ferè patiens in sublimi residētes, hoc est viros principes, magnates, in alto cōstitutos, et alijs præsidentes. Quid ultra? progredere miles gloriose, et inuenit (inquit) quasi nidū manus mea fortitudinē populorū. i. ea facilitate deuici fortitudinem, et potentiam populorū, qua quis potest adire, et euertere nidum pullorū siue columbarū: erant. n. populi omnes, quos ego deuici, uelut pulli galinacei, dum sunt aliquo pauore cōcussi. Alia similitudo, et sicut colliguntur oua in nido, quæ sunt derelicta à matre, vbi non est qui resistat, ac tueatur, sic ego vniuersā Terrā cōgregaui, et sub mea potestate et dominio attraxi, et non fuit, qui moueret pennā, et aperiret os et gāniret seu potius garriret, quod est propriū ipsarū auiū. Qua quidem metaphora ostendit ipse iactator maxima cū facilitate, tā amplū, et latū obtinuisse imperiū nullo Dei auxilio, sed suis tātum uiribus, cōsilio, prudentia, uirtute ac sapientia. Sed vide quæso, et diligenter expende, quid aduersus eius iactantiam ac temeritatē, dicat Deus per hūc Prophetam *Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur?* hæc

Marginalia: Exo. 6. — Ps. 130. — Matth. 15 — A, B, C, D, E

enim eum in modum fieri possunt, quo modo si eleuetur uirga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtiq; lignum est, q.d. quemadmodum instrumentum sine mouente, & sine principali agente nullas habet vires, nedum, ut contra artificem posfit consurgere, sic nullus homo, quantumuis prudens, quantumuis sapiens, & fortis potest quicquam agere, sine Dei motu, & auxilio, idest nisi moueatur, & sustentetur à Deo. Sic etiam qui trahitur à potenti manu Dei, dum à gratia præuenitur non potest exaltari, neque eleuari contra eum à quo trahitur, sicut nec serra contra eleuantem se. *Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & subtus gloria eius succensa ardebit quasi combustio ignis.* his verbis Dominus animaduertit erga istum Regem, & exercitum eius, & deprimit iactantiam eius, ac temeritatē, & ostendit se nihil posse, ac omnino nihil esse absq; Dei manu cum in eius conspectu sit veluti quoddam lignum putredini obnoxium, & mox in puluerem redigēdum, propter hoc, idest propter hanc eius præsumptionem, & arrogantiam mittet Dominus in pinguibus eius, hoc est in principibus, & optimatibus suis, & in tanta multitudine exercitus, qua ipse tantopere confidebat, & qua se in expugnabilem fore arbitrabatur atq; etiam in vniuersa substantia sua, & in multitudine diuitiarum suarum mittet inquā tenuitatem, qui scilicet reddet, & reducet exercitum eius, ad tam exiguum numerum, ut pauci admodum sint futuri superstites, Vocatur autem Deus Dominator, quia semper in nobis operatur, nos perpetuò regit, & gubernat, vocatur Dominus exercituum, quia omnem cœli militiā sub suo regit imperio, & facit Angelos suos spiritus, & vocatur Dominus exercituum, tunc præcipuè quando est facturus aliquod insigne miraculum, aut quando de hostibus est sumpturus vltionem, aut suis victoriam ullam præbiturus, & subtus gloria eius, idest Regis Assur succensa ardebit, quasi combustio ignis, videlicet tanta eius gloriā statim euanescet, & consumetur, velut ea, quæ igne comburuntur. Dicunt aliqui quod in ipsa destructione, & occisione Assyriorum per manum Angeli gloria eorū subtus existens, idest corpora bellatorū comburentur, arma vero eorum, & vestes illesę permanebunt. Sed hæc sententia non ab omnibus approbatur. *Et praeterea, erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma, & succendetur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna Et gloria saltus eius, & carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur, & erit terrore profugus. Et reliquia ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos*, prosequitur Esaias prædicere, & explicare ruinam, & extremam calamitatem Regis Assyriorum, & exercitus eius, & inquit, quod lumen Israel erit in igne ad comburendum, & consumendum uniuersum exercitum illum, qui obsidebat Ciuitatem Hierusalem, & volebat eam conterere, & in puluerem redigere. Vbi per lumen Israel quidam intelligunt Angelum deputatum ad custodiam populi Israelitici quem dicunt fuisse Michaelem Archangelum. Alii, quibus magis subscribo per hoc lumen, & per hunc sanctum intelligi volunt ipsum Dominū, qui quidem Israelitis est lux, & quem ut sāctū Israelitę colebāt: Hoc ergo lumē ī igne, & hic sanctus in flamma comburet Assyrios, idest Deus ipse, qui est ignis consumens succendetur, idest in iram, & indignationem commouebitur aduersus rebelles, & ipsius contemptores, & vno die idest simul, & breui tempore, aut die una, idest in nocte, quę est pars diei naturalis deuorabit spinas, & vepres, idest uniuersum exercitum, tam magnos, quam paruos aut etiam opes, & peccata. Dicuntur autem milites qui obsident aliquem locum veluti vepres, & spinę, quia semper sunt parati ad pungendum, & feriendum quoscū-q; ex hostibus obuios habuerint. 70. interp. sic legunt, & erit lumen Israel in ignem, & sanctificabit eam in igne ardenti, ubi p lumen Israel, quidam ueteres intelligunt gloriam illam, & magnificentiam Israel, qua populus Dei dicebatur & Illustris erat. Illud inquā lumen,

Marginal notes: *Tex. 7.* — *Deus cur nocatur Dominus exercituum.* — *Tex. 8.* — *Milites sunt tamquā vepres, & spina.*

Section letters: A B C D E

lumen, & illa gloria erit in ignem, idest considebit in medios ignes, & vniuersa conflagrabit incendio, & cum inquit, & sanctificabit eã in igne ardenti, idest consumet præfatam terram Iudeæ .i. purgabit, & castigabit in igne ardenti, Nam secundum quosdam hæbreos san ficatio potest accipi in bonam, & in ma lam partem, & secundum D. Agustinũ super num. lib. 4 cap. 3. sanctificare pro castigare, quãdoque accipitur, eo quòd pœna aliquib⁹ iniũcta, alios sãctificet, & Deum timere faciat. Cum verò dicit. Et gloria saltus eius, i. multitudo exercitus, quę erit velut dẽsissima & copiosissima silua, & gloria carmeli. i. abundãtia omnium rerum, qua refertus, & munitus erat ille exercitus ab anima, vsq; ad carnem. i. penitus, et omnino consumetur: aut ab anima, vsq; ad carnem, hoc est, tam in corpore quam in anima patientur; anima quidem ad infernum descendet perpetuo igne crucianda, & in carne quia ipsa tota dissoluetur, & in cineres redigetur, & erit terrore profugus, quia videlicet ipse Rex ob maximam, & repentinam sui exercitus cladem perterrefactus procul aufugiet & postremò subdit, reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos, egregijs quidem, & præclaris similitudinibus, ac figuris utitur sanctissimus iste vates. Cõparat, ut mox diximus exercitũ Assyriorũ lignis saltus, hoc est alicuius magni nemoris, aut cuiuspiam amplissimę siluę quia re uera erat valdè multus, & copiosus, vt ligna Syluarum, quę fuerint multis arboribus consitæ, & constipatę, & certè si consideremus numerosum aliquẽ exercitũ in ordinẽ redactũ, et vno in loco coactũ & vnitũ, cũ lanceis, & galeis, et alijs instrumẽtis militaribus optimè instructum et adornatum apparet, quasi magna quædam, & spatiosa Sylua, qui tamẽ reliqui fuerũt post maximã illam cladẽ, tam pauci erunt, ut puer facilè possit eos scribere, & numerare. solemus autẽ nos materna lingua dicere dũ aliqui sunt valdè pauci, si potrebbono numerar con l'naso: constat autem, quod pueri decem, vel octo annorum vix nouerint numerare vsq; ad

Sãctificatio bifariam.

Aug. lib. 4. supra Num. cap. 3.

A decem. Hoc autem dicit quoniam nomina militum scribi solent, qui cum multi fuerint nequaquam à puero conscribi possunt, aut numerari: super hoc pueri scriptura latet aliquod misteriũ de quo dicimus infra ĩ hoc eodẽ capitulo. Sed priusquã reliquũ tex. exponentes aggrediamur duo sunt nobis dubia breuiter absoluenda. Primum, qua ratione Deus vtatur ministerio, et manu prauorum hominum ad corrigendum

B alios, et maximè qui sunt sui. Alterum numquid uerè de Assyriis hic Propheta loquatur, an de quoquam alio.

Ad primum facilè respõdetur, quòd cũ Deus sit omnipotens, Dominus, et creator omniũ creaturarũ potest vti, ut vult suis omnibus creaturis ad quæcũq;' velit: nec solũ prauis, et peruersis hominibus ad alios corrigẽdos, sed irrationabilibus, et plerunq; etiã inanimatis reb⁹ vt lignis, lapidibus, fulgore, imbribus,

C tonitruis, ac diluuiis, vtitur cũ punit et castigat iniquitates hominũ, quẽadmodũ sępissimè magnonostro malo experiri cogimur. Dicit. n Prop. posuit terrã ĩ stagna aquarũ, et terrã sine aqua ĩ exitus aquarũ ps. 106. Dedit terrã fructiferã in salsuginẽ à malitia inhabitãtiũ in ea: facit etiã hoc ipse Deus ad maiorẽ confusionẽ, et ignominiã eorũ, qui delinquunt, cũ viderint se ab eis puniri, et castigari, qui sunt lõgè peiores, et perni

D ciosiores; proindè priori capite dicebat heu ego cõsolabor sup hostib⁹ meis et vĩdicabor de inimicis meis. sed dices si Deus vtitur malis hominib⁹ tãquã suę ipsi⁹ Iustitię ministris ad irrogãdas poenas, puniẽdosq; malos cur et ipsi postmodũ puniũtẽ, quẽadmodũ legimus de Assyriis, qui posteaquã deuastarũt Samariã, et grauitur afflixerũt omnẽ illã regionẽ grauissimè tãdẽ fuerũt, et ipsi quoq; puniti, et penè õnes ceciderũt: Huic pe

E titioni respõdetur, quòd hi homines mali, quos Deus seligit, ac decernit ad ꝑturbãdos ac vexãdos alios delinquentes non id faciunt, vt seruiant Deo, neq; putant, se Dei ope illud fecisse, sed suis viribus, ac potentia, nec non ut expleant suas cupiditates, et praua desideria perficiant, ut paulò ante diximus et ideò meritò pœnas luunt, sic

Deus per creaturas irrationales punit hominũ peccata.

Psal. 106.

cap. 1.

Assyrijs contigisse nouimus, qui non tamquam Deo inseruientes bellum gerebant Israelitis, sed potius tanquam Deo superiores, quasi pro nihilo habentes diuinam maiestatem bellum illud aduersus eos commouerunt. Quòd.n. superiores Deo esse se crediderint ostēditur 4. Regū ca. 18 et 19. cum dixerūt Regi Iuda. Nō te seducat Deus tuus, neque dicas. Nō tradetur Regnū Israel in manibus Regis Assyriorū At ego dum essem in Hispania vidi quędam insignia et vexilla turcharū quibus erant inscripta hæc verba. solus Deus vincit, quibus apparet, non vsquequaq; verum esse quod homines impii, et infideles, qui sæpissime Dei permissu nos oppugnāt et vexant suis ipsorum viribus confidant. Verum ad hoc potest dici non ita ut dicunt, et scribunt eos opinari, sed suis viribus ac industria id tribuere credendum est. Et præterea cum non agnoscant uerum Deum, parum refert quid de eo sentiāt. At de hac questione quomodo scilicet Deus optimus maximus per prauos, et peruersos homines tamquam suos ministros alios castiget non est mirū, quoniam Deus ut supra diximus potest vti suis creaturis ad quodcunq; voluerit, sic.n. dicit. Diuus. Aug. lib. de gratia et libero Arbitrio cap. 20. Deus bonas hominum voluntates quas ipse quandoq. facit ex malis, et in bonos actus dirigit sic etiam illas quæ sunt malę Deus inclinat, uel ad beneficia quibusdam prestanda. vel ad pœnas quibusdam inferēdas, sicut ipse iudicat occultissimo quidē iudicio, sed absq; ulla dubitatione, iustissimo. Ad aliud dubiū dico ꝙ reuera ut patet ex progressu et cōtex. præsentis capitis videtur Prophera semper loqui, et sermonem habere de Assyriis, et cōtra Assyrios, neq; oportet opinari de aliis nationibꝰ quā de Assyriis hoc loco eundem loqui. Sed aliqui tū ueteres tum moderni nō id libenter admittūt, quoniā in bello moto per Senacherib. nō permisit Deus quæcunq. Rex ille fieri statuerat in actū deduci quoniam priusquā exercitus Hierusalem attigisset, vniuersus ferè nocte vna ab Angelo fuit extinctus, et sic ab imminenti plaga fuere Iudæi liberati.

A Et hinc sequitur nūquā Assyrios superasse Babilonios quin potius Assyrij deleti fuere à Babilonijs paullopost tempora Esaiæ. At in hoc tex. legitur hunc Regem Assyriorū accepisse Carcamū & Calanum, & omnes ferè Regiones, quæ erant supra Babilonem. Tertio hoc probatur, quia legitur in hoc eodem cap. Quod cum impleuerit Dominus, seu perfecerit cuncta opera sua in monte Sion, & in Hierusalem visitabit B & castigabit, ac deprimet superbiam Regis Assur. Constat autem, quòd cū Deus castigauit hunc Regem, nondū perfecerat cuncta opera sua, quæ facturus erat in Monte Sion, & in Hierusalem. Postremò non est verum quòd Assyrii contriuerint Israel, & deleuerint, sed captiuū duxerunt, at in hoc tex. habetur quòd ipse firmauerat animum suum, & cor eius ad conterendum Israel & ad internitionē gētium non paucarum, idest multarum gentium. Propte C rea dicunt isti, hæc omnia, quæ referuntur hoc loco de Assyriis intelligi debere de Romanis, quandoquidem tūc Romani, preŕertim post passionē Christi, dominabantur Assyriis, & vniuerso Orbi, & cum nominat Assyrios capit partem pro toto per figuram Sinedochen. Alii quidē opinantur ex his, quę hoc loco dicūtur, aliqua referri ad ipsū demonem, & nonnulla ad ipsum Deū D opt. max. Nam cum dicitur Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, volut hęc verba referri ad demonem, qui gloriatur de viribus malitiæ suæ, quibus putat se posse Vrbes ab altissimo Deo Angelis concreditas ab eorum manibus abducere, & tenebris impietatis inuoluere, & huic opinioni videtur astipulari tex. 70 interp. qui sic legit: inducet scilicet Dñus super mentē magnā, super Principē Assyriorū ubi ꝑ E mentem magnā intelligi volunt ipsū Demonem, qui vocatur magna mens, seu magnus sensus, quia eo abutitur ad instruendos sapientes huius mundi, vt componant, & confingant falsa dogmata, & uarias sectas introducant. Nec mirū ꝙ Demon magna mens nūcupetur, quia iā legimus apud Gen. ca. 3. ꝙ serpens, qui figuratur per demonē *Demon magna mens.*

erat

erat callidior omnibus animatibus, quę erant super Terram, & filij huius seculi prudentiores filijs Lucis in generatione sua à Domino describuntur. Hic ergo Demon, hic magnus sensus, & hæc magna mens est princeps ille, & dux tenebrarum, qui gloriabatur in corde suo .d. in fortitudine manus meę, & sapientia intellectus mei commouebo Ciuitates, quæ inhabitantur, id qđ frequentissimè fieri conspicimus dum concutit, & perturbat Ecclesias, ac Ciuitates fidelium varijs hęresibus, psecutionibus, & scandalis: hunc in modum D. Hylarius, Origenes, & Eusebius lib. 4. demost. cap. 9. exponunt hunc locum: nec mirum, quod ipse Demon talia de se imaginetur, & cogitet, qui ausus fuit dicere Domino nostro ostensa ei omnium regnorum gloria, hæc omnia tibi dabo, si cadens in Terram adoraueris me. Postremò quidam alij ea verba, quæ leguntur in Tex. 70. Interp. videlicet Persuadebo Ciuitates habitatas, siue commouebo, & omnẽ orbem comprehendam manu vt nidum, & c. Intelligunt, & existimant verba esse ipsius Dei, cui verissimè, & appositissimè illa conueniunt, quippequi, est solus, & vnus, qui manu i. potentia, & sapientia sua comprehendit Orbem Terrarum, & conseruat, ac administrat, cui Cœlum Thronus est, & Terra Scabellum pedum suorum.

Lucæ ca. 16.

Hylarius Orig. Euse- bius.

Quid faciam ego inter tot hominũ & clarissimorum virorum varias ac diuersas sñīas, dum quidam volunt ea verba comminatoria intelligenda fore de Rege Assyriorum, alij de Romanorũ Imperatore, nonnulli de Principe Demoniorum, alij de Christo Domino, & Saluatore nostro? Dicam ego, quod scriptura Sacra, cum plures habeat intellectus, & veluti pellis extendatur, nullum inconueniens putabo, si iuxtà literam referatur, primum ad Assyrios, deindè verò ad Romanos, et secundum allegoriam referatur ad Christũ iuxtá modum quemdam intelligendi vt s3. eiusmodi verba secundum veritatem proferantur, nec non & ad ipsum demonem, si cum tumore, & superbia, & apparentia quadam, ac falsitate capian-

A tur: immò si volumus eadem verba in sensu tropologico, & morali intelligere ad vnumquemq; nostrum possunt facillimè referri, quotus enim quisq. nostrum est, qui cum aliquam virtutis, aut potentię imaginem præseferat, non existimet sua se sapientia, & virtute, quemcunq; honoris, aut dignitatis gradum promoereri, vel attigisse? contra quem insurgit Apostolus .d. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti, si autẽ

1. Cor. 4.

B accepisti quid gloriaris, quasi no acceperis? quandoquidem omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à prẽ luminum, et innumera sunt in sacris literis testimonia, quibus arguitur, et reprimitur eorum vanitas, et iactantia, qui à se ipsis hoc est suo merito existimant se bonũ habere, quod habent.

Iac. cap. 1.

Sequitur Textus, *Et erit in die illa: non adijciet residuum Israel, & hi qui fu-*

C *gerint de domo Iacob, inniti super eo, qui percutit eos, sed innitetur super Dominum Sanctum Israel in veritate:*

Tex. 9.

Prædicit hoc loco Esaias, quid facturi sunt, si sapere voluerint, qui post tot ruinas, et calamitates residui fuerint de domo Israel, et inquit, quòd in die illa, quando scilicet vastata fuerit omnis Iudęa, et Hierusalem, non adijciet, idest non cogitabit, neq; amplius decernet, residuum Israel, idest qui relicti fuerint

D de domo Israel, et hi, qui fugerint de domo Iacob inniti, et fundamentum facere, et spem suam collocare super eo, qui percutit eos. Dicit autem hoc Propheta propter eos, qui olim in angustijs positi, & à Rege Syriæ, et Samarię vexati, postularunt auxilium ab Assyrijs, qui tandem ex amicis in odium versi percusserunt eos, et accesserunt, vt obsiderent Ciuitatem Hierusalem, qui postmodum fuerunt ab Angelo vna no

E cte percussi, trucidati, et igne combusti. Cùm ergo viderint illi, qui relicti fuerant post illud excidium, et quòd in hominibus nulla est spes, et fiducia collocanda, et quòd longè melius est sperare in Domino, quam in Principibus, statuerunt, et firmiter induxerunt in animum, non amplius in homine, cuius vana est salus, sed in Domino confidere,

dere, & non in speciem tantum, & simulatè, et ad horam, sed in veritate, et tempore perpetuò, Quod quidem debet nobis in exemplum, et actionū nostrarum certissimum esse documentum quippè qui in angustijs, et necessitatibus nostris non in hominibus, qui sunt instabiles, et infirmi, sed in Deo vero, qui est verus, potens, et immutabilis, spem omnem nostram debemus cogitationes nostras, et desideria collocare, cuius rei signum habemus in liberatione populi Iuda ab obsidione Regis Assyriorum: Quæcunq; enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, et consolationem scripturarum spem habeamus. Rom. 15.
Propterea dicebat Dauid; cum clamarem ad Dominum exaudiuit me, et ex omnibus tribulationibus eripuit me; et in afflictionibus constitutus frequenter ad eum confugiebat. d. de necessitatibus meis eripe me Domine. Psal. 21. Alij aliter exponunt. d. non adijciet residuum Israel, idest qui reliqui fuerint, et permanebunt post ruinam, et destructionem Ciuitatis Hierusalem non adijcient; i. non adhærebunt, neq; amplius coniungentur cum Israel. i. cum populo Iudaico, neq; sectabuntur suas leges, et cerimonias, sed innitentur super Dominū Sanctum Israel in veritate; idest qui est Israel, secundum spiritum, et non secundum carnem, et hoc magis declarat, cum inquit reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam; i. pauci illi, qui remāserint post omnimodam destructionē Iudeæ, reliquiæ Iacob, quæ videlicet descendunt ab illo vetere Patriarca cōuertentur ad Deum fortem; Deus. n. vt sæpè dictum est, re vera est solus fortis, et potens, cuius potentiæ nemo potest resistere: sic. n. habetur 1. reg. in cātico Annę, non est fortis sicut Deus noster. 1. Reg. 2. Et ne quis fortè putaret magnū fore numerum eorum qui ex Israelitis conuertendi sunt ad Dominum, vocat eos reliquias, quandoquidem hoc nomen reliquia, vel reliquiæ paucitatem significat, et quod superest ex multis. Propterea sequitur, et inquit. Si fuerit populus tuus ò Israel, quasi arena Maris, quæ profectò est innumerabilis, reliquiæ conuertentur ex eo. O infelicem, et malè fortunatum populum: per reliquias iuxtà literam possumus intelligere, vel paucos illos homines, qui euaserunt post expugnationem, et captiuitatem Samariæ, vel eos paucissimos, qui viui superfuerunt post maximam illam cladem Assyriorum manu Angeli peractam, vel tandem sub intellectū cadit, et hoc quidem maximè, numerus ille Iudæorum, qui post magnum illud excidiū Vrbis Hierosolimæ, Dei beneficio, ac benignitate Romani Imperatoris superstites esse moeruerūt; quocunquè autem horum modorum eiusmodi reliquias accipias, typus, et figura fuere illorum Iudæorum, qui post Christi passionem in Christum Dominum crediderunt. Et impleta est prophetia quæ habetur 1. Reg. cap. 2. pro qua vide Aug. 17. de ciui. cap. 5. 1. Reg. 2. Aug. 17. de ciu. cap. 5. Et vsq; adeò pauci fuerunt, quòd puer scribet eos, et verè quidem puer scribet in libro suo, qui est liber uitæ, et quicunq; fuerint in eo scripti nunquam poterunt deleri; Et quis nam fuit iste puer? ille, inquam, de quo supra dictum fuit, puer natus est nobis, et filius datus est nobis, et antequam sciat vocare patrē suum, et matrem suam, auferetur fortitudo damasci, et spolia Samariæ coram Rege Assyriorum, sed vide quęso, et mecum ipse considera, quemadmodū Deus promisit Abrahæ ex ijs, qui orituri erant ab eo, quod aliqui futuri essent, sicut stellæ Cœli, reliqui verò sicut arena Maris, Gen. ca. 22. illud certè verum, quod ueteres Patriarchę, et Prophetæ, et Saluatoris nostri Apostoli, et discipuli, quibus ipse Testimonium reddidit, uos estis lux Mundi, luminibus cœlestibus ipso splendore comparantur, reliqui verò, qui secundum carnem ab Abraham descenderunt, tamquam terreni, et terram semper spectantes, et appetentes arenæ comparantur. Ex his ergò hominibus terrenis pauci admodum saluabuntur, et huius rei quasi affert causam. d. Consumatio abbreuiata inundabit Iustitiam; idest finis, et perfectio legis reducta in compendium, et mirumimmodum abbreuiata, ac decurtata, inundabit Iustitiam; hoc est, tam

tam magnam gratiæ, & Sanctitatis copiam proferet, & producet, quod effundetur in omnem Terram, iuxtà illud psal. In omnem Terram exiuit sonus eorum, & in fines Orbis Terrę verba eorum; & hæc consumatio abbreuiata nil certè aliud est, quam lex euangelica, quæ tota in duobus præceptis consumatur & perficitur, in dilectione videlicet Dei, & proximi; supposita quoq; lege naturę, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; & quis nam fuit author huius consumationis, & abbreuiationis, quis nā potuit abbreuiare, & quodammodo concidere legem Dei? Respondit Esaias, & inquit. *Consummationem, & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terra.*

Ps. 18.

A

B

Quæ sententia trifariam potest intelligi, vel quia ipse Christus Dominus noster condidit istam legem, & explicauit, vt videlicet, Diligamus Deum, & proximum, cum interrogatus à quodam, Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? vel quod est mandatum magnum in lege? Matt. 22. & Mar. x. Lux. 18. Respondit illi, in lege quid scriptum est? & statim protulit illi sententiam. d. diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum. In hoc vniuersa lex pendet, & prophetæ & D. Paulus finis & consumatio legis est dilectio, & qui diligit proximum, legem impleuit, & hanc expositionem affert etiam D. Augustinus in tractatu de disciplina Christiana. cap. 2. dicens quod voluit Deus facere verbum abbreuiatum & consumatum propter eos qui se possent excusare, vel quia eis non vacat legere, vel quia non norunt legere, vel quia non possunt facilè intelligere, vt excusationem nemo habeat in die iudicij, voluit ergo facere hoc verbū consummatū, & breuiatū necobscurū, vto ēs ītelligerēt, breue, ne non vacaret legere, ideò apertum, ne quis dicat non mihi licuit intelligere, & verbum istud consumatū, & apertum est obulus, siue nummus argenteus, quem præcepit Deus offerendum à quocumq; qui remanserit in domo Dei, vt perbellè satis, & acutè

Math. 22.
Mar. 10.
Luc. 18.

C

D

E

more suo exponit Augustinus 17. de Ciuit. Dei cap. 5. circà finem. Aut dicamus, quod hanc abbreuiationem fecit Dominus, quia ipse penitus, & ad ūguem legem ipsam impleuit, quemadmodum ipse de se dixit, non veni legē soluere sed adimplere, quæ fuit penitus adimpleta, quomodo ipse docuit. Cępit enim Iesus facere, & docere vsq; in diem quo fuit in cœlum assumptus; Vel tertio dicas, quòd consumationem, & abbreuiationem fecit Dominus, quia quæcunq; de eius passione, morte, & resurrectione iam olim prædicta fuerant tribus tantum diebus perfecit. Et hoc quidem in medio terrę. i. in Hierusalem, dicunt aliqui quam ferunt esse velut vmbilicum totius mundi; aut in medio terræ. i. palàm & omnibus spectantibus & ex omni genere hominū, videlicet latinis, Gręcis, & Hębreis assistentibus, vel astantibus. Præter hæc dicunt aliqui quòd Dominus facit abbreuiationem & paucitatem hominum, qua licet velit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, in pluribus tamen non est beneplacitū ei vt dicit D. Paulus 1. ad Cor. ca. 10. 1 cor. 10.

Prosequitur Esaias, & quasi ex dictis infert consolatiouem populo Israel. d.

Propter hoc dicit Dominus Deus exercituum. Noli timere populus meus habitator Syon ab Assur: in virga enim percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Aegipti. Tex. 10. Nonnulli ad literam hunc inmodum deducunt particulam istam, quia scilicet Dominus breui admodum tempore consumationem faciet, & abbreuiationem in medio omnis terræ. i. quæ erit nota, & manifesta vniuerso orbi liberando populum suum ab oppressione Regis Assyriorum occidendo p manum Angeli vniuersum eius exercitum propter hoc, dicit Dominus Deus exercituum noli timere ab Assur, quia vtiq; aliqua dāna tibi inferet, & aliquā molestiam tibi præbebit, me non solum permittente, verum etiam inclinante, attamen non te omnino delebit, & ad nihilum deducet, sed deprædabitur, & vastabit ea, quæ foris sunt in via Aegipti, hoc est quando cum exercitu proficiscens Aegiptum, aut indè rediēs

per

per tuas Regiones pertransibit; aut in uia Aegipti, hoc est percutiet te, & baculum suum mouebit contra te in via Aegipti i. quemadmodum fecerunt Egiptij, qui te grauiter afflixerunt, quæ tamẽ afflictio nõ fuit satis diuturna neq; extrema maiorum tuorum deperditio; & hoc magis confirmat dicens.

A

Adhuc enim paululum modicumq; idest post breue admodum temporis spatium cõsumabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum. cessabit, finem habebit indignatio mea, & furor meus commotus aduersus populum meum, non propter ipsum, neq; super ipsum, sed propter scelera eorum, et super eorum insignem malitiam, & iniquitatẽ. Vocat enim populum Israel populum suum, quia scilicet peculiariter præ cæteris illum elegit: aut verius appellat Israel, vel habitatorem Syon populum suum, quia scilicet futurus est suus, vtpotè in eũ crediturus: Et propterea quę hic promissiones leguntur, quòd consummationem, & abbreuiationem facit, et quod nolit timere ab Assur, & quod non sit amplius super eum indignationem habiturus, vult per eas innuere quòd post modicum tempus liberabit eum à seruitute diaboli, à seruitute legis, & peccati; et conteret omnem diaboli potentiam, et omnem legis ambitum, & circuitionem, ac multitudinem præceptorum concidet, & abbreuiabit, reducens vniuersam legis obseruantiam ad duo tantum præcepta vt superius diximus. Volunt tamen nonnulli, illud pronomen demonstratiuum, videlicet Consumabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum, ly eorum referatur ad Assyrios, q. d. Indignatio mea, & furor meus, quem cępi aduersus Assyrios citò consumabitur; idest citò apparebit, et manifestabitur; sed hæc expositio parum mihi arridet, cæperat enim loqui Propheta, et prædicere gratiam, et fauorem, quem facturus erat Deus erga populum suum, vbi colligẽdum nobis est, quod etsi homines iusti, et pij, quandoquè affligantur, et puniantur à Deo, talis tamen correctio, et punitio non est satis diuturna, sed breui tempore durat, neq; est ad consumptionem, sed ad correctionem. Non enim relinquit Dominus virgam peccatorum super sortem iustorũ, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Et præterea si conferamus passiones, et afflictiones, quas in hoc mundo patimur ad ipsam æternitatem in qua beata visione fruimur, breuissimę admodum sunt, et ferè nullę, vt Paul. secunda Cor. cap. 4. d.. Id quod in presenti est momentaneum, et leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et alibi. Non sunt inquit condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et sequitur. *Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxtà plagam Madian in petra Oreb; & Virgam suam super Mare & leuabit eam in uia Aegipti.* Mirum est, quod cum mox fuerit loquutus Propheta de beneficio nobis affuturo per Christum, nunc tam citò ad historiam redeat, hoc est ad correctionem, et castigationem futuram per Dominum Deum aduersus Assyrios. Sed ne mireris, quia hoc est in vsu, et more Prophetarum, quoties historia est vmbra quædam, et delineatio futurę veritatis, vt ab uno persæpè transeant ad aliud. Et plerumq; prędicunt aliquid futurum post aliquod tempus penès res temporales, et caducas, vt facilius fidem adhibeant alijs rebus futuris potioribus, et maiore fide dignis. Dicit ergo hoc in loco, quod Dominus exercituum suscitabit flagellum contra Assyrios iuxtà plagam Madian in petra Oreb, idest tam facilè, et celeriter necnon et mirabiliter Dominus exercituum percutiet Assyrios, quemadmodum percussit Madianitas manu Gedeonis in petra Oreb, idest in eo loco, et super petram illam durissimam, in qua, et super quam fuere occisi Oreb, et Zeb Principes Madianitarum, vel in petra Oreb, i. in loco tribulationis. Et Virgam super Mare in via Aegipti, quãdo scilicet percussit Aegiptios dum persequerentur populum Israel: Solemne enim est ipsi Deo eos punire, et castigare, qui persequuntur bonos, et seruos eius;

Margin notes: Ps. 124. 2. Cor. ca. 4. Rom. 8. Tex. 18. Iudic. ca. 7.

eius: Et sequitur explicatio beneficio- A rum Dei erga populum suum, cum inquit; *Et erit in die illa*, Cum. S. Deus decreuerit sumere vltionem de hostibus suis, *Auferetur onus eius s. Regis Assur de humero tuo, non amplius grauabit te, & iugum de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei*; Idest cessabit eorum dominium ad assistentiam, & præsentia bonitatis, & misericordiæ Dei, vel cōputrescet iugum à facie olei; idest dissoluetur, & facilè rumpetur, & dissipa B bitur iugum à facie olei s. à præsentia Regis, qui vnctus dicitur s. ipsius Ezechiæ, qui fuit vnctus in Regem Iuda, velut alij Reges vngebantur. Vel 3. per faciem olei intelligas abundātiam omnium bonorum, & donorum quæ largitur Deus, cum n. Deus, & Christus vnà cum donis, & virtutibus comparebit pro suis, computrescet, & emarcescet iugum, quo præmebamur, ita vt non possit amplius nos opprimere, & gra- C uare: aut dicas, pro amore, & desiderio cœlestis patriæ tam facilè iugū Domini sustinebimus, quemadmodum boues facilè sustinent iugum molle, & perunctum, Et sequitur. Veniet in Aiath &c.

Tex. 12.

Vt Propheta nobis declaret, quam magna sit virtus, & potentia Dei, & qua ratione confundat, & nihili faciat audaciam, ac temeritatem nostram, describit, quanta cum prōptitudine animi, celeritate, & festinatione Rex Assyrio- D rum fuerit profectus cum exercitu ad expugnationem Ciuitatis Hierusalem. Propterea inquit. Veniet supple Rex Assur in Aiath, transibit in Magron, apud Machmas, cōmendabit vasa sua, hoc est supellectilem suam, & quæ impedimento fortasis erant prosequendo itineri, nec exercitui valdè necessaria. Postmodum transierunt cursim Gaba sedes nostra, quia sic fortè erat, aut sic statuerant penes se Assyrij locum illum in E eorum ditionem quādoq; futurum, aut quòd ibi exercitus per aliquantum temporis sistere, & vires præ itinere lassas paululū resumere, & recreare decreuisset. Obstupuit Rama, Gabath Saulis vel fugit audito nuncio tā copiosi exercitus aduentantis. Hinni voce tua filia Gallim; idest eiula, mitte clamores, & gemitus, quia iam propè adest hostium exercitus, in ianuis est, arripe fugam, & te commēda Deo; attende Laisa, hoc est vos qui habitatis Laisæ, vobis attendite, vigiles estote, vobis ipsis consulite, nec despiciatis voces, & clamores eorum, qui sunt vobis propinqui, vt est viculus, & paupercula Terra Anathot, quæ fortasis paupercula dicebatur, aut quia non multis opibus erat referta, vel quia fuerat ab hostibus destructa, & depopulata, aut quia re vera erat paruula, & valdè exiguo Terræ spatio conclusa, migrauit Medemena habitatores Gabin confortamini. *Adhuc dies est, vt in Nobe stetur*: Quasi velit dicere, Non tam cito ad vos veniet, aut nondum accessit nox, nondum aduesperascit, volens innuere, priusquam nox ipsa prætereat liberos fore ab exercitu iam propè menia constituto; Aut dicendum, confortamini habitatores Gabin, hoc est vires in vnum colligite, & fortes estote, quia propè est exercitus, qui facilè, nisi resistatis, vos delebit, & absorbebit. Non multum refert, quę hic recensentur locorum nomina diligentius excutere, vt quæ sint, in qua orbis parte sint sita, quidue significent. Sat sit nobis scire, & intelligere intentionem Prophetæ, quæ est describere, quam fuerit vanus tam ingens belli apparatus, et quam vana fuerit, & pensi nullius tam velox itineris profectio, illius tam numerosi exercitus festinatio tametsi multa intulerit Iudęis damna cū pergeret in Aegyptum, & multo peiora cum reuersi fuere ex Aegypto, quia multas eorum Vrbes incenderunt. Prædicit tandem Esaias, quid sit facturus Rex Assur cum perfecto itinere propinquus erit Vrbi Hierusalem, & inquit, *Agitabit manum suam super montem filia Syon, & Collem Hierusalem*. Agitabit inquam manum, idest crebro ipsam mouebit per modū comminantis, & indicantis prauam mentem, quam habebit aduersus illam Ciuitatem, & eius ruinam decernentis, ac omnino futuram designantis, verum quam fallax, & vana fuerit eius mens, & deliberatio verbis sequentibus demonstratur, cum inquit.

Hymni. vt Hinni.

Ecce, cum videlicet nihil tale expectatetur, Tex. 13.

tur, ex templo, & præter omnem opinionem dominator Dominus exercituum, Hoc est, verus Deus, *Qui verè dominatur super omnia Regna, & qui est Princeps Regum Terræ confringet langunculam in terrore*.

Lagũcula. Seu cum maxima violentia, ad quam violentiam mox sequitur terror; Lagũcula est paruum vas fictile, cui Esaias comparat exercitum Assyriorum, vbi vult innuere, quod ea facilitate Deus confregit, & dissipauit exercitum illũ, qua quis potest confringere lagunculã, quæ de Terra efficitur. Et quemadmodum, cum vas aliquod terreum in terram deijcitur, & confringitur, gignit quendam strepitum, & per consequens non nihil terroris his, qui strepitus, & insperati rumoris causam ignorant. Talis fuit terror, timor, ac pauor ipsius Regis Assur, cum fuit ex templo totus eius exercitus vna in nocte occisus, cõbustus, & in cinerem redactus, paucissimis admodum relictis. & in fugam conuersis. Tunc excelsi statura, quales sunt proceres & magnates. & magni quoquè corporis moles succidentur, & minuentur, vel vt rami ab arbore, & sublimes, idest magni, et nobiles, & alij præcellentes humiliabuntur idest deijcientur, & subuertentur; condensa saltus eius, hoc est milites, qui velut arbores in aliqua Silua condensa manent vnà coniuncti, et constipati, ferro subuertentur, occidentur, & in nihilum redigentur, & libanus, idest Rex cum excelsis; idest cum principibus, & Ducibus, ac magnatibus suis cadet, quia paulò post fuit et ipse à filijs interfectus.

Hæc vltima pars Textus ad literam quam nos habemus fuit exposita, sed iuxtà alium textum, vbi nos habemus. Agitabit manum suam super Montem filiæ Syon, alius textus habet, e conuersò, videlicet Mons Syon agitabit manum suam super Assyrios, quasi insultans illis, & deridens eos, sicut apud Virgilium.

En agros, & quã bello Troiane petisti,
Hesperiam metire iacens; q. d. futurum est quandoquè, ut Iudæi debeant insultare Assyrijs, ut re ipsa contigit, cum diluculo è lecto surgentes uiderunt omnia corpora mortuorum. Sed nota, quod licet hic textus loquatur de euersione Assyriorum facta per Angelum Dei, talis tamen euersio signum fuit, & figura euersionis, ac destructionis diabolicę potestatis factę p Christũ Dominum, & per Apostolos eius cum prædicatum est uerbum Dei, & lex Euangelica per uniuersum orbem diuulgata, tunc enim non solum uis, & potestas demonis fuit imminuta, & foras proiecta, sed tyranni, ac primates gentilium, et Iudęorum vná cum excelsis, & sublimibus corruerunt, præter eos, qui uidentes signa, & miracula, quę fiebant per Apostolos, & Dei ministros, crediderunt in Christum, & iugo fidei se subijecerunt.

Nota etiam, quod per lagunculam fractam, & in terram deiectam possumus intelligere iuxtá allegoriam, Christum Dominum, cuius humanitas in passione fuit confracta, & uarijs modis attrita, post cuius passionem excelsi, & sublimes, humiliati, condensa saltus subuersa; idest impietas Iudæorum cum omni sua altitudine, & magnificẽtia destructa est, & ad nihilum redacta. & c.

CAPVT.

CAPVT VNDECIMVM.

ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de ra- 1.
dice eius ascendet. Et requiescet super eum spiri-
tus domini: spiritus sapientiæ, & intellectus, spi
ritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ,
& pietatis, & replebit eum spiritus timoris domi
ni: non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum
auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes, & 2.
arguet in æquitate pro mansuetis terræ: & percutiet terram vir-
ga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et 3.
erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renũ
eius. Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hoedo accubabit: 4.
vitulus & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus mina
bit eos. Vitulus & vrsus pascentur: simul requiescent catuli eo-
rum: & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab 5.
vbere super foramine aspidis: & in cauerna reguli, qui ablacta-
tus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, & non occidẽt 6.
in vniuerso monte Sancto meo: quia repleta est terra scientia do-
mini, sicut aquæ maris operientes. In die illa radix Iesse, qui 7.
stat in signum populorum, ipsum gentes depræcabuntur, & erit
sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die illa: adijciet dominus 8.
secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod
relinquetur ab Assyrijs, & ab Aegypto, & à Phethros, & ab Ae-
thiopia, & ab Aelam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis
maris. Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos 9.
Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Et aufe- 10.
retur zelus ephraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non æmu
labitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim. Et vo- 11.
labunt in humeros Philisthijm per mare, simul prædabuntur filios
orientis: Idumæa, & Moab præceptum manus eorum, & filij
Ammon obedientes erunt. Et desolabit Dominus linguam ma- 12.
ris Aegypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudi-
ne spiritus sui: & percutiet eum in septem riuis, ita vt transe-
ant per eum calceati. Et erit via residuo populo meo qui relin-
quetur ab Assyrijs: sicut fuit Israeli in die illa, qua ascendit de
Terra Aegypti.

EXPLANATIO IN VNDECIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ET egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini &c.*

EGO existimo quẽadmodũ potui colligere ex uerbis D. Hieronymi, quòd Propheta intendẽs prædicere destructionẽ, & euersionem impietatis Iudaicæ, ueluti iam superius sub figuris, & umbris inchoauit, primo prędixit Virginem pariturã, deindè explicauit nomina filij de ea nascituri iuxtà diuersas eius actiones, & ꝓprietates. Tertio indicauit eius passionẽ ꝑfracturã lagũculę, siue ꝑcussionis rami aut torcularis, et exindè succisionẽ arborũ excelsarum, & casum libani iam præcisi, quibus denotatur, uel circumscribitur sublimitas, & altitudo Iudęorum deiecta, & prostrata; consequens erat declarari, quomodo, & qñ est nasciturus iste filius cuius ortu, et passione, & tandem ipsa morte restaurandum est genus hominum, et potestas diaboli reprimenda. Propterea, inquit, *Et egredietur Virga de radice Iesse*. Vbi non ab re nec superfluè ponitur ista dictio Et, q. d. postquam prędiximus destructionem Assyriorum ueluti figuram, et præsagium destructionis Iudæorum, & prędiximus etiã, cuius ope, & opera est hæc destructio peragenda, nota nunc, & aduerte, quomodo, et quando, aut quibus uijs, et rationibus sit futura ista destructio. Inquit ergò.

A *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.*

Nemo quidem existimet id statim fieri debere, cum uꝫ Assyrij fuerint destructi, excelsi fuerint succisi, sublimes humiliati, et deiecti, & libanus unà cum illis collapsus, et confractus, sed in tempore præfinito à Deo, ac ꝓstituto iuxtà illud Apostoli. Cum uenit plenitudo temporis misit Deus filium suum natum ex muliere, factũ sub lege, ut eos, qui sub lege erant redimeret &c. Gal. 4.

B Quàmuis autem plerique uelint per Virgam, et florem hoc loco intelligi, et insinuari Christum Dominum, ut per Virgam regia eius potestas denotetur, quandoquidem signum regni, aut ipsius Regis, aut alicuius dominantis sit Virga: & per florem eiusdem puritas, et pulchritudo designetur, nos tamen cum D. Hieronymo, per Virgam, beatam Virginem, per florem uero Christum Dominum, ex ea uirga

C prodeuntem uolumus intelligi, quãdoquidem prius oportebat Virgam et surculum ex aliqua radice prodire, mox ex uirga florem, Dicit enim de se ipso Christus Ego flos campi et lilium cõuallium. Cant. 2. Dicitur beata Virgo metaphoricè Virga, quia gracilis erat paupertate, et humilitate, flexibilis uerò ratione pietatis, et mansuetudinis, Et eiusmodi Virga dicitur de radice Iesse, q fuit pater ipsius Dauid, nõ de radice

D Dauid prodijsse, ne quis fortè putaret ob ipsius Dauid dignitatem, atq; excellentiam aliquid splendoris huic flori acces-

accessisse, et præterea inquit de radice Iessę, ut in memoriam reuocetur quam debile fuerit initiũ, et quã misterij plenum exaltationis Christianę fidei principium, non autem negamus quin fuerit ex semine Dauid, cum fuerit ei dictum à Deo de fructu uentris tui ponam super sedem meam ps. 131. et Paulus Rom. primo cap. qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem Nec propriè hoc in loco radix pro ea parte, quæ est sub terra, ubi radix re uera fundatur, sed pro stirpe, uel pro eo trunco, qui super terram est, accipi debet, quod perinde est ac si dicamus Dominum Iesum originem duxisse ex progenie Iessę. At cum dixit Propheta egredietur Virga de radice Iessę, consequens erat eum dixisse, flos de Virga eius ascẽdet, et non de radice eius, uerum non sine causa id factum est, vt rectè quidam aduertunt. Nam ex hac loquendi formula duæ hęreses excluduntur, altera, quæ asserit Chrisum Dominum non habuisse ueram carnem: reliqua quæ opinatur ueram quidem carnem eum habuisse, sed à parentibus non traductam, neq; propagatam, in utero tantũ beatę Virginis à Deo creatam, & à primis parentibus distinctam, sicut lux quædam nulla peccati labe infecta; propterea dicit, flos de radice eius ascendet; idest exiliet, prodibit, et pullulabit, et propriè quidem, quando flos, aut fructus ex arbore prodit, in lucem dicitur ascendere.

psal. 131. *Pau.Ro.c.1.*

A B C D

Qui uerò dicunt per Virgam, et florem intelligi debere Xp̄m Dñum, aliter exponunt hunc locum, sed potius iuxtà sensum allegoricum, quam iuxtà sensum literalem. Dicunt enim quod his, qui tardiores sunt, et negligentiores ad opus Dei exequẽdum dicitur Christus tamquam Virga egredi, et exire, et nõ ascendere, quandoquidem, qui segniores sunt, et pigriores exire debent ex eo statu, in quo sunt, et ad eum commigrare in quem Virga compellit, hominibus uerò iustis, qui uelut palma florescunt, Christus ascendit ut flos, quo usquè afferant fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, patientia, et longaminitas et c. Vt docet Paulus Apostolus ad Gal. cap. 5. Ego certè non abhorreo eorum sententiam, qui Virgam, et florem metaphoricè dici de Christo existimant, cum multi ueteres patres illud sentiant, et multis in locis ostendant congruè Christum appellari Virgam, quemadmodum est illud psal. Virga directionis Virga regni tui, et alibi Virgã uirtutis tuę emittet Dominus ex Syon; sed hoc in loco mihi uidetur conuenientius, ut Beatissima Virgo Maria de radice Iesse egressa, dicatur Virga; flos uerò de eadem radice progressus dicatur Christus. Vndè Beatus Leo Papa Ser. 4. de Natiuitate Domini inquit. Nulli dubium, quod Beata Maria, quæ de radice Iessę progenita est, Virga illa rectissime potest appellari, quæ Spiritu sancto foecundata, nouum florem carnis humanæ utero quidem materno, sed partu enixa est Virgineo, et præter D. Hieronymum, immò multo ante ipsum, Tertullianus lib. de Carne Christi habet hæc uerba; ipse Christus est flos de Virga, nata de radice Iessę, radix autem Iesse, genus Dauid, et tantundem est dicere, Virga est de radice iesse quòd Maria ex Dauid, flos ex Virga filius ex Maria, qui, et ipse fructus uentris Mariæ existit, flos cum fructus, quia per florem, et ex flore omnis fructus. Alioquin, quod Christus Virga dicatur propter dignitatem regiam, et quod Pastor est, et quod Rex Regum, quod Propheta, quod Iudex, non habeo pro aliquo inconuenienti, quin potius existimo, quod Virga illa Aarõ typus fuerit Christi resurrectionis, quòd quemadmodũ illa arida, et sicca reuixit, et refloruit, sic Dñus mortuus reuixit, et rursus in lucẽ prodijt. Dicitur etiam, et rectè quidem ipse Christus flos, tum propter pulchritudinem, ut diximus, tum ꝑꝑ odoris suauitatem, et fragrantiã; nec ab re flos campi potius voluit appellari, quã flos horti, aut cuiusuis pomerij, quoniam flores qui nascuntur in hortis, hominũ studio exurgunt, quemadmodum, et horti, at qui nascuntur in agris, ex se ipsis absq; hominum industria, exoriuntur, sic etiam, et beata Virgo. nulla hominis ope atq; opera, sed sola Spiritus sancti obũbratione protulit hunc sanctis-

E

Gal. cap. 5. *Christus potest dici virga & flos.* *psal. 44.* *psal. 109.* *Leo Papa.* *Tertullian.* *Christus nõ sine causa dr esse flos campi.*

ctissimum,& suauissimum florem Christum Dñum. Præterea flores, qui nascuntur in hortis nõ sunt omnibus expositi, quemadmodum qui nascuntur in agris, sic & Xp̃us non vni tantum genti natus est, sed vniuersis, tametsi quandoq; dixerit, non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt Domus Israel, quorum verborum sensus alibi declaratur. Constat enim ex D. Paulo, quòd ille vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Potest etiam dici, quod velut flores in agris existentes á feris animantibus conculcantur, & conteruntur, sic Dñus Iesus dũ fuit in hoc mundo, fuit à feris, ac seuissimis hominibus, bestijs longè immanioribus, illusus, despectus, flagellatus, pedibus conculcatus, & tandem crudeliter cruci affixus. Postremò flos odorem suum quamuis concisus adhuc reseruat, & contritus accumulat, nec auulsus ammittit, ita Dñus Iesus cum fuit cruci affixus; nec contritus emarcuit, nec auulsus euanuit, sed illa lanceæ punctione, & vulnere illato succisus sacro, speciosior fusi coloris cruore vernauit, mori ipse nesciius, & mortis æternę vitæ munus exalauit. In hoc igitur spiritus sanctus Virgę regalis flore requieuit. Sic enim habet pñs textus.d. Et requieuit super eum Spiritus Dñi; p quæ verba innuitur, quod in eo fuit plenitudo gratiæ, & Sanctitatis, permanens ac sempiterna numquàm mutabilis, ac desitura. Quò respexit Euangelista cum dixit, super quem videris spiritum descendentem, & manentem, hic est, qui baptizat. Et quẽadmodũ dicit. D. Tho. Spiritus Sãctus requieuit ĩ eo; quia gratia nõ fuit ĩ eo augmẽtata, nec p culpã ĩterrupta, nec p repugnẽtiã carnis vllo modo perturbata. Dicitur etiam requiescere super eum Spiritus Domini, quia licet omnia dona gratiæ gratum facientis alicui simul quandoq; infundantur, nullus tamen habet perfectum vsum omnino, velut habuit Christus, de quo verè scriptum est. Non est inuentus similis illi; sed neq; reperitur vllus inter uiuentes, qui habeat simul omnia dona gratiæ gratis datę, cum secundum D. Paulum, alij detur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu. At Christus omnia simul perfectè habuit. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum suum; & postea, pater inquit, diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Nec existimes p tot genera spirituum, quæ hic enumerantur, in Christo diuersitatem vllam reperiri seù multiplicitatem, est enim vnus & idem spiritus diuidens singulis prout vult, vnus, & idem est spiritus sapientię, fortitudinis, quoniam ipse Christus est fons omnium virtutum in tantum, q̃ est sine Christo nullus est sapiens, nullus fortis, nullus intelligens &c. Et nota q̃ spiritus Domini requieuit super Christum non per temporis progressum, seù successionem, sed ab instanti conceptionis suæ habuit omnem plenitudinem gratię, et virtutum, quia ipse est virtus & sapiẽtia Dei Patris. Vndè scriptum est omnia in sapientia fecisti, omnia fecit in Christo, & per Christum. Sed priusquam vlterius progrediar, uide quęso, & considera quam mirabiliter, & artificiosè procedat iste vates, ne quisq̃ frangatur animo, & disperdat; Nanq; in præcedenti cap. vaticinatus est, & prędixit virgam prodituram, quæ dicebatur virga furoris, & baculus indignationis, nunc verò pollicetur virgam de radice Iesse progressuram, quæ sit futura virga pietatis, gratię, & mansuetudinis, virga super quam, & in qua quiescere, & subsitentari possimus, & de qua egredietur flos in quo, & super quem requiescit spiritus Domini, & omnis plenitudo diuinitatis. Non fuit contentus Propheta, nec satis illi fuit, explicasse huius floris decorem, & sanctitatem, quod quidẽ sufficere posse videbatur, sed voluit sigillatim enumerare singula dona Spiritus sancti, quę fuerunt in eo, cum subdit, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientię, & pietatis, & c. Sed dicet quis quomodo fuit in X p̃o spiritus sapiẽtię, & requieuit in eo. Fuit inquam quia iuxtá fluenta eloquij plenissima residens, & diuinitati sibi naturaliter ab æterno insitæ semp ĩtẽtus, oẽs diaboli tẽtationes & argutias eiicit uiriliter, & euitauit:

Matth. 15. *1. Tim. 2.* *Ioan. ca. 1.* *Spiritus sanctus dicitur quieuisse in Christo.* *In Christo Iesu nulla est diuersitas ob diuersitatem donorum.* *Esaiæ ingenium in edẽdis vaticinijs.* *Quo pacto dona Spiritus sancti fuerunt in Christo.*

uit: spiritus intellectus in eo mirabiliter resedit, cũ nouerit apprimè, quibus misteria regni Dei aperire, & quibus in parabolis loqui oporteret. Spiritus consilij in eo fuit, quia abscondebat archana cęlestia sapientibus, & prudẽtibus, & reuelabat ea paruulis. Nonnè fuit in eo spiritus fortitudinis, & valdè fortis, & efficax de quo loquitur propheta,
Exo. 15. ca. Quis similis tui in fortibus domine, quiq; passim in scripturis sacris appella-
7. Cap. viij. tur fortis, & potens: Et paulò supra fortis bellator, spoliorum detractor, & prędator, cuius quidem fortitudinis ipse benè conscius, protulit hæc verba. Nemo potest rapere de manu patris mei.
Ion. 10. Et ego cognosco oues meas, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Non defuit in eo spiritus scientiæ, quippe qui nouerat de omni scriptura congruũ proferre sermonem; & de quacumque
Ioan. cap. 7. re fuerit interrogatus irrefragabilẽ ferre sententiam. Ita vt mirarentur Iudęi
Luc. 2. dicentes, quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Et alibi: mirabantur de doctrina, vel stupebant super prudentia & responsis eius Et alij dicebant. Nũquam loquutus est homo sicut iste. Nũ spiritus pietatis fuerit in eo, & perpetuò quieuerit, quis dubitat? cum videns turbam multam ad eum accessisse, dixit, misereor sup turbã, quia iam triduo sustinent me, nec habent quid man
Ioan. 7. ducent. Et multiplicatione septem panum satiauit quatuor millia hominum.
Mat. 8. Marc. 8. & alia vice cum prope mare ga
Ioan. 6. lileę quod est Tyberiadis vidisset quòd multitudo magna sequebatur eũ, prouidit ex quinq; panibus & duobus piscib⁹ quos habebat puer vn⁹, & satiauit quinq; millia hominũ, exceptis paruulis, & mulieribus: pterea quot cęcis, & claudis, & varijs morbis laborãtibus sanitatẽ restituit, & mortuos in vitã reduxit? Itẽ de se ipso dixit. Filius hoĩs nõ venit aĩas
Luc 19. pdere, sed saluare. Deniq; fuit in eo spiritus timoris dñi, cũ oẽs eius actiones, cogitatus, & opera in sinu & volũtate pa
Quõ fuit in Christo spiritus timoris. tris sui statuerit, & posuerit dicẽs. Pater nõ mea, sed tua volũtas fiat. Luc. 22. sed nota q̃ cũ multiplex sit timor quo timemus Deũ, nõ timere debemus, nec est ullo mõ suspicãdũ timoré seruilẽ quo qs

A recedit à malo timore penę fuisse ĩ Xp̃o dño, neq; timorẽ illũ filialẽ quo qs pp Deum cauet aut recedit à malo culpę fuisse vnq̃ in eo: multo minus timorẽ illũ mundanũ quo quis pp mala q timet recedit à Deo, vel à uirtute, seũ à veritate dicẽda, uel tuẽda, sicut fuit in Petro
Matth. 26. qui Xp̃m dñm, & pceptorẽ suũ ad vocẽ aucillæ ostiarię, & corã scribis, et phariseis ter negauit, sicut & plerio; hominũ facere, nõ verentur quos ar- — Timor dei multiplex. — Matt. 26.
B guit, & monet dñus dicẽs. Matth. 20. & lucę. 12. Nolite timere qui occidũt corpus. post hæc non habent amplius quid faciãt, sed potius eũ timete, qui põt aĩã, & corpus mittere in gehęnnam. Sed timor iste quo repletus erat Xp̃us dñus dr̃ esse timor quidã castus, plenus charitate, & reuerẽtia, quo nos amamus, & reueremur ipsum Deũ. Sed D. Tho. 1. 2. dicit timorem quo fuit repletus dñus nr̃ importare cõiũctionẽ eius ad Deũ, — Matt. 20. Luc. 12. — Tho. 1. 2. q. 68.
C Nã cũ timoris obiectũ sit malũ, nõ põt esse in Deo, sed magis recessum ab aliq bus rebus pp reuerẽtiã Dei. At tertia par: q. 7. Art: 6. dicit hunc timorẽ qui est donũ spiritus Sancti fuisse in Xp̃o, vt respicit ipsam diuinã eminẽtiã, circa q̃ mouebat quodã affectu reuerẽtię, cuius aĩa erat acta, & mota à Spiritu Sancto, quẽ affectũ Xp̃us sm̃ q̃ hõ habuit pleniorẽ cunctis hominibus; ppea dr̃ de eo. replebit eũ Spiritus Dñi. Vbi Notat — Tho. 3. par. q. 7. art. 6. — Christus nõ potuit timere malum.
D Caetanus, q̃ Xp̃s timebat eminentiam diuinã, potẽtẽ infligere malũ, quamuis aĩa Xp̃i, cũ esset determinata à diuina volũtate, ne posset sibi infligere aliquod malũ, secura esset, & libera ab oĩ timore mali: timebat ergo Xp̃s vt hõ, maiestatẽ Dei potẽtẽ infligere malũ, & quaten⁹ põt infligere malũ, q̃uis non ei, neq; in eum, sed solũ in mẽbra eius. Timebat ergo i. venerabatur, suspiciebat, & colebat ipsã diuinã essentiã, seu eminẽtiã,
E quemadmodũ q̃nq; timẽtur patres à filijs, aut prĩcipes à ministris, & seruis q sunt eis maximè grati, & dilecti, qui qdẽ possent infligere malũ, veruntamẽ quia summopere diligunt filios, aut seruos timẽtur ab eis, nõ quia illi suspicẽtur se aliquod malũ recepturos. sed potius quia illos suspiciunt, venerantur, & colũt. Sed melius, & tutius dicẽdo cũ

 domino

domino Caetano,ꝙ licet timor sm̃ se re-
spiciat malũ, tñ vt eleuatur ad donũ, ꝓ-
priè respicit bonũ, & sic fuit in Xp̃o, q
si respiciebat actorẽ mali.i. vt potẽtem
infligere malũ,nõ tñ vt executiuũ,nisi
in mẽbra Xp̃i, nõ in ipsum Christum.
Dubium. Sed forte quis dicet, Si Christus Dei fi-
lius est Deus,& est sapiẽtia patris, coæ-
tern⁹ illi,& consubstãtialis,cur oporte-
bat eũ repleri spiritu Sancto, & huius-
Solutio prima. modi dona tam varia,& multiplicia illi
impartiri? Respondẽt quidã,dñum no-
strum septem hæc dona accepisse, ꝙ in
populo Iudaico cessanda essent,& finem
tãdẽ habitura,& ab ipso Xp̃o deberent
aliqñ in suos fideles diffundi,& dimana
re,& numq̃ amplius apud incredulos Iu
dæos futuri essent prophetę, neq; eius-
modi dona apud eos,vel eis conferẽda,
quæ olim diuidebantur, vt cũ Salomo-
ni datus fuit spiritus sapientiæ, Danie-
li spiritus intellectus & consilij, & alia
alijs iuxtà rõnẽ temporum, & persona-
rũ,& sm̃ beneplacitum voluntatis diui-
Solutio secũda. nę. Vel dic breuius sm̃ Ireneum lib. 3.
cap. 10. ista dona fuisse data ipsi Xp̃o,
Iren. lib. 3. cap. 10. quatenus hõ erat ex radice Iesse, & fili⁹
Abrahæ, nõ rõne qua Deus,& verbum
patris. Cum hactenus viderimus, qua
rõne,& quo pacto fuerunt hęc dona spi
ritus Sancti in Xp̃o dño,videamus,quo
modo,& qñ sunt in nobis.Credimus.n.
Spiritus sancti dona alio mõ fuerunt in Christo & in nobis. tunc quempiã habere spiritum sapien-
tiæ,dũ cognoscit,& apprehendit q̃ ve-
rè bona sunt, & salutaria; & in his persi
stit, nec quibuscumq; leuiculis rebus à
summo bono, & vero demouetur. Per
Spiritus sapientia qualis. spiritum intellectus, intelligimus spiri
tum illum, quo quis optimè nouit, quæ
sunt agenda,& quæ sunt euitanda, nec
præcipitanter fertur in oẽ,quod ei obij-
Spiritus intellect⁹ qualis. citur,sed discurrendo, & conferẽdo pro
bat ea,quæ sunt faciẽda,& respuit, quæ
sunt euitanda. Hoc donum quidã vo-
lunt appellari prudẽtiã, cũ v3. quis in
rebus agendis industriam habet,atq; pe
Spiritus consilij qualis. ritiã. Spiritus consilii consistit in iudi-
cando,& amplectendo quod bonum, &
iustum est, quo dono repleti erant Apo
stoli dum coram magistratibus præci-
pientibus, ne prædicarent in nomine
domini Iesu, audacter dixerunt. Opor-
tet magis obedire Deo, quam hoi bus;

A aut dicamus,& fortè melius, quod spi-
ritus consilij est donum illud Spiritus
sancti,quo quis non temerè,sed maturè
aliquid agit,& prius optimè cogitat qd
fieri expediat, qd vero minus. Post hoc
donum sequitur spiritus fortitudinis, *Spiritus fortitudinis qualis.*
quo quis constanter, & intrepidè exe-
quitur, quod statuerat esse faciendum,
neq; vlla difficultate ab eo exequendo,
aut perficiendo dimouetur. Sequitur
deindè spiritus scientiæ, & pietatis, vt
B per spiritum scientiæ intelligamus di- *Spiritus sciẽtia & pietatis qualis.*
uinę legis cognitionem, & perfectam
scripturarum intelligentiam,& quæ ex
huiusmodi studio, & cognitione oriun-
tur,vt est reuerentia, cultus, & religio,
quæ per spirium pietatis nobis afferun-
tur. Sed aliqui spiritum scientiæ appel-
lant illũ spiritum,quo quis pro loco, &
tempore,& iuxtà alias circũstantias no-
uerit quicquã efficere, vel differre, seù
prorogare,aut prorsus ommittere, ha-
C bita solũ rõne Dei honoris, & vtilitatis
proximi,id quod fortè insinuabat Apo-
stolus arguens Iudæos, quod Zelũ Dei
habebant, sed non secundum scientiã.
Et pietas si referatur in Deũ nihil aliud
est præter id,quod diximus nisi reueren
tia, cultus,& religio erga Deũ,à quò vi-
tam,& bona oĩa accepim⁹, & iuxtà hãc
rõnẽ parum aut nihil differt à timore
quẽ inter dona spiritus enumeramus,
at si referatur,& respiciat proximum,si-
D gnificat propensionem,& affectum ani-
mi ad benèmoerendum de illo,& inser
uiendum illi propter Deum, vt dicebat
Apostolus, exerce te ad pietatem.i.ad
opera,quibus benefacias proximo. Nã
corporalis exercitatio ad modicum vti
lis est, pietas autem ad omnia vtilis est,
promissionem habens vitæ quæ nunc
est, & futurę. 1. ad Thim 4. Postremò *prima Tim 4*
Donum timoris quo nos maximè indi-
gemus, est timor nobis necessarius cõ- *Donum timoris quale.*
E tra cõcupiscentiam inordinatã rerũ de-
lectabilium, quo timore declinat oĩs à
malo, vt legitur prouerbiorũ 16. Propte *Prou 16.*
rea rogabat Dauid Deum dicens. Confi *Ps. 118.*
ge timore tuo carnes meas à iudicijs.n.
tuis timui. Verum est tñ quòd timor
iste non est omnino bonus,neq; est sim-
pliciter malus,sed p ipsum timorẽ de-
ducimur ad timorem omnino bonum
& san-

& ſanctum qualis eſt timor de quo loquebatur Dauid, dicens timor domini caſtus permanet in ſeculum ſeculi. hic eſt ille timor cuius teſte Diuo Auguſtino Dedit nobis Deus ſpiritum qui eſt timor virtutis Charitatis, & continentię. Hic eſt ille ſpiritus qui facit nos omnia libenter pati propter Chriſtum, de quo Paulus ad Rom. 5. hunc in modū loquebatur dicens, gloriatur in tribulationibus ſcientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confūdit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum Sanctum qui datus eſt nobis. D. Thomas 1.2.q.68. Art: 4. quaſi eodem modo demonſtrat dona ſpiritus ſancti nobis aliquando conferri, & in eundem finem quē nos hic adduximus, ſed poſtea plurimum differt eiuſmodi dona reperiri in Chriſto Domino noſtro, atquè in nobis, quoniam in eo, vt ſupra diximus, non eſt datus ad menſuram, ſed ſecundum omnem plenitudinem, & perfectionem, quia fuit perfectus in omni gratia, & virtute, iuxtà illud Ioannis ca. 1. vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis, & D. Paulus inquit, habitat in eo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nobis autem non ſic. Deindè eiuſmodi dona Spiritus ſancti non ſemper manent in nobis, in Chriſto autem ſemper manent, & licet de timore quis fortè poſſet dubitare quia ſcriptum eſt charitas foras mittit timorem: dicimus tamen id uerum eſſe de timore quem uocant ſeruilem, aut initialem, ſed timor domini filialis, & caſtus ſemper manet in patria in Angelis, & Chriſto, & Sanctis animabus, quem timorem non ſolum charitas non excludit, ſed magis auget, & confirmat, undè timor filialis erit in patria quo ad actum reuerentiæ quem exhibemus Deo. Fortitudo facit nos adherere Deo. Pietas congaudere beatis. Conſilium eligere bonum. Intellectus aſpicere, & contemplari, quę Dei ſunt. Scientia quo pacto debet quiſq; ſe habere ad alterum & mutuo gaudere, & lætari cum Deo uiuo, & uero. porrò ſapientię munus erit frui Deo, & eius beatifica uiſione

Pſ. 18. — *Rom: 5.* — *Tho. 1. 2. q. 68. art. 4.* — *Io. pri. cap. 1.* — *Dona Spiritus sācti nō ſemper manent in nobis: In Xpo autem ſic.* — *Quo pacto & in quem finem dona ſpiritus ſancti erunt in patria.*

perpetuò ſatiari. at in hoc ſtatu, & in pręſenti vita eiuſmodi Spiritus ſācti dona non ſemper ſunt in nobis niſi ex ſpeciali gratia, & priuilegio, vt legimus de Beata Virgine, & de quibuſdam Dei electis, & Sanctis hominibus.

Sed penès hanc materiam dubitatur à quibuſdam nunquid huiuſmodi dona Sancti ſpiritus ſint plura aut pauciora. Audio quoſdam fuiſſe opinatos, ſex tantum fore hæc dona, non enim exiſtimant vltimis verbis Prophetæ explicari aliquod donum, ſed effectum tantum ipſius Dei in omnes credentes, & ab horum numero amouent ſpiritum pietatis: volunt enim, vt quem nos ſpiritum pietatis nuncupamus, ſpiritus timoris appelletur. Quidam alij putant plura eſſe dona quam ſeptem, quia ſecundum Apoſtolum Epheſios cap: primo datur Spiritus reuelationis. At ego nullo pacto auderem quicquam aliud ſentire præter id quod dicit Eſaias, quòd videlicet ſeptem ſint dona ſpiritus Sancti, non plura, neq; pauciora, videlicet ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini. Quòd autē aliqui dicunt ſpiritum pietatis eſſe eundem cum ſpiritu timoris, longiſsimè aberrant, quia aliud eſt timor, & aliud eſt pietas, vt ex dictis patuit. Quod autem dicunt de ſpiritu reuelationis, dicimus eundem eſſe cum ſpiritu ſapientiæ vel intellectus: Pro cuius rei ſolutione vide D. Thom. 12 q 68. art. 4. Si autem queras cur tot ſunt & non plura, nequè pauciora? Variæ ſunt ſententiæ. Quidam dicunt ea tot eſſe, quoniam tot etiam ſunt vitia capitalia, pro quibus cohibendis, aut abolendis eiuſmodi dona conferuntur. Sed hæc opinio præter quàmquòd in Chriſto Domino nullum habet locum, etiam ſi de nobis habeatur ſermo difficilè poterit ſubſtineri, vt poſtea videbimus. Propterea dicunt alij, quod cum dona ſpiritus Sancti perficiant vitam contemplatiuam, & actiuam multo efficacius, quàm habitus intellectuales, & morales, quandoquidē cōparantur ad virtutes, velut perfectiones

Dubium de numer donorū an ſint plura, vel pauciora q̄ ſeptem. — *Eph. primo*

nes supadditę facilè demostrabit' ipsa debere numero septẽnario contineri. Nãq;, vel perficiunt virtutẽ pertinentem ad vitam contemplatiuam, vel eandem virtutem pertinentem ad vitam actiuã. Si primum, vel perficiunt ipsam virtutem per modum experientiæ, & gustus, & hoc fit per donum sapientię, aut per modum intimae penetrationis, aut profundæ speculationis, & hoc fit per donum intellectus. Si verò considerentur eiusmodi dona, quo perficiũt vitam actiuam, aut ipsam perficiunt penes recessum à malo, & hoc fit per donum timoris, quo homo peccatum timet, & vitat, non quidem propter poenam, sed ob solam Dei dilectionem, quo timore Ecclesia sponsum suum quanto ardentius diligit tanto diligentius cauet offendere, vt dicit B. Augustinus super psal. 18. vel ipsa dona perficiunt virtutem, qua homo inclinatur ad benè operandum, quoniam si illud bonum oẽs debemus operari, et actum ipsum exercere, sic est necessarium donum pietatis, at si opus ipsum bonum dirigere ac discernere oporteat, necessarium est donum scientiæ. Si verò cõsideretur operatio boni ad quod nõ omnes tenentur, sed in eius executione necesse est viriliter agere tamquam opus arduum executuri, requiritur donum fortitudinis, si verò non exequi, nequè actu exercere, sed tantum dirigere, & prius diligenter aduertere, & meditari, sic datur donum consilij. Et hac ratione apparet, quod necessariò septẽ sunt dona Spiritus sancti, non plura, neque pauciora, & huius numeri ratio, & sufficientia excipitur ex D. Thoma in expositione huius loci. Si alia uis nosse quę respiciunt huius rei copiosiorem notitiam, vide ipsum prima secundę q. 68 vbi etiam facilè disces, quid nobis conferant ista dona, & quemadmodum sint nobis necessaria, tametsi non nihil hucusq; de eisdẽ dubijs tetigerimus.

Nunc vnum superest in hac materia nobis discutiendum, qualis scilicet ordo reperitur inter huiusmodi dona. Esai. enim hoc in loco primum ponit Spiritum sapientiæ, & intellectus, postremò ponit spiritum timoris Domini. Veruntamen legimus in Propheta psal. 110. Initium sapientiæ timor Domini. Vbi D. Aug. serm. p. de Annunciatione Dominica, inquit, Esaiam enumerantem septem illa dona Spiritus Sancti incepisse, à sapientia & ab ea peruenisse ad timorem Dei, tanquam de sublimi descendens ad nos, vt doceret nos ascendere: Sicut ergo ille nõ deficiendo, sed docendo à sapientia vsquè ad timorem Dei descendit: Sic nos non superbiendo, sed proficiendo à timore, usquè ad sapientiam oportet ascendere. Initium enim inquit sapientiæ timor Domini. Nam Esaias cum proposuisset sapientiam (lumen inquã intellectus indeficiens) adiunxit intellectum tamquam quærentibus, vndè ad sapientiam veniretur? responderit ab intellectu, vndè ad intellectum? à consilio, vndè ad consilium? à fortitudine, vndè ad fortitudinem? à scientia, vndè ad scientiam? à pietate, vndè ad pietatem? à timore Domini, et sic vides verũ esse, quod ait Propheta Dauid Initium sapientiæ est timor Domini: & idem lib. 2. de doctri. Christiana cap. 7. fusius declerat quomodo per ista dona Spiritus sancti tanquam per quosdam gradus ascendimus ad vltimum qui est donũ sapiẽtię. D. ẽt Ambrosius persistit in eo, quod legimus apud Esaiam quod videlicet spiritus timoris vltimũ locum inter dona debeat sustinere, vt scilicet ipse timor Dei debeat informari, & perfici per sapientiam, instrui per intellectum, dirigi consilio, virtute firmari, cognitione regi, pietate decorari, tolle timori Domini ista præsidia, & erit timor irrationalis, & insipiens.

Ad huiusmodi dubia facilè est respõdere, primum quidem non est dubium, via generationis, & originis, dum scilicet volumus perfici in via Dei, secũdum gratiam quam nobis elargitur, à timore nobis inchoandum esse. vt alibi notatum legimus videlicet, à timore tuo Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis, & ab hoc principio viarum Domini tendimus ad culmen ipsius perfectionis, quod est donũ sapientiæ. Postquam per huiusmodi sapientiæ donum sumus adepti aliquã perfe-

Psal. 110.
August.
Esa. 26.

perfectionem, qualis in hac vita haberi potest, gradatim descendimus ad timorem, qui timor est quædam firmitas, & stabilitas in dilectione, & amore Dei consistens, qui quidem adeò perfectum reddit hominem, vt illi, in quo sit, nihil desit, iuxtà illud Prophetæ nihil deest timentibus Deum. *Psal. 33.* D. autem Thomas *Thomas.* aliam affert rationem penes ordinem, & enumerationem huiusmodi donorum. Dicit enim quod talis ordo, seu dignitas potest bifariam attendi, & considerari: vno modo per comparationem ad proprios actus, secundum quod procedunt à suis principijs: alio modo per comparationem ad materiã in qua, & circa quam versantur. Constat autem, quod cum dona sint super addita virtutibus, quemadmodum inter virtutes secundum se vna alteram præcedit in dignitate, & perfectione, sic & dona, quæ perficiunt ipsas virtutes se ipsa præcedunt. Et hac ratione donum sapientiæ, & intellectus præcedunt donum scientiæ, & consilij, & hęc duo dona præcedunt reliqua tria, videlicet donum pietatis, fortitudinis, ac timoris: at si respiciamus materiam circa quam versantur, donum fortitudinis, & consilij præferuntur scientiæ, & pietati, quia fortitudo, & consilium habent locum in arduis; ac difficillibus, & magnis periculis, pietas autem, & scientia penes communia versantur. Vndè cum D. Paulus prima ad Tim. 5. *Paulus prima Tim. 5.* d. quod pietas ad omnia vtilis est, non confert eam omnibus donis, quæ à Deo dantur, sed solum corporali exercitationi. De timore autem iam diximus quod in via acquirendę perfectionis primo loco ponatur tanquam primordium quoddam perfectionis acquirendæ. Vndè alibi scriptum est, Qui sine timore est, non potest iustificari. Et deniq; d. D. Thomas prima 2. q. 68. art. 7. dona, quæ sunt directiua, vt quæ pertinent ad rationem, sunt præstantiora donis, quibus aliquid exequimur.

Tex. 2. Sequitur Textus, *Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secundũ auditum aurium arguet, sed iudicabit in Iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis Terræ &c.*

A Cum ostenderit Propheta, quibus donis, ac virtutibus debeat esse refertus flos ille, qui prædifinito tempore egredietur de radice Iesse, per hæc verba, quæ sequuntur ostendit, qualis sit futurus erga illos, quibus præerit, & iuxtà sententiam quorundam ostendit hic Propheta ipsum futurum Iudicem, & habiturum iudiciariam potestatem rectissimam, & ęquissimam, neq; vllam se habiturum acceptionem personarũ. B Propterea inquit. Non secundum visionem oculorum iudicabit; idest non secundum externam speciem, aut humanum iudicium, quandoquidem homines ea tantum vident, quæ patent, & plerunq; vnum pro altero supponitur, & oculus hominis facillimè decipitur existimans aliquid esse rectum, quod est penitus curuum, aut obliquũ: neq; secũdum auditum aurium arguet, idest non iuxtà relatum quorumcunq; C iudicabit, propterea quod homines frequenter passionibus ducuntur, neq; rei veritatem percipiunt, sed iste rectissimus Iudex, qui iustitiam diligit, & cuius vultus ęquitatem videt, ac prosequitur, secundum Iustitiam proferet sententiam. Quidam Textus ita habet. Non ex opinione iudicabit, neq; ex sermone redarguet. Ille quidem iuxtà D. Cyrilli expositionem ex opinione iudicat, *Cyrillus.* qui hominis personam respicit, vel D diuitijs, vel sermonis elegantia, aut pstãtia cultus, aut aliqua dignitate insigniti, quamquam alios perimere velit, seu diripere. At qui non ex opinione iudicium fert, eumdem, velut iniquum cõdemnat prorsus, & deuouet; ille porrò ex sermone iudicat, qui blandis adulatorum sermonibus acquiescit; & eos arbitratur honore dignos, qui laudare norunt, & in negocio didicerint circũuenire proximum. At Dominus noster E verus Emanuel, qui blandè loquuntur, neq; verè sunt boni, & vana loquuntur, grauiter obiurgat, & se longè esse ab eo apertè demonstrat, dũ inquit. Nõ oĩs, q dicit mihi Dñe Dñe intrabit in Regnũ Cœlorum, sed qui fecerit voluntatem pr̃is mei, qui in Cœlis est; & alibi, multi dicẽt in illa die: idest in die Iudicij Dñe *Matth. 7.* nonne in nomine tuo profetauimus, &

virtutes multas facimus, & ego dicam A illis, numquã noui vos. Rursus ille dici potest,& verè quidem ex sermone iudicare quempiam,cum scilicet permittit se moneri,aut suaderi argutis quibusdã rõnibus, quibus solent persępè astuti homines,& callidi circumuenire Iudicẽ, & eum ptrahere p fas, & nefas in suã sententiam,qua rõne plerũq; multi pauperes, & pupilli,& quicunq; sunt auxilio destituti opprimũtur. Dñus aũt, qui corde hominũ intuetur nullo pacto B poterit seduci, qñquidem non ex opinione iudicabit,neq, ex sermone redarguet. 70. sic legunt non sm̃ gloriam iudicabit: idest nõ iudicabit principes, & potentes pro fastu, & gloria, vt plerique faciunt, neq; iuxtà sermonem arguet, quia videbit occulta cordium. Nicolaus de Lira superiora verba secus exponit,cum inquit.Non sm̃ visionem oculorum iudicabit, neq; sm̃ auditum aurium arguet; i. non habebit notitiã C rerum per inuẽtionem à sensibilibus deductam,neq; per doctrinam aliundè acceptam, sed solum per scientiã ei ratione qua homo,diuinitus infusam: aut per scientiam increatã, quæ eidem supposito qua est Deus conuenire dr̃. Sed breuius, & planius absq; tot glosis, & limitationibus, Iudex iste rectissimus, & integerrimus non sm̃ visionem oculorum iudicabit;i non sm̃ id, quod exterius apparet de actionibus hominum D iudicium proferet,atq; sententiam:neq; sm̃ auditum aurium arguet,neq; ex relatu quorumcunq; contra quempiam, vel arguendo, vel condemnando procedet, cum satis nouerit omnem hominẽ esse mendacem, nec opporteat,ut quis

Ioan. 2. ei testimonium perhibeat de homine.

Qualis ẽbet esse bonus Iudex.

Nõ sic agũt pleriq; Iudices,qui sępenumero ex simplici quorũdã relatu impiũ iustificãt,& cõdemnant iustum,id quod in me ipso aliqñ sum expertus, non par E uo mei nominis dedecore,& ignominia, nec modico mei ordinis detrimento, & summa bonorum omnium displicentia,ac detestatione. Non ergo oportet sm̃ visionem oculorum quẽquã iudicare, neq; solo aurium auditu eundem arguere, & increpare, sed imitari oportet iustum Iudicem Deũ, qui non secundũ visionẽ oculorũ iudicabit in quouis iudicio,sed pͤsertim dũ sumus in hoc seculo, neq; sm̃ auditũ auriũ arguet. At quo nã modo; vide quid sequitur. Sed iudicabit in Iustitia pauperes,& arguet in ęquitate p mãsuetis Terræ. Iudicabit inq̃ in Iustitia pauperes;i. nõ pmittet pauperes, & abiectos, & oĩ humano auxilio destitutos opprimi,et grauari à potẽtioribus, & arguet in ęquitate pro mãsuetis Terræ,hoc est suscipiet tutelã,et ptectionẽ in ęquitate,hoc est absq; vllo personarũ delectu eos arguendo, & increpando,qui contra legem, & Iustitiã mites,et mansuetos persequũtur. Vel arguet in ęquitate pro mansuetis Terræ;i. castigabit mansuetos, si et ipsi qñq; deliquerint in vtilitatẽ eorũ,iuxtà illud psal.Castigãs,castigauit me Dñus, Ps. 117.
& morti nõ tradidit me. Castigatio.n. et increpatio Domini liberat nos à morte peccati,hoc est ab ea morte, quę per peccatum inducitur, qua anima separatur à Deo,et detruditur ad perpetuas pœnas inferorũ, Arguet igitur mansuetos terrę, idest humiles,et abiectos,iuxtà illud, Pauperis non misereberis in iudicio. Exod. 23.Quid ultra faciet iste Iudex Iustus? et percutiet Terrã virga oris sui,et spiritu labiorũ suorũ interficiet impiũ: quibus sanè verbis declaratur virtus,maiestas, et robur ipsius venturi Mesię,quem iuxtà veritatem iam olim Dei benignitate venisse fatemur. Percutiet inquam Terram; i. homines terrenos, et terrenis cupiditatibus addictos potentia oris sui,et ui præceptorũ suorum, aut uirga oris sui;i.uerbis efficacibus,et potestatem habentibus,quę ex ore suo nimirũ diuino ueritate conspicuo à quo non nisi diuina et salutaria uerba promanant. Ex ore namquè eius procedunt fulgura, voces, et tonitrua;spiritu labiorũ suorũ interficiet impium,i. AntiXpum et satellites eius,atq; ministros,iuxtà illud psal. Increpasti gentes,et perijt impius;et uerè, Psal. 9.
ac propriè dicimus impium interfici cũ deprehensus,et conuictus in malo,nec loqui, nec mutire audet, et uelut mortuus in Terram prostratus succumbit, et iacet. Viuus est enim sermo Dei,et efficax, et penetrabilior omni

gladio

gladio ancipiti D. Cyrillus ait, quòd Deus percussit Terram virga oris sui, cũ maledixit eam dicens Adamo, Terra es, & in Terram ibis. Maledixit etiam mundo, cũ eũ aquis diluuij submersit, maledixit Iudeæ cũ dixit Hierusalem Hierusalẽ q; occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Ecce relinquetur uobis domus vestra deserta. Postremò percutiet terram Virga oris sui, idest terribili denunciatione, & cõminatione futuri iudicij, cũ d. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum Cœlorum. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, Verba quidem efficaciter dicta à iudice recto, & tremendo verberant, flagellant, & percutiunt. ideò cõparantur virgę. Percutiet terram virga oris sui, idest Christo domino, qui ex ore altissimi prodijt: quiquè aliquando dixit in iudicium in hũc mundum veni ut qui vident ceci fiant Postmodũ sequitur. *Et erit Iustitia cingulum lumborum eius, & fides* idest veritas, et fidelitas, seu cõstãtia verborũ, *cinctorium renum eius*, locutio est metaphorica, & vult innuere, quod usq; adeò apprehendet Iustitiam, & fidem, & ita cohęrebit ei, vti cingulum lumbis, & cinctorium renibus, itaquè fortiter adhærebit ei Iustitia, & totum cinget sicut cingulum lumbos. Nequè id mirum quoniã veritas, fides, & iustitia vnita est humanitati Christi sicut ignis ferro cãdenti, Et quod dicimus de Christo, de corpore eius mistico potest intelligi, idest de his qui imitãtur eum, & sunt ex parte eius, & verè sunt membra eius. D. Cyrillus exponit, quod iustitia erit cingulum lumborum eius, quia in hoc manifestabitur eius potestas, & dominium, qui iustitiam, & veritatem facit in vniuersa terra. Cingulum enim vel Zona secundum ipsum dicitur esse signum principatus: vult etiam per Iustitiam hoc loco intelligamus legem Euangelicam. Ex his omnibus, quę nos hucusq; vidimus, hoc vnum tandẽ nobis colligendum est, quod quemadmodum in Christo fuerunt omnia illa dona spiritus, quæ superius annotauimus secundum excellentiam, & summam perfectionem, ita enitendum omnibus est, qui aliorum curam gerere, & alijs præesse contendunt illis virtutibus, ac donis sint præditi, quæ suppremos Iudices, & aliorum præfectos decent, secundum quamdam participationem, vt quoad fieri potest imitentur Dominum Gubernatorem omniũ: Post hæc prædicit, ac pronuntiat Propheta, officia, & beneficia, & mirabiles operationes, & fructus qui proueniunt ex illo purissimo, & suauissimo flore, qui de radice Iesse ascendet, *cum percusserit terrã Virga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interfecerit impium*. Hoc est cũ prædicatũ fuerit Dei Euangeliũ, & reiecta fuerit, & procul abacta impietas, & hominum stultitia. Tunc enim inquit. *Habitabit lupus cum Agno, & Pardus cum hædo accubabit, Vitulus, & Leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.* Totus iste tex. est metaphoricus, nec potest ad literam intelligi, vt quidam rudes hebræi imaginantur, sed sensus est, quod tanta erit virtus, & efficacia prædicationis Euangelij, quæ est prędicatio mitis, & suauis, & verę pacis, & trãquilitatis inductrix, quòd ab hominum cordibus omnis feritas, & sęuitia facilè tolletur, & faciet nos in pace, & charitate mutua conuersari. Aut planius dicas, & secundum omnium veterum patrum sententiam, quòd cum venerit filius hominis in mũdum, & veritatem patefecerit tunc gẽtes Idolorum Cultrices nullam Dei cognitionem habentes, agrestes, ac rapaces, auaritię deditę ad voluptates easquè turpissimas valdè procliues, atq; ad omnia scelera præcipites, Lupis; Pardis, ac Leonibus per similes miseram, & ignominiosam eorum conditionem edocti vnientur, & conuiuent cum Iudęis ad Christum conuersis, legis instructione, quodammodo mansuefactis, & Iustitiæ conformatione nonnihil perdomitis: aut etiam dicamus, quod homines quidam suaptè natura feroces, & alta sapientes nec hominibus cõsentientes, cum fuerint veram Dei cognitionem adepti, deponent eorum ferociam, atquè immanitatem, nec verebuntur cum pauperibus, & obscurè,

vel

Marginalia: Gen. cap. 3. — Matth. 3. — Io: 9. — Tex. 3. — Tex. 4. — A — B — C — D — E

vel etiam ignotę conditionis hominibus societatem habere. Et sic habitabit Lupus cum Agno, & Pardus cum Hædo accubabit. Id quod facilè est videre in religiosorum domibus, vbi diuersę ætatis, & conditionis homines necnon sub diuersis climatibus exorti vnanimiter, & conformiter uiuunt, eodemq; cibo, & potu uescuntur, quæ res proculdubio Dei beneficio peragitur iuxtà illud psal 67. Qui habitare facis vnanimes in domo, & alibi. Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum, & D Aug. in Regula. Vos estis in vnum congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit uobis anima vna, & cor vnum in Deo. Et hanc vnionem siue consociationem, et coadunationem diuersorum animalium, vidit etiā D. Petrus in eo lintheo quod fuit ei ab Angelo præmostratum vt habetur Act. x. Vbi etiam uidere licet quod varijs nominibus spiritus sanctus appellat eos, qui sunt sui, atquè etiam peccatores. Hos enim lupos, Vrsos, Pardos, Leones, Aspides, & Regulos suis quæq; proprietatibus illis animalibus congenitis alios verò Agnos, Hædos, non qui solebant offerri ꝓ peccato, sed q immolabantur in paschate, Vitulos, Boues, & paruulos nuncupari consueuit, nec sine ratione, ut dictum est; quia scilicet, propter innocentiam, puritatem, simplicitatem, & alias conditiones, quæ in prę fatis animalibus reperiuntur. Cum verò dicit. Et paruulus minabit eos, ostēdit Propheta ingens miraculum quod eo tempore pręter omnem opinionem apparebit, quòd videlicet puer paruulus imbecillis, & teneræ ætatis ducet, gubernabit, & reget eos, qui prius erāt velut Leones, Vrsi, & Pardi, hoc est homines feroces, inhumanos, nihil Deum timentes, omnia paruifacientes, & se se super omnia extollentes. Hos deniq; puer paruulus, hoc est, sancti Apostoli, viri ignobiles, & indocti, ducent eos, & in eorum sententiam trahent, cunctis populis, & gentibus admirantibus. Non placet hæc eorum opinio, qui per hunc puerum paruulū volunt intelligere Christum Dominū

psal 67.
psal. 132.
Act. x.

A Non enim consequitur ijs quę hoc loco proponunt. Si per hoc verbum (minabit) velimus intelligere, reijcere, abijcere, (Quod sanè est valde exoticum, & improprium) dicere poterimus, quòd absq; dubio puer paruulus, idest homines simplicissimi, & omni calliditate, & astutia vacui minabūt, idest abigent, et explodent ab aliorum consortio, qui velut Leones, aut Vrsi voluerint obsistere Dei ministris, quemadmodum legimus de B. Ambrosio, qui expulit ab B ingressu Ecclesiæ Theodosium Imperatorem, nec voluit eum ad percipienda Ecclesiæ sacramenta admittere, nisi iniunctam pœnitentiam expleuisset, id quod videmus frequenter in diuersis Ecclesijs contingere, vbi qui præsunt, veri pastoris officium exercent, non mercennarij. Dicit postmodum, vt clarius ostendat Esaias, hanc vnionem, & familiaritatem. Vitulus, C & Vrsus pascentur. Vide quæso, quæ potest esse societas, & concordia inter hęc duo animalia, inter Vitulū, & Vrsū: Vitulus enim est animal satis familiare, & domesticum. Vrsus verò animal ferox, vorax, & atrox, & humani consortij pœnitus expers. Sic etiam contingat in hominibus qui cum aliquandò fuerint voraces, et tyranni, et Christiani nominis, & officij hostes infensissimi cognita veritate, & ad se reuersi, & in D melius commutati Ecclesias adeunt, & cū Sacerdotibus, & ministris Ecclesię, tametsi fuerint viles, et abiecti ac ōninò plebei, societatem inire et conuiuare non dedignantur; nec solum hi, sed filij filiorum hoc vitę genus prosequuntur. Et nos quotidie videmus plerosquè laicos delitijs, et voluptatibus deditos, plurimum dissolutos, lites, & cōtentiones ambientes, et amplexantes aliquandò spiritu Dei commotos, atq; E incensos arctissimam vitam auspicari, religiones ingredi, et sęculi pompis, et commoditatibus omninò renunciare, et dicere uale. *Et Leo quasi Bos paleas comedet.* Nonnè hoc erit pulchrū et spectabile, et admiratione dignum, quòd Leo, qui consueuit comedere carnes, idest homines graues, et aliqua dignitate insignes, diuitijs et opibus

Puer paruulus minabit eos.

Homines feroces, tyrannis similes vrsis, & Leonibus.

Leonē quasi bouem paleas comedere quid.

bus affluentes, qui delicatis epulis, et cibis uesci consueuere, ad comedendas paleas, velut homines rudes, et simplices, et bonorum omnium inopiam, et caritatem habentes, comedant paleas idest cibos vilissimos, et digestu longè difficiles. Huius autem rei figura est quòd antequàm gentes Christi fidem apprehenderent, improbos, et verè ignaros habuere magistros: At vbi ad cognitionem Dei peruenere, à pristino e rore, et doctrina, qua fuerant imbuti, desciuerunt; et cibum hominibus placidis moribus insignitis præberi solitum, prægustare cæperunt. Sic enim Paulus secunda thim. 2. cap. monet sic debere esse seruos domini, videlicet non litigare, sed mansuetos esse ad omnes velut oues, dociles, patientes cum modestia corripientes, eos qui resistunt veritati, nec velut Vrsos aut Leones gerere se cum fratribus, et sic qui prius erant Leones, quasi Boues paleas comedent. Deinde sequitur, *& delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit mittet manum suam.* hoc idem sub alijs Metaphoris explicare prosequitur quòd scilicet pueruli, et infantes qui ab vberibus matrum recesserunt, mittent manum in loco occulta, et subterranea in quibus degunt aspides, et reguli, idest homines idiotæ, et nullius extimationis, ac ponderis aggrediuntur, et tentabũt eos qui habent impietatem occultam, et hęresim in uisceribus delitescentem, et eam educere, et extrahere Dei spiritu muniti, non verebuntur. Dicitur etiam iste infans qui delectabitur ab ubere fore Christus Dominus noster, ad quem cum adhuc esset in vbere, accesserũt magi vt adorarent eum, et tunc incepit eijcere demonium, cum misit manũ in cauerna reguli, hoc est in corde peccatorum, et in potestate Diaboli. Vide Greg. 17. mor. cap. 18. Deinde sequitur. *Non nocebunt, neq; occident in uniuerso monte sancto meo* Sensus est. Quòd ista animalia idest aspides, et reguli, et quæcumquè alia pestifera, et venenosa, et quantacumq; rabiæ opplera, non nocebunt, nequè occident istos

Pau. 2. thi 2.

Tex. 5.

Greg. 17. mor. cap 18

Tex. 6.

A ministros, et seruos meos fideles, vtcumq; sint paruuli, idest humiles, et abiecti, nequè aliqua dignitate insigniti. Cuius rei testimonium sunt gloriosi martyres Vitus, Modestus, et Crescentia qui cum iussu Diocletiani fuissent obiecti cuidam Leoni, ipse Leo prosternens se eorum pedes lambebat. Sic Primus, et Fœlicianus martyres decorati, cum vná cum duobus leonibus fuerint in Theatrum immissi, nihil læsionis

B ab eis pertulerunt, sed potius ad corũ genua prostrati, capite et pedibus blãdiebantur, ex quo mirabili spectaculo quingenti homines Christi fidem susceperunt; sic etiam legimus de Daniele in lacu leonum detruso, et plerisq; aliis martyribus, quorum corpora nequaquam fuerũt à Leonibus, et bestijs ullo pacto molestata. Hoc idem de duobus sanctis martyribus Abdon; et Sennen. quos Vrsis, ac Leonibus obiectos, fe-

C rę, illæ feroces non audebant attingere: vide etiam de Beato Ianuario, et sociis eius. Id quod etiam pollicitus est Saluator discipulis suis, cum dixit Demonia eiicient, linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, & si mortiferũ quid biberint non eis nocebit, super ęgros manᵘ imponẽt, & benè habebũt, Nec mireris, quòd homines, uocentur & sortiantur nomina belluarum ob aliquam significationem, siuè similitudi-

D nem alicuius conditionis, vel proprietatis, sic Beniamin Lupus Rapax, Iudas Leo, Herodes Vulpes, Scribę, & Pharisei progenies Viperarum, & Christus ouis, leo, petra, & sic de aliis &c. *Et hoc erit in vniuerso sancto meo*, idest dum fuerint, & perstiterint in Ecclesia mea quæ appellatur Mons sanctus, quia in alto glorię fastigio est collocata, & propter dogmatum, ac pręceptorum, & consiliorum altitudinem, & su-

E blimitatem iure optimo appellatur mons, in quem nullus, qui confugiat potest quicquam mali sustinere, De hoc monte loquebatur Dauid Propheta ps. 110. Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quòd si dixeris, multi homines pii & fideles vexantur, & occiduntur ab impijs,

Martyres sã cti illesi à feris animali. bus.

Mar. vlti.

Ecclesia Dei Mons sanct. psal. 110.

impiis, & infidelibus; Respondebo hos vtiq; quantum ad corpus, non quo ad animam quicquam pati. Propterea dicebat illis Christus Io: 10. in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum, & apud Matth. Beati estis cum maledixerint uobis &c, & dixit *In vniuerso monte sancto meo*, vt ostendat quod vbicumq; erit vera Ecclesia Dei, non magis hic quam ibi, sed vbiq; terrarũ ministri Dei erũt ĩmunes ab oĩ malo. Et hoc erit, qa terra erit repleta sciẽtia Dñi, i. pdicatione Euãgelij, & manifestatione veritatis, dum s3. prædicabitur, & manifestabitur ĩmensa Dei benignitas erga hominum genus, & erit repleta Terra scientia Domini, sicut aquæ Maris operientes. Nãquè sicut mare operit magnam partem Terrę; & si Mare extra limites suos exiret, facilius cognosceremus, quam maximam Terrę partem operiret, sic erit de scientia Dei, quoniam vt ait Propheta psal. 8. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum: per quę verba facilè quisq; videre potest, quam sit vtilis prædicatio verbi Dei, ad reformandos mores, ad componendas lites, & ad vnitatem in Ecclesia Dei constituendam, & conseruandam, & quam magnam partem totius orbis occupabit, & sit occupatura semper quousq; fiat vnum ouile, & vnus pastor. Post hęc sequitur Propheta prędicendo, & plenius ac planius explicando, quid futurum est post Christi mortem, & resurrectionem. Inquit enim D. Hieronymus, quod postquam loquutus est Propheta in hoc eodem capite de Christi Natiuitate, & de effectu prædicationis eius, nunc venit ad mortem & ad ea, quæ mirabiliter, & summo omnium stupore, & gaudio contingent. Et inquit.

Eccl. Dei velut mare operiens terram.

Psal. 8.

D. Hieron.

Tex. 7. *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & Sepulchrum eius erit gloriosum.* Inquit ergo in die illa, quando scilicet lupus cum Agno habitabit, & Pardus cum Hedo accubabit, aut cum fuerit prædicatum Euangelium & repleta Terra scientia Domini, radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes

A deprecabuntur, sed vide, quod non respondet illud relatiuum, qui sub genere masculino illi substãtiuo nomini generis fœminini, idest radix, Verum de industria hoc factum est, ut ostendat non radicem fore in signum populorũ sed qui de radice procedit, qualis fuit ipse Christus de quo super dictum est. Et conuenienter dicit, qui stat in signũ populorum. Stat inquam firmiter, & immobiliter, & stat erectus, vt ab omnibus conspiciatur, quem omnes B intueantur, & in quem facilè omnes oculos coniciant: stare enim multifariam sumitur, nam quandoque significat rectum esse, & super pedes consistere, quandoq; significat permanere, & nullo loco moueri. Item sumitur pro durare, stat, idest durat, supponit etiã quãdoquè pro decreto, & statuto immobili, vt stat sua cuiquè dies, stare etiam significat ministrare & inseruire, vt inquit Apoc. steit Angelus iuxtà aram tẽ C pli. & 1. Reg. 16. cum venisset Dauid ad Saulem stetit coram eo, & quandoquè stare sic acceptum notat reuerentiam, & obsequium, sicut videmus nobiles aliquandò stare coram principe, & esse primos apud eum. Tandem stare significat sua ui, & grauitate subsistere, quo modo existimo accipi hoc loco cum dicit Propheta. Radix Iesse stat in signum populorum. Erit inquam D positus in signum populorum cum fuerit exaltatus à Terra per Crucem, & passionem, positus erit in signum, quod omnes admirentur, & in quem populi omnes spem suam, & fiduciam collocent. Sed, & positus erit in signum, cui ab omnibus contradicetur, tametsi futurum est tempus, quod ipsum gentes deprecabuntur. Nam cum intellexerint, qua cura, quouè studio, quàm maximis laboribus, & quanta cum dile- E ctione, & charitate fuerit prosequutus ipsum mundum, & pro eo reparando tandem mortem subierit, fieri non poterit, quo minus ipsum sequantur, in ipsum credant, ei toti adhereant, & se suaquè omnia eidem committant. Et hoc est, quod ĩ psal. 71. prędictum fuit. Adorabunt eum omnes Reges Terrę, omnes gentes seruient ei. Alius tex. habet

Christus positus est in signum.

Psal. 71.

habet. *In ipso gentes sperabunt*, cuius sẽsus non est multum dissimilis à priori Textu. Non enim gentes depræcarentur eum, nisi, spem concepissent se auxilium ab eo accepturas. Sic, et alius textus, qui habet, in illum gentes inquirent, quod propè nihil aliud vult innuere, nisi quòd gentes promptè, alacriter, et expeditè magno cum studio, ac diligentia ad ipsum properabunt pro cõsilio, et auxilio ab eo obtinendo. *Et erit sepulchrum eius gloriosum*, quia diximus ipsũ quandoq; stãdum in signum populorum, quod maximè futurum est cũ fuerit adactus in Crucem, et erectum fuerit illud uexillum, et in medio vniuersę Terrę plantatum, et fixum; consequens erat, quid post passionem, et mortem sit futurum Propheta ediceret et inquit. *Et sepulchrum eius erit gloriosum.* Nulli dubium, si respiciamus hęc nostra tempora, ne longius petamus exempla, multi summa cum pietate, et deuotione, multa vitæ pericula subeũtes currunt ad ipsũ uidendũ, adorandum, & colendum. Aut dicas, quòd sepulcrum eius erit gloriosum, idest mors eius, per quam fuit positus in sepulchro, erit gloriosa, quia per eius mortẽ fuit exaltatus super omne nomẽ ut in eius nomine omne genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, et infernorũ: vbi nos habemus sepulchrum eius erit gloriosum 70 Interp. legunt. Erit requies eius honor: et D. Hieronymus commendat hunc loquendi modum, quia re uera mors Christi non potuit appellari mors, cum sit perpetua vita, sed cõueniẽtius requies est dicta, et hæc eius mors, siuè requies fuit honor, quia per resurrectionem fuit maximè glorificatus, vt mox diximus. Quidam mistìcè per sepulchrum intelligunt Ecclesiam, quando in ea Christus spiritualiter requiescit, ac residet, nec solũ spiritualiter verum etiam corporaliter, sub speciebus panis, et vini. Et sepulchrum .i. Ecclesia semper est, et erit gloriosa, nõ habens in se, neque secundum se maculam, et rugam, aut aliquid huiusmodi. Sed vt melius pateat, quam gloriosum fuerit, et sit eius sepulchrum, idest mors, et resurrectio; nota quæso

Sepulchrum Christi gloriosum.

Ecclesia Dei potest dici sepulchrum.

A quòd ait D. Chrisost. Namquè Reges positis diadematis crucem suspiciunt suæ mortis simbolũ, in purpuris crux, in diademate crux, in armis, in rebus omnibus toto orbe crux super solem fulget, et splendet, et nostro hoc seculo conspicimus, ope, et opera iussu ac diligentia, nec non pietate Sixti V. Pontificis Max. multos obeliscos iam diu per multa tempora humi prostratos et confractos, nunc per Vrbem
B erectos et super unumquemq; sanctissimam Christi Crucem auro contectã summo omnium gaudio, et alacritate constitutã. De hoc sanctissimo Crucis signo in nationes eleuato, digressiumculam quãdam fecimus in calce huius operis. *Et erit in die illa*, hoc est quando fuerit prædicatum Euangelium, et veritas ipsa patefacta, id quod non nisi post Christi mortem futurum est, et paullo ante post Christi aduentum *adÿ*
C *ciet Dominus secundo*, hoc est altera vice *manum suam, & virtutem suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, & ab Egypto, & à Phetros, hoc est ab Arabiæ finibus, vel à parthis & ab Ethiopia, & ab AElam, & à Sennaar, & ab AEmath, & ab insulis maris*, hoc est ab Italia, et cęteris locis, quæ sunt intra Mare Oceanum. Hæc omnia loca hic enumerata, sunt ea, quæ aduersabantur Iudæis, et post modum nobis
D quoquè fidelibus, quò minus veram Dei cognitionem haberemus. Quantum ad id, quod secundo Deum manum apposuisse dicitur variè expositum inuenio. Quidam enim volunt sic intelligi, quod primo Deus manum apposuit ad possidendum populum suum, cum liberauit à captiuitate Babilonica, secundo cum ab obsidione Assyriorum. Alij, et longè melius, ad tempora Christi referri volũt, quòd
E scilicet primò apposuit Deus manum suam, quando dedit legem Moysi, qua sciret ille populus, quid esset facturus, vt Deo placeret. Secundò, cum dedit nouam legem, vt possideret residuum populi sui, cum scilicet optimè perspexisset veteram legem parum, aut nihil profuisse ad salutem consequendam, quia lex neminem ad perfectũ adducit. Alij

D. Chrisost.

Sixtus V. Pont.

Tex. 8

Alij exponunt, quod primò adiiciet manum suam ad possidendum populum suum, quando Christus Iesus per semetipsum prędicauit Regnum Dei, & signis, ac prodigijs curauit attrahere populum ad veritatis cognitionem. Secundò adiiciet manum, cum per Apostolos, & eorum successores laborauit, ut saluaret reliquias populi sui. Vel 3. apposuit primò manum, ut possideret, & saluaret ex reliquiis Israel sanctos Apostolos, & nonnullos, qui cum ipsis erant ex omnibus tribubus Israel: secundò apposuit manum ad possidendum, & saluandum reliquas gentes ex omni natione quæ sub Cœlo est. Quid vult ra? *Et leuabit signum i nationes*. i. vexillũ Crucis, quòd erit salus, & protectio cunctis gentibus. *& congregabit profugos Israel* i. dispersos ex omni tribu Israel secundum carnem, aut melius congregabit profugos Israel, idest filios Dei, qui erant dispersi, & sunt ex semine Israel secundum spiritum, & congregabit eos, & colliget à quatuor plagis Terræ, idest ex omnibus partibus Terræ habitabilis, vt Oriente, Occidente, Meridie, & Septentrione, & fuit facta primum ista collectio, & coadunatio in die sancto Pentecostes, quando ex omni natione, quæ sub Cœlo est illùc confluxerat, & præterea singulis quoquè temporibus aliqui ad fidem adducuntur, vt nostra hac tempestate, Dei beneficio nos cuncti videmus de nouo Orbe, & multis insulis ad Christum cõuersis: nonnulli per pfugos intelligũt eos, qui cum prius essent fidem professi ab ea defecerunt, sed tandem Dei clementia ad eum redierunt. *Et auferetur Zelus Ephraim*, idest odium, & emulatio quæ erat inter populos Israelis, & hostes Iuda peribunt. Id quod secundum historiam dicitur fuisse tempore Macchabeorum. Sed verius dicamus hostes Iuda periisse quando per fidem ablatæ sunt omnes æmulationes, rixæ, & contentiones, quæ erant inter illas tribus quandoquidem in Christo Iesu non est distinctio tribuum, neque sexuum; sed omnes in Christo fratres sumus, & filii Dei et hoc est, quod repetit. Ephraim non emulabit Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim.

Christi Iesu labor & diligentia, ad reducendos dispersos Israel.

Tex. 9.

Insulæ maris recepere fidem.

Nouus Orbis accessit ad Christũ.

Tex. 10.

Per fidem Christi inimici reconciliantur, & fiunt vnum.

Et volabunt in humeros philistiim super mare. Quomodo volabunt in humeros philistiim super mare, idest prædicatores Apostoli verbi Dei cum tanta celeritate erunt in Terra philistinorum, & Alienigenarum, siue Orientis siue Occidentis, vt volasse videantur super Mare. Nam cum acceperint naues, quibus onera portantur, uelut humeris, & Mare transitur, sic Dominus volasse super mare prædicatur. Aut metaphoricè loquẽdo dicamus, quòd quis volat in humeros, cum ex improuiso, & velut à tergo, quasi non visus, aut expectatus, quis insilit super humeros alicuius, & tangit ipsum, aut sistit, sic ferè fecisse videntur Apostoli cum multis aliarum gentium, & nationum. Aut dicas discipulos Christi volasse in humeros Philistim, quia ita suis prædicationibus & verbis diuinis eos appræhenderunt, & captiuarunt, vt non secus, quàm Leones, aut Vrsi capiunt, & apprehendunt aliquod animal, quòd sub pedibus tenent, conuincunt, laniant, atque discerpunt, sic & Apostoli quos suis pdicationibus apprehendebant ita captabant, & tenebant, vt corpus, & animam pro arbitrio disponerent, ac facerent, quòd vellent. Se enim, & sua omnia comprehensi tribuebant Apostolis, & ad pedes eorum proiiciebant & si oportuisset, etiam suos oculos eruissent, vt dicit Apostolus. Simul prædabunt filios Orientis, hoc est è potestate Diaboli auferent homines Orientales *Idumea, & Moab præceptũ manus eorũ & filij Ammon obedientes erunt.* Idumea, & Moab qui ante erant inimici, & deniq; omnes gentes, & tota latitudo Terrę, quæ prius Idolis dedita erat, implebunt præceptum, manus eorum, idest præceptum quòd ex manibus, & potestate, ac uirtute eorum procedit, vel pręceptum manus eorum, idest præceptũ quod ipsi prius quàm alios docerent, exemplo Domini opere complebant, qui cæpit facere, & docere. Et filii Ammon obedientes erunt supplè præceptis eorum. Obedientes inquam & obaudientes prius enim audire, & fidem adhibere oportet, & postea obedire, fides

Tex. 11.

Quo pacto Apost. comprehẽdebãt & rapiebãt homines.

Rom. 10. des enim ex auditu, auditus autem per verbum Christi. *Et desolabit Dominus*
Tex. 12. *linguam Maris Egypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, et percutiet eum in septem riuis, ita ut transeant per ipsum calciati.* Non est dubium, quin hoc loco Propheta sub Typo, & figura diuisionis fluminum, velit prædicere facilitatem, quam habituri sunt Apostoli, ad prædicandam Christi fidem per omnes partes orbis: ista autem facilitas haberi nõ potest nisi amo B ueantur impedimenta, quibus detineri potuissent; aut difficultate itinerum, aut fortitudine, seu potentia principũ obsistentium. Dicit ergo primo quòd dominus desolabit, destruet, exterminabit linguam maris Egypti, idest illam partem maris, quæ lingit Egyptũ Lingua maris hoc loco vocatur pars
Lingua Maris Maris, hoc est illa pars, quę lingit, aut terminat Regionem Egypti, & est cõmunis modus loquendi: & quomodo desolabit, hoc est, ad eum statum reducet, ut non posit esse impedimento itinerantibus, aut progredi, vel transmeare volentibus. Et leuabit manum super flumen. Aliqui uolunt, istam particulam esse expositiuam pręcedentis, quoniã linguam Maris Egypti, dicũt esse Nilum. Aliqui per flumen intelligunt Euphratem, Sed mihi magis videtur, vt sit remotio alterius impedimenti, quod erat ratione Nili, qui ob D magnitudinem, latitudinem, & abundantiam aquæ in vnum collectę, difficile admodum poterat pertransiri, & præsertim quando innundabat. Dicit ergo,
Deus aufert à suis fidelibus qua impediũtur ad salutem. quod leuabit manum suam idest exeret potentiam suam super flumen in fortitudine, & vehementia spiritus sui, idest roboris, & virtutis suę. Et percutiet

A eum in septem riuis, idest diuidet eum in tot partes, & meatus, vt non sit adeò copiosũs, & multus, ita ut homines trãsire possint per eum calciati, idest cum calceis, & non nudis pedibus, quemadmodum fieri solet, quando in fluminibus, sit tantum aquæ, quòd oportet trãseuntes discalceari. Vult ergo breuiter innuere, quod vsquè adeò erit imminuta potentia regnorum, & vsq; adeò pacatæ erunt mentes populorum, qui B assimilantur aquis. Nã aquę multę, populi multi quòd discipuli, & ministri Christi poterunt cum maiori facilitate annunciare verbum salutis. Vndè tandẽ subdit. *Et erit via residuo populo meo.* idest electis meis, & qui mihi fidem adhibebunt, qui scilicet relinquetur ab Assyriis, idest a Demonibus, & persecutoribus meis, sicut fuit Israel, in die, qua ascendit de Terra Egypti. Nota est historia, quæ legitur Exo. 14. Quanta *Exod. 14.*
C cum facilitate, & cæleritate liberauerit Dñs populum suum de manu Egyptiorum, quando transierunt per mare rubrum, quia posuit mare rubrum in diuisiones aquarum. Sic etiam liberaturus est reliquias populi sui, nec permissurus ut à flumine absorbeãtur. Nota hoc loco, quomodò scriptura ubiquè sibi ipsi constet, dicitur enim hic, *Notandum* quòd Dominus leuabit manum suam super flumẽ in fortitudine spiritus sui;
D & Exo. 14 pariter dicitur, quòd Moyses extendebat manum suam super mare, & aquæ ibant, & reuertebant, sic legitur Eccle. 36 innoua signa, & immutã mirabilia, glorifica manum &c. Supra hoc *Eccle. 36.* cap. præsertim post medium nulla potest haberi clarior expositio, quam illa D. Hyeronimi.

Septem riui sunt septem dona spiritus sãcti de quibus supra vel septem sacramenta Ecclesiæ, ut qui non potest transire per vnum riuum transeat per alterum.

CAPVT DVODECIMVM.

1. *E T dices in die illa: cõfitebor tibi Domine, quoniã ira*
tus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es
2. *me.* Ecce *Deus saluator meus; fiducialiter agã & nõ*
3. *timebo:* Quia *fortitudo mea & laus mea Dominus, &*
4. *factus est mihi in salutẽ.* Haurietis *aquas in gaudio*
5. *de fontibus saluatoris;* Et *dicetis in die illa: Confitemini Domi-*
no, & inuocate nomen eius: notas facite adinuentiones eius:
mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate *Domi-*
6. *no quoniam magnificè fecit: annunciate hoc in vniuersa ter-*
7. *ra.* Exulta, *& lauda habitatio Sion: quia magnus in medio*
tui sanctus Israel.

EXPLANATIO IN DVODECIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

E*T dices in die illa, confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.*

PRAEDICIT Propheta quid sit futurum post liberationem factam per Christum: aut melius quid facere teneantur illi, qui sunt redẽpti, & liberati per Christum, quod si volumus persistere in figura, & signo, dicemus quid facturi sunt qui fuerint per manum domini liberati ab Assyriis, & alijs populis qui persequebantur populum Dei. Et certè nihil aliud quã laudare, & gratias agere Deo, qui post iram, & furorem conuersus est in misericordiã, & mansuetudinem, & consolatus est populum suum, Sic ergo dicit, & dicet in die illa quando scilicet ò Popole Dei, ò tribus Iuda, & tribus Israel liberatus fueris à tot hostibus, A qui quærebant delere te, & prorsus extinguere nomen tuum. Illa dictio, & non superfluit q.d. Deus, cum videris, & expertus fueris misericordiam Dei quod fueris liberatus ab Assyriis, idest à potestate Demonis, quid facies? quid retribues Deo? pro tot beneficiis tibi collatis? quid facies? quid dices in die illa? sequitur, Confitebor tibi domine &c. Dices ergo. Confitebor tibi domine, laudem dicam tibi, & celebrabo B nomen tuum, & gratias agam, quoniam scilicet iustè iratus es mihi, quia multipliciter peccaui, & offendi nomen sanctum tuum, & prouocaui maiestatem tuam ad indignationem; sed his non obstantibus conuersus est furor tuus in misericordiam, & mansuetudinem, et consolatus es me, redimendo

me,

me, & liberando à tot malis, & periculis. Hunc in modum fecit populus Israel cum submersis Egyptijs in mari rubro securus, & liber aufugit, & euasit inimicorum manus: Sic & nos, & vniuersa Ecclesia postquam destructum fuit regnum diaboli hymnum cantare debet domino Deo: Sed quādo iratus fuit Dominus nobiscum? à principio quidem, cū s3. Apostatauit ab eo in paradiso terrestri Adam, & potius Demoni q̃ Deo creatori suo voluit obtemperare. Quando consolatus est nos Deus? Tūc quidem quando reuelauit consilium suum promittens vnicum filium suum Saluatorem nostrum mittere, ut satisfaceret pro totius generis humani delictis, & præuaricationibus, cuius rei promissio facta fuit Adę, & Euæ, ut scilicet semen illius uel illorum contereret caput Serpentis Gen. 3. Promisit etiam Abrahæ se benedicturū omnes gentes: illud idē fuit promissum Isaac; Gen. 26. & ipsi quoq; Iacob Gen: 28. Gen. 49. p̄dictum fuit Iudæ ex eo nasciturum qui sit futurus expectatio gentium. Et pręterea dum quisq; nostrum agnoscit se mole peccatorum fore oppressum, & propterea perciperet Deum iratum, & ad eius misericordiam, & pietatem cōtritum accedere, mox Deo reconciliabitur, & ab eo consolationem accipiet; tunc postea assurgemus in laudē Dei, & cantabimus canticum laudis, et gratiarum actionis sub his uerbis. *Ecce Deus Saluator Meus*, Quasi uideat Deū præsentem sibi opem, et auxilium prębentem, præ gaudio, et securitate dicit. Ecce adest Saluator meus, hoc est Iesus Christus quippe qui dicitur Iesus, quia saluum faciet populum suum à peccatis eorum, dicitur quidem Saluator non solum quia Saluatorem, sed quia opem, et auxilium ad eam consequendā nobis confert: fiducialiter agam (Domini mei uiribus innixus), et non timebo; quandoquidem ad fiduciā sequitur securitas quædam, et audacia iuxtà illud psal. Dominus mihi adiutor, nō timebo, quid faciat mihi homo; quia fortitudo mea, et laus mea Dominus Deus fiducialiter agam, quia indutus armaturā Dei, p̄ fidē, et Sacramēta

Deus quando iratus est nobis.

Quandō cōsolatus est nos Deus.

Gen. 3.

Gen. 26.

Gen. 28.

Gen. 49

Promissiones dei factæ pribus antiquis.

Tex. 2.

ps. 117.

A potero resistere aduersus insidias diaboli. Dicitur Christus, et Deus fortitudo nostra, quia ipse est in quo nos fortes, & robusti efficimur: nec timendū est illū posse umquam expugnari. Dicitur ēt laus nostra, quia nihil nisi Deum laudare, et celebrare debemus, et ipse est per quem si quid laudis, et honoris obtinemus, uerè habemus, iuxtà illud quid habes, quod non accepisti? Et factus est mihi in salutem, factus est inq̃ B nobis in salutem, cum carnem assumpsit, tunc enim operatus est salutem in medio terræ, cum scilicet crucem ascēdit, et pro nobis peccatoribus Deū orauit. Dicitur etiam Saluator meus nō ita quidem ut sit peculiariter unius tantum dominus, et Saluator, sicut V. g. equs aut uestis ita est mea quòd nō tua, sed Deus est Dn̄us, et Saluator oīum, q ad eū cōfugiūt, et eius opē implorant, nec p̄ter ipsum alium Deū cognoscunt. C *Haurietis aquas in gaudio de font. b' Saluatoris &c.* Prędicit his uerbis Proph. beneficiū futurū; et mutuā cōsolationē et exhortationē populorū ad diuinā laudē; aut promittit eximiā, et incōparabilē remunerationē ijs, qui agnoscūt p̄ fidē Deū, & ipsum glorificāt. Ecce Deus Saluator meus fiducialit̃ agā, et nō timebo: q̃ est ergo hæc remuneratio? Haurietis, inquit aquas de fontibus Saluatoris. Cōsidera quęso q̃ benignus, et liberalis D sit Deus, qui nō solū antea iustè nobis indignatus, postea pepercit, salutē dedit, sed et fontes salutis scaturire facit, ad quos fontes cuiq; properare licebit, uel ad hauriēdā salutē, & gratiā, uel ad recuperandā amissam, uel ad cōseruādā acquisitā, uel ēt ad augēdā, q̃ habemus, q fontes dubio procul sunt sacramenta Eccl ad q̃ suscipiēda accedere oportet, nō cū aīi tristitia, neq; aliqua trepidatione mētis, sed cū maxima iocūditate, et E hilaritate: dat. n. oībus affluētur, et non improperat. D. Cyrillus Ep̄us Allexādrinus p̄ aquas hoc loco intelligit uiuificū Dei uerbū, fontes sūt, sanctos Apost. & Euang. et alios illius uerbi ministros, et p̄cones: nec erit absurdum ut et Proph. inter istos annumerentur. Nō. n. fas erat, ut qui ex ignorātia gētium ad agnitionem ueri Dei uocati erant non

Tex 3.

Inexplicabilis Dei mia erga nos.

Ad tria capita Xpianę f. dei regula reducit, ad fidē articulorū: ad p̄ceptionē sacramētorū, et ad obseruātiā præceptorum.

essent participes doctrinę verbi Dei q̄ exhilarat,& i officio cōtinet eos:q̄nq̄ui dē scriptū est. Nō in solo pane viuit ho
Math 4 mo,sed in ōni verbo,quod procedit ex ore Dei Vndè D.Hier.exponēs. Haurietis aquas in gaudio.i.in Euangelio inquit. Et de fontibus Saluatoris,nō de fluuiis Egypti,qui percussi sūt.& iurè,& ratio ne dicit de fontibus Saluatoris, vt noscamus quòd hic est ille idē, quē sup̄ no
Fontes Dei. minauit Emanuel.Spolia detrahe, & q ab Angelo Gabriele fuit vocatus Iesus
B i.Saluator,quia ipse est,qui saluū faciet populū suū à peccatis eorū.Quidā per aquas intellgūt dona spirit⁹ sancti,q̄ de fōtib⁹ Saluatoris.i.de sacramētis nouę
Tex. 4. legis exhauriūtur. *Et dicetis in die illa* in tēpore illo, quo ista futura sunt s̄m præscientiā Dei patris.Dicetis inquā. Cōfitemini Dño & inuocate nomē eius.Prędicit Proph.exhortationē, & acclamationē, quā facturi sūt qui e.⁹ beneficia gustarūt,ut alios ad eadē beneficia, &
C gratias cōsequēdas inducāt.Nō potest .n.se cōtinere qui Deo plenus est quin maximè cupiat,& curet, vt alij eisdē bonis pfruātur,neq; sibi satisfecisse videt̄ nisi viderit alios pro acceptis beneficijs Deo pariter gratias agere.Qui ergo prius pceperunt Dei dona dicturi sunt alijs.Cōfitemini Dño,& inuocate nomē eius.O rē admirabilē,& incredibilē dicit Cyrillus.Qui modo sacris misterijs
Cyrillus est initiatus,deindè ad salutis fōtes accessit,vitalesq; hausit scatebras tātā videtur
D adiecisse accessionē,ad hoc inquā, ut fidus, et germanus existat, ut statim Apostolicū ministeriū ostēdat, & exerat & nō solum gloria ebucināda ferueat, sed iā ōnibus alijs hoc factitādū mandat,dicēs.Cōfitemini &c.Hęc autē exhortatio,& acclamatio aliorū ad diui-
Vocare alios ad laudem Dei quantū confert. nā laudē multa cōplectitur,primo cōfessionē,& agnitionē donorū Dei,& mirabiliū operū eius,secūdo inuocationē sui nominis,vt s3 in angustijs,& necessitatibus nostris ad eū recurramus,nō ad magos & incātatores,aut phitones, vt liberet nos,et saluet nos;nec quomodocūq; debet à nobis inuocari,s[illegible] i spiritu,& veritate,quod est inuocaui in spiritu pleno fidei,vt nulla sit i nobis hæsitatio.Tertiò debemus ānūciare, et pdica

A re,ac notū facere bonitatē suā,magnificētiā suā et misericordiā,q̄ erga hōiēs cōtinuè exercet,et mirabiles uias,ac rationes. quib⁹ nostrā salutē operat̄.Hoc .5.
est,quod dicit Proph.*Notas facite* in populis ad inuentiones eius.i.modos, et rationes,quas adinuenit diuina sapiētia, vt nos saluari possimus,quales sunt incarnatio, passio,& resurrectio filii Dei præter alios modos,quos quotidie præter humanum captum,et morem in saluandis hominibus cōspicimus, miramur,et cōtēplamur quī potius obstupescimus.Quarto debemus meminisse beneficiorū Dei,et iugē memoriā in visceribus nostris retinere suę sāctitatis,bonitatis, et magnificentiæ. Et hoc est, quod dicit.Mementote q̄m excelsū est nomē eius,et usq; adeò excelsū,quod est supra omne nomē.Et nō est aliud nomē prę Tex. 5.
ter ipsū i quo oporteat nos saluos fieri Postremò inquit *Cātate Domino* psalmis et cātjcis Deū celebrate,laudes illi dicite q̄m magnificè fæcit mortē vincēdo, nos à potestate demonis liberādo, et carnē in Cælos vehēdo.Quibus verbis vult D.Thom.vt Proph. puocet nos ad gratiarū actionē. D Cyrillus egregiè declarat,et deducit,quomodo magnificè fecit,saluauit.n.nos,nec eū pęnitet, cū nobis benefecerit. Sustulit inexpugnabilē dæmonis tyrānidē, redemit deceptos,in libertatē asseruit,in captiuitate cōstitutos, fausta,et læta nūciauit cæcis,vt s3 visū reciperēt, iustificauit p fidē,sāctificauit p spiritū, filios effecit,quondā fugitiuos,et ignobilē degētes vitā,et execrabilē.Re ipsa certò fidē fecit,se natura,et verè Deū esse,Excitauit mortuos,leprosos mūdauit,infirmitatibus laborātes nutu sanauit,spirituū malorū impetus præcidit,mare sæuū vultu cōpescuit.Quo circa ānunciate hoc in vniuersa Terra.Excelsa.n. fe-
E cit,sūt nāq; hęc verè supra hominis manū,immo vltra omnē admirationē ab eo facta.Proinde sequitur in tex.*Exulta et lauda habitatio Syon*.O Eccle.Sāta Dei ò Eccle.Catholica & præsertim tu,q̄ primitiua es exulta,iubila,cōgaude, gratias age,quia magnus i medio tui sāctus Israel,idest qui sanctificat Israel & pro sancto habetur in Israel.Quod sit[illegible] ver 6.
bo

bo incarnato volum⁹ intelligere, verè q̃ dem est q̄ in medio tui, quia in terris visus est, et cũ hominibus cõuersatus. At si de Deo, et vnigenito ei⁹ filio sm̃ diuinitatẽ loquamur, in medio nostri est hoc est, in uisceribus nostris latet, intima nostra penetrat, quinimò intimior est ipse nobis, quã nos nobis ipsis. Et potest etiam dici, quod in medio tui est. i. in medio populi Israelitici, quia notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. D. autem Thom. optimè declarat, quomodo Christus in quãtũ homo sit in medio nostri. Est.n. in medio nostri, quasi lux ad illuminãdũ. Eccle. 50. quasi stella matutina ĩ medio nebulę. Est in medio nostri tãquã mediator ad recõciliãdũ Luc. vlt. stetit Iesus in medio discipulorũ suorũ. Est etiã ĩ medio nostri, quasi minister ad distribuendũ. Luc. 22. ego ĩ medio vestrũ sũ, sicut q̃ ministrat. Cõgruè igitur. d. Prop. et ĩuitat credẽtes. d. exulta, & lauda habitatio Syõ quia magnus ĩ medio tui sãct⁹ Israel, D. Aug. tõ. 9. de om. c 12 Egregiè

Eccl. 50.

Christus in medio nostri

Aug. tom. 9. d' omb. ca 12

A admodũ declarat, quomodo Deus sit in medio nostri, primũ q̃dẽ quia verbũ caro factũ est & habitauit ĩ nobis, uti iã est dictũ. Deindè dicitur ĩ medio nostri, q̃a mediator Dei, et hominũ, q̃a Deus cũ patre, q̃a homo cũ hominib⁹. Nõ mediator homo præter deitatẽ, nõ mediator Deus præter humanitatẽ. Ecce mediator. Diuinitas sine humanitate nõ est mediatrix, humanitas sine diuitate, nõ est mediatrix, sed inter diuinitatẽ solã, et humanitatẽ solã, mediatrix B ẽ humana diuinitas, et diuina humanitas Christi. Hũc mediũ, et hãc medietatẽ, siuè mediatricẽ præuidit Ezech. cap. 34. dicẽs seruus meus Dauid, princeps in medio eorũ ego Dñs locutus sũ; sũt aliæ aut horitates in sacris literis quibus probatur, et ostẽditur Deũ esse in medio nostri. Propterea optimè locutus est hoc loco Esa loquẽs ad Ecclesiã Iudæorũ sub forma, et figura Ecclesiæ C fideliũ Cum dicit, Exulta, et lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

CAPVT TERTIVMDECIMVM.

ONVS Babylonis *quod uidit Isaias filius Amos. Sup̃*
mõtẽ caliginosũ leuate signũ, exaltate vocẽ, leuate .1.
manũ, & ingrediãtur portas duces. Ego *mãdaui sã*
tificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, ex .2.
ultãtes in gloria mea. Vox *multitudinis ĩ mõtibus*
quasi populorũ frequẽtiũ: vox sonitus regũ, gentiũ congregatarũ: .3.
dominus exercituũ p̃cepit militiæ belli, veniẽtibus de terra procul
à sũmitate cœli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnẽ
terrã. Vllulate, quia propè est dies Domini: quasi uastitas à Domino
veniet. propter *hoc õẽs manus dissoluẽtur, & õne cor hominis cõta*
bescet, & cõteretur. Torsiones, & dolores tenebũt, quasi parturiẽs .4.
dolebũt, vnusquisq; ad proximũ suũ stupebit, facies cõbustæ vultus
eorũ. Ecce *dies Domini ueniet crudelis & ĩdignationis plenus, &* .5.
iræ, furorisq; ad ponẽdã terrã in solitudinẽ, & peccatores eius cõte
rẽdos de ea. Quoniã *stellæ Cœli, & splẽdor earũ nõ expãdẽt lumẽ su* .6.
ũ: obtenebratus est sol ĩ ortu suo, & luna nõ splẽdebit in lumine suo
Et visitabo *sup̃ orbis mala, & cõtra ĩpios iniquitatẽ eorũ, & quie* 7.


scere faciã supbiã infideliũ, et arrogãtiã fortiũ humiliabo. pretiosi- .8.
or erit vir auro, & homo mũdo obrizo. Sup hoc cœlũ turbabo: et mo
uebitur terra de loco suo pp indignationẽ domini exercituũ, & pp
diẽ iræ furoris ei⁹, Et erit *quasi Damula fugiẽs, & quasi ouis: & nõ* .9.
erit qui cõgreget: vnusquisq; ad populũ suũ cõuertetur, & singuli
ad terrã suã fugient. Omnis, qui inuentus fuerit, occidetur: & oĩs
qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorũ allidẽtur in oculis
eorũ: diripiẽtur domus eorũ, et uxores eorũ violabũtur Ecce ego su- 10.
scitabo sup eos Medos, qui argẽtũ nõ quærant, nec aurũ velint: Sed
sagittis paruulos interficiẽt, & lactãtibus vteris non miserebũtur
& super filios nõ parcet oculus eorũ. Et *erit Babylõ illa gloriosa in* 11.
regnis, inclyta insupbia Chaldæorũ: sicut subuertit Dominus Sodo-
mã, & Gomorrhã. Nõ habitabitur vsq; ĩ finẽ, & nõ fũdabitur vsq;
ad generationẽ, et generationẽ: nec põet ibi tẽtoria Arabs, nec pasto
res requiescẽt ibi: Sed requiescẽt ibi bestia, & replebũtur dom⁹ eorũ
draconibus: & habitabũt ibi strutiones, & pilosi saltabũt ibi: &
respõdebũt ibi Vlulæ ĩ ædib⁹ ei⁹, & Syrenes in delubris voluptatis.

EXPLANATIO IN CAPVT TERTIVMDECIMVM.

ESAIAE PROPHETAE.

ONVS Babylonis, quod uidit Esaias filius Amos.

Tex. 1.



IN isto capitulo, & multis aliis, quæ sequuntur prædicit Esa. præssuras, calamitates, & grauamina, quin potius extremas ruinas, & excidia quarũdã Ciuitatũ, & Regnorũ, eorũ psertim, quæ Iudeorũ populo fuerũt magis infesta. Hoc auté facit nõ solũ ob veritatẽ posterioribus seculis ꝑpalãdã, verũ ẽt pp adũbrãda Xpi Dñi nostri misteria, vt s3 redẽptio, & liberatio Iudæorũ ex captiuitate Babylonica esset typus, & figura redẽptionis per Xpm̃ futuræ ex seruitute diaboli atq; ẽt, ut facilius homines fidẽ adhiberẽt iis, quę de Xpo prædicebãtur, cũ viderẽt alia q̃ antea prędicta erãt statutis tẽporibus esse cõpleta. Sic. n. hoc in loco

Intentio prophe. in hoc capitulo.

A ꝑdicit excidiũ Babylonicũ, & aliorũ quorũdã locorũ, ut cũ viderĩt certò euenisse, ꝗ ꝑdictũ erat, pro indubitatis, & ꝑ manifestis ea õnia, quę de Xpo ꝑdicta erãt, esset habituri. Hoc etiã cõsulto factũ ẽ, vt nõ solũ Iudæi, sed nos õnes agnosceremus Iustitiã Dei, qui õnium gẽtiũ, ac nationũ habet rationẽ, & nullius hominis psonã accipit, sed quicũq; peccauerĩt, suo tẽpore puniẽt iuxta illud ps. Cũ accepero tẽpus, ego Iustitias *Psal. 74.* Iudicabo; & pter hæc erudiri nos oportuit, nequaquã rebus prosperis ita fidẽ B dũ, ut nõ putemus aliqñ rerũ mutationẽ fieri debere, prudẽter. n. comicus ille dixit, omniũ rerũ vicissitudines esse, *Teren. in Eunuch. sce. 4.* id ꝗ ego miser homũcio ĩter alios satis sũ exptus, sed in õnib⁹ sit benedict⁹ Deus. Nã siuè viuim⁹ siuè morimur. Domini sumus. Describit ergo Propheta

onus

onus, & præssuram Ciuitatis magnæ & prępotentis Babylonis, qua nulla erat in toto orbe opulentior, insignior, & omnibus in rebus anterior. Huius itaq; pręssurā, & grauamen multò ante tempore, quàm re ipsa contigerit, vidit Esaias filius Amos. Et hac ratione 70. interpretes eiusmodi prędictiones vocant visiones, non onera. Sed quo pacto illud videre potuit tanta loci, & temporis distantia ab ea dissectus, dicendum quòd re vera oculis corporeis videre non potuit, cum nondum esset, sed vidit oculis mentis spiritu Dei, quasi digito commostrante, quę se vidisse dicit, vt videri hoc loco dicamus, ac si reuelari, quis arbitretur, vt ipsa visio propèmodū nihil sit aliud, quā Dei reuelatio, aut reuelatio facta à Deo, & iurè quidem eiusmodi cognitio, seu reuelatio visio nuncupatur, quia longè certior est, & euidentior, quàm sint quæ proprijs oculis conspicimus. Et cur excidium istud, de quo locuturi sumus, ab hoc vate vocatur onus? Respondeo, quòd non immeritò, nequè absq; ratione huiusmodi vaticinia, in quibus grauia, ac tristia nunciantur, onera debent appellari, tum quia maximè præmunt, & grauant, quibus adueniunt, tum quia ea audire grauè admodū est, luctuosum, ac triste, nec pænes eos dumtaxat, qui audiunt, sed et pęnes eos, qui referunt, & alijs denunciant, cuius rei argumentum est, quòd nullus vir probus, & ingenuus libenter assumit hoc munus, tristia, dura, ac dira denunciasse, quiq; hoc facit, onus potius quàm munus dicendus est assumpsisse. Videamus nunc quale fuerit istud onus, quod vidit Esaias, & quod nos omnes, omni studio præcauere debemus, & euitare. Sequitur in Textu.

Visio multipliciter sumitur.

Onus quid

Super montem caliginosum leuate signum exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas Duces. His paucis verbis Propheta gerens personam Dei conuocat exercitus ad euertendam Babyloniam, quam vocat Montem caliginosum; & ostendit quàm vehemens, et strenuus fuerit ille exercitus, vt ferè tēporis momento Ciuitatem fortissimā, munitissimam, & populatissimam

A appræhenderit, Vocat autem eam mōtem caliginosum, nō quòd ipsa fuerit super aliquem Montem constructa, ut Cosmographi illius temporis testantur, sed ob ędificiorum, Turrium, ac murorum altitudinem, videretur quasi quidam mons, et fortassis etiam hoc modo loquendi voluit Esaias designare, et ostendere magnam eius superbiam, et elationem. Sed ego libēter admitterem fuisse super eam Ciui-B tatem aut propè, Montem aliquem nubibus oppletum, nisi textus 70. interpretū me amoueret, qui sic habet.

Babylonia mons caliginosus.

Super Montem Cāpestrem exaltate signum, vbi videtur innuere Ciuitatem sitam fuisse in planitie, et in campestribus. Nec eos perturbat ista locutio pænitus ridicula ponere oppositū in adiecto, licet hic modus loquendi apud scriptores nonnunquam reperiatur, et nos quandoque eo vti soleamus, C dicimus enim doctam ignorantiam, et de aliquo rustico, dicimus eum fore ciuilem, et alia his similia: at his omissis, nō ab re putamus grauissimos illos interpretes appellasse Babyloniam Montem campestrem, vt ostenderent ipsam re uera in planitie constitutam, sed propter immensam ædificiorum altitudinem Montem nuncupatam. Dicitur autem Mons iste caliginosus vel quia re ipsa erat Vrbs obie-D cta nubibus, et caligini, vel quia tanta erat structuræ altitudo, quod videbatur quasi nubes attingere: Et si velimus ad allegoriam transire, dicemus, quòd vocabatur Ciuitas ista Mons caliginosus propter confusionem, quæ per caliginem designatur, vel propter tenebras peccati, et ignorantiæ, aut propter imminentia mala, quę nomine tenebrarum vocari solent in scripturis. At omnes istę difficulta-E tes, et ambiguitates facilè tollerentur, si vbi nos legimus, super Montem caliginosum, legeremus ut aliqui videlicet super Ciuitatem munitam. Quidam per montem caliginosum non ipsam Ciuitatem, sed montem aliquem propè ipsam, quem hostes conscenderant quò facilius eam oppugnarent intelligunt, ego autem per ea quæ legun-

Babylonia Mons campestres.

 tur

tur Gen. Cap. 11. non possum opinari Babyloniam sitam, et cōstructam fuisse in montibus sed in locis campestribus. Sic enim legitur loco iam citato, videlicet. Cum proficiscerentur de Oriente, qui habitabant in illa Regione, & plaga mundi, inuenerunt campū in terra Sennaar, & habitauerunt in eo.

Terra Sennaar fertilis & amœna.

Cumquè mutuò colloquerentur, & inter sese discuterent, & conferrent, & locus ille satis illis complacuisset, quòd esset planus, latus, & amplus, & in quam cumque partem satis patens, & apertus & flumine Euphrate interfluente irriguus, & proinde fertilis, & amœnus, statuerunt, & decreuerunt facere ibi Ciuitatem, & Turrim, cuius culmen pertingeret ad Cœlum; vndè satis apparet meo quidem iudicio Babyloniā, ædificatam fuisse in locis campestribus, & non supra montem aliquem.

Euphrates fluuius irrigabat Babylon.

Nisi fortè dicamus (ut memini me legisse apud quosdā) duas extitisse Babylonias, vnā in Assyria, quæ & Seleucia nuncupatur, metropolis regni Caldeorum, altera in Aegypto aut saltim proxima Aegypto, in finibus Arabiæ iuxta Heliopolim, vndè non satis constat de qua loquatur hic Propheta, & cui minatur ruinam, non valdè procul imminentem, & fortassis aliqua ex his duabus dicebatur esse constructa super montem caliginosum; at ego non audeo quicquam super hac re affirmare.

Babylonia duæ.

Scio equidem Plinium de eadem Ciuitate locutum lib. 5. nat. hist. cap. 26. quam dicit, quondàm fuisse caput ipsius Caldeæ: sed fusius de Babylonia, quæ erat in Assyria loquitur lib. 6. cap. 26. & alibi.

Plin. lib. 5. & 6.

Sed vtcumquè sit, Babylonia latinè dicitur cōfusio, vndè quicumquè fuerint, aut olim fuerunt huius Vrbis coloni, iurè dicuntur cōfusi, aut permixti, quippèqui nesciunt seipsos resoluere, aut explicare, cui scilicet debeant obtemperare, & morem gerere, an Christo, an mundo aut ipsi Diabolo, quiquè non sunt calidi, nequè frigidi, sed tepidi semper: nec mirum quoniam qui hanc Ciuitatem construxerunt profecti sunt de Oriente, non autem de illo cui nomen Oriēs de quo Zach 6. fit mentio; sed de alio Oriēte vndè prodijt quidā nomine Balac

Babylonia confusio vi. Aug.

Christus Iesus dicitur Oriēs. Za. 6

A

de quo legitur num. 33. qui ergo de tali Oriente prodierunt, extitere fatui, amentes, & insani quoniam Balac, latinè dicitur amens propterea homines eius genii & prauæ conditionis non poterant nisi velut amentes, & insani Babyloniam construere: & conuenienter quidē indè profecti habitauerūt in terra Sennaar, hoc est in terra q̄ hæbraicę dicitur excussio dentium, aut fœtor eorum, quia scilicet eiusmodi genus ho-

Balac. Nū. 33.

Sennaar fœtor.

B

minum perdiderunt solitam loquendi facultatem, veluti nescientes loqui, aut balbutientes. & præ superbia, & inani gloria putridum fœtorem redolentes. Sed his omissis admittamus ciuitatem istam constructam fuisse super mōtem caliginosum, vt dicunt septuaginta interpretes, accipiendo, & intelligendo montem istum (ut dicebamus) super istum itaque montem clamat Propheta leuate signum, idest vexillum, insi-

C

gnia belli, exaltate vocem uos Medi, & Persæ accingimini, leuate manū, hoc est signis exterioribus, demōstrate uos esse pręparatos ad eius ruinā, ac desolationē; Sic.n. D. Cyrillus videtur interpretari hāc particulā videlicet euocate manu.i. manibus, & nutibꝰ excitate milites ad bellum, quando in tanta armatorum multitudine nulla potest vox audiri: aut leuate manum, .i. accingimini ad pugnandū, neq; manus sub cingulo

D. Cyrillus.

D

detentas habeatis, & deniq; istæ sunt voces, quibus homines ad pugnā cito festinanter, & alacriter obeundā solent excitari, quibus secura, & infallibilis victoria promittitur. Vndè sequitur. *Et ingredientur portas duces*, q d. nulla fit mora cū primū Vrbē expugnaueritis: Duces hoc est principes qui aliorū primi ad pugnandum sunt futuri, & cum hostibꝰ congressuri, portas ingrediātur, neq; cū aduersariis aliquod fœdus, & pactum

E

inire velint. Nonnulli iungunt illud nomen Duces, cum præcedēti nomine vȝ portas, ut portę Duces uocētur, quę sūt primarię, & aliis celebriores, & augustiores in ipsa Ciuitate, quemadmodū nr̄a in ciuitate quinq; sunt partæ duces, & primariæ. Vult ergo innuere Proph. ꝙ postq̄ fuerit Ciuitas expugnata, Milites īgrediātur portas Duces, hoc est portas prin-

principales in signū potestatis, & domi nii, & obtentæ victoriç, sed prior expositio videtur magis congruere presenti negocio, nihil n. refert cū fuerit aliquod oppidū expugnatū qua via illud ingrediantur, quin fępenumero vsu venire solet, per muros potius, & per alia loci diuerticula ingrediantur, quá per portas, & ostia loci primaria. Quæ si ad allegoriam velimus referre, pręcipitur nobis, & Apostolis, qui fuerūt nostri Duces, vt sup hāc Babyloniā; .i. super mūdū hūc caliginosū ignorātiæ tenebris, & peccatorum caligine inuolutum leuemus signū, .i. crucē ad expugnandū, & euertēdū ipsum, carnē pariter, & demonem: exaltemus vocē .i. prædicādo & annunciando immensa Dei beneficia & grauissimas pœnas, quas aliquandò sunt passuri qui Deum contempserint Leuemus manus .i. bonis operibus insistendo, & alter alterius onera portando & inuicem cohortando, & admonēdo, verbis, atq; exemplis excitando ad Dei præcepta iugiter exequenda: Et ingrediantur portas Duces, .i. ministri Dei, & sacerdotes, qui Apostolorum vices sustinentes, non iniuria nostri Duces appellantur, ingrediantur portas, .i. sacramēta nobis administrent, quippèquę portæ sunt, & ianuæ, quibus regnū cœlorum ingredimur, & Ciuitatem S. Hierusalē. Vnde scriptum est à diebus Io: Baptistæ regnū cœlorū uim patitur & violenti rapiunt illud; & Dns noster apud. Matth. nos monebat d Intrate p angustam portam, quia arcta est uia, q̄ ducit ad salutē. Sacramenta nimirum, et obseruatio mandatorūDei sunt portę illæ satis arctę, ac difficiles hominibus Terrenis, quæ nisi per Dei gratiam faciles reddantur per eas nequaquam sumus idonei ad ingressum Regni Cœlorum; Proindè dicebat David psal. 118 Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Et sequitur in tex. *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos, siuè gigantes meos in ira mea exultantes in gloria mea*, loquitur hic Propheta ut prius in persona Dei, vt ostendat euersionem Babilonicam iussu Dei, effectam ob scelera, & peccata illius gentis, quę absq; ulla misericor-

Sensus allegoricus.

Apostoli, & Sacerdotes sunt duces portarū Cœli.

Matth. 11.

Matth. 7.

Psal. 118.

Tex. 2.

A dia, & longè supra, quàm eos decuisset vexarunt, & grauiter afflixerunt, atque oppresserunt populum Dei. Euertit ergo Babyloniam, & illum populum percussit per manus Medorum atque Persarum, per gentes quidem nihilominus Deo odibiles, atque peruersas, quas tamen Propheta hoc loco uocat sanctificatos. hoc est selectos, ac designatos ad exequendum Dei propositum. Non quòd ipsi ulla ratione sancti essent, ut
B potè Idolorum cultores, & varijs criminibus impliciti, & fortes Dei nuncupātur, quia eos Deus elegit ad illud munus obeundum, & robur, ac fortitudinem, qua viriliter illud exequerentur, illis Deus impartiuit; propterea vocat illos fortes meos, siue gigantes meos, quasi nihil pertimescentes, *& vocaui* (inquit) *eos in ira mea*, idest cum iratus fuerim erga populum istum: uel in ira mea, idest explendam iram meam ad-
C uersus eiusmodi incredulos, & feros homines exultātes in gloria mea, hoc est audacter, & lętanter faciētes id quo gloria mea, uirtus, ac potentia mea manifestabitur, vel exultantes in gloria mea, quia scilicet uictoriā, quam cōsequūtur, non sibi ipsis sed gloriæ, & maiestati Dei attribuunt, Vti primo esdrę cap. 1. Inquit. Hæc dicit Cyrus Rex Persarum Omnia regna Terræ mihi Dominus dedit, sicut etiam hac tempesta
D te faciunt plerique infideles, & hæretici, quemadmodum aliàs ostendimus, tametsi hæc eorum confessio, seu protestatio nihil eis valeat prodesse, quādo quidē sine fide impossibile est placere Deo: & quicquid nō est ex fide peccatū est. tex. 70 interp. explodit ōnes ista difficultates, quia vbi nos legimus exultātes in gloria mea, ipsi legunt gaudentes, & superbientes q d. ipsi pręsumunt sua se uirtute victoriam obtinuisse, & textum exponentes dicere possum ipsos forè gaudentes, & exultantes in gloria mea, hoc est in eo honore, fastu, & gloria quę mihi debetur. Post hęc describit Esaias conditionē, & proprietatem exercitus in vnum coeuntis d. *Vox multitudinis in Montibus, quasi populorū frequentium. Vox sonitus Regum gentiū congregatarum*, bene inquam dicit, Vox

sanctificatis

Esd. cap. 1

Tex. 3.

multitudinis, quia solent barbaræ nationes magnas immittere uoces, & clamores, vt terrorem incutiant & se inuicem ad pugnam exscitent, ac prouocent. Vox sonitus Regum gentium congregatarum, quibus verbis innuitur, quòd multi erunt Reges, & gentes ad hanc Ciuitatem expugnandam congregatę, vbi ne cessum erat in gentem fieri sonitum, ac strepitum tubarũ, hominũ, & aliorũ instrumẽtorũ, quibus milites accingũtur ad pugnã. Nec possunt ista mea quidẽ sententia tribui vocibus obsessorum, & sequitur - *Dominus exercituum præcepit militiæ belli.* idest militibus huc adductis causa belli, venientibus de Terra procul, hoc est, ab extremis Terrę finibus, immò à summitate Cœli, quasi Dominus congregari fecerit tantam militum copiam, & tam grandem multitudinem, vt à summo Cœlo egressę, & prodiisse viderentur tamquam vasa furoris Dei, vt disperdat omnem Terram, scilicet terram habitabilem: vel per omnem terram aliqui volunt intelligi solum ipsam Babyloniam, quę erat vsquè adeò ampla, extensa, ac dilatata, vt videretur comprehendere vniuersam Terram habitabilem: vel per totam Terram intelligunt vniuersam regionem chaldeorum. Vndè Plin. lib. 6, cap. 26. d. quòd propter claritatem, & celebritatem huius Vrbis reliqua pars mesopotamię, & Assyrię Babylonia est appellata, cuius circuitũ eleganter ipse, & satis planè eo loco describit, & illud verbũ *a sũmitate cæli Dominus* sic exponunt q. d. Dominus præcepit militię belli, venientibus de Terra procul, vt scilicet libenter, ac intrepidè prœliatum venirent, neq; pertimescerent quicqu, quia à sum mitate Cœli hoc est à summo cœlo Dominus illis aderit eos adiuuando, uires, & animum illis addendo, quare &c. Sed hæc omnia, quæ hactenus de Babyloniis, ac de eorum punitione dicta fuere longè magis his, quæ futura sunt in extremo iudicii die aptari queunt & primũ cum inquit *Vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea*, verba sunt Dei præcipiẽtis Angelicis virtutibus, ac potestatibus, vt uocent, & congregent omnes ãte tribunal Christi, vt referat vnusquisque, & recipiat prout gessit in corpore suo siue bonum, siue malum, quippequi exultabunt in gloria Dei, cum viderint ipsum in sede maiestatis suę, vnà cũ Apostolis, ac discipulis suis, iudicantibus duodecim tribus Israel. Possunt ẽt intelligi per istos fortes, seu gigantes ipsi demones, quos uocabit Deus, vt perdant impios, & eorum animas vná cum corporibus ad inferos deducant & expleant iram & furorem Domini, quem sensum eo libentius amplector, quò verba Tex. difficilè admodum cõuenire possunt historiæ. Dicitur enim quòd tunc erit vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium. Si enim Babylonia non erat in Montibus constituta, quo pacto de eius pressura, ac oppugnatione loquendo, poterat audiri vox multitudinis in Montibus? Prætetea ad eam expugnandam, cur oportuit tot Reges conueniri, & tot gentes congregari, cum potuerit Deus parua manu, immò solo voluntatis nutu vniuersam terram destruere, & in nihilum redigere? postremò cum dixit, Deus vocabit à summitate cœli gentes procul distantes, ac remotissimas, vt disperdat omnem Terram, siuè totum Orbem Terræ, nonnè manifestè satis innuitur Prophetam hic loqui de extremo futuri iudicii die? quoquidem reuera non vna tantum regio ipsius Terræ, uel Orbis, sed vniuersus Orbis disperdendus erit, et conflagrandus. Et quia tanta erit clades, et persecutio propterea Sequitur in textu.

Vlulate (inquit Propheta) *quia propè est Dies Domini quasi vastitas a Domino veniet.*

Iubet enim seu potius prædicit ipse vates, quid futurum est dum Ciuitas Babylon fuerit obsessa, & expugnata, aut potius cum totus orbis diuino iudicio subiacebit, talis enim et tanta est afflictio futura, quod habitantes in ea vlulabunt et prę angustia spiritus gement, et stridebũt non secus quãqui maximo frigore cõcutiunt, aut febrici-

Marginal notes: *Plin. lib. 6. cap. 26* — *Tota regio Mesopotamia & Assyria dicta Babylia.* — *Angeli dicti gigantes.* — *Demones ẽt possunt appellari gigãtes.*

Vlulatus quid.

febricitant præ dolore, & passione, quàm sustinebunt. Vlulatus enim est clamor confusus, & inarticulatus, & magni timoris est inditium, quo prohibetur, formari vocem distinctam, & articulatam; & velut omni spe sublata, & nulla re alia ipsis Babylonijs relicta, nisi vt lugeant, & plorent, propterea dicit Propheta vlulate, q. d. nihil aliud potestis efficere, nihil aliud vobis est reliqui, nisi more Brutorum, & Canum vlulare, & varios clamores emittere, & affert rationem dicens; quia propè est dies Domini, quasi vastitas à Domino veniet, hoc est non est opus, vt cogitetis vos posse hanc ruinam euadere: propè est dies Domini, iam tēpus aduenit, quo statuerat Deus de vobis iudicium ferre, & non est Deus, vt homo, qui mutetur. Vndè si vastitas hæc, & euersio venit à Deo ineuitabilis est, nec potest omitti. Nihil enim potest diuinę voluntati resistere, & ideo subdit, Oēs manus dissoluentur, id ꝙ designat excessiuū dolorē, seu timorem, quo nimirum vires franguntur, ac debilitantur, & qui sic timent, non audēt, nec possunt mouere manum, quia vt inquit Cyrillus, timor sic retrahit spiritum, et calorem à membris exterioribus, vt penè dissoluantur, & sic remanent frigida, ac trementia, & consequenter inualida; ho idem prædictū fuit à Hieremia cap 4 cum dixit.

Hier. cap. 4

Plangite, & vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini à vobis. Et erit in die illa, dicit Dominus. Peribit cor Regis, & cor principum, & obstupescent Sacerdotes, & Prophetæ consternabuntur. Sic etiam Ezecchiel 30. c. hæc dicit Dominus Deus. Vlulate, væ væ diei quia iuxtà est dies, & appropinquat dies Domini. Proindè dicebat Propheta Esaias.

Ezech. 30. cap.

Tex. 4.

Omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & conteretur.

Quib⁹ verbis innuit Proph. tres effect⁹ timoris, & pauoris corda hominum occupantis, namq; primo liquefacit, & quodammodo dissoluit ipsum cor Deinde cogit hominem, erumpat in gemitum, & planctum; postremò minuit vires, ne quicquam possimus; & subdit. Torsiones, & dolores tenebunt, & quasi parturiens dolebunt, sicut etiam Regi⁹ Propheta dicebat, ibi dolores, vt parturientis; et tanta erit afflictio, & calamitas, quæ superueniet illis, dum in manus hostium deuenerint, quod vnusquisq; stupebit ad proximum suum, & eius miserebitur; facies eorum combustę, quia videlicet incensa Ciuitate & locis circum adiacentibus habebunt incolę facies, & vultus cumbustos, ac denigratos. Dicit enim Cyrillus quod uultus eorum qui sunt animo deiecto, ac tristi solent denigrari, & macilentiores reddi, vt nihil aliud ferè hominum conspectui appareant, quàm fauillæ, et cineris consumptę reliquiæ. Alius textus habet sermonem longè diuersum à vulgato. *Turbabuntur legati, & dolores ipsos habebunt, sicut mulieris parturientis*, Vbi per legatos intelliguntur nuncij futuræ calamitatis; idest demones; quoniam, & ipsi magis cruciabuntur, cum dies Domini aduenerit: vel per huiusmodi legatos intelligere possum⁹ Angelos bonos, qui turbabuntur in illa die, quia hominum calamitati compatientur: vel tertio possumus intelligere prauos homines, qui noluerunt recipere Christum quorum sub quadam parabola meminit ipse Saluator apud Lucam cap. xviiij. Et hæc quoquè quæ in hac particula exposuimus multo magis de futuro iudicio, & de pœnis damnatorum, quàm de euersione, et punitione Babyloniæ sunt intelligenda, vt quisquè potest per se ipsum facilè intueri, id quod magis apparrebit per ea, quæ sequuntur. Inquit enim.

Timoris tres effectus.

Timor & pauor.

Angeli tam boni quàm mali funguntur officio legationis.

Luc. cap. 19

Ecce Dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisquè ad ponendam Terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea: quoniam stellę Cæl: & splendor earum non expandent lumen suum &c.

Tex. 5.

Nulli dubium ne multis verbis lectorem offundamus, quæ hic dicuntur vnà cum præmissis verissimè de extremo iudicio fore intelligenda; Verum quoniam sermo est de præsura, ac punitione Babyloniorum, exponamus & aptemus ea ipsis

ipsis Babylonijs, vt veritas historiæ adumbret ac designet, seu potius describat veritatem rei.

Dicit ergo Propheta. *Ecce dies Domini veniet*, q. d. Iam instat & est in ianuis dies Domini, hoc est, tempus, quo Dominus sumet vltionem de improbis, & peccatoribus: Non enim loquitur Propheta de tempore illo, quo dissimulat peccata hominum propter pœnitētiā. Tempus enim illud, non dies Domini sed nox potius est appellandum, quādo quidem in nocte consueuimus dormire, & somno detineri; hunc in modum & Deus aliquando cum peccata nostra dissimulat, neq; ea videre aut punire videt, dormire eū dicimus, & somno detineri. Hinc Propheta exclamans, Interdum inquit, exurge, quarè obdormis Domine? vocatur autem dies iste crudelis, sęuus, & insanabilis, non quidem referendo eiusmodi sęuitiam in Iustitiam Dei, quæ semper est commixta pietati, & misericordiæ, sed referendo ad iudicium, & existimationem eorum qui puniuntur, quemadmodum contingit, & his, qui per Iudices temporales aliquādo corriguntur, qui quidem tametsi puniantur citra condignum, & multo minus, quam eorum facinora moereantur, causant tamen. & dicunt Iudicem fuisse crudelem. Dicitur enim quis crudelis, quando in inferendo delinquētibus supplicijs, sanctarum legum, regulam, & formam excedit, id quod nequaquā in Deo est putandum, ipse enim est iustus Iudex, longanimis, & multū misericors. Dicitur quoq; iste dies Domini plenus indignationis, irę, & furoris. Indignamur enim quando contemnimur, & aliquid citra rationem, & rectitudinem fieri conspicimus, & subirascimur; ira namq; est appetitus vindictę propter paruipensionem: in furorē verò pertrahimur, & accendimur, cum huic appetitui vindictę nullus apponitur modus, sed illum excedimus, neq; vllam moram in puniendo, sed statim nulla temporis, aut loci habita ratione, manus in aliquē inijcimus. In isto ergo die Domini crudeli. indignationis, pleno irę, & furoris, veniet Dominus ad ponendam Terram in solitudinem, vt nullus eam inhabitet, & peccatores eius, de Terra conterendos. Iurè quidem & non Iniuria ponenda erit Terra in solitudinem, quia intollerabili delictorū pondere prægrauatur, quæ ea ratione delebitur, vt amotis, & expunctis sceleribus, Iustitia sola regnet in ea; cum autem subdit, & peccatores de terra cōterendos, non ita dictū existimes, quasi futuri sint ibi quidam boni, quando omnes nequam fuerint, & idolatrę, ex quibus verbis hic, appositis nonnulli prudenter eliciunt causam desolationis Vrbium, & Ciuitatum eam esse aliquando quòd peccatores, exules, ac sicarios homines perditissimos fouent, ac nutriūt. Vt autem propheta magis exprimat infœlicitatem, & calamitatem istius populi, & quòd omnia erunt illis aduersantia. Subdit. *Quoniam stellę Cæli, & splēdor earum non expandent lumen suum*; Quæ quidem comminatio, seu prænunciatio, citra controuersiam intelligi debeat de iudicio in fine temporum futuro, quando eadem prorsus verba ab euāgelista cum de consumatione seculi Dominus Noster sermonem habet referātur. At cum sermonem habeamus in pſenti de excidio Babylonis dicemus, quod eo tempore stellę Cæli non dabūt lumen suum, & sol, & luna obtenebrabuntur, quoniam his, qui sunt in maxima afflictione constituti omnia videntur tenebrosa, caliginosa, & obscura, et nihil est quod eis afferat lætitiam: qđ aūt hæc ī ipsa Dñi Nři passione, & morte contigerint, quis est, qui nesciat? Sed nota quod ait D. Hierony. stellas cæli āmittere splendorem suum. solē, ēt lunam obtenebrari, non solum id fore pro maiori perturbatione, & calamitate Babyloniorum, sed pro ratione, & præsentia diei domini, cuius comparatione omnia alia luminaria obtenebrantur, & offuscantur. Prosequitur ipse vates loquens in persona Dei, diuino eius spiritu afflatus, & inquit.

Et visitabo super Orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

Loquitur hic Deus aduersus Babyloniam, & comminatur se visitaturum super

Deus quandoq; dormire dicitur.

Dies domini crudelis et sæuus.

Crudelis quis.

Causa desolationis vrbium & locorum.

Tex. 6.

Matth. 13.

Tex. 7.

A B C D E

per orbis mala, quoniam per Orbē hoc loco Babyloniam ipsam intelligit, quæ propter eius magnitudinem, & amplitudinem, & accessum, & frequentiam multorum populorum potuit appellari orbis. Visitabit inquit super orbis mala, inquisitionem faciam super orbis mala, vt in ea animaduertam, vt ea puniat, deleat, & prorsus exterminet; visitatio nanq; vt aliàs diximus non semper in bonam partem assumitur, sed quandoq; in malam, veluti hoc loco, & iuxtà illud psal. Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Quandoq; etiā nos visitat, quanquam vehementer iratus, vt homines omnino intereant, vt Osee. 4 habetur. Reliqua quæ in hac comminatione recensentur facilia sunt neq; aliam postulant explicationem. Hoc vnum ex his quibusdam placuit annotari, quod plerumq;. Ciuitates, & regna destruuntur non ob odia nationum, aut ambitionem, seu auaritiam principum, sed ob multa facinora, & flagitia, quæ ibidem committuntur. Sic itaq; Babylonijs euenisse manifestū est, qui ita deiecti fuere, & consternati vt post illam vastationem, & euersionem rari admodum fuerint inuenti. Propterea subdit Propheta.

psal. 58.

Tex. 8. *Quod præciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.*

Q. d tanta erit paucitas illius regionis hominum, quod longè præciosior erit vnus vir auro, quātumuis solido, & perfecto, nec solum vir quispiam nobilis, & clarus, sed quicumq; homo ignobilis erit preciosior auro obrizo, quandoquidem omne rarum carum, & consequenter præciosum, atq; ita cum rari sint illic homines futuri, erunt tunc longè præciosi. Aut dicas, homines illius regni futuros præciosiores auro electo, & mundo obrizo, quia Persę, & Medi multo magis extimabūt habere se eos captiuos, & in suam ipsorum ditionem, & potestatem redigere, quam quantancumq; auri copiam, qua ipsi potuissent redimi, tametsi grandis auri, vel argenti summa pro redemptione captiuorū fuerit illis proposita. Vtraq; harum expositionum mihi satis arridet. At si volumus hoc vaticinium ad extremum iudicium referri, dicemus, quod in illa die, qua fiet segregatio bonorum à malis, fulgebunt iusti, sicut sol in conspectu Dei. Et tunc absq; dubio præciosior erit vir auro: & homo quicumq; selectus, & segregatus, præciosior erit mundo obrizo; idest mundo purgato, & ab omni fęce semoto. Hanc expositionem ex D. Basilio assumunt, qui de sanctis hominibus hunc locum interpretantur, quos dicit futuros omni auro præcioso honorabiliores, & omni lapide præciosiores, & deniq; confert statū, & conditionem sanctorum ad id, quod in natura optimum existimamus. Deindè prosequitur eandem comminationem aduersus Babylonios, & fortè magis aduersus omnes peccatores, atq; diuini verbi contemptores, incredulos, & pertinaces, super quos in hoc seculo, & in futuro, nisi resipiscant, vim habebit ista comminatio, ne quisquam sibi persuadeat eiusmodi præssuram, ac vastitatem solis Babylonijs euenturam, nanq; vt ait Tertulianus, q̄ specialiter aliquando prænunciata videntur, generaliter sunt interpretanda, v. g. cum Israelitas admonet, omnes admonet, cū Egypto comminatur, omni genti peccatrici comminatur, iuxtà illud Saluatoris qđ vni dico omnibus dico, Inquit ergo vt redeamus ad Babylonios, super hoc, i. præter ea, quæ diximus, hoc etiam adijciam, *Turbabo Cælum, & mouebitur Terra de loco suo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius*, Quæ possunt ad literam facillimè intelligi, Cœlum videlicet turbari dum tonitruis, fulguribus, ac cæteris signis prodigiosis, et horribilibus commoueri cernitur, similiter & Terra dum suis motibus concutitur, & contremiscit. Vel secundum D. Hieron. hæc debent intelligi per figuram metonimiè capiendo Cœlum, & Terram pro his, qui cœlum, & terram inhabitant. Sed melius est, dicamus vnà cum D. Cyrillo, & alijs interpretibus, quòd hæc locutio est hyperbolica, qua Propheta vult innuere, irato Deo aduersus quempiam, creaturam quoq; tamquam Dei æmulam, & ministram ad iram commo-

Tertullian.

Comminatio facta Babylonijs extēdit ad quoscūq; peccatores illis nō absimiles.

Cœlum turbare.

Hierony.

Cyrillus.

moueri, eodem ipso Deo tamquam ipsius creaturę Domino & auctore ad id eam excitante. Nouimus enim cum Deus esset iratus aduersus Egyptios, creatura nihil non fecit aduersus eosdē. Aqua conuersa est in sanguinem, Terra produxit ranas, Cœlum demisit grandinem, profundæ tenebræ vniuersam illam regionem trium dierum spatio vehementer occuparunt, quemadmodum in Exodo scriptum est; nec mirū, quoniam cūcta quidem creata cum suprema voluntate conspirant, & nihil est in rerum natura, quod diuino nutui, & consilio non statim obtemperet, & obsequatur. Tandem per conturbationem Cœli, & Terræ voluit indicare Propheta summam, et ingentem rerum omnium perturbationem, quæ maximè solet accidere, cum Deus nobis irascitur, et indignatur. Sequitur deindè Propheta, et ostendit, qualis eo tempore futura est conditio miserorum, et inquit. *Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, & non erit, qui congreget,*

Mirabilia q̄ contigerunt in Egypto Exo. 7. & deinceps.

Creatura seruiens creatori: & instrumentū eius.

Cœlum conturbari.

Tex. 9.

Aduentantibus inquam persis, & medis, et instante eorum persequutione quisq; illius Vrbis, erit quasi damula, quæ est animal uelocissimum, fugiens Leonem aut quodcunq; animal sibi infestum, et quasi ouis fugiens lupum, sic itaq; quicunq; Babylonię degent maxima cum celeritate sibi ipsis fugam parabunt. Erunt enim animi tam abiecti, et vilis, eoq; timiditatis ac væcordię adducti; vt nihil aliud in votis habeant, neq; de re vlla magis cogitent, nisi ut fugam capiant: et non erit, qui congreget, quia scilicet nullum habebunt qui in ea fuga, et animi consternatione eos ī officio cōtineat, vel excipiat, custodiat, et seruet: vel nullum habebunt ducem, qui eos reducat in vnum, et cohortetur, ut se hostibus opponant, et pro uiribus obsistant; neq; uelint cum dedecore, et ignominia uitam āmittere: quid ultra? *Vnusquisq; (inquit) ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient, & omnis, qui inuentus fuerit, aut superuenerit, cadet in gladio,* nihil hoc loco refert Esaias insolitum, et inauditum, commune est enim his, qui apud alias nationes degunt, vt imminente bello reuertantur ad suos: Et omnis, qui inuentus fuerit occidetur, ex his inquam, qui fugere, et in tutum reduci nequiuerit, occidetur, non ut cūq; occidetur, sed iugulabitur, confodietur, et à latere in latus transuerberabitur, et absq; ulla pietate, et misericordia perforabitur, ut apud turchas truces fieri consueuerunt. Quòd si quis superuenerit auxilium fortè laturus, cadet in gladio; idest mox trucidabitur. Infantes illorum allidentur in oculis eorum ipsis conspicientibus, et spectātibus illorum paruuli in Terram, uel in parietes proijciendo confringentur, et diripientur domus, ut supellectilia, et quęcumq; hominum uitę sunt necessaria, et quòd multo peius, ac intollerabilius est, uxores eorum uiolabuntur, qua re, nihil potest esse molestius his, qui sensum aliquem habent et non carent prorsus iudicio. Nec uerè scio, quæ potest esse alia maior oppressio, quam quemquam offendi in persona, illi uitam auferendo, aut in bonis ea deripiendo, aut in honore ut puta uxores, et maritale connubium uiolando, et constuprando, hęc tria oppressionum genera recenset, et prędicit ipse Propheta in his ultimis uerbis, quæ aut omnia, aut aliqua solent frequenter [illegible]euenire his, qui Deum contemnunt, et eumdem ad iracundiam prouocāt, quēadmodum testatur Moyses deuteronō. cap. 32. et rursus hoc idem magis confirmat per ea, quæ sequuntur, loquens itidem in persona Dei, dicens inquam Deus, non solum Cœlum turbabo, et mouebitur Terra de loco suo, sed.

Mala horribilia quæ victis inferūtur.

Tria oppressionum genera.

Deut. 32.

Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quęrant, neq; aurum velint. *Tex. 10.*

Quibus uerbis mihi uidetur ipsum Prophetam apertius explicare, et declarare quod antea dictum erat, uidelicet Cœlum turbabo, et Terra mouebitur de loco suo. Dicit ergò ego suscitabo, idest mentem immittam super eos, idest Babylonios, Medis, qui sunt homines crudi, immites et feri, faciam eos expergisci, ac deliberare, ut Babyloniam aggrediantur, et euertant, qui argentum non quęrant, nec aurum uelint, neq; ulla rei cupiditate moueantur,

tur, sed solum inimicorum sanguine satiari desiderent, & vsq; adeò crudelitate, & immanitate delectentur, quod sagittis paruulos interficiant, nec eos solum, qui ex matrum vtero prodierunt interficiant, sed & illorum, qui in vtero solum lacte matris nutriũtur, haud quaquam misereantur, & super filios iam adultos non parcat oculus illorum, qua in re, extrema, & inaudita crudelitas horum demonstratur. Sed si non pepercerunt pueris in vtero matris adhuc existentibus, nec paruulis nuper in lucẽ æditis, minus crudelitatis erit si neq; ẽt pepercerũt pueris iam adultis: explicat deindè non absq; commiseratione finẽ & exitum huius obsidionis, & expugnationis, cum inquit.

Tex 11. *Et erit Babylon illa gloriosa in Regnis, hoc est, intra omnia alia regna, eminens, & præstans, inclita in superbia Caldeorum.*

Propter cuius, videlicet pulchritudinem, magnitudinem, ac nobilitatem Caldei mirumimmodum gestiebant, intumescebant, & gloriabantur. Erit inquam Babylõ ipsa tam insignis, & magnifica in eum statum reducta & euersa sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorram; hoc est penitus destructa, & in solitudinem redacta. Non habitabitur vsq; in finem, & non fundabitur vsq; ad generationem, & generationẽ, hoc est per tempus valdè multum desolata permanebit. *Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi*, Vsquè adeò locus erit incultus, & vacuus, vt neq; ouium greges habeant vndè pascãtur; *Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus*; Per Arabes Cyrillus intelligit Saracenos, & qui sũt propè Assyriam, quiq; intimas, & inaccessibiles æremos inhabitant; & rursus habitabunt ibi strutiones, qui sunt aues corpore magno, & graui, & sunt animalia voracissima admirabilisq; naturæ, & quęcunq. sibi obuia, etiam ferrum, deuorare eos fama est; vt refert Plin 10. cap. 1. deindè pilosi saltabunt ibi, per q̃ animalia pilosa aliqui intelligunt vulpes, lupos, vrsos, & alia his similia.

Arabes qui secundum Cyrillum.

Plin. lib. 10. cap. 1.

Animalia pilosa.

Ego autem existimo per pilosos intelligi debere quosdam homines brutalem vitam præsefe. entes, vt Satiros, faunos, & præter hos Simias, & cattos quosdam siluestres; *Et respondebunt ibi vlulæ in ædibus*. Per quas vlulas absq; vlla cunctatione ego intelligerem aues quasdam quæ noctu vagari solent, & tristem ac lustuosam vocem emittere, præsertim in ædibus, & in agris, & multò magis vbi sunt ædificia diruta; *Et Syrenes erunt ibi quiescentes in delubris voluptatis*. Per Syrenes nonnulli intelligunt quædam animalia, quæ emittunt vocem satis iocundam, ac delectabilẽ, nonnulli volunt eiusmodi Syrenes esse monstra quædam in aquis degentia partim ex piscium natura, partim hominis imaginem referentia, quæ vocem adeò suauem emittunt, vt nautæ ea delectati & allecti plerunq; naufragium patiuntur; istæ inquàm Syrenes, in delubris voluptatis requiescunt, hoc est, in templis, & locis quibus homines idolorum cultores omni voluptatum generi, & præsertim libidinibus operam dabant: Alij per delubra voluptatis intelligunt palatia regum, & principum, & aliorũ dominorum. Hic itaq; fuit finis, & exitus totius gloriæ, & splendoris Regni Babyloniæ; sed qui diligenter aduertit, & rerum humanarum conditionem, & quæ in hoc mũdo inferiori consuescũt, intimè perpendet, agnoscet, nil nisi diuinum stabile esse; & quod mortalia omnia ruunt Verum non solum ipsis Babylonijs hoc malum contigit, sed prohdolor, multis alijs Ciuitatibus, & Regnis accidisse nouimus. Neq; id propter rerum humanarum conditionem tantũ, sed quod maius est, & lachrimabilius, propter iniquitates nostras, vt Dauid psal. 106. sicut supra diximus. Posuit terram fructiferam, in salsuginem à malitia habitantium in ea. Et reuera non est putandum de Babylonijs tantũ prophetãm esse locutum: neq; vt dicit Augustinus super Apoca: hom: 16. Cũ Babyloniam nominari audimus perpetuò intelligendam esse Ciuitatem illã terrestrem ex coctis lateribus confectam, sed Ciuitatem Diaboli, congregationem impiorum, & malorum hominum, quemadmodum per Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur, homines sanctos, & ad Deum pertinentes intelli-

Hommes pilosi qui sint.

Simia.

Vlula.

Syrenes.

Delubra earum.

Palatia regum delubra.

Sola Diuina sunt stabilia.

Ps. 106.

Aug. 1. Apo.

intelligimus? Quòd autem hoc sit verum, & rationi consonum indè probatur (inquit Augustinus) hom. 15. super Apoca: quia non videtur vnius Ciuitatis ruinam posse capere omnes spiritus immundos, & omnem auem immundã, & quæcumq; animalia sordida, & abhominabilia: Propterea per Babyloniam, quæ confusio interpretatur, debemus intelligere omnem Ciuitatem immundam, diaboli sedem, Conuentum mali gnantium, & congregationem impiorum; & profectò vnusquisq; hominum vt dicit Augustinus super eundem locum, aut spectat ad Hierusalem, aut ad Babyloniam, quámuis vt dicit super psalmum 61. quandoq; qui spectant ad Hierusalem, aut eam regunt, sunt Ciues Babylonij, & contra multi qui ad Babyloniam spectant, & illi præsunt, sunt ciues Hierosolimitani. Sic etiam D. Gregorius super psal. 50. dicit, vnumquéq; hominem, aut Hierusalem, aut Babylonis ciuem esse. Namq; sicut per amorem Dei, quisq; Sanctus Hierusalem eius efficitur, ita per amorem seculi omnis iniquus in Babylonis structura operatur. tandem per Babyloniã Ciuitatem impiam, proindeq; longè nobis euitandam, & Babylonios homines impios, & nefarios intelligendos esse manifestum est, Sed dices multa, hic prædicuntur à Propheta, quæ longè à ueritate, & re ipsa secundum literam distare videntur, primò quidem parum verisimile est Medos, & Persas, & cuiuscunq; generis milites, dum obtinuerint aliquod regnum; neq; aurum, neq; argentum expetere, cum communis, & vniuersalis rerum experientia secus testetur: nihil enim magis in prælijs, & expugnationibus locorum quàm prædas, & rapinas videre liquet. Deindè, nõ apparet omnino verum quòd Ciuitas Babylon fuerit vsq; adeò destructa, vt nihil ex ea superfuerit, & quod non sit infinem vsq; habitabilis, neq; reędificabilis cum secus historici, & descriptores terræ nobis ostendant, vt Strabo, & alij qui de situ orbis loquuntur. Postremò, qui fieri potest, vt in eo loco tot diuersi generis animalia simul cohabitarer possint, cum pleraq; ex his diuersas

Babylonia dicitur ois ciuitas & cõgregatio mala.

August. 7. ps. 61.

Gregorius 7. ps. 50.

Dubia contra literam.

A inter se, & prorsus contrarias habeant proprietates, & naturas: His ego respõdebo, & dico difficilè admodum fore, vt Persæ, & Medi, & quicumq; alij milites, cum expugnauerint aliq̃ Vrbem, nolint aurum, & argentum, & alia bona quæ deferri possunt idcirco nostri p̃ Medos, & Persas intelligunt Demones, qui reuera non aurum aut argentũ; sed animas nostras expetũt, & ad se trahere vehementer cupiunt, & curant. Et B præterea non est præter rem, aut pręter vsum eam esse aliquorum hominum conditionem, & immanitatem, vt sanguinem potius expetant inimicorum, quàm quotcunq; opes, & diuitias; Insuper aduertendum prophetam hoc in loco loqui comparatiuè, quòd scilicet nonnulli potius inimicorum Sanguinem, quam opes quandoq; optant, non ergo simpliciter, & v̄r vel absolutè verum. Sed conferendo homines hominibus, vt sic quoniam. D. Cyrillus C Medos, non capi, neq; trahi prædis, nec inescari opibus. Fastidiunt enim quæstũ, & luxum; modo Bablyonium supercilium deprimant: Ad secundum dico, quòd reuera Babylon, quę sita erat in regione Caldeorum, fuit euersa, sed postea post multum temporis fuit reædificata: quamuis secundum quosdam non in eodem loco præcisè, sed parum distante: Verum si volumus veritatẽ apeD rire & germanum sensum exponere, dicimus omnia spiritualiter esse capienda; quòd scilicet Regnum Sathanæ quãdoq; destruetur per aduentum Christi, & orbis ipse conflagrabit, vt prædictum est, cum extremus dies aduenerit, vbi non ponet tentoria Arabs, neq; pastores requiescent ibi. De Babylone sic spiritualiter intellecta loquutus est etiam Ioan: in Apocalip. cap. xviij. d. Cecidit, cecidit Babilon magna, & faE cta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis. Non solum ergo per Babyloniã & euersionem eius intelligenda est euersio Babylonię terrenę, & aliorũ regnorum; sed destructio diabolicæ potestatis, & conflagratio totius orbis intelligenda est; & destructio vniuscuiusq; nostrum,

Solutio.

Medi & p̃sæ vehementer oderant Babylonios ob eorum superbiam.

Ioan: Apoc. 18.

strum, cum à Deo recesserimus. Anima quidem nostra efficitur Babylonia, cum ceciderit à gratia Dei, & cum fuerit præuaricata legem Dei, & sequuta fuerit concupiscentias carnis. Tunc enim Arabs: idest Dominus non ponit tentoria in ea, neq; pastores, idest Angeli, qui sunt custodes aĩarum nostrarum ibi requiescent. Sed erit spectaculum, & domus immundorum spirituũ; & ad infernum descendent, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat; sed qua ratione per Arabem possumus intelligere Christum dominum; quia Arabes dicuntur pastores Egregij; & quia Christus est summus Pastor, & Princeps pastorum; ideò per figuram potest dici Arabs.

Christus dominus Arabs dictus metaphoricè.

Ad tertium dubium dico similiter p ista nomina diuersorum animalium intelligi debere ipsos Demones, qui sub diuersis figuris, & imaginibus nobis apparent, & sub varijs modis, ac suasionibus nos miserè seducunt, propterea Dauid rogabat Deum.d. Ne tradas bestijs, idest demonibus, animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris infinem. Demon itaq; appellatur Draco iuxtà illud psal. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Vocatur strutio propter voracitatem, quia numquam satiatur, circuit enim semper quem deuoret. Pilosus dicitur, qui sepè sub figura Hirci, & capræ suis cultoribus apparet, & sic depingitur.

psal. 73.

Demon Draco.

psal. 103.

A Vlula similiter potest appellari, quia vt plurimum, noctu vagatur ambulans per loca arida, & inaquosa: postremo Syrena potest iure nuncupari, quia plerunq; delectabilia nobis suggerit, vt opes honores, gradus, & dignitates, & omnia carnis oblectamenta quibus in suam nos trahit sententiam, & suo dulci, & appetibili, sed mortifero cantu ducit in interitum. Nec dubium per ista diuersorum animalium genera designari et varia hominũ ingenia, seu potius monstra: sũt enim pleriq; homines qui brutalem magis quàm rationalem vitam ducunt; proindeq; bestię magis quam homines debent appellari: sunt enim quidam veluti dracones, qui proximis ac fratribus suis, nunquàm non insidias tendunt, & querunt in negocijs circumuenire fratrem suum. Sunt alij, velut struthiones gulæ, & ventri dediti; nonnulli plusqnam Syrenes qui licet aliquid humani quandoq: sapere videantur, voluptatibus tamen, & libidinibus sunt prorsus intẽti, & immersi. Nec desunt, qui pilosis animalibus cõgruè possint conferri, quia penitus sordidi, & auari esse demonstrantur, sunt, & aliqui, velut vlulæ qui semper noctu vagantur, et nil nisi tenebras, ac horrores disseminant cuiusmodi sunt pro maiori parte Heretici. Quarè rogandus est Deus ab eiusmodi monstris nos subtrahere, & liberare dignetur. Et in hoc terminatur expositio Cap. xiij.

Strutio, vlula.

Diabolus pilosus.

Diabolus syrena.

B

C

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

1. PRopè *est vt veniat tẽpus eius, & dies eius nõ elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: Adiungetur aduena ad eos,*
2. *& adhærebit domui Iacob.* Et *tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Is-*
3. *rael super terram Domini in seruos, & Ancillas; & erunt capientes eos, qui se ceperant, & subijcient exactores suos.* Et *erit*

in die

in die illa: Cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à con-
cussione tua, & á seruitute dura, qua ante seruisti: sumes para-
bolam istam contra Regem Babylonis, & dices: Quomodo cessa-
uit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum im-
piorum, virgam dominantium, cadentem populos in indigna-
4. *tione plaga insanabili.* Subijcientem *in furore gentes, perse-*
quentem crudeliter. Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa
est, et exultauit: abietes quoquè lætatæ sũt sup te, et cedri libani ex
quo dormisti, non ascendet qui succidat nos. Infernus subter
conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigan-
5. *tes.* Omnes *principes terræ surrexerunt de solijs suis, omnes prin*
cipes nationum. Vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu
vulneratus es sicut, & nos, nostri similis effectus es. Detracta est
ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sterne
6. *tur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Quomodo *ceci*
disti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui
vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cælum conscen-
dam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in mon-
te testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudi-
nem nubium, similis ero Altissimo. Veruntamen ad infernum
7. *detraheris in profundum laci:* Qui *te viderint, ad te inclinabũ*
tur, teq́; prospicient: Nunquid iste est vir, qui conturbauit terrã,
qui concussit regna, qui posuit Orbem desertum, & Vrbes eius
8. *destruxit, vinctis eius nõ aperuit carcerẽ?. Oẽs reges gentiũ vni*
uersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus
es de sepulcro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum
his, qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamen-
ta laci, quasi cadauer putridum. Non habebis consortium, neq́;
cum eis in sepultura; tu enim terram tuam disperdidisti, tu po-
pulum tuum occidisti: non vocabitur in æternum semen pessi-
9. *morum.* Præparate *filios eius occisioni in iniquitate patrum*
suorum: non consurgent, nec hæreditabunt terram, neq́; imple-
10. *bunt faciem orbis Ciuitatem:* Et *consurgam super eos dicit Do-*
minus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias,
& germen, & progeniem, dicit Dominus. Et ponam eam in
possessionem ericij, & in paludes aquarum, & Scopabo eam in
11. *scopa terens, dicit Dominus exercituum.* Iurauit *Dominus exer*
cituum, dicens: Si non, vt putaui, ita erit: & quomodo mente

tractaui.

*tractaui sic eueniet: Vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: & auferetur ab eis iugum eius
& onus illius ab humero eorum tolletur.* Hoc *consilium, quod co* 12.
gitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vni
uersas gentes. Dominus *enim exercituum decreuit: & quis po-* 13.
terit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam? In 14.
anno, quo mortuus est Rex Achaz, factum est onus istud. Ne 15.
læteris Philistea omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen
eius absorbens volucrem. Et *pascentur primogeniti pauperum,* 16.
& pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam. Vlula *porta,* 17.
Clama Ciuitas: prostrata est Philistea omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiet agmen eius. Et quid respondebitur nuncijs gentis? Quia Dominus fundauit Syon, & in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

EXPLANATIO IN QVARTVMDECIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. P*Ropè est, ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur.*

PRiusquam huius capituli expositionem aggrediar, occurrit dubitatio diluenda penes eius initium quando D. Hieronym⁹ vnà cũ plerisq; expositoribus, aliud facit principium huius capitis, ibi nempè. Et erit Babylon illa gloriosa in Regnis. Alij aliud faciunt initium, & tandẽ cõmunis, & vulgata omnium opinio est, vt assumpta verba sint præsentis capitis B initium, & intentio est ipsius Prophetę his verbis, & in sequẽtibus aliquid noui nobis proponere. V. G. de aduentu

Intentio præsẽtis capituli.

A Christi verba facere, idest de tempore quo venturus est, iuxtà quam sententiã sic exponi debet, propè est, ut veniat tempus eius; idest ut Christus Dominus Dei filius, & verus Mesias ad nos veniat, nobiscum sit, & humanam carnem suscipiat. Propè, inquam, est nõ diu morabitur, citò veniet, & non tardabit, quasi ante pedes est, et iam iam nobis apparebit; & dies eius non elõgabuntur, & rectè quidem dicitur ipsum venturum, quia ipse est, qui prædicabatur venturus in nomine Domini; B Hic est ille benedictus, qui ab alio Propheta veniens nominatur, vbi hic ait:

adhuc modicum, & veniens veniet & A non tardabit, qui item venit in nomine Dei, & patris sui. Quid postmodū sit facturus cum venerit, paullo post videbimus, Hi autem, qui volunt verba præassumpta, clausulam esse, et finem præcedentis capituli, opinantur, his prædici tempus, quo Iudæi erunt captiuandi, & postea redimēdi, aut potius supponit iam dictum superius, Iudæos esse captiuandos, & in presenti capite eos esse liberandos, describens, et prænuncians Babyloniæ destructionem. q. d. Propè esse tempus, quo Iudæi sunt captiuandi, & non multo post ab ipsa captiuitate liberandi. Verum est tamen quod sub figura vastationis Babyloniæ intendit Sanctissimus iste Vates adumbrare futurum iudicium, quo omnes iudicabuntur, vt qui non commouentur ad benè agendum, ex promissionibus, & præmijs uitæ cœlestis moueantur timore futuri Iudicij. Dicit ergo propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Nec mireris, quod multum temporis itercesserit ab eo, quo Esaias ista uaticinatus est vsq; ad ea tempora, quibus Iudæi fuere in captiuitatem adducti, aut ab ea liberati, & multum etiam temporis, si de Christi aduentu loquamur, quo quidem tempore fuimus & nos erepti à seruitute Diaboli, quoniam cum omnia sint præsentia ipsi Deo, atq; etiam habita relatione, & collatione ad totū tempus futurum, verissimè dictum fuit à Propheta propè est ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Si etiam de futuro iudicio loquamur, non longè distat ab vnoquoq; nostrum, sed propè est vt veniat tempus eius iuxtà illud Ioan. in Apoc. cap 11. Et quid tum faciet? Sequitur. *Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel & requiescere eos faciet super humum suam.* Sensus est, si hęc verba referas ad historiam, quæ habetur primo Esdrę cap. primo quòd ipsi Iudæi erunt redimendi, benè (inquit) quòd Deus miserebitur Iacob: idest non permittet Iudęos sub illa captiuitate diutius detineri, sed eorum miserebitur, & Israel saluabitur, iuxtà illud, psal. 102. Non in perpetuum irascetur, neq; in æternum comminabitur. Sed re uera hæc duo verba longè verius ad liberationem humani generis à seruitute diaboli, quàm Iudæorum è captiuitate Babylonica liberationem sunt referenda. Misertus est enim Deus humano generi, reuocās ipsum è captiuitate demonis, & ignorantiæ tenebris, & ad lucem Euangelicā ipsum deducens; & non absq; causa habetur in textu hęc verborum varia- B tio, scilicet miserebitur Deus Iacob, et eliget adhuc de Israel q. d. Non omnis Israel saluabitur, sed reliquiæ saluæ fient. Ex tota enim illa Israelitarum multitudine delegit aliquos cū quibus tamquam delectis militibus, & socijs liberaturus esset, et saluum redditurus ipsum mundum sicut Gedeon cum paucis delectis militibus profligauit Madianitas Iud. 7. Dicit autem Iacob miserebitur; et de Israel eliget, quia opor- C tuit misereri Iacob, et eum adiuuare, qa semper est in lucta, et magno in discrimine constitutus. De Israel eliget, quia post victoriā cum Deo nomen accepit. Et requiescere eos faciet super humum suam. Quod attinet ad historiam. Sensus est, quod Deus sua potenti virtute reducet Israelitas in patriam suam, et ad proprios lares, *Et requiescere faciet super humum suam*; i. super domos suas, aut sicut vulgo dicimus in proprio cubi- D li morientur, et in Terra sua, hoc est in sepulchro suorum maiorū requiescent. Sed et hæc verius de nobis, qui in Christum credidimus possunt, ac debent intelligi. Deus. n facit nos requiescere nunc super humum propriam, idest super Ecclesiam in qua nos requiescimus, tuti, et trāquilli absq; vlla perturbatione manemus, et post hanc vitam super humum nostram; i. super Terram, et regionem viuorū quiescere poterimus. E De quibus dicitur, quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini, et post pauca Beati, qui habitant in domo tua Domine. Et sequitur.

Adiungetur aduena ad eos, & adherebit domui Iacob. Quod hic dicit verum est, si spiritualiter intellexerimus, quādoquidem gentes, quæ erant peregrinæ,

Prædicitur Iudæos, captiuandos, et postea redimendos.

Iud. 7.

Sepeliri in sepulchro patrum suorum magna fælicitas est.

Esd. primo cap. primo.

ps. 83.

ps. 102.

næ,& aduenæ,& longè à Dei cognitio-
ne,& salute, accedēt & adiungentur ad
eos:i. ad Apostolos,& ad eos,qui de do-
mo Iacob,& de domo Israel erant credi
turi: & adhærebit domui Iacob fide, &
affectu,vt dicit glosa interlinearis.

Tex-2. *Et tenebunt eos populi,& adducent eos in lo
cũ suũ,& possidebit eos domus Israel super
Terrã Domini in seruos,& ancillas,& erũt
capientes eos, qui se ceperant & subijcient
exactores suos.*

Propterea D. Paulus Ephesios 2.
cap. alloquens eos qui ex gentibus
crediderant in Christum, & adiuncti
erant Apostolis tamq̃ veris Israelitis.i.
iã nō estis hospites,& aduenæ,sed ciues
Sanctorũ,& domestici Dei. Inter cōmo
da,& prosperitates,quas Deus pollicet
filijs Israel,& Iuda;postea q̃ fuerint libe-
rati à captiuitate Babylonica, ea sunt q̃
p̃diximus, ꝙ s3. requiescent super hu-
mũ suã,& ꝙ alienigenæ adiungētur eis,&
adhęrebunt domui Iacob, & p̃ter hæc
populi eos tenebunt,hoc est amplecten
tur,& fouebũt, nec pmittent à quoquã
lędi, aut impediri,quin ad proprios la-
res reuertantur, quin potius populi ma
ioris authoritatis,& viriũ,adducent eos
in locum suũ,hoc est in Patriã suã asso-
ciabũt eos,& comitabuntur:& posside-
bit eos, hoc est filios Iuda è captiuitate
eductos domus Israel,aut potius dom⁹
Israel possidebit eos,s3. populos,qui co
mitabuntur Iudęos, & illis fauebunt
aut melius dicamus, quòd domus Is-
rael possidebit, hoc est suæ ditioni, &
imperio, atquè dominio habebit eos
populos;qui adiuncti fuerãt,vel adiun-
gent̄, & adhęrebunt domui Iacob,& nō
quacũq; rõne,sed p̃textu, ac Iure domi
nij possidebunt eos sup Terram Dñi in
seruos, & ancillas: & p̃terea erunt capiē
tes eos,qui se cæperant, hoc est in eam
prosperitatē deueniēt, & tanta sibi erit
collata potestas, ꝙ capient, & captiuos
ducent eos; qui a se cæperãt, & postre
mò subijcient exactores suos, eos inq̃,
qui suas opes,& facultates arripiebant,
& nulla habita rõne neq;pietate,magna
cũ vi,& potẽtia exigebant tributa àqbus
cumq;, magna certe, & ferè incredibilis
erit horũ ꝓsperitas, & admirabilis rerũ
vicissitudo,vt qui prius erãt serui, corũ-

A dē quibus seruiebant, & subiecti erant,
Dñi fore p̄dicãtur,at qm̃ ex nullis An-
nalib⁹,neq; alicuius historia constat Iu
dæos in tantã aũctem,& potestatē eue-
ctos,vt habuerint,& possederint in ser-
uos,& ancillas quosdã ex Babylonijs,&
Assyrijs,neq: vnq̃ captiuos duxerint ali
quos ex eis, ppea Sacri Doctores,& ho-
rũ verborũ sani et veri Interp̃tes, q̃cũq;
hactenus p̄dicta sunt,sm̃ rei veritatē ad
Xp̄i tẽpora volunt oĩno referri. Nulli
B protectò dubiũ est,ꝙ pleriq; gētiles,qui
erant peregrini,& aduenę à Testamẽto
Dei,adiuncti sunt p Dei misericordiã,&
pietatē ad Apostolos,& alios Dei mini-
stros,immò ad eos oẽs,qui de domo Ia-
cob,& de domo Israel erãt crediturí in
Xp̄m,& fide,ac deuotione adhęserũt do
mui Iacob, hoc est ipsi Eccl. & cōgrega
tioni fideliũ:& ipsi quidē Apostoli posse
derũt in seruos,& ancillas plerosq; gen-
tiliũ.ac Iudæorũ,qñquidē hi ad fidē ad-
C ducti seruierũt,& quotidie seruiũt Apo
stolis,& ministris verbi Dei;& obtẽpe-
rãt illis,& reuerẽtur,ac genua flectunt:
& erũt capientes eos,qui se cęperãt. Et
hoc indubie,& citra oẽm cōtrouersiã,
effectũ esse cōspicimus. Prius n.in exor
dio nascẽtis Ecclesiæ gentes, & Iudæi,
vbi poterãt,capiebant,& mactabãt Dei
seruos,& Xp̄i fidē annũciãtes,qerãt veri
Israelitæ,Israelitę qdē sm̃ carnē pseq̃-
bantur eos,qui erãt Israelitæ sm̃ spũm.
D Sed postea serui Dei cęperũt,& sibi subie
ctos reddiderunt eos, quos antea perse-
quutores,& interfectores habuerũt, &
quibusnã armis, qua virtute,quibus viri
bus? nempè prædicatione verbi Dei,mi
raculorũ operatione & bonorũ operum
exēplo. Possunt,& ad victoriã, q̃ habe-
mus cũ demone referri. Gẽtes namq;, q̃
prius erãt Idolorũ seruituti addictę, &
affixæ,& qui summopere demonē cole-
bãt,& cuius Imperiũ singulari cultu ob-
E seruabãt,Dei bñficio illustrati,cōfrege-
rũt idola,abijcerũt oĩno eorũ cultũ, &
ipsũ demonē sibi subiecerũt, & eos,qui
iã seducti erãt,& iugo seruitutis opp̃ssi,
ministerio Apostolorũ fuerũt ĩtroducti
in Terrã Dñi,hoc est ĩ Sãctã Eccl. & in
seruos, & ancillas Dei euaserunt.

Hæc oĩa,q̃ mox diximus licet verissi
ma sint,& ab oĩ difficultate libera, & se

Gentes ad domũ Iacob accesserũt vt de quomodo.

Christiani & ministr Dei subiecerunt sibi magistratus & principes idolorum, & gentium.

mota, nõ inficior tñ, quin, & sm̃ histo-A riã modo quodã intelligi queant. Nihil.n. absurdi aut multũ à veritate alienũ existimo, ꝙ pleriq; ex Babylonijs & Assyrijs adiũcti fuerint ad Iudęos, dum redierunt in Hierusalé, & ꝙ fuerint ipsi Iudæi redeuntes multis fauoribus, ac muneribus aucti, ab his, qui coluer̃ Babyloniã. Vt põt haberi ex 1. lib. ipsius Esdrę cap. 1. Neq; vllum arbitror fore

1. Esd. ca. 1. incõueniés, ipsos Iudæos secũ adduxisse nonullos ex Babylonijs, & Assyrijs, & alijs nationib⁹ peregrinis in seruos, & ancillas, & pserti ex Babylonijs, cũ iam fuerint è proprijs domibus eiecti, & oĩbus bonis, ac facultatibus expoliati. Et ꝙ ipsi Iudæi in suã propriã Terrã adducti, eos, quos secũ duxerãt, captiuos, hoc est legis iugo subiectos detinuerĕt Sic.n.

Cyrillus. ait Cyrillus: qui ĕt alio modo interpretatur ad lrãm, qd v3. ipsi Babylonij, qui olim victoria sunt potiti, & Israelé ex Iudęa captiuũ abduxerũt suoq; subiecerũt C imperio, dominationi subijcienť, & ipsi ĕt captiuabuntur, Cyro nimirũ, et persis, et Medis, eos ad vastitaté redigĕtib⁹. Hæc Cyrillus ad uerbũ. Sed prior eius expositio magis ad lrãm. Vbi ĕt nota, Esaiam vocare Iudæã Terrã Dñi, propterea ꝙ fuit illis, hoc est Iudæis à Dño data, nõ vi, aut virtute horũ acquisita. Et quoniam ibi præcipuè colebatur Deus.

Tex. 3. *Et erit in die, cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à concussione tua, &* D *à seruitute dura, quã ãte seruisti, sumes parabolã istã cõtra Regẽ Babylonis, & dices &c.*

Prosequitur Esaias pdicere, et enũciare cõsultatione futurã in populo Israel post liberatione, ex captiuitate Babylonica, et vaticinatur ea, quæ dicturi sunt, aut dicere poterũt ipsi Israelitæ aduersus Babylonios, qui sunt eos psequuti, et tot annis in dura, et aspera seruitute detinuerunt: satisq; eleganter, et perspicue dscribit miseriã eorum, et calamitaté qui de aliquo eminẽti loco, et statu ĩ terrã corruerũt. Propterea inquit. Et erit in die illa, eo s3. tẽpore, quo Deus miserebitur Iacob, et reducere decreuerit de captiuitate, in qua manebat, populũ suum, et requiẽ dederit tibi Dñus à labore tuo, quo s3. pmebaris, et à cõcussione tua ppetuo vexabaris, et à seruitute du-ra, qua ante seruisti, sumes inquit parabolam istã contra Regem Babylonis, et dices. *Quomodo cessauit exactor, quieuit tributũ?* Quę, & qualis fuerit hæc parabola, post eius finem examinabimus quid ea significet in pñti videam⁹, quid ea contineat. Inquit ergò. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum, cessauit inquam exactor; i nõ est amplius, qui grauet nos, qui nr̃a surripiat, quiq; à nobis exigat, quod nõ debemus, ꝗq; ĕt B reddere. et pstare non valemus, cessauit inq̃ hoc est perijt, morté obiuit, et deniq; dura, et importuna exactio finé habuit. Vsus est hoc verbo Esaias (dicunt isti) Cessauit, et non perijt, ut dictione molliori, nec tã aspera, aut odiosa vteretur; sed hoc parũ est, et nihil refert, quieuit tributum, nõ amplius infesti erunt, qui illud repetebant, et singulo quoq; die, aurum ex nobis exposcebant, et penè corporum nr̃orum viscera extrahe-C re nitebantur, et nihil ferè aliud passim vbiq; audiebatur nisi tributum. Quieuit ergo tributum *Præterea contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cędentem populos in indignatione plaga insanabili subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter.* Tex. 4.

His duob⁹ versiculis egregiè describit Proph. mores, et uitia tyrãnorũ, qui potestate sibi tradita, vel pmissa, nequaq̃, vti didicerũt quadã dexteritate, aut cle-D mẽtia, sed tamq̃ baculo, et virga ad pcutiendũ subditos, et eos conterendos voluere illis dominari. Dicuntur cedere, et flagellare populos quibus dominantur in indignatione. i animo iam cõmoto, et in sæuitiam adducto, et nullo habito humanitatis respectu, cedunt inq̃, et pcutiunt subditos, et afficiunt plaga insa-Plaga insanabilis. nabili, plaga nẽpe insanabilis est plaga ppetua nũq̃ curabilis, ac desitura: alij p plagã isanabilé intelligũt morté æter-E nã q̃ tñ Deus ob peccata infert ĩpoenitétibus. Cędũt itaq; populos ĩ indignagnatione, plaga insanabili; postremò contriuit Dominus baculum impiorum, et virgam dominantium subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter, subijciunt inquam in furore gentes, idest nulla mansuetudine, aut animi dexteritate vtuntur, dum

ali

aliquos subiicere, & ditionem aliquã sibi acquirere student ac laborant, sed cum impetu, minis, ac terroribus sub eorum dominatu pertrahere consueuerunt, & crudeliter more ferarum, ac bestiarum persequuntur eos, qui illis obsistunt, proindè cum fuerint isti tyranni, & impotentes ad Terram deiecti, & ferè ad nihilum reducti, sequitur, quod ait Propheta scilicet.

Tex 4. *Conquieuit & siluit omnis Terra, gauisa est, & exultauit.* Conquieuit inquam, & siluit omnis Terra à fletu, murmure, lamentis, & perturbatione, nec non à metu, & terrore, quibus continuò erant affecti; gauisa inquam est omnis Terra, quæ pauebat ex dominatione illorum; & exultauit, vires & animum reassumpsit, cum liberata esset a subiectione eorum, & cum viderit eosdem iam deiectos, & in terrã prostratos. Lætatur

Psal. 17. enim iustus, cum viderit vindictam manus suas lauabit in sanguine peccatoris; nec solum Terra, sed abietes quoq; lętatæ sunt super te, ò Rex Babylonis & cedri libani, hoc est principes, &

Lætatur populus cum deiecti sunt tyranni. reges, quibus ille vi dominabať, quosq; sub iugo, & virga ferrea detinebat, læta ti sunt eo mortuo, atq; defuncto. Et sequiť sub eadẽ elegãti Methaphora. *Ex quo dormisti, ò, Rex insolens, ac tyrãne, Non ascẽdet amplius, qui succidat nos.* Loquunť quidã abietes, & cedri; i. viri potẽtes, & magni, & quicũq; erũt aliquãtę authoritatis; ex quo dormisti; i. ex quo cecidisti, & vita functus es, non ascendes, quemadmodum faciunt, qui volunt ex arboribus ramos succidere, ascendunt in arborẽ, & ramos succidunt, mortuo itaq; ipso Rege Babylonis. i. ei⁹ potẽtia ad nihilũ redacta, nõ erit, qnos destruat aut vires imminuat, ac potestatẽ nostrã.

Potest etiam dici hunc esse modum loquendi per hyperbolem, cum dicit, ꝙ

Terra & arbores lætantur. Terra, & arbores lætatæ sunt interitu, ac destructione Babylonis iuxtà illud psa.

Ps. 113. Montes exultauerunt, vt arietes, & colles sicut agni ouium cum fuit liberatus Israel de ægypto, & domus Iacob de populo Barbaro, & alia huius generis sexcenta exẽpla. Notandũ ẽt est, ꝙ parabola illa contra Regẽ Babylonis assumpta, in exprobrationẽ illius capiẽda est,

A non in commendationem, quemadmodum Iudæi pariter & latro improperabant Xp̃o, dũ in Cruce penderet. d si filius Dei es, descende de Cruce; salua temetipsum, & nos; deindè sequitur sub eadem parabola referre, & explicare, q̃ maneant mala post hanc vitam ipsi Regi Babylonis, dum inquit.

Infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentus tui, suscitauit gigantes: omnes Principes Terræ surrexerunt de solijs suis, omnes Principes nationum &c. Tex. 5.

B Infernus dicitur subter nos, quia scilicet in loco inferiori est situs, & constitutus; & quia omnia grauia tendunt deorsum, & facilis est descensus auerni, propterea cum tu grauitate peccatorum sis valdè onustus, facilè admodum inferni locum, qui te indubitanter expectat adibis & petes. Dicitur conturbatus in occursum tui aduentus, vel qđ fuerit stupore commotus qui fieri potuit, vt viri tã *Infernus conturbatur in excipiendis magnatibus.*

C potentes, tam fortes, ac formidabiles, illuc descendant? Vel dicitur Infernus conturbatus, quòd, qui illic detinebãtur forsan timebãt, ne sic mortuus eos læderet, sicut viuus eos lædere solebat, vel tertio dici pọt fuisse locus ille inferior conturbatus, & quodam pauore cõterritus pp occursum aduentus tui, ò Rex Babylonis, quia es adeo exosus, & despectus cunctis mortalibus tuam ob insolentiã, & multitudinẽ peccatorũ,

D vt ẽt infernus grauatè admodũ, & ægrè te excipiat: ego aũt vereor ne infernus vehementer conturbetur, et magnopere excandescat dum ego (quod Deus auertat) & mei similes, & longè maiores, quorum munus est alijs præcludere uiã inferni, & ab illo nos subtrahere illuc properemus. Loquitur. n. Propheta de inferno tamquam de quodã homine viuo; quæ. n. hic dicuntur non quod ita sint, sed quod facilè potuerint esse aut

E fortè modo quodã extiterunt referunť. Propterea parabolicè, & sub quada figura dicta sunt, & hunc in modum accipi debent, sicut, & ea, quæ sequuntur. Dicit. n *Infernus suscitauit gigantes*, Quid ꝑ gigantes hoc loco intelligat Propheta non satis constat. Quidam. n. intelligũt magnos demones, & manes inferorum, quia vt plurimum, dum nobis apparent

Gigantes ab inferis susceitati, qui.

sub monstruosa mole conspiciuntur. Suscitabit ergo tibi gigantes, idest principes demoniorum, qui tibi assurgant, & tamquàm omnium malorum principem in suo sinu,& locis tenebrosis excipiant. Alij per gigantes intelligunt viros sublimes,qui illis detinentur, quiq; opibus,et potentia alios quondam oppresserunt,& in pauperes,& egenos, seuam tyrannidem exercuerunt; nonnulli p gigãtes intelligũt quoscumq; mortuos, qui ideò gigantes nuncupantur, B quia ppetuos cruciatus,et tormẽta sustinent, et ea quidem grauĩssa. Deindè oẽs Prĩcipes Terrę surrexerũt de solijs suis,oẽs principes nationũ, vt s3. te uideant,et admirentur,loquitur.n.hic Proph. de Inferno,pinde ac si sit aliquod regnũ, in quo multi sint principes, et duces, qui eant in occursum magno Regi. Quæ omnia dicta sunt per ironiã,vt illudãt Regi Babyloni, et cuicũq; eius imaginẽ, ac psonã gerenti, q. d. Tu C adeò malus,impius fuisti, et iniquus, ꝙ omnes mali,et omnes demones tibi dabunt manus,et pręcipuum locũ,ut multo plura,q̃ alij tormenta patiaris. Aut ea verba,omnes principes Terræ surrexerunt etc. debent referri ad Prĩcipes viuos,et existentes,qui præ lætitia, et iocunditate surgant de solijs suis,et insultent Regi Babyloniorum, eiq; dicant verba,quæ sequuntur, Sic.n. legimus. *Vniuersi respondebunt, & dicẽt tibi. & tu* D *vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es &c*. Vniuersi inquit respondebunt, et dicent tibi. At cui respondebunt? nullus adest interrogans, cui respondeant. Dicimus hanc particulam posse duobus modis exponi. Primo quidem, vt supponamus, et imaginemur istos Principes mutuò colloqui, et inuicem conferre maximam hanc, et inopinatam rerum vicissitudinem; eũ s3. qui alijs principibus dominabatur, ne- E què quicquam sibi infensum verebatur, sic fore deiectum, vt et ipse fuerit coactus ad infernum descendere: sic itaq; inter se se colloquentes, et admirantes vniuersi respondebunt,et alter alteri sic dicet: et tu vulneratus es et c. Secundo modo,sic põt exponi,et effingi aliquem respondere, et ferre sententiam, non

A solum dum ab aliquo interrogatur, uerum etiam, quando quis intra se ipsum loquitur,et supponit,quod aliquis interroget,vel ipse secum ipse disputat,et diligenter discutit, ac perpendit facinus aliquod nouum,et inusitatum,quemadmodum hoc in loco factum esse existimandum est, ac si Rex ipse Babylonis de se ipso conquestus, et de sui status mutatione vehementer admiratus in hæc verba proruperit. Ego s3. edificaui Babylonem magnã,in robore fortitudinis meæ,subieci principes, et duces meæ ditioni, et fui potens in potentia mea;quam ergo ob causam,ob quod meum facinus, et flagitium ad tantam calamitatem deueni? tunc respondebũt vniuersi Principes,et dicent tibi.

Nos putabamus præ imbecillitate nostrarum virium, nequaquam potuisse nos resistere tuæ potentiæ, et te solum eum esse,qui in tua sublimitate permaneres: Verum res ipsa manifestè nobis demonstrat oppositum,quandoquidem, et tu vulneratus es et captus, nostri què similis effectus, ita vt, quos dignitas, et potestas ac dominatus in Terra distinxit, et separauit, apud inferos pœna consociat; detracta est.n. ad inferos superbia tua,concidit Cadauer tuũ, subter te sternetur tinea loco tapeti,vel panni serici, et operimentum tuum erunt uermes. Hucvsq; non dubito, quin ista verba non solum ad Regem Babylonis, verum ad omnes Principes, et potestates huius seculi,immò ad vnũ quemquè nostrum commodè referantur, qui dum sumus in aliquo statu, et gradu eminenti, vel Dei permissu, vel propria culpa, aut improborum nequitia ad aliquam miseriam, et calamitatem deuenire contigerit; et ne longius exempla petamus, de me ipso,et in me ipso, hæc omnia, vel maiori ex parte põt verificari. D. Cyrillus innuit hęc verba referri debere ad Principes, qui supersunt, sed hoc tantundem est, ad id, quod supra diximus. Quod autem dicitur, *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes*, Dubio procul indicat pœnas, quas propria gignit conscientia, vel suppliciorum materia, quæ ex proprijs peccatis, et diuinæ

uinæ legis neglectu prodit, ac nascitur; A vt rectè inquit D. Hieronymus. Qui ve-rò, hæc volunt referri iactata ab inferis demonibus contra Christum Dominũ cum ad inferos descendit, mea quidem sententia, nequaquam sunt audiendi, quamuis sit sententia veterum patrum, vt postea videbimus. Itidem sequitur Propheta exprobans, et insiliens aduersus Regem Babylonis damnans, et increpans insignem, et admirabilem eius arrogantiam, et superbiam .d.

Hierony.

Eusebius.

Tex. 6. *Quomodo cecidisti de Cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in Terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: in Cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, & sedebo in Monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo &c.*

Licet pleriq; omnes existiment hoc loco fieri Apostrophen ad ipsum demonem, seu potius ad Principem demo- C niorum, qui appellatur Lucifer. Propterea quod, hic Angelus suæ naturæ splendore, ac pulchritudine omnes alios spiritus excedebat. Veruntamen volumus hæc omnia prius interpretari, ceu dicta aduersus Regem Babylonis, et deindè secernemus, quę in demonem propriè sunt referenda. Dicimus ergò, quod poterat absq; vlla iniuria isthęc exprobratio in ipsum Regem Babylonis iniici, poterat inquam ipse Na- D buchodonosor Iure Lucifer appellari, quia gloriosior, et magnificentior erat cunctis alijs Principibus, et de Cœlo cecidisse dicitur, quia de solio potentię, et maiestatis suæ, qua cæteris præeminebat, descendit, et in Terram corruit. Cœlum enim appellatur hoc loco sedes, et solium, in quo ipse residebat propter altitudinem, splendorem, et maiestatem ipsius. De mane dicebatur oriri, quia videbatur à principio suæ E ętatis Regnum assequutus, et quasi naturali quodam Iure, et sinè multo labore, tam amplum Regnum super alios Principes suæ ditioni adiunxisse: Iste ergò tam magnus Princeps, et totius ferè orbis absolutus Imperator, qui vulnerabat gentes deprędando Vrbes, et regna, in Terram corruit, et in cinerem conuersus est. Præterea dicebat in corde suo, tamquam sibi non satis esset occupauisse vniuersam Terrã. In Cœlum conscendam, quasi diceret, non satis est magnitudini animi mei, neq; spiritus, et desideria cordis mei quiescunt, quòd rebus terrenis dumtaxat præsim, et supersim, sed altius, et sublimius tendit animus meus, videlicet in Cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, et se- B debo in Monte testamenti, in eo scilicet loco, in quo fuit data lex, aut in Monte Testamenti, hoc est in templo, vbi solus Deus colitur, q. d. Volo omnibus illis pręeminentijs, et immunitatibus, quibus ipse Deus colitur, et honoratur, et ipse frui, et uti: et sedebo, et persistam in lateribus Aquilonis, quemadmodum, et ipse Deus: per latera Aquilonis expositores intelligunt Ciuitatem Hierusalẽ, de qua psal. xxxxvij. *Psal. 47.* Mons Syon, latera Aquilonis, Ciuitas Regis magni. Stellæ vocantur astra Dei, tum quia sunt creatæ à Deo, tum quia omne magnum, et excellens dicitur esse Dei, et tribuit ipsi Deo. Dicebat etiam in corde suo iste Rex nimis arrogans, et inflatus. Ascandam super altitudinem nubium, et deniq: exprimens præcipuum, et principale eius desiderium Inquit. Similis ero altissimo: non ausus est dicere ero Deus, quia noverat id fore impossibile, sed inquit similis ero altissimo, ero tamquã Deus sic et dixit ipse demon progenitoribus nostris Gen: 3. Eritis sicut Dij scientes *Gen. 3.* bonum, et malum, sed vide quid sequitur, et quæ sit rerum vicissitudo, et in quem modum fuerit iste consequutus, quę meditabatur in corde suo. Inquit ergo Propheta Verumtamen ad Infernum detraheris, et in profundum Laci. Non enim tua sponte ibis, sed detraheris, ui deductus eris, et vt vulgo dicitur. Ci sarai strascinato; i. discerptus. in profundum Laci conueniens quippè erat, qui, nec Deum cognouit, nequè homines est veritus, sed sibi tantum tribuit, vt similis esse Deo quandoquè cogitaret, ad Infernum, et profundum Laci detraheretur. Nam impij, quasi plumbum demerguntur in aquis

vehementibus, & descendunt in profundum quasi lapis. Quanto enim gradus est altior, tanto grauior est casus. Sic enim dicit Deus per Moisem Deuter. xxxij. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Neq; præter rationem Infernus assimilatur lacui, quoniam, quemadmodum Lacus excipit aquas, & detinet, ita Infernus impiorum animas suscipit, & detinet in perpetuum. *Qui ergo illum viderint*, & contemplati fuerint, & fixis oculis illum dispicient, siue qui degunt inter viuos, siue animæ eorum, qui iacent in tenebris, ad eum inclinabuntur, vt perspicacius videant, & eius deiectionem considerent, & obstupescant. Inclinabuntur quidem, quemadmodum faciunt hi, qui vt videant aliquem in imo deiectum, & substratum inclinant caput, & demittunt, vt in profundo alicuius loci, siue putei iacentem, & demissum melius videant, & agnoscant, quorum quidem actio adeò curiosa, & nimis impudenter affectata, pœna est grauissima his, qui aliàs fuerunt in aliquo honore, & dignitate constituti, quin & ab omnibus summo in honore, & obseruantia habiti. Dicuntur etiam illi, qui hoc viderint ad eos inclinari, & mente consternari, considerantes & admirantes diuinam Iustitiam, & in se ipsis eiusmodi verba effabuntur. Nunquid iste est vir, qui conturbauit Terram, omnia susq; deq; mouens, qui concussit Regna, omnia litibus, & contentionibus inuoluens, & cuncta in dubium reuocans, qui posuit Orbem desertum, interfectis magna ex parte, vel in fugam positis incolis, & habitatoribus, & Vrbes eius destruxit? vt in exemplo est manifestissimo Ciuitas Hierosolima cum multis alijs Vrbibus, & oppidis ab eo destructis, & euersis, postremò vinctis eius siue ab eo, non aperuit carcerem, sed crudeliter cum eis egit, & cōtra communem Principum morem, nullum ijsdem benignitatis, & humanitatis signum commonstrauit, quandoquidem solent Principes dum occupant aliquem locum vinctos, & carceribus detentos, liberos reddere, & si qui fuerint etiam ab eo obtenta Victoria, in

Infernus cōparatur lacui.

I. 2. 7.

A vincula coniecti, post aliquod tempus, aut mera ipsius liberalitate, aut exposita pecunia illos tandem in libertatem asserere. Clementia namq; pietas, & misericordia, magis quàm sæuitia, & crudelitas vigere debet in Principe, q quidem cum longè abessent ab hoc Rege Babylonio, minimè quidem mœrebatur inter Principes, & Reges, sed potius inter sæuissimos, & rapacissimos tygros, & Leones annumerari. Propterea B vide quæso maximum discrimen, & varios exitus inter vtrosq; hoc est inter bonos Principes, & impios Tyrannos, sic.n. discriminatur inter eos prudentissimus iste vates, subdit.n. *Omnes Reges gentiū vniuersi* qui scilicet optimo prīcipe digni peregerūt, *dormierunt, & quieuerunt*, extremumq; diem clauserunt in gloria, honore, & existimatione, & summa apud omnes opinione, & non solum Principes, & Reges, sed vnusquisq; vir C priuatus, probo homine digna, qui egerit, quieuit in domo suo, mortuus est in cubili suo cum omni apparatu, & prouisione rerum necessariarum, summa cum pace, & tranquillitate ciuium, absq; iurgiis, & contentionibus: *Tu autem* ò Rex Babylonis *Protectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, nulli vsui proficua, pollutus, & obuolutus, atq; permixtus cū his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci*, Hoc D est ad infimas partes, & pfundissimas ipsius Laci, vndè colligimus secundum D. Hierony infernum esse sub terra. *quasi cadauer putridum*. Solent.n. cadauera putrida. & pessimè olentia proijci in aliquem locum subterraneum valdè profundum, & excauatum, ne visum pariter, & olfatum prætereuntium, quonis pacto lædat. Notat hoc loco D. Cyrillus, quòd sicut vestis sanguine conspersa, & tincta non potest facilè mundari, ita, qui pertinax est in peccatis, non facilè potest ad semitam reduci ob id pollutu, & sanguine conspersus ipse Nabuchodonosor, veluti cadauer putridū proiectus fuit in profūdum inferni, & reuera sic legitur de ipso, quod fuit exhumatus à filio, & in minutissimas partes dissectus, fuit tandem proiectus in agrum, quò volucres Cœli depascerent,

Tex. 8.

Cyrillus.

pascerent, ac deglutirēt ipsum quāquā D. Hier. existimat hanc esse fabulam.

Particulam istam. *Quasi cadauer putridum* aliqui nectunt cum præcedenti versiculo, ut nos fecimus. Alii volunt se quentis particulæ fore principiū, vt sic legatur. *Quasi cadauer putridum nō habebis consortium neque cum eis in sepultura* q. d. non solum dum uiuis, & hac luce frueris non habebis consortium, aut etiā mortuus nō merereberis inter alios Reges recenseri, sed neq. etiam parem, aut similem cum eius sepulturæ locum obtinere. Verum tibi conueniet omninò, quod imprecatur Dauid tui similibus, descendant in infernum uiuētes. Ratio est *tu enim terrā disperdidisti* omnia tributis, exactionibus, & aliis grauaminibus, innumerabilibusq; iniuriis, & violentiis perturbasti, & oppressisti, *tu populum occidisti*, etiam tibi subiectum, tanta humani sanguinis auiditate laborabas. Sed hic est difficultas quoniam in textu nostro sic legitur, tu terram tuam disperdidisti, tu populū tuū occidisti, quomodo terra Iuda erat ipsius Nabuchodonosor; nisi dicamus esse suam, quia data ei in correptionem. At si legamus, ut 70. interp. qui legunt terram meam, & populum meum, nulla est difficultas. Vel potius, permanentes in textu nostro, sic exponētes, tu terram tuam, & populum tuum, idest tibi subiectum, sic tollitur omnis scrupulus, & magis demonstratur, & declaratur illius Regis crudelitas, & extrema cupiditas: vndè benè subiicitur; tāta humani sanguinis auiditate laborabas. Et phęc & alia scelera multa, & peccata quibus Deum & homines offēdisti, nō vocabitur in æternum, neq; erit in hominum memoria *semen pessimorum*, hoc est non poterit diu durare, & persistere germen, & proles hominis tā pessimi. Id quod non solum accidit in progenie ipsius Nabuchodonosor quæquidem modico post tempore fuit extinta, & ad nihilum redacta verum etiā nostra hac tempestate videmus obtigisse in Regem Anglorum, qui tanta fuit impietate, & crudelitate non solum in seruos Dei, sed etiam admodum impudēter, & insolenter crassatus est in sanctam ecclesiam Catholicam, & in Romanos Pontifices qui suo tempore floruerunt. Videmus enim, & propriis oculis perspicimus illius semen omninò defecisse, sed prosequamur, inquit enim *Præparate filios eius occisioni*, quia sine dubio mactabuntur, nec poterunt cuiquam euadere mortem, quia in iniquitate patrum suorum persistunt, vel quòd puniantur pro iniquitate patrum suorum, iuxta id quod dixit Dominus. Visitabo iniquitates patrum in filios, vsquè in tertiam, & quartam generationem. Non consurgent, idest postquam semel ceciderint, & quam predixi ruinam passi fuerint, non sunt amplius surrecturi, neque caput eleuabunt, sed eorum memoria prorsus interibit, neque implebit faciem orbis Ciuitatum, hoc est, non est putandum neque ullo pacto suspicandum, quod sint occupaturi eius filii magnum spatium orbis, ac terræ habitabilis; & Ciuitates arces, & castra ędificaturi. Scriptum est enim Ecclesiast. x. cap. Sedes superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis: & quod hic Propheta prædixit, indubitanter euenit, Balthassar nāque fuit interfectus, & vniuersa eius cognatio ita, ut eo occiso nullum postea de eius progenie regnasse compertum est. Sic etiam frequenter euenire conspicimus plerisq; hominum generibus qui cum deiecti fuerint ab aliquo honoris, vel dignitatis gradu, numquam amplius resurgunt neque ad idem, vel aliquanto minus, promouentur, ut multorum exemplis facilè potest demostrari. Textus quem habet. D. Cyrillus, sic iacet, ut non impleant Terrā bellis, ubi exponit quòd numquam resurgent, ne paternam insolentiam imitantes, & auitæ impietatis ęmuli, terrā impleant bellis, & aliis tumultibus. Quo autem hactenus dicta magis roborentur, introducit Propheta dominum loquentem, & ait. *Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum*, hoc est ipse Deus, qui est Dominus, dux, & caput militiæ Cœli & omnium exercituum quicumq; sint illi præter legiones Demoniorum, quorum fuit vtiq; & est creator, & Dominus non autem dux

Psal. 54. | *70. interp.* | *Contra Regem Anglorum.* | *Exod. 40.* | *Eccl. x. cap.* | *Balthassar Rex Babylonia interfectus.*

&

& caput, super Regem consurgam, dicit ipse, idest super Regem, & filios eius & super omnem eius familiam, & gentem. Et perdam Babylonis nomẽ vt numquam amplius nominetur, & reliquias, & germen, & progeniem dicit Dominus, & vt vno verbo dicamus, perdam inquit omnem eius progeniem, & posteritatem, & ita efficiet, quòd non posit vltra extendi, & propagari.

Et ponam eam in possessionem Hericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens dicit Dominus exercituum. Quid sit Hęricius clarum est apud nos, dicimus enim esse quoddam animal, vndequaque spinosum, delitescens vtplurimum in cauernis Terræ, & foraminibus. Alij dicunt in tex. hæbreo haberi voculam, quæ significat testudinem, alij noctuam, alij aliud. Ego cum glossa interlineari existimo hoc genus animalis insinuare cętera monstra animalium, volens ipse Deus ostendere, Babyloniam fore possidendam, & incolendam, non amplius ab hominibus, sed à feris, & mõstris cuiuscumque generis, D. Hyeronimus asserit per hoc genus animalis designari eos homines qui gaudent, & conquiescunt in incerto diuitiarum. Dicit etiam Babyloniã uertendã esse, aut potius immittẽdam, & inijciendam in paludes aquarum.

Hericius qua

Hyeroni.

Nec mirum, quia iuxtà dictum quorũdam per mediam Ciuitatem percurrebat quidam riuus, qui nullum habẽs exitum constituit paludes aquarum, vel baratrum luti, hoc est in voragines luti. At ego Arbitror id futurum potius diuina virtute, quàm profluuio riui. In summa sensus Prophetę est, quod Ciuitas illa omnino destruatur cuius postremam desolationem his verbis ostendit. Et scopabo eam in scopa terens, q.d. non leuiter, & fortuitò eã scopabo, sed terens, vt nihil in ea remaneat sordium, aut potius quicquam boni. Dicebamus hæc verba, & exprobrationes aduersus Regem Babylonis commodè referri in ipsum Demonem, qui cum esset maximis honoribus, & gratuitis donis abundè insignitus, in superbiam elatus, ausus fuit insurgere aduersus Deum, & percupere

A fieri similis altissimo, ut copiosè admodum declaratur secundo sent. Veruntamen vt dicit D. Aug. ij. super Gen. ad lit. cap. 24. non solum ad ipsum Demonem qui est caput omnium malorum, verũ ad eius membra posse applicari. Potest enim per ipsum Luciferum intelligi genus apostatarum, vel caput eorum. Verum aliqua propriè tribuuntur membris quę non possunt dici de Diabolo qui est caput, vt egregiè ostendit Aug.

B lib. 3. de Doct. Chri. cap. vlt. *Iurauit Dominus exercituum d. si non vt putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui, sic eueniet*, quasi dicat, si non ita erit, vt putaui, & quo modo mẽte tractaui, non sim Deus, non amplius mihi credatur, nulla meis dictis prębeatur fides. Dicit hęc Propheta Domini personam gerens, quia posset fortè quis imaginari, quæ Deus est comminatus nequaquam euẽtura, vel ob maximam, atq; formidabi

Tex. 11

C lem Babylonis potentiam, aut propter immensam Dei benignitatem. Quarè ad consolandum, & consolidandum populum suum Israelem, & ad perscindendam Babyloniis omnem eorũ spẽ vanam; quę prædixit futura, iuramento confirmat. Est enim bonorum hominum consuetudo, & maximè Principum, & Dominorum, quę statuerint & decreuerint iuramento firmare. Quamquam non est necesse, quæcum

D que decreuit Deus iuramento firmari, sed more humano loquitur ipse Deus, verbum enim Domini manet in æternum. Sed videamus super quo iurauit Dominus exercituum. *Vt conteram in quit Assyriũ in terra mea & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis*, hoc est à populis meis iugũ ei⁹, hoc est subiecto, & oppressio, qua populus meus, sub Assyriis opprimitur. & detinetur, *& onus illius hoc est Regis Assyrio*

E *rum ab humero eorum idest Iudæorum tolletur.* Vocat autem terram Iudęorum, terram suam quia ei dicata, vel quia ibi vigebat diuinus cultus vti etiam paulò dictũ est, sic etiam vocat montes meos, quia fidei suæ, & suæ protectioni erãt commissi. Cum Iudæa montuosa esse dicatur propterea dicit, in montibus meis, innuens & intelligens regionem

Iudeæ

Iudex. Sed dubitatio est, cur hoc loci Propheta comminetur Assyriis, cum iam sermonem habuerit de Babylonijs & eorum vastationem, ac desolationẽ prædixerit. Dicunt aliqui, & satis rectè hoc ideò factum, vt proposito exẽplo de clade Assyriorum facta sub Rege Ezechia, credibilior illis redderetur desolatio futura ipsius Babyloniæ. Et tandem cum viderent Iudæi vtrumq; vaticinium fuisse adimpletum, & prędictum finem assequutum, facilius possẽt adduci ad credendum quęcumque fuerunt à Prophetis prædicta de Christo Domino, & cum primis videntes vtriusque regni destructionem, & victoriam Domini super vtrumq;, futurum quoque aliquando intelligerent Christum esse habiturum per mortem, & passionem suam uictoriam, & potestatem aduersus omnes incredulos, & infideles, & præcipuè super demonem, & eius asseclas, nec solum ipse, sed eius discipuli, ac ministri habebunt potestatem super omnes serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, velut etiam Paulus ad Rom. 16. testatur d. Deus conteret Sathanam sub pedibus vestris velociter. Deindè sequitur *Hoc consilium, quod cogitaui, super omnem Terram, & hęc est manus extenta super vniuersas gentes, vel ad dispergendum, & conterendum incredulos, vel ad protegẽdũ & saluandum eos, qui crediderint*, quia non Iudæorum tantum Deus, sed & gentium. Vult enim Deus omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. *Dominus exercituum, decreuit. Et quis poterit infirmare? & manus eius extenta & quis auertet eam?* Nec existimet quisquam hęc verba solum difficultatem innuere, sed testè D. Hyer. impossibilitatem, & quia opus prædestinationis, & pręscientię est opus sapiẽtiæ, & potentię, ideo attribuitur consilio & manui ipsius Dei.

Rom. 16.

Tex. 12.

Tex. 13.

Tex. 14

In anno, quo mortuus est Rex Achaz factum est onus istud. Hucusq; vaticinatus est Esaias sub Ozia, qui, & Azarias dicitur, & sub Ionathan eius filio, postremo sub Achaz Rege impiissimo Post hac vaticinatur sub Rege Ezechia & hoc est, quod dicit, in Anno, quo mor

A tuus est Rex Achax factum est istud onus, hoc est talis visio, & Prophetia qua prędictum fuit excidium Regis Assur, & Regis Babyloniæ, & nunc prędicit onus, & præssuram palestinorum & inquit *ne læteris tu philistea omnis* q. d. nullus omninò sit cuiusvis gradus, & conditionis Philisteorum, qui debeat lætari, & securitatem sibi polliceri, quoniam comminuta est, & extenuata, siuè confracta uirga percussoris tui, B quia scilicet mortuus est Rex Achax, qui erat tibi valdè infensus, quoniam de radice, hoc est de stirpe, & semine colubri egredietur regulus, q & basilicus dicitur, de cuius pestiferis, et mortiferis conditionibus, vide Plinium lib. 8. cap. 21. propèfinẽ. Sensus ergo est quod Philistei non debent ullopacto ob mortem ipsius Achaz congaudere, quia longè peior, et sæuior erit aduersus eos, qui in eius Regnum est successurus, C quám qui præcessit. Quidam volũt per colubrum intelligamus Oziam, et Ionathan, qui longè peiora, et grauiora damna intulerunt Philisteis, quam fecerit ipse Achaz, quippèqui potius accepit à Philistheis aliquot damna; quam intulerit Pro qua re vide lib. Reg. et secundũ Paralip. et semen eius absorbens uolucrem, explicat his verbis pestilentem ipsius reguli conditionem, quippè qui ore, et afflatu absorbet D volucrem, idest alias aues, pro quo vide D. Hier. Cyrillus autem existimat Philisteos potius ab Assyriis, et Babylonijs, quam à Regibus Iuda damna suscepisse, nec tibi videatur durum, quòd Reges Pij, ac Deo grati vocentur serpẽtes, & colubri, ac basilisci, quoniam aduersus hostes Dei, tales eos esse oportebat. Prædicit deindè, quales erunt Iudęi percussis Philisteis, id est è medio sublatis, et inquit. *Et pascentur primo* E *geniti pauperum* idest ipsi Iudęi, qui dicebantur filij primogeniti ipsius Dei, et dicuntur primogeniti pauperum, quia eorum patres iam erant ad inopiam redacti tot bellis, cædibus, et rapinis depopulati. Isti ergò primogeniti pauperum, et pauperes pascentur, poterunt substineri, & fiducialiter requiescere; Atque vt diuitias requiescant

Tex. 15.

Plin. lib. 8. cap. 21.

Hier. Cyril.

Tex. 16.

Iudęi primogeniti.

subdit

CAPVT QVINTVMDECIMVM.

ONVS Moab. *Quia nocte vastata est Ar, Moab co-* .1.
ticuit: quia nocte vastatus est murus, Moab conti
cuit. Ascendit domus, & Dibon ad excelsa inplã
ctum super Nabo, & super Medaba Moab vlula- 2.
bit: In cunctis *capitibus eius caluitium, & omnis*
barba radetur. Intrinsis eius accinti sunt sacco: super tecta eius,
& in plateis eius omnis vlulatus descendit in fletum. Clamabit
Hesebon, & Eleale, vsque iasa audita est vox eorum. Super hoc 3.
expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit sibi. Cor *meum*
ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam conternã- 4.
tem: per ascensum enim Luith, flens ascendet, & in via oronaim
clamorem contritionis leuabunt. Aquę *enim Nemrim deserta e-*
runt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interyt. 5.
Secũdum *magnitudinem operis, & visitatio eorum: ad torrentẽ* 6.
salicum ducent eos. Quoniam circuiuit clamor terminum Moab
vsq; ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad puteum Elim clamor
eius. Quia *aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super* 7.
Dibon additamenta: his, qui fugerint de Moab leonem, & reli-
quys terræ.

EXPLANATIO IN CAPVT QVINTVMDECIMVM.

ESAIAE PROPHETAE.

O*NVS Moab: quia nocte uastata est Ar, Moab conticuit: qu ia nocte vastatus est murus, Moab conticuit.*

PRædicit hoc cap. Noster Esaias diuino spiritu afflatus destructionem Regni Moabitarum, qui præterquamquòd erant Idololatræ, & inimici Dei, fuere etiam vehementer infensi, & infesti populo Dei, vt habetur ex lib. numerorum cap. 22. quique etiam iuuabant eos, qui cumdẽ A populum Dei uexabant, & Deum omnipotentem, tamquam minus potentem ad eum protegendum, ac saluandum, contemnebant, & aduersus eum extulerunt caput: quamobrem eò magis digni erant graui supplicio, quoniam cum originem ducerent à Loth, qui erat propinquus Abrahæ, à quo etiam multa acceperant beneficia, atq; ideo modo quodam pertinebant ad populũ Israelem debebant potius eos protegere,

gere, & iuuare, quàm hostibus prodere, & in manifestum, euidensq; periculum eos inducere. Prædicit etiam Esaias suorum destructionem, vt fidem faceret, & viam sterneret ad misteria Christi, faciliùs credenda. Nam cum vidissent Iudæi, & vniuersum hominũ genus, non multò post tempore Moabitas, vt prędictum erat ab Esaia, esse destructos, crederent facilius, ea quãdoque ventura, quæ de Christo Domino ab eodem erant prędicta. Sic enim consueuit sacra scriptura in iis misteriis nostro intellectui firmiter imprimendis prius aliquid cito futurum proponere, & prædicere, vt quæ multo post tempore sunt futura, absque vlla hęsitatione credantur, vt iam dictum est; cũ enim Dominus prædixisset, & comminatus fuisset se peruersurum domum, & posteritatem omnem Heli sacerdotis, hoc illi signum illius mali, quòd venturum esse decreuerat, dedit. Hoc erit tibi signum, eius quod venturum est, duo filijs tuis Ophni, & Phinees in die vno morietur Ambo. Prædicit ergo vates onus Moab; idest ruinam, & desolationem illius Regionis, & populi, & inquit. Nocte vastata est Ar; quę (vt dicunt) erat Metropolis totius Regni; Moab conticuit idest nihil obstitit nullo pacto se mouit, continuo manũ dedit, & patienter primariæ Ciuitatis ruinam substinuit. Nocte vastatus est murus, idest omnia propugnacula, & munitiones Vrbis dirutæ & euersę.

Mos sacra scriptura in misteriis diuinis nobis enucleãdis.

Ar metropolis Moabitarum, quæ magis antiquè. D. Hier. uocatur Aripolis.

Moab conticuit, hoc est, nihil reparationis, aut præsidij tantæ ruinæ attulit idque Dei virtute, ac potentia, qui vires ei substulit, atque animum, & hęc libenter Esaias repetit, & inculcat ad exprimendam ruinę certitudinem, & ad maiorem eorum infœlicitatem, & hæbetudinem ostendendam; nec non, ut monstraret, quàm grauis, & magna sit futura hæc ruina, id quoque facit Hieremias, & multo copiosius, & ardẽtius. cap. 48. & rectè quidem nocte vastata est Ciuitas Moab quia nocte etiã conceptus est Moab de incestu patris. Ascendit domus, videlicet vniuersi primates, & Dybon Ciuitas pręclara ad excelsa, vbi locata erant idola, & co-

Ob ignauiã uel impotentiam malis imminentibus, quando que non occurritur.

Hier. ca. 48.

A lebantur, aut ad magos, & diuinos, qui inter eos multi habebantur, accedebãt nõ vt adorarent, sed vt plãgerent, & plãctu, ac vlulatu commouerent Deos suos ad commiserationem, & ad ferenda ei subsidia: Dibon, seu Dimon excelsi montes Moabitarum ubi colebantur idola: seu Ciuitas Maobitarum valdè insignis. Super Nabo, & super Medaba Moab vlulabit, q. d. non solum loca prius dicta vastabuntur, sed etiam

Medaba. & Nabo Ciuitates Arabię

B Nabo, & Medaba, propterea Ciues, & incolę illius Regni vlulabunt, idest horribiles voces, & gemitus emittent, & stridoribus, seu potius rugitibus sui doloris vehementiam demonstrabunt. Hæ fuere duę ciuitates satis nobiles, & pręclarę illius regni. Medaba Vrbs Arabię in tribu Gad. Nabo similiter Ciuitas Moabitarum in tribu Ruben. aut nomen montis eiusdem nominis, sed iuxtà verba Hieremię non potest esse

C nomen montis hoc loco, sed Vrbis, quia inquit, uę super Nabo quoniam vastata est, & confusa. Tunc vltra. *In cũctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur*, argumentum videlicet doloris, & tristitiæ; quandoquidem mos erat priscorum, in afflictionibus, & luctu, caput, & barbam radere, aliquando nos diximus Rasuram barbæ fieri in signum dedecoris, & ignominię; sed alicubi mos est, vt in signum, Tex. 2.

D lætitiæ, & prosperitatis barba radatur. Contra verò in signum luctus, & mœroris barba deferatur. Sed D. Tho. dicit oppositum quòd tempore luctus viri nutriebant comam, mulieres autẽ deponebant. Hiere. 7. ubi sic dicit capillum tuum tonde, & proiice, & sume indirectum planctum. Pro maiori tamẽ dilucidatione hui⁹ rei vide in fine huius cap. Alius textus habet. Erunt omnia brachia concisa. Sensus est, quod eo

E tempore Sacerdotes Idolorũ, quo suos Deos placarent, cultris brachia sua incidebant, quemadmodum, & nos facimus, dum virgis, & fustibus, & funiculis quibusdam nodosis percutimus spatulas, & totum corpus vsque ad sanguinem in pęnitentiam nostrorum delictorum. *In triuijs eius* idest in omnibus uiis publicis, & patentibus, *accin-* Tex. 3.

cti

cti sunt sacco; solemus, & nos in signum pœnitentiæ, et detestationis peccati in dui sacco. *Super tecta eius & in plateis eius omnis vlulabit: descendit in fletum*, quemadmodum enim ascenderunt in excelsa cum fletu, sic etiam videntes Deos suos nullam opem attulisse, descendebant cum fletu. *Clamabit Hesebon, & Eleale, Ciuitates, vsque Iasa*, quæ erat in extrema parte Prouinciç, audita est vox eorum. Nec solū senes, & impotentes, sed etiam expediti hoc est uiri fortes, & nullo impedimento detenti, & qui possent resistere, & se à cunctis hostibus tueri, aut uelut imbelles, & pauidi fugam capere, vlulabunt: anima eius, idest cuiuscunque ibi degentis vlulabit sibi, quisque enim suum onus portabit, & necesse erit cauere sibi ipsi. Hesebon Ciuitas in Galaad Moabitarum, in qua habitauit Sehon Rex Amorreorum, quám edificauerūt filij Ruben. Numeri 32. & 1. Paral. cap. 6. Qui edificarunt aliam Ciuitatem in Galaaritide regione, tribui Iudæ ascripta, quæ vocatur Eleale Numeri 32. Iasa autem est nomen Ciuitatis, quæ de tribu Ruben, Merari Nepotibus data fuit, vt legitur numeri 21. & alibi. Sed clarius Iosue. cap. 21. D. Hieronymus. d. hanc Ciuitatem imminere mari mortuo, vbi est terminus prouintiæ Moabitarum. Et profectò per nominationes tot Vrbium, et locorum maximè distantium, Esaias, quemadmodum, & Hieremias volunt ostendere grauissimam fore, et prorsus communem, et generalem illius regionis destructionem, velut quondàm fuit in uniuersa penè Italia: et nostra quoq; ætate, dum essemus paruuli, in expugnatione vel excidio Vrbis Romæ sub anno Domini 1527. 5. Maij. Vbi non solum vniuersum latium, et pleraq; loca finitima, et eidem Ciuitati propinqua multas subierunt ruinas, et deuastationes, verum etiam aliç Ciuitates procul dissitæ non paruum damnum, et incommodum pertulerunt, vt facilè est videre, siquis legerit historias nostrorum temporum

Hesebō, Eleale, & Iasa vrbes Moabitarum.

Num. 32.

Ios. 21. & aliàs.

Propterea subdit *Cor meum ad Moab clamabit. Vectes eius vsq; ad segor vitu-*

Tex. 4.

A *lam consternantem: per ascensum enim luit flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt.*

Verba hæc sunt satis obscura, et sub horum cortice latent magna misteria. Pro quorum intellectu prçsertim anagogico vide D. Hieron. in sexto eius libro super Esaiam. Quod attinet ad sensum literalem, vox est Prophetç, vel commiserantis, cum etiam hostes Dei digni sint aliquando commiseratione;

B Dei enim sunt creaturç, vel vt alij dicunt, vox est Prophetæ non tamquam dolentis ex illorum vastatione, sed quasi innuens sibi in animo esse se carmen lugubre habiturum de afflictionibus Moab, vt videlicet pœniteat, priusquam ira Dei veniat super eum; & q̄ magna futura sit ista clades, & ruina, ostendit, dum ait. Vectes eius, hoc est termini, & fines illius Regionis protendunt vsq; ad segor vitulam consternantem, q. d. Ciuitas, aut regio ipsius *Vectes.*

C segor, est vsq; adeò pinguis, & affluens omnibus bonis, vt sit velut vitula, quç propter pinguedinem, & crassitiem apellatur consternās quasi humi iacēs, & perpetuò succumbens. Alij dicunt, & legunt. Vectes eius vsq; ad segor vitulam conternantem, quod sic debet exponi, vectes eius, idest regiones Moab, fortes inquam, vsq; ad segor quæ est Ciuitas paruula, sed fortis, vt

D Vitula conternans, idest trium annorum. alij per vectes regni Moab intelligunt viros admodum potētes qui erāt in illo regno tamquam vectes ostij, qui bus clauduntur ostia domus, ita vt domus sit tuta, & libera ab oī infestatione. Segor dicitur etiam vitula conternans quia tertio quodam terremotu prostrata est; sed melius est dicatur vitula conternans: alij per vitulam conternantem intelligunt locum magnum, fortem, &

E optimum. Alij dicunt locum illum comparatum Vitulæ trienni propter lasciuiam, & dissolutionem quandam, quam Vitulç huius ætatis, vt plurimū habere consueuerunt. Dicit enim Cyrillus, quamdiu Vitula est iugi inexperta, lasciuiens, & iuuencula, tenerum, ac nouitium cornu perferens exultans ex septis, & vestibulis, ac stabulis salitat

citat identidem. Nam tertius annus animalibus ratione carentibus ad ętatis florem, et ad maturas vires efficiendas sufficit, quo etiam tempore domari solent. Talis erat Moab, siue segor, tunc insultans vicinis, & infirmiores negligens. Per ascensum enim luith, qui dicebatur esse mons quidam, adibant fugientes, flens Moabita ascendet, vel in Montem, vel incelsitudinē ipsorum montium, vbi colebantur Idola, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Oronaī dicunt esse Vrbem excelsam, et tritam, ac popularem, quæ quotquot ex aliis Vrbibus, aut Regionibus illuc aduentabāt solebat excipere; qui ergò illàc ituri ptransibāt, ingentes clamores dolore, & mætu plenos emittebant. *Deindè aquæ Nemrim desertę erunt.* Nemrim secundum Liranum est ager quidam, seu territorium abundans aquis, & fontibus. Cyrillus dicit esse vrbem positā in extrema ora Regionis rubro Mari satis propinquam, adeoque aquosam, et feracem, ut qui in ea degunt, multos habeant equos, et homines pugnacissimos, aquę igitur illius loci desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germē nihil vltra ibi crescebat, aut exoriebatur. Viror omnis interiit, neque arbores, neq; plantæ, aut vites ibi conspiciebantur amplius D. Hieronymus inquit Nemrim esse oppidum quoddā situm super mare mortuum salsisaquis atque sterilibus oppletum. Et propter amaritudinem dæsertę erant. *Nāq; secundum magnitudinem operis*, scilicet peccati, *& multitę visitatio eorum.*

Oronaim vrbs excelsa.

Tex. 5.

Sumus exci tas lacrimas

Tex. 6.

Visitatio .n. ut sæpe dictum est quandoque in bonam partem, quandoq; in malam accipi consueuit. Nos ergo iuxta qualitatem, et quantitatem delicti visitat Deus, infligens varia pænarum genera. Ad torrentem salicum ducēt eos hoc est ipsi Assyrii ducent Moabitas captiuos ad torrentem salicum, ut ibi eos trucident, et summergant, quoniam circuibit clamor terminū Moab, vsquè ad gāllim vlulatus eius, et vsquè ad puteum Elim clamor eius q.d vndique & omni ex parte usque ad fines regni Moabitarum, audietur clamor, fletus, et vlulatus ipsorum occisorum D. Hieroymus opinatur prophetam hoc loco innuere vastitatē inuectam à Caldeis, seu Babylonis, & per torrentem Salicum intelligit flumina Babylonis, vel vallem Arabiæ qua itur ad Assyrios, sed de hac vastitate aliqui dicunt nihil haberi in sacris literis, quia aquæ Dibon repletę sunt sanguine: tanta enim erit occisorum sanguinis abundantia vt cum afflentia, et copia aquarum contendat. Dybon enim vel Dimon est nomen fluminis in terra Moab. Gallim autē, et puteus Elim sunt in finibus Moabitarum. Vndè ad maioris doloris, et calamitatis augmentum inquit Deus, *ponam super Dybon additamenta*, quia scilicet non tantum ab Assyriis verum etiam ab aliis extraneis nationibus grauissima damna patientur: & his qui fugerint de Moab & reliquiis Terrę his videlicet qui fuerint superstites, immittam Leones, idest færos, et crudeles homines, qui eos deuorent. Vide quęso, quàm dura, quàm misera, et aspera fuerit istorum sors, et conditio, ea prę sertim ratione, quod et ipsi persequuti sunt populum Dei, dum ab aliis nationibus extraneis innumerabiles iniurias, et persequutiones paterentur contra quos ait Propheta psal. 68. Domine quem tu percussisti, persequuti sunt, et super dolorem vulnerum eorum addiderunt Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, et non intrent in Iustitiam tuam, et deleantur de libro viuentium, et cum iustis non scribant. Cæterum interprætationes diuersorū nominum, quæ in hoc cap. ponuntur, et intellectus eorum siue significatus iuxta sensum allegoricum, aut anagogicum, siue etiam tropologicum per quire à D. Hieronymo nobis enim non vacat omnia perscribere. Pro hoc vaticinio uide etiam 48, cap. Hyeremię, qui multo vberius refert hanc visionem cōtra Moab. Hoc solum iuxtà sensum moralem mihi videtur annotandum; non sine causa dictum esse quod nocte vastata est Ar, siue Ariopolis, quæ interprætatur aduersaria, siuè sapientia secularis. Hæc enim sapientia nocte perit, quia scilicet in tenebris ignorantiæ

Tex. 9.

psal. 86.

Dicunt aliqui hæc additamenta, nihil aliud esse nisi super mærorē causa belli conceptum addere maiorem pænitentia.

tantiæ, & in errore actionum tandem corruit et deficit. Et in nocte pariter eius murus, hoc est tutela, & protectio dolis, & fraudibus conficta cecidit in nocte, idest pręter spem, & opinionem cecidit inquam, & non potuit consistere. Aut dicas, quod nocte uastata est Ar, idest aduersarii, & inimici nominis Christi nocte destructi sunt, hoc est ex improuiso, & nihil tale suspicantes periere, & nullus potuit eis auxilium ferre, quia non est sapientia, non est consilium, neque fortitudo contra Deum, Moab conticuit, hoc est mundus, demon, & quæcunq; creatura conticuit, quieuit, patienter tulit, & nulla ex parte obstitit, Hæc enim omnia videlicet Mundus, caro, Demon, & creaturæ corporales dici possunt Pater: *Moab enim a patre interpratatur.* Nota interpretationẽ huius nominis Moab. Et re uera cum primum in lucem prodimus, priusquam ex aqua de spiritu sancto renascamur, velut spurii, & illigitimi habemus hos tres patres uidelicet Carnem, Mundum, & Demonem. Nota etiam pro documento, & consolatione delinquentium, quod notat Nicholaus de Lira super illam particulam. Vectes eius vsquè ad segor, qui appellatur uitula conternans, quòd allegoricè interpretando vult innuere, paruam pęnitentiam designatam per segor, quæ erat parua Ciuitas, & exigua, si perseuerauerit, nos deducet ad perfectam salutem quę est vltimus finis noster, præter hæc pauca quæ iuxta sensum misticum super hoc caput adduxisse libuit, voluit quoque in gratiã quorundam afferre sensum tropologicum, seù moralem quo demonstrentur peruersi quorundam hominum mores, qui per nomina hic contempta designantur, sumpta occasione ab interpretatione, & significato horum nomĩnum. Et licet D. Hieronymus dicat, omnem prophetiæ huius sensum penè vnum esse, vt scilicet author per ea quæ hiç de Moabitis referunt, voluerit innuere, subdolam ac peruersam hæreticorum mentem, qui per falsa eorũ dogmata, putant, & nituntur subuertere Ecclesiam Dei, nos tamen non *Hyeronj.*

V credimus inficiari, si secundum interpretationes diuersorum nominum indicemus varios mores diuersorum hominum, qui non sunt absimiles ipsis Moabitis.

Primum quidem diximus, Moab interpræstari Pater, vel à patre, & cum quisque nostrum sit à patre, operę precium est videre, quem patrem habeamus, & à quo tamquam á patre simus à principio procreati. Constat enim B nostræ productionis, & generationis principium esse semen quod à genitore fluit, ac deciditur quod quidem est vsque adeò putridum, & infectum q̃ nisi per aquam sacri baptismatis abluamur, & recreemur, ac rursus generemur, essemus perpetuò polluti impuri, & filii carnis, & Diaboli: Nec refert homines quandoque nasci, & produci à patre iam purgato per Baptismum, & alia sacramenta, quoniam C cum primum nascimur, & exorimur ab homine sic purgato, non nascimur ab eo, & ex eo secundum Spiritum sed secundum carnem, & consequenter cum vetustate peccati, ut dicit Diuus Augustinus contra Iulianum, & velut Moab fuit exortus à patre ex incestuoso cõcubitu, ita dici potest de cũctis hominibus, qui ex concubitu viri, & mulieris oriuntur nisi fuerint in vtero sanctificati, aut speciali gratia à Deo D pręseruati, vti dicimus de Beata Virgine. Sic ergò nos omnes qui nascimur à patre hoc est à tali patre, quale est semen ipsius viri, & sanguis menstruus, nec tamen excludimus omnino semen mulieris, tamquam imperfectum quid in ratione seminis, quod quidem citra controuersiam dicitur ad generationem concurrere passiuè, designamur per ipsum Moab qui dicitur, & interprętatur Idiomate latino, E à patre, hoc est à patre sic infecto, & commaculato. Deindè dicitur in principio huius capitis quòd nocte vastata est Ar, siuè Areopolis Ciuitas Moabitarum, quæ iuxtà Diuum Hyeronimum aduersaria, vel aduersarius exponitur, & dubio procul, hoc nomine designantur sapientes huius seculi qui semper aduersantur sapientiæ

Semen generationis principium

D. Aug.

X Dei

Dei, et extolluntur supra omne quod di A citur Deus, qui tandem facilè ruunt, & omnia eorum tela, & propugnacula cito præter omnem eorum opinionem subuertuntur, & destruuntur iuxtà illud, perdam sapientiam sapientium, & prudentia prudentium reprobabo. Quòd autem dicitur Moab conticuisse, indicat eiusmodi sapientes huius seculi nihil se habere quo tueantur contra Deum, quia non est consilium, nec sapientia contra B ipsum, legimus enim de D. Stephano Actorum 6. quòd plerique de Sinagoga disputabant cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur in eo. Sic, & de Petro, & Paulo qui fuere gloriosi principes terrę & de cæteris Apostolis, & sanctis martiribus, qui audacter sunt loquuti contra sapientes huius seculi pro tutela veritatis, & pro defensione nominis Christi, quibus illi C non poterunt resistere, nec contradicere. Sed, & ex mulieribus nonnè legimus de Gloriosa Virgine Chaterina contra quam cum Auctore Maxentio fuissent adducti doctissimi homines vt eam conuincerent, & ad Christi fide ad idolorum cultum perduxissent non modo illam nequiuerunt ullis rationibus conuincere, sed quinquaginta Philosophi qui ad eam coarguendam conuenerant, vi ac sub D tilitate eius disputationis sunt conuersi, & tanto Christi Iesu amore sunt incensi, vt pro illo mori non dubitauerint. Sed non mirum quia Christum Dominum sunt imitati, qui vsque adeò sua singulari sapientia scribas, & Phariseos confundebat, quòd nemo poterat ei respondere verbum neque amplius interrogare eum, ut habetur Matth. 22. Sic etiam confusi sunt plerique hęreticorum, vt Arriani, Gymnosophistę, Sabelliani, & reliqua turba insanientium, quoniam Deus spreuit eos. Sic pro certo tenendum est, & firmiter credendum reliquos omnes apostatas, & hęreticos, vt Luteranos, Caluinistas, & cunctos Atheistas, breui de medio tollendos, ac penitus ex aliorum hominum cętu fore deturbandos.

Esa. 29.

Sequitur in textu, quòd ascendit domus, & Dibon ad excelsa in plantum, Dibon siue Dimon dicitur esse Ciuitas in tribu Gad, quę latinè præter alias interpretationes dicitur abundantia intellectus, quot quęso hominum sunt, qui ex hac Ciuitate originem ducunt, & fortasis perpetuò ibidem habitant, & sunt valdè consimiles iis que pręcesserunt. Sunt enim hi, qui plurimum de se ipsis præsumunt, neque vlli cædunt, & Sapientes sunt vt faciant mala: Hęc est illa Ciuitas, & locus in quo filii Israel profecti de Oboth, fixere tentoria, vt habes Nume. 33. Quid ergo fecerunt isti? Ascenderunt ad excelsa, vbi scilicet colebantur Idola, non vt eos pęniteret malè actorum, minus vt conuerterentur, sed vt suas miserias, & calamitate deplorarent, vt faciant multi. Meminit Esaias hoc eodem loco de duobus locis, siuè Ciuitatibus videlicet Nabo sita in tribu Ruben, & alia pariter quæ vocatur Medaba vrbs Arabię, vt habetur Iosue 13. cap. Nabo interprætatur loquela, seu loquens, per quę designatur proprietas, & conditio eorum hominum, qui sunt valdè loquaces, quorum mea quidem sententia infinitus est numerus, & quàm sit noxia, & odibilis horum hominum conditio, nullus est qui nesciat. Dicebat enim Dominus, sit sermo vester est est, non non, quod his abundantius est, à malo est, & vt dicebat Sapiens Prou. x, in multiloquio non deest peccatum, imo si nos oremus, pręcipitur, ne multum loquamur. Sic enim legitur apud Matth. Orantes nolite multum loqui.

Nabo *Medaba.* *Iosue 13.* *Matth. 5.* *Matt. 6.*

Medaba quę dicebatur Vrbs Arabiæ, latine dicitur aqua doloris, & verè bibunt aquam doloris qui sitientes diuitias, honores, et dignitates huius seculi, in illis consequendis, et posidendis toti insistunt, et funditus immerguntur, hi denique uelut Moabitæ potant aquam turbidam, quæ in eorum cordibus, et mente gignit perpetuos dolores, vt morbum

Quam gran de malum sit lingua, vi de Prou. x. & Iacob. 3. & Aug 15. de Trin. ca. vlt, & alibi.

bum Iliacum ; & morbum calculatem, & alias ęgritudines, quæ non facilè tolluntur: Propterea monebat quidam vir Sanctus. Si diuites esse cupitis veras diuitias amate, Si culmen veri honoris quæritis, ad cœleste regnum tendite. Si dignitates, in illa ęterna gloria ascribi facite. Greg. Hom. 15. Super has duas Ciuitates dicit Esaias Moab vlulabit, Moab quidem, idest cuncti homines qui à semine velut à patre nondum purgati descendunt, vlulabunt Super Nabo, & Medaba, idest super eos qui sunt nimium loquaces, & vehementer cupidi rerum terrenarum, deflebunt eorum statum & miseriam. Post hæc loca, ponitur, & describitur ingens, & vehemens ac prolixus clamor duarum Ciuitatum, videlicet, Hesebon, & Eleale, vsq; Iasa, & iure quidem clamare necessum erat, primum quidem Hesebon, quæ erat sita in Galaad Moabitarum, vbi habitauit Seon Rex Amorreorum, constructa, et ædificata à filijs Ruben, vt habetur Nume: 32. Hæc inquam Ciuitas latinè dicitur numerus, siuè cogitatio, per quam quidem Ciuitatem possumus intelligere eos homines, qui semper cogitant mala, & ducuntur, & reguntur ab illo omnium malorum principe, & capite quod est diabolus, qui immittit prauas cogitationes, & desideria in hominum mentes, qui & si habeant innumerabilem bonorum omnium copiam, numquam dicunt sufficit. Contra quos dicit Propheta psal. 93. Dominus scit cognitiones hominum quoniam vanæ sunt. Quos etiā redarguit Saluator noster Matth. 9. vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Deniq; sub hoc nomine comprehenditur illud genus Moabitarum qui semper cogitant mala, quiq; cum cæteris Moabitis aliquandò destruentur. Eleale interpraetatur Dei Ascensio, & est Ciuitas Amorreorum in Galaaditide, per quam designantur, & prænotantur, qui velut lucifer tentant in cœlum conscendere, & fieri similes Deo; quippè qui ab illa radice prodeunt, quę & ipsa iuxtà suam rationem est radix

Hesebon.

A omnium malorum, vt aliàs ex Sententia. D. Augustini declarasse meminimus; & clamor istorum duorum locorum vsq; Iasa dicitur peruenisse, quæ rixa vel contemptio interpraetatur.

Nulli profectò dubium esse potest, quin vbi cupiditas, & animi elatio viget, necessariò sequatur rixa, & contemptio, quia nullus vult sibi quemquam præesse, aut quæ sua sunt ab alio surripi, aut per vim auferri, B Ciuitas hæc fuit data nepotibus Merari, vt habetur Iosue 21. dicit ergo Esaias tantum fore clamorem planctum, & rugitum, quòd audita est vox gentis eorum locorum vsq; Iasa, quæ sita erat in finibus Moabitarum. Sequitur postea quòd vectes ipsius Moab procedent, aut terminabunt vsq; ad Segor vitulam conternantem. Dicitur Segor oppidum Sodomorum, vt habetur Gen: 19. & dicitur latinè vitu- C la Conternans siuè lasciuiens, vt diximus in expositione textus, & facilè quisquè potest absquè ullo verborum circuitu auspicari quale genus hominum sub huius nominis interpraetatione comprehendatur, & qualis sit radix, & principium horum hominum: quod certè nullum aliud est, nisi concupiscentia Carnis.

Dicit deindè propheta, quòd ipse Moab per ascensum Luith flens ascen- D det, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Luith apud Hæbreos est nomen cuiusdam montis; Sed apud Eusebium Pamphylum, est quidam vicus inter Eliopolim, & Ioaram; & latinè dicitur tabulatum, vel tabula, aut viriditas, quibus nominibus designatur vigor, & cupido eorum qui libenter accipiunt pręfecturas, & mirificè quærunt eas adipisci, & in tabulis eorum qui sunt E ad hoc munus designati, describi, qui proprio nomine vocantur ambitiosi. Oronaim secundum quosdam sunt duo vici, aut duæ vrbes Moabitarum, vna superior, & altera inferior; & hæ dicuntur latinè ira uel furor. Syriacè uerò libertates; & ut potui conijcere per eiusmodi nomina sic interpraetata, non alij præter

Luith.

Oronaim.

Aqua Nemrim. ebrios possunt intelligi, qui cum fuerint musto pleni, ira, vel furore videntur perciti, & omnia sibi licere arbitrantur.

Præterea fit mentio de quibusdam aquis quæ hic dicuntur aquæ Nemrim dequa Nume. 32. & Latinè dicitur Leopardus, siue rebellio, aut amaritudo seu commutatio, cuius nominis interpretatione ego subintelligo genus hipocritarum, qui verè more Leopardi varii esse dicuntur, aliud in corde, aliud in ore, uel in opere, & veluti dicebat Saluator, eiusmodi homines exterminãt facies suas, vt appa ret hominibus ieiunantes. Aquę istius loci, vel Ciuitatis desertę erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit, & verè quidem quia vt legitur Iob. 8. cap. spes hypocritę peribit, propterea aquæ eius, idest labores, simulationes, & studia eius peribunt. Denique dicit Esaias, quod ad torrentem salicum ducent eos. Salices sunt arbores infructuosę ita quòd dicitur, si quis Salicis semen epotet extinguitur calor naturalis, & tollitur vis generandi, id quòd significat labores, & opera quibus hypocritæ defatigantur, sunt vana, & infructuosa, & hoc confirmatur per verba Saluatoris d. Amen dico vobis receperunt mercedem suam q. d. nullam. *Iob. 8.*

Post hanc Ciuitatem fit mentio de alia quæ vocatur Gallim, ad quam vsq; perueniet vlulatus Moabitarum, quod quidem ostendit magnum, & extremum fuisse hunc vlulatum, quia hæc Ciuitas erat longè procul á finibus Moabitarum, & latinè dicitur gutta maris, per quam nominis interpretationem ego suspicor intelligendum esse finem, & terminum Moabitarum, hoc est malorum hominum qui tandem ob eorum peccata gustabunt, vel percipient guttas maris, quia ibi, hoc est, in mari summergentur & sepelientur.

Postremò describit Esaias, ad quem alium terminum deueniat clamor Moabitarum, dicit eum tandem peruenturum, vsquè ad Puteum Elim, quod quidem est nomen Ciuitatis Moabitarum, & est etiam nomen putei; sed utcumque sit, Latinè significat Arietes, siuè fortes per quod intelligimus peccatores perfidos, & obstinatos qui cornibus obsistunt veritati, & impugnant qui volunt eos apprehendere, & ducere ad puteum, idest ad aquam baptismalem, vel ad lauacrum pœnitentiæ de quo dicebat Esaias in principio huius operis, lauamini, mundi B estote, & auferte malum cogitationum vestrarum. Sed Moabitę hoc est homines mali, & mente capti effugiunt eiusmodi puteum, & hanc salubrem admonitionem. Hæc pauca adduximus iuxtà sensum tropologicum aduersus Moabitas.

C

Discussio supra his verbis præsentis Cap Esaiæ Prophetæ.

IN cunctis capitibus caluitium, & omnis barba radetur.

Super his verbis præsentis capitis occurrit mihi nonnihil dubii, D quòd hoc loco discutere aliquantisper proposui; num videlicet deferre barbam sit laudabile, & honestum; an potius res indigna, & detestabilis; & huius meæ dubitationis ratio est quia nostra hac tempestate videmus hac in re honestissimorum, & grauissimorum virorum in vtramquepartem sententiam sustineri: propterea non vereor me posse à quoquam iure reprehendi, ut qui de re leui, & nullius pensi disputationem aggre- E diar, cum presertim in sacris literis & apud prophanos quoque authores frequenter mentio habeatur, & in more hominum sit, rationem aliquam haberi eorum qui deferunt barbam, qui verò non deferunt, aliquanto minus, Preterea videmus apud quosdam viros graues, & insignes hunc barbam radendi morem *barbam deferre an sit res laudabilis.*

morem, & obseruantiam inuiolabiliter seruari, & retineri, Sunt enim (ut alios omittam) viri quàm maximè religiosi, & vitæ austeritate conspicui, qui nunquam deferunt barbam, ut Monchi Camaldulenses, & precipui quidam viri ex varijs ordinibus mendicantium, qui & ipsi numquam deferunt barbam & pro graui piaculo haberēt, si eam deferrent. Sunt etiam Venerabiles Monachi sub regula D. Benedegentes, qui quidem nullo umquam tempore nisi fortè in aliqua necessitate constituti aut de consilio medicinæ fieri cogatur, solent deferre barbam, quinimò capillos, & crines eorum capitis crebro admodum abradi faciunt, adeò vt nullus ferè appareat, tenuē quandā & vix perceptibilem coronulam relinquentes. sunt quoque & plerique clerici tum regulares tum seculares atque etiam canonicorum plurimi nobilitate insignes, & quod longè maius est sinceritate doctrinæ, & vitæ sanctitate illustres, qui & ipsi uel numquam, vel rarò admodum deferunt barbam & rectè quidem, quoniam ut habetur, de honestate, & vita clericorum lib. 3 ex consilio Cartaginensi statuitur, & decernitur quòd clericus neque comam nutriat, neque barbam, id quod plerique strictissimè exequuntur. Et ego quoq; memini, dum essem Iunior, paucissimos extitisse ex patribus, & socijs mei ordinis, & sodalitij, qui barbam detulerint: At in comitijs generalibus Neapoli celebratis sub Anno Domini 1539 die 28 Maii, fuit concessum, aut permissum solis Sacræ Theologiæ Magistris & quicunque prædicationis officio functi fuerint, eo tantum tempore, quo id muneris exercuerint, barbam deferre, aliorum verò nemini: verum postmodum ꝓgressu temporis, eiusmodi vsus aut mauis abusus, ita nobis conniuentibus, inoleuit ut penè omnes cum primum adoleuerint, eo priuilegio vti ceperint. Sed omittamus, aut pretereamus loqui de uiris regularibus, nonnè Moniales ipsę radunt seu tondent capillos capitis, neque vlla ratione permittunt deferre capillos? Sed quid? nonnè Paulus prima ad Corinth. cap. ij. habet expresse hæc verba; si uir comam nutriat ignominia est illi, quare si non conuenit ei comam nutrire multò minus barbam, quæ indiget multa cura, & studio, conuenit ei deferre & eo præsertim quòd aliqui dicunt capillos Barbam, & totius corporis pilos esse membra corporis extraordinaria, quarè nō multum abest à ratione, & honestate si præcidantur. Contra verò videtur magis dignum, laudabile, & honestum barbam deferre quā ipsam abradi, seu tonderi, primo quidem propter verba quæ habemus in presenti cap. vbi vates in dedecus, & ingnominiam Moabitarum, & in pœnam peccati eorum, prædicit in cunctis capitibus, cuiusque eorum fore caluitium, & omnem barbam esse radendam, sic etiam superius cap. 7. prædicit, Deum quandoque rasurū caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam in Rege Assyriorum, nō nisi ob eundem propter multa eius scelera, & flagitia deturpandum. Deindè legitur 2. Regum xi. quòd Rex Ammonitarum iussit, seruis Dauid qui profecti erant ad consolandum eum super interitu patris eius, radi dimidiam partē barbæ eorum, & præscindi vestes eorum medias vsquè ad nates in symbolum, dedecoris, & ignominiæ, præterea precepit Deus ei qui fuerit mundatus à lepra die septimo, radat capillos capitis sui, & barbam, & supercilia, vndè videtur inferri, rasuram barbæ dari consueuisse in pęnam peccati, & maculæ iamdudum contractę, vt legitur Leuitici cap. 14. laudabilius ergo, & honestius est, deferre barbam, quam ipsam radere, aut tondere. Postremò si respiciamus, & perscrutemur actiones, & vitam quorumdam religiosorū qui consuescunt deferre barbam, citra controuersiam, fatebimur eos fore viros, plenos sanctitate, Dei spiritu ductos, & perpetuò duci ac gubernari, cuiusmodi sunt Eremitæ Camaldulenses fratres illi minores, qui Capuccini dicuntur, quorum vitæ probitas, & austeritas ea est, ut omnes in stuporem, & admirationem, simulque in uenerationem inducant: cuius ordinis, & vitę rationis sunt, & plerique aliī regulares,

Fratres mēdicantes, & Monachi nō deferunt barbam.

lib. 3. de vita & hones. cleric.

Comitia Generalis nostri ord. celebrata Neap. anno 1539.

1. Corin. xi.

Leui. cap. 14

itaut non facilè discerni queat ac diffiniri, vtri horum sint meliores, Deo, & hominibus acceptiores, & magis dilectia an qui deferunt barbam uel qui eam abradunt, neque vllam illius curam habent. Sed ego vna cum D.Pau. Rom. 14 dicam, quòd regnum Dei non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, & non in deferendo; vel in radendo, seù tondendo barbam placet Deo, & probatus est hominibus, modo in neutro horum adsit vanitas, & ambitio & maiorum contemptus, & regulæ, vel statuti Præterea, quòd reperi apud quosdam modernos qui edunt commentaria quędam Symbolica, dicentes sacerdotibus fore prohibitum caput, & barbam radere, cum capilli capitis, & barba significent virilitatem, & virtutem hominis interioris. Cœlius lib,2. antiquarum lectionum cap. 24. dicit mirum esse quantum ratio barbæ conferat ad cognoscendam corporum maturitatem, & sexus discernicula, aut decorem etiam num virilitatis, aut roboris, & Ataliabas dicebat. Pulchritudinis, & ornamenti argumentum fuisse in barba potissimum. Et post pauca subdit ipse Cœlius. Si qua visatur barba insignis, hinc contingere quòd illi additum sit peculiarius aliquid roboris, et caloris Diuus etiam Augustinus super psal. 132. dicit barbam significare fortes, iuuenes, strenuos, impigros, et alacres: Ideò inquit. quando tales describimus, barbatus homo est, dicimus: vndè Apostolos; qui primi impetus seculi fortiter, et alacriter sustinuerunt, vocat barbam seù barbatos designatos per Dauid, cum in eo psalm.dixit sicut unguentum in capite, quod descendit in Barbam barbam Aaron; Hilarius etiam super eundem psal.dicit barbam significare virtutes, vt puta fortitudinem, sapientiam, iudicium, et discretionem boni, et mali, quę solent in homine reperiri, cum iam incipit adolescere, et ratione uti quemadmodum barba nascitur in homine, cum ratio incipit in eo uim suam habere. Sic etiã Rupertus supra Leui lib.2.cap.4.

Cœlius li.2 cap.24.

Cõmendatio Barbę.

Augu.supra psal. 132.

Apostoli barbati.

Hilarius

Rupertus

In proposito autem nostro si volumus ad sensum misticum referre quod dicit hic Esaias in cunctis capitibus erit caluitium, et omnis barba radetur, dicemus quòd omnis virtus, decor, et, magnitudo deficiet, et finem habebit in Moabitis: quod idem possumus referre ad hæreticos, & Pseudo Propheras apud quos, et in quibus nihil est solidi, nihil stabilis, aut firmi, sed omnia eorum dogmata vires, & præsidia spiritus sancti virtute cessabunt, et ad nihilum redigentur.

Sed fortè quis dicet si barba est signum virilitatis, et fortitudinis, ac etiam roboris, cur ergo pręcipitur clericis, et sacerdotibus, ne comam nutriant ac barbam; sed potius radantur, & tondeantur? Deindè, cur Deus Leui.cap. 14. præcepit quòd mundati à lepra, septimo die radant barbam, pilos capitis, et supercilia? Tertiò quis dubitat. Si Diuus Paulus monet, aut consulit mulieres vt nutriant comam, quoniam capilli pro uelamine dati sunt eis, cur præcipitur monialibus, vt radant capillos, siuè tondeantur, & non sit in eis capillatura?

Leui.ca.14.

Postremò, mirum quoque est mulieribus seculi huius permitti comam vt nutriant, quoniam gloria est illis, hominibus verò nequaquam, quoniam si hoc fecerint ignominia est illis, et incidimus in eãdé quæstionem quæ mox tacta est quòd mulieribus solutis, aut coniugatis permititur, siuè conceditur nutrire comam, monialibus autem prohibetur, et pręterea si homines non possent nutrire comam, sed deferre eam incultam, seu deformem, longè melius, aut conducibilius foret eam numquam in eorum capita prosilire

Quare ad primum dubium facilè respondetur secundum D.Thomam, non eandem esse rationem dę sacerdotibus et laicis, quoniam quemadmodum illi sunt segregati à mundo conuersatione, dignitate, et gradu, seù officio, ita summopere congrueabat, ve signo

signo aliquo exteriori discernerentur ab aliis, et signo illo exteriori innosceret eorum gradus, & officium.

Debent enim hi postquam mancipati sunt diuino obsequio, diuinis rebus esse intenti, & nihil prçter eas curare, perpetuò intendere, & assiduè contemplari. Propterea barbam radi faciunt, vt ostendant se diuina contemplari, caput autem tonderi, & capillos præcidi faciunt, quò se abiecisse temporalia omnes intelligant. Ad illud ex Leui. 14. dicimus infiguram nostri id factum esse, ut videlicet disceremus, postquàm mundati sumus à lepra idest à peccatis mortalibus, & eorum macula, insanitatem restituti, non amplius velut homines barbam deferamus, & ad pristinos huius seculi mores reuertamur sed quasi modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac Sãctæ matris Ecclesiæ concupiscamus, & eo iugiter nutriri, ac depasci studeamus.

Ad tertium dubium, siuè quæsitum, dicimus similiter vt prius non idem fieri debere iudicium de monialibus & reliquis mulieribus, quoniam moniales cum desponsantur Christo do A signo & ei totæ se committunt, promouentur in dignitatẽ virilem, vt sicut viri non deferunt comam, ita nec ipsç. Deindè cum assumant statum pçnitentiæ, & abdicationis ab hoc seculo debent etiam à se amouere quçcumque videbantur pertinere ad luxum, & pompam huius sæculi.

Ad vltimum non est, quo quis dubitet non conuenire, aut vllo pacto decere, homines nutrire comam, quia B est actio omninò muliebris cum prçsertim non sit frequens, aut in vsu homines habere cçsariem satis prolixam, velut mulieres comuniter, & ex natura habere solent, & sic ignominia esset hominibus, si quam habent enutrirent, non autem sensus Apostoli est, quod nullo modo nutriatur, sed quod non satis multa diligentia, nec multam temporis in ea nutrienda insumatur, vt faciunt uiri molles, & effoeminati, vbi uidere est hac C nostra tempestate aliquos Iuuenes non minus comptos & ornatos quod si essent mulierculç quedam, aut puellæ desponsabiles, & mox nuptui tradendç, id quod reuera est magnum dedecus, & ignominia illis.

CAPVT SEXTVMDECIMVM.

1. EMITTE agnum domine dominatorem terræ, de pe
2. tra deserti ad montem filiæ Syon. Et erit, sicut a-
uis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt fi
liæ Moab in trascensu Arnon. Ini consilium, coge
concilium: pone quasi noctem umbram tuam in me
ridie: Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt
3. apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastato
ris: finitus est enim puluis, consummatus est miser: defecit qui
conculcabat terram. Et preparabitur in misericordia solium, &
4. sedebit super illud in ueritate in tabernaculo Dauid, Iudicans,
& quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. Au-
diuimus superbiam Moab, superbus est valdè: superbia eius, &
5. arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius. Id-
circo vlulabit Moab ad Moab, vniuersus ululabit: his, qui læ-
tantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Quo-
6. niam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama Domi
ni gentium exciderunt: flagella eius vsq; ad Iazer peruenerunt:
errauerunt in deserto, propagines eius relictæ sunt, transierunt
mare. Super hoc plorabo in fletu Iazer, Vineam, Sabama: ine-
briabo te lachrima mea Hesebon, & Eleale: quoniam super vin-
demiam tuam & super messem tuam vox calcantium irruit.
Et auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo, & inuineis non
7. exultabit neque iubilabit. Vinum in torqulari non calcabit qui
calcare consueuerat: vocem calcantium abstulit. Super hoc uen
8. ter meus ad Moab quasi cytara sonabit, & viscera mea ad mu-
9. rum cocti lateris. Et erit: Cum apparuerit quod laborauit Mo
ab super excelsis suis ingredietur ad sancta sua, ut obsecret,
10. & non ualebit. Hoc verbum, quod loquutus est Dominus ad
Moab ex tunc; & nunc loquutus est Dominus, dicens: in tri
bus annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab super
omni populo multo, & relinquetur paruus, & modicus, ne-
quaquam multus.

EXPLANATIO IN SEXTVMDECIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

1. *EMitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Syon, & erit &c.*



VERA, & propria, atq; germana huius loci intelligentia est non solum prædicere, Christi Domini Natiuitatem, & eius aduentum in carnem, sed vehementer expetere, & instanter præcari Dominum Deum, vt quàm primùm illum ad nos mittat, propterea quòd totus Mundus in maligno positus est, omnia ruunt, neq; vllus est locus pacis, B & quietis, id quod sub excidio, ac destructione Moabitarum de quibus antea est loqutus, indicare intendit. Et commodè quidem hoc loco præcatur futurum Domini aduentum, vt aliqua ex parte consoletur Moabitas de quorum gente ducturus est originem Christus Dominus, vniuersæ terræ dominator. Nec mireris, tàm festinè, & velut ex abrupto transierit Propheta ad huius ineffabilis mysterij contemplationē, C quandoquidem præcipua, imò vniuersa ferè Prophetarum intentio, & præcipuus eorum scopus, est prædicere, & reuelare mysteria futuri Messiæ. q̃ si quandoque aliud agunt, & prosequuntur in hunc finem, & sub ea intentione omnia agunt, & cum primum tantilla se illis offert occasio, dimissa priori tractatione ad Christum redeunt; neque quicquam illis videtur esse antiquius, quàm de Christi mysterijs, & actionibus aliqua pertractare. D Et hoc re uera illud est, quod maximam affert difficultatem in Prophetarum scriptis intelligendis, & interprætandis; quia frequēter personarum in personas, & temporum in tempora transitiones fiunt, vndè A connexio dictorum pariter & sensus est plurimum asper, ac durus: nec facilè intellectu perceptibilis. Et Diuus Hieronymus dicit hoc ideo fieri, ne si ordinem eorum scriptura conseruaret, non vaticinium, sed narratio diceretur. dicit ergo Propheta. *Hieronym⁹ in principio expositionis.*

Emitte agnum Domine Dominatorem terra, de petra deserti ad montem filię Syon. Cui postulationi, & præcationi spiritus sanctus per Malachiam prophetā hūc in modum satisfacere, & respondere videtur dum inquit, cap. 3. & statim veniet ad templum suum: dominator quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis: præcatur ergò Propheta vt mittat agnum qui, & Angelus nuncupatur, non Leonem aut Vrsum vt Tygrim vel quęcumque hominem, sed Angelum, & hic ille est de quo loquebatur Ioannes dicens. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; Hic est ille Agnus qui fuit occisus ab origine Mundi, de quo quidem loqutus est Ioannes Euangelista in suis reuelationibus; Iste Agnus appellatur dominator terræ, quia ipse est, cui data est omnis potestas in cęlo, & in terra. Iste Agnus mittendus est, & auocandus de petra deserti, hoc est ex regione Moabitarum, quæ sita est in Arabia petrea, & hoc ideo dicitur, quia Ruth de cuius progenie, seu stirpè natus est Christus, erat de natione Moabitarum Nec mireris, quia cum Christus pro vtroq; populo venerit de vtroq; nasci voluit. quam .s. nationem, & gentem aliqui volunt nuncupari petram deserti, quia homines illi erant cultores Idolorum & proindè lapides venerabātur,

Malach c.3

Io. 1.

Matth. 28.

Agnus Dei Angelus & dñator terra.

ea-

Petra deserti.

Hyerony.

cuius rei causa erant omnino diserti, & derelicti à Deo. Quidam alij volunt petram deserti fuisse præcipuam ciuitatem Moabitarum, idquòd nescio pro fectò vndè habeāt alij totam illam regionem. Diuus Hieronymus in secunda Expositione huius cap. dicit ipsam Ruth vocari petram deserti quia iuxtà præceptum Dei, Moabitæ, & Amonitæ vsquè ad decimam generationem, & vsquè in æternum non ingredientur Ecclesiam Dei: præcantur igitur sancti Patres, & vniuersa prædestinatorum Ecclesia, & rogant Deum Patrem de cœlis, vt mittat Agnum dominatorem terræ.i.Christum filium suum de petra deserti.i.de loco, Dei auxilio destituto & omni benedictione orbato, ohoc est de gentilitate prophana, mittat (inquā) eum ad montem filiæ syon, hoc est, ad Ciuitatem Hyerusalem quæ est sita, & constructa sub monte Syon, & verè quidem ad montem filiæ Syon, quia ibi fuit immolatus ille Agnus, dominator vniuersæ terrę; & appositè quidem, postquam in precedenti capite prædixerat ruinam Moabitarum, In principio huius capitis rogat ipse Propheta ipsum Deum, vt emittat agnum dominatorem terrę, vt consulat rebus caducis, id quod & nos facere debemus rogantes Deum, vt det nobis Pręsulem iustum, & fidelem, vt reprimat malos, & foueat bonos. Sed præter omnes istas expositiones, non abhorreo opinionem illorum, qui per petram deserti intelligunt terrestrem Hyerusalem, in qua proculdubio natus est Christus, aut ꝓpè, & per montem filię Syon intelligūt, & rectè quidem, Ecclesiam Dei, & licet hic textus quem nos exponendum sumpsimus, sit verus, & proprius quem nos sequi, & perpetuò sustinere debemus; quia tamen alicubi legitur in numero plurali; Emittite Agnum dominatorē terræ etc. non est omnino reijciendus iste textus, vt per hoc verbum pluralitatem significans. intelligamus Patrem, & spiritum Sanctum, pariter & filium, qui concorditer, & vnico decreto, & operatione mittunt filium, vt dominetur terræ, quemadmodum alibi legitur, faciamus hominem ad imaginem, & si-

A militudinem nostram. Cum ergo dicitur Emittite Domine Agnum dominatorem terrę, per illud verbum emittite innuitur Trinitas personarum, per illud nomē singulare Dn̄e designat̄ vnitas uirtutis, & essentiæ Reliq expositiones quæ afferuntur circa hunc locū sunt penitus reijciendæ; quippèquę volunt Moabitas, qui erāt diuites ouium, & arietum, dona, siue tributa mittant ipsi Ezechię dominatori vniuersę terrę,

Vnitas & trinitas personarum in verbis præsentis tex.

B vt eius gratiam conciliarent: & alij volunt, quòd ipsi Moabitę moneantur vt regnante Ezechia Rege potentissimo mittāt Arietem.i.exercitum fortē, & billicosum; sed re vera hęc oīa sunt nugę, & nihil ad rem; nulla namque occasio vel necessitas erat, vt Moabitę tributum penderent, aut obsequium aliquod afferrent Regi Israel, aut Regi Iuda, cum per id temporis nullus esset Rex, neq; Regnum in Israel, aut Iuda,

C cum iuxta sententiam aliquorum, vtrumq; Regnum esset ferè poenitus extinctum, dicamus ergo, & repetamus ꝙ supra diximus, hoc in loco Esaiam fuisse vaticinatum, de missione illius veri Agni immaculati, qui fuit missus à tota Trinitate, ut sua morte auferret peccata Mundi, & non est dicendum (ut quidam putant) hęc uerba fuerint dicta ꝑ tyranniam aduersus Regem Moabitarum, quasi deludens, & obiurgans ipsius

D arrogantiam, quando uinctis Ammonitis uenerunt aduersus Iosaphat Regē Iuda cum nihil minus in ea causa facere potuerint. Sed quæ sequuntur, ego quidem existimo, ironicè dicta fuerint cum paulò post subdit Propheta, dicēs: ini consilium, coge concilium &c. Hęc itaq; est primam pars huius cap. Sed ꝑcurramus uniuersum textum à principio, cum ait. *Et Erit sicut auis fugiens, & sicut Pulli de nido auolantes, sic erunt* Tex. 8.

E *filiæ Moab in transcensu Arnon*. Quibus uerbis describit hic Propheta, calamitates Moabitarum, & inquit in hac secunda parte huius cap. quòd populus, & gens Moabitarum, cum super eos ingruerit tempestas, ac terror Asiriorū, erit sicut auis fugiens quando, scilicet, uidet Accipitrem, uel Miluum, ipsum insequentem; & sicut pulli de nido auolantes

lantes eum maxima celeritate, nulla interposita mora aufugiunt, ne (scilicet) à serpentibus deuorétur, aut à quo uis alio subripiantur: sic erunt filiç Moab in transcensum Arnon. Per hoc nomen. Arnon diuus Cyrillus intelligit urbem quandam munitissimam, Moabitis conterminam. Alij uolunt quòd Arnon sit fluuius quidã in finibus Moabitarum, quod mihi uidetur uero similius. Sed nos in Ethruria habemus flumen famosissimum, qui eodem ferè nomine nuncupatur. Per arnon quidem D. Hieronymus dicit significari scientiam ueritatis, ad quam debet trãsire qui erat in errore. Alij uolunt fuisse terminum, quendam Moabitarum, & Amorreorum; per filias Moab nonnulli intelligunt urbes, & alia loca illius regionis: at mihi magis placet, per filias Moab intelligamus Populum cũcti generis illius Regni, quem sexu foeminino uoluit Esaias nuncupari, ut denotaret eius pusillanimitatem, & ingentẽ formidinem, ac pauorem. Meminit ẽt filiarum potius quàm filiorum, quoniã illç uelut imbecilliores, & infirmiores priores erant in capienda fuga, undè non immerito eos irridet, ac deludit. d.

Arnon.

A

Ini consilium coge concilium, pone quasi noctem umbram tuam in meridie. Opinio est quorundam expositorum, hæc uerba fuisse allata ab ipso Propheta, ut exprobraret Moabitas, & in memoriam reduceret eorum inhumanitatem, ac seruitiam erga Iudços, dicunt enim ꝙ dum fugerẽt Iudçi ab exercitu Assiriorum eos insequente, & ob uicinitatem ad Moabitas se contulissent, ipsi cõsultabant, & in dubium afferebant, numquid in eo casu essent accipiendi, ne fortè displicerent Assirijs, cum tamen instante necessitate, non consilio, sed auxilio potius erat opus. Alij uolunt hãc particulam referri ad ipsos Moabitas, & in eorum beneficium eiusmodi uerba apponi ut scilicet non sint uerba exprobrantis, sed potius exhortantis, & admonentis, quasi dicat talis, ac tanta tibi ò popule Moab imminet calamitas, & ruina, quòd tibi necesse est eam ut effugias, inire consilium, i. inter uos ipsos consulere, decernere, ac deliberare quid facto sit opus; necesse, inquam, est, cogere Concilium, idest aduocare primates, & seniores, & rerum experientia maximè claros, ut de rebus uestris optimè consulatis, ne in discrimine sint positç. Sed prior expositio est longè melior iudicio meo.

B

D. Thomas, distinguit inter consiliũ, & cõcilium, quoniam cõsilium est ipsa quæstio, siue discussio rerum agendarũ, quç inter Consiliarios, & prudentes viros agitur, & uertit, Concilium autem est congregatio, & coadunatio ipsorum consiliariorum d. ergo ini consilium ò Moab, quonam pacto possis effugere & euitare periculum, Coge concilium, considera, & diligenter expende quid & qua ratione de tua salute Consiliarij tui decernunt, pone quasi noctem umbram tuam in meridie. i. ita in die studeas delitescere, ne quis te apprehẽdat, aut uideat uelut in nocte nemo te uidet ita ut umbra tua, quç solet in meridie ex corporibus causari, sit tibi ueluti nox. Alij uolunt ex his uerbis denotari quòd in meridie. i. in aperta, & manifesta persecutione dubio procul delitescere, & ab hominum conspectu se subtrahere necessum est, adeò quod nullum aliud prçter absconsionem extat refugium dum apertam, & uehçmentem magnorum hostium persecutionem patimur. At ego uelut alijs minus sapiens, & intelligens existimo hũc esse sensum horum uerborum, quasi dicat, pone quasi noctem umbram tuam in meridie, idest facias ex die noctem, & ex nocte diem, id quod fieri solet, et dici, quando nobis aut grauissima negocia instant, ut nullum sit quietis et ocii tempus, aut quando tot, & tanta imminẽt pericula ut singulis diei, ac noctis, horis, atque momentis cauere nos oporteat: deindè sequitur.

Consiliũ & Concilium quo differũt.

C

D

Absconde fugientes, & vagos ne prodas. habitabunt apud te profugi mei, tu Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris, & nihil timeas. finitus est enim puluis, consumatus ẽ miser, defecit qui cõculcabat terrã. Tex. 3.

Sic itaq; ipse Propheta Spiritu sancto imbutus, & præuidens ruinam, ac desolationem Moabitarum hortatur, & monet Regem, & Populum, ut suis rebus

bus consulant, dicens, ini consilium, coge concilium, absconde fugientes, & vagos ne prodas: quasi dicat dum necessitas incumbet, vt quidam metu hostiũ fugiant, & nonnulli hac, atq; illac obambulent, ne prodas; idest ne manifestes, & detegas hostibus persequentib9; hæc verba possunt referri ad ipsos Moabitas, vt scilicet ipse Propheta horetur Moabitas, vt si qui ex eis metu persecutionis, & gladij hostilis aufugerint, debeant ipsi Moabitæ suos Conciues, & Conterraneos abscondere, & ita eos abdere, & cũseruare, ne hostibus appareãt: hic est sensus, & expositio facilè consequens uerba immediatè p̃cedẽtia. Quidã alij fortasse magi sad literã, sic exponũt, vt Proph. hortetur Moabitas, vt fugiẽtes Iudęos & p̃fugos post destructionẽ Hyerusalẽ, eos recipiant, abscondãt, & tutos omninò seruare studeant; proinde sequitur. *Habitabunt apud te profugi mei*. Idest Iudæi, quos ego decreui ob eorum demerita hac ipsa calamitate premi, & grauari, ad te confugient sed melius hæretici dñr profugi quia recesserũt a Christo Tu Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris, idest cũ vastator in eos irruperit, finitus est.n. puluis, idest potentia, & virtus inimicorum siue Asiriorum, vt pleriq; volũt, siue Babyloniorum, vt alij; consumatus est miser, idest Rex ille persequens, & conterens eos, defecit qui conculcabat terram, & cuncta sub eius pedibus redigebat, & opprimebat; vbi nota quòd potentia huius mundi conuenienter pulueri comparatur, proptereaq; nullam habet stabilitatem, & consolidationem; vel dicas quod hac loquendi ratione sũpta similitudine à puluere quæ reseruatur in ampulla pro dinumerandis, & distinguendis diei, horis, cum tota ceciderit, dicimus iam hora transacta est, tempus iam expletum, finitus est puluis, non est quiquàm aliud expectandum: sic ergo dicebat Propheta, ne timeatis vos Moabitæ præbere hospitiũ, & gratiam præstare Iudæis, ob timorẽ Caldeorum, aut Asiriorum, quia finit9 est puluis, hora iam præterijt qua ipsi poterant vos opprimere, eorum vis, & potentia paruo tempore durat, & vsquè

Potẽtia mundi velut puluis.

A adeò fragilis est, & cito amouibilis, vt iam præterijsse, & consumptam esse dici queat, & verè quidem finitus est puluis, qa Rex Asiriorũ occisus fuità filijs.

Alij existimant hæc omnia, in fauorem Moabitarum dicta fore, vt scilicet Propheta moneat Iudæos, vt instante persecutione aduersus Moabitas, ineãt consilium, cogant concilium, abscondant fugientes, & vagos, & profugos ne prodant, quandoquidem Moabitæ

B profugi mei, quos ego meos appello, quia de eorũ gente nasciturus est Christus, habitabunt apud te ò Iuda. Propterea tu Iuda esto latibulum eorum à facie vastaturis &c. iuxtà hanc expositionem in his versiculis alia sunt puncta adhibenda, quàm in communi, & vulgata editione adhibeãtur, ex quibus verbis vtcunq. expositis, nonnulli hoc documentum excipiunt, summopere Deum approbare misericordiam, & pie

C tatem erga proximos, quandoquidem hortatur vt recipiantur, & hospitio sint excepti, quos ipse aliquandò punit, & suo iussu ab alijs etiam hostibus, & aduersarijs puniuntur, ipse enim qui iustus est, & iustitiam diligit diues est in miseriordia. Iuxtá primàm expositionem vates hortatur moabitas vt suos Conciues, & conterraneos iuuent, & fauoribus prosequantur. Iuxtà secundã hortatur Propheta eosdem Moabitas

D vt foueant Iudæos fugientes ab Asirijs & Caldeis, & plerique expositores sunt in hac sententia, & ego quoque aliquãdo. Tertia expositio est, è contra vt Iudæi foueant Moabitas; Nulla istarum expositionum mihi probatur, sed ego persisto in expositione prius adducta, vt scilicet Propheta hironicè loquatur aduersum Moabitas, & exprobet illis eorum nequitiam aduersus Iudæos In his paucis versibus Propheta, vt vides,

E prædicit Natiuitatẽ Christi futuram, prædicit euersionem Moabitarum, destructionem Iudæorum, & extinctionem Asiriorum, pariter & Caldeorũ, & hæc omnia iuxtà literam sint dicta, at secundum intellectum misticum dicimus, quòd per euersionem Moabitarum, siue etiam aliarum nationum intelligere possumus, ac debemus euersionem,

sionē, & exinanitionē Diabolicæ potestatis q̄ p Xp̄i passionē, & mortē finē habuisse prædicitur, & confirmatur. *Io. 12.* Quemadmodum apud Io: legitur. Nūc *Luc. 11.* iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras; & alibi legitur. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet, si autem fortior illo qualis est Christus Dominus superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma auferet in quibus confidebat, & spolia distribuet, B hoc ipsum testimonium ex Euangelio Lucæ desumptum, sępè aliàs adductū est, & opus erit sæpius illud ipsum inferius repetere, quia plurimum confert ad veritatem rei comprobandam ex varijs vaticinijs nobis præ ostensam; sed mirum est cur ad insinuandam Sathanæ destructionem voluit hoc loco potius Moabitarum, quàm aliarum nationum meminisse. Respondeo ob duplicem causam, primum quia ex eorum C gente (vt supra dictum est) nasciturus erat Christus; deindè quia iam sermonem incoauerat de casu, & ruina ipsorum. Vndè, & supra cum dixit quòd filiæ Moab erūt sicut auis fugiēs, & velut pulli de nido auolantes pleriq; viri graues, interpręta̅tur de ipsa Ruth Moabitide, quæ velut auis maxima cū *Ruth. cap. 4* celeritate ex ea regione aufugit, & vnà cum Socru in Iudęam se contulit, vt habetur in eo libello cap. 4: quo facto Spi- D ritus Sanctus voluit præmostrare nobis, & significare, quòd filius Dei vtiquè ducturus erat originem secundum carnem, ex gente Moabitide sterili, & inculta, sed non ibi permansurus; sic erunt omnes filiæ Moab in transcensu Arnon, cum videlicet ad aquas baptismales deuenerint, & ad eas pernoctarint, sicut aues à Demonis consortio ad Christū auolabūt. Postea subdit.

Tex. 4. *Et pręparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate, in tabernaculo Dauid iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quòd iustum est.* E

Videtur mihi hoc loco Prophetā velle Iudæos consolari post eorum desolationem, fugam, & dispersionem ostēdens futurum esse tempus in quo sint regnaturi in pace, & quiete, & summā habituri tranquillitatem, quodquidem tempus sub imperio Regis Ezecchiæ ferunt Iudæi, futurum esse, & extitisse. Verum iuxtà proprium, & germanum huius literæ sensum tempori quo Christus Dei filius accipiet regnum, & diadema, & regnabit in maiestate sua, eiusmodi prædictiones & vaticinia sunt attribuenda. Ipse enim est cui à Deo Patre pręparabitur solium sempiternum, id quòd erit in priori eius aduentu, nec aliam ob causam, neq; ob vllum alicuius meritum, sed ob solius Dei misericordiam, quandoquidem omnes peccauerunt, & indigebant gratia Dei: atq; id tunc profectò nobis eueniet, quando consumptum erit Regnum Diaboli. Sequitur. Et sedebit super eum in veritate in tabernaculo Dauid iudicās, & quęrens iudiciū. Sedebit (inq̄) sup eū i. super ipsum solium in veritate, quia non ambitu, aut præsensatione, seu auaritia, & cupiditate, vel vlla regnandi cupiditate vel vsurpatione. Sed in veritate idest serio, ac re vera non per figuras, & signa, vt in veteri lege, vel in veritate, quia tunc deleta erunt gentium mendacia, quæ constituebant sibi Deos suos, qui erant opera manuum suarum. super illud sedebit in tabernaculo Dauid iudicans, & quęrens iudicium quandoquidem sic Deus post misericordiam iudicat, & quærit iustitiam, vt reddat vnicuiq; secundum opera sua, & velociter reddens quod iustum est; Non enim tardat Deus, nec præstolatur, velut anceps quid sit facturus, propterea quòd absq; vllo labore, & negocio videt omnia quæ est facturus secundum misericordiam, & iustitiam suam. Hoc autē fiet in tabernaculo Dauid, idest in ipsa *Eccl. tabernaculū Dei* Ecclesia quæ est verè domus, & tabernaculum, vbi Christus hospitatur & sedet, tabernaculum enim istud iam olim corruerat & in secundo Christi aduentu suscitatum est, & instauratum.

Ex his possumus elicere, & annotare quę sint futuræ conditiones perfecti Iudicis, & Regni gubernacula obtinentis. Debet enim cum veritate, & iudicio Reorum causas iudicare, & cunctas sub- *Conditiones boni iudicis* ditorum lites & controuersias iustè, ac fideliter, & non ad aures, & placitum cuiusq;

iusq; aut dolis, & fraudibus dirimere. Nec oportet solum in veritate iudicet, verum etiam vt non rogatus, neque vi, aut præcibus, aut etiam munusculis attractus ferat iudicium, & postremò velociter reddat quòd iustum est, quandoquidem nimia morositas, & cunctatio in iure dicendo, & in causis, ac litibus decidendis, nõ parũ iniustitiæ cõtinet.

Quòd autem eiusmodi fauores, & beneficia quę hoc loco præmittuntur, & prænunciantur, aptari nequeant, & cõuenire Regi Ezechię facilè potest demostrari: Non enim oportebat pręparari, seu renouari solium ipsi Ezechiæ; quandoquidem quo tempore hæc pręducebantur, iam Rex Ezechias obtinebat Regnũ quòd à maioribus acceperat, & illud idem velut hereditariũ suis posteris tradidit; pręterea non est putandum, quòd Moabitę delaturi essent tributum Regi Israel cum eo tempore quo hęc futura pręducuntur nullus esset Rex neq; Regnum in Israel, nec in Iuda; propterea in ea sententia persisten dum est, quam affert D. Hieronymus, vt hęc omnia vaticinia ad Christum referantur, cuius temporibus renouandũ, seu pręparandum, aut etiam instaurandum erat solium ipsius Dauid. Christus enim dictus est instauraturus regnum Israel, & renouaturus soliũ Dauid, & in ei⁹ tabernaculo iudicãs, & q̃rẽs iudiciũ.

Text. 5. Sequitur in textu. *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valdè. superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius &c.*

ab hac parte vsq; in fine cap. refert miseriã Moabitarũ. Mirum certè videtur, quo nam pacto pręposita, & pręducta consolatione, & gaudio futuro, transit Propheta ad funesta, & miserabilia, dum inquit, Audiuimus superbiam Moab.

Hierony. Dicit D. Hieronymus hoc fieri, ne cũ prospera, ac lęta nobis proposuerit, negligentiores faciat, propterea vult nos terrere, & pauidos efficere comminatione pœnarũ, & hic videtur esse quasi mos sanctarum scripturarum, velut optimè ostendit exemplo cuiusdam psalmi, dicit enim in eo, custodit Dominus *Psal. 144* omnes diligentes se; & ne quis negligens reddatur Dei misericordię plus debito confidens, mox infert, & oẽs pecca-

A tores disperdet; sed fortè dices, harum intentionem non conuenire pręsenti lectioni. Quoniam consolatio ex bonorũ promissione futurorum prius apposita, fuit adhibita populo Israelitico, qui scilicet post fugam, & dispersionem, tãdem restituetur in pristinum. Veruntamen, hoc non obstante, potest etiam quod prædicitur aduersus Moabitas, referri etiam & applicari ad quoscunque. Sicut enim pręnunciatis gratijs, & fauo

B ribus populo Israelitico conferendis, confert se Esaias ad explicandã & pdicẽdã euersionẽ Moabitarũ, id q͂ est luctuosum, & flebile, sic euenit quibuscũq; vt posteaq̃ iocunda, & delectabilia q̃nq; pceperĩt, tristia quoq; nouerĩt se q̃nq; pcepturos. Sed pręter hãc expositionẽ, dicamus quòd ipse Propheta digressione à principio capitis usquè in hunc locũ ad Christi uaticinia, nunc redit ad historiam & pronunciat urbes Moab di-

C ruendas; ut cum uiderint homines isthęc iam pręducta fore completa, maior accedat fides, & auctoritas uaticinijs dè Christo futuro. Audiuimus ergò (inquit) superbiam Moabitarum, quippè qui oẽs alios præ se contemnebant, existimabant nullos alios illis reperiri fortiores, ac potentiores, nullos formidabant, imò neque Deum ipsum uerebãtur, propterea destructi sunt, & extincti, quandoquidem superbis Deus resi-

D stit. Superbus enim est ualdè. Dicitur enim superbus ualdè quia est de numero eorum qui sunt ualdè mali, ut dicit Augustinus; superbia namque est uehemens, & indigna mentis elatio, qua quis non patitur quemquam sibi pręesse, sed uult inter alios semper primatũ gerere. Arrogantia uerò est uitiũ quo quis insolenter sibi ipsi tribuit quæ non habet & lõgè maiora, ut ex Aristot. colligimus. Liranus uult superbiam con-

E sistere in factis, arrogantiam in uerbis, Indignationem, in exterioribus signis. Et Moabitę pręter hęc tria gloriabantur in fortitudine, qua putabant se omnes alios excellere, namq; superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius; ob id nõ sine causa dictum est Moab esse superbum ualdè non frustra appositum est

aduer-

A aduerbiũ illud. fuit enim superbus nõ modo quòd de se ipso nimium præsumebat, & sibi multomagis quàm par erat, tribuebat, verum etiam hunc eius fastum, ac tumorem verbis, & factis vbi vis locorum palàm ostendebat, vt habes Iere. cap. 48. vndè sequitur. *Ideirco vlulabit Moab, ad Moab, vniuersus vlulabit*, hoc est, Mutuò clamabunt, alter ad alterum suas miserias, & calamitates enarrabit, inuicem dolebunt, & suas eorum aduersitates, & perniciem, cum lu-
B ctu, ac gemitu referent. Aut sic exponendum, Moab vlulabit ad Moab, quia scilicet Moabitæ viui lugebunt, & vlulabunt, hoc est horribiles gemitus emittent, & enarrabunt ad Moabitas mortuos, & illis quodammodo mirum admodum inuidebunt; tandem vniuersus vlulabit, quia scilicet nullus erit in toto illo Regno, qui fuerit immunis, & liber à miseria, & calamitate. Possunt

Moab vlulabit ad Moab.

C hęc omnia secundum intellectum tropicum aptari ad seditiones, quæ plerũque inter Ciues maxima cũ totius Reipublicæ iactura, ac detrimento oriuntur, nec non, & ad varias Hæreticorum dissensiones, quæ nulla ratione inter se se conueniunt: de his omnibus dici potest Moab vlulabit ad Moab, vniuersus vlulabit. Proindè vos qui super estis & aliorum sortem perspicitis, loquimini, & enarrate his qui lętantur, & con-
D fidunt super muros cocti lateris, idest super muros fortes, duros, & inexpugnabiles, loquimini (inquam) & ostendite eis suas plagas, suas clades, & suas captiuitates, direptiones & incendia et reliqua malorũ genera; deniq; per hæc verba vult innuere Sanctus hic Propheta potẽtiam, & magnitudinem pristinę fœlicitatis, & plagas repentinę subuersionis, & inspicere & contemplari, quã maxima sit rerum omnium vicissitu-
E do. Propterea inquit. his qui lætantur super muros cocti lateris loquimini plagas suas, et ad memoriam reducite eorum calamitates.

Tex. 6.

Quoniam suburbana hesebon deserta sũt, & vineam sabama Domini gentium exciderunt &c.

Vsque ad illam partem. Et auferetur lętitia, & exultatio de Carmelo. dicit ergo quòd suburbana, idest loca propinqua Hesebon, quę erat Ciuitas nobilis, deserta sunt, cum olim essent exculta, et egregiè consita, & extructa. Et vineam Sabama, quæ et ipsa erat Ciuitas valde insignis, Domini gentium, videlicet Caldei et Assirij exciderũt, & penitus euerterunt. flagella eius vsq; ad Iazer quę erat postrema Ciuitas Moabitarum, et in suis finibus collocata peruenere Errauerunt in deserto, et profugi, et vagabundi per loca inuia, et inaquosa obambulabant qui gladios, et hastas inimicorum euaserunt, nec tamẽ tuti fuere, quia non admodum fuit difficilè suis hostibus eos reperire Deo pmittente, et suam ad eos manum extendente, Propagines eius relictæ sunt, mare transierunt; per flagella quidem, q̃ sunt vites, et capita sarmentorum, intelligi voluit Propheta Ciues, et Optimates, et per propagines, aut filios Moabitarum, aut reliquos de Populo; Est.n. familiare diuinę scripturę diuino spiritu conscriptę, vt siluis, lignis, et vitibus assimilet eos qui in singulis vrbibus, atque locis inter mortales vitam degũt. Et de Israele quidem manifestus est locus in sacris literis. Vinea Domini Sabaoth domus Israel est, et domus Iuda nouella plantatio. Hoc loco fas est videre, quonàm pacto describat Esaias, nec non irrideat florentem statum Moabitarum, qui etsi maximè super omnes alios essent inflati, et plurimum de se ipsis pręsumerent, nihilominus aduentantibus hostibus, et in eos irruentibus hùc, atq; illùc dispersi, quidam ad vltimos fines Regni properarunt, quidam per deserta errantes, vbi latere potuissent, quidam uero mare mortuũ transiere, ut suę saluti possent consulere.

De hac ciuitate hesebõ locuti sumus in pręcedenti cap.

IaZer: Sabama, Esebon, et Elele Vrbes validissimæ Moabitarũ.

Quid p flagella & propagines.

Sacra scriptura comparat homines lignis & arboribus.

Quæ omnia si allegoricè velimus interpręstari, dicemus vnà cum D. Hieronymo Suburbana Hesebon, et vineam Sabama Domini gentium exciderunt; quia scilicet Apostoli; et viri Apostolici exciderunt omnem superbiam, et omnem altitudinem deiecerũt extollentẽ se aduersus Deum, et Christum suum, nec solum uineam, et suburbana, idest Primarios hostes Dei exciderunt sed, et

fla-

flagella, et propagines, ne alij alios producerent, et instituerent, quod pręsertim fieri oportuit in hęresibus extirpandis, et uiri quiquè fortissimi, et in fide constantissimi, non solum propagines exciderunt, sed usque ad Iazer peruenerunt, hoc est fortissima quęque dogmata philosophorum, et Hęreticorum dialetica arte constructa penitus euerterunt, ac dextruxerunt, Et sequitur, describendo miseriam, et calamitatem illius Regni, et inquit.

Vinea Sabama.

Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama inebriabo te lacrima mea Hesebō, & Eleale: quoniam super vindemiam tuā, & super messem tuam vox calcantium irruit. Dicit hic Propheta se ploraturū, et abundatissimas lacrimas emissurū super euersione, ac perditione tot locorum, et rerū pulcherrimarum, idq; ideo se facturū tùm quia hostes, et ipsi sunt aliqua digni commiseratione, cum sint creaturę Dei, tùm quia ut iam diximus de gente Moabitarum nasciturus erat ille qui futurus erat Dominator uniuersę terrę, et sessurus super solium Dauid, tametsi debeat alioqui lętari iustus cum uiderit uindictā, et lauare manus in sanguine peccatoris; plorabo (inquit) in fletu Iazer, deflendo. s. huius loci destructionem, uineam Sabama: inebriabo te lachrima mea. hoc est. tot lacrimas emittam, et tamdiu plorabo quòd plerissimè satiari poteris, inebriabo (inquit) te Hesebō, & Eleale lachrima mea: Meminit horum quatuor locorum, cū essent pręcipuę Moabitarum sedes: Plorabo (inquam) et uehementer contristabor, quia super uindemiam tuam, et super messem tuā uox calcantium irruit impetum fecit, et in maximam adduxit desolationem, quibus verbis vult innuere Propheta, quòd tempore messis, et tēpore vindemię quibus ea quæ sūt omnino ad vitam hanc sustentandā necessaria, hostes irruent, & omnia pessūdabunt: Nec mireris Prophetam cōferre Moabitas uitibus, et vineis, quia vt dicunt aliqui tota illa Regio vineis abūdabat, et omnium bonorum erat feracissima, & congruè quidem quia de patre ebrio originem ducebant. hoc est. ab ipso Loth qui fuit Pater Moabitarū; proindè quemadmodum solebant ob copiam vini eo inebriari, quemadmodum, et eorum Pater & radix, sic Propheta alludens ad eorum consuetudinem, dicit velle se inebriare eos lachrimis, quia uidelicet tanta erit abundantia lachrimarum ob eorum clades, ac ruinas, quòd poterūt lachrimis immergi, et suffundi. Et sequitur textus.

Eleale quid sit, & quid significat in pracedenti cap.

Auferetur lętitia & exultatio de Carmelo & in uineis nō exultabit, neq; iubilabit, neq; uinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat, uocem calcantium abstuli. Dubium est qua nam ratione prędicit Esaias lętitiam, et exultationem auferē dam esse de Carmelo, cum Carmelus mons sit Galileæ, et pro Iudea frequenter ponatur in scriptura, & hoc in loco de miserijs, et calamitatibus nō Iudæorum, sed Moabitarum agatur. Ob id qdam moderni Expositores dicunt hoc vaticinium referri ad euersionem Galileæ, et Iudeę quæ futura erat per Romanos, et non de terra Moabitarū. At hoc mihi videtur durum, in tā breui spatio locutionis fieri transitum à vastatione futura Moabitarum, ad vastationem tēporibus multo posterioribus futuram ipsorum Iudæorum per exercitum Romanorum. ppterea dicunt alij Prophetam hic locutum de Carmelo, vel tamquā de loco propinquo Moabitide Prouinciæ, seu regioni, quandoquidem mala, et damna quę inferuntur aliquibus locis, solent etiam frequenter, et propinquorum locorum esse communia, vel meminit ipsius Carmeli ob quandam similitudinem quæ inter vtrumq; locum reperitur: Nam sicut mons Carmelus dicitur mons pinguis, et feracissimus, et bonis omnibus abundās ita loca omnia Moabitarum optimè exculta, vineis frugibus, et alijs bonis referta aptè nuncupantur Carmelus, quemadmodū et nos Itali regiones aliquas fructiferas, et feraces dicimus esse Apuliam, aut aliud simile: dixit in uineis non exultabit, nequè iubilabit ille. s. qui prius tamquam Dominus et possessor exultare, et iubilare consueuerat, aduentante hostili gladio. Deinde cum dicit *uocem calcantiū abstuli* facilè est intelligere hic loqui de indigenis qui solebant calcare proprias

Tex. 7.

Carmelus mons Galileę.

uuas

vuas, cum vox hostium super eos calcantium irruit, vocem, inquam, abstulit ad insinuandum eos qui vuas suis in uineis proprijs colligere, & deinde calcare consueuerant, canere, iubilare, & lętas voces emittere solebant.

Sequitur deinde. *Super hoc venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit, & uiscera mea ad murum cocti lateris*; Nulli dubium per uentrem hoc loco Prophetam intelligere sensum, & affectum animi vehementer afflictum, & conturbatum ob imminentem Moabitarum desolationem, quemadmodum etiam Hieremias Propheta quærebatur dicens, ventrem meum, uentrem meū doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me, quæ verba declarans D. Gregorius 12. Moralium cap. vltimo dicit nomine ventris rectè mentem intelligi, quia sicut proles in vtero concipitur, sic cogitatio in mente generatur: Et sicut in ventre cibi, ita in mente cogitationes retinentur.

Tex. 8.

Hieremias. 4.

Greg. 12. Moral.

Dicit ergo Propheta *Venter meus ad Moab*, Quasi dicat nihil aliud cogito, nihil aliud mente versatur, nisi desolationi Moab: quasi Cythara sonabit, mēte atq; animo reuoluendo omnes plagas, & omne malum quod aliquando est passurus: quasi cythara sonabit, tangendo, & ad memoriam reducendo alias Cordas, idest multas, & varias, quas attulit suæ ruinæ occasiones, & causas: quasi cithara sonabit, plangendos. & lugendo quemadmodum forte solebāt Antiqui lugēdo canere cantiones & carmina lugubria; & viscera mea .i. interiora, & penetralia cordis mei commouebūtur. s. ad murum cocti lateris .i. ad lugendum & deplorandum fortitudinem Ciuitatum, quę sunt constructæ ex coctis lateribus cuiusmodi fortasśis erant plerę q; vrbes Moabitarū, Quòd attinet ad istum sonum citharæ de quo loquitur hic Propheta, varij sunt sensus. Quidam enim volunt hunc sonum cytharę Prophetam egisse ad Moab tā quam ducturum ipsum ad pęnitentiā, & resipiscentiam male actorum, quem admodum nos varijs modis annitimur homines quandoque ad fletum, & sui ipsius cognitionem allicere, id quod sæ

Cithara Sonare.

A pissime mihi accidit, dum suaui cantu aut cuiusuis instrumenti musici sono ad fletum, & ad mei ipsius cognitionē deducor, deus scit, quia non mentior & denique ad cęlestis patriæ desideriū vehementer commoueor: legimus etiā de Saule quod dum Dauid Cytharam pulsabat, Spiritus malus recedebat ab eo, neq; amplius infestabat, & alia multa habemus huius rei exempla. Alij dicunt quòd Propheta cythara sonabat

B vt iam dictum est, quando, videlicet, in casib' męstitię, & afflictionis solemus carminibus, & sonis quibusdam luctuosis miseriam nostram explicare, propterea dicit Salomon. Musica in luctu importuna narratio. Diuus Hieronymus dicit hoc loco, quòd Propheta ex intimo cordis dolore, & pio affectu lugebat euersionem vrbis potētissimæ, quemadmodum re uera non rarò solet accidere, quòd homines pij

Salomon Eccl. ca. 22.

C vehementer dolent, ac tristantur, cum vident quempiam alias fortunatum & benè se habentem ad supplicium duci, aut ad aliquam miseriam, & calamitatem deuenire. Diuus Cyrillus sic habet textum - Cythara mea sonabit, & interiora mea velut murus quem renouasti .i. sicut murus per terremotum confractus, ac deiectus, fuit renouatus inutiliter, sic cantus, & sonus meus cum luctu erit inutilis. Postremò quidā alij

Cyrillus.

D volunt hunc sonum cythare fieri potius, aut prædici à Propheta ad explicādum, & manifestandum gaudium & lętitiam quam viri Dei, & homines pij solent excipere cum viderint homines prauos, & peruersos suorum scelerum pęnas luere iuxtà illud psalmi prius adducti, lętabitur iustus cum viderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Quę nam istarum expositionū sit verior, nō satis possum discer

Ps. 57.

E nere, existimo tamen unamquamque posse facilè defendi:

Et sequitur Tex. *Et erit, cum apparuerit, quòd laborauit Moab super excelsis suis ingrediens ad sancta sua, vt obsecrēt, & non valebit*. Sensus est. Cum apparuerit, idest cum euenerit quòd prędictum est, hostes videlicet aggressuros, & impetum facturos in Regnum Moabita-

Tex. 9.

Y

A bitarum, laborabit Moab super excelsis suis, idest in montibus, & locis eminentibus, in quibus colebant Deos suos, & nihil proficient, ingredietur ad Sancta sua, vt obsecret, & petat auxiliũ eorum, & non valebit. Non valebit (inquam) aliquid impetrare quòd in eius commodum, & salutem vergat, aut quouis modo pertineat, cum lapidibus, & saxis inanimis nulla possit uirtus inesse, aut non valebit ipse Moab præ lassitudine corporis, & defatigatione ad excelsa, & sublimia loca in ipsa totius Regni perturbatione, & concussione conscedere. Ea autem verba, excelsa, & sancta, quidam expositores pro eodem accipiunt, vt scilicet, pro excelsis intelligamus loca eminentia, vbi quos colebant deos, existere arbitrabantur, vbi & sacra faciebant, & per Sãcta, illud idem significetur, sed magis expressè. Vel per loca Sancta intelligebant loca seiuncta, & segregata, & modo quodam reseruata pro diuino cultu, vt nequaquam illuc hostes pertingere posse suspicarentur. Dicit Basilius super his verbis plerosque moerore oppressos se ipsos in domuncula includere, omnemquè aditum obturare ne qua lux appareat, & quandam de se ipsis vltionem flendo, & lachrimande expetere, id quod mihi sępenumero contigit. Cyrillus. Diuus Cyrillus voluit. quòd cum Moabitæ fuerint superstitiosissimi augures, & auspicijs maxime dediti, miraculorumq; vanissimi iactatores, præstigijs, noxijsq; plurimum tribuerint, existimarunt se hostium manus euasuros, non tam vsu peritiaq; armorum quàm suorum Deorum adminiculis. Verum spe omni frustrati, et hoc quidem euenit ijs qui existimant Deos, & quæ colunt numina certo loco, & tempore affixa esse, & costituta, quæ loca, & tempora cum non sint eis opportunè obuia, non mirum si præsidia & subsidia illis desunt. Nos verò qui scimus, & cognoscimus Deum vbiquè esse, per essentiam, præsentiam, & potentiam, & nullis locis, aut temporibus circumscribi, vbicunquè eum deprecemur, possumus ab eo facilè exaudiri. Summa ergo infœlicitas, & miseria istorum miserorum erat, se non solum non posse eminentia loca præ corporis lassitudine, aut alijs caussis præpediti, & detenti periculis, illuc ascendere, sed quòd ab eisdem suis numinibus nullum poterant auxilium expectare, Vbi notandum, & aduertendum nobis est, *Notandum* quòd in nulla quauis creatura, quęcunq; sit illa, possumus, aut debemus spem nostram collocare, nisi fortè pro nobis intercedant, aut B interpellent. dixit enim Propheta nolite confidere in Principibus, neq; in filijs *Psal.145.* hominum in quibus non est salus; sperate in Deo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum: quòd si in hominibus nulla est spes nobis collocanda multo minus in lapidibus, aut alijs creaturis irrationabilibus. Non ideo tamen negamus, quin maxime expediat, bonorum, & iustorum C vtrorum præcibus nos comendare, quò eorum intercessionibus adiuuemur, vt qui sola spe gratiæ cælestis innitimur, Dei protectione adiuuemur; gratiam tamen & gloriam dabit dominus.

Postremò dicit Esaias. *Hoc verbum quod loquutus est ad Moab ex tunc, & nunc loquutus est dicens, in tribus annis quasi anni mercennarij.* *Tex. 10.*

Hoc verbum quod loquutus est Dominus ex tunc, idest ex quo creatus est D Moab, vel ex tunc, idest ab æterno cum Deus præuidit ea quæ futura sunt, cum videlicet dixit Moabitæ, & Amonitæ non intrabunt in Ecclesiam meã: & nunc idest vnum est verbum, & vna sententia, nec alia, et alia quã scilicet olim dixerat, et nunc itidem profert sed quòd ibi cæperat, aut prædixerat hoc loco completum est Vel ex tunc quando scilicet incæpit Propheta loqui verbum contra Mo- E ab. Dixit enim in principio cap. 15: velut præfatus Onus Moab quod ergo ibi cæpit, nunc compleuit, & perfecit, & quamuis Deus ab æterno, vel in tempore præuiderit Moabitas esse destruendos non ideo tamen fuit causa eorum perditionis. Dicunt alij quod ex tunc, idest eo tempore quo Moabitę conduxerant Balaam ad maledi-

ledi-

ledicendum populo Dei, tunc Deus disposuit hanc pęnam de illis sumendam esse, quippèqui fuerunt etiam infensi, & grauiter molesti populo Dei, cum exiret de Aegypto, cui noluit occurrere cum pane, et vino, sed magis illi resistere & impedimentum præbere ne perficerent quod illis Deus mandauerat. Quid ergo nunc loquitur Deus? *In tribus, inquit, annis quasi anni mercenarij*. Qui non possunt protrahi, neque diminui: In tribus annisquasi ani mercenarij, quasi dicat tres anni sunt quibus Moabitæ habebunt regionem, aut potius tres sunt anni quibus persecutionem patientur Quòd si queras quo tempore fuit hæc Moabitarum euersio dicit Diuus Hieronymus eam fuisse postquam tribus Israel fuere captiuitati ab Assirijs, & Hierusalem oppressa à Caldeis.

A

Auferetur gloria, Hoc est diuitiæ, nobilitas, et magnificentia *Ipsi Moab super omni populo multo*. Idest super omnem multitudinem illius Regni, quamuis sit multa valdè, & copiosa, ita ut non videretur humanis viribus posse umquam extingui aut numerari et ita diminuetur, ac resecabitur quòd per indè erit in vniuerso Regno illo, sicut contigere solet in uineis diligenter, et summa cum diligentia, et cura uindemiatis, in quibus racemi quidam pauci, et ualdè rari remanere dicuntur. Sed aduerte quod in quibusdam biblijs hæc similitudo non habetur, sed textus ita habet. Auferetur gloria Moab super omni populo multo, et relinquetur populus (suple) paruus, et modicus, et nequaquam multus, idest paucissimi remanebunt, et

B

hi quidem inermes, et inutiles. Et nota quòd propterea Prophetę describunt euersionem finitimarum regionum, ut Iudęi uidentes adimpleri quę ipsi prędixerant facilius fidem adhiberent his quę de futuro Messia illi idem prędixerant, ut sępius notatum est. Plerique uolunt per Moabitas hoc loco intelligi Iudęos persequentes Christum, nonnulli Romanos et reliquas nationes iu-

C

sto Dei iudicio persequentes Iudęos. Ego autem existimo intelligendos esse per Moabitas Turchas Hereticos, et scismaticos & quicunque uerbis, aut factis hoc est doctrina, uel armis opprimunt ueritatem, et Christianam fidem, è quorum manibus rogandus est Deus nos liberare dignetur.

Et sic est finis huius Capituli.

bitarum, laborabit Moab super excelsis suis, idest in montibus, & locis eminentibus, in quibus colebant Deos suos, & nihil proficient, ingredietur ad Sancta sua, vt obsecret, & petat auxiliũ eorum, & non valebit. Non valebit (inquam) aliquid impetrare quòd in eius commodum, & salutem vergat, aut quouis modo pertineat, cum lapidibus, & saxis inanimis nulla possit uirtus inesse, aut non valebit ipse Moab præ lassitudine corporis, & defatigatione ad excelsa, & sublimia loca in ipsa totius Regni perturbatione, & concussione conscedere. Ea autem verba, excelsa, & sancta, quidam expositores pro eodem accipiunt, vt scilicet, pro excelsis intelligamus loca eminentia, vbi quos colebant deos, existere arbitrabantur, vbi & sacra faciebant, & per Sãcta, illud idem significetur, sed magis expressè. Vel per loca Sancta intelligebant loca seiuncta, & segregata, & modo quodam reseruata pro diuino cultu, vt nequaquam illuc hostes pertingere posse suspicarentur. Dicit Basilius super his verbis plerosque moerore oppressos se ipsos in domuncula includere, omnemquè aditum obturare ne qua lux appareat, & quandam de se ipsis vltionem flendo, & lachrimando expetere, id quod mihi sępenumero contigit. Diuus Cyrillus voluit, quòd cum Moabitæ fuerint superstitiosissimi augures, & auspicijs maxime dediti, miraculorumq; vanissimi iactatores, præstigijs, noxijsq; plurimum tribuerint, existimarunt se hostium manus euasuros, non tam vsu peritiaq; armorum quám suorum Deorum adminiculis. Verum spe omni frustrati, et hoc quidem euenit ijs qui existimant Deos, & quæ colunt numina certo loco, & tempore affixa esse, & costituta, quæ loca, & tempora cum non sint eis opportunè obuia, non mirum si præsidia & subsidia illis desunt. Nos verò qui scimus, & cognoscimus Deum vbiquè esse, per essentiam, præsentiam, & potentiam, & nullis locis, aut temporibus circumscribi, vbicunquè eum deprecemur, possumus ab eo facilè exaudiri. Summa ergo infœlicitas, & miseria istorum miserorum erat, se non solum non posse eminentia loca præ corporis lassitudine, aut alijs caussis præpediti, & detenti periculis, illuc ascendere, sed quòd ab eisdem suis numinibus nullum poterant auxilium expectare, Vbi notandum, & aduertendum nobis est, quòd in nulla quauis creatura, quęcunq; sit illa, possumus, aut debemus spem nostram collocare, nisi fortè pro nobis intercedant, aut interpellent. dixit enim Propheta nolite confidere in Principibus, neq; in filijs hominum in quibus non est salus; sperate in Deo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum: quòd si in hominibus nulla est spes nobis collocanda multo minus in lapidibus, aut alijs creaturis irrationabilibus. Non ideo tamen negamus, quin maxime expediat, bonorum, & iustorum virorum præcibus nos comendare, quò eorum intercessionibus adiuuemur, vt qui sola spe gratiæ cælestis innitimur, Dei protectione adiuuemur; gratiam tamen & gloriam dabit dominus.

Cyrillus. Notandum. Psal. 145.

Postremò dicit Esaias. *Hoc verbum quod loquutus est ad Moab ex tunc, & nunc loquutus est dicens, in tribus annis quasi anni mercennarij.* Tex. 14.

Hoc verbum quod loquutus est Dominus ex tunc, idest ex quo creatus est Moab, vel ex tunc, idest ab æterno cum Deus præuidit ea quæ futura sunt, cum videlicet dixit Moabitæ, & Amonitæ non intrabunt in Ecclesiam meã: & nunc idest vnum est verbum, & vna sententia, nec alia, et alia quã scilicet olim dixerat, et nunc itidem profert sed quòd ibi cæperat, aut prædixerat hoc loco completum est Vel ex tunc quando scilicet incæpit Propheta loqui verbum contra Moab. Dixit enim in principio cap. 15: velut præfatus Onus Moab quod ergo ibi cæpit, nunc compleuit, & perfecit, & quamuis Deus ab æterno, vel in tempore præuiderit Moabitas esse destruendos non ideo tamen fuit causa eorum perditionis. Dicunt alij quod ex tunc, idest eo tempore quo Moabitę conduxerant Balaam ad maledi-

ledicendum populo Dei, tunc Deus dispoſuit hanc pęnam de illis ſumendam eſſe, quippèqui fuerunt etiam infenſi, & grauiter moleſti populo Dei, cum exiret de Aegypto, cui noluit occurrere cum pane, et vino, ſed magis illi reſiſtere & impedimentum præbere ne perficerent quod illis Deus mandauerat. Quid ergo nunc loquitur Deus? *In tribus, inquit, annis quaſi anni mercenarij*, Qui non poſſunt protrahi, neque diminui: In tribus annisquaſi anni mercenarij,quaſi dicat tres anni ſunt quibus Moabitæ habebunt regionem, aut potius tres ſunt anni quibus perſecutionem patientur Quòd ſi quęras quo tempore fuit hæc Moabitarum euerſio dicit Diuus Hierony mus eam fuiſſe poſtquam tribus Iſrael fuere captiuitati ab Aſsirijs, & Hieruſalem oppreſſa à Caldeis.

Auferetur gloria, Hoc eſt diuitiæ, nobilitas, et magnificentia *Ipſi Moab ſuper omni populo multo*. Ideſt ſuper omnem multitudinem illius Regni, quamuis ſit multa valdè, & copioſa, ita ut non videretur humanis viribus poſſe umquam extingui aut numerari et ita diminuetur, ac reſecabitur quòd per indè erit in vniuerſo Regno illo, ſicut contigere ſolet

A in uineis diligenter, et ſumma cum diligentia, et cura uindemiatis, in quibus racemi quidam pauci, et ualdè rari remanere dicuntur. Sed aduerte quod in quibuſdam biblijs hæc ſimilitudo non habetur, ſed textus ita habet. Auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo, et relinquetur populus (ſuple) paruus, et modicus, et nequaquam multus, ideſt paucisſimi remanebunt, et

B hi quidem inermes, et inutiles. Et nota quòd propterea Prophetę deſcribunt euerſionem finitimarum regionum, ut Iudęi uidentes adimpleri quę ipſi prędixerant facilius fidem adhiberent his quę de futuro Meſsia illi idem prędixerant, ut sępius notatum eſt. Plerique uolunt per Moabitas hoc loco intelligi Iudęos perſequentes Chriſtum, nonnulli Romanos et reliquas nationes iu-

C ſto Dei iudicio perſequentes Iudęos. Ego autem exiſtimo intelligendos eſſe per Moabitas Turchas Hereticos, et ſciſmaticos & quicunque uerbis, aut factis hoc eſt doctrina, uel armis opprimunt ueritatem, et Chriſtianam fidem, è quorum manibus rogandus eſt Deus nos liberare dignetur.

Et ſic eſt finis huius Capituli.

DECIMVMSEPTIMVM CAPVT.



1 Nus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas,
& erit sicut aceruus lapidum in ruina. Derelictæ
ciuitates Aroer gregibus erunt, et requiescent ibi,
& non erit qui exterreat. Et cessabit adiutorium
ab Ephraim, & regnum à Damasco: & reliquiæ
Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt: dicit Dominus exerci-
2 tuum. Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pingue-
do carnis eius marcescet. Et erit sicut congregans in messe quod
restiterit, et brachium eius spicas leget: et erit sicut quærens spicas
in valle Raphaim. Et relinquetur in eo sicut racemus, et sicut ex-
cussio oleæ duarum, vel trium oliuarum in summitate rami, siue
quatuor, aut quinquè in cacuminibus eius fructus eius: dicit Do-
3 minus Deus Israel. In die illa inclinabitur homo ad factorem
suum, et oculi eius ad Sanctum Israel respicient: et non inclina-
bitur ad altaria, quæ fecerunt manus eius: et quæ operati sunt di-
4 giti eius non respiciet lucos, et delubra. In die illa erunt ciuita-
tes fortitudinis eius derelictæ sicut aratra, et segetes quæ dereli-
5 ctae sunt á facie filiorum Israel, & eris deserta. Quia oblita es
Dei Saluatori tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propte
rea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum semina-
6 bis. In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum flore
7 bit: ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. Væ
multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis:
& tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum. Sona-
bunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit
eum, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium á facie
venti, & sicut turbo coram tempestate. In tempore uespere, & ec-
8 ce turbatio: in matutino, & non subsistet: hæc est pars eorum,
qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

EXPLANATIO IN DECIMVMSEPTIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1.

O *Nus Damasci; ecce Damascus desinet esse ciuitas &c.*



RAEDICIT hoc loco Propheta ruinã, & desolationem Regni Syriæ, & cum primis ipsius Damasci quæ erat Ciuitas nobilissima, & metropolis totius Regni, quamuis aliqui velint totũ Regnum vocari Damascum, fortassis à nobilitate, & magnificentia præcipuæ Vrbis, cuius authorem, & conditorem volunt extitisse quendam Eliezar filium Procuratoris domus Abraæ qui vocatur Damascus Eliezar, in qua Ciuitate asserunt etiam nonnulli Cayn occidisse fratrem suum Abel; & enim hoc nomen Damascus, iuxtà D. Hieronymum, interpr ætatur sanguinem fundens, aut sanguinẽ bibens, sanguinem sugens aut osculum sanguinis. Comminatur ergo Propheta eius destructionem, dicens. Damascus desinet esse Ciuitas, quasi dicat, non vt cũq; in bellorum pericula, & damna inde nascentia deueniet, sed auferetᵉ potius, & ex albo Ciuitatum detrahetur, vt nõ amplius Ciuitas nuncupetur; sed erit sicut aceruus lapidum, quemadmodũ in ruina, ac destructione edificiorum contingit, vbi nihil est videre, nisi confusam, & inordinatam lapidum congeriem, & vestigia dumtaxat, vel minima quod prius erat ędificij hominibus apparent. Id autem illis contigit non modo ob eorum superbiam, & inanem iactantiam, nimiamq; de proprijs eorũ viribus præsumptionem, verum etiam quia præbebant auxilium decem tribubus, quæ à Domino Deo suo recesserant contra Iudam veri Dei cultorem,

Damascus Ciuitas Syria.

Cayn occidisse Damasci Abel fratrem suum.

A quibus etiam hac ratione præstabatur occasio vt in peccato infidelitatis, & rebellionis obstinatæ persisterent, nequẽ vnquam cogitarent reuerti ad Dominum Deum suum; ob quam caussam multo magis peccatum Syriæ graue coram Deo reddebatur. Etenim sępenumero contingit aliquos diutius in peccatis persistere, dum qui eos foueant, & faueant se habere confidunt; sed potẽs est Deus, & cogitationes hominum frequenter eludit, B dissipat enim consilia gentium, & reprobat cogitationes eorum, scit quidem quoniam vanæ sunt, nec potest quispiam eius potentiæ, ac voluntati obsistere. Dicit ergo Propheta. *Ecce Damascus desinet esse Ciuitas*, Q. d. Ecce. 1. iam propè est, iam tempus aduenit, in ianuis est, quæ Damasco imminet pernicies, atq; id dubio procul euenit, quandoquidem Rex Assyriorũ venit Damascum cum exercitu, quamuis non multo, & nihilominus C cæpit eã & transtulit ferè omnes in Cyrenem, interfecto illius Rege, vt narrant historiæ Regum lib. 4. 16. cap. & 2. Paralipomenon cap. 24. sed exercitus syriæ prius aggressus est Ierusalem, & interfecit omnes principes popul, quamuis p modicus esset numerus syrorum. præterea. d. *Derelictæ Ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat*. Ciuitates Aroer quæ est quędam D regio ipsius Syrię, derelictæ erunt, destitutæ erunt. & nullus erit qui eas inhabitet, ita vt deseruiant dumtaxat gregibus ouium. & requiescent ibi velut in pascuis tutissimis, vt nullus neq; homo, neq; fera eas impediat, nec erit qui exterreat, & foras eijciat; quibus verbis

4. Reg. cap. 16. 2 Paralip. cap. 24.

Propheta ostendit omnimodam illius Regni desolationem, & cum dicit. *Nõ erit qui exterreat*, vult innuere propheta adeò loca illa desolari, & derelinqui, vt nullus Incolarum adsit. Et addit Cyrillus, quòd non solum nullus erit incola qui ibi supersit, sed quòd neq; aliò quisquam poterit se recipere, & commigrare, verum hostium gladijs confecti erunt omnes, & absumpti. Cum inquit, vel Non erit qui exterreat, nemo (inq̃) erit qui non solum greges extra abijciat, sed nemo erit qui increpet Pastores, quòd tam illustrem, & nobilem iã pridem Ciuitatem stabulum effecerint: Vel nõ erit, qui exterreat idest loca erũt adeò publica, & aperta, vt pascuis Gregum, quo nullus erit qui exterreat, vt si in aliquo loco nobili, & exculto animalia pascerent nullus auderet illa eijcere. Dubium quidem est de hoc nomine Aroer, nunquid sit nomen regionis solius, aut alicuius priuatæ Ciuitatis, Ex verbis huius textus apparet fuisse nomen alicuius regionis, & prouinciæ; at alibi vt ex libro Iosuæ cap. 12. & lib. Iudicum cap. 11. apparet fuisse vrbem in Moabitida regione constitutam sed hoc non obstante verius dicere possumus Aroer hic positum fuisse nomen alicuius regionis: quæ fuerit portio, & particula quædam totius Regni Damascenorum, aut dicamus vno & eodẽ vocari ciuitatem, & regionem aliquã, Vt Parma est nomen Ciuitatis nobilissimæ & nomen fluuij, à quo forte ciuitas illa sumpsit nomen; sed vt inquit Lyra Aroer, vt nomen vnius ciuitatis, est in Iudæa. & sic potest præsens littera intelligi; qui plus sapit, meliorem sententiam ferat. Postmodum subdit. *Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco: & reliquia Syria sicut gloria Filiorum Israel erunt: dicit Dominus exercituum*. Sensus est, quòd diruta, ac destructa Ciuitate Damasco, & reducto vniuerso eius regno in pascua gregum, & totalem desolationem, cessabit adiutorium ab Ephraim, q. d. Iudæi illi qui sunt de tribu Ephraim, cuiusmodi sunt qui habitant Samariam ex decem tribus, non poterunt amplius expetere, neq; expectare adiutorium à

Cyrillus.

Aroer.

A Damasco, cui tantopere confidebant, cum Damascus desierit esse Ciuitas, & Regnum eius desolatum, namq; non est credibile, post hanc ruinam Syros fore tam potentes, ac validos quòd possint vobis suffragari, vel auxiliũ quoddam præbere; & reliquiæ Syriæ .i. pauci illi qui post ruinam, ac desolationẽ Regni superstiterint, & euaserint, erũt, hoc est, in eam conditionem, & statum deuenient, qualis fuit gloria filiorum B Israel, quippè qui fuerunt omnes destructi, & in captiuitatem adducti, ita vt eorum gloria fuerit magnum dedecus, & ignominia: talis profectò erit gloria reliquiarum Syriæ quæ insurrexerunt contra Deum: & ne quis putet ea quæ dixi cõmentum fore, aut somniũ, subdit: *Dicit Dominus exercituum*, Quasi dicat. Hæc non sunt verba hominũ, quibus facilè fieri posit deceptio, aut in aliud commutatio, sed sunt verba Dei C quę sunt firma stabilia; & inconcussa quandoquidem non est Deus, sicut homo qui mutetur. verba illa. *Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & Regnum à Damasco*. D. Hieronymus hunc in modum exponit dicens, quòd ea non significant perpetuam vastitatem, sed quòd dominus aufert in pręsens potentiam per quam in omni Syria ante regnabat. Verum ex verbis in principio positis videtur designari omnimoda euersio ipD sius Damasci, cum inquit, *Quòd desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina*; Sed quicquid sit pro eo tẽpore quòd pręuidit, & prędixit ipse Propheta, certum est eam postmodum sub Tolomeo Rege rursus extructam, & reedificatam. Nonnulli vero expositores, hęc omnia quę hic sunt proposita nequaquam de Damasco arbitrantur posse intelligi, cum pręsertim septuaginta interpretes dicant ipsam futura E desertam, & vsq; in seculum inpascua gregum derelictam; id quod de vastitate inuecta ab Assyrijs non potest intelligi quando post uastitatem prędictam, Regnum Damasci & Damascus ipse viguisse, & floruisse tradat. Propterea volunt hęc omnia referri ad tempora, quibus vniuersa Iudęa fuit per Romanos ad summam uastitatem redacta, quòd si

tibi

tibi uideatur absurdum, & prçter omnem sensum, Damascum pertinere ad Iudæam, memineris Paulum accepisse litteras à Principibus sacerdotum ut proficisceretur Damascum, & cõprehẽderet omnes qui confitebantur Christũ, ex quibus facilè põt intelligi plurimos Iudæorũ illic habitasse, & inter ruinas, & uastationes Iudeç comprehendi etiã ipsum Damascum Ciuitatem ipsam, & uniuersum Regnum, Hæc expositio quamuis sit grauissimorum uirorum, tum ueterum, tum modernorum mihi tamen uidetur satis extorta; nec moror quòd textus septuaginta Interprçtum quibus haud dubiè maxima debet fides adhiberi dicat esse derelictam in seculum, potest enim intelligi in seculum, idest per multum tempus. Sat est quod in editione uulgata nuper approbata per Xistum V. Ea uerba non habentur, & maximam mihi fidem facit dictũ D. Hieronymi quòd cessare Regnum Damasci, & quiescere, non significat perpetuam uastitatem. Vndè longè melius secundum eundem, per Damascum allegoricè possumus intelligere multitudinem gentium, quæ ex diuersis urbibus, & locis ad Christi fidem sunt uocatç, quç gentes desinent esse infideles & sanguinariæ quemadmodum, & Damascus dicitur desinere esse Ciuitas. Damascus enim secundum. D. Hieronymum ut diximus interprætatur sanguinem bibens, aut sanguinem sitiens, uel sanguinis osculum. Et Ciuitates Aroer. i. gentes quæ erant à Domino Deo maledictç, figuratæ per eas urbes quç erant sitæ, & constructç in desertis locis, erunt greges ouiũ Christi; uel Ciuitates & loca in quibus prius gentes incredulæ & Idololatræ habitabant, erunt pascua gregum, & receptacula ouium Christi, quç tutò sub eius umbra requiescent, & non erit qui exterreat, quia Dominus custodit atriũ suum, ubi nec Diabolus insidiator, neq; Inimicus homo poterit eis quicquam facere: sed quomodo dicet quis, potest uocari onus Damasci. i. baculus, & uirga percutiens Damascum, si per ipsum interprçtari uolumus uocationem gentium, uel gentes uocatas à Deo: Respõdeo quod onus erit Damasco da litterã accepto, sed Damasco secundum spiritum erit gaudium & lætitia, possunt hçc omnia quç spiritualiter adduxim⁹, non modo ad gentes olim ad Deum conuersas cum prius essent falsorum Deorum cultrices; uerum ad unamquamq; Ciuitatem, & Regnum, imo, & ad unumquemq; nostrum conuenienter aptari: Quot. n. Ciuitates, & Regna nostra hac tempestate uidimus omnino destructas, ac desolatas, & longè peius quam in pascua ouium abductas qa recesserunt à Deo suo. Ego proprijs oculis uidi, et magnopere condolui, et unà cum Propheta lachrimis me inebriaui, dũ in gallijs, uidi multas Ciuitates multos uicos, et oppida pœnit⁹ destructa, et in aceruũ lapidũ reducta: Sic profecto unicuiq; nostrum usu uenire contingit, et re ipsa usu uenit, quando florere conspicimur et in maxima quadam existimatione, et hominum opinione haberi ob aliquod facinus, uel admissum, uel iniectũ, iure, aut iniuria, a beo statu, et expectatione decidimus, et hunc in modum Damascus desinet esse Ciuitas, Et qui prius habebatur, aut haberi putabatur inter gloriosos, et Magnates, desinit esse talis, et contemptui habetur, Ego noui hominem qui putabatur ob suas uirtutes et optimam de illo opinionem propediem in cœlum ascensurus, veruntamen improborum nequitia, et aemulatione in terram decidit. Et ita Damascus desijt esse Ciuitas, Sed prosequamur textum.

Et erit in die illa; Attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marcescet. Tex. 2.

In die (inquam) illa qua Damascus desinet esse ciuitas, et Regnum eius cessabit, gloria et magnitudo filiorum Israel, hoc est decem tribuum attenuabitur hoc est non adeo efferentur, et extollentur, non erunt usq; adeo inflati et de se ipsis præsumentes, quemadmodum antea, dum ad Syros confugiebant, et in quibus plus debitò conquiescebant; et pinguedo carnis eius marcescet, hoc est nobiles, et potentes ac diuitijs affluẽtes humiliabuntur, et prorsus dijcientur, nec solum eorum gloria, sic attenuabitur quia cessabit adiutorium à Damasco,

masco, neq; eas uires habere se conspiciēt, quibus populũ Dei, & suos cõtribules persequantur, & infestent, sed & ipsi magnoperè erunt afflicti, & in extremas miserias, & calamitates adducti; & præter id non habebunt amplius Prophetas, nec signa, non potestates ac regnum, neq; etiam sacerdotium, quemadmodum fuit etiam prędictum per David Prophetam. Signa nostra non
Is. 73. non vidimus, iã non est Propheta, neq; nos Deus cognoscet amplius. Et sequit.

Et erit sicut congregans in messe quod restiterit; & brachiũ eius spicas leget: & erit sicut quærens spicas in valle Raphaim.

Vaticinatur Esaias quid futurum erit de Israelitis post illam obsidionē qua fuerint obsessi, & circumuenti ab Assyriis, & inquit tam paucos remansuros vt facile conferri possint spicis tritici quæ remanent in segete post messem, quia paucissimæ admodum remanere solent si messores fuerint strenui, at diligentes: Et brachium eius spicas leget, qua loquendi formula vult innuere tã paucas spicas remansuras, vt non oporteat ambobus brachijs, vel ambabus manibus, quæ forte fortuna remanserint spicas colligere, sed sat erit vnum brachium, aut vna manus ad eas colligendas, q. d. non erit opus multo labore, sed paruo negocio poterũt colligere quod restiterit. Et erit. i. continget his q voluerint numerare quotquot euaserint ex Israelitis post eorum obsidionem, quemadmodum contingit illi qui vadit q̃rēs spicas ĩ valle Raphaim, q̃ cũ sit fertilissima, & maximè abũdãs tritico, pleriq; inopes, & egeni summa
Ps. 73. cũ diligentia illuc vadunt ad colligendas spicas, & verè quidem sic accidit, si prosequamur historiam, & litteram dũtaxat expendamus.

At si rei veritatem interius spectemus videbimus ea q̃ cõscripsimus, non vsq; adeo, vt p̃diximus, veritatē habere, primũ quidē nõ est oĩnò verũ Damascũ fuisse ita deletã, aut destructã, vt prorsus desierit esse ciuitas, & perpetuò derelicta, cum illud Regnũ vsq; ad tp̄ora Apostolorũ fuerit potentissimum; sed verius quæ hic dicuntur ad tēpora, quibus Christus venit in mũdum sunt re-

A ferēda, neq; ēt penitus verũ est delēdos esse Iudæos cum maxime fuerint propagati post illorũ euersionē; sed vtriq; eorũ gloria fuit extĩcta, vt Sacerdotiũ, Regnũ, donũ ꝓphetiæ, & alię gratiæ illis gratis collatæ. Quod ēt dicit, ꝙ paucissimi admodũ ex illis remanebunt vult innuere, & notare Propheta paucos admodũ ex illis saluandos, & fidē X̄pi apprehensuros, & hoc idē est, ei quod supra diximus: quodq; ēt adnotauit Apo-

Damascus .i. gens iudaa: & pagani .i. infideles euertē tur, .i. conuertentur.

B stolus, ꝙ reliquiæ sm̄ electionē gratiæ salue fient, cũ postea dicit. ꝙ brachiũ eius spicas leget, vult innuere Propheta iuxtá sensum misticũ, ꝙ ille qui congregabit in messe q̄d restiterit, nõ erit quicũq; sed brachiũ Dñi .i. virtus, & potentia eius qui ex tot millibus Iudæorũ secernet paucos quosdã, vt Apostolos, & aliquot eorũ sequaces. Nec dubiũ ꝙ ꝓgressu tēporis pleriq; ex Iudæis, vbiq; terrarũ dispersis postmodũ crediderũt
C in X̄pm, & hoc est ꝙ dñt septuagita Interpretes in suo textu. Semē spicarũ metet. i. q̄d ex illis spicis q̃ post messem restiterint, aliæ multæ renascētur, q̄d quidē cõferri põt cũ eo, quod idē Propheta dixit in principio huius operis. Nisi Dñus exercituũ reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuissem⁹, & quasi Gomorra similes essemus. Quod postea subdit; & erit sicut quærēs spicas in valle Raphaĩ, & relinq̃tur ĩ eo, hoc est in toto po-
D pulo Israel, sicut racemus peracta vindemia, vbi p Raphaĩ multa interp̄tat. D. Hieronym⁹, significat. n. aliquid sanũ, & ĩcolume, significat ēt mortuos, significat Gigãtes, & uiros potētes, nec nõ aliquid durũ, & inflexibile, hæc oĩa facilè p̄nt referri ad eã gētē siue populum, ex quo selectę sũt spiculę q̄dã, X̄pus. n. in Valle redēptorũ, & Sanatorũ elegit spicas. i. Apostolos, & Discipulos suos, qui racemis cõparãtur, qui paracta vinde-

Raphaim multa significat.

E mia colligũtur ĩ exceptione racemorũ, deindè in Valle Raphaim, hoc est ĩ natione Iudæorũ, nec nõ & gẽtiũ q̃ oẽs erant velut mortui, Deus selegit pauculos viuos: põt ēt dici ꝙ in illa valle hoc est ĩ illo populo, ex quo olim prodierũt tot Prophetæ & uiri Sãcti velut gigãtes nũc pauci admodũ sunt dlecti filij Dei. Nec aberrat, aut multũ distat à vero sen

su,

su, q̄ illa dictio Raphaim significat aliquid durũ, & inflexibile, quia re vera populus Iudæorũ ex quo nonnulli crediderunt, durus admodum fuit & obstinatus quemadmodum illi fuit sæpius exprobratum, & præser tim Actorum 7. per D. Stephanum dicentem Dura ceruice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis &c. Nonnulli præter allatas interpretationes dicunt præfatum nomẽ significare etiam lapides prætiosos, vt sic intelligamus, ex valle Raphaim, hoc est, ex loco in quo gemmę, & smaragdi solent reperiri, pauci quidam sunt delecti, nec dubium, quod sancti viri non solum lapides præciosi nuncupantur, sed multo præciosiores auro, & lapidibus præciosis solent extimari. Nec inconueniens super vnico uerbo tot expositiones afferre, quoniam consueuit scriptura sacra in his nominibus multiuocis omnes illas significationes accipere, & libenter amplecti modo fidei, & veritati non contradicant ut refert D. Augustinus.

Act. 7.

Cum posuerit Esaias exemplum penes messem tritici ad ostendẽdũ quod sic usu veniet Israelitis, videlicet post ruinam ab Assyrijs illatam tam pauci supererunt quot sunt spicæ quę remanent post exactam messem tritici, ponit idem exemplum penes vindemiam, & penes collectionem oliuarũ quod sicut peracta vindemia remanet quandoque in vitibus aliquis racemus ob oscitantiam seu negligentiam, aut incuriam vindemiantium, & quemadmodum dum excutiuntur oleę remanent duæ vel tres oliuæ in summitate rami, & vt plurimum quatuor, aut quinque in cacuminibus siue extremitatibus ramorum, sic profectò continget Israelitis, posteaquam fuerint vndequaque percusſi, & in fugam acti, quia tunc pauci admodum remanebũt hoc est quod dicit Propheta. Et relinquetur in eo scilicet populo, sicut racemus, & sicut excusſio oleæ duarum, vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor, aut quinque in cacuminibus eius, quæ sunt fructus eius, idest arboris. Sic suple eueniet domui Iacob: Dicit Dominus Deus Israel, hoc addit quemadmodum, & supra cum loquebatur de reliquijs Regni Syriaci, quòd gloria, & magnitudo illius erit velvt gloria filiorum Israel, statim subiecit. Dicit Dominus exercituum, ne videlicet quisquam existimet hæc verba fore futilia, & vana, quia sunt verba Domini, cuius dicere est facere, ponit exemplum ipse Propheta in vino, tritico, & oleo, & hoc quidem rationabiliter quoniam in his tribus fructuum generibus scilicet in abundantia frumenti vini, & olei, benedictio Iacob fundari, & consistere videbatur, vt habetur Gene. 28. quemadmodum ergo in colligendis, vel excutiendis oleis, manibus, aut virgis remanent in summitate rami, quo manu, vel baculo, aut uirga non posſunt attingi duæ, vel tres oliuæ, sic erit de populo Israel, quia pauci admodum de tam copiosa multitudine remanebunt vt iam dictum est. Circa numerum oliuarum quæ in summitate rami, aut in cacuminibus eius remanere dicuntur quæ non fuerint excusſæ cum aliis oliuis. D. Hieronymus vnà cum plerisque aliis vult Prophetam diuino spiritu afflatum, voluisse prænunciare, & præsignificare modicum illum numerum Apostolorum qui ex tot millibus Iudęorum ab aliis selecti Christo adheserunt, & in eius fide perstiterunt Petrus namque, Iacobus, & Ioannes fuerunt illæ tres præcipuę, & pingues oliuę quę in summitate, & sublimitate supræmi rami non excusſæ permanserunt, quatuor, & quinque referunt alios nouem Apostolos in quibus, Iudæ proditoris locum Mathias obtinuit, qui quidem Apostoli nouem ut ait D. Hieronymus pro diuersitate gratiarum quę nobis ignota est, in quatuor, & quinque oliuas secernuntur: aut dicas quòd istæ nouem oliuæ, quæ remanserunt designant volumina quatuor Euangeliorum, & quinque volumina ueteris legis, vt hinc demonstretur ipsos Apostolos futuros vtriusque testamenti prædicatores, per duas autem oliuas intelligi volunt Paulum, & Barna-

Racemus dictus a remanendo

Gen. 28.

Hieronym.

manus eorum, et quæ operati sunt digiti eorum, conuersi, inquam, sunt ad sanctum Israel: ita enim veteres Patres intellexerunt hunc locum, vt post uaticinia vastitatis Iudeę, & post Prophetias de reliquiis Israel; quæ saluæ factę sunt, & post prefiguratum numerum duodecim Apostolorum, voluerit Esaias præsignificare, & predicere conuersionem gentium. Ego autem existimo de utrisq;

Deindè rursus prædicit ruinam, & desolationem decem tribuum, & tandem vniuersæ nationis Iudaicæ dicēs.

Tex. 4. *In die illa erunt Ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra, & segetes quæ derelicta sunt a facie filiorum Israel, & erit deserta.*

In die (in quam) illa, quam decreuerit Dominus visitare populum suum, aut in die illa, qua Deus decreuerit iustitias iudicare, & vltimum supplicium sumere de his qui omninò fuerint auersi ab eo. Et nota quod ter in hoc capite pręd icit Esaias, quòd futurum est in illa die, hoc est in tempore iam pręfixo, & pręstituto ab eo; primum quidem prædicit futurum diem, quo Deus vltionem sumet de Domo Iacob, sic tamen, quòd ex eius familia nonnulli saluabuntur; quamuis admodum rari & pauci, collati ad eos, qui desipuerint; Deinde prædicit illum diem, quo plerique tàm ex Iudęis, quam ex gentibus grauitate pœnarum perculsi reuertentur ad Deum suum, & respuent Idola, & quęcunque operati sunt manus ac digiti eorum. Postremò meminit Esaias, & vaticinatur de die illa, qua homines ingrati, & omninò à Deo auersi, extremas suę incredulitatis, & opprobriosæ ingratitudinis pęnas dabunt. Propterea dicit. In die illa, qua Deus decreuerit in populum suum extremo supplicio animaduertere erunt Ciuitates fortitudinis, idest Ciuitates fortes, & munitæ ad quas quidem solent homines bellorum tempore velut ad loca tuta se recipere, erunt (inquā) Ciuitates istæ derelictę sicut aratra, & & segetes, quæ omnia derelicta fuerūt ab Amorrhęis, & Ethęis quando filij Israel iussu, & ductu ipsius Dei ingrediebantur terram promissionis. Tunc enim illi populi à facie filiorum Israel exterriti, derelinquerunt aratra, & segetes, & aceruos frugum in agris, vbi metebant, & secabant triticum, sic nimirum eueniet decem tribubus quando hostes aduenerint eos debellaturi. Et eris deserta. O misera, & infelix natio, quia tunc nullum habebis adiutorium, neque defensorem. Sic enim legitur in editione vulgata, Quod dubio procul optumè conuenit cum sequenti uersu, vbi quædam quasi ratio affertur à Propheta cur fuerit deserta, & in alias calamitates inciderit, dum inquit. Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata, & merito quidem ob id criminis desertam esse congruebat, propterea quod obliuio Dei est causa, & radix omnium malorum, quemadmodū meminisse Dei, hominem conseruat in eius timore, & facit eum cauere à peccatis, vndè omnia cuiuscunque generis peccata, & scelera nomine obliuionis Dei, sępe intelliguntur. Quo circa hac fiducia animatus Dauid, pręcabatur Deum, ne ipsum pęnitus abiiceret, quamuis errantem dicens. Erraui sicut ouis quæ periit, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus, & in eodem In iustificationibus tuis meditabor, & non obliuiscar sermones tuos: & alibi sæpe. Quòd autem populus Israel multa, & prope innumera à Deo susceperit beneficia, non est qui dubitet, quēadmodum neque etiam erit cuiquam dubium ipsum fuisse ingratissimum & infestissimum Deo, cum præsertim non fuerit veritus mittere lignum in panem eius, & eundem radere de terra uiuentium. Nonnulli sub iis verbis tres rerum vicissitudines futuras in illa die ponunt qua Christus se manifestauit mundo: Prima qua Iudęi conuertentur ad ipsum: Secunda qua gentes relicto cultu Idolorum ad eundem conuertuntur. Tertia qua plerique fidelium relictis domibus, & agris Christum nudum nudi sequentur. Vnde sequitur, *Propterea plantabis plantationem fidelem & germen alienum seminabis.* Iste versus vnà cum sequenti difficillimus est, propter

obliuio Dei est causa omnium mali.

psal. 118.

pter varias, & eas quidem longè diuersas huius loci interpretationes, siue trãslationes.

At quia summi Pontificis decreto grauissimis pœnis, & censuris cautum est, ne alium textum exponere fas sit, præter eum qui nuper editus est, & approbatus, propterea dimissis aliis interpretationibus exponemus & prosequemur dumtaxat illum textum qui nobis nunc proponitur, nulla habita ratione aliorum textuum. Sic ergò legimus in hoc loco. Propterea, tu domus Iacob, & vniuersa Synagoga, plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis, plantabis inquam ò Sinagoga, ò domus Israel, plantationem fidelem, te tamen inuita, & nolente: Plantabis inquam Ecclesiam sanctam Orthodoxam, quæ est plantatio fidelis, pulcra, nobilis, & iocunda, quæ prius fuit plantata in Patriarchis, & Prophetis, deinde in sanctis Apostolis, & plerisque Dei ministris qui de stirpe tua prodierunt, & prodibunt vsque ad consumationem seculi, & germen seminabis alienum quidem non à fide Patrum, sed à cognatione secundum carnem, quia alterius gẽtis, & nationis, qualis est populus gentium qui olim alienus à fide tanquam oleaster inseretur oliuę, præcisis ramis infructuosis, & inutilibus, vt ait Apostolus. D. Hieronymus vult hæc uerba dicta per ironiam, quasi dicat, quia oblita es Dei Saluatoris tui, propterea plantabis plantationem fidelem? nequaquam. Sed potius alienum semen seminabis, quod hostis eripiet, Notat hoc loco D. Thomas plantationem quã faciunt auari, superbi, et luxuriosi, quia nullum colligunt fructum ex ea, verè dici infidelem. Omitto alias expositiones.

Plantatio fidelis qua sit

In die plantationis tua labrusca, & mane semen tuum florebit, ablata est messis in die hereditatis, & dolebit grauiter. verba difficillima nam si per labruscam intelligimus amaritudinem, et acerbitatem, ac fœditatem optimè respondet particulæ precedenti sicut antea legebatur, videlicet plantabis plantationem infidelem quoniam plantati infidelis, & non bene defossa, & aptata siue communita, producit fructus amaros, et insuaues cuiusmodi est lubrusca. Cum ergo dicit in die plantationis tuæ idest cum primum cæpit synagoga foras prodire, inter initia non nisi labrusca, & amaritudo percæpta est; et mane semen tuum florebit, sed non diu perdurabit, & cum tẽpus erit maturos fructus percipere, ablata est messis. Ego in tanta verborum obscuritate, et interpretũ diuersitate in hanc sentẽtiam deuenio, vt referat hoc loco Propheta tres status, siuè tria tempora ipsius Synagogę Primum quando incæpit, et cum fuit principium suæ plantationis, in eo quidem, primordio suæ plantationis fuit labrusca, multæ quidem amaritudines afflictiones, et miseriæ, nunc ab Egyptiis, nunc ab aliis nationibus multas pertulere persecutiones, et erumnas, fuit aliud tempus congruè mane appellatum, quando subactis, et deiectis multis hostium cuneis, et exercitibus, magnopere floruerunt, & vniuerso orbi magnę fuere admirationi, atque eo tempore verum Deum colere, et cerimonias legis efficere studuerunt, tunc quippè semen ipsorum florebat. Postremum tempus meo quidem iudicio accipiendum est, cum debebat populus ille maiorum pręcepta sectari Dei mãdata obseruare, et bonis operibus indesinenter vacare, quo fructum laborum suorum possent iure quodam expetere cũ tamẽ ea neglexerint ablata est messis in die hereditatis, idest eo tempore cum scilicet iure quodam hæreditario deberent fructus colligere, illum præsertim tandiù optatum, et à sanctis patribus expectatum, illisque promissũ, qui est Christus Dominus; ablata est messis, non quidem messis temporalis, et terrena dumtaxat, sed messis illa spiritualis, et æterna. Vnde D. Paulus inquit. Quæ seminauerit homo hæc et metet, qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam ęternam. Qui autẽ seminat in carne, de carne metet corruptionem. tandem subdit. *Et grauiter dolebit*, suple tu, populus Iudęorum non solum exclusus ab hæreditate et Gal. 6,

Eccle-

A Ecclesia, sed concisus cladibus ab exercitu Romanorum propter ingens facinus, quod perpetrauit aduersus Dominum, veruntamen eiusmodi dolor nihil eis profuit, quia in tempore quo fuerant vocati, non resipuerunt, nec solum populus ille Iudaicus grauiter doluit, & vehementer est contristatus ob amissam hæreditatem, verum, & plerique fideles ex eorum gente, sunt miserati infœlicissimam hanc eorum sortem, vndè, & Paulus Apostolus ad B
Rom. 9. Romanos 9. vt rectè quidem aduertit D. Hieronymus in hæc verba prorupit dicens. Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ &c. Nec solum ipse, sed & omnis vir probus, & sanctus habet hanc tristitiam, cupiens cum ramis oleastri, etiam radicem saluam esse. hunc eumdem textum aliter secundum sensum allegoricum, siue anagogicum exponunt alii, vt per labruscam in die plantationis Iudaicę exortam, intelligant gentes infideles insertas oleæ, & plantatas in Ecclesia, quo facta est exclusio Iudęorum ab Ecclesia. Cum verò dicit. Mane semen tuum florebit hoc refertur ad Christum Dominum, cum mane idest diluculo Christus resurrexit, tunc enim fides Christi quæ latebat in ipsa plantatione legis Iudaicæ florebit, & multum fructum afferet, quia multa hominum millia ad Christum accesserunt, vt verum fuerit, quòd Christus
Ioan. 12. prędixit, videlicet. Nisi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuũ fuerit, & indè resurrexerit multum fructum afferet. Cum posteà subdit. *Ablata est messis in die hæreditatis*, innuit, quod in die passionis Christi, & resurrectionis eius, quo die patefactus est aditus ad Cœlestem hęreditatem, cum populus Iudęorum noluerit fidem adhibere promissionibus patrum, & cœlestibus misteriis, exclusus est ab huiusmodi hæreditate, quę tandem ad gentes fuit translata; & iurè poterat uehementer dolere.

D. Cyrillus cum habeat textum non nihil diuersum ab eo quem exponendum sumpsimus, affert hoc documentum aduersus eos qui obliuiscuntur Deum, dicit enim quod qui confidere voluerit multitudini populorum, & viribus propriis, plantabit plantationem infidelem, & germen ex ea prodiens nequaquam stabile, & duraturum, at cum vni Deo inseruies, & in eo spem tuam collocabis, tunc mane seminabis, florebis in messem, & fructum afferes, & bonorum operum mercedem recipies. at filii Israel ob innumera beneficia quibus affecti fuerant cum Deo gratias agere oporteret ipsi Domino, malum rependere non curarunt, imò velut impunè, & sine vllo timore illum offenderũt nec vno tantummodo cruciare sunt ausi, sed legem etiam per Moysem descriptam pro nihilo habentes, diuinæ quoque religioni prorsus recalcitrantes, C insensatis lapidibus diuinum honorẽ tribuere ob id moeruerunt omninò à cœlesti hæreditate excludi.

In calce huius capitis tandem Propheta comminatur multitudini populorum & iis omnibus qui persequuntur Christum, & seruos eius sub figura populi Israelitici, ex decem tribubus siue ex tribu Iuda, & inquit. *Væ multitudini populorum multorum, ut multitudo maris sonantis: & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum.* Tex. 5. D Dico maiorem partem sacrorum interpretum in hac fore sententia, hoc in loco Prophetam comminari Assyriis regna Israel, & Syrię deuastãtibus, nec non, & Iudeę Vrbes, & præsertim primariam Ciuitatem Hyerosolimorum obsidere, ac deprædari tentantibus, cuius sententiæ videtur esse D. Hieronymus, Quidam vero Moderni uolunt Prophetam hic sermonem dirigere aduersus Syros, & Isr E raelitas, Iudęorum regnum grauiter, & vehementer affligentes, quemadmodum cæpit à principio: At ego malo cum multis errare, & iis quidem viris clarissimis, quàm cum paucis bene sẽtire, cum præsertim videam D. Cirillum in suis commentariis ad priorem sententiam accedere. Non desunt tamen quidam posteriores qui firmiter, &

et incôcussè asserunt, eiusmodi commi nationem, neque contra Syros, multo minus contra Assyrios esse directam, cum verba hic apposita multas patiantur difficultates, ut suo loco videbimus.

Volunt igitur hoc loco prædici destructionem Hyerosolimorum factam à Tito, & Vespasiano post passionem Domini. Sed ego, vt dixi, non audeo obsistere, & repugnare sententiæ tot clarissimorum virorum, sed fortassis citra cuiuscunque iniuriam poterimus sic dicere, quòd à principio textus, Propheta est locutus contra Damascum, & regnum Syriæ pariter, & contra Israelitas qui occupabant Samariā, in fine autem eiusdem capituli loquitur aduersus Assyrios Veruntamen, & hic, & ibi intendit sub umbra, & figura istorum populorum innuere, & vaticinari destructionem Ciuitatis Hyerusalem, & vniuersę illius regionis per exercitum Romanorum, & denique ruinam, & extinctionem Romani imperii Dicit ergo primum. Vę multitudini populorū multorū prænotans numerosum, & copiosum exercitū ipsorū Assyriorum qui dicebatur multitudo populorum multorum, quia erat aggregatus ex populis diuersarum nationū, & secundum quosdam videtur Propheta lugere ipsos Assyrios tamquam miseros, & iam iam morituros, potiusquam eis comminari, illa enim dictio Væ, quandoque est nota comminantis quandoque nota condolentis, ac deplorantis, & secundum quosdam potest etiam esse nota vocantis, seu clamantis, id quòd ego non probo, Comminatur ergò Deus his qui infestant, ac perturbant populum suum, nec pertimescit, aut curat multitudinem populorum, neque minus eorum impetum & furorem, nec mirum eiusmodi populos aliquando fore vexandos, quia Deus numquam derelinquit populum suum, licet quandoque cum spe bonorum cō misceat etiam aliquid metus, & pauoris, idque non sine causa, & maxima vtilitate eorum qui vexantur, quòd & ego non semel sum expertus, ut autem ob oculos nobis proponat quandam

A quasi effigiem furoris, & iracundiæ, animique nimium accensi ipsorum militum, cum ad debellandum properāt his similitudinibus est vsus d. *Vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarū sicut sonitus aquarum multarum.* Dum enim mouetur exercitus valdè multus & copiosus, & satis audax, & animosus fit magnus tumultus ex collisione armorum, motu curruum, hinnitu equorum, & sonitu tubarum, & tympano-

B rum qualis erat exercitus Assyriorum & multo verius exercitus Romanorū, & hunc strepitum, & rumorem gentium dum ad bella procedunt magis indicans subdit. *Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium:* qui est quidam sonus confusus, & incertus, & est velut quidam murmur, & concentus exhorrescens. Quid ergo facit ipse Deus uniuersi, & verè Dominus exercituū d. Propheta, *& increpabit eū*, hoc est

C ipse Deus, ĭcrepabit, & obiurgabit ipsū Regē, Ducē tā furibūdi ac tremebūdi exercitus, increpare n. propriè significat verbis durioribus aliquē arguere, et acriter in eū inuehi, sic enim dicūt Grāmatici. quod increpare aliquem est cum crepitu quodam verborum, pedumuè strepitu, contra aliquem crepādo, & strependo insurgere, quandoque veró significat punire, seu castigare, ut hoc loco accipitur. Nec solum Assy- *increpare*

D rium Regem increpabit Deus, verum, eius caput, et ductorem, videlicet Diabolum, ut notat D. Hieronymus, qui hoc modo reprehensus, et obiurgatus à *Deo fugiet procul, & rapietur sicut puluis montium a facie uenti: & vt sic turbo coram tempestate.* Nihil enim est adeò leue, et facile mobile, ut puluis uento rapido commotus, et sicut is, qui in mōtibus ab impetu uentorum eleuatur, sic quippe contigit Regi Assyriorum. cęle-

E riter enim et quasi raptus aufugit in Niniuem, vbi tandem fuit occisus á filiis suis, et uerum sit quod ei prædixit Deus Et iniciam retinaculum naribus tuis, et frenum ori tuo, et uertam te uia qua uenisti etc. Deinde sequitur. *In tempore uespere, & ecce turbatio in matutino, & non subsistet.* Sensus est, in priori parte noctis, qua Iudęi magno- Tex 6.

pere

Turbatio animi. pere timebant impetum exercitus Assyriorum turbatio erat in eorum mentibus: nam turbatio est quædam animi perculsio, & cordis commotio ex nimio terrore. *In matutino*, hoc est, circa diluculum, magna fuit iocunditas, et exultatio, & non subsistet, idest exercitus vnà cum Rege non poterit subsistere, & permanere Angelo ipsum percutiente, vt verum sit quod Propheta psal. *psal. 29.* 29. præcecinit dicens. ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. *Et dicent populi multi* qui viderint hæc, & Dei potentiã, ac prouidentiam fuerint contemplati, aut ipsemet Propheta in hæc verba erũpet, & eiusmodi conclusionem formabit. *Hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos*; Non permittit enim Deus nos tentari supra id quod possumus *psal. 124.* & velut dicit Propheta. Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas, quo loco etiam notare oportet, & diligenter animaduertere, qualis sit finis impiorum, et improborum. Qui autem opinantur quæ hucusque dicta sunt de Romanis tantum intelligi, non de Assyrijs, hanc afferunt rationem, quòd in obsidione Ciuitatis Hyerusalẽ per Assyrios, nulla fuit turbatio, nullus fletus, aut planctus, quandoquidem nũquam Ciuitas fuit obsessa à Sennacherib, licet multa fuerit ei cõminatus. at una nocte, dicunt isti, fuit Vrbs capta, & deleta à Vespasiano quod si non vna tñ nocte, saltem exiguo admodum tempore. Verum non ita sentiunt omnes, & ego non existimo aliquod fore inconueniens, vt aduentante exercitu Assyriorum fuerit in Ciuitate multa perturbatio, tametsi fuerit conatus Ezechias excutere ab illis omnem timorem. At diluculo: & penes matutinum, totus penè exercitus fuit peremptus, & tunc cessauit omnis terror, ac perturbatio. Quæ hactenus circa præsens caput, & præsertim circa vltima verba sunt allata historiam potius, & allegoriam tetigerant: vt verò applicemus ea ad praxim, & ad mores, & vitam hominum primum scire debes quod non solum Propheta insurgit, & notat Romanos qui expugnarunt Hyerusalem, & magnas ei clades intulerunt, nec solum arguit Iudęos qui fuerunt vsquè adeò maligni, & crudeles aduersus Christum, neque solum instat aduersus Paganos, & Saracenos, qui, & ipsi crudeliter, & plusquam feraliter impugnauerunt Ecclesiam, verum etiam aduersus omnes improbos, & cum primis aduersus Demonem, & aduersarias potestates quę velut aquæ violenter influunt aduersus animam, uel externis tentationibus, uel insitis quibusdam, & quasi innatis motibus carnis, mentem ritè constitutã obsidere aggrediuntur, sic & plerique homines improbi, ac nefarii, probis hõminibus, & animo pacatis bellum semper intentant, & pacem ex animo excipere conantur. At si Deum adiutorẽ habuerimus non erit cur animo angamur, nouit enim Dominus pios eripere ex tentationibus. & psal. 33. Immittet, inquit Dauid, Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Sunt etiam plerique ignari sacrorum dogmatum, qui se scire præsumentes *psal. 33.* cuiusmodi sunt hæretici qui sua freti audacia consurgunt contra veritatem, vel bellum excitando, uel persecutiones, & afflictiones nobis ingerendo, & plerumque etiam mortis ac interitus mætum immittendo. Nihilominus si Deus nobiscum erit, & acriter eos increpabit, procul dubio rapientur, & fugient procul. Nobis autem, & vnicuique nostrum, licet quandoque insit animi perturbatio, cum tamen fuerimus erepti ab illo timore, aut insidias, & tẽtationes hostium, tum uisibilium, tum inuisibilium superare contigerit, erit in nobis iucunditas, & exultatio.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM

1. *VAE terræ cymbalo alarum, quæ est trans Flumi*
na Aethiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in
2. *uasis papyri super aquas.* Ite *angeli ueloces ad*
gentem conuulsam, & dilaceratam: ad populum
terribilem, post quem non est alius: ad gentem
3. *expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina ter-*
ram eius: omnes *habitatores orbis, qui moramini in terra, cum*
eleuatum fuerit signum in montibus uidebitis, & clangorem tu-
bae audietis, quia haec dicit Dominus ad me: Quiescam, & con
siderabo in loco meo sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes
roris in die messis. Ante messem enim totus effloruit, & imma
tura perfectio germinabit, & praecidentur ramusculi eius falci
4. *bus, & quæ derelicta fuerint, abscindentur, & excutientur.* Et
relinquentur simul auibus montium, & bestijs terrae, & æstateper
petua erunt super eum uolucres, & omnes bestiæ terræ super illũ
5. *hiemabunt.* In *tempore illo deferetur munus Domino exercitu-*
um à populo diuulso, & dilacerato, á populo terribili, post quem
non fuit alius, à gente expectante, expetante & conculcata, cuius
diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini
exercituum montem Syon,

EXPLANATIO IN
CAPVT DECIMVMOCTAVVM.
ESAIAE PROPHETAE.

VAE terrae cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethio piae, qui mittit in mare legatos, & in uasis papyri super aquas &c.

CONTEXTVS præsentis capitis est valdè obscurus, & difficilis, adeò ut ego non audeam ex me ipso pro eius expositione, & clara declaratione quicquam afferre sed aliorũ A dicta explanando conabor ea quoad fieri potest, clariora reddere. Dicit ergo Propheta. vę terrę, quam circumloquitur his dictionibus, Cymbalo alarum, quę scilicet terra est trans flumina Aetyopię, vbi sententia ferè communis omnium interpretum intelligit Propheta vniuersam regionem Aegypti

Aegypti, cui minetur perniciem, ac desolationem; quoniam ausi sunt illius regionis populi prębere auxilium contra Dei voluntatem duabus tribubus populi Dei aduersus Assyrios qui dei iussu, ac ordinatione præmebant & infestabant duas illas tribus, & iure quidem Deus aduersus Aegyptios mouebatur, quoniam nolebat qui eius voluntatem exequebantur quales erant Assyrii, impedire, deinde volebat populum suum, si quando vllam molestiam patiebatur, in nullis hominum uiribus, & præsidiis: sed in eo solum fiduciam omnem constituere & in eum solum oculos conijcere, Volebat quippe Deus tribus Iuda ob scelera multa quæ passim, & velut impune perpetrabant grauiter puniri, vt à peccatis resipiscerent, & verum Deum colerent: ob id mouit Assyrios, ut illis bellum inferrent; Atqui dum Aegiptij annuente Deo pro Iudęis arma suscipiunt aduersus eos, voluit Deus contra Aegyptios suam virtutem exercere: hoc perinde contingit, quemadmodum si Pater quispiam filium aberrantem, & delinquentem corrigere uolens, ab aliquo uiro improbo, & extraneo fuerit impeditus ille aduersus eum virgam, & brachium audacter operetur. Hoc ipsum frequenter obseruatum esse scim' quando Iustissimus Deus voluit aliquod Regnum, seu Ciuitatem, ob aliqua perpetrata flagitia, vel ob seditiones excitatas affligere, & punire, nō solū in ea, verum & quoscunque qui velint illis opem ferre, grauiter animaduertit. Dicit ergo Væ terræ, vbi illa interiectio, Vę, comminantis potius, ac prędicentis futurum malum nota est, quā vocantis, & excitantis, vt nonnulli volunt. Vocatur autem Aegyptus, seu terra Agypti Cymbalum alarum, vel propter multitudinem exercitus equitum, & peditum, vnde ob strepitum armorum, & hominum, & vexillorum, sonitus quidam perstrepebat, ac si esset cymbalum quoddam arte, & industria manu percussum, aut vocatur cymbalum alarum propter multitudinem nauium quibus vtebantur; quę que propter uela impetu ventorum cōmmota

Aegyptus Cymbalum alarum,

A quendam sonum velut cymbalum causare videbantur, Quidam alii dicunt Aegyptum vocari cymbalum alarum propter Nilum qui per Aegyptum fluens, & per montana descendens facit sonitum instar cymbali. Diuus Hieronymus, imaginatur Aegyptum hic appellari cymbalum alarum propter velocitatem volatus auium quando velox, & concitus auiū volatus reddit sonitum cymbali. Glosa referens

D.Hieron.

B verba D.Hiero. inquit Aegyptū uocari cymbalum alarum, quia sicut auis cito transuolat, sic cito Nilus fruges generat: verum pace omnium dixerim, omnes ferè istę expositiones mihi vidētur ascititiæ, & extraneæ, Ego existimo Aegyptum vocari hoc loco á Propheta cymbalum alarum, ad circumscribendam, siue circumloquendam vanitatem illius Populi: Quemadmodum enim cymbalum nihil aliud potest efficere nisi dum percutitur sonitum quen

C dam, & illum quidem leuem, et nullius dulcedinis, ac suauitatis si præsertim fuerit percussus ab alis: sic etiam, & Aegyptii paruum rumorem, & modicum damnum efficere poterunt: sed solum voces, & comminationes. Quid quæso prohiberet si per terram cymbalū alarū intelligeremus Romanū Imperiū? quod iam olim extēdit alas suas super vniuersum orbem, & nunc tandem ad

D nihilum ferè redactū est; nisi uelimus Romanū Imperium fuisse figuram Romani Pontificis cuius potestas citra omnem cōtrouersiam est super omnē terram? Et quo ad literam Aegyptij possunt verè dici cymbalum alarum, quia solum vento, & fumo pascuntur, & nutriuntur. De quorum leuitate vide Cyryllum super hunc locum. Quidā tropologicè appellant cymbalum alarum Hęreticos, Philosophos, & quoscunq;

E Christi fidem profitentes, qui & si habent alias virtutes, nisi habeant charitatem sunt velut cymbalum alarum. sed pro hoc vide D.Gregoriū 13. Mor. Cap. 7.

Qui melius sapit, melius afferat. Verum si sectari velimus aliorum interpretationes, qui dictionem hæbream hoc loco positam, non cymbalum

balum, sed vmbram intelligunt, facilis A & congrua erit huius dicti explanatio: vt dicamus. Væ terræ quæ est velut umbra, præsidium, & protectio duarum tribuum, quoniam dum ipsa nititur afferre auxilium populo Dei, quem, ipse iam decreuerat ob eius flagitia percutere, & castigare, ipse inquam, Populus Aegypti grauiter affligetur, & meritas suę audaciæ pœnas dabit: Describit locum ipsius terrę Aegypti, dum inquit quæ terra scilicet est trans flumina Ae B thiopię p quę verba, existimāt nōnulli significari interiorē Aegyptum, & partem illam Aethiopiæ quę nunc à Christicolis incolitur sub eo Rege quem vulgo prestem Ioannem vocant, qui imperium habet iuxta Nilū, & vsque ad mare Rubrum: vel per descriptionem huius loci intelligi possunt, quæcunque orbis partes etiam remotissimæ quas non nisi per mare licet adire.

Pręter illas expositiones ad literam, C & ad mores, non est prætereunda silentio quędam alia expositio nuper in lucem prodita, quòd per terram cymbali alarum intelligamus regionem quandam valde ab oculis, & sensibus nostris remotā, de qua per somniū, & imaginationem tantum loqui contingit, in qua ope, & opera magni Alexandri recepti sunt, et quodammodo interclusi multi Iudæorum: & hæc regio dicitur cymbali alarum quia de ea nullam habem⁹ D notitiam, seù famam nisi per aerem, & notitiam satis leuem, et vix perceptibilem, sicut est sonus vel strepitus ipsius cymbali, quando est percussus ab alis, uel à leui manu, siue baculis tenuioribus. Hęc ergo terra vocatur cymbalum alarum, quę mittit legatos suos in uasis papireis, ut noui aliquid percipiant de Messia venturo, & mittunt ad gentem conuulsam, & dilaceratam, et expectantem expectantē .i. cum maxi E mo desiderio expectantē, ut psal. Expectans, expectaui Dominū, vel expectātē, expectātem idest inutiliter, perperam, & absque causa expectantem, Hęc expositio non mihi uidetur contemnenda nisi quòd est satis noua, nec uidetur ullo pacto consona expositioni ueterum patrum. Quo uero ad sensum moralem, si uolumus intueri per terram cymbali alarum quid sit intelligendum, dicimus quod licet multa significare possit, nobis tamen videtur congruentius significare, et denotare eos qui in huius seculi fluctibus perpetuo nauigare dicuntur, idest qui semper negociantur, laborant, & numquam quiescunt, singulis horis, et momentis procurātes honores, opes, ac dignitates, et quotidie mittunt nuncios epistolas, et munera modo huic, modo illi, vt aliquid aucupentur, multis sæpe desideriis, et cupiditatibus estuantes, nullam unquam requiem habentes, et sicut nos vulgariter dicimus, *sempre fāno Castelli in aria*, et quia sunt magna miseratione digni, ideo propheta quasi compatiēs, et condolēs corū cōditionibus idcirco Esaias dicit Væ terrę, sed cū nemo possit duob⁹ dominis seruire Deo, et māmone. Proinde nō solū cōpati, et cōdolere prophetā putādū est, uerū etiā illis minari, & pṛdicere, nō solum inquietudinem, et mentis perturbationem, verum etiam grauem pœnā in hoc seculo, et in futuro. D. Hieronymus per cymbalum intelligit hęreticos ut pauloante dictum est. Et hac in re taxat D. Hieronymus satis acriter segnitiem, et socordiam, aut negligētiam Ecclesiasticorum, quia ut inquit ipse, nullus eorum tantum habet studii in bono, quantum hęretici in malo, quippe qui se multum lucrari existimant, si alios decipiant, et ipsi perditi, ceteros etiam perdant: Veruntamen contingit hęreticis velut his qui se tuto nauigare iactitāt, aut etiam alas habere ad volandum, hęrent tamen sepenumero in falsis fluctibus, et in medio cursu patiuntur naufragium, aut in terram decidunt; minatur ergo propheta sub illis verbis hominibus vanis, et stultis, et hæreticis neque Dei Zelum, neque charitatem habentibus, et sunt ex numero eorum qui diuinę bonitati contrariantur, et eius prouidentię parum fidunt.

Per flumina Aethiopiæ D. Cyrillus intelligit septem ostia per quæ magnus & amplus Aegypti fluuius mari cōfluit, Terram, ultra hunc fluuium dicit eam esse

Alia opinio de terra cymbali alarum

Ps. 39.

Ambitiosi sunt cymbalum alarum

Haretici sunt cymbalum alarum

Hęretici sūt multo diligentiores catholicis.

esse quę nūc Alexādria, olim Nom, siuè No uocabatur. Deindè subdit *q̄ mittit in mare legatos in vasis papyri sup aquas* Per legatos nulli dubium prophetā intelligere Nuntios, & eos per quos negocia eminus tractari solent: quibus vult innuere. multa negocia tractatus, & commercia fieri per hunc populum. Per uasa papyri nonnulli intelligunt genus aliquod nauis, quo celeriter, & expedite mittuntur de loco ad locum super aquas Nuncii, vel epistolæ pro aliquo negocio graui, properè, & celeriter exequendo, & fortassè non absque ratione putant aliqui eiusmodi uasa papyri fore nauiculas quasdā leuissimas quæ in superficie aquæ velocissimè moueri queunt, quas nos uulgo vocamus fregatas, aut feluculas, siue quouis alio nomine eiusmodi significatum exprimente. Per papyrum quidā intelligūt iuncum ex quo conficiebantur istę nauiculæ, quæ etiam non absurdè imò cō muniter, vulgo vasa dicuntur, quemadmodum omnia instrumenta deputata ad quasdam operationes uasa dicuntur, iuxta illud psal 70. Confitebor tibi in uasis psalmi ueritatem tuam Deus &c. Pro declarandis istis vasis papyri Cirillus narrat quandam fabulam cuius etiam meminit Ezec. cap. 8. Vide etiā Greg. 13. moral. ca. 7. quid per vasa papiri moraliter intelligat. Postmodū explicat hoc loco quid nam Aegiptii dixerint, & pręceperint illis legatis, & inquit. *Ite Angeli ueloces ad gentē conuulsam, & dilaceratam: ad populum terribilē, postquem non est alius: ad gentē expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius &c.* Ite Angeli veloces idest Nuncii celeriter & expedite nulla data mora ad gentem conuulsam partim à Deo, & partim a terra sua, & dilaceratam, ab Assyriis, supple. Ad populum terribilem idest ad populum Iudaicum, qui certe terribilis erat, & formidabilis, quando scilicet habebat Deum protectorem, postquem non est alius qui ei valeat comparari, ad gentem expectantem et conculcatam, expectantem scilicet auxilium nostrum, potiusquam Dei, & conculcatam ab hostibus eam opprimentibus; & in quibusdam textibus reperitur expectantem, expectantem quasi dicat, magno cum desiderio, & magna cum anxietate expectantem, auxilium & præsidium aliorum.

Papyrus

psal. 70.

Tex. 2.

A

At hæc uerba in æditione vulgata nuper accepta non reperiuntur in hoc loco, sed paulo infra, & ibi illa fusius exponemus. Et sequitur. *cuius diripuerunt flumina terram eius*, idest Principes & Reges diripuerunt terram ipsorum idest omnia mala super eos induxerunt, superius enim cap. 8. comparat Propheta Regem Assyriorum, & eius exercitum aquis fluminis, cum d. Ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas.

B

Sic quidem exponunt istam particulam plerique expositores uidelicet Ite Angeli ueloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ut sint verba Aegyptiorum, Iudæorum saluti prospicientium qui summa cura. ac ingenti desiderio pręcipiunt, & mandant suis legatis, ut quàm celeriter fieri potest accedant ad populum Iudæorum & illis certissimū & præsentaneum polliceantur auxiliū Sed alii quidam volunt hæc uerba dicta ab eodem propheta per ironiam ludēs & subsānans Aegyptios qui maxima cū festinatione miserunt legatos ad populum Iudaicum cum tamen nihil pfecerīt D. aūt Cirillus aliud opinatur. opinatur inquā, ea uerba fore Iudęorū qui certiores facti de incursione Assyriorum in eorum regionem non longe abfuturam, miserunt legatos & nuncios ad populum Aegyptum dicentes. Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, quam in textu suo Cyrillus habet gentem excelsam, ad populum peregrinum, ac durum, ubi nominat Aegyptios gentem excelsam & elatam idest superbam uel leuem, & agilem, & nulli vulneri, aut ictui expositam, peregrinam autem & duram, velut rara quadam seuitia ac inusitata immanitate suffultam, quæ non habet Superiorem. Et hoc omnino uerum est quòd populus Aegyptiacus est maxime leuis, rudis; & imperitus, quippe cum nullus alius sit ita facilis, & pronus ad Idolatriam uelut iste, quem pre-

C

D

E

Cyrill. quid opinatur de Aegyptiis.

terea uocat ipse Cyrillus populum despectum, & concucatum. Quia ergo Aegiptii voluerunt prębere auxilium ipsis Iudæis aduersus Assyrios, propterea iratus fuit Deus aduersus Aegyptios, & per Regem Babylonis expugnauit eos, ut habes apud Ezechielem cap. 29. a principio vsque ad finem

Verum quamquam ego existimem sententiam eorum qui textum istum, uel de Aegyptiis pro Iudęis, uel de Iudæis ad Aegyptios, nuncios mittentibus exposuere non esse reiiciendam nihilominus satis probabilē puto, & nō à vero alienam sententiam illorum qui asserunt superhis uerbis tamquam sub figuris & enigmatibus designari, & prænunciari ingentem perfidiam Iudęorum, & summam diligentiam, seu potius uersutiam, & astutiam Diabolicam qua usi fuere post Christi passionem, & perpetuo temporis decursu cōtra Christum, & contra professores nominis Christi.

Quare cum ait Esaias. Vę terræ cymbalo alarum, quę est transflumina Aethiopiæ &c. id uult significare videlicet. Væ terræ Iudeæ ob naues alatas, quæ percussæ uentis, cymbali sonum reddunt: Væ (inquam) populo Iudæorum qui mittis in omnes, & singulas partes orbis terrarum, etiā ad eas quæ sunt uobis remotissimæ, qui mittis, inquam ępistolas, Nuncios, et Scrutatores, ut homines abducāt Iudæos, et singulas nationes à Christo, & doceant quoscunque blasphemare nomen Christi. Nec mireris quod hoc loco fiat mentio tantummodo de illis regionibus, quę sunt trans flumina Aethiopiæ, quoniam accipitur hic pars pro toto, hoc est Aethiopia pro omnibus terminis ac locis orbis terrarum,

Alia expositio quarè Christus mittit Apostolos. Cum uerò subditur. *Ite Angeli ueloces ad gentem conuulsam, & dilaceratā ad populum terribilem &c.* sunt etiā uerba Christi Domini mittentis Apostolos et Discipulos suos in uniuersum orbē terrarum dicens illis. Euntes docete omnes gentes baptizante eos etc. *Matth. vlt.* præcipit aut eos proficisci ad gentem conuulsam, et nominat eos veloces, vel

A ut uelociter vadant: uel dicuntur veloces, quia in breuissimo temporis spatio ferè totum orbem perlustrārunt; dicuntur etiam veloces hoc est celeres, *Matth. x.* & expediti, quia sine vllo impedimento iubetur suum iter agredi, ita ut non ferant sacculum, neque peram, neque plures uestes inducantur, neque calceamenta, et præterea ne à cepto itinere retardentur, et detineantur uel tantillum in uia; præcipitur eis

B ut neminem per uia salutent præcipitur, vadant ad gentem conuulsam, et dilaceratam, quæ quidem omnibus cuiuscunque generis pœnis, & suppliciis erat obnoxia At Apostoli et serui Dei per eos scilicet per Aegyptios, Iudeos fuere conuulsi, et lacerati quandoquidem alii lapidati, alii bestiis obiecti, & alii gladio perempti, & denique omnibus bonis spoliati, & à quibuscunque gentibus conuulsi & delacerati, & eadem gens sic

C conuulsa, et dilacerata vocatur à Propheta populus terribilis postquem nō est alius, quandoquidem ad Deum illustrandum, et spectabilem omnibus faciendum, multa facta sunt miracula, et prodigia, et signa magna vbique terrarum, et supra quem populum nullus est alius, propter quem Deus Optimus maximus tot fecerit miracula; de hoc populo et de

D hac natione, vere dici potest quòd aliquando fuit dictum de Iudæis, sed typice quidem, et figuratè. Non est alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis, vel sicut Deus adest cunctis nostris obsecrationibus Deut. 4. quippequi caro nostra et frater noster est.

Hæc eadem gens dicitur expectans, et conculcata, expectans quidem æternam uitam, et perfectam

E salutem, et conculcata (ut iam diximus) à cunctis infidelibus, et hostibus nominis Christiani, de quibus scriptum est. Quod ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

De quorum contumeliis, opprobriis, & per-

et persecutionibus, uide; Heb. 11 Deniq; per gentem conuulsam, et dilaceratã ad quã Christus mittit legatos suos nõ possunt hoc loco intelligi Apostoli, ut quidam exponunt, sed gens dedita Idolis, & superstitionibus, vt ab eis recedant, & liberentur. Possunt etiam intelligi Iudæi qui verè dici possunt gens cõuulsa, & dilacerata. Possunt quin etiã intelligi Christi fideles, qui sunt cõuulsi, et dilacerati ab Hæreticis, infidelibus & pseudo christianis, hortãtibus eos Apostoli vt sint fortes in bello &c. sequit deindè. *Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra cum eleuatum fuerit signũ in montibus, uidebitis, & clangorem tubæ audietis, quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescam &c.*

Hoc in loco Propheta in persona Dei alloquitur omnes gentes, et iuxta expositionem D Thomæ prædicit Aegyptiis pœnam quam ob eorũ audaciam sunt perpessuri, quę quidem pœna in eo cõsistit quod certissimum interitum & vniuersi Regni desolationem videbunt, & per orbem secundum Glosam intelligit hic uniuersam regionem Aegypti, & Aethiopiæ, contra quas Propheta insurgit, & inuehitur, propter earũ amplitudinem, & uastitatem, & inquit. Cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis supple, quæ prædixerim uobis, re ipsa euenire, signum in quam, idest uexillum in quod bellatores inspicere solent, & quod dum ad pugnã properant sequi, & dum clangorẽ tubę audieritis, id quod est signũ exercitus aduentantis, & appropinquantis tũc supple scietis, & uidebitis quia hęc dicit Dominus ad me. *Ego quiescam, & considerabo in loco meo*: Quiescam inquit D. Hieronymus donec ueniãt quæ præcepi, & considerabo in loco meo quis rerum finis sit futurus q d. nihil agam in eorum subsidium, & ut materna lingua dicimus, starò à uedere, quẽadmodum Deut. 32. dicit etiam Deus, considerabo nouissima eorum, generatio enim peruersa est, & infideles filii. Alii exponunt Ego quiescam idest quiescere faciam gentes ne vlterius infestent populum meum, id quod optime conuenit Deo, qui non in perpetuum irascitur neque continet in ira misericordias suas, posteaquam sumpserit pœnam de suis transgressoribus, & considerabo in loco meo idest conuertam oculos meos, & respiciam calamitatem populi mei, considerabo inquam in loco meo, dicunt exponentes, in loco meo, idest in Ecclesia, quę est sedes, & locus Dei, basis, firmamentum, & columna ueritatis. Iudæi dicunt considerabo in loco meo idest in templo Hierosolymitano. At ego fortè melius dico; considerabo in loco meo idest in me ipso. locus Dei est essentia sua, & nihil Dei est extra ipsũ, neq Deus dicitur extra se, ipse namq: immobilis manens dat cuncta moueri. Alii longè secus exponunt quòd eiusmodi uerba referãtur ad ipsum Prophetam, quod ipse videlicet, se quieturum, & consideraturum affirmet, quæ Deus illi reuelauerit. Sed hęc eorum expositio mihi certe parum adlubet, quoniam textui uim quandam inferre uidetur, propter ea quę immediate sequuntur. inquit enim considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis, quæ similitudines difficilè admodum aptari possunt hominibus quicunque sint illi. Dicit ergò Deus, ut priori expositioni acquiescam, Considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est, hoc est. quæ ego prædixi, ita certo euenient, & ita manifesta erunt absq; ulla ambiguitate, & rerum inuolutione & ab omni obscuritate aliena, sicut lux in meridie clara est, & manifesta. & nullam secum admittit obscuritatem, & quæ ego prædixi in tempore, & appositè euenient, quemadmodum nubes roris in die messis, quando uidelicet Rustici messores præ ardore solis ferè combusti maxime refrigerantur, & spiritum, acquires, dum nubes, aut ros illis aduenit resument. Dicunt alii quod Deus erit velut lux meridiana hostibus oppugnaturis Aegyptios, quia manifeste, & non sub umbra insinuabit illis, quid sit agendum, & erit uelut nubes roris in die messis eisdem hostibus, quia scilicet in laboribus, & erumnis illos fouebit, et subleuabit, iuxtà illud

Margin notes: A; B; C; D; *in loco meo*; *Deut. 32.*

Ps. 88. illud psal. 88. Exaltasti dexteram deprimentium eum, lętificasti omnes inimicos eius hæ quas hucusq; adduxi expositiones ad literam possunt vtcunquè admitti; sed longè melior, & verior expositio, iuxtà spiritualem sensum, hinc habetur, quòd .s. mittuntur legati ex omnibus Orbis terræ partibus ad quascunq; gentes, & cum primis ad gentem Israeliticam, velut ad eam ex qua facilius veritas doctrinæ poterat haberi (quoniam salus ex Iudæis est) quod cũ B eleuatum fuerit signum, idest sanctissimum Crucis vexillum, & clangor tubæ fuerit exauditus, idest cum prædicatum fuerit Euangelium, & annunciatum gentibus, Christum filium Dei pro humani generis redemptione cruci affixum, tunc omnes habitatores orbis, qui morantur in terra; & rebus terrenis fuere hucusq; addicti; tunc videbunt, & cognoscent quòd Dominus iam quieuit, & se à motu, & perturbatione C animi compescuit, neq; sic afflixit, vt nos penitus deseruisse videatur; sed ait Dominus ad me, ad me (inquã) idest ad omnes credentes, & intelligentes. Quiescam, idest non amplius vos affligam, neq; obliuiscar misereri vestri, & tunc velut lux meridiana vobis adero, & mentes vestras lumine spiritus Sancti illustrabo, & clarificabo, & eiusdem spiritus Sancti rore corda vestra ardore siccitatis exusta, refrigera- D bo. His dictis redit Esaias ad Historiam, sub qua tamen latet intellectus spiritualis, tamquam verus cibus animarum: Describit igitur in sequentibus verbis, Aegypti superbiam, & populi illius vastitatem, & cadauera per vniuersam prouinciam dispersa, ac relicta, quæ à bestijs, & volucribus veniet deuoranda. Dicit ergò vtens vel vsus metaphora messis, & agricolarum, dũ inquit. E *Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint abscindentur, & excutientur.* Sensus est quòd quemadmodum sępenumero contingit, quòd antequam veniat tempus messis, totus ager effloresscit, & videtur indicare vbertatem fructuum; & immatura perfe-

A ctio, hoc est, priusquam fructus maturescant, videtur arbor germinare, veruntamen contigit aliquandò ante perfectioné fructuum, arboris ramusculos præcidi, & quæ fuerint derelicta in eius arboris sublimitate abscondi, & excuti; ita propemodum contigit populo Aegypti, qui quasi à principio florere, & de se aliquid magnum polliceri uideba tur, verum cum maximè de se ipsis B præsumerent, & nihil vnquam mali sibi imminere existimarent, confestim à sua spe excidere coacti fuere, quando superuenere Assyrij, & oppugnare cæperunt, ac deuastare eorum vrbes, & arua, quoscunq; sibi obuios tàm magnos, quàm paruos perimentes, & quicquid poterat Aegyptijs aliquam spem afferre magnitudinis, & augumenti sublatum erit. Id autem Propheta declarat similitudine sumpta ab arboribus, et agris, vt optimè exponit. D. Hierony C mus dicens. Sicut enim ante maturitatem segetes erumpentes cito pereũt, quemadmodum hoc anno M D. XC. in tota ferè Italia, incredibili omnium ferè incolarum detrimento euenisse cõspicimus, & quemadmodum priusquã congruum tempus aduenìat, arbores germinantes redduntur inutiles, sic populi Aegyptij quasi rami inutiles falcibus præcidentur, & cunctæ propagines euanescent. D. autem Thomas col D ligens quæ hic dicit Esaias, inquit. tribus ex causis fructus arborum solere deperdi; aut quando flores decidunt, quòd vt plurimum contingit dum arbores aut agri ante tempus emittunt flores, aut folia; aut quando fructus sunt præcoces, & immaturi: uel quando ventus turbinis eos deijcit: tertio quando rami quibus insunt fructus abscinduntur, vel exiccantur. Hoc est quod dicit Propheta ante messem, E idest ante tempus debitum, & conueniens, totus effloruit, & immatura perfectio germinabit; sed nondum perfectum, & maturum fructum produxit. Et præcidentur ramusculi eius.i. minimi quiq; ne rursus posśint germinare, & alios producere fructus.i. vires resumere, cornua erigere, & res suas firmius stabilire, & quæ derelicta fuerin post

occisio-

occisionẽ,&vastationẽ,abscindẽtur,supple à Caldeis,& alijs nationibus,&excutiẽtur.i.ammouebuntur de terra sua,ita vt nõ amplius possint efflorescere. Cũ postea subdit, *& relinquentur simul auibus montium,& bestijs terrę: & ęstate perpetua erunt super eum.* Idest populũ Aegyptium volucres, & oẽs bestiæ terræ sup illũ hiemabunt. omissa metaphora trãsit Propheta ad veritatẽ historiæ,volẽs innuere ꝙ cadauera hominũ occisorũ,q̃ erunt derelicta in agris,& insepulta,erunt perpetuo tẽpore,hoc est tã in ęstate, q̃ in hieme cibus volucrum, & bestiarũ: aut dicas ꝙ p uolucres,& bestias terræ intelligit Propheta ipsos Assyrios,& quoscunq; alios,qui de longinquis partibus aduolabunt, ad cõsumẽdas & deuorandas gentes, q̃ post vastationẽ Aegypti residuæ erũt,nec eas solũ, sed quæcunq; erũt illis finitimæ, & cõterminæ. Aliqui ex nostris referunt hæc oĩa ad tẽpora nouæ legis; permessem intelligentes Ecclesiam Dei, q̃ anteq̃ fructus ,purus pfectus, et maturus, qui est Xp̃s Dñs mundo appareret, cępit florere,& iam iã paratus erat orbis ad fructũ producendũ, quippèqui floruit qñ prophetiæ de ipso passim edebantur,& legebãtur, et multa vbiq; miracula cernebãtur:dũ postea venit plenitudo tẽporis,natus est Xp̃s,qui est fructus ille bñdictus productus ex utero Virginis Matris: de hac eadẽ messe loquutus est hic Propheta cũ dixit; lætabũtur corã te,sicut qui lætãtur in messe:et Dñus Io: 4, Leuate(inquit) ad Discipulos suos,oculos vestros,& videte regiones,qa albæ iã sunt ad messem. Sed melius infra textus iste declarabitur.

Ioan. 4.

Cum postea subdit, *& precidentur ramusculi eius falcibus*, volũt hæc referri ad destructionem Iudeæ inuectã à Romanis post passionẽ Dñi,qñquidẽ in illa euersione Iudæorũ infantes,& illorũ patres,veluti sarmẽta fuere p̃cisa,et bestijs agri,hoc est gẽtibus infidelibus, et Idolorũ cultricibus relicta,et in earum potestatẽ penitus redacta, Tandẽ in fine huius capitis describit, ac p̃dicit Esaias qd futurũ est post illas clades, et ruinas tũ Aegyptiorũ tũ Iudęorũ,et ĩquit.

Tex. *In tempore illo deferetur munus Domino* A *exercituũ à Populo diuulso, & dilacerato: à populo terribili, post quẽ nõ fuit alius, à gẽte expectãte, et pectãte,& cõculcata,cuius diripuerũt flumina terrã eius,ad locũ nominis Domini exercituum montem Syon.*

Horum verborum sensus ad literã est. Quod postq̃ viderint Iudæi hãc desolationẽ,et ꝙ nequaq̃ potuerũt Aegyptij illis ferre suppetias, et res eorũ in maximo discrimine fore cõstitutos,cõuertẽtur et reuertẽtur ad Dñm Deũ suum, B et tũc deferẽt munus,& oblatio Dño Deo exercituũ Deferetur(inq̃) munus à Populo diuulso,et dilacerato à varijs,et diuersis nationibus:à populo(inq̃) illo terribili p quẽ,et cuius causa tot magnalia, et mirabilia operatus est Deus:à populo(inq̃) illo terribili, postquẽ nõ fuit alius,neq; unq̃ erit.ab eo populo offerẽt munus Deo à gẽte expectãte,expectante;expectante .s. auxilium ab alienis, et ab eisdem,à quibus expectabat auxi- C lium conculcata et prostrata, et q̃ expectabat,et sperabat auxiliũ , et fuit decepta,cuius terrã flumina.i.inũdationes , et multitudines hostium diripuerũt: veniet tandem ad locũ nominis Domini exercituum videlicet ad montẽ Syon.

Præter hanc expositionẽ, q̃ cõmuniter solet adduci, est alia expositio fortasse magis ad intẽtionẽ ipsius Prophetæ, vt v3. dicamus,ꝙ eo tẽpore quo populus Iudæus fuerit vndèquaq; conuulsus, et D dilaceratus,et cũ fuerit allata cognitio veritatis,et Sãctæ fidei,deferetur munus Dño exercituũ à populo diuulso, et dilacerato.i.ab ipsis Apostolis, et Xp̃i fidelibus, qui iurè quidẽ põt appellari populus diuulsus,et dilaceratus,vt paulò ante dicebamus: sed p̃ter rẽ qñ in principio nascẽtis Ecclesiæ, et multo postea Xp̃i fideles innumeras psecutiones passi fuere,et p̃sertim ob multas hęreses q̃ singulis ferè tpibus vsq; in p̃sentẽ diẽ E cõuulserũt,et dilacerarũt Ecclesiã Dei, neq; vllũ erat mortis genus , ꝙ ipsi non fuerint patiẽter exptí;nec solũ ipsi se ipsos obtulerũt Deo ĩoblationẽ et hostiã, verũ,et plurimos tã ex Iudæis q̃ ex gẽtibus ad Xp̃i fidẽ adduxerũt,et verè qdẽ poterat dici populus iste terribilis,postq̃ nõ fuit alius tã maximũ terrorẽ qui populis icusserit suis magnificis,et mirificis,

 actio-

actionibus dũ cõminãte Petro Anani as, et Zaffiras vxor eius, ceciderũt mortui ad pedes eius, vbi fact⁹ est timor magnus in vniuersa Ecclesia, Act, cap. 5. similiter cũ Petr⁹, et Ioannes ascenderẽt in tẽplũ, cõfestim sanũ, et incolumẽ reddiderũt quẽdã qui erat claudus ex vtero Matris suę. Quid plura? Nonnè plerique sanabãtur ad vmbrã tãtũ ipsius Petri eos obũbrãtẽ? Quarè cũ per manus Apost. fierẽt prodigia, et signa magna ĩ populo, nõ ĩ merito chorus Apost. terribilis poterat nũcupari, dicebatur etiã expectãs, et expectãs, quoniam sũma cũ patientia, et spe incredibili semel, atque iterũ expectabat æternã salutẽ, q̃ et nos Christi fideles nõ secus atq; ipsi sũmo cũ desiderio, et animi deuotione ac puritate fidei expectare debemus, et præcari.

Act. cap. 5.

CAPVT DECIMVMNONVM

1. NVS Aegypti. *Ecce Dominus ascẽdet super nubẽ leuẽ, & ingredietur Aegyptũ, & commouebũtur simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet*
2. *in medio eius:* Et *cõcurrere faciã Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugnabit uir cõtra fratrẽ suũ, & uir cõtra amicũ suũ, ciuitas aduersus Ciuitatem, regnũ aduersus re-*
3. *gnũ.* Et *dirũpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & cõsiliũ eius pracipitabo: & interrogabũt simulachra sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos.* Et *tradã Aegyptũ ĩ manu Dominorũ cru*
4. *deliũ, & rex fortis dominabitur eorũ, ait Dominus Deus exerci-*
5. *tuũ.* Et *arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atque siccabitur,* Et *deficient flumina, attenuabuntur, & siccabũtur riui aggerũ. Calamus, & iuncus marcescet, nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & nõ erit.* Et
6. *mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumẽ hamũ, & expãdẽtes rete super faciẽ aquarũ emarcescent. Cõfundẽtur q operabãtur linũ, pectẽtes, et texẽtes subtilia. Et erũt irrigua eius flaccẽtia omnes qui faciebãt lacunas ad capiẽdos pisces.* Stul
7. *ti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederũt cõsilium insipiens: Quomodo dicetis Pharaoni: filius sapiẽtiũ ego, filius regum Antiquorũ? Vbi nũc sunt sapiẽtes tui? annuncient tibi, & indicẽt quid cogitauerit Dominus exercituũ super Aegyptũ. Stulti facti sunt principes Taneos, & marcuẽrũt pricipẽs Mẽpheos, deceperũt Aegyptũ, ãgulũ populorũ eius, Dominus miscuit in medio eius spiritũ Vertiginis: & errare fecerũt Aegyptũ ĩ*
8. *õni opere suo, sicut errat ebrius, & vomẽs* Et *nõ erit Aegypto opus, q faciat caput, & caudam incuruantem, & refrenantem.* In die
9. *illa erit Agyptus quasi mulieres, & Stupebũt, & timebũt à facie cõ*

motionis

motionis man' Domini exercituũ, quã ipse mouebit sup eã. Et erit 10.
terra Iuda Aegypto ĩ pauorẽ: oẽs q illius fuerit recordatus pauebit à facie cõsilii domini exercituũ, quod ipse cogitauit super eã
In die illa erunt quinque ciuitatis in Terra Aegypti, loquentes 11
lingua Chanaan, & iurantes per dominum exercituum: Ciuitas
solis vocabitur vna. In die illa erit altare Domini in me- 12
dio terra Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius erit in signum, & in testimonium Domino exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulan-
tis, & mittet eis Saluatorem, et propugnatorem, qui liberet 13
eos. Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, et colent eum, in hostijs, et in mu-
neribus; et uota nouebunt domino, et soluent. Et percutiet 14
Dominus Aegyptum plaga, et sanabit eam, et reuertentur ad
Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos. In die illa erit uia 15
de Aegypto in Assyrios, et intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegy-
ptius in Assyrios, et seruient Aegyptii Assur. In die illa erit Is- 16
rael tertius Aegyptio, et Assyrio, benedictio in medio terra cui benedixit Dominus exercituũ, dicens: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuũ mearũ Assyrio: hereditas aũt mea Israel.

EXPLANATIO IN DECIMVMNONVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ONus Aegypti: Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, et ingredietur Aegyptum, et commouebuntur simulachra Aegypti à facie eius, et cor Aegypti tabescet in medio eius.*

Euseb. lib. 8. cap. 5. & lib. 9. cap. 2. PRæsens caput multas habet interpretationes velut pleraquè alia in scriptis Prophetarum. Verum quòd attinet ad eius intentionem ex primis verbis apparet, Prophetã hoc loco pdicere onus, grauamen, ruinas, & calamitates Aegyptiorum sermone longe clariore q̃ in præcedenti capite, vbi vocibus ma- A ximè obscuris & inusitatis est vsus. Diuiditur autem istud capitulum prima sui diuisione in duas partes. In priori describit ipsam calamitatem; & vastationem quæ certè maxima fuit, atq; id vsq; ad quintam huius capituli particulam inclusiue: in posteriori eos cõsolatur, & prędicit eos ad ueram fidem tandem accessuros. Dicit ergo. Onus Aegypti. Alij dicunt. Visio Aegypti: seu Verbum quod fecit Dominus cõtra Aegyptum. Sed meo iudicio nulla Diuisio cap.

est

est melior, & conuenientior inscriptio quàm ista, videlicet, Onus Aegypti. q.d. iactura, pondus, & grauamen, tribulatio pariter et afflictio ipsius Aegypti; quemadmodum dicit Apostolus. Vnusquisq; onus suum portabit: omnes. n. communiter loquendo, suam habent in hoc mundo iacturam, suas quisquè afflictiones, ac tribulationes, & nemo ferè est, qui suam in hoc mundo non cogatur deferre fortunam aliqui magis, aliqui verò minus. Verum nota, quéadmodum alij obseruarunt, quòd licet Propheta in hoc capite proponat agere contra Aegyptum, & describere eius ærumnas, & calamitates, non omnia tamen hic prædicta de ipso adamussim verificantur, præter quam quòd per Aegyptum allegoricè debemus intelligere mundum quem Christus sua passione, & resurrectione subiecit, & ad suam fidem traduxit, ut postea loco suo videbimus. Posito titulo, & huius capitis ꝑmisso, vel poti⁹ insinuato, breui argumẽto expendamus singula verba tex. Dicit. *Ecce Dominus ascendet super nuebm leuem: & ingredietur Aegyptũ.* Communiter solet exponi particula ista iuxtà sensum literalem, quòd Dominus, qui est vniuersorum Dominus, & Deus vltionum præter omnium opinionem, aut citrà omnem spem, & contra omnium consilia, & iudicia, nullo, quid tale cogitante, tanquam aliquid noui facturus ascendit, tunc cum ipse decreuerit ascendet super nubem leuem: & ingredietur Aegyptũ: que fuerit ista nubes leuis, multi multa dicunt. Nõnulli existimant hanc nubem leuem fore Assyrios quorum mentes, & corda mouit Deus, & instigauit, ut confestim, & absq; vlla mora caperent arma aduersus Aegyptios, qui videbantur quasi cum Deo congressuri, & eius voluntatem velle impedire, aut illi pertinaciter obsistere; Dum ipse iam statuerat Iudæos ob crimen Idololatriæ, & ob alia quàm plurima eorum scelera, & flagitia diuina exigente iustitia grauiter affligere, vel punire: dicitur autem exercitus Assyriorum esse velut nubes, propterea quod velut ex nube grauida, & densa horribiles tempestates solent oriri; ita vbicunq; exercitus Assyriorum pedem fixerit, vel quocunq; diuerterit, non secus atq; horribilis tempestas illuc accessisse videatur. Dicitur autem leuis, tum propter eius velocitatem, tùm quia leui, & facili motu, neq; multo cum labore aut negocio arma sumpserunt contra Aegyptios. Ego autem dico, quòd Dominus dicitur ascendisse super nubem leuem tàmquam super currum quẽdam leuissimum & expeditissimũ, qua loquendi formula apud imperitos ostenditur potentia, & maiestas Dei, q̃ in ictu oculi absque vlla temporis dilatione præsto est ad puniendos reprobos, & peruicaces, quæ celeritas, et extemporaneà diuinæ virtutis executio describitur per leuitatem nubium. Vndè Propheta nubes, & caligo in circuitu eius. Vel exercitus Assyriorum super quem Dominus ascendit in Aegyptum comparatus ad potentiam Dei vocatur nubes leuis, Eusebius dicit nubem leuem hic dici corpus Christi de spiritus Sancto conceptum quòd aliqui dicunt crassitudinem leuem. At si uolumus verum, & præcipuum huius uatis intellectum explicare, dicemus quòd Dominus Deus ascendet super nubem leuem, quia cum venerit tempus præfinitum à Patre, suscipiet humanã carnem nullo pondere peccatorum grauatam, quæ dicitur nubes, quia Spiritus Sancti virtute fuit formata nullo hominis auxilio quemadmodum nubes generantur sursum in aere virtute solis, & dicitur leuis ob causam iam dictam. Aut dicamus, quòd per nubem leuem per quam Dominus ascendet potest intelligi sacratissimum, & prorsus immaculatum Beatæ Virginis corpus, quod pariter dici potest nubes leuis, quia dũ Christus in eius vtero, & ex purissimis eius sanguinibus carnem suscepit, nullo eius uenter quouis genere peccati grauabatur. D. Cyrillus inquit nubem leuem esse carnem Christi purissimam, quam sumpsit ex Maria Virgine, quam nubem leuem nominat, quòd typus esset, & figura pluuiæ spiritalis: adeò ꝙ per nubem leuem hoc in loco spiritualiter non solum Christi caro desumpta ex Virginis Vtero; uerum & corpus, ac uenter

Aegyptus, Mundus.

Nubes leuis qua.

nenter Sacratę Virginis nuncupatur quia nullo peccati pondere grauabatur. Vndè, et D. Ambrosius in libello de institutione Virginis inquit. Virgo Maria tamquam nubes pluuit in terras gratiam Christi, quæ dicitur leuis, quia coniugij onera nesciuit, quæq; mundum leuauit de graui foenore peccatorum, quibus uerbis manifestè ostenditur per nubem leuem intelligi carnem Christi, & corpus. B. Virginis. *Et ingredietur* (inquit) *Aegyptum*, idest mundum, dum Virgo peperit ipsum. Et tunc profectò dicitur etiam ascendisse nubem leuem, quando nesciente Herode, & nullis eiusdē satellitibus quicquàm tale cogitantibus, fugit in Aegyptum, admonito Ioseph ab Angelis in somno; ut adimpleretur uaticinium. Ex Aegypto uocaui filium meum: sed ut ad literam redeamus. Dicit tex. Quod ingrediente Domino Aegyptū. *Commouebuntur simulachra à facie eius*. Quamquam enim non constet ex sacris literis, cum Dominus infans ingressus est Aegyptum, commota esse simulachra & ad terram deiecta, certū est tamen, & prorsus indubitatum, qđ adueniente Christo in mundum, & publicato Euangelio, commota sunt, imo confracta simulacra Aegypti à facie, & præsentia uirtutis, et potentiæ Christi, neq; quicquam dubito, imo firmiter, et constanter teneo commota fuisse simulachra Aegypti, idest suam uim amisisse, dum primum Christus adhuc puer ingressus fuit Aegyptum. Nec puto me ire inficias si dixerim, tunc fuisse Aegypti simulachra commota, cum Assyrij, aut potius Romani (Deo iubente) expugnarunt Aegyptum, & ea ratione dicuntur commota, quia non in ea opinione, seu existimatione apud eorum cultores extiterunt, quemadmodum prius, cum neq; potuerint eis opem ferre in tanta necessitate, et rerum perturbatione Vel dicendum quòd adueniente exercitu Assyriorum commota sunt simulachra Aegypti, idest demones qui in eis latitabant, et dabant responsa, qui tunc amiserunt uirtutem suam. Et multa etiam in impetu belli, et armorum strepitu fuere confracta.

Huius loci meminit Eusebius in fine lib. 8. & cap. 2 lib. 9. Et lib. 6. cap. 20.

Mat. cap. 2.

A Sed uerius dicuntur fuisse commota, et confracta, cū Christus adhuc fuit puer in Aegyptum deductus; sed longe clarius cum fuerit predicatum Euangeliū. tunc enim non solum simulachra lignea, et lapidea; sed praua, et peruersa dogmata penitus corruerunt, et absumpta sunt. Et cor Aegypti tabescet in medio eius, idest cor populi liquefiet, et animo cōsternabitur in medio eius, idest in intimis eius pręcordijs cum uiderit hostes aduenisse, et rerum potiri, et simulachra quib⁹ fidebant fore commota, idest non illud, quo tunc maximè indigebant auxilium illis prębere. Non enim possumus non maximè turbari, et commoueri, cum omnia præsidia, quibus nitimur, irrita, et uana esse conspicimus.

B Vt autem res hęc perspicuè declaretur nunquid scilicet simulachra Aegypti fuerint cōmota cum Dominus ingressus est Aegyptum, imo non solum commota uerum etiam confracta nonnulli ueteres affirmarunt, et primo quidem Eusebius lib. 6. demon. Euang. cap. 20. Et apertius lib. 8. in fine et alibi. Et Procopius apertè dicit. cum Dominus puerili ętate in Aegyptum deuectus est, ineffabili potentia confregit Idola. Et quidam alius inquit Non descendit dominus in Aegyptum, ut mortem euitaret sed ut mortifera idola disiparet, et Theodoretus. Error (inquit) Deorum deletus est in Aegypto, et ille qui rectus est in nube leui, ab Aegyptijs est adoratus. Et tunc uerum etiam fuit quòd prędixit Esaias hoc in loco dicens. Et cor Aegypti tabescet, idest liquefiet in medio eius, idest igne Spiritus Sancti inflammabitur, et hoc modo commolietur, et liquabitur cor illius populi cognita ueritate, et spręto uanissimo Idolorum cultu, dū aperte nouerint ijdem populi eorum deos nullam re uera potestatem habere, nec eis posse suffragari, si tamen uolumus sustinere simulachra Aegypti fuisse cō mota, et confracta, dum accesserunt Assyrij, non erit absurdum ut mox annotauimus sed litera habet, quòd commouebuntur à facie eius, idest Christi hoc pacto saltim intelligendo, quo supra

C D E

pra

pra diximus, fuisse commota, idest vim suam amisisse, & si non fuerint omninò confracta. Sequitur aliud incommodum, & infoelicitas futura aduersus Aegyptios; Et inquit. (Tex. 2.) *Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugnabit contra Fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum.*

Quicquid fuerit penes Aegyptios ex his quæ hoc loco prædicit Esaias; certum est tamen in aduentu Christi in hunc mundum hęc omnia contigisse, quemadmodum ipse apud Matheum inquit. Si quis uenit ad me & non odit Patrem & Matrem &c. non potest meus esse Discipulus. (Matt. 10. Luc. 14. Mar. cap. 13.) & clarius apud Marcum. 13. cap. dum inquit. Tradet frater fratrem in mortē & Pater filium, & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos: Nec tamen dubium esse potest hoc idem accidisse Aegyptijs dum aliqui ex his volebant cedere, aut fędus inire cum Assyrijs, quidam alij volebant omnino obsistere, & vsq; ad Sanguinem rem suā tueri; id quod etiam videmus in plerisquē Regnis, ac Ciuitatibus reperiri, & plerunq; etiam in vna, & eadem domo, & præsertim hac nostra tempestate incredibili omnium bonorum dolore contingit in amplissimo regno ipsius Galliæ, dum vna prouincia aduersus aliam, vna Ciuitas aduersus aliam, & in eadem ciuitate aliqui Ciues oppugnant alios, & tandem in eadem domo sunt variæ scissiones, & sectæ. Aliqui dicūt hāc pugnā fuisse inter Aegyptios, non quidem quòd aliqui ex eis vellent se iungere Assyrijs aliqui uerò non sed quòd variæ erant in eis voluntates, varia consilia, & quisq; volebat alijs præferri: sicq; mutuis inter se se odijs confictabant, & adeò se inuoluebant, & impediebant, quemadmodum vepres quæ sibi inuicem cohęrentes mutuo se pungunt. Non tamen desunt qui hæc omnia ad Christi tempora volunt referre cum nusquam secundum eos legatur Aegyptios cessisse Assyrijs, aut Babilonijs, sed varia fortuna belli inter eos pugnatum: neq. legitur vnquam seditionibus inter se fuisse dissectos verumtamen

A men D. Hieronymus dicit oppositum & multis Scripturæ authoritatibꝰ cōfirmat. vide ipsū sup hunc locū. Cū vero dicitur regnum pugnabit aduersus Regnum, cum in præsentia loquamur de vno Regno Aegypti, non existimes plura ibi fuisse regna; sed per regnum hoc loco intelligamus diuersas eiusdem regni pronuincias, sunt regiones, quēadmodum nos itali diceremus Aethruriam pugnare aduersus Apuliam, seu B Romandiolam, aut Flaminiam, quæ sunt prouinciæ in eodem regno, siue orbis parte existentes, & sic uerum est quòd ait Propheta. Prædicit Esaias aliam Aegyptiorum calamitatē dicēs. *Et dirumpetur spiritus Aegypti, in visceribus eius, & consilium eius pcipitabo: & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos & pythones, & ariolos &c.*

Dirumpetur (inquit) Spiritus Aegypti. hoc est, ita confundetur, & labefacta- C bitur, quòd prorsus ignorabunt quid agere debeant. Et si fortassis aliquod rectum cōsiliū apprehenderint; ignorabunt modum, & rationem, qua illud exequantur. Vel dirumpetur Spiritus Aegypti in visceribus eius, hoc est, in suis primatibus, & cōsiliarijs, qui protinus amittent robur, fortitudinem, & constantiam. (Spiritus quò potest dirūpi.) Certum est enim Primates, & Consiliarios fore viscera ipsius Reipublicæ Aut tertio dicas. dirumpe- D tur Spiritus Aegypti in visceribus eius, idest tam extremo, & incredibili dolore spiritus, & anima totius populi commouebitur, et concutietur, vt eorum viscera disrumpi, et confringi videantur. sed melius, disrumpetur spiritus Aegypti in uisceribus eius, quia tunc erunt seditiones, et odia intestina in intimis visceribus. hanc calamitatē ad Christi tempora referentes, dicunt Spiritum Aegypti in aduentu Domini E disrumpi et commoueri, quia omnem lapidem mouebunt, quò Christianos ab eorum conuersatione summoueant, nec poterunt quicquam efficere; Vndè conuenienter sequitur. *Et consilium eius præcipitabo.* Tunc enim præcipitari dicitur aliquod consilium, cum quippiam repente, temerè, et inconsultò efficitur. (Præcipitare consilium.) Debet enim consilium esse perfectum,

fectum, maturumque, ac diu præmeditatum; cum præsertim res arduæ ac difficiles nos perurgent, & nos vulgo dicere consueuimus; Deum cum vult aliquem ob male acta punire, auferre ei cerebrum, & mentem, vt quæ sunt opportuna nequeat inspicere; quo nempe modo Deus optimus Max. egit aduersus Aegyptios, dum ab Assyrijs erãt oppugnandi subtrahens illis iudicium, & rectum consilium. Quo etiam pacto egit aduersus eosdem, dum à suis sedibus nitebantur pellere ipsum Christũ. Ipsi enim ĩterrogabũt simulachra sua, Deos suos fictiles, & lapidos. Et diuinos suos, & pithones, & ariolos. Diuini dicuntur ab archano seu secreto, quod.s. eiusmodi hominum genus archanis, & secretis verbis vti soleat, & plerumq; ijs vocibus, seu clamoribus quæ nullũ habent sensum, vt virtutem ad aliquid operandum. Pythones dicuntur quidã homines Demoniaci, qui animas ab inferis euocare dicuntur, per quas interrogantibus futura prædicunt, dicti à Pintanome verbo Græco, quod latine significat interrogo, quòd interrogati respondebant quid futurum esset. Arioli dñr, & ipsi qui futura diuinant, dicti Arioli quasi farioli à faris, vel à fando, quia.s. fantur, & loquuntur quæ plerũq; nesciunt: sed de his hominum monstris vide alia quæ supra notauimus cap. 8. huius operis. & propterea sequitur; *Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorũ: ait Dominus Deus exercituum.* Domini crudeles hoc loco veniunt intelligendi Babilones, & Assyrij, qui maxima ira, & furore perciti, expugnaturi venerant, & penitus euersuri vniuersam Aegyptũ: appellantur Domini crudeles ꝙ nullum habent pietatis affectum, nullis mouentur precibus, aut officijs, sed duri, & asperi sunt contra quoscunquè, & presertim cõtra eos quos euicerũt. Rex fortis dominabitur eorum, idest qui nullis commouetur supplicationibus, imò quo magis exoratur redditur obstinatior, & hoc hominum genus est instar quorundam lapidum, aut lignorum, qui quò magis alicui elemento vt aquę vel igni opponuntur, eo magis obdurescunt, & consolidantur; sed melius quidem meo iudicio, per Regem fortem intelligendus est Rex inuictus, & constans, quales erant Romanorum Imperatores, in quorum manus circa tempora aduentus Christi deuenerunt Aegyptij, qui prius suos habebant Reges. Atqui Domini crudeles, & Reges fortes sunt reuera Principes gentium, qui suis tantum commodis, & voluptatibꝰ inseruiunt, nequè vllam habent curam subditorum. Domini crudeles, & Reges fortes sunt Demones, qui nos incessanter oppugnant, iuxtà illud Euang. Cum fortis armatus.i. Diabolus custodit atrium suum. Et deniquè Domini crudeles, & fortes sunt ipsæ hominum voluntates corruptæ, & peruersæ, quibus in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum deducimur, & tradimur. Dicuntur etiam crudeles domini, qui parcunt iniquitati, & ad omnia scelerũ genera solent conniuere. Contra uerò Deus cum sit misericors, dicitur aliqñ crudelis apud Hieremiam, quia nõ parcit iniquitatis ut refert. D. Augustinus Epi: 54. inquit tandem. Ait Dominus Deus exercituum. Timeant Aegyptij, timeat vnusquisque, qui vult repugnare iussionibus Domini, & repellere seruos, & ministros suos; quoniam eiusmodi comminationes, et prædictiones non sunt hominũ uerba, sed eius qui solus est potens, & Dominus exercituum, qui potest mutare regna, & Imperia, et ea destruere, et restaurare, sicut ei placitum est. Aliud incommodum Aegyptijs futurum prædicit ipse Propheta d. *Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atq; siccabitur.* Et rursus. *deficient flumina: attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum.* Commodè quidem, et opportunè postquàm expręssit Aegypti calamitates futuras penes hominum subiectionem, prædicẽs eos sub maxime tirannide, et sub dura seruitute crudelium Dominorum quãdoq; futuros: nunc prædicit eorum miseriam quò ad terræ desolationem, et sterilitatem, quæ tunc dicitur desolari, quòd priuatur aquis, quarum beneficio tota regio irrigata fouebatur. Propterea inquit. et arescet aqua de mari

tino

Consilium quale debet esse.

Diuini

Pythones

Arioli.

Tex. 3.

Domini crudeles Domini fortes qui

siue mediterraneo quod attingebat, & alluebat oras quasdam Aegypti, vel intelligit lacum quendam satis amplum, & copiosum, quem D. Hieronymus uocat lacum Mareoten siue Mareotidem. & dicitur arescere, quia non tãtum fructus, & beneficij afferet Aegyptijs vti solebat, & est locutio hyperbolica, siuè similitudinaria; sic cum dicit: & fluuius desolabitur, atq; siccabitur. Et idem repetit, vt magis terreat, & rem ipsam clarius demostret, & corroboret, cum inquit. *Et deficient flumina, & attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum*. Aggeres dicuntur veluti munitiones fluuiorum quibus impediuntur flumina ne foras prodeant, & agros innundent. Quarè cum .d. siccabuntur riui aggerũ vult innuere nullam amplius futuram necessitatem conficiendi aggeres, ob excessum, & superaffluentiam riuorũ, qui à principali flumine dimanant. Appellat Nilum flumina cum inquit. deficient flumina, quia per septem latera aut ostia intrabant in mare. Sic etiam cũ. d. nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & non erit: hæc omnia dicta hyperbolicè, sic etiam cum dicit. *Calamus, & iuncus qui oriuntur in paludibus, et consertuantur, marcescent, & putrefient*, Quia deficiente aqua non habebunt humorem: per alueum riui quidam intelligunt littus fluminis aut ripam. Ego autem potius intelligerem lectum, vt dicunt, fluminis. Per sementem irriguam intelligunt ea quæ sunt seminata, & posita iuxtà riuos aquarum, quibus necessario quę indigent seruntur vt fructum producant, cum in ea regione, iuxtá sententiam ferè omnium, nõ sint pluuię. Proinde arefactis aquis, & desiccatis fluminibus necesse est quæ sunt iuxtà ea, hoc est. iuxtà flumina, & riuos ab illis dimanantes desiccari, & in nibilum redigi.

Aggeres.

In Aegypto non sunt pluuię.

Cum postea subdit. *Et moerebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent; Confundentur qui operabantur linum pectentes & texentes subtilia: Et erunt irrigua eius flaccentia; omnes qui faciebant lacunas ad ca-*

A *piendos pisces*. Supple moerebunt & gement: & ratio est, quia piscatione parabant sibi victum, & alia necessaria ad vsum humanum, sic etiam qui Conficiebant retia, vndè sibi quæstum, & victum parabant, cum nulli essent amplius vsui mœrebant, & dolore conficiebantur, sic & illi qui operabantur linum, id quod non potest fieri absq; vsu aquarum, confundentur (inquam) .i. perplexi erunt, & animo consternati, quia

B ignorabunt, cum nullam aliam artem, aut opificium didicerint qua ratione possent se, & familiam sustentare; pectentes, & texentes subtilia, idest bissum, linum candidissimum, vestes ex serico cõfectas, sagenas, & alia eleganter, & operose laborata: & non ab re de ijs qui conficiunt linum vtitur Propheta nomine operis, dicens. qui operantur linum; quando nihil sit ex his quæ ex terra nascuntur, quòd tantam operam,

C & industriam requirat, quantam linũ, vt experientia testatur, quantum temporis, laboris, & studij insumant Pauperculæ Mulieres in conficiendo lino, & vestibus quæ indè consuuntur. Postremo non parum dolebunt, & gemẽt, ac male habebunt, qui faciebant lacunas, idest viuaria, stagna, lacus, & piscinas ad conseruandos, & capiendos pisces quorum incredibilem copiam pro ducere solet fluuius Nili, quia irrigua

D istius fluuij erunt flaccentia, hoc est, modica admodum, & ea quidem corrupta, & lutuosa aqua erunt oppleta, & magna ex parte arefacta, & exsiccata. Hæc autem omnia non ea ratione sunt allata, quasi re uera voluerit innuere Propheta aquam Nili, vel etiam ipsius maris desiccandam esse, & penitus arefieri, quamquam & id facillimum sit ipsi Deo, sed voluit innuere, quòd post captiuitatem tanta erit inopia, & om-

E nium bonorum caritas, quòd videbitur mare desiccatum, & fluuium Nili vsq; adeò amplissimum, & copiosissimum aquis omnino destitutum, & re uera nescio, quo maiori artificio, quibus similitudinibus, tropis, & figuris uti potuisset Sanctissimus, pariter, & eruditissimus iste vates, ad describendam summam, & incredibilem illius regni deso-

desolationem ac destructionem: sed multo maior erit destructio, & desolatio, quæ erit alterius Aegypti, hoc est, ipsius mundi in die iudicij.

Dubium Propter ea quę hic dñr, merito quis posset ambigere. cur Dominus Iesus, cum primum fuit in lucem ęditus, fuerit destinatus in Aegyptum proficisci? huic dubitationi respondet Eusebius Cesariensis libro 6. demonstrationis Euangelicæ cap. 20. & lib. 9. cap. 2. vbi perbellè satis, & egregiè hanc affert causam. d. quòd Aegyptij primi omnium fuerunt qui cęperunt colere multos Deos, ac Demonibus offerre sacrificia; & proindè vniuersis mortalibus superstitionis, authores exstiterunt, & præ omnibus alijs Demoniacis artibus, & curiositatibus operam dedere, & ob id diuina scriptura præcipuos populi Dei hostes fuisse testata est, quinimo non erubuit antiquus eorum Rex fateri se non nosse Dominum, neque cum eo commune quicquam habere; sic enim respondit ipsi Moysi roganti, vt Dei populum dimitteret; non noui dominũ, & Israel non dimittam. Volens ergo misericors, & clemens Deus insigne quoddam suæ virtutis specimen nobis exibere, præmisit filium suum in illud Regnum; cuius aduentu non leuis, & exigua illius regni futura erat mutatio; quia videlicet referente scriptura in hoc eodem cap. cognoscent Aegypti Dominum qui videlicet non cognoscebant illum prius, & vouebunt Domino uota, & soluent; & colent eum in hostijs, & muneribus, & quæcunq; alia in hoc eodem capite referuntur quod cõmouebuntur simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius: quodq; maximæ sint futurę dissẽsiones, & dissidia inter Aegyptios, cum Christus ad eos accesserit, & cum postea fuerit prædicatum Euangelium, omnia hæc profectò verissima extitisse demostrat idem Eusebius. Et quamquam non dubitem verum fuisse, quòd ingrediente Domino Aegyptum fuerint commota eius simulachra, quòd ferre non possent suæ virtutis præsentiam, fatearq; multo magis non solius Aegypti, verum totius orbis terrarum

Solutio

Exo. 5.

lib. 6. cap. 20

A commota esse consilia, naturas hominum, & ingenia, qui agnotis dolis, & fraudibus Sathanæ sunt conuersi ad Christum Dominum: & ob id eius piscatores, & qui olim conficiebant retia & suis rebus eorum præsidio optimè consulebant detecta Demonis astutia, moereant, ac tristentur, nihilominus versa uice etiam existimo conuenienter posse intelligi, cum Dominus fuit ingressus Aegyptum, hoc est, hunc mũ-
B dum, & cum cæpit prædicari Euangelium, et Christi fides, commota esse simulachra, idest varia dogmata, multas hęreses, et opiniones, et dẽniq; sapiẽtiã huius mundi, de qua maxime olim homines gloriabãtur exoleuisse, & arefactã esse ita ut Spiritus qui tunc vigebat in hoc mũdo dirũperetur ĩ visceribus eius, & diuideretur, quò factũ est, vt multæ exortæ fuerĩt sectæ, & scismata et aquę fluuij sint arefactæ, qa nulla, vel modica
C fides ĩ aquis. i. in Populis fuerit reperta, iuxta illud Lucæ 18. d. Putas ne cũ filius hominis venerit in mundum, inueniet fidem in terram? Hinc factum est, ut piscatores, et tendentes rete in mare, hoc est Apostoli, qui cõstituti fuerant piscatores hominum, ut scilicet, caperent pisces, idest animas, et traherent ad salutem, et qui reficiebant retia. i. emendabãt, et corrigebant mores hominum, et ad vnitatem, et concordiam
D quoscunq; redigere conabantur, isti (inquam) piscatores nunc tristentur, ac lugeant quia nullum charitatis uestigium, et rectę intentionis propositum in mundo inueniunt, et præsertim his nostris temporibus, in quibus multæ, et variæ hæreses inualuerunt, et re vera contingit pugnas, et concertationes varias, non solum inter extraneos, et inter cognatos, et notos, uerum et inter eos, qui sunt sanguine coniuncti sæpe
E reperiri, et propterea iurè moerent piscatores, et lugent et c. Et ne omnino recedamus à litera dicamus quòd occupato regno ab Assyrijs piscatores etiã moerebunt, quia sublata erit eius facultas piscandi ob inopiam aquæ, et ob insolentiam militum, qui etiam solebãt suis dolis, et fraudibus seducere mentes pusillorum, et moerebunt, et trastabun-

Luc. 18.

ſtabuntur, quia Chriſtus manifeſtas, et notas faciet in populis adinuentiones eorum.

Præterea ſubdit Eſaias tamquam deridens, & ſubſannans Principes, & ſapientes ipſius Aegypti .d. *Stulti Principes Taneos Sapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens* : et nũc videtur conuerſus ad eiuſmodi Sapiẽtes et Cõſiliarios deridere eos, et increpare queadmodũ sũt auſi, nec puduit eos decipere Faraonẽ, et vniuersũ rẽgnũ in perditionẽ conijcere. d. Quomodo dicitis Pharaoni. Filius ſapientiũ ego filius Regum antiquorum? Dicebantur ſtulti Principes, & Conſiliarij Pharaonis, quia perſuaſerunt ei arma capere aduerſus Regem Aſſyriorum pro defenſione Populi Iuda, qua in re, vt euentus rei comprobauit, dedere conſilium inſipiens. vt benè dixit ille Exitus acta probat. Cum ergo eos increpat. d. Quomodo dicitis Pharaoni: Filius ſapientiũ ego, filius antiquorum Regum: duplicem habet ſenſum. aut quod de ſe ipſis loquerentur. q. d. Noſtra eſt ſapientia, noſtrum eſt conſilium, noſtri progenitores, & antenati fuere ſapientes, & Iure conſulti. nos non ſumus ab illis degeneres, ſumus filij Regum antiquorum; propterea quòd nullus erat apud eos Rex, niſi ſapiens: & proinde non poſſumus errare, nec decipi: hunc in modum miſeri ſe ipſos iactabant, & de ſapientia plurimum gloriabantur: aut illa verba ad ipſum Regem poſſunt referri, hunc in modum, quòd illi ſapientes, & Regni primates, qui adhęrebant Regi, & circumſtabant ipſum applaudebant ei, & adulabantur dicentes. Quid times Rex potentiſsime? nonnè Regnum tuum antiquiſsimum eſt, & potentiſsimum? neq; Regem vllum vnquam pertimuit, ſed quotquot auſi fuerunt aduerſus ipſum conſurgere, fuerunt ab eo deuicti, & in eius dictionem redacti, nec mirum quòd Regnũ iſtud fuit ritè, & prudenter erectum, & ſumma cum ſapientia firmatum, ſtabilitum, & adminiſtratum; quare non eſt quòd timeas. Et quoniam quale fuerit eorum conſilium, quantumuè corũ adulatio profecerit res ipſa comprobauit, inuehitur nunc Propheta aduerſus Regem, & inquit. *Vbi nunc ſunt ſapientes tui? ò Rex Pharao: annuncient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituũ ſuper Aegyptum. Quis enim eorum cognouit ſenſum Domini? aut quis Conſiliarius eius fuit?* Scriptum eſt enim filij hominum mendaces in ſtateris, vt decipiant de vanitate in idipſum. Et alibi. d. Propheta filij hominum vſq; quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Et tandem repetit Eſaias, quod dictum eſt; & concludit. *Stulti facti ſunt Principes Taneos, emarcuerunt Principes Mempheos*, Ideſt decepti ſunt, & à ſua exiſtimatione cæciderunt; *deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius*. i. Aegyptus erat angulus populorũ eius, hoc eſt, erat nexus, & iũctura robur, ac ſtabilimẽtũ populorũ, vł ꝑ angulũ populorũ Aegypti poſſumus ĩtelligere Prĩcipes, & Optimates ipſius Regni. Sed ego potius per angulũ populorũ intelligerem ipſum Regem quem deceperunt ipſi Sapientes, & Primates Regni; & verè quidem Rex poteſt vocari angulus Populorum, quia in eius virtute, ſapientia, ac poteſtate populi conſiſtunt, & vniuntur, & corroborantur, velut diſtincti parietes in uno, & eodẽ lapide coniunguntur Taneos, & Memphis ſunt duę principales, & nobiliores illius Regni Ciuitates. Taneos n. eſt Ciuitas illa in qua Moyſes multa ſigna fecit, iuxta illud pſal. 77 poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos. Memphis autem eſt Ciuitas, iuxtà D. Thomam, vbi vigebat ſtudium, & exercitium bonarum artiũ & literarum, & vbi florebat ſapientia ſecularis, & ſecundum quoſdam, erat Ciuitas maximè dedita magicis artibus; et quemadmodum ſcribit Ioſephus lib. 8. cap. 6. de antiquitatibus, iſta Ciuitas fuit conſtructa, & edificata à Mineo Rege Aegyptiorum multo ante quàm fuerit ipſe Abraham. Quoniam ergo iſtæ duæ Ciuitates erant illuſtriores in toto illo Regio, ideo earum dumtaxat meminit Eſaias.

Cur autem; et quid cauſę fuerit, quòd ſapientes, & conſiliarij Regis Aegypti tantopere aberrarint, & in eiuſmodi gra-

Marginalia: Tex. 4 — Pſ. 61. — Pſ. 4 — Aegyptus angulus populorum. — De Tanais vt. Plin. lib. 6. cap. 7 Taneos Mẽphis. — Pſ. 77. — De Mẽphis Plin. lib. 2. cap. 85. — Ioſeph. lib. 8 antiq. cap. 6.

grauissimas calamitates inciderint, doceт Esaias hoc versiculo, cum inquit. *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens; & non erit Aegypto opus, quod faciat caput, & caudam incuruantem, & refrenantem.* Miscuit (inquam) Deus idest permisit commisceri, aut infundi inter ipsos primates, & sapientes Spiritum vertiginis, hoc est, spiritum erroris, spiritum inconstantiæ & instabilitatis, aut etiam spiritum promptitudinis, ac temeritatis, & hoc ideo fuit; quoniam, vt inquit D. Paulus ad Rom. primo non probauerunt Deum habere in notitia, ideo tradidit illos in reprobum sensum, & 2. ad Thess. cap. 2. dicit idem Paulus, de eiusmodi hominibus, pro eo quòd charitatem veritatis non susceperunt, vt saluarentur, mittet eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio; sic & in hoc loco Deus misit, vel commiscuit inter eos, vel in medio eorum, hoc est, in cordibus, & mentibus ipsorum spiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, videlicet, in his quæ spectant ad cultum Dei; deinde in his quæ spectant ad regimen populorum, & ipsius Regni conseruationem. Nec te perturbet prius dixisse prophetam quòd dominus miscuit in medio populi spiritum erroris, & postea dixisse primates, & duces populi fecisse Aegyptum errare, quoniam prius ipsi errauerunt, & postea alios errare fecerunt. Postremo in his quæ spectant ad præparandum, & conficiendum bellum, tum pro defensione, tum etiam, si occurrerit, pro offensione eorum, qui uobis aduersantur, & errare fecit, sicut errat ebrius, & vomens, idest qui est perfectè ebrius aut crapulosus, ille enim non à se ipso, sed aliunde regitur; hic vero cum exerit, ebrietatem, nullam habet, neq; honesti, neq; decoris rationem.

Rom. primo

2.Thess.ca.2.

Porrò nota, quòd spiritus vertiginis non ab re istis imputatur, quoniam qui laborant hoc morbo, omnia sibi videntur circum volui, & instar rotæ com-

A moueri, & tandem in se ipsis mobiles, & inconstantes ruunt in terram; vndè ps. 82. contra istos hunc in modum deprecatur d. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. In summa qui spiritu vertiginis laborant, sibi ipsis sunt tædio, sunt incōstantes, nec sciunt quid agere debeāt. Vertigo.n. secundū medicos nascitur ex humore frigido, & glutinoso, occupāte cerebrum, aut exvaporibus calidis, &

psal. 81.

B acribus delatis ad caput, & spiritum animalem in cerebro vertentibus, & veluti in gyrum agentibus: alij ferè idem.d. esse morbum capitis qui ex frigidis, & lentis humoribus sursum ex ventriculo commeantibus oritur: vt sic affecti parua occasione succidant, quia omnia sibi videntur circumferri & circum volui, sic propemodum contingit his quibus Deus hunc spiritum imittit vt quid sint facturi nihil omnino per-

C sentiant. Eiusmodi erant Aegyptij, & cum primis optimates, & sapientes consiliarij: & explicans Propheta maiorem illius populi miseriam, inquit; Et non erit Aegypto opus, quod faciat, caput, & caudam, incuruantem, & refrenantē. Horum verborum sensus est, quod Regnum Aegypti vsquè adeo vile, & abiectum erit, quòd non erit opus, vt studeat, ac laboret ad constituendum caput, idest præpositos, Duces, ac præfe-

D ctos; neque erit opus constituere caudam, idest satellites, & sequaces; neq; erit opus instituere quempiam incuruantem, & refrenantem, idest ministros qui regant populum, & ne vlli fiat iniuria, in officio contineant; & pœnis Iuuenum petulantiam coerceant, ac refrenent; quia expugnata, & capta Aegypto, ad alios deuoluetur imperium, & aliorum erit munus, & officium gubernandi. Alij exponunt, quòd Ae-

E gypto non erit opus, vt faciat caput, & caudam, idest non habebunt sui Duces, ac Rectores tantam vim, nec tantum animi robur, vt rem aliquam magni, vel parui momenti facere queant; neque habebunt incuruantem, & refrenantem, hoc est, nec Senes, nec Adolescentes, quorum opera vtantur. Alibi per caput, videtur

intelligere ipse Propheta longæuum, A & honorabilem; per caudam verò Prophetam docentem mendacium; sic .n. legit supra cap. 9. Disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam, incuruantem, & refrenantem die vna. q. d. simul & eodem temporis momento, & subdit ibidem. Longæuus, & honorabilis ipse est caput: & Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Vbi D. Hieronymus per Prophetã docentem mendacium intelligit Hæreticos, B qui velut iumenta sua cauda, idest falsa doctrina desumptis quibusdam sacræ scripturæ locis perperam intellectis, suas, fęditates operiunt, & eadem cauda frequenter mota, & agitata arcent eos qui ad ueritatem anhelant, sicut moris est quorundam animalium motu caudæ arcere, & amouere à se muscas, & quædam alia huius generis animantia. Alij quidam posteriores hunc in modum exponunt: non C erit opus Aegypto, vt faciat caput et caudam, idest non oportet eum laborare, & quicquam operis facere ad resistendum hostibus; quòd habeat principium & finem, idest nihil efficient, quod illis sit profuturum; neque ipsum laborare oportet, vt habeat incuruantem, & refrenantem, idest quòd præparet exercitum, qui incuruare possit, idest in fugam mittere militares hostium copias, aut saltem refre D nare, quia tandem omnia eorum opera erũt imperfecta, ac tumultuaria: nec bonum habebunt principium; neq; etiã sunt bonum habitura finem; neq; etiã tanti erunt vt nouerint separare senes à Iuuenibus, & petulantes, ac lasciuientes Iuuenes reprimere, ac refrenare; quibus verbis dubio procul incredibilis Aegyptiorum stupor ac lues prædicatur, ac designatur. D. Hieronymus E clarioribus verbis exponit hanc partem cuius expositio mihi summopere placet. Sic enim dicit. Aegyptus nullum habebit opus, siue consilium, quòd aut caput habeat, aut finem, quemadmodum nos vernacula lingua diceremus, non farà cosa, che stia bene, ne cosa ch'habbi garbò, & l'attione sue non hanno ne capo, ne coda;

cap. 9.

Hierony.

Hęretici cauda.

Hierony.

neque facient rem quæ senibus conueniat, aut Pueris, quorum alij .i. Senes per nimiam ætatem desipiunt, ac delirant: alij hoc est, Iuuenes, & Pueri, per lasciuiam, & infantiam, & modicam rerum experientiam ignorant quid agant. Hæc autem omnia quæ mox dicta sunt verius contigerunt, non modo Aegyptijs verùm, & vniuerso orbi qui per Aegyptum figuratur, sed multo magis Iudæis post Christi passionem; Tantus enim stupor ex prædicatione Euangelij, & miraculis Saluatoris nostri inuasit mentes hominum, vt nihil omnino scirent quid facto esset opus pro extinguenda, & penitus abolenda fide passionis Christi. Quòd etiam in his locis fuerit elusa, & penitus reiecta stulta sapientia Aegyptiorum manifestum est signum, & inditium sapientię huius mundi, quæ dubio procul apud Deum, manifesta est stultitia, & præsertim cum audeat, aut tentet se erigere contra Deum, cum satis constet nullam esse prudentiam, nullam sapientiam, consilium nullum contra Deum, vt dicit Hieremias. Nec mirum quòd aliqui huius Mundi Sapientes, qui nimium suæ sapientiæ tribuebant, & nihil uerum, nihil vè solidum, præter id, quod ipsi imaginabantur, fore existimabant, tantopere à ueritatis uia recesserint, & aberrarint; quando Dominus nolens reprimere, & detegere, manifestamquè facere vanissimam eorum iactantiam, in uisceribus eorum cerebri miscuit spiritum uertiginis, & eosdem reddidit uelut ebrios, atq; furentes. Ebrios quidem, non quia uinum potauerint, sed quia uitiis, & prauis opinionibus erant oppleti, contra quos ebrios loquæbatur Propheta .d. Væ qui ebrii estis absquè uino, & non solum ebrij sed et uomentes furorem draconum, et furorem aspidum insanabilem.

Hieremias alias additus.

Sequitur deinceps ipse Propheta, ostendens imbecillitatem, & pusillanimitatem ipsorum Aegyptiorum, quod est aliud genus non paruum infœlicitatis, et miseriæ, dum inquit.

In Die illa erit Aegyptus quasi mulieres & stupebunt, & timebunt à facie commotionis Tex. 5.

motionis manus Domini exercituum, quam ipse mouebit super eam &c.
Cum mox ostenderit quantum Aegyptij defecerint in prudentia, & sapientia, de qua tantopere gloriabantur, cum suis consilijs, & actionibus maximam præse tulerint insipientiam, id quod rei euentus comprobauit, nunc sugillat eos, & demostrat quemadmodum in fortitudine, et animi magnitudine excelluerint, cum in tanta rerum necessitate effecti fuerint, velut mulieres, imbecilli scilicet, et pusillanimes, quoniã aduentante exercitu Assyriorum, non modo illis se opponere, et quantum res ferebat illis obsistere non curarũt, sed stupore, et timore perculsi hostibus manum dedere, hoc est quod habemus in præsenti litera, inquit enim Propheta quod ipsi stupebunt, & timebunt à præsentia, & manifestatione, quæ per faciem designatur commotionis manus Domini exercituum, quam ipse Deus mouebit super eam, hoc est, super Aegyptum; Videbunt enim et considerabunt manũ Domini, idest virtutẽ, et potentiam ipsius Dei esse commotam, et iam præparatam, ac resolutam ad puniendum Aegyptios. Vndè conuenienter sequitur, quòd habetur in hoc eodem capite, videlicet.

Et erit Terra Iuda Aegypto in pauorem: omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam. Textus iste cum vario modo legatur à diuersis Interpretibus non est vsq; adeò clarus, & perspicuus, vt prima facie nobis apparet. Si enim legatur quemadmodum in pluribus biblijs, & præsertim in ea quæ nuper est correcta, & approbata per Sixtum quintum & nouissime per Clementem viij. hunc in modum exponetur, quod Terra Iuda erit Aegypto in pauorem, quia cum nouerint Aegyptij Dominum exercituum præ alijs regionibus eam protegere, & custodire, pauebunt & contremiscent, neq; vnquam audebunt contra eam arma suscipere, aut dicendum quod cum Aegyptij fuerint recordati quòd propter auxilium ipsis Iudæis collatum

A tam grauia damna sunt passi, erit Terra Iuda Aegypto in pauorẽ, quod melius exponit cum dicit, omnis qui illius fuerit recordatus pauebit à facie, idest à consideratione consilii Domini exercituum, quòd consilium ipse Dominus cogitauit super eam. Solet enim quisque vehementer contristari dum recordatur loci, vel hominis inquo, vel à quo passus est aliquid mali iuxtà illud Virgilii. *Infandum regina iubes renouare dolorem.* Vir. aeneid. 2

B

Et præsertim cum recordati fuerint in obsidione ipsius Hyerusalem Dominum vna nocte per Angelum interfecisse. 185. millia virorum. Dicunt alii erit Terra Iuda Aegypto in pauorem, quia veniet aliquando dies, quòd sine tremore non poterunt audire nomen Iuda, cum in ea terra hoc Domini consilium de puniendis Aegyptiis longè antè fuerit

C reuelatum. Nec est credendum, Terra Iuda fuerit Aegypto in pauorem quasi fuerit tempus vllum, vt Iudæi potuerint, præter ea tempora in quibus eorum Ductor fuit Moyses, inferre malũ aliquod Aegyptiis, cum ipsi fuerint potentissimi, & fortissimi, quorum auxilium summopere Iudæi expetebant, & petebant, nisi dicamus, vt mox diximus, quod agnoscentes Aegyptii, & memoria repetentes quanta fecit Do-

D minus in Populo Israel, & propter ipsum, non solum in pauorem quendam deuenirent; sed in reuerentiam quandam, & obseruantiam illius populi adducerentur. Sed ego longè altius erecta mente, & sursum corde eleuato, illis assentior qui existimant hic latere misterium, quod scilicet, Terra Iuda erit quandoq; Aegypto in pauorem, & quicunq. recordatus fuerit illius, pauebit à facie consilii Domini exercituũ, quod

E ipse cogitauit super eam, idest super Iudæam, & quodnam fuit hoc consilium? Consilium (inquam) Domini fuit, vt gẽs Iudæa spreto Idolorum cultu, & cognitis innumerabilibus Dei erga ipsam beneficiis conuerteretur ad ipsum, & legem, & mandata illis præscripta custodiret, & venientem Dei filium in hũc

Mundum, vt coelestis vitæ nobis additum aperiret, obuiis vlnis exciperent, & toti in eum sese proiicerent; At cum id minime effecissent, sed totis viribus, & obnixe ei obstitissent, & denique eundem cruci affixissent, omnes eorum vrbes delerentur, & funditus euerterentur; cum itaq; Aegyptus, & vniuersus orbis per Aegyptum designatus, fuerit contemplatus hęc omnia misteria, & quoniam modo populus ille, qui adeò erat gratus, & acceptus Deo fuerit ob eius demerita tam mirabiliter consumptus & ad exterminium redactus, non poterit non pauere, & totus contremiscere, memoria repetens quæ fecit Deus in populo illo, & quantum ille fuerit infensus, & ingratus diuinæ bonitati, & quæ Deus tandem decreuerit ob eius flagitia efficere, non poterit non maxime pauere, & admirari consilium Domini.

At quoniam in quibusdam bibliis aliàs approbatis, & in lucem editis, habetur. Quòd Iudęa erit Aegypto non in pauorem, sed in festiuitatem, ad abundantiam doctrinæ, & vt studiosis aliqua ex parte faciamus satis; dicemus secundum opinionem quorundam, quod terra Iuda erit quandoq; in festiuitatem gaudium, & consolationem Aegypti, cum viderit Iudæos aliquando oppręssos, & in calamitate constitutos, iuxtà illud vulgare dictum. Solatium est miseris socios habere pęnates; sed hęc opinio est inanis, & ridicula, non enim verba sequentia indicant huiusmodi vanitatem: Alii dicũt quod festiuitas hoc loco sumitur pro quadam cerimonia, qua solebant uti ipsi Iudæi, dum cupiebant placare ipsum Deum. Quare cũ Aegyptii præmerentur ab Assyriis, & meminissent illius cerimoniæ & actionis, quæ erat solemnis, & velut quædam festiuitas Hæbreis, ipsi etiam ea cerimonia uterentur. Sed ego persistens in consideratione, & contemplatione misterii iam præsignati, & tantisper explicati, dico, quòd terra Iuda erit Aegypto in festiuitatem, idest in gaudium & exultationem quoniam cum Aegyptii receperint fidem Christi

A cum gaudio, & exultatione, introibunt portas Domini, idest venient in Iudæam alacres, & festiui ad Sanctissimũ Christi sepulchrum, et ad ea loca, quæ pedes Domini calcauerũt: Et omnis qui fuerit recordatus ipsius Iudeæ, in qua Dominus peregit negocium redemptionis humanæ, pauebit, idest in se ipso contremiscet, & stupebit considerans admirabile, & secretum Domini consilium, de quo paulo infra loquitur Propheta cum inquit. Et faciet B Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cõuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum vindemiæ defecatæ; & pręcipitabit Dominus in mõte isto faciem vinculi colligati super omnes populos etc. Hæc festiuitas erit Aegypto. omitto alias expositiones quæ à variis expositoribus dari consueuerunt huic particulæ, sed prosequamur textum.

C *In die illa erunt quinquè ciuitates in Terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum. Ciuitas solis vocabitur vna.* *Tex. 6. & est 2. pars principalis.*

In postrema parte huius capituli (diuidebatur enim caput istud in duas partes principales) et hæc est posterior pars in qua Propheta prædicit consolationem, quam tandem sunt habituri Aegyptii postquam fuerint dei permissu acriter percussi ab Assyriis vel D etiam à Romanis vt dicunt alii, vt hinc agnoscamus Deum non obliuisci generis humani in æternum, neq; in ira continere miser cordias suas, et quòd ipse est qui mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, et reducit vt frequenter diximus et dicemus: fit enim sępe repetitio ne subrepa obliuio. Et Iob. 5. ipse est qui vulnerat, et medetur, percutit et manus eius sanabunt. Dicit ergo quòd in die illa iam præfixa, et præ-E ordinata à Deo in die inquam illa gloriosa, et benedicta tãdiu expectata, et desiderata. Habet qdẽ Emphasim hic modus loquendi, In die illa quãdo scilicet, venerit plenitudo temporis et prædicatum fuerit Euangelium in vniuerso mundo, erunt quinq; Ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan,

idest

idest lingua Sancta, lingua Hæbrea (sic enim omnes exponunt) uoluit autem Propheta nominare potius linguam Chanaan, quam linguam Hæbream, vel ut prophetia esset obscurior, uel ad tollendam iactantiam, et inanem gloriam Hæbreorum, quasi lingua eorum esset præstantior, et communior, et maior in præcio à cunctis habita: aut dicamus, propterea dixisse Prophetam, in illis quinque Ciuitatibus linguam Chanaan haberi, quia per longum tēpus fuit terra illa, à cananeis exculta, et habitata: Nonnulli aiunt (ne quid prætermittam) multos Aegyptios, qui cum Assyrijs venerant ad expugnandā Hyerusalem, missos fuisse saluos in patriam suam, vt narrarent magnalia Dei Israel, & erectis aris (colerent ipsum Deum) et sacrificijs venerarentur, et hoc vult innuere Propheta, cum inquit: quinq; Ciuitates Aegyptiorum loqui lingua Chanaan, idest lingua Hæbrea, qua vtebantur fideles, laudaturi Dominum, quamquàm lingua Chanaā non sit omnino eadem cum hębrea; sed mirum est, quomodo quinq; tantū Ciuitates in terra Aegypti fuerint hoc beneficium consequutæ, et non aliæ, aut non plures, aut pauciores; ego certe non intelligo; et existimo sub his verbis, et sub hoc numero determinato profundum aliquod latere misteriū. Dicunt aliqui quòd posuit numerum determinatum pro indeterminato: vel quòd uoluit recensere vrbes celebriores, et illustriores. Alii dicunt quòd istæ quinq; Ciuitates in uniuersum, et secundum quamlibet eius partem susceperunt linguam Chanaan, adeò quod in nulla istarum erat aliqua scissura siuè diuisio, vt una pars Ciuitatis loqueretur lingua Aegyptiaca, reliqua uerò lingua Chanaan; quemadmodum ego uidi Tridenti, et in quibusdam aliis locis, et Ciuitatibus, quod pars una, seu uicus illius eiusdē urbis loquebatur līgua germanica, reliqua verò pars līgua Italica. Quælibet istarū expositionū secundū literā mihi satisfacit, sed re vera arbitror non absq; misterio sic loquutum esse Prophetam: nisi fortè dicamus qđ re ipsa Propheta prævidit sic fore à prin-

Quinq; ciuitates Aegypti.

Lingua Chanaam.

A cipio prædicationis Euangelicæ tot, et non plures fuisse ad Deum Ciuitates conuertendas, sic enim suauis dispositio qua Deus omnia disponit, uidebatur exigere. At si uolumus ad tropos, et figuras deuenire, dicemus quòd per quinquè Ciuitates debemus intelligere, iuxtà Procopium uaria ordinum genera, qui perpetuo loquuntur lingua Chanaā idest laudant, et confitentur Deum, qualia sunt Heremitæ, Anachoritæ, Monachi, Coenobitæ, et alia religiosorum

B genera. et si liceret in Sacris literis nōnunquam ludere, dicere possemus, ꝙ ꝑ quinq; Ciuitates designantur quinque ordines Mendicantium, sed quia non sunt prætermittendi Monachi, qui primi omnium post Apostolos fuerunt in Ecclesia; ideo inter ea quę per istas Ciuitates figurantur, connumeremus etiā uaria Monachorum genera: Nec mireris per quinq; Ciuitates uarias Religio-

C sorum classes intelligamus, quando nonnulli Sacri Interpræstes uelint numerum quinarium religionem insinuare. D. Hieronymus lib. 6. super Esa: uult per quinque Ciuitates præsignari quinque ordines qui sunt in Ecclesia, v3. præsbiteratus, diaconatus, Episcopatus, Fideles, et Catecumeni, et hęc sunt quinque uerba quę D. Paulus cupiebat loqui in Ecclesia potius, quam decē millia. Alii existimant numerum qui-

D narium, esse notam, et signum uirorum Sanctorum, quandoquidem sancti, quinq; corporis sensus in obsequium sui Creatoris exercent. v. g. oculos habent erectos, et eleuatos ad Dominum Deum, audire desiderant uocem Angelorum, qui narrant mirabilia ejus, Currunt in odorem unguētorum eius, et inexplicabilem gustum, percipiunt in perceptione Sacramētorū iuxtà illud Prophetę. Gustate et uidete quàm suauis

E est dominus ps 33. et sacra tractare cupiunt, abhorrentes uana, et prophana; sic etiam docet B. Augustinus sermone 23. de quinq; uirginibus fatuis, et quinquè prudentibus, ubi uult quinq; Virgines fatuas referre quascunq; animas damnatorum, qui quinq; sensuum illecebris deliniti æternam uitam amiserunt: per Virgines autem quinque pru- *ps. 33.*

 den-

actionibus dũ cõminãte Petro Anani as,et Zaffiras vxor eius, ceciderũt mortui ad pedes eius, vbi fact⁹ est timor magnus in vniuersa Ecclesia, Act, cap. 5. similiter cũ Petr⁹, et Ioannes ascenderẽt in tẽplũ, cõfestim sanũ, et incolumẽ reddiderũt quẽdã qui erat claudus ex vtero Matris suę. Quid plura? Nonnè plerique sanabãtur ad vmbrã tãtũ ipsius Petri eos obũbrãtẽ? Quarè cũ per manus Apost. fierẽt prodigia, et signa magna populo, nõ ĩ merito chorus Apost. terribilis poterat nũcupari, dicebatur etiã expectãs, et expectãs, quoniam sũma cũ patientia, et spe incredibili semel, atque iterũ expectabat æternã salutẽ, q̃ et nos Christi fideles nõ secus atq; ipsi sũmo cũ desiderio, et animi deuotione ac puritate fidei expectare debemus, et præcari.

Act. cap. 5.

CAPVT DECIMVMNONVM



1. *NVS Aegypti. Ecce Dominus ascẽdet super nubẽ le*
uẽ, & ingredietur Aegyptũ, & commouebũtur simu
lachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet
2. *in medio eius:* Et *cõcurrere faciã Aegyptios aduer-*
sus Aegyptios: & pugnabit uir cõtra fratrẽ suũ, & uir
cõtra amicũ suũ, ciuitas aduersus Ciuitatem, regnũ aduersus re-
3. *gnũ.* Et *dirũpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & cõsiliũ*
eius pracipitabo: & interrogabũt simulachra sua, & diuinos suos,
& pythones, & ariolos. Et *tradã Aegyptũ ĩ manu Dominorũ cru*
4. *deliũ, & rex fortis dominabitur eorũ, ait Dominus Deus exerci-*
5. *tuũ.* Et *arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atque siccabi*
tur, Et *deficient flumina, attenuabuntur, & siccabũtur riui agge-*
rũ. Calamus, & iuncus marcescet, nudabitur alueus riui à fonte
suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & nõ erit. Et
6. *mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumẽ ha*
mũ, & expãdẽtes rete super faciẽ aquarũ emarcescent. Cõfundẽ-
tur q̃ operabãtur linũ, pectẽtes, et texẽtes subtilia. Et erũt irrigua
eius flaccẽtia omnes qui faciebãt lacunas ad capiẽdos pisces. Stul
7. *ti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederũt cõsili*
um insipiens: Quomodo dicetis Pharaoni: filius sapiẽtiũ ego, fi-
lius regum Antiquorũ? Vbi nũc sunt sapiẽtes tui? annuncient
tibi, & indicẽt quid cogitauerit Dominus exercituũ super Ae-
gyptũ. Stulti facti sunt principes Taneos, & marcuerũt prĩcipes
Mẽpheos, deceperũt Aegyptũ, ãgulũ populorũ eius, Dominus mis
cuit in medio eius spiritũ Vertiginis: & errare fecerũt Aegyptũ ĩ
8. *õni opere suo, sicut errat ebrius, & vomẽs* Et *nõ erit Aegypto opus,*
q̃ faciat caput, & caudam incuruantem, & refrenantem. In die
9. *illa erit Agyptus quasi mulieres, & Stupebũt, & timebũt à facie cõ*

motionis man⁹ Domini exercituũ, quã ipse mouebit ſup eã. Et erit 10.
terra Iuda Aegypto ĩ pauorẽ : oẽs q illius fuerit recordatus paue
bit à facie cõſilii domini exercituũ, quod ipse cogitauit ſuper eã
In *die illa erunt quinque ciuitatis in Terra Aegypti, loquentes* 11
lingua Chanaan, & iurantes per dominum exercituum : Ci-
uitas ſolis vocabitur vna. In *die illa erit altare Domini in me-* 12
dio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius e-
rit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum in ter-
ra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulan-
tis, & mittet eis Saluatorem, et propugnatorem, qui liberet 13
eos. Et *cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcent Ae-*
gyptij Dominum in die illa, et colent eum, in hoſtijs, et in mu-
neribus; et uota nouebunt domino, et ſoluent. Et *percutiet* 14
Dominus Aegyptum plaga, et ſanabit eam, et reuertentur ad
Dominum, et placabitur eis, et ſanabit eos. In *die illa erit uia* 15
de Aegypto in Aſſyrios, et intrabit Aſſyrius Aegyptum, & Aegy-
ptius in Aſſyrios, et ſeruient Aegyptii Aſſur. In *die illa erit Iſ-* 16
rael tertius Aegyptio, et Aſſyrio, benedictio in medio terræ cui
benedixit Dominus exercituũ, dicens: Benedictus populus meus
Aegypti, & opus manuũ mearũ Aſſyrio: hereditas aũt mea Iſrael.

EXPLANATIO IN
DECIMVMNONVM CAPVT
ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ONus Aegypti: Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, et ingredietur Aegyptum, et commouebuntur ſimulachra Aegypti à facie eius, et cor Aegypti tabeſcet in medio eius.*

Euſeb. lib. 8. cap. 5. & lib. 9. cap. 2.

PRæſens caput multas habet interpretationes velut pleraque alia in ſcriptis Prophetarum. Verum quòd attinet ad eius intentionem ex primis verbis apparet, Prophetã hoc loco prædicere onus, grauamen, ruinas, & calamitates Aegyptiorum ſermone longe clariore quã in præcedenti capite, vbi vocibus maximè obſcuris & inuſitatis eſt vſus. Diuiditur autem iſtud capitulum prima ſui diuiſione in duas partes. In priori deſcribit ipſam calamitatem; & vaſtationem quæ certè maxima fuit, atq; id vſq; ad quintam huius capituli particulam incluſiue: in poſteriori eos cõſolatur, & prędicit eos ad ueram fidem tandem acceſſuros. Dicit ergo. Onus Aegypti. Alij dicunt. Viſio Aegypti: ſeu Verbum quod fecit Dominus cõtra Aegyptum. Sed meo iudicio nulla

Diuiſio cap.

eſt

est melior, & conuenientior inscriptio quàm ista, videlicet, Onus Aegypti. q.d. iactura, pondus, & grauamen, tribulatio pariter et afflictio ipsius Aegypti; quemadmodum dicit Apostolus. Vnusquisq; onus suum portabit: omnes. n. communiter loquendo, suam habent in hoc mundo iacturam, suas quisquè afflictiones, ac tribulationes, & nemo ferè est, qui suam in hoc mundo non cogatur deferre fortunam aliqui magis, aliqui verò minus. Verum nota, quèadmodum alij obseruarunt, quòd licet Propheta in hoc capite proponat agere contra Aegyptum, & describere eius erumnas, & calamitates, non omnia tamen hic prædicta de ipso adamussim verificantur, præter quam quòd per Aegyptum allegoricè debemus intelligere mundum quem Christus sua passione, & resurrectione subiecit, & ad suam fidem traduxit, ut postea loco suo videbimus. Posito titulo, & huius capitis pmisso, vel poti⁹ insinuato, breui argumēto expendamus singula verba tex. Dicit. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem: & ingredietur Aegyptū.* Communiter solet exponi particula ista iuxtà sensum literalem, quòd Dominus, qui est vniuersorum Dominus, & Deus vltionum præter omnium opinionem, aut citrà omnem spem, & contra omnium consilia, & iudicia, nullo, quid tale cogitante, tanquam aliquid noui facturus ascendit, tunc cum ipse decreuerit ascendet super nubem leuem: & ingredietur Aegyptū: que fuerit ista nubes leuis, multi multa dicunt. Nōnulli existimant hanc nubem leuem fore Assyrios quorum mentes, & corda mouit Deus, & instigauit, ut confestim, & absq; vlla mora caperent arma aduersus Aegyptios, qui videbantur quasi cum Deo congressuri, & eius voluntatem velle impedire, aut illi pertinaciter obsistere; Dum ipse iam statuerat Iudæos ob crimen Idololatriæ, & ob alia quàm plurima eorum scelera, & flagitia diuina exigente iustitia grauiter affligere, vel punire: dicitur autem exercitus Assyriorum esse velut nubes, propterea quod velut ex nube grauida, & densa horribiles tempestates solent oriri; ita vbicunq; exercitus Assyriorum pedem fixerit, vel quocunq; diuerterit, non secus atq; horribilis tempestas illuc accessisse videatur. Dicitur autem leuis, tum propter eius velocitatem, tùm quia leui, & facili motu, neq; multo cum labore aut negocio arma sumpserunt contra Aegyptios. Ego autem dico, quòd Dominus dicitur ascendisse super nubem leuem tamquam super currum quèdam leuissimum & expeditissimū, qua loquendi formula apud imperitos ostenditur potentia, & maiestas Dei, q̄ in ictu oculi absque vlla temporis dilatione præsto est ad puniendos reprobos, & peruicaces, quæ celeritas, et extemporaneà diuinæ virtutis executio describitur per leuitatem nubium. Vndè Propheta nubes, & caligo in circuitu eius. Vel exercitus Assyriorum super quem Dominus ascendit in Aegyptum comparatus ad potentiam Dei vocatur nubes leuis, Eusebius dicit nubem leuem hic dici corpus Christi de spiritus Sancto conceptum quòd aliqui dicunt crassitudinem leuem. At si uolumus verum, & præcipuum huius uatis intellectum explicare, dicemus quòd Dominus Deus ascendet super nubem leuem, quia cum venerit tempus præfinitum à Patre, suscipiet humanā carnem nullo pondere peccatorum grauatam, quæ dicitur nubes, quia Spiritus Sancti virtute fuit formata nullo hominis auxilio quemadmodum nubes generantur sursum in aere virtute solis, & dicitur leuis ob causam iam dictam. Aut dicamus, quòd per nubem leuem per quam Dominus ascendet potest intelligi sacratissimum, & prorsus immaculatum Beatæ Virginis corpus, quod pariter dici potest nubes leuis, quia dū Christus in eius vtero, & ex purissimis eius sanginibus carnem suscepit, nullo eius uenter quouis genere peccati grauabatur. D. Cyrillus inquit nubem leuem esse carnem Christi purissimam, quam sumpsit ex Maria Virgine, quam nubem leuem nominat, quòd typus esset, & figura pluuiæ spiritalis: adeò q̄ per nubem leuem hoc in loco spiritualiter non solum Christi caro desumpta ex Virginis Vtero; uerum & corpus, ac

Aegyptus, Mundus.

Nubes leuis qua.

A B C D E

nenter Sacratę Virginis nuncupatur quia nullo peccati pondere grauabatur. Vndè, et D. Ambrosius in libello de institutione Virginis inquit. Virgo Maria tamquam nubes pluuit in terras gratiam Christi, quæ dicitur leuis, quia coniugij onera nesciuit, quæq; mundum leuauit de graui foenore peccatorum, quibus uerbis manifestè ostenditur per nubem leuem intelligi carnem Christi, & corpus. B. Virginis. *Et ingredietur* (inquit) *Aegyptum*, idest mundum, dum Virgo peperit ipsum. Et tunc profectò dicitur etiam ascendisse nubem leuem, quando nesciente Herode, & nullis eiusdē satellitibus quicquàm tale cogitantibus, fugit in Aegyptum, admonito Ioseph ab Angelis in somno; ut adimpleretur uaticinium. Ex Aegypto uocaui filium meum: sed ut ad literam redeamus. Dicit tex. Quod ingrediente Domino Aegyptū. *Commouebuntur simulachra à facie eius*. Quamquam enim non constet ex sacris literis, cum Dominus infans ingressus est Aegyptum, commota esse simulachra & ad terram deiecta, certū est tamen, & prorsus indubitatum, qđ adueniente Christo in mundum, & publicato Euangelio, commota sunt, imo confracta simulacra Aegypti à facie, & præsentia uirtutis, et potentiæ Christi, neq; quicquam dubito, imo firmiter, et constanter teneo commota fuisse simulachra Aegypti, idest suam uim amisisse, dum primum Christus adhuc puer ingressus fuit Aegyptum. Nec puto me ire inficias si dixerim, tunc fuisse Aegypti simulachra commota, cum Assyrij, aut potius Romani (Deo iubente) expugnarunt Aegyptum, & ea ratione dicuntur commota, quia non in ea opinione, seu existimatione apud eorum cultores extiterunt, quemadmodum prius, cum neq; potuerint eis opem ferre in tanta necessitate, et rerum perturbatione Vel dicendum quòd adueniente exercitu Assyriorum commota sunt simulachra Aegypti, idest demones qui in eis latitabant, et dabant responsa, qui tunc amiserunt uirtutem suam. Et multa etiam in impetu belli, et armorum strepitu fuere confracta.

Huius loci meminit Eusebius in fine lib. 8. & cap. 2 lib. 9. Et lib. 6. cap. 20.

Mat. cap. 2.

A Sed uerius dicuntur fuisse commota, et confracta, cū Christus adhuc fuit puer in Aegyptum deductus; sed longe clarius cum fuerit predicatum Euangeliū. tunc enim non solum simulachra lignea, et lapidea; sed praua, et peruersa dogmata penitus corruerunt, et absumpta sunt. Et cor Aegypti tabescet in medio eius, idest cor populi liquefiet, et animo cōsternabitur in medio eius, idest in intimis eius pręcordijs cum uiderit hostes aduenisse, et rerum potiri,
B et simulachra quib⁹ fidebant fore commota, idest non illud, quo tunc maximè indigebant auxilium illis prębere. Non enim possumus non maximè turbari, et commoueri, cum omnia præsidia, quibus nitimur, irrita, et uana esse conspicimus.

Vt autem res hęc perspicuè declaretur nunquid scilicet simulachra Aegypti fuerint cōmota cum Dominus in-
C gressus est Aegyptum, imo non solum commota uerum etiam confracta nonnulli ueteres affirmarunt, et primo quidem Eusebius lib. 6. demon. Euang. cap. 20. Et apertius lib. 8. in fine et alibi. Et Procopius apertè dicit. cum Dominus puerili ętate in Aegyptum deuectus est, ineffabili potentia confregit Idola. Et quidam alius inquit Non descendit dominus in Aegyptum, ut mortem euitaret sed ut mortifera ido-
D la dissiparet, et Theodoretus. Error (inquit) Deorum deletus est in Aegypto, et ille qui rectus est in nube leui, ab Aegyptijs est adoratus. Et tunc uerum etiam fuit quòd prędixit Esaias hoc in loco dicens. Et cor Aegypti tabescet, idest liquefiet in medio eius, idest igne Spiritus Sancti inflammabitur, et hoc modo commolietur, et liquabitur cor illius populi cognita ueritate, et sprę-
E to uanissimo Idolorum cultu, dū apertè nouerint ijdem populi eorum deos nullam re uera potestatem habere, nec eis posse suffragari, si tamen uolumus sustinere simulachra Aegypti fuisse cōmota, et confracta, dum accesserunt Assyrij, non erit absurdum ut mox annotauimus sed litera habet, quòd commouebuntur à facie eius, idest Christi hoc pacto saltim intelligendo, quo supra

pra diximus, fuisse commota, idest vim suam amisisse, & si non fuerint omninò confracta. Sequitur aliud incommodum, & infoelicitas futura aduersus Aegyptios; Et inquit. *Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugnabit contra Fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum.*

Tex. 8.

Quicquid fuerit penes Aegyptios ex his quæ hoc loco prædicit Esaias; certum est tamen in aduentu Christi in hunc mundum hęc omnia contigisse, quemadmodum ipse apud Matheum inquit. Si quis uenit ad me & non odit Patrem & Matrem &c. non potest meus esse Discipulus. & clarius apud Marcum. 13. cap. dum inquit. Tradet frater fratrem in mortẽ & Pater filium, & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos: Nec tamen dubium esse potest hoc idem accidisse Aegyptijs dum aliqui ex his volebant cedere, aut fędus inire cum Assyrijs, quidam alij volebant omnino obsistere, & vsq; ad Sanguinem rem suã tueri; id quod etiam videmus in plerisquẽ Regnis, ac Ciuitatibus reperiri, & plerunq; etiam in vna, & eadem domo, & præsertim hac nostra tempestate incredibili omnium bonorum dolore contingit in amplissimo regno ipsius Galliæ, dum vna prouincia aduersus aliam, vna Ciuitas aduersus aliam, & in eadem ciuitate aliqui Ciues oppugnant alios, & tandem in eadem domo sunt variæ scissiones, & sectæ. Aliqui dicũt hãc pugnã fuisse inter Aegyptios, non quidem quòd aliqui ex eis vellent se iungere Assyrijs aliqui uerò non sed quòd variæ erant in eis voluntates, varia consilia, & quisq; volebat alijs præferri: sicq; mutuis inter se se odijs conflictabant, & adeò se inuoluebant, & impediebant, quemadmodum vepres quæ sibi inuicem cohęrentes mutuo se pungunt. Non tamen desunt qui hæc omnia ad Christi tempora volunt referre cum nusquàm secundum eos legatur Aegyptios cessisse Assyrijs, aut Babilonijs, sed varia fortuna belli inter eos pugnatum: neq. legitur vnquam seditionibus inter se fuisse dissectos verumtamen D. Hieronymus dicit oppositum & multis Scripturæ authoritatib' cõfirmat. vide ipsũ sup. hunc locũ. Cũ vero dicitur regnum pugnabit aduersus Regnum, cum in præsentia loquamur de vno Regno Aegypti, non existimes plura ibi fuisse regna; sed per regnum hoc loco intelligamus diuersas eiusdem regni pronuincias, sunt regiones, quẽadmodum nos itali diceremus Aethruriam pugnare aduersus Apuliam, seu Romandiolam, aut Flaminiam, quæ sunt prouinciæ in eodem regno, siue orbis parte existentes, & sic uerum est quòd ait Propheta. Prædicit Esaias aliam Aegyptiorum calamitatẽ dicẽs. *Et dirumpetur spiritus Aegypti, in visceribus eius, & consilium eius peipitabo: & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos & pythones, & ariolos &c.*

Matt. 10. Luc. 14. Mar. cap. 13.

A B

Dirumpetur (inquit) Spiritus Aegypti, hoc est, ita confundetur, & labefactabitur, quòd prorsus ignorabunt quid agere debeant. Et si fortassis aliquod rectum cõsiliũ apprehenderint; ignorabunt modum, & rationem, qua illud exequantur. Vel dirumpetur Spiritus Aegypti in visceribus eius, hoc est, in suis primatibus, & cõsiliarijs, qui protinus amittent robur, fortitudinem, & constantiam. Certum est enim Primates, & Consiliarios fore viscera ipsius Reipublicæ Aut tertio dicas. dirumpetur Spiritus Aegypti in visceribus eius, idest tam extremo, & incredibili dolore spiritus, & anima totius populi commouebitur, et concutietur, vt eorum viscera disrumpi, et confringi videantur. sed melius, disrumpetur spiritus Aegypiti in uisceribus eius, quia tunc erunt seditiones, et odia intestina in intimis visceribus. hanc calamitatẽ ad Christi tempora referentes, dicunt Spiritum Aegypti in aduentu Domini disrumpi et commoueri. quia omnem lapidem mouebunt, quò Christianos ab eorum conuersatione summoueant, nec poterunt quicquam efficere; Vndè conuenienter sequ.tur. *Et consilium eius præcipitabo.* Tunc enim præcipitari dicitur aliquod consilium, cum quippiam repente, temerè, et inconsultò efficitur. Debet enim consilium esse perfectum,

C D E

Spiritus quò potest dirũpi.

Præcipitare consilium.

fectum, maturumq́, ac diu præmeditatum; cum præsertim res arduæ ac difficiles nos perurgent, & nos vulgo dicere consueuimus; Deum cum vult aliquem ob male acta punire, auferre ei cerebrum, & mentem, vt quæ sunt opportuna nequeat inspicere; quo nempe modo Deus optimus Max. egit aduersus Aegyptios, dum ab Assyrijs erāt oppugnandi subtrahens illis iudicium, & rectum consilium. Quo etiam pacto egit aduersus eosdem, dum à suis sedibus nitebantur pellere ipsum Christū. Ipsi enim īterrogabūt simulachra sua, Deos suos fictiles, & lapidos. Et diuinos suos, & pithones, & ariolos Diuini dicuntur ab archano seu secreto, quod.s. eiusmodi hominum genus archanis, & secretis verbis vti soleat, & plerumq; ijs vocibus, seu clamoribus quæ nullū habent sensum, vt virtutem ad aliquid operandum. Pythones dicuntur quidā homines Demoniaci, qui animas ab inferis euocare dicuntur, per quas interrogantibus futura prædicunt, dicti à Pintanome verbo Græco, quod latine significat interrogo, quòd interrogati respondebant quid futurum esset. Arioli dñr, & ipsi qui futura diuinant, dicti Arioli quasi farioli à faris, vel à fando, quia.s. fantur, & loquuntur quæ plerūq; nesciunt: sed de his hominum monstris vide alia quæ supra notauimus cap. 8. huius operis. & propterea sequitur; *Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorū: ait Dominus Deus exercituum.* Domini crudeles hoc loco veniunt intelligendi Babilones, & Assyrij, qui maxima ira, & furore perciti, expugnaturi venerant, & penitus euersuri vniuersam Aegyptū: appellantur Domini crudeles ꝙ nullum habent pietatis affectum, nullis mouentur precibus, aut officijs, sed duri, & asperi sunt contra quoscunque, & presertim cōtra eos quos euicerūt. Rex fortis dominabitur eorum, idest qui nullis commouetur supplicationibus, imò quo magis exoratur redditur obstinatior, & hoc hominum genus est instar quorundam lapidum, aut lignorum, qui quò magis alicui elemento vt aquę vel igni opponuntur, eo magis obdurescunt, & consolidantur; sed milius quidem meo iudicio, per Regem fortem intelligendus est Rex inuictus, & constans, quales erant Romanorum Imperatores, in quorum manus circa tempora aduentus Christi deuenerunt Aegyptij, qui prius suos habebant Reges. Atqui Domini crudeles, & Reges fortes sunt reuera Principes gentium, qui suis tantum commodis, & voluptatibꝰ inseruiunt, nequè vllam habent curam subditorum. Domini crudeles, & Reges fortes sunt Demones, qui nos incessanter oppugnant, iuxtà illud Euang. Cum fortis armatus.i. Diabolus custodit atrium suum. Et deniquè Domini crudeles, & fortes sunt ipsæ hominum voluntates corruptæ, & peruersæ, quibus in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum deducimur, & tradimur. Dicuntur etiam crudeles domini, qui parcunt iniquitati, & ad omnia scelerū genera solent conniuere. Contra uerò Deus cum sit misericors, dicitur aliqñ crudelis apud Hieremiam, quia nō parcit iniquitatis ut refert. D. Augustinus Epi: 54. inquit tandem. Ait Dominus Deus exercituum. Timeant Aegyptij, timeat vnusquisque, qui vult repugnare iussionibus Domini, & repellere seruos, & ministros suos; quoniam eiusmodi comminationes, et prædictiones non sunt hominū uerba, sed eius qui solus est potens, & Dominus exercituum, qui potest mutare regna, & Imperia, et ea destruere, et restaurare, sicut ei placitum est. Aliud incommodum Aegyptijs futurum prædicit ipse Propheta d. *Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atq. siccabitur.* Et rursus. *deficient flumina: attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum.* Commodè quidem, et opportunè postquàm expręssit Aegypti calamitates futuras penes hominum subiectionem, prædicēs eos sub maxime tirannide, et sub dura seruitute crudelium Dominorum quādoq; futuros; nunc prædicit eorum miseriam quò ad terræ desolationem, et sterilitatem, quæ tunc dicitur desolari, quòd priuatur aquis, quarum beneficio tota regio irrigata fouebatur. Propterea inquit. et arescet aqua de mari

Consilium quale debet esse.

Diuini

Pythones

Arioli.

Tex-3.

Domini crudeles Domini fortes qui

siue mediterraneo quod attingebat, & alluebat oras quasdam Aegypti, vel intelligit lacum quendam satis amplum, & copiosum, quem D. Hieronymus uocat lacum Mareoten siue Mareotidem. & dicitur arescere, quia non tãtum fructus, & beneficij afferet Aegyptijs vti solebat, & est locutio hyperbolica, siuè similitudinaria; sic cum dicit: & fluuius desolabitur, atq; siccabitur. Et idem repetit, vt magis terreat, & rem ipsam clarius demostret, & corroboret, cum inquit. *Et deficient flumina, & attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum.* Aggeres dicuntur veluti munitiones fluuiorum quibus impediuntur flumina ne foras prodeant, & agros innundent. Quarè cum .d. siccabuntur riui aggerũ vult innuere nullam amplius futuram necessitatem conficiendi aggeres, ob excessum, & supereffluentiam riuorũ, qui à principali flumine dimanant. Appellat Nilum flumina cum inquit. deficient flumina, quia per septem latera aut ostia intrabant in mare. Sic etiam cũ.d. nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & non erit: hæc omnia dicta hyperbolicè, sic etiam cum dicit. *Calamus, & iuncus qui oriuntur in paludibus, et conseruantur, marcescent, & putrefient,* Quia deficiente aqua non habebunt humorem: per alueum riui quidam intelligunt littus fluminis aut ripam. Ego autem potius intelligerem lectum, vt dicunt, fluminis. Per sementem irriguam intelligunt ea quæ sunt seminata, & posita iuxtà riuos aquarum, quibus necessario quę indigent seruntur vt fructum producant, cum in ea regione, iuxtà sententiam ferè omnium, nõ sint pluuię. Proinde arefactis aquis, & dessiccatis fluminibus necesse est quæ sunt iuxtà ea, hoc est, iuxtà flumina, & riuos ab illis dimanantes desiccari, & in nihilum redigi.

Aggeres.

In Aegypto non sunt pluuię.

Cum postea subdit. *Et moerebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent; Confundentur qui operabantur linum pectentes & texentes subtilia: Et erunt irrigua eius flaccentia; omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.* Supple moerebunt; & gement: & ratio est, quia piscatione parabant sibi victum, & alia necessaria ad vsum humanum, sic etiam qui conficiebant retia, vndè sibi quæstum, & victum parabant, cum nulli essent amplius vsui mœrebant, & dolore conficiebantur, sic & illi qui operabantur linum, id quod non potest fieri absq; vsu aquarum, confundentur (inquam) .i. ꝑplexi erunt, & animo consternati, quia ignorabunt, cum nullam aliam artem, aut opificium didicerint qua ratione possent se, & familiam sustentare; pectentes, & texentes subtilia, idest bissum, linum candidissimum, vestes ex serico cõfectas, sagenas, & alia eleganter, & operose laborata: & non ab re de ijs qui conficiunt linum vtitur Propheta nomine operis, dicens. qui operantur linum; quando nihil fit ex his quæ ex terra nascuntur, quòd tantam operam, & industriam requirat, quantam linũ, vt experientia testatur, quantum temporis, laboris, & studij insumant Pauperculæ Mulieres in conficiendo lino, & vestibus quæ indè consuuntur. Postremo non parum dolebunt, & gemẽt, ac male habebunt, qui faciebant lacunas, idest viuaria, stagna, lacus, & piscinas ad conseruandos, & capiendos pisces quorum incredibilem copiam pro ducere solet fluuius Nili, quia irrigua istius fluuij erunt flaccentia, hoc est, modica admodum, & ea quidem corrupta, & lutuosa aqua erunt oppleta, & magna ex parte arefacta, & exsiccata. Hæc autem omnia non ea ratione sunt allata, quasi re uera voluerit innuere Propheta aquam Nili, vel etiam ipsius maris desiccandam esse, & penitus arefieri, quamquam & id facillimum sit ipsi Deo, sed voluit innuere, quòd post captiuitatem tanta erit inopia, & omnium bonorum caritas, quòd videbitur mare desiccatum, & fluuium Nili vsq; adeò amplissimum, & copiosissimum aquis omnino destitutum, & re uera nescio, quo maiori artificio, quibus similitudinibus, tropis, & figuris uti potuisset Sanctissimus, pariter, & eruditissimus iste vates, ad describendam summam, & incredibilem illius regni deso-

desolationem ac destructionem: sed multo maior erit destructio, & desolatio, quæ erit alterius Aegypti, hoc est, ipsius mundi in die iudicij.

Dubium Propter ea quę hic dñr, merito quis posset ambigere, cur Dominus Iesus, cum primum fuit in lucem ęditus, fuerit destinatus in Aegyptum proficisci? huic dubitationi respondet Eusebius Cesariensis libro 6. demonstrationis Euangelicæ cap. 20. & lib. 9. cap. 2. vbi perbellè satis, & egregiè hanc affert causam. d. quòd Aegyptij primi omnium fuerunt qui cęperunt colere multos Deos, ac Demonibus offerre sacrificia; & proindè vniuersis mortalibus superstitionis, authores exstiterunt, & præ omnibus alijs Demoniacis artibus, & curiositatibus operam dedere, & ob id diuina scriptura præcipuos populi Dei hostes fuisse testata est, quinimo non erubuit antiquus eorum Rex fateri se non nosse Dominum, neque cum eo commune quicquam habere; sic enim respondit ipsi Moysi roganti, vt Dei populum dimitteret; non noui dominũ, & Israel non dimittam. Volens ergo misericors, & clemens Deus insigne quoddam suæ virtutis specimen nobis exibere, præmisit filium suum in illud Regnum; cuius aduentu non leuis, & exigua illius regni futura erat mutatio; quia videlicet referente scriptura in hoc eodem cap. cognoscent Aegypti Dominum qui videlicet non cognoscebant illum prius, & vouebunt Domino uota, & soluent; & colent eum in hostijs, & muneribus, & quæcunq; alia in hoc eodem capite referuntur quod cõmouebuntur simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius: quodq; maximæ sint futurę dissẽsiones, & dissidia inter Aegyptios, cum Christus ad eos accesserit, & cum postea fuerit prædicatum Euangelium, omnia hæc profectò verissima extitisse demostrat idem Eusebius. Et quamquam non dubitem verum fuisse, quòd ingrediente Domino Aegyptum fuerint commota eius simulachra, quòd ferre non possent suæ virtutis præsentiam, fatearq; multo magis non solius Aegypti, verum totius orbis terrarum

Solutio

Exo. 5.

lib. 6. cap. 20

A commota esse consilia, naturas hominum, & ingenia, qui agnotis dolis, & fraudibus Sathanæ sunt conuersi ad Christum Dominum: & ob id eius piscatores, & qui olim conficiebant retia & suis rebus eorum præsidio optimè consulebant detecta Demonis astutia, moereant, ac tristentur, nihilominus versa uice etiam existimo conuenienter posse intelligi, cum Dominus fuit ingressus Aegyptum, hoc est, hunc mũ

B dum, & çum cæpit prædicari Euangelium, et Christi fides, commota esse simulachra, idest varia dogmata, multas hęreses, et opiniones, etdniq; sapiẽtiã huius mundi, de qua maxime olim homines gloriabãtur exoleuisse, & arefactã esse ita ut Spiritus qui tunc vigebat in hoc mũdo dirũperetur ĩvisceribus eius, & diuideretur, quò factũ est, vt multæ exortæ fuerĩt sectæ, & scismata et aquę fluuij sint arefactæ, qa nulla, vel modica

C fides ĩ aquis. i. in Populis fuerit reperta, iuxta illud Lucæ 18. d. Putas ne cũ filius hominis venerit in mundum, inueniet fidem in terram? Hinc factum est, ut piscatores, et tendentes rete in mare, hoc est Apostoli, qui cõstituti fuerant piscatores hominum, ut scilicet, caperent pisces, idest animas, et traherent ad salutem, et qui reficiebant retia. i. emendabãt, et corrigebant mores hominum, et ad vnitatem, et concordiam *Luc. 18.*

D quoscunq; redigere conabantur, isti (inquam) piscatores nunc tristentur, ac lugeant quia nullum charitatis uestigium, et rectę intentionis propositum in mundo inueniunt, et præsertim his nostris temporibus, in quibus multæ, et variæ hæreses inualuerunt, et re vera contingit pugnas, et concertationes varias, non solum inter extraneos, et inter cognatos, et notos, uerum et inter eos, qui sunt sanguine coniuncti sæpe

E reperiri, et propterea iurè moerent piscatores, et lugent etc. Et ne omnino recedamus à litera dicamus quòd occupato regno ab Assyrijs piscatores etiã moerebunt, quia sublata erit eius facultas piscandi ob inopiam aquæ, et ob insolentiam militum, qui etiam solebãt suis dolis, et fraudibus seducere mentes pusillorum, et moerebunt, et trastabun-

ſtabuntur,quia Chriſtus manifeſtas, et notas faciet in populis adinuentiones eorum.

Præterea ſubdit Eſaias tamquam deridens, & ſubſannans Principes, & ſapientes ipſius Aegypti.d. *Stulti Principes Taneos Sapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens*: et nūc videtur conuerſus ad eiuſmodi Sapiētes et Cōſiliarios deridere eos,et increpare quēadmodū sūt auſi,nec puduit eos decipere Faraonē,et vniuerſū regnū in perditionē conijcere.d.Quomodo dicitis Pharaoni. Filius ſapientiū ego filius Regum antiquorum? Dicebantur ſtulti Principes, & Conſiliarij Pharaonis,quia perſuaſerunt ei arma capere aduerſus Regem Aſſyriorum pro defenſione Populi Iuda,qua in re, vt euentus rei comprobauit, dedere conſilium inſipiens. vt benè dixit ille Exitus acta probat. Cum ergo eos increpat. d. Quomodo dicitis Pharaoni: Filius ſapientiū ego, filius antiquorum Regum: duplicem habet ſenſum, aut quod de ſe ipſis loquerentur. q. d. Noſtra eſt ſapientia, noſtrum eſt conſilium, noſtri progenitores, & antenati fuere ſapientes, & Iure conſulti, nos non ſumus ab illis degeneres, ſumus filij Regum antiquorum; propterea quòd nullus erat apud eos Rex, niſi ſapiens: & proinde non poſſumus errare, nec decipi: hunc in modum miſeri ſe ipſos iactabant, & de ſapientia plurimum gloriabantur: aut illa verba ad ipſum Regem poſſunt referri, hunc in modum, quòd illi ſapientes, & Regni primates,qui adhęrebant Regi, & circumſtabant ipſum applaudebant ei, & adulabantur dicentes. Quid times Rex potentiſsime? nonnè Regnum tuum antiquiſsimum eſt, & potentiſsimum? neq; Regem vllum vnquam pertimuit, ſed quotquot auſi fuerunt aduerſus ipſum conſurgere,fuerunt ab eo deuicti, & in eius dictionem redacti, nec mirum quòd Regnū iſtud fuit ritè, & prudenter erectum, & ſumma cum ſapientia firmatum,ſtabilitum, & adminiſtratum; quare non eſt quòd timeas. Et quoniam quale fuerit eorum conſilium, quantumuè corū adulatio profecerit res ipſa comprobauit,

Tex. 4

A inuehitur nunc Propheta aduerſus Regem, & inquit. *Vbi nunc ſunt ſapientes tui? ò Rex Pharao: annuncient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituū ſuper Aegyptum. Quis enim eorum cognouit ſenſum Domini? aut quis Conſiliarius eius fuit?* Scriptum eſt enim filij hominum mendaces in ſtateris, vt decipiant de vanitate in idipſum. Et alibi.d. Propheta filij hominum vſq; quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Et tandem repetit Eſaias, quod dictum eſt; & concludit. *Stulti facti ſunt Principes Taneos,emarcuerunt Principes Mempheos*, Ideſt decepti ſunt, & à ſua exiſtimatione cæciderunt; *deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius*.i. Aegyptus erat angulus populorū eius,hoc eſt,erat nexus,&iūctura robur, ac ſtabilimētū populorū, vł p angulū populorū Aegypti poſſumus ītelligere Prīcipes,&Optimates ipſius Regni. Sed ego potius per angulū populorū intelligerem ipſum Regem quem deceperunt ipſi Sapientes, & Primates Regni; & verè quidem Rex poteſt vocari angulus Populorum, quia in eius virtute, ſapientia, ac poteſtate populi conſiſtunt, & vniuntur, & corroborantur, velut diſtincti parietes in uno, & eodē lapide coniunguntur Taneos, & Memphis ſunt duę principales, & nobiliores illius Regni Ciuitates. Taneos n. eſt Ciuitas illa in qua Moyſes multa ſigna fecit, iuxta illud pſal. 77 poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos. Memphis autem eſt Ciuitas, iuxtà D. Thomam,vbi vigebat ſtudium, & exercitium bonarum artiū & literarum, & vbi florebat ſapientia ſecularis, & ſecundum quoſdam, erat Ciuitas maximè dedita magicis artibus: et quemadmodum ſcribit Ioſephus lib. 8. cap. 6. de antiquitatibus, iſta Ciuitas fuit constructa, & edificata à Mineo Rege Aegyptiorum multo ante quàm fuerit ipſe Abraham. Quoniam ergo iſtæ duæ Ciuitates erant illuſtriores in toto illo Regio, ideo earum dumtaxat meminit Eſaias.

Pſ. 61.

Pſ. 4.

B

Aegyptus angulus populorum.

C

De Tanais vt. Plin. lib. 6.cap.7

Taneos Mēphis.

D

Pſ 77

De Mēphis Plin.lib. 2. cap.85.

Ioſeph.lib.8 antiq.cap.6.

E

Cur autem;et quid cauſę fuerit,quòd ſapientes,& conſiliarij Regis Aegypti tantopere aberrarint, & in eiuſmodi

gra-

grauissimas calamitates inciderint, docet Esaias hoc versiculo, cum inquit. *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens; & non erit Aegypto opus, quod faciat caput, & caudam incuruantem, & refrenantem.* Miscuit (inquam) Deus idest permisit commisceri, aut infundi inter ipsos primates, & sapientes Spiritum vertiginis, hoc est, spiritum erroris, spiritum inconstantiæ & instabilitatis, aut etiam spiritum promptitudinis, ac temeritatis, & hoc ideo fuit; quoniam, vt inquit D. Paulus ad Rom. primo non probauerunt Deum habere in notitia, ideo tradidit illos in reprobum sensum, & 2. ad Thes. cap. 2. dicit idem Paulus, de eiusmodi hominibus pro eo quòd charitatem veritatis non susceperunt, vt saluarentur, mittet eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio; sic & in hoc loco Deus misit, vel commiscuit inter eos, vel in medio eorum, hoc est, in cordibus, & mentibus ipsorum spiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, videlicet, in his quæ spectant ad cultum Dei; deinde in his quæ spectant ad regimen populorum, & ipsius Regni conseruationem. Nec te perturbet prius dixisse prophetam quòd dominus miscuit in medio populi spiritum erroris, & postea dixisse primates, & duces populi fecisse Aegyptum errare, quoniam prius ipsi errauerunt, & postea alios errare fecerunt. Postremo in his quæ spectant ad præparandum, & conficiendum bellum, tum pro defensione, tum etiam, si occurrerit, pro offensione eorum, qui uobis aduersantur, & errare fecit, sicut errat ebrius, & vomens, idest qui est perfectè ebrius aut crapulosus, ille enim non à se ipso, sed aliunde regitur; hic vero cum exerit, ebrietatem, nullam habet, neq; honesti, neq; decoris rationem.

Rom. primo

2. Thes. ca. 2

Porrò nota, quòd spiritus vertiginis non ab re istis imputatur, quoniam qui laborant hoc morbo, omnia sibi videntur circumvolui, & instar rotæ com-

A moueri, & tandem in se ipsis mobiles, & inconstantes ruunt in terram; vndè ps. 82. contra istos hunc in modum deprecatur. d. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. In summa qui spiritu vertiginis laborant, sibi ipsis sunt tædio, sunt incõstantes, nec sciunt quid agere debeãt. Vertigo. n. secundũ medicos nascitur ex humore frigido, & glutinoso, occupãte cerebrum, aut ex vaporibus calidis, &

psal. 82.

B acribus delatis ad caput, & spiritum animalem in cerebro vertentibus, & veluti in gyrum agentibus: alij ferè idem. d. esse morbum capitis qui ex frigidis, & lentis humoribus sursum ex ventriculo commeantibus oritur: vt sic affecti parua occasione succidant, quia omnia sibi videntur circumferri & circum volui, sic propemodum contingit his quibus Deus hunc spiritum imittit vt quid sint facturi nihil omnino per-

C sentiant. Eiusmodi erant Aegyptij, & cum primis optimates, & sapientes consiliarij: & explicans Propheta maiorem illius populi miseriam, inquit; Et non erit Aegypto opus, quod faciat, caput, & caudam, incuruantem, & refrenantẽ. Horum verborum sensus est, quod Regnum Aegypti vsquè adeo vile, & abiectum erit, quòd non erit opus, vt studeat, ac laboret ad constituendum caput, idest præpositos, Duces, ac præfe-

D ctos; nequè erit opus constituere caudam, idest satellites, & sequaces; neq; erit opus instituere quempiam incuruantem, & refrenantem, idest ministros qui regant populum, & ne vlli fiat iniuria, in officio contineant; & pœnis Iuuenum petulantiam coerceant, ac refrenent; quia expugnata, & capta Aegypto, ad alios deuoluetur imperium, & aliorum erit munus, & officium gubernandi. Alij exponunt, quòd Ae-

E gypto non erit opus, vt faciat caput, & caudam, idest non habebunt sui Duces, ac Rectores tantam vim, nec tantum animi robur, vt rem aliquam magni, vel parui momenti facere queant; nequè habebunt incuruantem, & refrenantem, hoc est, nec Senes, nec Adolescentes, quorum opera vtantur. Alibi per caput, videtur

intelligere ipse Propheta longæuum, & honorabilem; per caudam verò Prophetam docentem mendacium; sic .n. legit supra cap. 9. Disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam, incuruantem, & refrenantem die vna. q. d. simul & eodem temporis momento, & subdit ibidem. Longæuus, & honorabilis ipse est caput: & Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Vbi D. Hieronymus per Prophetã docentem mendacium intelligit Hæreticos, qui velut iumenta sua cauda, idest falsa doctrina desumptis quibusdam sacræ scripturæ locis perperam intellectis, suas, fęditates operiunt, & eadem cauda frequenter mota, & agitata arcent eos qui ad ueritatem anhelant, sicut moris est quorundam animalium motu caudæ arcere, & amouere à se muscas, & quædam alia huius generis animantia. Alij quidam posteriores hunc in modum exponunt: non erit opus Aegypto, vt faciat caput et caudam, idest non oportet eum laborare, & quicquam operis facere ad resistendum hostibus; quòd habeat principium & finem, idest nihil efficient, quod illis sit profuturum; neque ipsum laborare oportet, vt habeat incuruantem, & refrenantem, idest quòd præparet exercitum, qui incuruare possit, idest in fugam mittere militares hostium copias, aut saltem refrenare, quia tandem omnia eorum opera erũt imperfecta, ac tumultuaria: nec bonum habebunt principium; neq; etiã sunt bonum habitura finem; neq; etiã tanti erunt vt nouerint separare senes à Iuuenibus, & petulantes, ac lasciuientes Iuuenes reprimere, ac refrenare; quibus verbis dubio procul incredibilis Aegyptiorum stupor ac lues prædicitur, ac designatur. D. Hieronymus clarioribus verbis exponit hanc partem cuius expositio mihi summopere placet. Sic enim dicit. Aegyptus nullum habebit opus, siue consilium, quòd aut caput habeat, aut finem, quemadmodum nos vernacula lingua diceremus, non farà cosa, che stia bene, ne cosa ch'habbi garbò, & l'attione sue non hanno ne capo, ne coda;

cap. 9.

Hierony.

Heretici cauda.

Hierony.

A neque facient rem quæ senibus conueniat, aut Pueris, quorum alij .i. Senes per nimiam ætatem desipiunt, ac delirant: alij hoc est, Iuuenes, & Pueri, per lasciuiam, & infantiam, & modicam rerum experientiam ignorant quid agant. Hæc autem omnia quæ mox dicta sunt verius contigerunt, non modo Aegyptijs verùm, & vniuerso orbi qui per Aegyptum figuratur, sed multo magis Iudæis

B post Christi passionem; Tantus enim stupor ex prædicatione Euangelij, & miraculis Saluatoris nostri inuasit mentes hominum, vt nihil omnino scirent quid facto esset opus pro extinguenda, & penitus abolenda fide passionis Christi. Quòd etiam in his locis fuerit elusa, & penitus reiecta stulta sapientia Aegyptiorum manifestum est signum, & inditium sapientię huius mundi, quæ dubio procul apud

C Deum, manifesta est stultitia, & præsertim cum audeat, aut tentet se erigere contra Deum, cum satis constet nullam esse prudentiam, nullam sapientiam, consilium nullum contra Deum, vt dicit Hieremias. Nec mirum quòd aliqui huius Mundi Sapientes, qui nimium suæ sapientiæ tribuebant, & nihil uerum, nihil vè solidum, præter id, quod ipsi imaginabantur, fore existimabant, tantopere à ueritatis uia recesserint, & aberrarint; quando Dominus

D uolens reprimere, & detegere, manifestamquè facere vanissimam eorum iactantiam, in uisceribus eorum cerebri miscuit spiritum uertiginis, & eosdem reddidit uelut ebrios, atq; furentes. Ebrios quidem, non quia uinum potauerint, sed quia uitiis, & prauis opinionibus erant oppleti, contra quos ebrios loquæbatur Propheta .d. Væ qui ebrii estis absquè uino, & non solum ebrij

E sed et uomentes furorem draconum, et furorem aspidum insanabilem.

Hieremias alias adductus.

Sequitur deinceps ipse Propheta, ostendens imbecillitatem, & pusillanimitatem ipsorum Aegyptiorum, quod est aliud genus non paruum infœlicitatis, et miseriæ, dum inquit.

In Die illa erit Aegyptus quasi mulieres & stupebunt, & timebunt à facie commotionis Tex. 5.

motionis manus Domini exercituum, quam ipse mouebit super eam &c.

Cum mox ostenderit quantum Aegyptij defecerint in prudentia, & sapientia, de qua tantopere gloriabantur, cum suis consilijs, & actionibus maximam præse tulerint insipientiam, id quod rei euentus comprobauit, nunc sugillat eos, & demostrat quemadmodum in fortitudine, et animi magnitudine excelluerint, cum in tanta rerum necessitate effecti fuerint, velut mulieres, imbecilli scilicet, et pusillanimes, quoniã aduentante exercitu Assyriorum, non modo illis se opponere, et quantum res ferebat illis obsistere non curarũt, sed stupore, et timore perculsi hostibus manum dedere, hoc est quod habemus in præsenti litera, inquit enim Propheta quod ipsi stupebunt, & timebunt à præsentia, & manifestatione, quæ per faciem designatur commotionis manus Domini exercituum, quam ipse Deus mouebit super eam, hoc est, super Aegyptum; Videbunt enim et considerabunt manũ Domini, idest virtutẽ, et potentiam ipsius Dei esse commotam, et iam præparatam, ac resolutam ad puniendum Aegyptios. Vnde conuenienter sequitur, quòd habetur in hoc eodem capite, videlicet.

Et erit Terra Iuda Aegypto in pauorem: omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam. Textus iste cum vario modo legatur à diuersis Interpretibus non est vsq; adeò clarus, & perspicuus, vt prima facie nobis apparet. Si enim legatur quemadmodum in pluribus biblijs, & præsertim in ea quæ nuper est correcta, & approbata per Sixtum quintum & nouissime per Clementem viij. hunc in modum exponetur, quod Terra Iuda erit Aegypto in pauorem, quia cum nouerint Aegyptij Dominum exercituum præ alijs regionibus eam protegere, & custodire, pauebunt & contremiscent, neq; vnquam audebunt contra eam arma suscipere, aut dicendum quod cum Aegyptij fuerint recordati quòd propter auxilium ipsis Iudæis collatum tam grauia damna sunt passi, erit Terra Iuda Aegypto in pauorẽ, quod melius exponit cum dicit, omnis qui illius fuerit recordatus pauebit à facie, idest à consideratione consilij Domini exercituum, quòd consilium ipse Dominus cogitauit super eam. Solet enim quisque vehementer contristari dum recordatur loci, vel hominis inquo, vel à quo passius est aliquid mali iuxtà illud Virgilii. *Infandum regina iubes renouare dolorem.* *Vir. aeneid. 2*

Et præsertim cum recordati fuerint in obsidione ipsius Hyerusalem Dominum vna nocte per Angelum interfecisse. 185. millia virorum, Dicunt alii erit Terra Iuda Aegypto in pauorem, quia veniet aliquando dies, quòd sine tremore non poterunt audire nomen Iuda, cum in ea terra hoc Domini consilium de puniendis Aegyptiis longè antè fuerit reuelatum. Nec est credendum, Terra Iuda fuerit Aegypto in pauorem quasi fuerit tempus vllum, vt Iudæi potuerint, præter ea tempora in quibus eorum Ductor fuit Moyses, inferre malũ aliquod Aegyptiis, cum ipsi fuerint potentissimi, & fortissimi, quorum auxilium summopere Iudæi expetebant, & petebant, nisi dicamus, vt mox diximus, quod agnoscentes Aegyptii, & memoria repetentes quanta fecit Dominus in Populo Israel, & propter ipsum, non solum in pauorem quendam deuenirent; sed in reuerentiam quandam, & obseruantiam illius populi adducerentur. Sed ego longè altius erecta mente, & sursum corde eleuato, illis assentior qui existimant hic latere misterium, quod scilicet, Terra Iuda erit quandoq; Aegypto in pauorem, & quicunq. recordatus fuerit illius, pauebit à facie consilii Domini exercituũ, quod ipse cogitauit super eam, idest super Iudæam, & quodnam fuit hoc consilium? Consilium (inquam) Domini fuit, vt gẽs Iudæa spreto Idolorum cultu, & cognitis innumerabilibus Dei erga ipsam beneficiis conuerteretur ad ipsum, & legem, & mandata illis præscripta custodiret, & venientem Dei filium in hũc

idest lingua Sancta, lingua Hæbrea (sic enim omnes exponunt) uoluit autem Propheta nominare potius linguam Chanaan, quam linguam Hæbream, vel ut prophetia esset obscurior, uel ad tollendam iactantiam, et inanem gloriam Hæbreorum, quasi lingua eorum esset præstantior, et communior, et maior in præcio à cunctis habita: aut dicamus, propterea dixisse Prophetam, in illis quinque Ciuitatibus linguam Chanaan haberi, quia per longum tēpus fuit terra illa, à cananeis exculta, et habitata: Nonnulli aiunt (ne quid prætermittam) multos Aegyptios, qui cum Assyrijs venerant ad expugnandā Hyerusalem, missos fuisse saluos in patriam suam, vt narrarent magnalia Dei Israel, & erectis aris (colerent ipsum Deum) et sacrificijs venerarentur, et hoc vult innuere Propheta, cum inquit: quinq; Ciuitates Aegyptiorum loqui lingua Chanaan, idest lingua Hæbrea, qua vtebantur fideles, laudaturi Dominum, quamquām lingua Chanaā non sit omnino eadem cum hębrea; sed mirum est, quomodo quinq; tantū Ciuitates in terra Aegypti fuerint hoc beneficium consequutæ, et non aliæ, aut non plures, aut pauciores: ego certe non intelligo; et existimo sub his verbis, et sub hoc numero determinato profundum aliquod latere misteriū. Dicunt aliqui quòd posuit numerum determinatum pro indeterminato: vel quòd uoluit recensere vrbes celebriores, et illustriores. Alii dicunt quòd istæ quinq; Ciuitates in uniuersum, et secundum quamlibet eius partem susceperunt linguam Chanaan, adeò quod in nulla istarum erat aliqua scissura siuè diuisio, vt una pars Ciuitatis loqueretur lingua Aegyptiaca, reliqua uerò lingua Chanaan; quemadmodum ego uidi Tridenti, et in quibusdam aliis locis, et Ciuitatibus, quod pars una, seu uicus illius eiusdē urbis loquebatur līgua germanica, reliqua verò pars līgua Italica. Quælibet istarū expositionū secundū literā in hi satisfacit, sed re vera arbitror non absq; misterio sic loquutum esse Prophetam: nisi fortè dicamus qđ re ipsa Propheta prævidit sic fore à principio prædicationis Euangelicæ tot, et non plures fuisse ad Deum Ciuitates conuertendas, sic enim suauis dispositio qua Deus omnia disponit, uidebatur exigere. At si uolumus ad tropos, et figuras deuenire, dicemus quòd per quinquè Ciuitates debemus intelligere, iuxtà Procopium uaria ordinum genera, qui perpetuo loquuntur lingua Chanaā idest laudant, et confitentur Deum, qualia sunt Heremitæ, Anachoritæ, Monachi, Coenobitæ, et alia religiosorum genera. et si liceret in Sacris literis nōnunquam ludere, dicere possemus, ꝙ ꝑ quinq; Ciuitates designantur quinque ordines Mendicantium, sed quia non sunt prætermittendi Monachi, qui primi omnium post Apostolos fuerunt in Ecclesia; ideo inter ea quę per istas Ciuitates figurantur, connumeremus etiā uaria Monachorum genera: Nec mireris per quinq; Ciuitates uarias Religiosorum classes intelligamus, quando nonnulli Sacri Interpræctes uelint numerum quinarium religionem insinuare. D. Hieronymus lib. 6. super Esa: uult per quinque Ciuitates præsignari quinque ordines qui sunt in Ecclesia, v3. præsbiteratus, diaconatus, Episcopatus, Fideles, et Catecumeni, et hęc sunt quinque uerba quę D. Paulus cupiebat loqui in Ecclesia potius, quam decē millia. Alii existimant numerum quinarium, esse notam, et signum uirorum Sanctorum, quandoquidem sancti, quinq; corporis sensus in obsequium sui Creatoris exercent. v. g. oculos habent erectos, et eleuatos ad Dominum Deum, audire desiderant uocem Angelorum, qui narrant mirabilia eius, Currunt in odorem unguētorum eius, et inexplicabilem gustum percipiunt in perceptione Sacramētorū iuxtà illud Prophetę. Gustate et uidete quàm suauis est dominus ps 33. et sacra tractare cupiunt, abhorrentes uana, et prophana; sic etiam docet B. Augustinus sermone 23. de quinq; uirginibus fatuis, et quinquè prudentibus, ubi uult quinq; Virgines fatuas referre quascunq; animas damnatorum, qui quinq; sensuum illecebris deliniti æternam uitam amiserunt: per Virgines autem quinque pru-

[Margin notes: Quinq; ciuitates Aegypti. — Lingua Chanaam. — ps. 33.]

dentes, uult referri, et designari beatorum omnium vitam, quæ à sensibus allici non potuerunt, neq; á virtute abduci. Sic & D. Ambrosius videtur affirmare multis in locis, inter quas Sanctorum virorum sententias, & assertiones; posssem et ego afferre sententiã meam: quòd per quinq; Ciuitates Aegypti, quę loquebantur lingua Chanaan intelligamus non immerito præsignatas fore quinquè plagas, & vulnera Christo Domino allata; ex quorum Sanguine fuit plantata, & erecta Christi Ecclesia, quæ doctrina quatuor Euangalistarum, & scriptis aliorum Apostolorum, & pręsertim D. Pauli Apostoli instruitur, regitur, & perpetuo in sincera fide roboratur.

D. Hieronymus egregie per quinq; Ciuitates quæ loquuntur lingua Chananea tropologice intelligens quinq; sensus ostendit, qui loquuntur lingua Aegyptiaca, & qui loquuntur lingua Chanaan, cuius sententiam prætereo, ne tædio lectores afficiam. Hoc vnum aduertito quod qui vsi fuerint his sensibus in obsequium Dei, & in salutem animæ dicũtur loqui lingua Chananea: qui verò secus dicuntur loqui lingua Aegyptiaca. Hoc vnum nolò prætermittere, quòd non abre dictum fuit à Propheta in Terra Aegypti futuras quinq; Ciuitates loquentes lingua Chanaan, vt ostenderet aliquando futurum, quòd omnes in Ecclesia eadem dicent, eadem loquentur, & sentient, & non erit distinctio apud Deum Iudæi, & Græci, id quòd profectò eueniet, cum fiet vnum ouile, & unus Pastor: Nec solum in Terra Aegypti erunt istæ quinquè Ciuitates, quæ loquentur lingua Chanaan, sed inquit Propheta, quod erunt iurantes per Dominum exercituum. Hoc enim est potissimum signum absolutæ fidei, & conuersionis ad Deum, quia iurare per Deum, nil aliud est, quam agnoscere, & fateri eũ esse uerum Deum, ac Dominum, et Patronum, vindicem, ac tutorem veritatis; sicq; ei manus & fidem dare, vt ab eius præcepto, obsequio, ac deuotione nunquam recedamus: appellat ipsum Deum Dominum exercituum; & plerunq;, præsertim in hoc eodem capite appellat eum Dominum exercituum, quo intelligimus eum esse Dominum, & principem militiæ cœli, & omnium Regnorum, quæ vnquam fuerunt, & quæ nunc sunt, & quæ post hæc sunt futura, ut timeamus eum, & uereamur, ne quid agere putemus aduersus ipsum; dicit etiam Propheta ꝙ vna ex his quinq; Ciuitatibus, quæ loquuntur lingua Chanaan, dicitur Ciuitas Solis, quæ secundum aliquos dicitur nunc Alexandria, quòd ibi primũ cæpit apparere sol. i. lumen veritatis, & Christus Dominus per prædicationẽ B. Simonis Apostoli, qui primus ibi Christum annunciauit, et nonnuli aiũt etiam Marcum Euangelistam, ibidem Christi fidem annunciasse; pleriq; tum veteres tum Moderni non recedentes à significatione vocabuli, dicunt hanc ciuitatem Græco vocabulo nuncupatã Heliopolim, quod idem est quod ciuitas solis. Hanc ferunt fuisse Ciuitatem insignem, & præcipuam totius Regni vrbem in qua uigebant studia diuersarũ facultatum, præsertim Philosophiæ, & Astronomiæ, & ibidem viguisse, & floruisse uiros sapientes, & præsertim Sacerdotes, qui mordicus auitam opinionem sectabantur, & proinde præter alias causas, non ab re sapientissimus vates nôster duxit oportunũ hanc speciatim, inter alias, vrbem nominare, quò demonstraret maximam vim, & efficaciã verbi Dei, ꝙ eius pdicatione non solũ quæcunq; loca quęcunq; Ciuitates, spræta falsitate, veritatem apprehenderunt, verum etiam Ciuitas illa primaria, multis sapientibus referta, & maximè viris religiosis, & suorũ Deorum cultui præ cæteris addicta, quos nulli dubiũ, difficilius est à suis opinionibus & culta amoueri, vtebat ea lingua. *Heliopolis ciuitas solis.*

Et sequitur textus. *In die illa erit altare Domini in medio Terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius erit in signum, & in testimonium Domino exercituum in Terra Aegypti.* Tex. 7.

Ponit hic Esaias signum aliud longè manifestum conuersionis Aegyptiorum, quòd videlicet, in die illa, quando sup. venerit Dominus, & manifesta-

Altare erectum in medio Aegypti

status fuerit gentibus, & lumen fidei fuerit infusum, erit altare Domini in medio Terræ Aegypti, hoc est, non in angulis, aut vico aliquo Regionis illius modico, & obscuro; nec solum in quinque Ciuitatibus: sed in medio Terræ Aegypti, hoc est, in visceribus eius, & intra ipsam terram, et per omnem partem illius erit altare, idest locus in quo Sacerdotes faciant Sacra, et offerant sacrificia munda, & immaculata, non sanguine conspersa, vt erant prius, B immundorum animalium; vbi per altare erectum in medio Aegypti, vel erigendum intelligere possumus veræ religionis cultum ibi institutum; nec solum in medio Aegypti, sed in medio Mundi, qui (ut alias diximus) per Aegyptum figuratur, & per illud altare erectum itelligas innumerabiles aras, quæ sunt erectæ in toto mundo ad honorem Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi; neque mireris quod vnum tantum C dicat altare erigendum, quia re vera, licet multa, vt diximus, sint vbique locorum altaria, omnia tamen sunt vnum, quia vna tantum est fides, vnica oblatio, vnicum sacrificium, sicut vnus est Deus, et vnum baptisma. Cum postea subdit; *Et titulus Domini iuxta terminum eius erit in signum, & in testimonium Domino exercituum &c.*

Per titulum Domini positum iuxta terminum eius, nonnulli intelligunt D titulum illum, & superscriptionem positam in sublimitate Crucis, qui titulus, et inscriptio erat scripta literis Græcis, Latinis, et Hebraicis. Alij per titulum istum intelligunt ipsammet crucem, quæ fuit erecta in signum, & in testimonium Domino exercituum, quod scilicet ipse solus est, qui potest, & potuit saluare Aegyptum, & vniuersum Mundum, omitto quòd ipsam Crucem, in qua, & su- E pra quam fuit eleuatus, & exaltatus summus Sacerdos Christus, opinantur esse altare illud de quo loquitur hic Propheta, adeoquod crux non titulus, sed altare constitutum in medio terræ dicitur. Nonnulli posteriores opinantur titulum Domini positum iuxta terminum ipsius Aegypti fore

Titulus domini.

A quoddam præsidium, & propugnaculum positum iuxta terminum Aegypti ne quis audeat perturbare limites, & inuadere loca illius Regni, qua sententia volunt innuere, quòd fides ibi, idest in Aegypto vsquè adeò fixa permanebit, vt non sit timendum unquam inde recessuram.

Sed hoc falsum est, quoniam iam videmus regnum Aegypti possessum à Barbaris, et Maumeticæ superstitioni addictum, tametsi multi adhuc Christi fidem profitentes, & multa eorum tépla existant; verum in fine temporum verum erit omnino quod hic Propheta testatur. D. autem Cyrillus inter cæteros opinatur titulũ de quo hic loquitur Esaias positum iuxtà terminum in terra Aegypti hunc esse videlicet Sacrosanctum Euangelium. Inter has autem opiniones iudicet quisq; vir prudens, & intelligens quid optimum, quidue rectissimum, et magis opportunum esse videatur. Nota etiam, et aduerte quòd non sine emphasi, et miro quodam artificio d. Propheta, Altare Domini fore in illa die erigendum in Aegypto, qui enim quondam alijs omnibus gentibus superstitiores fuere, & laxatis habenis impudenter proruere, in illa die, idest cum salutaris prædicatio cœperit illucescere, uerum Deum colere, & amplecti non grauabuntur, sed alacriter ad ipsum accurrent. Propterea nõ sine admiratione d. Propheta, in die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti. Quis unq̃ istud præuidisset? Quis crederet? Quis putaret? Nonnè præter opinionem, ac fidem quorumcumq; et planè paradoxum est in ipsa regione Aegyptiorum altare Domini constitutum? Verum quis merito dubitaret. Qui fieri potuit, ut præter Ciuitatem Hierusalem, & extra templum in ea constructum altare quodpiam strueretur Domino exercituum? cum lege cautum esset, nullibi, neq; altare, neque sacrificia fieri debere, nisi in sola Iudæa, et in una tantum eius ciuitate Hierosolyma? Respõdet hoc facto indicari iã Moysi legem esse euacuandam similiter, et Sacerdotium esse commutandum, et

Cyrillus.

uero Deo, non amplius Moysi neq; cuiquam ex Prophetis esse obtemperandum; quę uero de leuitis, & Sacerdotibus, nec non et Sacrificijs fuere à Moyse constituta nulli amplius usui, neque Aegyptijs, neq; cuiquam omnino gentium sunt futura, conuenienter ergo, et uerè fuit prędictum à Propheta, quod erit altare Domini in die illa, et titulus Domini iuxtà terminum eius in signū, et in testimonium Domino exercituū in Terra Aegypti. Vbi sequitur.

Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Signum, et testimonium Domino exercituum illud erit, quod erectio altaris, titulus appositus, sunt signa euidentia, & testimonia nos colere Deum, eius fidem profiteri, & protestari coram Domino exercituum nos esse filios eius, & ab eo redemptos, & liberatos, id quod ex eo probatur, quòd cum fuerimus oppręssi ab aliquo, clamabimus ad Dominum, cuius auxilium interpellare nemo quidem auderet, nisi sciret aut crederet se in filium Dei assertum, & ascriptum, quemadmodum faciebant Aegyptij dum fuerint oppressi ab inimicis, et hoc est quod habemus in litera. *Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem, & propugnatorem* videlicet, Christum Dominum, *qui liberet eos*; & statim sequitur.

Tex. 8. *Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostijs, & in muneribus; & uota nouebunt Domino, & soluent.*

Videtur in hoc loco Propheta superfluus esse, cum toties idem repetat. d. n. primo cognoscetur Dominus ab Aegypto, & statim subdit, & cognoscent Aegyptii Dominum. Huic dubitationi facilè satisfacio ex sententia veterum patrum quandoquidem, hac repetitione quanta sit erga nos Domini indulgentia facile designatur, pariterq; videre est quanto cum gaudio lætetur, & exultet ipse Prophæta, dum contemplatur ineffabilem indulgentissimi Domini benignitatem, quòd Aegyptum præter cęteras nationes uitiis turpissimis inquinatam, & fędissima Idolatria superstitione conspurcatam sua misericordia sit ꝓsequuturus, & vocaturꝰ ad fidem; propterea præ lętitia, & admiratione more gestientium, & lętantiū, & præ gaudio triumphantium eandem rem centies repetit, dixerat enim prius quòd iurabunt Aegyptii per Deum Israel, quòd erit altare dedicatum Domino exercituum in medio Terrę Aegypti, & quòd Deus mittet eis saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos à facie tribulantis; & postmodum subdit. & cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognosent Aegyptii Dominum; & quæ sequuntur. Et re uera quemadmodum ait D. Cyrillus, causa efficiens, & concilians omnia bona ipsi homini est hæc vna, agnoscere verum Deum, Dominum & Creatorem omniū; sed ipsemet Cyrillus circa pręsentem textum mouet hanc dubitationem, quomodo potuere Aegyptij clamare ad Dominum cum tribularentur, cum nondum ipsum cognouerint? Respōdet quòd ipsa natura à Diabolo grauata, & oppręssa non valens eius violentiā sustinere cogit̃ aduersus eius tirannidem vociferari; tametsi non perfectè cognoscatur Deus, quemadmodum legimus sanguinem Abel clamasse ad Deum quamquam ipse propriam vocem non haberet, sed hoc nobis plurimum confert, quòd ipse Deus ipsam quasi rei indignitatem odio habet, ac detestatur. sic ergo, illi quamuis nondum perfectè Deum cognoscerent ab ipsa tamen necessitate coacti clamauerunt ad Dominum. Sed reuertamur ad textum mox propositum. *Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum*, quibus verbis, pręter ea quæ dicta sunt, arbitror Prophetam innuere quòd prius Deus lumine gratię pręuenientis excitat nos, ut à nobis cognoscatur proponendo nobis quasdā uias, & rationes, quibus eius cognitionē auspicari curemꝰ, & ipsi demū excitati, & moti, clarius, & perspicacius ipsum cognoscamus, & cognitum colere, & venerari studeamus in hostiis, & in muneribus, & uota uouere ipsi Domino, & soluere, et de uniuersis beneficiis

Dubium.

Solutio.

Sanguis Abel clamauit ad Deū.

ficijs gratias agere, quo loco obseruare oportet cultum externum nulla ratione esse damnandum, vt quo testamur nos esse filios Dei, ab eo redemptos, & multis alijs beneficijs cumulatos; præterquam quòd his ceremonijs externis protestamur nos nullum aliũ Deum præter ipsum cognoscere, & fateri: adde quòd per hæc signa exteriora, & actiones corporeas nos cũ simus sensibiles & sensuales facilè excitamur & prouocamur ad laudẽ Dei, ac deuotionem. Aliud præcipuè nobis considerandum, magnopere nobis prodesse Deo quandoq; aliquid vouere, & multo magis vota soluere; iuxta illud ps. Redde altissimo vota tua, & ps. 50. vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera.

Vouere, bonum est.

Tex 9. Post hæc sequitur. *Percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos.* Mirum certè est quomodo Deus, iuxtà verbum Esaiæ tot variationes, & circuitiones circa Populum Aegypti agere videatur; nunc quidem asserit Dominum fore illis propitium, nunc eos percutere; & postmodum Sanare; & rursus ipsis placabilem reddi, et denuo eosdem Sanare. Item posset quis ãbigere qui fieri potest vt homines Aegyptii infideles, et incircuncisi tot beneficiis à Deo cumulentur.

Dubium

Solutio Ad primum Respondeo secundũ quosdam quòd ista percusio de qua textus loquitur in presenti est percusio parcentis, non percusio perdentis, et exterminantis, quæ quidem per plagam pęnitentiæ animam perducit ad salutem, et propterea subdit. Percutiet Dominus Aegyptum plaga, et sanabit eam, et reuertentur ad Dominum, etc. Alii dicunt quod Deus percutiet Aegyptum ob eius scelera, et præuaricationes, quibus Deum contempsit, et sanabit eos, idest Aegyptios, et cum fuerit sanatus, idest per gratiam illuminatus, et cognouerit, et confessus fuerit errorem suum reuertetur ad Dominũ. Sed quoniam sępenumero contingit illuminatos, et conuersos ad Deum inani quadam fiducia elatos ad uomitum reuerti, et longè peiora delinquere, vt plerisquè frequenter contigit rursus Deus eos percutit, et non quacunq; percussione, sed longe grauiori, et acriori, et hac graui læsione percussi ardentius reuertuntur ad Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos; quæ autem fuerit ista plaga qua Dominus percussit Aegyptum, dicunt nõnulli fuisse ablationem regni, quòd tandem voluit Dominus vna cum cæteris nationibus fore subiectum Romano Imperio, vt facilius possent Apostoli per omnia loca prædicare verbum Dei: et quonam pacto sanauit Aegyptum? eo nimirum, quia tandem ex impietate ad pietatem adduxit.

Percussio Dei duplex.

Ad aliud quæsitum, cur videlicet, Aegyptii homines impii, et incircuncisi tot gratijs, et beneficiis fuere ditati. Respõdeo ob immensam, et inexplicabilem Dei largitatem, qui cum primũ graui animaduersione eos percussisset, atq; ipsi suam infirmitatem, et impotẽtiam agnouissent, et quòd nullibi poterant expectare auxilium, confugerũt ad Dominum Deum, qui placatus fuit eis, et sanauit eos. *Solutio.*

Ex qua conuersione, seu resipiscentia, hoc deindè beneficium maximum prodiisse compertum est quod futurum omnifariam prædixit Esaias, cũ subdit. *In die illa,* qua s. fuerit cõuersus popul[us] Aegypti, et verũ Deum cognouerit, *erit via, & transitus de Aegypto in Assyrios, intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegyptius Assyrios: & seruient Aegyptij Assur.* *Tex. 10.* Quasi velit dicere quòd tanta erit communio, confidentia, Societas, et consuetudo inter Aegyptios, et Assyrios, quòd cum omni securitate, et fiducia, et absq; vllo timore, et suspicione, mutuo conuersabuntur, negocia tractabunt, commerciis addicentur; et sibi inuicem seruient; seruient (inquam) non seruitute coacta, dura, ac violenta, sed seruitute Christiana, qua etiam D. Paulus seruum se fore omnium fatebatur. Vide quæso quàm magnum, et singulare beneficium nobis attulerit Christi fides, et cognitio, quòd ea, quæ prius inter se maximè distabant, et dissidebant, post Christi aduentum omnia videntur in

vnum

vnum coacta, & non solum homines cum Angelis, sed etiam gentes, cum gentibus coniungentur.

Et præterea *In Die illa* quando scilicet, fuerit prædicatum Euangelium, & fuerit facta ista communicatio, & familiaritas inter Aegyptum, & Assyrium d. Propheta *Erit Israel tertius ab Aegypto, & Assyrio, benedictio in medio terra cui benedixit Dominus exercituum.* [Tex. 11.]

d. Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrio, hæreditas autem mea Israel. O mirum & præclarum uaticinium. O incredibilem, & immensā Dei potentiā ac bonitatē, qui prius inter se erant infensissimi hostes, & inimici, per Christi fidē, & uirtutē se inuicē diligunt se inuicē complectuntur, & sibi mutuo seruiunt. Et cum nulla esset affinitas, & necessitudo inter Aegyptios, & Assyrios multo minus vtrorumq; ad Iudæos: nunc post Christi aduentum omnia hæc regna, omnes hi populi erunt inuicem uniti in una fide, in una spe, & mutua dilectione, & Israel idest populus Israeliticus qui nihil habebat commune cū istis, erit quasi medius inter vtrosq; & vtriq; participabunt naturam, & conditiones, hoc est, beneficia, gratias, & præmia promissa Iudæis, idest ueris Israelitis. Vel dicas quòd Israel erit tertius post Assyrios, & Aegyptios, quia tertio loco vocatus ad fidem, cuius figuram habemus Num. 2. quòd qui erant primi uidelicet, secundum carnem, secundo loco mouebantur, & incedebant, & quemadmodum d. ipse Dominus apud Mathęum. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Sed melius est vt dicamus Israel fore tertium inter Aegyptium, & Assyrium, quemadmodum solet esse unus amicus duorum, qui cum prius inter se maxime dissiderent, postea facti sunt amici, & omnes idem sentiunt, idem dicunt, idem volunt, neque vlla est inter eos dissensio, atque distinctio, cui vnioni & coniunctioni benedixit Dominus exercituum d. Benedictus populus meus Aegypti tamquam prior vocatus ad fidem, & opus manuum mearum Assyrio, vel Assyrius quem ego diu sustinui, & ad me tandem conuerti. Hęreditas autem mea Israel. tamquam ea gens in qua natus, educatus, & multa sum operatus. O profunda misteria quis unquam poterit ista comprehendere? Deus nobis gratiam largiatur, vt ea quandoque tantisper apprehendamus. [Mat. ca. 20.]

Expositio Tropologica super Caput XIX.

IN hoc itaque 19. capitulo quod nūc exposuimus aduertere oportet, & memoria repetere Prophetam in eo predicere onus, grauitatem, & pondus quod imminet regno Aegypti, quemadmodum & predixerat onus Babilonis, & Damasci. Vbi sciendum hæc tria ciuitatum, & regionum nomina non carere misterio. Damascum enim, dicunt quidam speculatores istorum nominum, significare carnem; Babyloniam verò Diabolum, Aegiptum verò mundum, seù tenebram, & alias denominationes quas refert Augustinus super psal. 113. Hæc tria, cum primum in lucem ædimur, nos oppugnant v3. Caro, Demon, & hic mundus fallax, & insatiabilis, qui totus in maligno positus est. quemadmodum Babylonii, Syrij, & Aegyptij infestabant, & affligebant populum Dei, sed prætermissis oneribus Babylonis, & Damasci, loquamur de onere Aegypti, quod est presentis speculationis qui quidem dicit Augustinus loco mox adducto interprętatur afflictio, uel affligens, uel comprimens, & sępe etiam ponitur in imagine huius seculi, à quo spiritualiter recedendum est, ne simus iugum ducentes cum infidelibus: & quēadmodum populus Israel in terram ꝓmissionis deduci non potuit, nisi prius ab Aegypto discederet, ita nemo nostrū poterit ingredi sanctā Ciuitatem nisi prius recedamus ab hoc seculo, & abrenunciemus ei, & pompis eius, & sicut ille videlicet populus Israel non inde discessit, nisi diuino liberatus auxilio, sic nemo corde ab hoc seculo auertetur, nisi diuinę misericordiæ mune-

re

Aug. super Ps. 113.

re adiuuetur. Hoc ille super psal 113 super primā partē psal. Et quoniā per hūc Aegyptū diximus etiā significari tenebras, propterea per ipsū, & sub ipso dicemus contigeri quęcumq; sunt in tenebris, in tenebris in quā, ignorātiæ & peccatorū, quippe qui nolūt intelligere, ut bene agāt, quibus quoq; loquitur Oseas Propheta, cap. 4. cum dicit quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui obliuiscar filiorum tuorum & ego, Et multa alia dicit in eodem capitulo aduersus eos qui repulerunt scientiam. Hi ergo qui ignorant Deum, & nolunt aequiescere sermonibus veritatis, sunt ex eorum numero qui Ecclesię Dei sunt infensi, & abhominantur, & execrantur doctores ve-

Ose. cap. 4

A ritatis, et pastores ouium Christi. Et quoniam per Aegyptum designantur etiam secundum Augustinum tribulātes, et affligentes, et angustiantes, uel angustiam ferentes, aut alios ad angustiam redigentes, id circo rationabiliter vel iure optimo, Deus per Prophetam minatur illis, onus, & supplicium qui perturbant, affligunt. & ad angustiam redigere conantur seruos Dei, & ministros Ecclesiæ, et ecclesiam ipsā, B qui nisi quandoq; resipuerint, et ad Ecclesiā sanctam redierint, et deuotis pręcibus Deum placere studuerint, ijs oneribus quę propheta minatur subiacebunt, à quibus nos subtrahere, & subleuare dignetur Dominus noster Iesus Christus cui sit laus, et honor per infinita secula.

CAPVT VIGESIMVM.



N anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cū 1.
misisset eum Sargon rex Assyriorū, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam: in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filij Amos, dicens: Vade, & solue saccū de lūbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus, &
discalceatus. Et *dixit Dominus: sicut ambulauit Seruus meus* 2.
Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum, & portentum erit super Aegyptum, & super Aethiopiam, sic minabit Rex Assyriorum captiuitatem Aegypti & transmigrationem Aethiopiae, iuuenum, & senum, nudam, & discalceatam discoopertis
natibus ad ignominiam Aegypti. Et *timebunt, & cōfundentur* 3.
ab Aethiopia spe sua; & ab Aegypto gloria sua. Et *dicet habi-* 4.
tator insulæ huius in die illa; Ecce haec erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos à facie regis Assyriorum: & quo modo effugere poterimus nos?

EXPLANATIO IN VIGESIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *IN anno quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon Rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam. In tempore illo loquutus est Dominus in manu Isaiæ filii Amos dicens: Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis, & fecit sic uadens nudus, & discalceatus &c.*



IN hoc capite manifestũ est quid agat. Prius.n.describitur & ꝑdicitur punitio Aethiopium,& Aegyptiorum facta per manum Regis Assyriorum,ita iubente Deo, ac dispo nente, seù mauis permittente vnà cũ ceteris conditionibus ad perfectam rei descriptionem requisitis loci, videlicet temporis, & personarum. Deinde ponitur stupor,& confusio Iudæorum,qui in Aegyptijs,& Aethiopibus spem suã collocarunt. Dicunt enim quidã scriptores, quòd Rege Assyriorum debellante, & depopulante Iudæã, & indies ad eius deuastationem progrediente, Rex Aegypti,& Rex Aetiopiæ surrexerunt aduersus illum,qui id persentiens mouit castra aduersus eos, debellauit, & captiuos duxit. Describit ergo tempus Esaias, quo hæc dei reuelatio facta fuit. Et inquit. In anno quo Tharthã Dux, & præfectus militiæ Regis Assyriorum ingressus est Azotum, & expugnauit eam, missus inquam à Sargon Rege Assyriorum quem dicunt fuisse ipsum Senacherib,qui secũdum D.Hieronymum in hoc eodem loco septem nominibus fuit appellatus, licet alii dicant hoc falsum esse, & nequaquam ipsum Senacherib vastasse neq; Aegyptum, nequè Aetiopiam; vt etiam testatur Ioseph lib: 10. antiqui: cap. 1.& 2. Sed ego tutius existimo assentiri.D Hieronymo, fortasis enim aliis temporibus Senacherib vastauit Aegyptum, vel quod probabilius est per Senacherib,vel per Sargon Regem Assyriorum qui vastauit Aegyptum, & Aethiopiam quicquam aliud voluit in misterio Esaias iutelligere, aut per hæc duo regna aliud indicauit. Azotus autem,qui,& Asdod dicebatur erat oppidum Iudeę munitissimum in cõfinio, scilicet Iudeæ, & versus Aegyptum, ac prope ipsum mare, Scopus autem & intentio huius visionis est ostendere, quam temerè & imprudenter Iudæi confidebant in auxilio Aegyptiorum,& Aethiopum. Dicit ergo Propheta in eo tempore, dum scilicet Tharthan expugnaret Azotũ,vel paulo post quam cæpit ipsum, ut ex textu Hæbreo potest elici,loquutus est Dominus per manum, uel in manu Esaiæ filii Amos cuius in hac re prædicenda, & patefacienda voluit uti ministerio,utq. non solum verbis, uerùm signo aliquo exteriori,quod facturus aduersus Aegyptios, & Aethiopas præmostraret, dixit ei præcipiens. *Vade, & solue Saccum delumbis tuis*, idest exue te,et detrahe saccũ de lumbis tuis, *& calciamenta tua tolle de pedibus tuis, & fecit sic, vadens nudus & discalceatus.*

[Margin notes: *Senacherib multi nominis.* — *Ioseph. lib. 10 antiq.* — *Azotus urbs.* — *Munitissima.*]

Mira certè obedientia non enim veritus

ritus est uir nobilis, & excellens incedere nudus, & discalceatus, nihil magis decorum, & honestum, quam Deo obedire, futurum esse existimans, sicut e contrà, nihil turpius quam Deo repugnare Saccum quidē dicūt omnes fuisse cilicium, quod ex pilis Hircorū & Caprarū cōficiebatur, & ipsā carnē immediatè præcingebat, & operiebat super quod aliæ postmodū uestes, & indumenta ponebantur, quemadmodū hac quoque nostra tempestate plerique viri sancti solent pro carnis maceratione deferre, & nudis pedibus incedere, vt Esdras qui cum audisset, peccata populi sciditvestem, caput barbamque contumeliose dilacerauit sese prostrauit in teram Et non nulli dicunt, hoc genus indumenti fuisse Prophetis ingenuum, & peculiare, uel dum populi peccata plangebant vel cum miseriam, & calamitatem aliquam ipsius populi præuidebant, aut prospiciebant, quo tempore, pro luctu & tristitia saccum illum deferebant, aut etiam in exemplum aliorum, ne qui cæteros ad pęnitentiam, & mundi contemptum hortabantur, sectari delicias viderentur quemadmodum hodie quoque quidam religiosi viri, & pręsertim qui mendicantes nuncupantur, & præceteris Capuccini, & alii quidam aliorum ordinum saccos quosdam deferunt, quos Hæretici, & omnes Profani saccos mendicitatis per ignominiā appellare consueuerunt, & quemadmodum dicit Ambrosius epi. 36. quidam non uerentur capita, & supercilia sua radere, utueneri sacra faciant, & si quis Dei obsequio magis addictus mutauerit vestem, aut nudus incesserit, indignum facinus appellant, non considerantes vocem Christi; dicentis qui me erubuerit coram hominibus, erubescā & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis, non est confusus Dauid qui ante arcam testimonii coram omni populo saltabat, imo dicebat, & profitebatur se futurum uilem, & ignobilem in oculis suis coram Deo, ut habetur secundo regum ca. 6. dum Michol filia Saul eundem deridebat, & reprehendebat quòd nudus fuisset progressus ante ancillas seruorum suorum, non igitur arguendus est Esaias qui nudus, & discalceatus ibat perpopulos oracula clamās cęlestia, sed non est adeò nouum, & insolitū nudis pedibus incedere, quoniā ut scribit Cœlius lib, 8. cap. 27. quidam ex antiquis vocabantur nudipedales, quia nudis pedibus incedebant, & sacra faciebant. Quin, & D. Hieronymus ad Paulam scribit Phariseos vetustissimo more sacra fecisse, & nudis pedibus ambulasse, Sacco incubantes, volutati in cinere. Et Ioseph de bello Iudiaco lib. 2. scribit Reginam Bernicē ut Deo uota uoueret pro salute Hierusalem uenisse, & pro amore patrio, hostiis cæsis capillisq; abrasis nudipedem ante tribunal stetisse. Eusebius quoq; refert nudipedalia apud Lacedemonios primum acta: Pithagoras quoque in Symbulis notauit adorandum pedibus nudis, ac sacrificandum, sed hac in re de Esaia variæ sunt sententię, quidam enim putant hæc in uisione tantū imaginaria fuisse peracta, sed ego nō probo hanc opinionem, neque uidetur ullo pacto congrua ipsi textui. Quidā, alii nolunt affirmare Esaiam omnino nudum incessisse, quia nimis turpe, & indecorum extitisset, uirum tam celebrem, & præclarum palàm hominum conspectibus obiici, sed satis erat (inquiunt) ad istam nuditatem præmostrādam pedes esse discalceatos, & crura, atque tibias fore denudatas, quoniam apud Hæbreos, ut aiunt non hi solum nudi dicuntur, qui nihil habent uestū, sed qui superiores tantum deponunt, & apud nos quoque inoleuit iste modus loquendi, vt si quis interiores uestes deponeret, & pallio tantum foret amictus nudus incedere diceretur, & apud D. Marcum cap. 14. legitur de eo adolescēte, qui sequebatur Christū amictus syndone supernudo, qui reiecta Syndone, nudus profugit ab eis, quāquam is potius uestem superiorem, quam interiorem deposuisse credatur; sic etiam contra, si quis interiores vestes uelut indusium aut quicquam aliud retinens, pallium, & suppremas vestes deponeret, nudus quodammodo nobis uideretur; solemus enim deridere homines, qui absque pallio, & insula, seù thiara in publicum

Saccus quid

lib. 11. antiq. cap. 5.

Ambrosius Epist. 36.

2. Reg. ca. 6.

A

B

C

D

E

Num. Esaias incesserit per urbē nudus et discalceatus.

Cœlius lib. 8 cap. 27.

Ioseph de bello Iudaico lib. 2.

Matrc. 14.

licum prodire conspiciuntur, Horum quidem sententiæ libenter subscribo, neque enim video qua ratione debeat refelli, iidem etiam nolunt trium annorum spatio nudũ incessisse Prophetam, sed accipiunt annos pro diebus, ut alibi de Ezechia legitur, sed ego non ita facilè huic opinioni assentior, modicum enim signum, & portentũ fuisset, si per tres dies tantum Propheta eo modo nudus incessisset. Propterea unusquisq; in suo sensu abundet. Sed videamus quid hoc facto, siue signo voluit inuere, uel indicare Dominus, *& dixit Dominus sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, et discalceatus, trium annorum signum, & portentum erit super Aegyptum, & super Aethiopiam, sic minabit Rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopię, Iuuenum, & Senum, nudam, & discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Aegypti &c.*

Tex. 2.

Fortasse quis posset quærere si Deus volebat ostendere quid facturus erat de Aegyptiis, cur nõ premostrauit potius ipsis Iudæis per os Prophetæ quæ progressu temporis erant euentura Aegyptiis, & non præcipere, ac iubere hominem tam celebrem, & insignem Prophetam nudum, & discalceatum per vrbem incedere omni decenti cultu neglecto? Responderi potest Deum hæc ideo præcipisse quia optimè norat ipsos Iudæos Prophetarum sermonibus non obtemperare, nec fidem adhibere, imò cum futura prædicerent eos increpare, dicentes alia nobis loquimini & annunciate nobis, quæ sunt placentia. Quod autem discoopertis natibus ducti fuerint Aegyptii per ignominiam, quidam non admittunt, ut litera iacet, sed latius accipiunt hanc nuditatem pro quacumque ignominia, quod non facilè est admittendum, nisi dicamus pudenda tantum fuisse obtecta, reliquum totius corporis nudum prorsus extitisse, quoniam licet Assyrii fuissent Barbari, & omnis honestatis, & clementiæ expertes. Nihilominus etiam & ipsi vsq; adeò fortasis insitum habebant pudenda velare, vt quidam Barbari teste D. Aug. illas corporis partes

Aug. lib. 14. de Ciuita. 17.

A nec in balneis nudas haberent, sed cum earum tegumentis lauabant, imo refert in quibusdam opacis indię solitudinibus cum quidam nudi philosophentur adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus per cætera membrorum carent. Herodotus inquit magno fuisse probro apud lydos, cæterosque barbaros hominem conspici nudum. Contra verò legitur apud Diodorum lib. 4. aliquos Aethiopum nudos prorsũ incedere, alios verò vulpinis caudis pudenda uelare, aut quandoque foliis, & arborum corticibus pudenda contegere: Antonius quoquoque Possouinus quem ego ob egregias sui animi dotes vehementer colo, in sua Bibliotheca selecta par. prima refert in quibusdam indorum regionibus reperire homines siluestres, seuos, immanes, qui humana carnę vescuntur, nulla veste uix virilia tegentes, imo quidam nudi prorsus, & timidi fœdissimæ veneri, aut etiam Adonidi vulgo dediti, & Plinius lib. 5. cap. 8. d. Gamphasantes esse nudos, præliorum expertes nullo externo congregari, & lib. 8. cap. 30. d. Gymnites semper nudos existere. Verum enimvero putandum est, Assyrios de quibus nobis est sermo, ob implacabile odiũ aduersus Aegyptios, & Aethiopas nihil quo eos confunderẽt, & probro afficerent ullatenus amisisse erga Iuuenes, & Senes, et quoscũq; cuius uis sexus, & ętatis id ꝙ permisit Dominus quo ostenderet, õnes in vnũ declinasse, senes ut qui iã perfectam ętatem erant adepti, iuuenes ut qui ad maturam ætatem peruenerint, sunt iam in malitia roborati, id ipsum nobis quoq; qui non sumus multo aliis meliores, & sanctiores aliquando contigisse scimus, dum victi ab immanissimis turcis, & aliis infidelibus in captiuitatem adducti fuerimus nullũ ignominiæ, & opprobrii genus fuit pretermissum, vt uerè beati illi, qui sincera fide muniti summa cum patientia eiusmodi pro Christo opprobria sustinuere sint omnino habendi.

B

Ant. Posso.

C

D

E

Sed aliquis dicet, cur turpe, & ignominiosum fore putabatur, nudum, & discalceatum incedere, nonnè primi

mi nostri parentes, cum primum fuerunt in lucem editi, & procreati nudi erant, & nudis pedibus incedebant, et hęc eorum nuditas non erat illis incognita; quamuis textus dicat, quòd facta transgressione aperti sunt oculi amborum, et cognouerunt, se esse nudos Gen: cap. 3. Verum nec dum erubescebant, neq; vllo pudore afficiebantur. Dico ad primũ secundũ Augustinum lib. 14. de Ciuitate Dei cap. 17. quòd non est eadem ratio de primis parentibus, dum erant in statu innocentiæ, et de nobis omnibus, qui sumus in statu naturæ corruptæ, immò neq; ipsorum eadem est ratio, antequã peccarent, et cum primum per inobedientiam deliquerunt, et ab eo fœlicissimo statu ceciderunt: nam antequã peccarent, nullus erat pudor, quamuis nudi essent; at posteaq̃ peccauerũt, cęperunt erubescere, quia tunc libido cæpit membra corporis præter arbitrium commouere, quod antea non faciebat, quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat, quia tunc erat compressa, et subacta ab originali iustitia; Sed posteaquam progenitores nostri suo demerito iustitiam illam amiserunt, ad homines delictum, et inobedientiam eius redarguendum cępit libido suam vim in illa corporis membra exerere. Sed rursum quæres, cur genitalia corporis membra potius quam brachia, pedes, et crura sunt pudenda, et erubescimus ea detegere? Dicunt aliqui hoc esse propter obscenos eorum motus, quibus animus ad res turpes, et flagitiosas facilè cõmouetur, et incitatur; et propter inobedientiam earundem partium erga rationem: minus enim quam cæteræ obediunt rationi, nequè eius imperio quasi freno coerceri, et reprimi possunt; et hoc iusto Dei iudicio factum est, ut quæ ratio nolit obedire Deo; neq; etiã inferiores hominis partes obediant ei, sed potius eidem rebelles, et repugnãtes existant hæc.D. Augustinus in calce cap: vigesimi eiusdem lib. á qua rebellione nullus eruitur, nisi id quod in comunem perniciem perpetratum est, et Dei iustitia vindicatum

Ad primũ. Gen. cap. 3.

August. lib. 14. de ciui. cap. 17.

A Dei gratia in singulis expietur. Hic nota duo, primum quidem quod illud factum, siue actio, præcepta ipsi Prophetæ, vt nudus, et discalceatus incederet, dicitur fuisse signum, et portentum super Aegyptum, quod signum, & portentum non sunt nomina synonima, quia signum dicitur respectu omnium quorum est signum, & quæ per ipsum nobis innotescunt, & significantur; portentum verò super id quod signifi- B cat, & portendit, addit aliquid horrendum, ac terribile; quemadmodum Ireneus alibi docet; quòd Prophetæ nõ solum visionibus, aut reuelationibus, sed aliquando conuersatione, & actionibus quibusdam, quas Dei spiritu permoti peragebant, aliquid futurũ significabãt & pertendebant. Aliud hic notandum, quod trium annorum dicitur futurum signum, & portentum super Aegyptũ; hæc descriptio, & limitatio temporis C trium annorum multifariam exponitur. Quidam volunt hoc tempus trium annorum fore præfixum, ac designatũ ipsi Prophetæ, quo nudus, & discalceatus incederet pro signo, & portento super Aegyptum, quorum sententiam non penitus reijcio, neq; admitto, quãuis nimis graue onus tanto Prophetæ videatur impositum, veruntamen verisimile est Deum quandoq; suos seruos, ac Ministros tam paruifacere, vt con- D temptibiles omnibus reddantur, & quodammodo velut fatui, & insani habeantur, tametsi insanus non sit habendus qui Dei iussa exequitur, insani sunt illi qui vana, & inutilia, atq; etiam perniciosa sequuntur, & amant, de quibus Regius Propheta ps. 39. ita loquitur. Beatus qui non respexit in vanitates, & insanias falsas; vbi notat D. Ambrosius reperiri ĩ hominũ cõsuetudine insanias veras, & insanias falsas, existimans, E insanias veras eas esse quæ tales existimantur ab hominibus vanis, quæ tamen sunt multo sapientiores, & prudentiores quacunq; sapientia huius mundi; vt quæ prophetæ in excessu mentis dicunt, & faciunt, sicut Isaias nudus, & excalceatus currebat per Ciuitatem, prædicentes non quæ ipsi populi vellent, sed quæ à Deo præcepta erant

Not. 1.

Signum & Portentum quo differunt.

Ireneus.

Nota. 2.

ps. 39.

Ambrosius

Insania duplex.

erant, Sed clarius insania vera est credere, & facere quod non decet. Insania falsa est credere, & facere quod placet Deo, et displicet hominibus, & D. Aug. super eundem psalmum d. Insaniam falsam, seu mẽdacem esse sectari uana. noxia, caduca, & transitoria fidem præbere auguriis, et diuinationibus, quam ego potius existimarem, pace D. Ambrosij) appellari debere insaniam ueram quam falsam. Alij dicũt spatium illud trium annornm describptum fore, quòd post tres annos expletos, Aegyptij cladem patiẽtur. At ego existimo, quòd tribus annis integris & perdurantibus Aegytii, & Aethyopes subibunt grauem illam iacturam per exercitum Assyriorum, quo toto tempore illum sustinere cogentur, qui tandem subacti, ac deuicti, plurimi eorum in captiuitatem ducentur, nec Iuueni, & Seni, nec Nobili, aut ignobili parcetur, sed omnes indistinctim suam quique poenam sustinebunt. Post ea sequitur. *Et timebunt, & confundentur ab Aethyopia spe sua, ab Aegypto gloria sua & dicet habitator insulæ huius in die illa: haccine erat spes nostra* verus tex. habet. *Ecce hæc erat spes nostra ad quos cõfugim⁹ in auxilium, ut liberarent nos à facie Regis Assyriorum, & quomodo effugere poterimus nos.*

Hic certe rationabilis oritur dubitatio. cur post beneficia conferenda Aegyptiis, in capite præcedenti illis promissa, & pronunciata, nunc Esaias prædicit eos desolandos, & euertendos ab Assyriis? potest dici hoc ideo factum ut quæ de Christo uenturo, & de eorum conuersione, ad fidem sunt prædicta facilius crederent, cum viderint quæ prius fore sunt prædicta, indubitanter euenisse. Exitus enim, & euentus rerum priorum fidem faciunt, ea esse futura quæ posterius euenire prædicuntur. Deinde hoc facit Esaias, ut retundat, & reprimat stultitiam Iudęorum, qui credebant se auxilio Aethyopum & Aegyptiorum resistere Dei voluntati, qui iam decreuerat eos ob eorum flagitia ab Assyriis debere castigari. Præterea d D. Hieronymus, quòd captiuitas Aegyptiorum, de qua in præcedenti ca- A pite est loquutus, eadem nunc recensetur, & approbatur. Dicit ergo. *Et timebunt & confundentur Aegyptij*, timebunt (inquam) & confundentur ab Aethyopia spe sua; hoc est, in fiducia quã habebant in auxilio Aethyopum, pariter & Aethyopes timebunt, & confundentur ab Aegypto qui in gloria, virtute, & magnificentia sua gloriabantur, ita quòd inuicem pudifient, & confundentur, & alterum alterius mi- B serebetur, & suam quisq; miseriam, & calamitatem incredibili pudore, & reuerentia accusabit; aut dicamus quòd timebunt, & confundentur Iudæi ab Aethyopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua, cum scilicet viderint eos quorum auxilio nitebantur, ita deiectos, ac pudefactos, & in miseram adductos calamitatem, timebunt inquam ne illis idem eueniat, & candẽm, aut forte maiorem patiantur igno- C miniam. Confundentur (inquam) ab Aethiopia spe sua, idest fiducia quam in ea collocauerant, & quæ forte illis erat pollicita: & rursus confundentur ab Aegypto gloria sua, quę scilicet, ipsi magnificabant, & de quæ tantopere gloriabantur. Confundẽtur (inquam) cum viderint illam, nullam esse, & nihil sibi ipsis profecisse.

Et dicet habitator insula huius in die illa cum videlicet uiderit hoc euenisse, hęccine etat spes nostra &c. per insulam, Tex. 4. D hoc loco nonnulli intelligunt ipsam Aegyptum, eò quod flumina circumfluant, & stagnis aquarum vndique cingatur, & vult Propheta, eius habitatores se ipsos damnare ob spẽ in Aethyopibus collocatam, Alii volunt per insulam hoc loco intelligamus ipsam Azotum, qui locus, velut insula à mari circundatus erat à militibus Assyriorum, sed melius illi, qui per insu- E lam intelligunt Iudęam, & Palestinam quæ ab vtroque mari cincta est, & abluta, iste ergo habitator insulæ idest Iudeę, & Ciuitates Hierusalem in hæc verba querulus, & luctuosus prorumpet d *haccine erat spes nostra, etc.* tex. est clarus, exquo illud tandem nobis colligendum est; maledictum esse, qui confidit in homine, & carnem ponit brachium

Dubitatio tex.

Solutio

Hierony.

Iudæa insula.

chium idest robur et potentiam suam quare in solo Deo confidendum. Nulli dubium, quod Aegyptii, nudi erant, & discalceati. quia bonis omnibus tàm internis, quam externis destituti, & velut ignominiosi habiti, quales sumus, & nos omnes cum virtutē amiserimus & nihil nisi res futiles, & inanes āplexati fuerimus licet incedere nudum, & discalceatum propter Deum sit valde laudabile iuxta illud. Nisi quis renunciauerit omnibus quę possidet nō potest meus esse discipulus. Et propterea nimis laboriosum est, pannis grauatum et superfluis vestibus indutū magnū iter, quale est ex hoc mūdo ad Patrē uelle pficere. Vnde interrogatꝰ quidā rusticus à quodam prædiuite, & viro potente nū crederet se post mortē in cœlū ascēsurum. Respondit rusticus, credo quod non, quoniam multa uestimenta, quæ defers impediunt quò tam longum iter pficias, ideo dicebat ille oportet Christum nudum, nudi sequamur. Considera etiam, quod tres annos nos oportet ire nudos, & discalceatos, i. uitijs, & sceleribus destitutos, vȝ in Adolescētia, in Iuuētute, & Senectute iuxta illud Esa: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: & illud, cogitaui dies antiquos, & annos ęternos in mente habui.


CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

ONus deserti maris, Sicut turbines ab Aphrico ueniūt 1:
de deserto venit, de terra horribili: Visio dura nun
ciata est mihi; qui incredulus est, infideliter agit, et
qui depopulator est, vastat. Ascēde Aelā, obside Me 2.
de:ōnem gemitū eius cessare feci. Propterea repleti
sūt lubi mei dolore, āgustia possedit me sicut angustia parturiētis,
corrui cū audirē, cōturbatus sū cū viderē. Emarcuit cor meū, tene
bræ stupefecerūt me: Babylō dilecta mea posita ē mihi in miraculū
Pone mensā, contēplare inspecula comedentes, & bibētes: surgite 3.
principes, arripite clypeū. Hec. n. dixit mihi Dominus: Vade, & po
ne speculatorē: & quodcūq; uiderit, annūciet. Et vidit currū duo- 4.
rū equitū, ascensorē asini, & ascensorē cameli: & contēplatus est
diligenter multo intuitu. Et clamauit Leo. Super speculā Domini
ego sū, stans iugiter per diē: & super custodiā meā ego sum, stās to- 5.
tis noctibus. Ecce iste uenit ascensor uir bigæ equitum et respōdit
& dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum ei- 6.
us contrita sunt in terram. Tritura mea, & filia areæ meæ. quæ au
diui à Domino exercituū Deo Israel, annunciaui nobis. Onus Du- 7.
ma ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte, custos quid de no- 8.
cte? Dixit custos: Venit mane, & nox: si quæritis, quaerite: con-
uertimini, venite. Onus in Arabia, in saltu ad vesperam dormi
etis, in Semitis Dedanim. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui 9.
habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti. A fa

cie.n.gladiorũ fugerũt à facie gladii imminentis, à facie arcus ex tenti à facie grauis praelii: quoniam haec dicit Dominus ad me.
10. Ad huc *in uno anno, quasi in anno mercenarii, & auferetur õnis gloria Cedar. Et reliquiae numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Israel locutus est.*

EXPLANATIO IN VIGESIMVMPRIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

1. O*NVS deserti maris sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit de terra horribili.*



OMnes expositores quos hactenus ego viderĩ super caput istud, opinãt Esa. ĩeo ꝑdicere, & vaticinari grauissimã ꝑsecutionẽ & afflictionẽ quã passura est à Medis, & Persis Ciuitas Babylonia, vrbs alioquĩ vetustissima, & potentissima, authoribus Cyro, & Dario Regibus Persarum qui eam expugnarũt, & D. Hieronym⁹ ante alios, uenit in hãc sententiam, tum propter ea quæ apertè de Babylone referuntur in hoc cap. tum propterea quę apud Hieremiam cap. 51. leguntur, & quidam volunt aliqua ex parte tangi etiam Aegyptum, & totum istud cap. diuiditur in tres partes principales iuxta tria onera, quæ describit, & prædicit Esa. trium locorum videlicet deserti maris, Dumæ, & Arabiæ, quorum singula suis quæq; locis tractabuntur; sed prius de deserto mare, aut de mare deserti, vel de deserto maris loqui intendit non enim hæ dictiones idem significant omnino, sed prius describit, aut circumloquitur onus deserti maris ꝑ quod Babylonia intelligitur, quam vocat mare aridum, inaquosum, piscibus destitutum, & nullam habens idoneitatem ad nauigandũ, quia admodũ diceremus syluam desertam omni genere lignorum destitutam, siue agnũ desertum nullis frugibus excultum, siue Ciuitatem desertam, aut derelictam nullis, vel paucis habitatoribus oppletam, Sic propemodum de Babilonia dicendum est, sed verius de hoc seculo, vt infra dicemus. Verũ difficultas est. cum supra in cap. 13. & 14. prædixerit Esaias, & descripserit, quód viderat onus supra Babylonẽ, cur id ipsum in hoc etiã ca. uoluerit enarrare. Nõnulli dicerẽt fortasse, nõ semel, sed pluries Babyloniam eiusmodi onera sustulisse, proĩde nõ inconuenit, ea quoque recensere et eorum monuisse. At ex sacris literis id nõ cõstat: propterea dicunt alii, nõ esse incõgruum apud Prophetas de eadem re semel atq; iterum sermonem haberi, quandoquidem nõ semꝑ quæcunq; fuerint eis reuelata mox literis mandare solent, sic Dei spiritu eos monente, neq; omnia quæ ad vnã, & eandẽ ꝑsonã, seu locum spectant, vnica tantum visione, sed per interualla temporum quemadmodum expedire nouerit omnipotẽs Deus, illi patefiunt; dicunt quidam propterea hoc loco Prophetã rursus prædicere ruinam Babylonis, quoniã quæ supra 13. & 14. c. dixerat, erant aliquantum obscura, et explicatu difficilia tametsi principium, et titulus præsentis cap. teste D. Hieronymo, sit magis obscurus, ꝑpterea apertius hoc in loco voluit explicare ob eam causam ut Iudęos ab omni spe, fiducia in illis constituta abduceret, & eosdem cõtristatos, et moerore confectos consolaretur, eadẽ semel atq; iterum ob oculos ponens, demonstrat se habituros Deum vindicem, modo ex præscripto legis

Hier. c. 51

Babylonia mare desertum.

mare desertum præsẽs seculum

legis uiuere instituant, et Dei præcepta seruare conētur. Dicit ergo Propheta *Onus deserti maris* q.d. Ecce ego video, prædico, ac prænuncio onus .i. afflictionem, destructionem, et euersionē illius vrbis, quæ est uelut mare desertū vel potius mare deserti. Cōmuniter dicūt exponentes Babyloniā uocari mare propter amplitudinem situs, & propter multitudinem habitantium, quorum frequentia, concursus, et conuersatio, & mutui ad se inuicem tractatus, & colloquia, reddebat quasi quēdam sonitum velut mare dum à fluctibus quatitur, et commouetur. quemadmodum videre est in quibusdam Ciuitatibus, vbi multa negocia, et commercia peraguntur, & quemadmodum in mari plerumq; solet esse turbatio, motus, & inquietudo, sic propèmodum erat in ea Ciuitate, quæ multa regna complectebatur, velut etiam mare, multorum fluminum aquas excipit, ac retinet. Solemus .n. cum uidemus alicubi multas gētes in vnum coactas dicere, illic est mare gentium, mare populorum. Nec displicet, eam vocari mare, propter aquarum copiam quæ prope erant, scimus enim congregationes aquarum appellari maria. Præterea quòd aliqui dicunt ipsam vocari Mare deserti, quod inter eam, et mare quod vergit ad occidentem erat amplum, & horridum desertum, aut appellatur mare deserti, quia in solitudinem erat quandoq; redigenda, et habenda velut desertum. Lyranus vult dici mare desertum, propter attenuationem Euphratis, quod propter amplitudinem et cōgregationem aquarū potuit appellari mare, ꝙ erat ꝓpe desertū ut prædixit Hier. cap. 51. Desertū faciam mare eius, et siccabo uenā eius. Ego autē (pace aliorū dixerī) Babyloniā uocari mare deserti, quia erat Ciuitas orbata, & destituta ōnib⁹ uirtutibus, & bonis ōnib⁹, q̄locū aliquē solēt apud oēs illustrē, nobilē, & spectabilē reddere, & dicebatᶜ mare deserti, ut cū dicimus mare absq; piscibus .q.d. mare nullius pēsi, atq. valoris, sic ego existimo hac methaphora voluisse Prophetā nūcupare Ciuitatē illā vsq; adeo cōtēptibilē. Et describēs Propheta initiū suç ꝑ

A ditionis, inquit. *Sicut turbines ab Aphrico ueniunt*. vnde .s. vēti īpetuosissimi ꝓdeūt, sic suple cū homines illius regionis sint agrestes, & inhumani, sic ego existimo vocatā esse terrā illā, vnde produit vastitas illius Ciuitatis, desertū, & terrā horribilē. Venit ď deserto, hoc ē ď loco ignobili, inculto, uepribus, & spinis cōferto, de terra horribili, neque ūquā habitabili quæ sola nominatione facit horrorē, ac despiciētiā, sed forte erat
B horribilis terra ista Babyloniis. Sunt q existimāt pauca ista verba dicta ab ipso propheta ī personā Babyloniç, sed ego arbitror debere referri ad ipsūmet Prophetā, qui ex his verbis īcipit describere, & explicare onus ipsius Ciuitatis. q. d. statī ex īprouiso, & ꝑter oēm opinionē, cū maximo īpetu, & armorū strepitu veniet ꝑditio, & ruina suꝑ Babylonē, q̄sadmodū ex īprouiso nobis qn̄q; nihil tale cogitātibus, veniūt turbines vento-
C rū, qui puluerem ita cient, & cōmouent utqn̄q. parū absit, quī oculos astātiū, vel deābulātiū obcecare queāt. Nec dubiū ꝙ iste vehemens, & repentinus turbo q occupauit Ciuitatē Babyloniā, fit figura vltimæ cōsumationis Mūdi; cū nos comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, & nihil tale opinātes subito voce Dn̄i opprimemur, et ex hoc mundo extrahemur sed quid ego eiusmodi cōmotionē ad mūdi cōsumatio-
D nē refero? cū nos sīgulo quoq. die uideamus propriis oculis nōnullos ex īproso, & nihil tale cogitantes ex hac uita absumi, propterea monemur diligētes esse, & sēp uigilare, quia nescimus diē neq. horā. De hoc turbine, cōmoto, i & exagitato à vēto Australi, qui qn̄q; est adeò vehemēs, & multus ꝙ quasi uidetur obcecare hōes ꝑtereūtes: scribit Pli. li. 2. de natu. hist. ꝑ multa capita, & ꝑsertī ca. 45. ubi inquit ꝙ ī Dalmatia sūt qui- Plin. lib. 2. c. 45.
E dā specus q sine sine generāt vētos, & vasto in preceps hiatu, in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die turbini similis emicat procella, & in Cyrenica Prouincia dicitur esse quædam rupes dedicata Austro, quam prophanum sit attrectari hominis manu, Prouincia Cyrenatica confestim Austro voluente arenas, Asserit etiam, in quibusdam domibus ma

nufacta inclusa opacitate cõceptacula, auras suas habere:id ꝙ propè Vincẽtiã reperiri à testibus fide dignis audiui. Nõ ergo inconuenit turbines quosdã, & tẽpestates ab Aphrico venire,& ꝑ desertum ptrãseũtes cõmouere vrbẽ,& iacturã nõ modicã hoĩb⁹ ĩ ferre Auster.n. vt dñt metheorologici est vẽt⁹ hauriẽs aquas,& quia est calidus,& humidus rõne locorũ pq̃ trãsit,est causa harũ imbrium, fulgurũ & horribiliũ tẽpestatũ & habet duos collaterales, v3. Euro austrum ex vno latere,& Austro affricum ex alio ideo & c. Hãc tẽpestatem à deserto ꝓdeuntẽ. Testatur D. Hieronymus plerunq; nobis aduenire p q̃ dubio procul tentationes, & angustiæ, q̃ nos incessanter afficiunt,& opprimunt, designãtur,q̃ qdem tempestates ab eo loco veniunt,ut puta à deserto ĩ quo tentat⁹ est Dñus,& reuera plurimum cauere debem⁹ ne nos tentet Sathanas,aut si forte tentauerit,illi quoad fieri põt conemur obsistere,ꝑpetuo Deum orantes ne nos ĩducat in tẽtationẽ. Memores illi⁹ dicti.Beatus uir qui suffert tentationẽ, & profectò nõ debemus cedere tentationibus,qm̃ lõgè maior est adiutor, q̃ oppugnator. Qui verò huiusmodi tẽtationib⁹ nõ resistunt sed cędunt,onere maris deserti opprimunt̃. Dicit.n. D. Bernardus mare desertum esse hoĩes derelictos à Deo,& à sanctorũ numero segregatos,qui suo põdere & ꝑsecutione sanctã ꝑmunt Ecclesiã, qui postmodũ graui põdere poenarũ aliqñ punientur. Mare desertum, ac derelictũ, & maximè fluctuosum sunt illi,qui diuersis passionũ, ac vitiorũ tumultibus quatiunt̃; isti ꝓpemodum designãtur ꝑ mare deserti,qui grauissimo oneri subijciunt̃, de quib⁹ hoc loco vaticinatur ipse Propheta. Et cũ onus istud sit maximè graue,& vehemẽter detestãdũ,& effugiendum ꝓpea subdit Propheta.d.*Visio dura nunciata est mihi*: & re vera aspera,& acerba,q̃ vix capi, aut tollerari põt q̃ verba verissima sunt, cõsiderata grauitate oneris ꝙ vidit sup Babilonẽ,vt.s.Ciuitas adeò magna adeò potẽs,& tãta fortissimorũ hoĩũ multitudine cõstipata, tã facilè,& quodã quasi tp̃ris momẽto sit ruitura.Hinc aliqui volunt onus dici visio-

Tex. 2.

A nẽ,vt v3.on⁹ dicat̃ visio,ꝙ ego nõ probo. Aliud est.n.ꝑuidere aliquod onus, aliud ipsum ferre,nisi dicamus quod videre onus alicui imponendum, aliqñ est satis graue,quia contristatur vidẽs,& moerore cõficitur. Post hæc subdit hęc axiomata Qui ĩcredulus est,infideliter agit, & qui *de populator* est vastat:quasi velit dicere, qui malus est, nõ põt nisi mala facere iuxtã illud Saluatoris. Nõ põt arbor mala fructus bonos facere. Eadẽ B ferè verba leguntur apud Abacuch cap. 2 vbi inquit. Ecce qui incredulus est,nõ est recta aĩa eius ĩ semetipso Planus ergo sensus verborum est. Qui sua naturæ est propensus ad incredulitatẽ nec didicit esse cõstãs in verbis suis,nõ põt nisi infideliter agere,& operari, qñquidẽ actus necessario debet esse cõformis potẽtię,& habitui à quo prouenit. Similiter qui depopulator est.i qui consueuit alijs nocere,& de alienis laborib⁹ uictũ C parare,& oĩa p fas,& nefas surripere, & suũ incõmodum conferre, nõ põt secus facere, nisi ut vastet, & lædat,& quęcunq; sibi obuia dissipet,ac depdetur,& q̃ quis nouit artem,illã exerceat,& exequatur. Sed dubiũ est quò nã referãtur hęc verba? cur hęc subiecit Esaias? Dicũt quidã hæc uerba referri ad Balthassarem Regẽ Babylonię, quippè qui pp Cyrũ Regem Persarũ fertur hęc verba dixisse dũ lugeret vastitatem Babylo- D nis,quasi diceret, quid mirũ est,si perfidus Cyrus,aut Darius fidem nõ seruat aut si nos sine causa depopulatur,& vastat:cũ vterque sit incredulus,& infidelis? Ego aũt existimo hęc verba dici à Propheta aduersus vtrũq̃, v3, aduersus Regem Babylonis, & aduersus Reges Persarũ,& Medorũ, qm̃ utriq; erant increduli,malæ fidęi, & hoĩes puersi, vt, iste sit sensus. Qui incredul⁹ est, infideliter agit.i scelerat⁹ in sceleratũ inijcit E manus (vt vulgo dr̃) un Barbiere rade l'altro, & vn tristo gastiga l'altro. Verũ hæc expositio difficile admodũ põt aptari literę q̃ habemus. Propterea, melior forsã expositio est,ut dicam⁹ hæc uerba ab eo prolatam aduers⁹ Regem Babylonis,vt cũ dixerit:visio dura nunciata est mihi. v3. ciuitatẽ Babylonicã esse dstruẽdã,& solo ęquãdã,ĩterat post

Qui incredulus est, infideliter agit.

Abachuch. cap. 2.

modum

modum non esse id mirum, neque præter rationem, quasi velit innuere quòd Rex Babylonis hæc, & longè grauiora promeretur, quia qui incredulus est infideliter agit, qualis fuit ipse, & qui depopulator est, quemadmodum, & ille qui omnia volebat suo subiici imperio, meritò hæc patitur; cui expositioni videtur assentiri D. Hieronymus dum inquit, non præuaricatur, nisi qui præuaricator est, & non agit iniquè, nisi iniquus. Quòd igitur maris fluctibus obruamur, & opprimat nos sæua tempestas nostri uitii est, qui ante tempestatem præuaricatores fuimus, & iniqui quibus verbis uidetur innui, quòd nisi Babylonii prius iniquè egissent, illi Reges non insurrexissent aduersus eos, neq; arma, cæpissent. Quidam sic exponũt hanc partem. Qui incredulus est infideliter agit. q. d. impii, & īfideles ac uiri nequam agant quam maximè possunt, & quidquid velint, quia tandē luent pœnas, & suorum criminum debitum exoluent, Deindè sequitur *Ascende Aelam, obside Mede, omnem gemitũ eius cessare feci &c.* loquitur hæc verba noster Propheta, uel in persona Dei præcipientis Persas, & Medos ad obsidionem Babylonis in vltionem suorum scelerum, aut sunt verba ipsiusmet Prophetæ, ut qui propriis oculis, ac veluti de proximo conspiceret exercitus præparatos aduersus Babylonē, & ideo inquit. Ascende Aelam, idest vos Aelamitæ, & Persæ qui cunctamini, quid expectatis, & vos Medi cur non properatis, & cur non cito mouemini ad destruendam hanc Ciuitatē tam fastuosam, tā infestā, ac formidabilē cunctis nationibus? Neq; est quòd eius fortitudinem, & bellatorum multitudinē vereamini. Aelā dicunt fuisse filiũ Sē, à quo cōstructa fuit iuxtà opinionem quorundā in Regione Persarũ Ciuitas quā nomine suo appellauit Aelā vnde Ciues dicũtur Aelamitæ de cuius nominis interpretatione, vide D. Hierony. in tractatu de locis Hæbraicis, & ob id quidā voluit Aelamitas, & Persas idē esse, quod ego non probo, quemadmodũ neq: illorũ sententiā, qui pro eodē accipiũt Medos & Persas, In

Gen. cap. x.

A Act. quidē Apostolorũ cap. 2. secernũtur nomina istorũ locorũ d. Parthi, & Medi, et Aelamitæ etc. Hæc eadē verba mox exposita dicta à Propheta, uel in persona Dei, uel ipsiusmet; iuxtà textũ 70. Interpræturn dicta fuere ab ipso Baltassarre Rege Babyloniæ, tamquā miserante et deflente infortuniũ suum qui typus est hominis terreni, et auari, quo nihil est in rerũ natura scelestius, et magis odiosum, similiter quę verba

Act. cap. 2. Parthi, & Medi sunt populi distincti.

B immediatè sequuntur, uidelicet omnē gemitum cessare feci, tribuũtur eidē, sub hac forma tamē. Nũc ingemiscā, et consolabor meipsũ, quę uerba licet nō sint in textu nostro, verũtamē propter multa, quæ ex his elicrũtur sic interpretari libet. Inquit. n. D. Cyrillus quòd cōstitutis in vltimis ærũnis, quoddā cōsolationis genus esse videtur flere, et plorare. extunditur. n. ex dolore lachryma et iusto dei iudicio efficitur, ut qui tam

C audaces, et animis supra quoscunq; homines tumidis existũt, et se ipsos aliis pręferunt, muliebriter fundant lachrymas, et antè belli periculum debilitate fracti, et cōtusi, fletũ sibi ipsis cōsciscũt et eliciũt: Dicũt. n impleti sũt lũbi mei angustia, et dissolutione, et dolores apprehenderũt me etc. Sed exponamus hunc testũ iuxtà uulgatā editionē. Sic. n. habet textus noster. *Omnē gemitũ eius cessare feci, Propterea repleti sunt lumbi mei*

D *dolore &c.* Possũt hæc uerba referri, vel ad ipsũ Deũ, uel ad eũdē Prophetā in persona Dei loquētē, et bifariā possũt exponi Primũ, ut cessatio gemitus referatur ad eos, qui ob Assyriorũ seueritatē, et immanitatem bonorũ direptionē, gemere, ac deplorare cogebãtur, q. d. sic animaduertā in Babylonios, et sic eos flagellabo, et aduersũ eos agā, ut alios sinant uiuere, neq; ullis āplius molestiā ferant. Deinde sic exponunt, om-

Omnē gemitum cessare feci

1. exposi.

2. expositio:

E nem gemitum eius cessare feci, q. d. ita eos terrebo, et tantũ illis timorē, et pauorē iniciā, ut neq; gemere, aut quicquā hiscere audeāt. Alii iuxtà textũ Hæbręum aliter exponũt q. d omnē gemitũ eius reuerti faciā, aut reddā. q. d. omnes lachrymas, et gemitus, quib⁹ Babylō faciebat cōtabescere populum meũ, reddā illi, et faciā ad eũ reuerti, et

3. expositio

Apoc.ca.18. volũt hoc vaticiniũ ab ipso Ioanne fore repetitum in suis reuelationibus ca. 18. cũ inquit: recordatus est Deus iniquitatũ Babylonis. Propterea reddite illi, sicut, et ipsa reddidit vobis, et duplicate duplicia sm̃ opera eiꝰ. In poculo quo comiscuit, miscete illi duplũ. Prior expositio mihi magis arridet. Sed prosequamur textũ nostrũ: *Propterea repleti sunt lũbi mei dolore, angustia possedit me, sicut angustia parturientis: corrui cũ audirẽ, conturbatus sũ cũ uiderẽ.* Quæ quidẽ verba dicta fuisse à Propheta velut cõpatiẽte, et cõmiserãte tãtæ vrbis desolationi, rationi consonũ est: est.n. cõsuetudo bonorũ virorũ cõpati, et cõmiserere his, qui grauiter affligunt, et si alioqui sint homines praui, et vita indigni, quandoquidẽ, et ipsi creaturæ Dei sũt, et homo de hominibus loquitur, et fieri nõ potest quĩ misericordię motus affectu non doleat, prævidẽs tãtæ multitudinis sanguinẽ effũdi, nec minus dolere soleat, et ingemiscere, quã Mulier in partu stridere, et vlulare soleat. Propterea ĩquit Repleti sũt lũbi mei humore, hoc est, adeò sũt inflati, et quodãmodo relaxati, ꝙ me deficere, et labi ꝑsentiam, ãgustia possedit me, et occupauit cor meũ sicut ãgustia mulieris parturientis quæ ꝓ dolore stare loco nescit, et tota ãgitur, et cõmouetur. ꝙ litera emẽdatior habet, lũbi mei repleti sũt dolore, nõ humore, et sic debet exponi: vtinã hęc uerba quãdoq; dicãtur ab his qui similes sũt, aut fuere Babyloniis, ut dicãt ob pęnitẽtiã suorũ delictorũ, lũbi mei ĩpleti sũt dolore, & nõ dicãt lũbi mei impleti sũt illusionibus, vt aliquãdo resurgant. Corrui cũ audirẽ auditu. s. interiori, conturbatus sũ cũ viderẽ visione. s. intellectuali, vel imaginaria, aut cũ ĩ spiritu eleuatus præuidi tã graue, & lacrimabile factum paulo post futurũ. Emarcuit cor meũ, tenebrę stupefecerũt me, emarcuit ĩquã, hoc ẽ defecit, et debilitatũ ẽ cor meũ nihil habet viriũ ob tã grauẽ, et admirabilẽ Dei vĩdictã ĩ Babylonios, et tenebræ stupefecerũt me, et me extra me ꝺduxerũt, et quasi nihil uidẽtẽ, aut penetrãtẽ me stupore, et uelut sõno graui affecerũt dũ maximũ Babylonis excidiũ ꝓuiderẽ, et velut ꝓsẽs oculis spectarẽ. Vnde prophe-

A ta cõmiseratione cõmotus, ac dolore, et ĩ stupore positus, et cõstitutus ĩ hęc verba prorũpit *Babylon dilecta mea, ꝓ posita est mihi in miraculum*, hoc est in rẽ præter omniũ opinionẽ, e t expectationẽ, et in maximũ horrorẽ atq; suporẽ quasi uelit innuere, qui fieri potest, ut ciuitas tã insignis tã admirabilis, et gloriosa vno quasi tẽporis momẽto, sit redacta in nihilũ? Vnde Hiere. 50. ca. dicit. Omnis qui trãsibit per Babylonem Hier.ca.50. B stupebit, et silebit sup uniuersis plagis eius. Quẽadmodũ ego dũ superioribus annis trãsiui per Galliã uehemẽter obstupui uidens multas Ciuitates, et Oppida penitus desolata. Sed dubium est, et quidem rationabile, si hęc uerba volumus tribui ipsi Prophetæ quomodo vocat Babylonẽ dilectã meã? cũ fuerit Idolis seruiens, et multis uitiis, ac sceleribus referta? Quo nã pacto potuit eidẽ esse dilecta? Dicũt aliqui dile- C ctã nũcupari quia tot beneficiis, & muneribus fuit à Deo cohonestata, quot nulli vnquã Ciuitati legimus fuisse collata, ut habetur Dan. ca. 6. qui uerò eiusmodi verba dicta fore in ꝑsona Regis Dan.cap.6. Babylonis affirmãt, nulla est in eo dicto difficultas, aut dubitatio, qñquidem iure poterat ipse Rex Babylonis vocare eã dilectã, & perterritus ex eo ꝙ præuidebat pręsentaneũ malũ, dicere potuit, posita est mihi in miraculũ, & fortè et D loquebatur Isaias de illa Babylonia, q̃; Babylon dilecta. iure optimo vocat dilectã, de qua ẽt locutus est D. Petrus ĩ epi. sua prima, quæ uerẽ dilecta potest nũcupari, Roma inquã. Nec mireris Prophetã qñq; loqui ĩ ꝑsona sua, qñq; ĩ ꝑsona aliorũ, q̃a hoc ẽ solẽne Prophetis, ꝙ ut d. D. Hiero. plurimæ ꝑsonę ĩ his cõmutãtur, & ideo sũt obscuri Similiter ea verba cũ ĩquit, *corrui cũ audirẽ, cõturbatus sũ cũ viderẽ* re- Esaias compatitur excidio Babyloniæ; ferri volũt ad ipsũ Regẽ Babylonis, q̃ E 70 Interp in persona eiusdẽ Regis. sic legũt. Iniquè egi quòd nõ audiui, laboraui ne viderẽ: quæ quidẽ dicũtur esse verba ipsius Balthassarris cõfitẽtis se ĩcurrisse huiusmodi calamitates, & miserias ob suã culpã, & ĩ media ruina suos errores cõfitẽtis cũ ĩquit. Iniquè egi ꝙ nõ audiui, aut nõ aspexi ĩter tot miracula verũ Deũ; laboraui ne viderẽ. i. oẽm

operam

operã adhibui ne viderẽ,quę uidere ne cessum erat,& idẽ sensus potest elici ex textu nostro cũ inquit:corrui cũ audirẽ.i.expauicũDei mirabilia mihi referrẽtur,nõ sustinebã ea auribus pcipere Cõturbatus sum cum viderẽ, dum v3. mihi esset proposita pmia, & beneficia si Prophetarũ dictis,& sermonibus auscultarẽ,nec solũ eiusmodi lamẽtationes,& quærelę tribui possunt ipsi Balthassarri,qui q dederat ipsi Daniel spreuerat cõsilia,verũ ẽt aptari queũt eiusmodi uerba hominib⁹ ĩprobis,& á spe regni Dei exclusis,qui in medijs tormẽtis existẽtes,de se ipsis cõquerũtur, ꝗ occluserint oculos ne uiderẽt, & aures obturauerint, ne audirẽt Dñm, quẽadmodũ ẽt apud sapiẽtẽ legitur de eisdẽ reprobis,ac dãnatis,qui uidẽtes,& cõsiderãtes in quo statu uiri iusti existãt, turbabuntur timore horribili,& mirabuntur in subitatione insperatæ salutis gemẽtes prę ãgustia spiritus,& dicẽtes Hi sũt quos aliqñ habuimus in derisũ & in similitudinẽ ĩproperii nos insẽsati &c. perlege totum Quintumcaput libri sapiẽtiæ. Deinde sequitur *Pone mẽsã cõtẽplare in specula, comedẽtes, et bibẽtes surgite Principes arripite clypeũ.* Particula ista sm̃ D. Hierony. potest bifariã exponi,uno modo,vt Propheta persistẽs in ea visione dura,& horribili, quæ sibi nunciata est alloquatur Medos,& Aelamitas,ut sumãt cibum,reficiantur optime,uires corroborent ad futurum prælium se præparẽt,ne dum tempus dimicationis aduenerit lassitudo eos retrahet aut debilitas retardet;sic ergo ait, Tu ò Mede, & Aelamita,qui cogis exercitu pone mensã, & cũ cõmederitis, & biberitis surgite,arma ampite Babyloniã debellaturi,pergite atq; interim contẽplamini in specula,hoc est diligẽter aduertite,& prospicite quæ sunt vẽtura,ne decipiamini. Quidam trahunt hæc uerba ad spirituale cuiuium,ut.s. ad ipsum cõcito gressu properemus,nihil formidãtes,aut ãbigẽtes sed pacta conuenienti preparatione ad illud festinãter accedamus. Alio modo exponitur ut Propheta spiritu Dei attractus uideat, & perspiciat quæ uentura sunt super Regem Babylonis, pariterque nos moneat, ne in delicijs,& uanitati-

Ipsi cũ suorũ criminũ pœnas luũt de se ipsis conquerũtur.

Sap. cap. 5.

A bus huius mundi citò perituris ullam spẽ collocemus,neq; de his rebus sim⁹ nimiũ solliciti,in cuius figurã, & signũ alloquitur ipsum Regem Babylonis,dicẽs, Pone mẽsã contemplare in specula comedentes,& bibentes,surgite prĩcipes,arripite clypeũ. O nos miseros infelix,& nimium vere miser Rex Babylonis, dum præparat cõuiuium, dũ epulis accumbit, uidit in pariete manum scribentis, & pronunciãtis eius interitum,&

B regni diuisionem,& ablationẽ,nec profuit quicquã illi ponere excubias, mittere exploratores,q clamarẽt ad arma,ꝗ comedẽtes et bibẽtes,& delicijs, ac voluptatibus uacãtes subito fuerunt oppressi,& ab hostibus interempti. Propterea nihil iuuat sollicitum esse speculatores habere, qui vigilent,& prospiciant, quæ necessaria sunt seruandæ Ciuitati, neque qui custodiant Ciuitatem milites, ac propu-

C gnatores habere,cum Dominus decreuerit eam perdere, ac destruere, iuxta illud ps: 126. Nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eã. Cauete igitur, ò miseri comedẽtes & bibentes,dũ mero estuatis, dũ uos ipsos nimia ciborũ affluẽtia consumitis, & uentrem expletis,cogimini plerunq; in medijs epulis existentes, è mensa surgere,& clypeũ arripere, quo vos ipsos ptegere,atq; tueri possitis sed neq;

D istud satis erit:sed oportet Deũ timere & mãdata ei⁹ obserua e, hoc ẽ oĩs homo Hęc.n.dixit mihi Dñs. *Vade, et pone speculatorẽ, & quodcũq; uiderit ãnunciet &c.* Pone inquit speculatorẽ.i. tu ipse sis speculator,te ipsum cõstitue speculatorẽ,hoc sit tuum munus,nõ aliũ postules ministrum,et quodcunq; uideris ãnuncies. Est.n.cõsuetudo Prophetarũ cum diuina reuelatio fuerit eis immissa,quodãmodo i se ipsis animũ cogere

E se ipsos colligere,et acerrima attẽtissimaq; cogitatione res sibi à Deo præmostratas expẽdere et põderare,et velut ĩ sublimi,ac secreta specula diuinis verbis aurẽ pbere. Sic.n dicebat Abacuch Propheta cap.2. Sup custodiã meã stabo,et figã gradu sup munitionẽ, & cõtemplabor,vt videã quid dicatur mihi et quid respondeam ad arguentem me

Seculi voluptates & cõmoda cont ẽnenda.

psal. 126.

Eccl. 7. Tex. 4.

Aba. c. 2

Et vidit currum duorum equitum ascẽsorẽ Asini, et Ascensorẽ Cameli, vidit, inquam, iste speculator. v. g. ego qui iussu Dei cõstitui me speculatorẽ, vidi currũ duorũ equitũ, hoc est, duorũ Principũ, & Magnatũ, qui pro solitis eqs, aut mulis assuetis ad trahẽdũ currũ, asino, & camelo, vtebant, Dicunt ferè oẽs exponentes: p ascẽsorẽ Asini intelligi Cyrum Regẽ Persarum, qñquidem Persæ erãt olim ignobiles, & crassi ad ferẽdũ iugum: per ascensorẽ Cameli Darium Regẽ Medorum, ppea quod Medi leguntur fuisse semper potentissimi. Aut dicamus Prophetam vidisse currum tractum, atq; deductum ab Asino, & Camelo tanq̃ ab his animalium generibus q̃ ad ferenda onera, & sustinẽdos labores sunt maximè idonea, & vult nihilominus innuere Propheta p hęc duo genera, vel species aĩalium Persas, & Medos iã designatos ad debellãdã Babyloniã, velut Milites indefessos, et cuiusq; laboris patiẽtissimos. D. aũt Cyrillus psistens in sensu literali .d. q Aelamitæ gens Barbara est, et delectatur vehi camelis. Sessor aũt, vel ascensor Asini habebatur quisq; eximius, et electus Persarũ, qui mulis, et curribus Cameratis vtebatur dum ad pugnã procedebat, ne forte quis labor eum eneruaret. Qui tñ cum ad locum pugnę deueniret è curru desiliẽs, equis lectissimis vtebatur. Aut fortè dicẽdum q milites equis vtebantur, sed muli, Asini, et Cameli ad vectigalia deferenda inseruiebant. Sed longè melius mihi dixisse videntur ij, qui per Camelum Iudaicum populum intelligunt ob graue iugum legis quod portabat, et ob prauos, ac distortos mores, per Asinum uerò quod est animal immundum populum gentium, & sic Christus Dominus, qui velut lapis angularis cõiũxit vtrũq; populum uehebatur curru tracto, ac deducto ab illis duobus aĩalibus, id quod erat signũ, & figura horũ duorũ populorũ quos Xp̃s sibi subiugauit; & quemadmodum hęc duo aĩalia sunt typus, et figura istorum duorũ Populorũ Iudaici, u3. et Gentilis, ita Darius Rex Persarũ, et Medorũ, aut Cyr⁹ sm̃ D. Hieronymũ fuit typus, et figura Xp̃i Dñi Nostri Regis gẽtiũ, et Iudęorum, aut hominũ, et Angelorũ, et quemadmodum Cyrus interfecto Rege Babylonię possedit illud Regnũ, ita Xp̃s Dñus eiecto Principe tenebrarũ cepit post crucẽ declarari Rex hominũ, et Angelorũ. Sed dubiũ est nunqd vnus tm̃, uel duo essent ascẽsores; et uidetur quidẽ ex textu duos fuisse ascẽsores: sic.n. textus habet. Quod ipse speculator uidit currũ duorũ equitũ: equites.n. sunt homines qui insidẽt equo, nõ equi, et ꝑterea clarius inquit. ascẽsorẽ asini, et ascẽsorẽ cameli; in cõtrarium verò est sentẽtia plurimorũ qui volunt p huiusmodi ascensorẽ intelligi Dariũ tm̃, vel Cyrum, quorũ quisque accipiẽ pro typo, et figura Xp̃i Dñi. Propterea nõnulli dicũt, quod currus trahebatur à duobus aĩalibus asino, v3. et Camelo, quorũ quęquè suũ habebat ascẽssorẽ, at in curru vnus tm̃ uehebatur, qui protulit uerba q̃ sequũtur. et hũc. D Hieronym⁹ opinatur esse cyrũ Regẽ Persarũ, et Medorũ. Alii rectius opinãtur q unus erat currus qui trahebat ab his duobus aĩalibus, Asino u3. et Camelo, et vnus tm̃ erat ascensor, qui qm̃ vtebatur Asino, et camelo dicebatur ascensor Asini, et Cameli. Et q̃uis dicat textus, speculatorẽ uidisse currũ duorũ equitũ; p duos equites intelligas duo aĩalia sub uno iugo iuncta, q̃ simul, et pariter trahebãt ipsum currũ; et aduerte in his locutionibus, ne ullum capias errorẽ, cũ Propheta mõ Regẽ Babylonis introducit loquẽtẽ, mõ quemuis alium, ut uidere est in hoc capite, qm̃ frequẽter utitur ea figura q̃ prosopopeia dicitur. ea enim vti solemus cum personam fingimus, aut quæ non est, aut quæ aliquando fuit, et cum rebus inanimatis personam tribuimus, et loquelam.

Habem⁹ ergo ex hoc tex. quòd speculator uidit currũ duorum equitũ, ascensorẽ asini, et ascensorẽ cameli, et cõtẽplatus est diligẽter multo intuitu, q̃ postrema uerba non sunt sicco pede ptraseunda sed diligenter expendenda, dõmelius explicat p ea quæ sequuntur, dum inquit. *Et clamauit leo: super speculã Domine ego sum, stans iugiter per diẽ: & super custodiã meã ego sũ, stãs totis noctibus &c.* Ex his, duo prima facie nobis apparẽt, vnũ

Ipsum

Asini & Cameli trahentes currum.

Aelamitæ pro uehẽdis curribus vtebantur Camelis.

camel⁹ Significat populũ Iudaicum Asinus verò populum gentilem.

Christus figuratus per Cyrum & Darium reges persarũ.

Prophetarũ mos in eodẽ cõtextu p̃res transitiones facere.

Tex. 5.

Ipsũmet Prophetã eũ speculatorẽ fuisse, cui præceptum est vt quęcunq; viderit, annunciaret, & non Vriam Sacerdotẽ, neq. alium quemquam, etsi nonnulli viri huius loci interpretes existiment speculatorem illum fuisse Angelum Dei, à quorum sententia haud multũ dissentio. Et. 70. interpretes dicant il lum fuisse Vriam. Alterum quàm diligenter, & attentè fuerit speculatus, & intuitus quæcunq; viderat ipse Propheta: percurramus textum. Contemplatus est (inquit) diligenter, i. summa aĩi attentione, ac perspicuitate, & multo intuitu. i. non leuiter, et semel tantum; sed fortiter, atq; frequenter. *Et clamauit leo* litera ista meo quidem iudicio est obscurissima, nec certe video præ exiguitate ingenij mei, qua ratione & via possim tutus ex huiusce textus cõperelicationib⁹ expediri p̃to diuersitatem textuum, & interprætationum, in quibus multa est varietas: sed ijs omnibus prætermissis, exponamus literam iuxtà editionem nuper receptam, & approbatam. Sic habes. Et clamauit leo: quid per leonẽ (bone Deus) est hoc loco intelligendũ? Quidam existimant per leonem eum intelligi, qui erat in curru; sed quæ verba sequuntur non facile possunt illi conuenire. Propterea dicunt alij quòd per leonem intelligendus est ille Speculator, qui stabat super speculam Domini, qui non Vrias Sacerdos, vt dicunt aliqui, sed ipsemet Propheta qui iussus fuerat annunciare quodcunq. viderat; & huius sententiæ est. D. Hieronymus: Sed cur vocatur leo? Vocatus est leo propter virtutem, & animi robur ac magnitudinem, quandoquidem cum viderit visionem tam horribilem, ac duram non expauit, aut saltem non corruit, sed firmus, & constans in ipsa contemplatione perstitit, nec cito ab ea recessit, fuit quidem perterritus sed nõ ideo destitit perspicaciter intueri quod vidit, Quid tum protulit iste speculator? *Super speculam Domini* (inquit) *ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum. Stans totis noctibus.* Vide quæso singularem istius uiri constantiam, pariter, & obedientiam; stans

A iugiter per diem, idest nullum temporis spatium prętermittens, quo ego vos monerem, aduerterẽ, & quæ sunt futura pronunciarem; super custodiam mihi commissam, & super locum mihi cõmendatum, vt custodirem, vel super eos, qui in custodiam mihi sunt crediti: ego sum stans totis noctibus neq; vllo tœdio affectus, aut labore à statione mea recedo, & totis noctibus illic permaneo, cum ea potissimum temporis

B parte, propter hostium insidias vigilare oporteat, & vt breuiter dicam. Nihil omisi eorum quæ per me fieri poterant quo Ciuitas ista seruaretur. At cum nihil profecerim, vide quid sequitur *Ecce iste venit ascensor, uir biga equitũ, & respõdit et dixit: Cecidit, cecidit Babylõ, et oia sculptilia Deorum eius cõtrita sunt in terrã.* Tex. 6.

Priusquàm præsentem particulam exponamus, nolo prætermittere documẽtum nobis valde necessarium: quòd videlicet

C vnusquisquè nostrum instar istius speculatoris debet stare super custodiam suam, idest super animam, & super sensus nostros, & nequaquam ab ea custodia recedere, nequè cuiq; locũ dare; cauere (inquam) debemus, ne quiequam agamus, quo reuelationes Diuinas suscipere nequeamus. Constat n. peccata, Dei reuelationes & inspirationes impedire: & vbi magis ab aspectu rerum sensibilium subtrahimur, sum-

D mopere cauendum est ne immissiones fiant per Angelos malos; id quod potissimum contingit in nocte: proinde Regius Propheta David pollicebatur ei qui sub dei cœliprotectione cõmorabitur nõ esse timẽdũ à timore nocturno, à sagitta volante per diem, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu, & Demonio meridiano. A timore quidem nocturno, hoc est à tentationibus, & peccatis quæ per ignorantiam quan- Ps 110.

E doq; committuntur. A sagitta volantę per diem, hoc est ab his quæ scienter fiunt, licet non permaneant, sed cito transeant. A negocio perambulante in tenebris, & ab incursu & demonio meridiano, hoc est ab omnibus peccatis, siue tentationibus, siuè per ignorantiam, siuè per manifestam sciẽtiam quę sunt longè grauiores prioribus perpetrentur,

tur, ab his omnibus liberet nos Deus. sic declarat Augustinus super psalmum nonagesimum.

Quod attinet ad expositionem literæ præassumptę: ille vir bigę equitum .i. qui vehebatur curru deducto à duobus animalibus, videlicet, Camelo, & Asino, secundum plerosque exponentes intelligebatur Darius; at secundum D. Hieronymum dicebatur esse Cyrus, qui conducebat exercitum duarum gẽtiũ, siue duorum populorum; quamquam apud Danielem. V, cap. legatur, Darium Medum interfecto Balthasarre Rege Caldeorum successisse in regnũ. Sed vter illorum fuerit, an ambo parum refert, hæc enim fuit visio imaginaria, non vera, ad aliud significandum adducta. At ego non facile possum adduci, per equites intelligamus ea duo animalia quæ deferunt currum, seu bigam, cum manifeste contradicat textus vbi habetur qđ vnus erat ascensor asini, alter uerò cameli, vocabantur tamẽ equites improprie & abusiue, sed iuxtà communẽ modum locutionis operæprecium est ergo per ea aliquod misticum designari, vt paulo post uidebimus; & velut etiam aliquatenus superius visum est, hęc duo animalia inter se specie distincta, designari varias conditiones, & proprietates illarum gentium, quæ coactę fuerant, & coniunctę ad debellandam Babyloniam. Quid ergo fecit, aut dixit iste vir ascensor bigę equitum; dicit textus, & respõdit, & dixit. *Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt in terram.* Sed cui respondit? Dicimus enim vt dicit quidam vir doctus, hoc verbum respondere non semper sumitur, cum ad interrogata respondemus, sed aliquando, cum nouum sermonem contexímus, aut dum contextum prosequimur. vel dum ad conceptus formatos in mente, aut ad aliquid nobis reuelatum, quicquam subiicimus, quemadmodum etiam apud Mathęum cap. 11. legitur, quòd Respondens Iesus dixit Confiteor tibi Pater Domine cœli, et terræ, quia abscondisti hęc à sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis, et cap. 17. habe-

Math. ca. 11

Mat. c. 17

A tur. Respondens Petrus dixit ad Iesum. Domine bonum est nos hic esse, cum nulla præcessisset interrogatio, sic, et in hoc loco respondit ille, qui dixit cecidit, cecidit Babylõ respondit, i. patefecit, et dixit quod illi fuerat reuelatum: vel respondit Prophetæ clamanti super speculam, et dicenti, Ecce venit ascensor vir bigę equitum.

Dixit autem cecidit, cecidit Babylon: repetit casum Babylonis, vt magis af-

B firmet ac demostret illius ruinæ certitudinem, vel indicat duplicem casum, et desolationem illius, cum prius à Medis, et Persis, deindè fuerit à Domino deo euersa: aut propter duos suæ desolationis auctores, quorum alter fuit principalis auctor, videlicet, ipse Deus, reliquus verrò istrumentalis, vt exercitus Medorum, et persarum. Hanc eandem ruinam predixit Hieremias vt est videre cap. 51. presertim cum post prĩ-

C cipium ait. Subito cecidit Babylon, et contrita est, vlulate super eam etc.

De eadem ruina locutus est Ioannes Euangelista in suis reuelationibus dũ cap. 24. refert eadem verba d. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ à vino irę fornicationis suę potauit oẽs gentes et cap. 18 idem repetit. d. cecidit, cecidit Babylon magna, et facta est habitatio Demoniorum; nec solum ipsa destructa est, ac desolata, sed omnia

Apoc. ca. 24

D eius sculptilia, et Idola sunt contrita, et in terram proiecta; et presertim templum illud magnificum, et tantopere ab ipsis Babylonijs excultum, et honoratum ipsi Belo dicatum. Exercitus. n. ille ferox, et acer, neque etiam suis dijs pepercit. et ea ratione cum primis, quia sculptilia illa erant aurea et argẽtea, et preciosis lapidibus adornata; obid statim fuere confracta, et deuastata, quò aurum, et argentum deprędarentur,

E quemadmodum nostra etiam tempestate contingit, qua Prophani milites vrbes ui aggressi, nullis Diuorum imaginibus, et sacris vasis, quo aurum, et argentum surripiant pepercerunt. Vt contigit Romę multis ab hinc annis, et nouissimè in Insula Cypri, et vbiq; locorum. Deinde sequitur

Tritura mea, & filia area mea, quę audiui à De-

à Domino exercituum Deo Israel annunciaui vobis. Hæc particula est non nihil obscura quia nescimus, quis loquatur, & de quibus loquatur. Pleriq; volūt hęc esse verba Prophetę, qui per apostrophen Babyloniam alloquatur & velut eam miseratus, in hęc verba lamentationis erumpat. Appellat Babyloniā trituram suam, quia Deus eam contriuit, & in puluerem redegit, vsus præterito, pro futuro more Prophetarum: appellat suam, quoniam de ea est uaticinatus, & ei maxime compassus. Alij volunt, & multo congruentius, hæc esse verba Prophetæ, Dei personam gerentis, & vocat eam Deus trituram suam, quia eam Deus contereт, & comminuet velut triticum in area. & quoniam mūdus, qui hoc loco per aream designatur, est creatura Dei, propterea vocat Babyloniam contritam, & comminutam, filiam areæ suę: & D. Cyrillus in eandem ferè sententiam deueniens, vult verba ista vnà cum superioribus dicta à Propheta in persona Dei viuentis. Verum alia expositio mihi magis satisfacit, & magis literæ concordat & nulla ei uis adhibetur, vt Propheta, dirigat sermonem ad Ciuitatem Hierusalem, & ad populum Dei, & modo quodam excusationem afferat, se omnia illi prędixisse quę ventura sunt, insinuando .s. Deum contriturum populum illum, & Ciuitatem illam, & excussurum ab eo omnem malitiam, & impietatem aliorum exemplo; quod si non aduerterint, idem de illis fore iudicium: & appellat populum illum trituram suam, & filium areę suę, quæ verba non facile videntur posse Babylonijs applicari. Nec mirum ipsum Prophetam appellare Hierusalem triturā suam, & filium areę suę, quandoquidē ipse erat vnus de populo; & area, hoc est de Ciuitate & Ecclesia qui triturandus erat, seu templum, aut lex, per quam populus excuti, & triturari solebat erat area sua, idest cuius, & ipse erat participes, & consors, Dicit ergo Propheta. O tritura mea, ò Ciuitas Hierosolyma, ò Populo Dei, quę audiui à Domino exercituum Deo Israel, Deo vestro, creatore uestro, largitore omnium bonorum uestrorum annunciaui uobis. q. d. nullam potestis ignorationem prætendere.

Ex his possumus colligere dum Propheta diligenter, & multo intuitu contemplatur, quę sunt uentura super Babylonios pręscire etiam, & prępuidere Dei spiritu reuelante, non minora, aut pauciora, quandoq; euentura mala super populum suum; Idcirco quodam cō miserationis affectu protulit ea uerba, quando propter eorum salutē Deus patefecit per eum illi populo hęc misteria, quò sibi ipsis cauerent, à peccatis abstinerent, neq; etiam externis auxilijs amplius confiderent; sed in uno Deo spem suam collocarent.

Cum autem teste. D. Paulo Apostolo. Quęcunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sint, nulli dubium, hanc Babylonis destructionem indicare totius orbis consumationem, et pri° eiusdem orbis conuersionem, & commutationem; et uictoriam Christi de Mundo, Demone, & alȷs hostibus nostrę saluti aduersantibus, tùm uisibilibus, tùm inuisibilibus. Per secundum aduentum possumus intelligere diem iudicii, uel diuulgationem Euangelii: in primo quidem Christi aduentu omnia sculptilia Deorum fuere contrita, & falsa dogmata reprobata penitus, & reiecta: in secundo postea aduentu edidit cęlum nouum, & terram nouam. Quare cum legimus Prophetam uidisse currum qui trahebatur ab asino, & camelo iuxtà sensum spiritualem, & allegoricum, designatur Christus Dominus, qui per humiles & indefessos Apostolos patefecit ueritatem, destruxit hęreses, & prophanas hominum opiniones: & annunciauit uerbum salutis. & hic est, qui ascendit super currum i. super cœlum cęli ad orientem, hoc est, super animas nostras, quas lumine gratię, et igne spiritus Sancti illuminat, & accendit. Et hoc est quód ille dicebat apud Ioannem cap. 16. & 17. quę audiui à Patre meo nota feci uobis, et spiritus ille paraclet° docebit uos omnem ueritatem, non enim loquetur à semetipso, sed quæcunquè audiet, loquetur, & quę uentura sunt annunciabit vobis, et item, Io. c. 16. 17

& item, Pater manifestaui nomen tuum hominibus; & hic Christus Dominus curru vectus clamauit vt leo, imo ipse est leo de tribu Iuda, qui voce magna, & horribili clamat quotidie ad aures nostras. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Et alibi pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: & idē, nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, & similia. Clamat super speculam, hoc est, per scripturas veteris, & noui testamenti. propterea dicit, scrutamini scripturas, quia ipsæ testimonium perhibent de me; nec semel tantum, velut in die, sed singulis horis clamitat ad nos, vel immittendo bonas cogitationes, vel per alios excitando, vt caueamus iram Dei, & consulamus nobis ipsis. currus autem, quo vehitur est prædicatio Euangelii, consideratio, & contemplatio beneficiorum Dei, misericordia, & iudicium, & denique mirabilia opera eius exquisita in omnes voluntates eius. Cassyodorus autem per currum quo vehitur Christus intelligit unionem, & copulationem iunctam ipsorum fidelium, et perfectam inter eos charitatē, qua ita homines vinciuntur, et colligantur sicut loris, et iugis animalia copulantur, & sociantur. Hic ergo currus est cui Dominus velut auriga insidet, & ad voluntatis suæ ministerium eundem salutari lege moderatur. D. Augustinus super ps. 67. d. & ipse quòd ingens multitudo Sanctorum, atq; fidelium, qui portant Deum, sunt currus Dei, iuxta illud: currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis, in Syna, in Sancto.

Matth. 11. *Matth. 3.* *Luc. 13.* *Ioan. 5.* *Currus quo Christus vehitur.* *Aug. s. ps. 67.*

Quidam alii per currum quo vehitur Deus intelligunt multitudinem Angelorum. sic ergo tropologice habes, quid Esaias intellexerit per currū, & quid per casum Babylonis & in quo sensu acceperit illa eadem verba. D. Ioannes, quandoquidem in eodem sensu. i. pro consumatione mundi, quemadmodum nos quoque sumpsimus. Habes deinde pęnes eūdem sensum, quid per asinum, & camelum, qui trahebant currum, intelligere debeamus: nō quidem aliud, nisi Dei Apostolos, & ministros, qui propter humilitatem, & deiectionem non nisi Asinis comparantur, & propter virtutem, & animi fortitudinem ad sufferendos labores, & quodcunq; onus, comparantur Camelis: Nec me latet per huiusmodi animalia, multa alia posse denotari; sed huiusmodi significatus ad rem nostram facit, ne quis existimet casu, aut fortuito de his duobus animalibus ipsum Prophetam fuisse locutum.

Superest vt in eodem sensu spirituali perscrutemur, quid per trituram filiā seu filium aut filios, vt habent alii textus areę ipsius Dei intelligere debeamus; & ratione quidem, cum triticum congregatum in horreum, prius oporteat esse percussum, & trituratum, & à paleis excussum, & semotū, siue segregatum, illud arbitramur designare electos, qui ab improbis velut à paleis dicuntur esse seiuncti; quique uariis persecutionibus, & tribulationibus tentati, tādem in fide perstiterunt, de quibus loquebatur apud Mattheum. D. Ioannes Baptista, prædicens uenturum Dominum, qui accipiet ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreū, paleis autem, hoc est reprobos, et contumaces comburet igni inextinguibili; et nota ac diligenter expende uerba ipsius textus. Inquit enim tritura mea filia uel filii areæ meæ, quæ audiui a Domino exercituum Deo Israel annunciaui uobis. Vbi Eusebius Cęsariē, diligenter, et accuratè considerat hęc uerba, quòd. s. non ad quoscunq; dicit Dei misteria esse annuncianda; uerum ad eos tātum qui sunt tritura Dei, quos ipse ab aliis selegit, quique dicuntur filii areę suę, idest qui in Ecclesia, et intra Ecclesiam suam, et pro Ecclesia sua mala pertulerunt. quales fuerunt Apostoli et martyres Sancti qui bene fuerunt triturati, et excusi pro fide Christi in Ecclesia Dei.

Matth. 3.

Onus Duma, ad me clamat ex Seir. Posteaquam in priori parte huius capituli descripsit Onus, et ruinam ipsius Babyloniæ multo clarius quàm in capite 13, et 14. Nunc describit onus, et flagel- *Tex. 8.*

flagellum quod imminet ipsi Dumæ, & in postrema parte huius capituli descri bit onus futurum in Arabia. Hæc itaq; est 2. pars huius cap. 21. Duma à quo dicuntur Dumitæ, et à quo descendũt, fuit filius Ismael, & prophetatur contra eum malum de Seir venturum. D. Hieronymus inquit, quod Duma non est nomen proprium alicuius uiri, neq; est Ciuitas vlla: sed Regio prouinciæ Idumęę quę vergit ad Austrum, & ab vrbe quadam Palestinæ dicta olim Eleutheropolis viginti millibus distans, & incolæ huius regionis sunt de stirpe, & progenie ipsius Esau, qui & Edom dicitur filius Isaac, quemadmodum, & Iacob Pater duodecim Patriarcharum. Iuxtà hanc regionem Duma, est Ciuitas quædam sita in montibus nomine Seir. & iuxtá opinionem huius sanctissimi Doctoris fuit expugnata ab Assyriis, & propterea Esaias prædicit onus duma, onus .s. & flagellum quod accepturi erant ab Assyrijs, quidam alij dicunt eam non fuisse expugnatam, neq; aliquid incõmodi passam, verum cum audissent Babyloniam vastatã à Dario Rege Persarum, & Medorum timuerunt ne & ipsi hanc ruinam paterentur; ob id nocte ac die, & multo magis in nocte vbi maius periculum imminebat excubias faciebãt, & ex summitate turrium, & moenium, quò hostes terrerẽt, nocte clamabant. Sed dices, si Dumitæ nullam sunt passi tacturam, cur Esaias proponit se dicturum onus Duma? Respondent hi, non ab re Prophetam appellasse onus Duma, quamquam nihil graue asserat ipsam subijsse, quia graue onus, & maxima potest appellari afflictio alicuius Reipublicæ quando imminẽtibus vndiq; malis, vel parum diligenter suæ saluti prospicit, & in quadã quasi securitate degere videtur. aut si curat & prospicit, non habet vndè tutum sibi auxilium polliceatur; aut tandem illorum fauores, & consilia spernit, qui possunt illi mirumimodum suffragari. Huic oneri pleriq; subduntur, quippe qui res suas & conditionem suã parui admodum faciunt proindè, quod nunquam verebantur accidit illis, ob id fortassis opinantur Iudæi hæc aduer-

Duma quid sit.

Seir expugnata ab Assyrijs.

Qui res suas paruifaciũt in maximas afflictiones incidunt.

A sus vrbem Romam fuisse prædicta cum Idumeæ nomine existiment Romam demonstrari quod non admittit D Hieronymus quamuis ego non sim longè ab eorum sententia.

Sed licet hoc loco nihil asperum Esaias aduersus Dumam vaticinetur, nihilominus alij Prophetæ grauissima auspicantur, & præuident mala super Idumæos futura, vt apud Amos Prophetam cap. 1. cum inquit.

Amos ca. 1. 3.

B Super tribus sceleribus edom, & super quatuor non conuertam eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiã eius, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsq; in finem. Abdias in toto suo vaticinio loquitur ex persona Dei aduersus Idumæos. Similiter Ezechiel cap. 25. & 35. Et apud Hieremiam leguntur comminationes, & vaticinia grauissima aduer-

Idumea grauiter uexata.

C sus Idumæam, & inter cætera hoc futurum prædicit, erit Idumæa deserta, omnis qui transibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius; sicut subuersa est Sodoma, & Gomorrha, & vicinæ eius. ait Dominus, non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis &c. & in ps. 59. In Idumæam extendam calciamentum meum, & psal. 137. Memor esto Domine filiorum Edom in die Hierusalem, qui dicunt exi-

Ps. 59.
Ps. 137.

D nanite, exinanite vsq; ad fundamentũ in ea. Ex his, & plerisq; alij sacræ scripturæ sententijs facilè elicitur Idumęos non solum grauiter fuisse à Deo percussos, verum etiam rationes adductas; quibus hæc flagella sunt passi, quia .s. fuerunt maximè Iudæis infensi, & pręsertim quando ab Assyriorum infestationibus, & molestijs fugiebant. Veruntamen in eiusmodi eorum afflictionibus recordati se ex genere Abrahã,

E & Isaac originem duxisse, confidenter clamant ad Deum, & eius petunt auxilium. & Hoc est quod habemus in textu. *Ad me clamat ex Seir: custos quid de nocte custos quid de nocte?* Primum nota, quod illud verbum clamat, non habet à quo regatur, ob id oportet supplere, quod videlicet, Idumea, seu Duma clamat. Aut dicendum vt dicunt quidam,

&

& satis argute, quòd hoc loco tertia persona accipitur impersonaliter, ad me clamat, idest clamatur, vel mihi videtur audire vocem quãdam clamantem, & alta voce interrogantem quempiam. Alij dicunt illud verbum referri ad vniuersam Ciuitatem, vel ad vnumquẽq; Ciuium, quoniam quisq; timebat sibi, & quisq; compellabat ipsum vigilem, qui in Vrbis custodia excubabat. Alij uolunt quod Rex Seir clamabat, vel qui præerat ciuitati. Seir dicitur esse Ciuitas quædam (vt diximus) sita in quibusdam montibus valde asperis, & parum accessibilibus, & est (ut diximus) in regione Idumeę, & huius nominis interpretatio est hispidus, siue pilosus, & Esau legitur fuisse huius montis incola, & eo quod ipse Esau erat hirsutus, & pilosus, mons iste ab eo nomen accepit; dicitur esse etiam nomen viri cuiusdam Horrei, vt habetur Gen. 36. dicens. Isti sunt filii Seir Horrei habitatores terræ, lotan & Sobal, & reliqui. Cum autem dicitur, ad me clamat, illud pronomen refertur ad ipsum Deum, vel ad ipsum Prophetam tamquam speculatorem, & custodem positum super Ciuitates Idumeæ, & fortassis super Ciuitatem constructam, & edificatam in montem Seir. et quid clamat ille .s. qui præsidet huic ciuitati, præsidet autẽ huic Ciuitati, vel Angelus Dei nomine, & loco ipsius Dei. Vel quis alius de populo, custos quid de nocte? quasi dicat. Nunquid hac nocte factum est quicquam aduersum nos? Nunquid hæc nox attulit quicquã mali? vel sic, quid facturi sumus nocturno tempore? quo pacto nos ipsos tuebimur, & euademus hostium insidias? quandoquidem in nocte longè facilius est eis nos aggredi, & opprimere? Qua ratione poterimus illis obsistere? In mane quidem, dum beneficio lucis frui contingit, & longè, lateq; possumus inspicere, qui, et quot nos oppugnatũ veniant, facilè admodum possumus illis opponi, & eorum vires infringere, & irritas reddere, at in nocte non ita; quare tu ò custos quid de nocte? quid de nocte fieri oportebit? Tua enim interest omnia præuidere, quę nos circun-

Seir qua.

Idumea. Hispida siue Pilosa.

Gen. 36.

A stãt mala cauere ne quis aduersum nos mali quicquam moliatur; Tũa refert nos cautos reddere, ne in tã manifestis periculis hæreamus, & à spe tua decidamus. uel quid de nocte? idest non semper nocti succumbemus, nonnè quandoq; finem est habitura ista nox, et uenturus dies? Tu Deus custos noster es; Tu nr̃ Protector, nõnè poteris nos tã in aduersis, quàm in ꝓsperis tueri, et iuuare? Dixit custos, venit mane, & B nox. q. d. non solum uobis timẽda sunt quæ futura sunt, et quæ contigere possunt mala, et pericula in nocte, uerum, et quæ in mane possunt euenire, et uos debetis solliciti esse, et incuntanćter uigilare non minus in mane quam in nocte, & quos Deus uelit flagellis cedere, & triturare nihil minus fieri potest in die quàm in nocte; sic etiam quos uelit tueri, & intactos seruare non magis in die, & mane, quam nocte potest efficere; C Propterea si quæritis uos ipsos tueri, & hostium manus effugere, quærite non solũ in nocte, uerum & in die: rursum si quæritis uos ipsos tueri, quęrite quemadmodum fieri debet, hoc est omnem conatum, & omnes uires adhibete ne depredemini, et si quandoq; uires non suppetunt, conuertimini, hoc est, simul in unum uos colligite, animum resumite, & uires augete, Venite, & fortiter oppugnate; Præterea si quæritis auD xilium, et illud postulatis quærite summa cum fiducia, feruenti animo, nec desistite, uenite & opportunum uobis afferetur auxilium. Postremo si quæritis me nõ modo in nocte, hoc est in aduersitatibus, uerum etiam, et in prosperitatibus, ac secundis rebus quęrite me. Et tandem si quæritis me, toto corde quærite, et omni tempore, conuertimini ad me relinquentes Idola, et uana præsidia. Venite ad me, et ego uos exauE diam, et in his necessitatibus haud dubie uobis succurram. Hæc pro plano intellectu ipsius literæ sint dicta. At si allegoricè textum uelimus interpretari dicemus. Quod ex Seir multitudo gẽtium, et incircuncisorum clamant ad Deum creatorem omnium dum Iudæi silent, et obmutescunt; et quid clamat? custos quid de nocte? u. g. quandiu in hac

Sensus prophetæ allegoricus.

hac nocte ignorationis uersabimur? quando nobis Christus illucescet? respondit custos, uenit mane, et nox i. Christus orietur, et uobis gentibus apparebit, et datus erit: nox autem Iudęos occupabit, ad pręsenti ą nāq; Christi noua lux mundo inclaruit, & tamen in corde infidelium vetusta cęcitas remansit. Greg. 6. mor. cap. 14. Rursus venit mane, hoc est tempus quo filius Dei carnem assumpsit, nox erit dies ille terribilis Iudicij: rursus ad me clamat ex Seir, hoc est Dominus alloquitur coetũ Apostolorum dicens. Vocate ad me qui sunt de Seir. i. gentium multitudinem, & cœtus ille Apostolicus, hoc est Ecclesia respondet, & inquit. venit mane, & nox, hoc est, non solum in prosperis verum, & in aduersis, te Deum colemus, & tua præcepta seruabimus, & iterum Deus alloquitur Ecclesiam, & inquit. si quæritis, quærite non solum verbo, verum & opere, nec semel tantum quæsisse sufficiat, sed quem inueneris, ne desistas, etiam num inquirere, & perfecte retinere. Si verò moraliter hæc exponamus, primum nota quòd onus Duma hic nobis proponitur. Duma uero interpræta tur silentium. Scire autem debetis, multos propter silentium, multa pertulisse, quia nõ reddunt quas debent laudes ipsi Deo: hinc dicebat Dauid laudationem domini loquętur os meum ps. 144. & præterea silentiũ, quòd ex pudore, & confusione procedit, confessionem obstruit peccatorum, & consequenter excludit remissionem illorum, & profecto qui tale silentium obseruant, sub graui pondere peccatorum præmuntur, & ingens pœna illos manet. præterea cum inquit Propheta, ad me clamat ex Seir, indicat omnes peccatores qui sunt moribus hispidi, atq; pilosi, quemadmodum Seir, clamant ad Deum dicentes, custos quid de nocte? q. d. tu es uerè nobis custos, qui non dormis, vt protegas nos: ipse. n. custodit nos nocte ac die, iuxtà illud ps. non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel; custos ergo quid de nocte? custos quid de nocte? q. d. quandiu versabimur in tenebris ignorantiæ & peccatorum? quandiu nox occupabit mentem nostram, ne discernere quæramus inter bonum, & malum? & tenebras lucem, & bonum malum existimemus? Dixit custos, venit mane, & nox, idest gratia vobis infundetur, vt dimittatis peccata. Nox remansit, dum noluistis recedere à peccato: venit mane. i. tempus bene operandi. Venit nox quando nemo potest operari. Rursus venit mane, & nox i. quocunq; tempore vigilare oportet, nequè vllum est temporis momentum in quo nos Deus nõ vocet. Proinde si quæritis (inquit) auxilium meum, & gratiam meam, quærite (inquit) semper, & non desistite, & si quandoq; retrocedere libet, & aduomitum reuerti, conuertimini, resipiscite, & reuertimini ad Deum vestrum, venite, & recipiam vos. Conuertimini corde, venite opere, conuertimini per pœnitentiam, venite cum operibus misericordiæ. D. Bernardus ita exponit hunc locum, si quæritis quærite, idest in simplicitate cordis quærite illum, non aliud tamquam illum, non aliud præter illum, non aliud post illum. In simplicitate cordis quærite illum. Deus enim cum sit natura simplex simplicitatem cordis requirit & cum simplicibus sermocinatio eius. Non potest quem quærimus inueniri ab his, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Væ inquit peccatori ingredienti terram duabus viis; oportet ergo Deum quærere in simplicitate cordis, & toto, ac perfecto corde illum quærere, & cum Deus sit veritas, oportet in spiritu, & veritate eum quærere. Quare si nolumus frustra quærere Dominum, quæramus eum veraciter, quæramus frequenter, quæramus perseueranter: vt nec pro illo quæramus aliud, nec cum illo aliud, sed nec ab illo ad aliud conuertamur. facilius est enim cœlum, & terrã transire, quem vt sic quærens, non inueniat, sic petens non accipiat, & sic pulsanti non aperiatur. Quæramus ergo Dominum, & cõfirmemur, quæramus faciem eius semper, vt monet Propheta ps. 104. Sed quærendus est per studium, conuerti debemus per desiderium, & ad eum venire per exercitium, & in quærendo persistere,

Alius sensus anagogicus.

Sensus moralis.

Nota.

D. Bernardus.

Eccl. 2 cap.

Quot modis opus quærere Deum.

stere,& perseuerare. Deus enim est ille vigilantissimus custos qui clamat ex Seir, quæ latinè dicitur tempestas, vel Demon. Clamat (inquam) ad gentes vt conuertantur, ad Ecclesiam, vt persistat in fide ad vnumquemq; nostrum vt sobrij simus, et vigilemus ne demon nos dormientes deuoret, aut inuadat. Sic ergo potest exponi præsens littera iuxtà sẽsũ tropologicũ, pariter & allegoricũ.

Tex 9. *Onus in Arabia*. i. in ea parte Arabię q̃ est magis propiqua ipsi Iudeę nota ẽ.n. diuisio quã faciũt Geographi de hac parte Asię quã diuidunt in Arabiam fœlicem, Petreiam, et desertam, seu sterilẽ. Quidam volunt hic Prophetam fuisse vaticinatũ aduersus Arabiã fœlicẽ. De Arabia fęlice Pli. uide lib. 5. ca. 11. & lib. 12. cap. 18. & alibi. Alij uerò secus, ratio autem qua Deus percussit hanc Prouintiam, quia noluit vti misericordia, & aliquo humanitatis officio erga Iudęos fugientes persecutionem ipsius Nabuchodonosor, quos fugiẽtes oportuit cõmorari nocte, ac die in siluis, & nemoribus, & ibi delitescere, neq; etiam ipsis fame, & siti pereuntibus, paulum panis, & aquę illis exibere, aut saltim offerre, qua in re minimum erat laboris, ac dispendij. Quare comminatur eis Propheta, quod venturum est tempus, nec multo post futurum, quod etiam indubitanter expectare possũt, nõ secus atq; Mercẽnarius expectat annum quo perficiat suum opus & sui laboris mercedem accipiat. Qui.n. in seruitute sudorem, ac laborem tollerat & se mercede alteri addixit, subtiliter, et accuratè rationem init semper suæ conductionis; et quid nam aliud ĩminebit istis crudelissimis Arabibus, à facie gladiorum fugerunt: à faciè gladij imminentis, qui passim guturi eorum immittebatur, aut potius emittebatur, à facie arcus extenti quo maxime vtilius exercitio assueti ipsi Arabes. à faciè grauis pręlij: graue (inquam) pręlium appellatur, quod nõ facilè, aut cito perficitur, aut in quo oẽ genus malorum perpetratur, quæ mala hactenus enarraui aduersus Arabes, pleriq; volunt ad ipsos Iraelitas referri, q. d. quodcum Israelitę omnia hæc mala, & hanc omnem iacturam, et perse-

A cutionem paterentur, nullum fuit eis allatum subsidium, atq; pręsidium.

Propterea fertur sententia aduersus Arabes ex parte Dei, dum inquit. *Quoniam hac dicit Dominus ad me. Ad huc in vno anno quasi in anno Mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar.* Cedar est locus in Arabia, et fortasse locupletior, et opulentior quo loco uniuersa illa regio potest intelligi ea figura, qua non nũquam pars pro toto ponitur, quę gręcè appellatur Sinedochen. Tex. 10.

B Dicit ergo Propheta, ob hanc impietatem, et in humanitatẽ, quam uos Arabes nõerubuistis exercere aduersus Populum Dei in tot pręssuris, ac calamitatibus existentem, adhuc in uno anno, quasi in anno Mercenarij, qui suos habet limites, ac fines, nec potest minui aut prorogari, potestis quodammodo uestris bonis potiri, et velut securi, & oscitantes conquiescere; At expleto hoc anno, *auferetur omnis gloria cedar*, oĩs altitudo, robur, & magnificẽtia ipsius Populi, *& reliquia numeri Sagitariorum fortium de filijs cedar iminnentur.* q. d. pauci illi qui post clades, et bella ex numero Sagittariorum fortium remanserint, etiam, et illi imminuentur, et adnihilum ferè redigentur, et ne quisquã existimet hoc vaticinium esse vanum, et comentitiũ, subdit Propheta. d. *Dominus enim Deus Israel loquutus est.*

C

D q. d. ille Deus, et Dominus quem colũt Israelitæ, et quorum ipse est peculiaris Deus, et Pater, sic loquutus est, sic instituit, ac, decreuit, neq; eius voluntatem, ac mentem poterit vlla uis, ulla uirtus, ac potentia quicquam immutare, sic mihi uidetur hic textus posse conuenienter exponi. licet alii aliter exponant. Cedar de quo hic fit mentio fuit Nepos Abrahę et filius Samuelis à quo dicti sunt Cedareni, siue Agareni, qui tamen impropriè appellantur Saraceni, et

E fortassis vsurparunt sibi hoc nomen, ut à Sarra uxore libera, et non ab Agar eius Ancilla, se originem duxisse ostentent. Item. uerba illa superius adducta: *Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Australem, cum panibus occurrite fugienti*; quidam existimant eiusmodi uerba per Ironiam dicta, quasi. d.

uos

Vos Iudæi Arabibus fugientibus à facie gladii occurrite, et afferte panem, et aquam, quemadmodum, et ipsi erga uos se præstiterunt. q.d. reddite malum pro malo. Conuenit .n. quandoq; pro malis mala retribuere his, qui non agnouerunt Deum, ut qua mensura mensi fuerant, remetiatur eis, ut discāt non semper mala facere, quamuis Apostolus Rom: 12.d. nulli malum pro malo reddendum, priuata scilicet authoritate, et ex praua animi intentione. Secus autem licet, diuina iustitia exigente. Dicit enim Gregorius 23. mor: cap. 27. in hac uita necesse est quandoq. flagellis atteri, et aliquando uitiis tentari etc. Illi dicuntur habitare terram Austri, qui in Ecclesia potiti superno spiritu Charitate fulgent, hi fugientes à seculo debent actu Charitatis excipere, et cum panibus Sacrę doctrinæ illis occurrere.

Ex his omnibus hoc documentum libet elicere, quòd Dominus Deus nequaquā uult, ut quos ipse flagellat, et punit, nos quoquè eos percutere, et flagellare uelimus, sed potius omni humanitate, officio, ac pietate prosequi: Deinde nota, quòd per huiusmodi Arabes, et Idumeos possumus intelligere Turcas, et Paganos, pariter, et Iudæos, qui nunquam cessant persequi, et blasphemare nomen Christi, et multo quidem peius nobis officiunt Hęretici, quā quęcunquę alię nationes quibusuis legibus addictę, quippequi sub titulo nominis Christiani, quotidie persequuntur Catholicam fidem, et sanctam Ecclesiam. Verum Deus patienter ad tempus eos tollerat. Sed tandem eius iustitia flagitante non permittet illos diutius permanere.

Explanatio visionis propositæ in præsenti Cap. 21.

Difficultas certè non modica est in illis uerbis quibus Esaias refert illam uisionem, ut ego re uera pro tenuitate ingenij mei non uiderim, qua ratione potuerim elabi, aut ex ea expediri: nec mirum quia (ut inquit D. Hieronymus) in ea personę plurimę computantur, ut non facile quisquam possit intueri, quę nunc personę loquantur, & cum quibus, & de quo. In hoc enim colloquio seù potius multiloquio adest in primis Dominus Deus, deinde propheta Esaias. Speculator. Leo. Currus duorum equitum quorum vnus erat ascensor Asini, alter verò Cameli, postremò extat alius uir, qui est ascensor bigę equitum, & quędam alia quæ non modicam afferunt dubitationem. Habetur ergo in hac visione (quæ fuit imaginaria potius, quàm realis, & sensata) habetur inquam dominum dixisse & pręcepisse Esaiæ prophetę, vt ponat speculatorem, qui annunciet quęcunquè viderit. Quæritur ergo in primis quis fuerit iste speculator, positus, & constitutus, à, propheta. Ex textu septuaginta duorum Interpretum habetur fuisse Vriam quendam Sacerdotem, de quo aliàs habetur sermo, videlicet super cap. 8. vel alium quempiam. Sed hoc admitti non potest, cum ipse haudquaquam potuerit videre, quòd annunciandum erat, vndè nec Diuus Hieronymus admittit hanc opinionem, seù sententiam. Alii opinantur speculatorem hunc à propheta constitutum Angelum fuisse, quæ sententia quamuis non multum absit à vero, tamen ob ea quæ habentur in textu, non facilè potest sustineri. Neque etiam potest dici Abacuh fuisse hunc speculatorem quāuis de se ipso dicat cap. 2. super custodiam meam stabo: propterea dicunt alii ipsummet Esaiam prophetā fuisse hūc speculatorem, ut qui dixerit apud semetipsum, Suscipiam ego hoc onus, hunc laborem, has ego met excubias faciam.

Præsens visio admodū obscura.

Speculator quis

Dicitur autem Esaias prę aliis hoc onus assumpsisse ex eo quòd ipse de se ipso loquens ait, ut habetur in hoc textu. *Super speculam domini ego sum, stans iugiter per diem, & super custodiam meam, ego sum stans totis noctibus.* Nec pręter rem fore existimo si dixerimus hunc speculatorem Angelum quoque fuisse, quippequi arcana Dei, & præuisa ab eo reuelaret ipsi Prophetæ, quinimo, si velimus ad spiritualem intellectum

Esaias speculator.

Angelus speculator.

aliqua ratione pgredi, dicemus ipsum Deum, patrem, & dominum nostrum fuisse, & esse perpetuum speculatorem, qui quidem pro sua singulari prudentia, ac sapientia prouidet cuncta, quæ in rebus humanis nouerit esse necessaria, quin & nos ipsi per spiritum eius habitantem in nobis, idest in cordibus nostris, possumus aliquando, quæ sunt futura, & naturaliter nobis abscondita pspicere & intueri. Sed neque etiam sunt reprehendendi septuaginta duo interpretes, dicentes speculatorem illum fuisse Vriam, si iuxtà nominis interpretationem velimus intelligere Christum vt refert Diuus Hieronymus, at pro cōstanti iuxta sensum literæ accipiamus Esaiam fuisse hunc speculatorem.

Deus speculator.

Est alia difficultas penes hanc visionem, quid per Leonem, cuius hic meminit Esaias, qui & ipse dicitur stare super speculam sit intelligendum. Hunc etiam volunt esse eundem Prophetam, qui non iniuria, neque præter rem vocatur hoc loco leo propter fortitudinē scilicet, & animi magnitudinem, quia quod viderat iuxta id, quod fuerat ei demandatum manifestare non timuit, & præterea sicut leo, incutit terrorem ptereuntibus ita eius prophetia incussit terrorem Babylonijs. Sunt etiam, & hi qui volunt hunc leonem fuisse Angelum, Leoni quidem simillimum propter ipsius animi constantiam, & curam de rebus humanis ei demandatam, nunquam deficientem, & ob obsequium ppetuum erga ipsum Deum creatorem omnium. Nec desunt qui per leonem præter Christum nihil aliud volunt intelligi, qui quidem stat super speculam continuè intendens in ea, quæ sunt pro salute humani generis, propter quod venit in hunc mundum vt saluos faceret credentes in eum. Et verè dictus est leo quia vicit omnes aduersarias potestates, quæ viam hominis ad salutem præpedire nituntur. Extat porrò alia difficultas penes currum duorum equitum, qui scilicet fuerint isti equites. Dicit enim textus, quòd *speculator viderat currum duorum equitum, quorum vnus erat ascensor Asini, alter verò Cameli.* Et post pauca dicit quasi digito demōstrās,

2 Dubitatio

Esaias leo.

Christus Leo.

3. Dub.

Currus.

A quòd *venit alius vir ascensor bigæ equitū*; dubium itaquè est, quo pacto dicit se vidisse currum duorum equitum, & postmodum dicit quòd venit vir ascensor bigæ equitum; nunquid scilicet vnus tantum erat currus, aut plures. Aliqui dicunt multos in ea visione currus fuisse perspectos, quorum quidam ab Asinis, quidam à Camelis trahebantur, non enim putant congruum, aut decēs fore à duobus animalibus vsque adeo
B specie distinctis, & proprietatibus longè diuersis posse currum aliquem trahi, atquè deduci. Quidam alij multos secus ab aliorum sententia opinantur per duos equites nequaquàm duos vectores esse intelligendos. Sed biugos. idest duo animalia simul iuncta & sub vno iugo existentia debere intelligi (hoc enim indicat dictio hebræa) vt mihi à viris quibusdam eruditis dictū est; & præterea cum hic Esaias loquatur de
C equitib⁹, et iuxtà propriā nominis significationem, ascensor Asini, & ascensor Cameli non possunt dici equites, quia ij ab equitatione, & vsu equorum non Asini, aut Cameli equites nuncupantur nisi abutamur significationibus horum nominum. Præterea si litera habet q vir vnus erat ascensor bigę equitum, quo modo ergo volunt isti; duos fuisse ascensores, & si duo, quomodo vnus? Dicit Liranus re vera secundum literā
D duos fuisse ascensores, sed Propheta vsus est numero singulari, pro plurali cū dixit, vir bigæ equitum ascendit. Nulla istarum positionum, siue imaginationum (pace horum dixerim) mihi videtur ad rem facere, pro sensu pręsentis literæ. Sic enim legitur. Quòd speculator, & Leo, vidit currum duorum equitum, non currus, quorum equitū, vnus erat ascensor Asini, alter ascensor Cameli, quæ duo animalia trahebant
E currum illum vnum, quem vidit speculator. Nec ad præsens estimemus, aut iudicemus, num fuerit durum, aut insuetū duo animalia specię distincta trahere vnum currum; persistamus nunc in explicatione visionis, quam vidit Propheta, ne quis in eius intellectu cōfundatur. Vidimus enim ex contextu literæ vnum dumtaxat fuisse currum, qui

fuit

fuit visus à speculatore, non duo, vel tres, (vt aiunt quidam) sed vnus tantũ cui insidebat, seù præsidebat, aut vehebatur vnus qui clamauit, iste (inquam) clamauit, qui erat ascensor bigæ equitum, non leo, aut speculator, & currus iste vbi iste clamans, & vociferans ferebatur, ducebatur ab illis duobus equitibus, quorum vnus Camelo, alter verò Asino superſedebat. Clamauit (inquã) & respondit, & dixit cecidit, cecidit Babilõ, & oĩa sculptilia Deorũ eiꝰ cõtrita sunt in terra, Duo hic aduertenda, Alterum cui respondit iste vector bigæ. Deinde cur clamauit, & bis idem repetiuit? Respondit quidem, cuiuis fortè p imaginationem interroganti: Vel respondit ei qui fingitur à Propheta, quempiam interrogasse, vel (vt ait Diuus Hieronymus) respondit ipsi Prophetę interroganti, & verba eius audire cupienti. Vel tamdẽ dic, vt in expositione diximus, non semper hoc verbum Respondeo, sumitur pro eo quod sciscitanti cuiquam respondere solemus: sed quandoque ad conceptus iam formatos in mente, aut ad aliquid nobis reuelatum respondemus. Quemadmodum Matth. 11. legitur de Christo domino, quòd nullo prius interrogante respondens dixit. Confiteor tibi domine pater cœli, & terræ, quia abscondisti hęc à sapiẽtibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sic etiam Matth. 17. cap. cum dominus assumptis Petro, Iacobo, & Ioãne, & ductis in montem excelsum seorsum, & se transfigurasset ante eos, dicit textus. Quod Petrus nullo cum interrogante respondens, dixit ad Iesum. Domine bonum est nos hic esse, &c. Sic itaquè, qui vehebatur biga, potest dici respondisse quamuis nullus interrogauisset. Ad aliud dubium propositum, cur toties dixit, *Cecidit, cecidit Babylon &c.* & cur etiam clamauit? Dicimus eum clamasse, quò facilius, & amplius seù latius uox eius audiretur, & protenderetur. Repetiuit vt fortius imprimeret, ac Babyloneos perterrefaceret. Id quod dicimus iuxtà literam: Sed quo ad sensum misticum dicimus illam repetitionẽ fuisse inditium, & presagium futurorum malorum, & signanter mali culpę, & mali pęnę. Sed obsecro quisnam fuit iste qui clamauit? quemquè diximus Currui, & bigę presidere, & vehi? Dicimus quidem (& non absquè ratione, & fundamento) & grauissimorum virorum auctoritate eum (inquam) fuisse, iustitiam Dei, Deum ipsum, Iudicem iustum, Deum vindicem malorum, & eum ipsum qui in die Iudicij, & consummatione seculi proferet sententiam, & reddet vnicuiquè secundum opera sua. His paucis verbis constat, & absoluitur tota hæc visio, relata à Propheta secundum literam. Non ergo dicendum, nequè Cyrum, nequè Darium fuisse illum vectorem qui clamauit, sed Cyrus vtique dicitur Ascensor Asini, denotantis Imperium Persarum, Darius verò ascẽsor Cameli, designantis Imperium Mędorum, ob eas rationes, quas in expositione adduximus. Nec uerearis, aut tibi durum videatur Deum creatorem omnium, Regem Regum, & Dominum dominantium vehi, quoniam scriptum est. Abachuc cap. 3. d. Qui ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. Quæ uerba Nicolaus de Lyra trahit ad hãc visionem, quam habuit hoc loco Esaias quòd videlicet ipse Deꝰ ascendit equos, videlicet Persarum, & Mędorum ad euertendam Babyloniã, quos vocat suos, quoniam ad ministerium suum erant adducti, ob quod munus obeundum, data fuit eis à Deo uirtus, & potestas, & quamquam Esaias viderit non equos, qui trahebant currum vocat tamen equos, quia fungebantur officio, & ministerio equorum. Et quadrigæ tuæ saluatio, idest eiusmodi currus, & equitatio fuit saluatio idest salus, & liberatio populi Israelis. Deindè subdit. Suscitans, suscitabis arcum tuum, idest arcus, & arma Mędorum, & Persãrum, quę dicuntur tua, quia ad executionem iustitiæ tuę sunt pręparata, & extenta. Hæc Nicolaus de Lyra in huius loci expositione. Diuus etiam Hieronymus in epistola ad Chromatium Episcopum Aquiliensem, loquens de eadem prophetia Abacuch d: eam esse aduersus Babyloniam, & Nabuchodonosor, à quibus Iuda, & Hierusalem, Templumquè sub-

Quot currus uidit propheta.

Respondeo verbũ multiuocum.

Matth. 11.

Mat. 17. ca.

Clamor & repetitio non inutilis, & vana.

Abacuk. 3.

Lyranus.

Hieronymꝰ in Epi. ad chromatiũ.

uersa fuere. Itaque qui iustâ prophetiam Esaiæ vehebatur illo curru, seù biga dicebatur esse Deus. Modo velimus persistere in sensu literali ipsius visionis. At si volumus vlterius progredi, & secretiora misteria perscrutari, dicemus. Populum Gentilem & populum Iudaicum, referre Asinum, & Camelũ, vt Populus Iudaicus designetur per Asinum, Gentilis verò per Camelum. Ascensor Asini dicebatur esse Moises, Christus verò ascensor Cameli. Vel p Asinum, & Camelum. quidam intelligunt, literam, & spiritum, vt Moises dicatur itidem ascensor Asini, idest ipsius literæ, Christus verò Cameli, idest ipsius spiritus. Sed melius dicũt alij Mortem esse ascensorem literæ, vitam verò spiritus, quoniam litera occidit, spiritus autem viuificat. 2. Cor. 3 Secundum verò sensum tropologicum dicamus currum duorum equitum esse hũc mundum, qui verè currit (transit enim mundus, & concupiscentia eius) qui cõtemnit hunc mundum est ascensor Asini, quia deijcitur, & humiliatur, qui verò contemnit Deum, est ascensor Cameli, cuiusmodi est Demon, & satellites eius. Sed fortè melius dicendum scripturam sacram currum esse, quo currimus, & trahimur ad cęlum, qui Currus habet duas rotas, videlicet testamẽtum vetus, & testamentum nouum, habet quin etiam duos ascẽsores, & duos pariter animantes, qui eum trahunt, literam, videlicet, & spiritum; Ascensor literæ (vt diximus) est ipse Moyses, ascensor, verò spiritus, est verus, ac proprius, & germanus literæ intellectus, & tandem (ut uno verbo dicam) ipse Christus dominus, qui de se ipso dixit. Scrutamini scripturas quia ipsæ testimonium perhibent de me, & vos putatis in ipsis uitam habere. In hominũ quoque vita, & huius mundi peregrinatione, sunt plures equites, & plura animalia; quidam quidem, qui diligunt mundum, & ea quæ sunt in hoc mundo, & hi dicunt ascensores Camelorũ, quia tendunt ad sublimia, & excelsa, & inhiant, & anhelant ad res magnas, & excelsas, qui tandem facilè decidunt, & franguntur. Quidam verò sunt humiles, & abiecti in se ipsis, qui contemnunt mundum, & ea quæ in mũdo sunt, quiquè super Asinum ascendunt, qui est Animal vile, humile, & abiectum. Perfecto autem cursu, & peragrato itinere, qui se humiliauerit exaltabitur, quẽadmodum è contra, qui se ipsum exaltauerit humiliabitur. Christus enim ductor, & doctor, ac exemplar eorum qui se humiliant, fuit ascensor huius animalis, vt habetur Math. 21: quo pręberet formam & rationem viuendi ijs, qui sunt eius. Vsus etiam fuit pro diuulgatione Euangelii, & pro annunciatione veritatis, & fidei opera, & ministerio suorum discipulorum quibus vti Camelis, & Asinis, animalibus (inquam) humilibus, & mansuetis, adeoque satis imbellibus voluit vti, & eosdem in hoc opus assumere, vt hac ratione fortia, & sublimia confunderet, Nec mireris ipsum, quamquàm sese humilem, & abiectum, omnibus ostenderet, curru vectum esse dixerimus, quia sic eundẽ veluti moderatorem, & gubernatorem omnium, & tanquam Iudicem quandoquè daturum sententiam, duci, ac demonstrari congruebat, vt ipse quiescens, & sedens, & immobilis manens faceret cuncta suo nutu moueri.

Hæc de illa Methaphora iuxta sensum tropologicũ dixisse sufficiat.

Marginalia: figura asini & cameli. — 2. Cor 3. — Ioan. 5. — Section letters A, B, C, D, E.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.


Nus vallis uisionis. Quidnam quoq; tibi est, quia 1
ascendisti, & tu omnis in tecta? clamoris plena, 2
vrbs frequens, Ciuitas exultans: interfecti tui, nõ
interfecti gladio, nec mortui in bello. Cuncti prin
cipes tui fugerũt simul, dureq; ligati sunt: omnes,
qui inuẽti sunt, vincti sũt pariter, procul fugerũt. Propterea di- 3
xi: Recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere, ut consolemini
me super vastitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis, &
conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in valle vi-
sionis, scrutans murum, & magnificus super montem. Et Aelam
sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nuda-
uit clypeus. Et erunt electæ ualles tuæ plenæ quadrigarum, & e-
quites ponent sedes suas in porta. Et reuelabitur operimentum
Iudæ, & videbis in die illa armamentarium domus saltus. Et scis- 4
suras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt: & con-
gregastis aquas piscinæ inferioris, & domos Ierusalẽ numerastis,
& destruxistis domos ad muniendum murum. Et Lacum fecistis
inter duos muros ad aquam piscinæ veteris: & non suspexistis
ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius de longè non vidi-
stis. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, 5
& ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum Sacci: & ecce gau
dium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere
carnes, & bibere vinum: Comedamus, & bibamus: cras enim
moriemur. Et reuelata est in auribus meis uox Domini exerci- 6
tuum: Si dimittetur iniquitas hæc uobis donec moriamini, dicit
Dominus Deus exercituum. Hæc dicit Dominus Deus exercituũ: 7
Vade, ingredre ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam
præpositum templi, et dices ad eum: Quid tu hic, aut quasi quis
hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso me-
moriale diligenter, in petra tabernaculum tibi: Ecce Dominus
asportari te faciat, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi
amictum, sic sublcuabit te. Coronans coronauit te tribulatione,
quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam: ibi morie-
ris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia Domus Domini tui.

Et expellamte de statione tua, & de ministerio tuo deponam
8. *te. Et erit in die illa: Vocabo seruum meum Eliachim filium Hel-*
chiæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum,
& potestatem tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habi-
tantibus Ierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem Domus Da-
uid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat: &
claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco
fideli, & erit in solium gloriæ domui patris eius. Et suspendent su
per eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa ge-
nera, omne uas paruulum à vasis craterarum vsq; ad omne uas
9. *musicorum. In die illa dicit Dominus exercituum: Auferé-*
tur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & ca-
det, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.

EXPLANATIO IN VIGESIMVM SECVNDVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *Onus vallis uisionis &c.*

OMnes quos ego viderim expositores in hoc capite, conueniunt Prophetam prædicere, & prenunciare onus, & grauamen super ciuitatem Hierusalem aliquando futurum per manus Chaldeorum. Et quærunt; cur Hierusalem, quæ sita erat super montem Syon, appellat Propheta vallem uisionis: qdam dicunt appellari vallem visionis, quia constructa erat, & ædificata ad radices montis Syon, vndè Cyrillus, & quicunquè sequuntur textum 70. interp: Sic legunt. Onus vallis Syon: quidam alij dicunt propterea Hierusalem vocari vallem visionis, quia sub ea erant valles quædam profundissimæ, vt Perusiæ quæ etiam sita est in montibus, inter quos sunt valles satis profundæ: & putant inter eas quæ sunt Hierusalem recenseri vallem Cedron, quæ ducit in montem oliuarum, & volunt intra hanc vallem, & extra illam multas valles reperiri: proqua re uide Ioseph. lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. & alibi. Nec mirum videtur, quoniam plerumq; natura factum esse conspicimus, inter montes, et colles eminentissimos, valles quasdam infimas interiacere, quemadmodum, & virtuti quæ sublimis est, & excelsa, vitium illi cōtrarium propinquum est, quod quidem reddit homines maximè viles, & abiectos. Quidam verò à sensu literali ad mysticum transeuntes, dicunt Hierusalem propterea dici vallem uisionis, quia frequentes, & multæ erant ibi visiones Prophetarum undè prophetę dicuntur uidentes, & crebro Deus uidebatur, ut habetur psal. 83. Videbi-

Hierusalem Vallis visionis. *Cyrillus.* *Ioseph. lib. 6 de bell. ca. 6* *ps. 83.*

debitur Deus deorum in Syon; & quemadmodum ubi est magna alicuius rei ubertas & copia,ut tritici,olei,aut similium,dicimus ibi esse uallem tritici,aut olei,quemadmodum nos Perusiæ, locũ quendã propè Ciuitatem ualdè uberem fructiferũ,& speciosum appellam⁹ uallẽ Iani: hunc propè in modum Hierusalem ob frequentes Dei uisiones iurè meritò appellatur uallis uisionis Præterea potest dici,& iurè quidem uallis uisionis,quia dum prius erat sublimis,& excelsa, post Christi mortem effecta est humilis,& abiecta adeò ut propter eius impietatem, & abhominationem, non męretur amplius nomine montis appellari, sed potius uallis, & locus omnium deiectissimus:id quod pręuidens Propheta, uoluit eam non Hierusalem, sed uallem profundissimam, & turpissimam nuncupare, quòd Hierusalem Vrbs olim eminentissima deberet in uallem profundissimam reduci, prædixit etiam Hieremias Cap. 25. Cum accepit calicem uini,& dedit Hierusalem, ut bibat,& uomat, & insaniat. Prædixit etiam Ezechiel, Iohel, Michęas, & Sophonias,qui uidentes omnes nuncupantur, undè propterea dicta est Vallis uisionis,Vallis uisionis est etiã hic mundus inferior,si conferatur ad superiores Orbes,& uerè potest dici uallis uisionis, quia singulis horis, & momentis innumerabiles rerum uicissitudines est uidere in eo, Sed quot quæso hominum dicuntur in ualle reperiri? primum quidem si inspiciamus statum,& conditionem hominum politicam, quicunq; ab eminenti dignitate iure, uel iniuria,demictuntur ad aliquem statum humilem, & abiectum, dicuntur in ualle reperiri,quod profectò non longè est ab unoquoq; nostrum. Si autem ad mores animum conuertamus, quicunq; à iustitia, & uirtute in malitiam, & iniquitatem descisсit, dicitur iustè quidem in ualle reperiri, simili modo, si uelimus ad rem nostram, & quo magis refert propius accedere, dicimus, & sustinemus quoscumq; à catholica fide in hęreses,& falsa dogmata,& prauas opiniones decidunt,in ualle reperiri, & in locum turpissimum,& ignominiosum detrudi; quemadmodum Iudęi, Hęretici, & mali Christiani sępissimè deturbantur: per hęc pauca uidim⁹ quamobrem ciuitas Hierusalem dicta sit uallis uisionis. Quo uiso, & declarato,dei spiritu uates iste permotus prosequitur; & ad ipsam Hierusalem, hunc in modum alloquitur.

Quidnam quoq; tibi est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta? clamoris plena, vrbs frequens, Ciuitas exultans, interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui in bello. Tex. 2.

Habet profectò Emphasim eiusmodi locutio seu potius exprobratio. q. d. Alię urbes,& regna multa sunt passa detrimenta ob eorum scelera, & flagitia ob quæ tu debebas integro iudicio existimare, ac intelligere omnes illas urbes non immerito concidisse,interituq. suo, scelerum, & flagitiorum suorum pęnas luisse; tu tamen Ciuitas Dei insignis, & pręclara quę uocabaris ciuitas Sancti,putabas te liberam,& immunem fore à suppliciis, & pœnalitatib⁹, cum non minora scelera, nec pauciora, quàm illę, perpetraueris? hoc est quod dicit. Quidnam quoq. tibi est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta? Alij sic exponunt,& fortè melius,quod Propheta in spiritu pręuidens, & cognoscens quod ciues Hierosolymitani quo tempore fuerint obsessi, ad Idola confugient; propterea increpat ipsam Ciuitatem sub illis uerbis, uelut admirans eius ineptiam, & insipientiam,quod uidelicet, in illis periculis constituta, in tecta domorum conscendere auderent, ut sacrificarent Idolis ut alię gentes;sic exponit D. Thomas.

Alij dicunt morem fuisse Priscorum cum magna pericula imminerent, & graues in republica tumultus undiquè audirentur, ascendere in tecta domorũ, tum ut melius perspicerent causas tumultuum, tum quoquè ut ibi forent tutiores: & quidam alii dicunt huiusmodi tecta esse quædam latibula ubi homines prę metu hostium aliquando latitabant. Nonnulli ueteres ad allegoriam hęc uerba transferentes, dicunt hoc loco Prophetam increpare eos, quos pręuidebat in Christi passione ascensuros tecta,& suggestus locorum, ut clamarent

rent contra Christum, Crucifige, Crucifige eum. Propterea dicit Propheta, quidnam quoquè tibi est? quasi d. quæ causa uos mouit, quę uos dementia cępit, ut, et uos ederetis facinus istud tam stultum, et temeritatis plenum? ubi ly coniunctio quoquè, non solum ornatus causa, sed ad magnificandam, et amplificandam huius Ciuitatis stultitiam, et malignitatem est apposita, id quod facilè potest ostendi per ea quæ sequuntur, cum inquit, et tu omnis. q. d non sola tu ciuitas Hierosolyma in hāc amentiam incidisti, sed et plereque alię ciuitates, et loca, ut puta gentes infidelium, et incircuncisæ, hoc facinus ad miserunt: Deindè illa dictio omnis (dū inquit) et tu omnis. q. d. nullus fuit immunis ab hoc scelere, omnes quidem declinauerunt, et inutiles extiterunt omnes nullo penitus excepto in hunc lapidem impegerunt, tu, omnis, inquā, idest cuiusquè sexus, uel ætatis, aut conditionis homines quandoquidem in tanto rerum discrimine ad tecta, hoc est ad Idolorum phana, ac domicilia cōfugerunt. Alii sic dicunt, et tu omnis. q. d. nemo fuit liber ab hoc metu, ac trepidatione: Tandem Ciuitas hoc loco reprehenditur, et increpatur. Vel qa propter metum quo obtorpuit ascendit in tecta domorum, cum hostis uultum non auderet aspicere: Vel ut ibi Deos suos coleret, quibus maximè confidebat, uel allegoricè dicitur tecta conscendisse, qa spręta simplicitate fidei, tecta, idest, altitudinem scientiarum secularium, & uarias hęresum opiniones libenter apprehendit, ideo conuenienter dicitur tecta, non tectum ascendisse; potest hęc exprobratio etiā uerè fieri aduersus eos, qui cum fuerint protestati se omnem curam huius seculi, gradus, et dignitates abiecisse, rursus in tecta domorum conscendere student, et anituntur.

Ciuitas clamoris plena, urbs frequēs, Ciuitas exultans; Ciuitas quidem iuxtà ueritatem historię plena clamoris, quādo ob multitudinem ciuium, et diuersitatem negociorum, et plurimorum comercium singulis horis percipiuntur uoces tumultus, cōtētiones, disceptationes, seu concertationes, litigantium, et clamores turbarum. Vrbs frequēs, multitudine populorum, et uicinarum urbium, et multorum etiam extraneorū, qui illuc aduētabant, non erat inuenire, et pertransire uiculum, et latus ullum ciuitatis, ubi non esset magnus hominum concursus. Ciuitas exultans, plena deliciis, opibus abundans, et bonis omnibus referta. At secundum spiritualem sensum, quem haud dubie primò intentum à Propheta existimo, dicitur hęc Ciuitas clamoris plena, dum in passione Christi magnis vocibus clamabant aduersus Christum. Erat ciuitas frequens, quia multitudo populorū. Principes Sacerdotum, concio scribarum, et Phariseorum coiuit, et consensit in mortem Christi, uide quám frequens erat ciuitas hæc sub eo tempore. Reges Hebręorum Principes sacerdotum, scribę, et Pharisęi, Præsides, ac duces militum, et deniq; cuiusq; generis turba conuenit aduersus Christum: qđ præuidens Propheta Dauid ps. 2. velut stupens et admirans ait. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et Principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, et aduersum Christum eius. *Psal. 2.* Dicebatur ciuitas exultans, quandoquidē lęti, et hilares vinxere Christum, et traxere ad Pontifices, ad Pilatum, et ad Herodem sub hoc iniustę iustitię prętextu, si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Et re uera ęiusmodi laudes, et Encomya nullo unquam tempore tribui magis huic ciuitati potuere, quam cum Christus Dominus fuit à Iudęis traditus, et morti adiudicatus, quia tunc uere Ciuitas illa, hoc est primores, et maxima pars populi, plena erat clamoris, frequens ob concursum popolorum, et diuersarum nationum, et plena gaudii et exultationis, tametsi aliqui dicant, eiusmodi laudes, et Encomya secundum historiam uerè tributa huic ciuitati, iis temporibus, quibus regnauere Salomon, et Dauid Pater eius, sed postmodum rara fuere tempora, quibus eadem ciuitas non maximis fuerit calamitatibus obnoxia, et prosequens Esaias describere maximam,

mam, & penè incredibilem ipsius miseriam pariter, & ignominiam, inquit. *Interfecti tui, ò Ciuitas olim adeò insignis, & latabunda, non interfecti gladio, nec mortui in bello*, quemadmodum hi qui corporis, & animi uiribus prestant, sed fame, & siti, plagis, & carceribus, fuere ignominiose necati. Neq: enim dubium, quòd mori in bello est longè melius, & gloriosius, quam mori fame, & siti, & aliis incommodis, quia sic mori est res diuturnior, & tristior. Vnde Mach. p. ca. 3. dicebat Iudas, melius est mori in bello, quàm uidere mala gentis nostræ.

Machab. p. cap. 3. Tren 4. Plaut. in Mostel.

Sed clarius Trenorum 4. melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame, & Plautus in Mostel. actu. 3. inquit. Nisi ego illam anum interfecero siti, fameq; atque algu. Quibus uerbis uidetur innuere horribile malum, fame, siti, atque frigore interfici, seu perire. Videtur autem subinde afferre causas huius ignominiæ; quia cuncti Principes tui fugerunt simul, vnà sup. cum bellatoribus, nec faciem, & vultum hostibus præbuere, & qui non potuere fugam capere, & ipsa fuga salutem quærere ligati sunt durè, ac uinculis arctissimis constricti, deindè omnes qui inuenti sunt ab hostibus, & sagittariis insequentibus, uincti sunt pariter, procul fugerūt. In quibus quidem uerbis est nonnulla difficultas, quia uidetur inibi manifesta esse contradictio. Primum quidem inquit. Interfecti tui non interfecti gladio, qui fieri potest, ut quis dicatur in bello uel obsidione locorum esse interfectus, & non gladio, aut ense uel saltem lapide, siue baculo aut etiam tormentis bellicis? & profectò facile poterunt hac ratione uerba Prophetę absq: vlla contradictione ueritatem habere, ut dixerit Propheta. Interfecti tui, non interfecti gladio, quia poterant esse interfecti, ut diximus, lapide, siue baculo Nisi quis dixerit, quod perempti lapide dicuntur lapidati, non interfecti. sic qui perimūtur baculo dicimus eos uerberatos, seu baculo aut fuste necatos, non interfectos. Dicunt alii quòd dictio Hębrea hoc loco posita, significat interfectos, & vulneratos. q. d. vulnerati tui, non vulnerati gladio, sed alio quodam instrumento. At hæc est leuis euasio: exponamus textum nostrū nec uariemus significatum illius. Propterea dicerem nullam hic esse contradictionem, nam cum dicit. Interfecti tui, non interfecti gladio sup. tu, non omnes quoniam plerique interfecti, dubio procul interfecti fuere gladio, quidam vero & fortassis maxima pars eorū perierunt fame, peste, plagis, & carceribus & inter interfectos gladio fuerunt commixti, & cōnumerati Sicut cōtingit sub anno 1595 in expiditione facta aduersus Regem Turcarum pro recuperandis plerisque locis, & Ciuitatibus in amplissimo Regno Pannonię ab eodem superioribus annis occupatis, ubi multi ex nostris interfecti fuere, non gladio, & mortui, non in bello, sed fame & aliis incommodis. Alia difficultas est dum inquit cuncti Principes tui fugerunt simul, & postea inquit; durè ligati sunt si enim fugerunt quo pacto fuere ligati? sic cum subdit, omnes qui inuenti sunt uincti sunt pariter, procul fugerunt. hæ duæ particulæ nullo modo cohærent, si. n. omnes, qui sunt inuenti ligati sunt, quomodo fugerunt? Dicendum quòd cuncti Principes simul cum reliquis armigeris & bellatoribus fugerunt, at qui in fuga intercepti fuere; ab hostibus, & Sagittariis dure, & arcte ligati sunt. ita ut nulla fuerit spes sese ex illis uinculis eximendi.

Similiter omnes, qui inuenti sunt, uel in Ciuitate, uel extra fugam capientes uincti sunt pariter nemine quidem excepto. *Procul fugerunt*. particula ista subobscura est, & non cohęret cum particula pręcedenti; nam si omnes pariter uincti sunt, quomodo procul fugerunt? Dicunt aliqui exponentes, ex textu hębreo haberi, non quod fugerint, sed quod uincti, & ligati arctissimis uinculis transmissi sunt procul: Sed hæc expositio non conuenit textui nostro, & uim facit ipsis uerbis: aliud. n. est aliquem trasmitti procul, & in longinquas partes, aliud est quempiam fugere, & nōn aliò trasmitti. Dicerē ego Prophetam hic repetere quod aliás dictum est, uidelicet tantam fuisse illius

Popu

Populi formidinem, & timiditatē quòd omnes, aut mortui fame, aut durè ligati, aut procul fugientes, pauci admodum extiterunt qui fuerint gladio perempti. Nonnulli ex veteribus, vt ex his difficultatibus se expediant dicunt Prophetam hic loqui de expugnatione cuiusdam partis Hierosolimę Ciuitatis, facta per Senacherib Regem Assyriorum, in qua plurimi eorum nō fuere interfecti gladio, nec mortui in bello, sed sola proditione in seruitutem adacti, alijs ex vrbe fugientibus, alijs vinculis alligatis; quorum opinio non probatur ab omnibus immo videtur fieri non posse, vt aliqua vrbs insidijs, & proditione capiatur, & res non geratur armis proindeque non contingat multos gladio perire, propterea dicunt alij, hoc accidisse sub Nabuchodonosor Rege Babyloniæ, qui non pugna, nec armis, sed obsidione obtinuit Ciuitatem sub rege Sedechia, cui opinioni videtur nonnihil assentire D. Hieronymus. Sed neq; hæc videtur omnino excludere, & amouere omnem difficultatem quamquam ex sacris litteris habeat aliquod fundamentum, vt est videre 4. Reg. ultimos: & apud Hieremiam. 39. capite. Quandoquidem, & in illa obsidione, quæ duobus ferè annis permansit, fieri non potuit, quin multi fuerint gladio interfecti; quāuis dici posset, denominationem debere fieri semper à superabundanti · longè melius dixisse videntur ij, qui hęc omnia referunt ad tempora Romanorum, & primum quidem vniuersa illius Ciuitatis calamitas, illius clades, & ruina prius attribuenda est iustitiæ Dei, quæ voluit armis, & uiribus Romanorum punire inexplicabilem, & incredibilem insaniam, & furorem Iudæorum, qui ita in Christum redemptorem, & verū Messiam consurrexerunt, & insanierunt, ut ipsū cruci affigerent quám ipsorum hostium virtuti ac potentię: & alii dicunt hanc destructionem fuisse figuram eius quę facta fuit tempore Guidonis regis per saladinum. 1177. & vt magis ad uerum sensum, hoc est, ad allegoriam transeamus, dicimus, quod miseri Iudæi interfecti fuerunt non gladio, aut mortui in bello, sed corpore, & animo fuere defuncti, & vere inter mortuos connumerati, vt uere mortui, & ligati dicantur hi, qui animam perdiderunt, & corpus; & funibus peccatorum, & præsertim ipsa infidelitate detencti. Pręterea, quicunque peccant peccato ad mortem, dicuntur interfecti non gladio aut ferro, sed contagione pęstifera, & mortifera. Quiquè etiam non resistunt tentationibus, sed statim cædunt, & succumbunt, dicuntur mortui non in bello, sed socordia, & segnitie, ac detestabili ignauia, ob eandem causam principes Iudæorum fugerunt procul, sed de ratione et causa fugæ dicemus postea. Et si volumus per Hierusalem ciuitatem pacis, & visionis, intelligere Ecclesiam sanctam, dicemus quod Apostoli Christi, & Sancti Martyres fuerunt interfecti, & mortui non in bello, sed sola infidelium impietate. D. Cyrillus quod attinet ad literam facilè se expedit ex illa verborum difficultate, quomodo quidam fuerint interfecti, aut vulnerati, & non interfecti nec vulnerati gladio, nec mortui in bello dicens, quòd priusquam susciperent bellum, & priusquam arriperent gladium, priusquam oppugnationem molirentur, Ciuitas fuit repleta cadaueribus, quandoquidem erant ubiquè, & vndiquè luctus, & lamenta fœminarum, & liberorum fame, & siti cōfectorum, id n. profectò vrbibus obsidione cinctis plerūq; euenire necessum est; & prætereа ut diximus, interficere non semper significat quempiam gladio occidere, sed multis etiam alijs modis contingit quempiam interfici, quàm gladio vt mox diximus. Dicimus.n. aliquem interfici veneno; igne apposito, uarijsq; suppliciorum tormentis adhibitis, & pessimis quoq; exemplis dicitur aliquando quis interfici. Vndè apud Plautum in Mostel. actu 3 legitur, Quod malum versatur domui meę vt Dij, Deæquè omnes me pessumis exemplis interficiant? sic itaq; nihil absonū, aut inconcinnum dixit Propheta; interfecti tui non interfecti gladio. At ego parum exercitatus, opinor præsentem particulam sic debere intelligi, multos in

Hierem. ca. 39.

Ioseph. lib. 7 de bello Iudaico cap. primo.

Interficere contingit multipliciter.

inquam fuisse interfectos non gladio.s. hostili, plerosque item mortuos non in bello, quandoquidem priusquam Ciuitas fuisset obsessa à Romanis, plena erat iurgiis & seditionibus; et passim à Zelotis Ciues trucidabantur & sic interfecti erant, & mortui, & non in bello. Vide Io. de bello Iud. lib. 5. cap. 2. & per totum. Sic etiam cum d. cuncti Principes tui fugerunt simul, durè ligati sunt, est accõmodata distributio, ut.s. intelligas aliquos fugisse aliquos verò detentos,& ligatos ut Virg: pars in frustra secant verubusq; trementia figunt. Virg.

Vel dicas eosdem illos qui procul fugerunt fuisse tandem ab insequentibus sagittariis comprehensos,& arctissimis uinculis ligatos. Sic puto literam istam posse exponi. Cumquè prædixerit Esaias ipsius vrbis perniciẽ ac destructionem, quòd pleriq; fuerint interfecti, non gladio, nec mortui in bello,& quòd cuncti Principes, & Rectores vrbis arripuerunt fugam,& reliqui qui fuerunt inuenti arctissime ligati, fuere et in captiuitatem ducti, ipse Propheta in spiritu p̄uidẽs futura, quę iam preteriisse more suo enarrat, tanta tristitia, & mœrore est confectus, ut nulla ratione potuerit, aut voluerit consolationem vllam admittere,& hoc est quod dicit. *Propterea dixi. Recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere ui consolemini me, sup vastitate filia populi mei.* Tex 3. Dixi inquam, aut mecum ipse contuli, aut cunctis astantibus, uel reliquis collegis meis Prophetis. Dixi inquam, recedite à me amarè flebo, nolite incumbere, ut consolemini me, q. d permittite, ut deplorem hanc ingentem calamitatem filię populi mei, hoc est Ciuitatis Hierusalem, fuit enim Ciuitas illa constructa à maioribus, et progenitoribus suis, sed vocat eam filiam, nõ filium, quia ob eius delicta perdidit dignitatem virilitatis, quemadmodum & nos dum comittimus aliquod facin' indignum, et lubricum, non amplius viri, sed fœminæ dici mœremur: dicit ergo nolite incumbere, ac laborare, dareq; operam, me ut consolemini super vastitate Ciuitatis meæ. Et certè grauissimus fuit iste dolor, qui noluit re-

Ciuitas Hierusalem filia non filius dici meretur.

A cipere consolationem. Neque mireris, aut quid inane suspiceris Prophetã vsque adeò flere, ac deplorare ruinam illius Ciuitatis, quamquam optime sciret hanc vltionem ex Dei ira proficisci vt Ioseph. lib. 7. de bello Iudaico cap. 1. testatur, quia hęc est boni viri p̄prietas & conditio condolere, et compati punitionibus malorum, quemadmodũ et Samuel nec non, et ipse Dauid, ut habes. 2. Reg. plangebat Saulem, et Christus Dominus videns Ciuitatem Hierusalem, fleuit super eam. et D. Paulus 2. ad Corinthios cap. 12. veretur, ne illi cõtingat lugere multos ex his qui ante peccauerunt, et non egerunt pœnitentiam. Nonnè, et supra legimus quàm vehementer fuerit tristatus, et angustia præssus ipsemet Propheta super vastitate ipsius Babylonis? D. Cyrillus disertissimis verbis explicat hanc nostri vatis afflictionem d. cum ipse Propheta prohibet præpotentes, et magnates quosq; consolationem admouere plagę magnitudinem declarat, quippè quæ medicinam reperire non possit, sed grauiter sit illi inflicta, cuius ictus sit acerrimus, et ineuitabilis & huius doloris, ac mæstitię, rationem adducit d. *Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in valle uisionis scrutans murum, & magnificus super montem.* cap. 1. / Luc. 19. / 2. Cori. 12. / D. Cyrillus

In editione vulgata nuper approbata sic legitur, ut notauimus; sed alicubi legitur cum præpositione à, idest dies interfectionis etc. est à Domino Deo exercituum, verum siue apponantur, siue non, parum refert. Sensus enim vtrobiq; idem est, vult enim Esaias demostrare huiusmodi afflictionem inflictam præfatæ Ciuitati esse à Deo, vel Deo ita volente, ac statuente, est enim Deus causa mali poenę, non culpæ. Vnde perbellè satis contemplatur D. Cyrillus d. si Deo non illis irato facta fuisset incursio, et impugnatio ab Assyriis, spes maxima foret fessis, et languentibus posse se, inuadente Deo omnium dominatore manum super illos conseruãtem porrigente, ac eorũ protectionem suscipiente, tandem aliquãdo superare. At cum is sit qui per-

cutit, et à quo conculcatio, et destructio prouenit, quis euertet hoc aut labefactabit? quis manum Dei excelsam, ac prępotentem auertet? si enim contra hominem clauserit, quis aperiet? cōtra vero si Deus pro nobis quis contra nos? Dies ergo interfectionis qua scilicet multi erunt interfecti, dies conculcationis qua Ciuitas erit prostrata, et conculcata; dies fletuū constitutus à Deo in valle visionis, hoc est in misera, et nunquam satis neglecta Ciuitate Hierusalem quæ, re uera, non amplius mons eminens, et sublimis, sed vallis horribilis, et obscura facta e Dies, in quam, in quo nonnisi clades, tumultus fletus, et perturbationes, et quæ sub id temporis consequuntur, mihi præscriptus est, et reuelatus, fieri non potest quin ego amarè fleam, et assiduè deplorem huius Vrbis uastitatem. Dies inquam erit, in quo miles scrutabitur murum, et diligenter perquiret omnes Ciuitatis munitiones, et propugnacula perlustrabit undequaque, qua Ciuitatis parte possint hostes ingredi, quisue locus possit eis impedimentum, aut difficultatem afferre, et dies iste pariter magnificus erit super montem, quia scilicet expugnata Ciuitate milites poterunt ascendere, et occupare montem Syon super quo fundatum est templum, et cui tota Ciuitas, est innixa.

Alii exponunt præfata verba, scrutans murum, et magnificus super montem, quod tempore quo fuerit expugnata Ciuitas ab exercitu Romano sub Tito, et Vespasiano, illo die scrutabuntur murum, hoc est solo æquabunt, et diruent omnes muros illius, et magnificus super montem, hoc est ille dies erit quo Romanorū Princeps ascendet super montem Syon, magnificus, et elatus, et velut superbus triūphator, et templum comburet, quo etiam die, cum expugnaretur templū, et incenderetur, tantus fuit clamor totius populi, vt non potuerint audiri voces Imperatoris, qui iubebat suis militibus, ne templo uim vllam inferrent; et profectò multi ex Patribus, et sacris auctoribus sunt in hac sententia, ut Pro-

A pheta loquatur potius hoc in loco de uastitate illata à Romanis, quam à Babyloniis. Cyrillus autem longè secus exponit hunc textum d. quod hic dies est scrutans murum, & errans in montibus, quia scilicet Populus Hæbreorū persentiens hanc calamitatem, confugit ad montes, et loca excelsa, ubi sunt delubra, & phana Idolorum contra quos Hieremias inueitur cap. 2. vbi vehementer conqueritur de hoc Popu- *Hiere. c. 2.*
B lo, quòd reliquerit ipsum Deum, & sectatus fuerit Idola, quę expositio licet penes textum quem habet possit admitti, nulla tamen ratione potest congruere, si uelimus hoc loco Prophetam respicere ad vastationē quę fieri debebat per exercituum Romanum, quoniam, vt refert Iosephus lib. 5. de bello Iudaico, milites Romani circum omnem urbem construxere murum extra quem nemo poterat Iudęorum elabi, quod si
C fortè quisquam exisset, & fuisset elapsus statim ueniebat in manus Romanorū & multis afficiebatur tormentis. Potuit utiq; post ipsam vastationem quisquam elabi, et per montes errare profugus, & vagus, & sic potuit uideri quisque Hębreus, aufugiens magnificus super montem, quia uidebitur aliquid magnum fecisse si ex vrbe undequaque à militibus obsessa, & prę occupata liber exierit Sed hæc uerba reuera
D potius debent referri ad principes Romanos quam ad profugos Iudęorum. D. Hieronymus ad allegoriam transiens dicit eos esse magnificos super montem qui cum sint in ualle visionis, hoc est ignobiles, & parum eruditi audent legere prophetas, Euangelia, & sacras scripturas, in quibus, in suo sensu abūdantes, & parū intelligentes grauiter errant: sequitur deinde, & *Aelam sumpsit pharetram, currū hominis equitis,*
E *et parietē nudauit clypeus.* Describit hoc loco Esaias apparatum belli, et alacritatem hostium ad pugnam ineundam, et postmodum uaria incommoda belli recenset. Vnde cum d. Aelam sumpsit pharetram, accipit singulare pro plurali, uelut etiam Virgilius qui dicit, armato milite complent. et quoniam Aelamitę sunt maiori ex parte

Sagit-

Sagittarii, ipsi quoque venerunt vnà cũ Babylonus ad debellandã Ciuitatem hierotolymam, & sumpserunt pharetram, currus, & equites aptauerunt ap tos ad pugnam. Sed mirum est, quo pacto ælamitę fuere socij Babyloniorum, cum fuerint valde infensi, & inimici eorumdem & inter eos, qui inuaserunt, & euerterunt regnum Babylonicum non postremum locum obtinuetint. Sed neque etiam potest hoc vaticinium referri ad tempora Christi, cũ Romanis tribuatur, non Aelamitis, vastitas, ac destructio Ciuitatis Hierosolymę. Dicendum quòd licet Aelamitæ fuerint infensi Babylonjis, & nulla inter utrosque fuerit vnquam amicitia, veruntamen hoc loco non accipiuntur Aelamitæ pręcisè pro his hominibus, qui ex ea regione ducunt originem, sed cum ipsi fuerint maxime assueti arti, & exercitio emittendi sagittas, quicumque fuerint in ea arte excellenter experti, nuncupari possunt Aelamitæ, sic Aelamitæ hoc loco non accipiuntur pro iis qui verè sunt Aelamitę, verum pro iis qui eos in hac arte magnopere æmulantur, si uero, quę hic prędicuntur ab Esaia ad obsidionem factam per exercitum Romanorum referantur, nullum fore incõueniens imo necessarium Aelamitas recenseri, quãdoquidem sub Imperatore Romano eo tempore quo fuit capta Ciuitas Hierosolymę omnes ferè nationes sub Romanis ducibus militabant, nec solum Medi, & Persę, sed Alam tę et quicunq; alii. Cum postea subdit. *& parietem nudauit clypeus*, sic potest intelligi, quia tantus erit concursus militum, & apparatus, quod parietes domorum qui solent esse onusti, & operti clypeis pendentibus & affixis ipsis parietibus erunt denudati, & spoliati ipsis, quos quidem milites ituri ad pugnam turmatim omnes accipient. Aut dicas quòd parietem nudauit clypeus, quia scilicet tanta erit multitudo hostium aduersum Iudęos, & tot erunt telorũ & tormentorum genera, quod nihil in Ciuitate Hierusalem integrum extiterit, quin ab hostibus diruatur, destruatur, ac euertatur. Mihi non displicet

A expositio Glosæ interlinearis, quod parietem scilicet templi auro vestiti, nudauit clypeus idest robur, & fortitudo Caldeorũ. D. Thomas inquit quod clypeus idest milites armati nudauerunt parietes templi auro opertos, & adornatos. Et vt vno uerbo dicere possimus quod paries, idest milites armati expoliant domos Ecclesias, & quæcunque loca ab eis expugnata. Deinde subdit. *Et erunt electa valles tua plena qua*

B *drigarum: & equites ponent sedes suas in porta*. Hoc unum est ex incommodis ac iacturis bellorũ, quod loca amena & delitiis, ac voluptatibus idonea, seu pręparata, receptacula sunt curruum, & quadrigarum, necnon omnium instrumentorum bellicorum, & vectigalium & præter hæc hospicia sunt ipsorum equitum, & receptacula equorum, & reliquorum animalium, quæ maximo sunt vsui ipsis bellatoribus. Notat hoc

C loco D. Cyrillus, equites, & currus fore innumerabiles, quando valles, & cętera loca quæ circum adiacent urbi, erũt repleta curribus. Cum uerò ait. *ponẽt sedes suas in porta*. aut innuit innumerabilem curruum, & equitum multitudinem, aut vult ostendere equites habituros liberam, et absolutam potestatẽ, et merum dominium super ipsam Ciuitatem. Aut etiã vult ostendere, ꝙ ipsi milites siue Babylonii, siue Romani, se

D debunt in porta, hoc est, obsidebunt, & occupabunt eam ne obsessi possint euadere, et fugam capere. Aut qui ingredi uolunt multis pręmantur angustiis et difficultatibus, sic enim legit Cyrillus equites oppilabunt portas tuas, & hoc est quod prædixit etiam Hieremias cum dixit. Vndecimo anno Sedechiæ, mense quarto, quinta mensis aperta est Ciuitas, et ingressi sunt õnes Principes Regis Babylonis, et sederunt

E in porta media: et paulo post, inquit, cũ que vidisset eos Sedecchias Rex Iudas & omnes viri bellatores, fugerunt, et egressi sunt nocte de Ciuitate per viã horti Regis, et per portam quæ erat inter duos muros, et egressi sunt aduiam deserti dicas quod equites sedebunt in porta tamquam domini, etiam liberi & absoluti possessores Ciuitatis.

Et

Et reuelabitur operimentum Iuda, & uidebis in die illa armamentarium domus saltus. Per operimentum Iudę nonnulli intelligunt ipsum templum quod sic erat opertum, et contectum, et penè absconditum, quod soli sacerdotes introire poterant. Alii per oprimentum intelligunt portas vrbium, quæ erant clausæ, et vectibus ferreis obstrictę, quæ tunc temporis fuerant apertæ, et patefactæ ingressu militum. Nonnulli per operimentum intelligunt thesaurum quod erat absconditum, et tempore obsidionis fuit reuelatum, et detectum, uel ab ipsismet Iudęis pro stipendiis militum, aut pro munitione Ciuitatis, et pro aliis belli necessitatibus aut etiam fuit reuelatum ac detectum ab ipsis militibus post expugnationem vrbis. Nonnulli per oprimentum intelligunt, et accipiunt quędam loca abstrusa, et recondita, ubi res magis pręciosæ recondi consueuerant. Ego autē vnico verbo existimo per operimē mentum Iudę, quod reuelandum esse prædicit, intelligat Esaias loca omnia secretiora, & quæcunque maiori in pręcio habebantur. vel pro tuenda, & conseruanda Ciuitate, vel pro refellendis hostibus, & aduersariis, vel pro præmiis conferendis iis, qui de Republica erant benemeriti quod iure potest uocari ærarium. *Videbis in die illa, armamentarium domus saltus.* Per domum saltus nonnulli intelligunt Hierusalem, quę tunc erit velut domus posita & constituta in aliqua solitudine, ubi nulla est hominum consuetudo: uel dicitur domus saltus de domo quadam q̃ à Salomone ex lignis libani erat cō structa, pro quo vide 3. Reg. cap. 7. quā quam aliqui volunt eam vocari domū saltus, non quòd in monte libano fuerit sita, sed quia locus ille amenitate, & pulcritudine certabat cum monte libano. Alii per domum saltus intelligūt locum quendam, in quo reposita erant arma, vel quibus uti poterant in bello vel quibus Reges vti solebant in uenatione, qui ob densitatem, &, & multitudinem armorum videbat̃ esse domus cuiusdam siluę, vel in cuius circuitū multæ arbores vtebantur.

operimentū Iuda,

Aerarium

Domus saltus.

A At ego existimo, saluo semper meliori iudicio, domum saltus fuisse locum quendam sepositum, atque semotum in aliquo eminentiori loco Ciuitatis, vbi recondebantur arma, & reliqua instrumenta bellica, quem nos Itali lingua vernacula vocamus (Arsenale) Sed quid per armentarium intelligat Esaias, non satis constat: dum quidam, volunt per ipsum intelligi vniuersitatem armorum quę grece vocatur panoplia:

B Alii volunt armamentariū esse locū in quo recondebantur arma cuncti generis, qui locus erat situs in domo saltus idest in quodam nemore, vel propè domum quam dicuntfecisse Salomonem de lignis libani, vel propè eam erant multę arbores cō sitæ. Dicit itaq; Esaias vos Iudæi in die illa qua expugnata eri Ciuitas, videbitis armamentariū domus saltus destructum solo æquatum, & penitus expilatum, quod non

C nulli Veteres volunt omnino referri ad illud tempus quo Romani occupabunt istam Ciuitatem. Vel per domum saltus pōtest intelligi Arx quædā mu munitissima pro defensione et conseruatione Ciuitatis,

Armētariū

Videbitis etiam scissuras Ciuitatis Dauid, quia multiplicatę sunt. Eiusmodi scissuras quidam existimant fuisse quædam latibula sub terra existentia, ad quę per subterraneos meatus iri solebat. quæ

D vocant Criptas, siue caueas. Alii existimant, & forte melius, quod scissuræ istę de quibus loquitur hic Propheta dicantur quędam fracturæ, & sectiones Murorum quas hostes arietibus, & tormentis bellicis passim faciebant, ut facilius Ciuitatem occuparent. Dicta est autē hæc, vt sępe aliàs, Ciuitas Dauid; quia tametsi fuerit primum constructa ab aliis, vt à Noè, vel à Melchisedech; fuit tamen instaurata, & ad ampliorem

E formam reducta ab ipso Dauid, quæ quia fuit etiam ab eo munita, & propugnaculis aucta, tōta vocatur arx Dauid. De huius Ciuitatis obsidione, & occupatione predixit etiam Hieremias. cap. 1. d. Ecce ego conuocabo omnes; cognationes Regnorum Aquilonis ait Dominus, & venient, & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum

Tex. 4.

Scissura Ciuitatis.

Hierusalē Arx Dauid

Vide 2. Rege cap. 5.

tarum Hierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. Hæc quidem fuerunt incommoda belli, sed minima, & infima pars eorum, siue fuerint illata à Babylonijs, vt dicunt aliqui, vel à Romanis, vt dicunt alij vnusquisque nostrum cauere debet ne acies cupiditatum, & carnalium voluptatum occupent mentem nostram, quia tunc ab ea omnem pietatem expellent, & preclaris virtutum actionibus eandem exuent, & spoliabunt. Propterea vigilare oportet allidere paruulos nostros ad petram.

Et congregastis aquas piscinæ inferioris, & domos Hierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murũ. Et lacũ fecistis inter duos muros ad aquã piscinæ ueteris, & non suspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorẽ eius de longe non vidistis. Posteaquam recensuit Esa. ex parte quæ incommoda ex bello populo Dei illato, erat ille suscepturus: nunc enumerat prouisiones, & præparationes, quas pro tuenda Ciuitate primates illius necessarias fore arbitrabantur & inquit. Primum *congregastis aquas piscinę inferioris* ne Ciuitas aquis destitueretur, & forte etiam, ne hostes illis vterentur. Deinde inquit, *& domos Hierusalem numerastis*, ob hanc fortasse causam, vt iuxta numerum & proportionem loci quem occupabant, aut soluerent, aut destruerent, sed ego melius puto domos Hierusalẽ fuisse dinumeratas, uel vt esset prouisum cuique domui, pro uictu, uel pro his quæ necessaria erant ad propugnãdos hostes, aut etiam existimarunt operepretium fore dinumerare domus ut nossent quæ & quot dirui poterant, quæuè superesse oportebat, *& destruxistis domos ad muniendum murum.* Nulli quidem mirum videri debet pro sarciendis tectis, & reficiendis moenibus, quæ forte aliqua ex parte corruerant, necessarium fore aliquas domos diruere, & moenia collapsa ex lapidibus amotis instaurare, seu potius murum antiquum constabilire, constat .n. vrbem Hierusalem triplici muro cinctam, & præmunitam esse. Dicunt autem aliqui exponentes, id solum post

A Christi passionem fuisse factitatum id, quod non libenter affirmo, sed longe ante, tot moenia ibi fuisse constructa memini me legisse apud Ioseph de bello Iudaico lib. 6. ca. 6. & præter has industrias quas pro tutela, & securitate vrbs, Iudæi sunt commenti, est & alia, videlicet *& lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris*, quam piscinam ueterem nonnulli existimant eam esse de qua loquitur D. Ioan. in Ioan. 5.
B quam qui primus ingrederetur sanus, fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Ex plurimis uerò aquis, qui per uarios aquęductus fluebant constituerunt locum inter duos muros iuxtà uel penes aquam piscinæ ueteris.

Et non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longè non uidistis. In his paucis uerbis Propheta ostendit socordiam, & ineptitudinem, seu potius nequitiam, & malignitatem Iudæo
C rũ qui cum in tanto rerum discrimine versarentur, & imminens sibi periculum fuerint conspicati, omnia alia auxilia, præsidia, & securitates tentabãt præterquam respicere, & deprecari diuinum auxilium: satis enim sibi se fecisse arbitrabantur, dum aquarum copiam congregarent, domos Hierusalem numerarent, & eas pro muniendis & reparandis moenibus, & obstruendis scissuris destruerent, atque etiam la
D cum inter duos muros construerent, & nunquam ad Deũ qui fecerat eam scilicet piscinam oculos dirigerent. Propterea ostendit Propheta omnia eorum opera, omnes labores & industrias inane fuisse, & frustratorias, quia non aduertebant, neq; aspiciebant ad id, quod è re potissimum erat, nempè ad eum qui ciuitatem illam condiderat, & pręseruauerat, sed oculos ad opera manuũ suarum conuertentes, Deũ posthabere
E & paruifacere, atq; in dies ad iracundiã prouocare satagebant. Putare quidem debuerunt id quod factum est longè facilius conseruari, quam de nouo construi aut erigi posse. Quare si Deus Opt. max. Hierusalem, & tẽplum condidisse legitur ut qui modum, & dispositionẽ qua fieri debuit præmonuit, poterat, & eandem iam perfectam, & constitu-

tam absq; vllis viribus humanis protegere, & conseruare.

Nolim tamen ob id existime, uitutem, arem, atque hominum industriam prorsus explosã iri, atq; prius, & magis Deo est confidendum: iuxta illud Prophetę. Nisi Dominus edificauerit domum, in uanum laborauerunt quid edificant eam. Sic etiam Nisi Dominus custodierit Ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Iurè itaq; Propheta hos reprẽhendit cũ inquit & non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidistis. De longè inquam hoc est veterem, & antiquum dierum huius piscinę opificem, aut operatorem nõ respexistis. Vel de lõgè, quia erat valde procul à vobis, iuxtà illud Prophetæ, longè à peccatoribus salus. Aut de longe non vidistis, quia magna erat distantia loci inter uos, & ipsum Duabus enim ex causis nõ potest quis aliquando videri, aut ob temporis diuturnitatem, aut ob loci distantiam. Itẽ de longe non vidistis, quoniam quę de illo operatore Prophetæ prædixerant non attendistis. Et postremo de longè non vidistis, quia non considerastis quod licet sit tardus, nec satis propè ad puniendũ, quia dissimulat peccata hominum; veruntamen qua hora non putamus, irruet super nos calamitas, & perditio. Et certè debuerant Hæbrei plurimum de Dei bonitate, atq; potentia sibi ipsis polliceri, quando per aliũ Prophetã Deus dixerat ero ei (hoc est, ciuitati Hierusalem) murus igneus circumquaq; & in gloriam ero in medio eius. Hic etiam est notandum non absq; causa Prophetam vsque adeo indignari aduersus Hæbreos, qui lacum construxerint inter duos muros ad aquam piscinæ veteris, dicens, eos non suspexisse, neque rationem habuisse illius qui fecerat eam, quod pronomen volunt referri ad piscinam ueterem. Quia ut supra diximus existimant eam esse piscinam illam probaticam, quæ mota ab Angelo sanabat qui prius in eam descendebat à quacunq; infirmitate: arbitrantur .n. eiusmodi piscinam representare sacrosanctum Baptisma, qui virtute spiritus sancti sanat quicunq; ritè baptizatur à quocũq; peccato detineatur, et cum à sensu literali ad spiritualem transierimus, oportuium erit alia quoque in hunc sensum nterpr̨etari. Arguit ipse propheta ipsam Hierusalem, & prædicit eam quãdoque visuram scissuras ciuitatis, quia multiplicatæ sunt Si enim per Hierusalem intelligamus Ecclesiam sanctã, quemadmodum plerique omnes fidei catholicę sectatores, & D. Io: in Apocalipsi videtur intelligere, cum inquit. Vidi Ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendẽtem de cœlo &c. Nulli dubium hanc prophetiam nunc esse adimpletam, videt enim ecclesia, videmus omnes, & ingemiscimus, quot scissurę sint in ecclesia, & quemadmodum fuerint multiplicatæ. Vix enim satis esset totus hic liber ad dinumerãdas, & recesendas singulatim omnes hæreses, scismata, sectas ac diuisiones quæ fuerunt ab initio nascentis ecclesiæ vsquè in hodiernum diem, & quam maxime fuerint his nostris temporibus multiplicatę. Vos autem Ecclesię Primates ad eas componendas, vel obstruendas, congregastis aquas piscinę inferioris, & domos Hierusalem numerastis, idest coegistis concilia, conuocastis natu maiores, fecistis synodos, & quæcumque opportuna remedia fore putauistis, nihilominus adhuc extant hæreses, uigent Schismata, & vnusquisque in suo sensu abundat; & ideò tam multæ sunt, domos Hierusalem numerastis, idest quot sint episcopatus, & primariæ dignitates in ecclesia, qui prouẽtus, vt quisq; norit quam partẽ queat accipere, & permendicata suffragia, aut varia munusculorum genera illam adipisci: *destruxistis domos ad muniendum murum*, dum pleraque beneficia, præfecturas, & monasteria suppressistis, ad muniendum murum, hoc est ad locupletandum eos, qui non sunt sua sorte contenti, & præter hæc scimus etiam non valde paucas ecclesias, & templa fuisse destructa ad muniendum murũ ad construendas arces, & propugnacula: alii referunt huiusmodi verba ad Iudęos, & ad hæreticos, qui vsurpatis scripturæ sacræ vocibus, et sententiis, ad

Marginalia: *Psa. 126.* — *Apoc. 21.* — *Domus destructę* — *Lacus inter duos muros*

Lacus inter duos muros.

ad fouendas suas hęreses, & falsas opiniones abutuntur, destruunt domos, & euertunt ut muniant murum: *fecistis lacum inter duos muros iuxta piscinam aquæ ueteris*; idest multos canones, constitutiones, & decreta veteri ecclesiæ satis consona sanxistis, quę tamē cum parum executioni mandentur, parum admodum, vos profecisse dignoscitur. Quare opereprætium fore arbitror, ut si qui inoleuerint abusus, & aliquid per ignauiam fuerit prætermissum, vel prorsus euanuerit, restituatur in integrum & ad priorem normam redigatur, cuius rei causa coactum fuit superioribus annis Concilium Tridentinū. Sed præter hanc curam, & sollicitudinē quam nemo hominum non maxime fore necessariam exist' mabit, primum & prçcipuum huiusce reformationis remedium esto, auxilium diuinum, & spiritus sancti numen, & pręsidium, quod assiduis præcibus nobis est imploran dum. Per lacum factum inter durosmuros fortassis non inficiabor si allegoricè fuero interpręcatus sacrum ius canonicum, & percelebrem scientiam quam vocant theologiamscholasticam, seu methodicam, quæ ex duobus testamentis conficitur, & roboratur. Sed prosequamur textum. *Et uocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitiū, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium, & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes comedere carnes, & bibere uinum, comedamus & bibamus cras enim moriemur.*

Tex. 5.

In his duobus uersiculis primum ostēditur pietas, & clementia Dei ad nos: Deinde hallucinatio, pernicies, & obstinatio cuiuscunque peccatoris in malo pertinaciter constituti, exemplo Ciuitatis Hierusalem, & eius incolarum. d. enim propheta, quòd in die illa qua decreuerit Dominus Ciuitatē euertere. et ob scelera, & peccata sua, statuta supplicia irrogare, antea quàm exequatur iudicium, cum sit pius, & misericors, & pręstabilis super malitia, vocat Iudæos ad fletum, & planctum, & caluitium hoc est radant capita sua in signum doloris, & męstitiæ, & induantur sacco. i. pāno duro, & aspero, quo caro puncta

A & læsa mortificetur. Antiquitus enim in die luctus, & tristitiæ radebant caput, & barbam, sicut hodie plerique religiosi viri facere consueuerunt Vocabit Deus ad fletum & ad planctum· non est usus vates synominis. Non enim est idem flere, & plangere Flemus quidem cum lachrimas emittimus: Plangimus autem dum lugentes pectus nostrum aliamue corporis partem cædimus, aut percuti-
B mus nec solum uiri religiosi; sed omnes Deum timentes dum casus aliquis atrox, & horribilis occurrit, facere consueuerunt, uidelicet indui ciliciis, saccos, & vestes horridas deferre. discalciatis pedibus incedere, abstinentes à cibis, & poculis, mulieres quoque amictæ nigris palliis dissoluta Cæsarie, & omnino incomptæ, ad præces, & suffragia poscenda turmatim occurrere conuenire so
C lent. At hi de quibus loquitur Esaias nihil minus, quam quod prædictum est facere decreuerunt, nam dum lugere potius, & lachrimari, ieiuniisque, & vigilijs se ipsos affligere, misericordiam petere debuerant illud voce dauidis clamantes, vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte uniuersa delicta mea, illi tamquam proterui, et pertinaces, & veluti cuiusque doloris
D expertes palam, et statim, absque ulla mora gaudium, et exultatio, seu lætitia occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, et bibere vinum, et tandem delicias omnes, et voluptates sunt prosequuti, et cunctas partes, et officia hylaritatis, et gaudii sunt complexati, quotidie crapulis, et ebrietati indulgendo luxuriæque abundè satisfaciendo, deliberato, profligatoque animo sibi ip-
E sis, et intersese vicissim acclamando d· Comedamus, et bibamus cras enim moriemur: neque enim miseri putabant eiusmodi nugas, & blasphemias Deum esse auditurum, et fortassis hi erant ex eorum numero, qui post hanc uitam nihil se boni, aut mali habituros arbitrantur. Cum uero dicit Propheta quod ipsi ad gau

Fletus et Planctus.

dium, & lætitiam se totos conuerterunt, non existimes has duas dictiones esse omonimas, gaudiū enim dicitur illa animi affectio qua intrinsecus exhilaratur ex opinione concepta alicuius boni præsentis, ita tamen, ut ad exteriora non diffundatur vltra modum. Lætitia verò dicitur cum ita gliscit ipse animus vt ad exteriora egrediatur, & maxime in vultu. Sic enim habes à Marco Tullio 4. Tuscul. hi quidem illis verbis utebantur quę sapientiæ secundo leguntur scilicet, venite fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tamqūam in iuuentute celeriter, vino pretioso, & vnguentis nos impleamus.

Gaudium lętitia. *4 Tuscula.* *Sap. 2.*

Oportebat enim eos in diebus quibus à tentationibus mouebantur non torpere, & ignauia supinos esse, & omnino stertere, sed lugere potius, & lachrymari, & ad Deum qui est misericors, & pręstabilis super malitia accedere, & se totos conuertere, ieiuniis, laboribus, & carnis macerationibus se affligere, & misericordiam querere, & non voluptatibus ac delitiis sese totos dedere, & Prophetarum voces, ac minas aspernari, sed imitari Niniuitas, qui ad prędicationem Ionę se protinus conuerterunt, & vestiti sunt sacco à maiore vsque ad minorem, nec solum ipsi de plebe, verum etiam & Rex ipse surrexit de solio suo, & indutus est sacco sedit in cinere, sic nimirum facere debuerunt & isti.

Verum hæc postrema verba volunt nonnulli ab his prolata, non quod sic re ipsa crediderint, quę illis imminebat ruinam præuidentes, sed ironicè potius velut illudentes, & repetentes verba, quę sępe solebant ipsi Prophetæ comminantes dicere, & inculcare, & sunt uerba, quæ ferè ab unoquoque peccatore, peccatis immerso, & dę se plus nimium presumente dici solent, quæ etiam Diuus Paulus primo Corinth. 15, ex parte infidelium prolata voluit repetere dicens si mortui non resurgunt comedamus, & bibamus, cras moriemur: quæ verba d. B. Ambro. super hunc locum Pauli Apostoli sunt eorum qui quasi nihil sit futurum post mortem, ventri tamen student sicut pecora, ex his locis tria colligimus, primum Deum numquam nos flagellis cædere, nisi prius ad pœnitentiam vocet. Deinde videre est quantopere luctus, & planctus abstinentia victus, & sordidę vestes conferant ad placandam iram, Dei, & ad supplicia, & pęnas euitandas vide quæ scribit Ioel cap. 2. Postremo hinc colligitur plurimum Dei maiestatem offendi, cum quis in afflictionibus, & præssuris obliuiscitur eius & in se ipsum non reuertitur, Sed potius addit peccatum peccato. Vnde legitur Prouerb. 1. Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id, quod timebatis aduenerit &c. Ego re uera lectores amantissimi: in expositione huius visionis diu multūq; laboraui, neque vnquam potuit ad plenum meus intellectus acquiescere. Quis enim fuerit scrutatus murum, quis scissuras Ciuitatis, quis nudauit clypeo parietem non facilè ex verborum contextu potui percipere. Quid item alia multa quæ ibi explicantur nobis significent, & videantur referre, nec mirum, quoniam Diuus Hieronymus omnium linguarum peritissimus & in huius prophetę vaticiniis interpræandis quam maximè versatus testatur in eius verbis maximam obscuritatem reperiri, ego autem in eo explicando quòd à maioribus recepi illud uobis tradidi.

1 Cor. 15. *Ambrosiast.* *Prouerb. 1.*

Post hæc subdit propheta. *Et reuelata est in auribus meis uox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc uobis donec moriamini, dicit Dominus exercituum.* Videtur quasi Propheta in spiritu Dei agnouisse Deum iratum, & sub his uerbis iurantem scilicet si dimittetur iniquitas hæc vobis, videlicet hæc blasphemia, hæc animi duritiet, atque obstinatio donec moriamini, idest,

Tex. 6.

toto tempore vitę vestrę mihi non credatis. & me Deum esse non existimetis. Alii sic exponunt, numquam dimittetur vobis hæc iniquitas, hoc est contemptus verborum Dei, indicans eos sic fore affectos, quasi Deum non timeant, aut veracem, & constantem esse nequaquam opinentur, sed potius *in hoc peccato uestro moriemini*. Placet etiam expositio illorum qui dicunt, quod illa dictio, si accipitur loco negationis hunc in modum, si dimittitur iniquitas hæc uobis donec moriamini, hoc est numquam dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus exercituum, dicit inquā Dominus Deus exercituum, qui nec falli potest, nec fallere, &c. & immediatè rursus ait, *hæc dicit Dominus Deus exercituum.* nec ab re eadem verba, nunc repetit, quia aggreditur Esaias aliud uaticinium aduersus particularem hominem, & priusquam illud aggrediatur, exordium sumit, quo indubitata fides ei prębeatur, sub his verbis.. Hęc dicit Dominus Deus exercituum, quasi d. non à me ipso loquor, sed verba sunt ipsius Dei, est enim Deus verax, omnis autem homo mendax, quare eius verba sunt certa, indubitata, & infallibilia, nec potest aliud esse, neque aliter esse, quam quod ille dicit, & facit. Sic enim dicit ipse cap. 46. consilium, meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Dicit ergo Propheta. *Vade ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum. Quid tu hic aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso, memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi, &c.* Dubium est apud exponentes quis fuerit iste Sobnas, & re uera ista dubitatio videtur inutilis, & superuacanea: quia iam ex litera habemus quòd erat Præpositus templi. Aliqui dicunt ipsum fuisse custodem ęrarii, siue Thesaurarius non cuiuscunque pecunię sed eius tantum, quæ solebat exigi, & conseruari, pariter & expendi, pro reparatione templi, & pro quibuscunque ad eius commodum, uel ornatum spectantibus. Dicunt etiam ipsum ex sanguine leuitico duxisse originem, & Sacerdotii ornamentis insignitum, virum alioqui magni, & elati animi ob eius auaritiam, pariter, & sęuitiam aduersus eos, qui in aliquo deliquerant, populis vehementer exosum. Et præter id non Sacerdotem solùm, verùm & Pontificem eum fuisse quidem affirmant. Alii non Pontificem, & Summum Sacerdotem, sed secundum a primo Prætereo opinionem eorum, qui putabant ipsum fuisse alienigenam, & nihil habere commune cum Hębræis immò non desunt quidam sacrarum literarum scrutatores, qui asserunt eum fuisse quem Iudęi proditorem insimulant, a quorum sententia ego non valde dissentio, cum Esaias prævidēs in spiritu hanc huius hoīs fraudem, & nequitiam prędicit eum esse deponendum, & alium in eius loco subsituendum.

Sobna præpositus templi.

Sobna proditor.

Sed Diuus Hieronymus hoc non admittit, quia non habetur ex sacris literis sed quia hic Sobna erat tumidus, & superbus, & populis exosus idcirco Propheta vaticinatur cōtra ipsum. Est & alius, qui eodem nomine vocatur, de quo Esaias infra 36. cap. quem dicit fuisse Scribam Regis Ezechiæ, quem nōnulli putauerunt fuisse proditorem Ciuitatis, id quod nullo modo stare potest, neque ex sacris literis habetur. Propterea his omissis videamus, quæ huic Sobnę, de quo loquitur hic Propheta dici iubeat Deus. Inquit. n. Quid tu hic, aut quasi quis hic? quasi dicat, Cur hic manes? quid facis hic in domo Dei, indignus profecto tali domicilio? iuxta illud Hieremię xi.

Hier. c. 11.

Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Vel quid tu hic, id est, qua authoritate hic manes? Deinde quasi quis hic, idest, Tu hic manes veluti omnino tutus, & securus, & omni metu liber, uel quasi, quis hic, id est, tu hic manes, quasi multum tibi tribuas, & multa ti-

bi de te ipso pollicearis, uel sic expo nas quid tu hic quasi dicat, frustra hic manes, non deberes hac dignitate persungi, & quasi, quis hic, quasi dicat, Tu non es verè, et legitimè præfectus huic templo, sed velut ascitus, & per fraudem, ac dolum huc introductus, et non verè sed quasi hoc officio perfunctus. Et quod ita sit sequitur in textu, *quia ex cidisti tibi hic sepulchrum*, quasi dicat, tu manes hic quasi quis longo tempore sit hic permansurus, quis excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso, ac sublimi loco, quo ab omnibus posses inspectari, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi, Memoriale inquam, idest Ephitaphium ad perpetuam tui memoriam, vt ab omnibus posset lectitari, diligenter, idest maxima cura, & opificio extructum, ac laboratum, præterea excidisti in petra, quo firmius, & diuturnius sit futurum tuum istud domicilium, uelut numquam moriturus aut summum gradum habiturus, aut eo hucusque perfunctus. Et verè hic fastus, & ambitio huius præfati Sacerdotis designat aut representat Sacerdotes veteris legis, qui volebant, aut presumebant veterem legem perpetuò duraturam. Sed vide quid sequitur. *Ecce Dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sublenabit te.* O infelix Sobna tu struebas insigne sepulchrũ, tu parabas tibi per pulchrum domicilium, tu studebas, & anhelabas fieri immortalis, & futuris temporibus per ora omnium versari, & aliis immortalibus adequari, neque interim quę poterant euenire præuidisti, quàm fugax, et uana sit huius seculi prosperitas, nos quoque per scripturas & rerum experientia admoniti plusquam termigeri, ignoramus quid agimus, cum tantam pro nobis, & posteris nostris solicitudinem impendimus, ut eos equites, Duces, ac Primates relinquamus, & superbas domos & palatia construimus, et quo nihil omittamus bene fortunati reddantur, nec tamen aduertimus; quòd omnia velut umbra prætereunt. Quo circa videamus quid de nunciet ipse propheta iussu Dei, huic uiro tam insigni, et de se tam magna et speciosa cogitanti, et inquit. *Ecce Dominus asportari te fa. et, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sublenabit te.* Gallus .n. gallinaceus dum fuerit pedes ligatus, facilè admodum, et sine ullo negocio manibus de loco ad locum

B asportatur, de foro, scilicet domum, similiter quisquè potest quod gerit pallium, super humeros deferre, nec maiorè quidem negocio Deus per milites & ministros suos tollet te de hoc loco & aliò transferri, et asportari faciet, et tu miser, et stulte construebas tabernaculum in petra, vbi sperabas te diem tuum fęliciter explere. Gallus gallinaceus, secundum quosdam dicitur

C qui est nutritor filiorum gallinæ, qui quidem nutrit pullos, id quod ego non intelligo; iuxta sententiam Grãmaticorum gallus gallinaceus dicitur nocturnus vigil, quem pro excitandis ad opera, et negocia mortalibus, rumpendoque somno Deus procreasse videtur. Quidam gallum gallinaceum dicunt qui facit opera gallinę non galli vt qui non est uerus gallus. *Coronans coronabit te tribulatione*

D *quasi pilam mittet te in terram latam, & spaciosam. Ibi morieris, & ibi erit currus gloria tua ignominia domus Domini tui, et expellam te de statione tua; & de ministerio tuo deponam te.* Predicit ipse vates omnes miserias, & infortunia istius Sobne præpositi templi, prima ergo miseria est quam primo loco explicuimus, videlicet, quod confestim, et sine vlla mora extrahetur de tabernaculo suo, et aliò asportabitur, Secunda miseria est, quod quem

E admodum ipse meditabatur, et ambiebat supremum aliquem magistratum, et super caput suum deferre aliquod insigne quo aliis præstare, et pręesse videretur eius corona, et insigne fastus, et gloria erit tribulatio, et angustia. Deinde deiiciendus est, et expellendus velut pila, quę cũ sit sphericæ figurę, facile piicitur, et reuoluitur in terrã latam

Gallus gallinaceus.

latam, & spaciosam, & rectè quidem quia lata est uia dãnatorum, præsertim si ceciderit in aliquẽ locum decliuem. ibi sistit, nec facilè indè amouetur, aut recedit, ita contingit miseris quibusdam hominibus, qui si fuerint in aliquem locum humilem deiecti, illic manent immobiles, neq; vnquam resurgũt, etiam si quid rectè fecerint ut quod nunquid conueniat, & laudabile sit, Deus ipse iudicet, qui non continet in ira misericordias suas Nec parua, & cõtẽnenda est ea captiuorũ infęlicitas, cũ in terram latã, & spaciosam abducũtur, quoniam propter loci amplitudinẽ difficilius possunt redimi, quàm qui in loco propinquiori, & angustiori detinẽtur, nec prætereas oscitanter aliud infortunium hic uno uerbo expressum, dum inquit, & ibi morieris, tùm quia ablata est omnis spes ad suos redeundi tùm quia non parum qui dum extra suos, & inter alienigenas, ubi nulla, neque ęgrotantis, neque iam mortui cura solet haberi, mortem obit. Vulgo enim dicitur, detrunca manus & pedes meos, & proiice me inter meos. Alia infęlicitas, & miseria, quod in regione lata, & spaciosa, in quam fueris deductus erit currus gloriæ tuę q.d. uice uersa, & modo contrario, loco curruum, & quadrigarum quibus magnificè, & insolenter utebaris, ligatis manibus, & pedibus insepultus iacebis. Tunc ultra, & erit ignominia domus domini tui ignominia certè erit, ut qui Præpositus erat templi, & prouidebat quęcũq; erãt necessaria in tẽplo, & summo in præcio habebatur vilis, & abiectus ibi existat. vel ipse erit ignominia domus Domini sui, quia scilicet Babylonii cũ intellexerint hunc hominem facinorosum Præpositum fuisse domui Dei, maximè offendentur; uelut cum exprobrando dicimus alicui tu es ignominia, & deducus familiæ tuæ, tu magnã infamiã labẽ intulisti prĩcipi tuo, & certè summũ dedecus incidit cui uis principi, seu Dño improborũ hominũ familiaritas, & cõsuetudo. Postrema calamitas, & miseria subinfertur, cũ inquit. & expellam te de statione tua, et de ministerio tuo, quo loco fit mutatio personæ, prius enim audiuimus Prophetam loquentem, & quæ sunt huic misero euentura prædicentem. Nunc uero loquitur ipse Deus. Deponam te ĩquit de statione tua, idest amouebo tè a statu in quo es. non habebis ampliuslocum & titulum tam insignem neque sic honorificè manebis in tabernaculo templi, uelut antea, et deniquè ministerium hactenus per te exercitum nusquàm amplius habebis; quæ duo postrema mihi quoque iam olim contigerunt iurè ne, an iniuria uiderint ipsi qui fuerunt in causa. Ego quidem sum in hac sententia, neminem fore vsque adeò beatum, & fœlicem, neque fortunam adeò secundam, & ex uoto posside re, quin facilè posit in alium statum permutari; quia nil nisi diuinum stabile est, reliqua omnia sunt mutabilitati subiecta, & si quę diximus de Sobna volumus ad sensum allegoricum traducere, dicemus hoc loco. Prophetam manifestè satis prędixisse, quod futurum erat, ut scilicet Populus Hebręorum, vnà cum suis primatibus, Scribis, & Phariseis fuerit de sua statione amotus, & ad aliam deteriorem, & imperfectiorem viuendi regulam deductus; simili ratione sacerdotes illius temporis de ministerio suo, de ceremonijs, sacrificijs, ac oblationibus olim assuetis, & in lege præceptis fuerunt absoluti, hoc voluit innuere Propheta, cum dixit.

Expellam te de statione tua, de ministerio tuo deponam te, & alteri conferam. Vbi per Sobnam designatur Populus Iudæorum, designatur Scribæ, & Pharisei, & præ cæteris Principes Sacerdotum, Nec citra misterium præcipitur ipsi Prophetæ, vadat, & ingrediatur ad Sobnam præpositum templi, & moneat ac excitet eum ad sui ipsius considerationem: pręuideat statum rerum, & consulat sibi ipsi, quoniam hinc vult innuere Propheta discipulos Christi accesisse ad Pontifices, & Sacerdotes, qui sub nomine Sobna intelliguntur, quique non credebant vaticinia de Christo vl la ratione futura, proindeque nusquam

ad implendam, atque interim construebant magnificas domos, & erigebant sepulchra sumptuosissima, Apostoli inquam missi à Christo Domino, & Saluatore nostro, monebant eos, vt se auerterent ab ira Dei, neque diutius different resipiscentiam, & emendationem, sed quam primum conuerterentur ad Christum, qui cum noluissent acquiescere, nec Apostolorum dictis fidem adhibere in eas calamitates, & miserias numquam satis pro
B rei qualitate explicandas, manu militum Romanorum miserabiliter inciderunt, atque ita uerum est, quod ait Propheta, expellam te Sobna hoc est gens Hæbrea de statione tua, de ministerio tuo deponam te. q. d. non erit opus, ut in his ceremonijs, & uictimis legalibus amplius occuperis, in alium quippe translatum est Sacerdotium, & eo translato facta est translatio legis. Vnde apposite consequitur. *Et erit in*
C *die illa vocabo seruum meum Eliachim filium Elchia, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habitantium Hierusalem, & domus Iuda.* Et erit inquam in die illa qua scilicet fuerit præstitutum à Deo animaduertere in eos, qui præuaricati sunt, & transgressi sunt mandata eius, & præsertim in Sobna, qui erat Præpositus templi, quem Deus statuerat de sta
D tione sua, & de ministerio suo deponere, & in eius locum alium sufficere, quem vocat Eliachim filium Elchiæ seruum, cui ipse Deus promictit hæc omnia se facturum v. g. *in duam illum tunica tua o Sobna, & cingulo tuo confortabo eum & potestatem tuam dabo in manu eius &c.* Sed dubitatur qui fuerit iste Eliachim quem Deus suffecit iste in locum Sobnæ Et quis fuerit iste Sobna De Eliachim loquitur Pro
E pheta inferius c. 36. & d. ipsũ fuisse maiorem domus Regię siuè cubiculi, quidam verò, Magistrũ domus ꝙ parũ refert, licet apud nos sit nõnihil discriminis. De Sobna autẽ eodem loco legitur fuisse scribam i. secretarium Regis. Alij dicũt fuisse scriptorẽ annaliũ, seu acommentarijs. plurimum.n.differt

A à Sobna de quo paulo ante sumus loquuti, ille enim dicebatur prepositus templi, siuè custos erarii, hic verò posterior dicitur fuisse Scriba: sed ne confundamur, & recedamus à sentẽtia textus scito hunc Sobnam de quo est presens sermo multis titulis fuisse: nuncupatum nam præter id quod in textu legitur fuisse prepositum tẽpli aliqui nuncupant custodem templi, & custodem templi, & custodẽ
B vasorum templi, quidam appellant Thesaurarium, aut custodem hærarii publici plerique verò Summum Sacerdotem, vel Secundum à primo, & summo Sacerdote in cuius locum ut diximus fuit suffectus Eliachim qui erat filius Elechiæ prepositus domum Regis Sobna autem de quo loquitur vates loco inferiori videlicet 37. cap. erat Scriba tantum. quidam Ioahe filius Asaph dicebatur esse acommen
C tariis, vel cõpilator annalium. Quidã posteriores arbitrantur hunc Sobnam cuius hic meminit Esaias esse nomen fictitium id quod nos aliqua ex parte insinuauimus in præcedentibus verbis, sed quia nos sermonem sumus aggressi de titulis ac nominationibus istorum curialium aduartendum aliud esse, & dici quempiam pręfectum Domus Regis qualis erat Ioseph ut habetur Gen. 39. aliud esse præ
D fectum cubiculi Regis cuius ope & opera adducũtur aliqui, & secluduntur ab ipsius cubiculo, aliud esse magistrum familiæ ut scilicet peculiarem curam, & gubernationem gerat familię, quæ perpetuò deseruit, & famulatur personæ principis. Est etiam in more ferè omnium principum, & Magnatum, ut præter Magistratum Domus, & familię, & pręfectum cubiculi sit etiam alius, qui dicitur,
E pręesse, vniuersae domui Principis & vocatur Maior domus, est & alius qui præter Regem, & principem est pręfectus, & gubernator totius Regni: non sic erat Sobna, nec Eliachim de quibus hic agitur. Sed uidetur esse dubium quo tempore, & sub quo Rege fuit Eliachim substitutus a Deo in locum Sobnę, Sed quia huius du-

Tituli curialium & seruorum eorum ac præpositorum.

bij

bii decisio, ac dilutio non satis constat ex sacris literis, nec interpretes, & expositores non parum inter sese dissentiút ideò dimittatur. Sed quisquis ille fuerit satis est, quòd Deus vocat illum seruum suum, quo indicat hunc virum fuisse animo tractabilem obsequentem, & Domini sui voluntati nequaquam reluctantem. Dicit eũ induendum tunica, veste quidem oblonga & talari, & Summis Sacerdotibus maximè propria & peculiari. Dicit, & *cingulo tuo confortabo eum*, idest fortem, & stabilem, & inuicti animi eũ reddam, his enim indumentis, & hoc genere vestium Pontifices, & Reges, quiq; insigni aliquo Magistratu erant honestati vti consueuerant, quibus, & à reliquis secernerentur, & dignoscerentur, & sui muneris potestatem demostrarent. Cingulo quidem præcingimur, vt firmiores, & robustiores simus, ac magis agiles ad negocia peragenda, ne scilicet latitudo, vel incompta vestis longitudo ad aliquid agendum nos impediat. Dicebat.n. Saluator Discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti, & Paulus ad Ephesios 6. state succincti lumbos vestros in ueritate, & induti loricam iustitię, & calciati pedes in preparationem Euãgelij pacis. Deinde subdit, *& potestatem tuam quam tu hactenus indigne exercuisti Sobna, dabo in manu eius*. Vt scilicet ille exerceat, & exequatur. *Et erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domus Iuda*. Erit, inquam, Pater, non Lupus, aut Vrsus erga Subditos quemadmodum erat sic profectò oportet esse Rectores populorum, ut non solum Iudices, & Domini, uerum & Patres eorum esse studeant: nota hic de Rectore populi secundum Grego. 20. Mor. cap. 2. quòd dum aliquis prę est alicui familię ea se circa subditos mensura mensuretur, vt, & arridens timeatur, & iratus ametur, vt nec nimia lætitia se vilem reddat nec imoderata seueritas odiosum. Preterea subdit. *& dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudet, claudet & non erit qui aperiat*. Hęc promissio in nullum vnquam hominem legitur facta, atque etiam collata nisi in Christũ Dominũ summũ Sacerdotem, & inuictissimũ Regem: qué admodum D. Ioannes in suis reuelationibus explicat, & declarat, cum inquit cap. 3. Hęc dicit sanctus, & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, quam quidem potestatem ipse Dominus, & Magister contulit ipsi Petro, & successoribus eius cũ dixit. Tibi dabo claues Regni cælorũ quæcunq; ligaueris super terrã erũt ligata in cęlo, & quecunq; solueris super terrã erũt soluta in cœlo quę.n. ligãtur dicũtur claudi, & que soluuntur dicimus ea aperiri. Et eiusmodi claues, & potestas ligandi, & soluendi, non solum Petro, & successoribus eius fuit collata, sed iis omnibus, qui in partem sollicitudinis fuere vocati. Nec quicquam dubito per ipsum Eliachim suffectum in locum Sobnę quicunq ille fuerit prę figuratum esse Christum dominum, verè Sacerdotem summum, & eum Regem, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra quemadmodum per ipsũ Sobnam ab officio deturbatum facilè possumus intelligere Sacerdotes veteris legis, quippequi aduenientè Christo Dei filio, vero & summo Sacerdote veteris legis Sacerdotes euanuerunt, & corruerunt. & hic nouus Sacerdos erit vere non quasi Pater habitantibus Hierusalem.i. in Ecclesia cui præest Rex pacificus, & habitantibus Domui Iuda.i. qui vere confitentur ipsum Christum Iudas.n interpretatur confitẽs uel confessio. Deinde sequitur explicatio, & enumeratio aliorũ donorum quę sũt conferenda huic summo Sacerdoti, designato per Eliachim, & inquit. *Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium glorię domui Patris sui*. Paxillus est quidam clauus, vel ex ligno aut ex ferro confectus, qui sit affixus in loco fideli, hoc est in pariete aut scamno stabili, & firmo, itaut, non facile possit inde extrahi, aut amoueri in quo suspenduntur uel affiguntur vtensilia dom* vel quãdoq; venalia quasi d. Ita eius dominium ac potestatem constituam, ut nullus in posterũ valeat illũ extrahere aut amouere seu deponere de loco, &

Summi Sacerdotes ueste talari & cingulo utebantur nec Solum ipsi, sed omnes uiri graues & aliqua dignitate præfulgentes iis utuntur.

Math. 16.

Paxillus q̃d

in quo erit positus & constitutus. Non erit vndequaq; amouibilis, sed firmus, & stabilis in æternum manebit; & erit in solium gloriæ domui patris sui, hoc est erit is super quem tamquàm super solium excelsum, & eleuatum consilebit, & manifestabitur gloria domus Patris sui, idest dei, & maiestas, quæ viget in Ecclesia, quæ est domus Dei,

Et Subdit. *Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius*. hoc est super hunc paxillum stabilem, & B firmum, idest super Christum Dominũ suspendent omnem gloriam, quia ipse super eius humerum sustulit omnem gloriam electorum Dei, & Ecclesiæ fidelium, quæ est Domus Dei; aut paxillus est crux in qua affixa, & descripta sunt omnia omnium peccata, & postmodum in ea, & per eam abrasa omnia, & penitus deleta, quo tunc perinde apparebit gloria domus Dei, quemadmodum aliquando pollicitus est ei Deus C *Ioan.ca 12.* dicens, & clarificaui & iterum clarificabo, paxillus iste fuit fixus in loco fideli. i. in Ecclesia Dei quando Christus Dominus fuit Cruci affixus, & consequenter ad eius similitudinem, & imitationem quando bonus, & innocens Prælatus, aut Rector præponitur, ac præficitur alicui Ecclesiæ, aut Reipublicæ: vndè rectè dictum est Eccl. 14. *Eccl. 14.* Beatus, qui requiescit iuxtà Domum illius, & in parietibus eius figens paxillum, siuè palum. D *Nec solum gloria Domus Dei, sed vasorum diuersa genera, omne uas paruulum à uasis Craterarum vsquè ad omne uas musicorum*. Quasi velit dicere. Quòd quemadmodũ sunt varii status & gradus hominum in ecclesia, sic etiam omnes cuiuscumquè sint ordinis, & gradus tam inferioris, quam superioris pendebunt à Deo per ipsum Christum Dei filium, & Dominum nostrum: à vasis craterarum vsquè E ad omne uas musicorum. Diuus Hieronymus. d. tam Apostoli, qui erant craterae plenæ aquis vitalibus, quam illi cuius munus erat laudes perpetuo canere in ecclesia Dei. Dicerem ego quod per vasa craterarum intelliguntur illi, qui habent ministerium in ecclesia, siuè regendi, siuè docendi: per vasa musicorum intelligerem eos qui sunt inferioris ordinis, quorum munus est laudare Deum hymnis, & cantibus, confiteri beneficia Dei, & ei perpetuas gratias agere. Et fortasis hoc voluit indicare Paulus 2. Thim. 2. cum dixit *2.Tim.2.* In magna quidem domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia, & alia quidem in honorem, quędam verò in contumeliam, aut etiam possunt intelligi plures gradus, aut status hominum, qui sunt in vniuersa domo ipsius Dei, uidelicet eorum qui tantum contemplationi insistunt, quidam verò, qui actiuam uitam eligunt, musici verò, qui negociis mundi occupantur, aut fortè melius dicas per uas paruulum uoluit Propheta intelligere, qui minimis artibus, & exercitiis dant operam, per uas craterarum, qui maioribus curis, & negociis incumbunt, per uas musicorum, qui res ad oblectationem animi pertinentes consectantur, & deniquè magis ad Allegoriam, uult innuere Propheta, quòd super paxillum suspendentur diuersa genera uasorum, idest magna, & parua, & cuiuscumquè generis extructa, & confecta, hoc est, quemadmodum ab uno excellenti Principe dependent filii, nepotes, & pronepotes, & quicumquè fuerint, siuè consanguinitate siuè affinitate coniuncti, siuè qui maximis, & pręcipuis artibus fuerint exculti, siuè minimis operibus operam dederint, sic ab ipso Deo summo omniũ Principe pendent, et pendebunt, quicumq; siuè paruis, & minimis rebus, siuè magnis fuerint intenti, & occupati, hoc est, siuè clerici, & Religiosi qui se totos cultui diuino mancipauerint, siuè qui regendis populis, & Ciuitatibus fuerint addicti, siuè qui operibus mechanicis, & filiorum generationi sese dederint, hi omnes modo fideles sint, nec à Deo apostatauerint, à Deo pendebunt, & sustentabuntur tamquam gloria domus ipsius Dei. Postremo in calce huius cap. habet Esaias verba satis luctuosa iuxtà sẽtentiã. D. Hieronymi. d.

In die illa satis deploranda, & euitanda

Tex. 9. da *dicit Dominus exercituum* .i. Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. *Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli* i. loco firmo, & constante, *& frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus loquutus est*. destructo fundamento necesse est, quæ super eum sustentabantur omnia ruere, & pessum ire. Sed dubiú est, quid intelligat Esaias per istum paxillum, qui auferetur? Plerīq; expositores ad literam intelligunt ipsum Sobnam, qui erat præpositus templi fixus in loco fideli.i. in gradu stabili, & eminenti, & quia non est digne functus munere suo, amotus fuit ab officio, et alius in eius locum suffectus; et consequenter quisq; prçsul alicuius collegii; & congregationis dum suo munere nimis abutitur, debet eo priuari iuxta illud Eeclsiastes 10. cap: est malú quod vidi sub sole, & quasi per errorem egrediens à facie principis, stultum positum in dignitate sublimi, et diuites sedere deorsum. Hoc quippè faciendum est, veruntamen non est credendum omni Spiritui, sed videre, & probare oportet an spiritus ex Deo sint. Deindè per ipsum Sobnam hoc loco intelligédus est ipse Moyses, qui adueniente Christo & eius Euangelio ablatus est, Moyses inquam, et lex eius pariter altare, dignitas, et sacrificium. D. autem Hieronymus per hunc paxillum, qui in die illa auferetur, et cadet, intelligit Christum Dominum, qui in nouissimis temporibus, et quandoq; etiam, et quibusdam in locis, ac regionibus, longè ante hęc tempora frangetur, et cadet, non in se, nec secundum se, nec secundum totum, sed secundum partem, in his videlicet, qui erant sui, et postea recesserunt, vti videmus in multis regnis, et Prouincijs vniuersi orbis, & hoc pcipue verum erit, cum Antichristus venerit in hunc mundum tunc enim Christus auferetur à cordibus multorum, frangetur, idest non erit adeò virtus, et robur eius constans in animis fidelium, quia refrigescet Charitas multorum. Et cadet propter infidelitatem populorum, qui fuerint subuersi ab Antichristo, et peribit non in se, sed in multitudine peccatorum. Sed verius ipsi peribunt. ipse autem permanebit iuxtà illud ps. 101. et hoc est quod Dominus loquutus est per Zachariam cap. 11. d. Ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersa nó quæret, et contrita non sanabit, et id quod stat non enutriet, carnes pinguium comedet, et vngulas eorum dissoluet. A cuius excidio nos liberet Christus Dominus cui sit laus, et honor in secula seculorum.

Eccl. ca 10. — D. Hieronymus. — ps. 101. — Zach. ca. 11






CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

1 ONus Tyri Vlulate naues maris : quia vastata est
domus, vnde uenire consueuerant : de Terra Ce-
2 thim reuelatum est eis. Tacete qui habitatis in in
sula : negotiatio Sidonis, transfretantes mare, re-
pleuerunt te. In aquis multis semen Nili , messis
3 fluminis fruges eius : & facta est negociatio gentium : Erubesce
Sidon: ait enim mare : fortitudo maris dicens : Non parturiui , &
non peperi, & non enutriui Iuuenes , nec ad incrementum perdu-
4 xi virgines . Cum auditum fuerit in Aegypto, dolebunt cum au
dierint de Tyro : Transite maria, vlulate qui habitatis in insula:
Nunquid non vestra haec est, quae gloriabatur à diebus pristinis in
antiquitate sua? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandũ.
5 Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam , cuius ne-
gotiatores principes, institores eius inclyti terrae ? Dominus exer-
cituum cogitauit hoc , vt detraheret superbiam omnis gloriae , &
ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terrae. Transi ter-
ram tuam quasi flumen filia maris , non est cingulum ultra tibi.
6 Manum suam extendit super mare, conturbauit regna : Dominus
mandauit aduersus Chanaam, ut contereret fortes eius, & dixit:
Non adiicies ultra ut glorieris calumniam sustinens uirgo filia Si-
donis : In Cethim consurgens transfreta , ibi quoq; non erit re-
7 quies tibi . Ecce terra Chaldeorum, talis populus non fuit , Af-
sur fundauit eam; in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suf
foderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam . Vlulate naues
8 maris, quia deuastata est fortitudo vestra . Et erit in die illa : In
obliuione eris o Tyre septuaginta annis , sicut dies Regis unius :
post septuaginta autem annos eris Tyro quasi Canticum meretri
cis . Sume Citharam , circui ciuitatem meretrix obliuioni tradi
9 ta : bene cane, frequenta canticum , vt memoria tui sit . Et erit
post septuaginta annos : Visitabit Dominus Tyrum , & reducet
eam ad mercedes suas : & rursum fornicabitur cum uniuersis re-
10 gnis terrae super faciem terrae . Et erunt negotiationes eius, & mer
cedes eius sanctificatae Domino ; non condentur , neq; reponen-
tur : quia his , qui habitauerint coram Domino , erit negotiatio
eius

eius, ut manducent in saturitatem, & uestiantur usq; ad uetustatem.

EXPLANATIO IN VIGESIMVMTERTIVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ONus Tyri. Vlulate naues maris: quia uastata est domus, undè uenire consueuerant: de terra cethym reuelatum est eis.*



RAEDICIT hoc loco Esaias onus, & grauamen ipsius Tyri, qui locus secundum quosdam erat quædam insula Sydoniorum, aut Pheniciæ: secundum alios dicebatur Ciuitas, & Metropolis totius insulæ, & erat Ciuitas florētissima, & munitissima, & velut emporyum ipsius orbis. De his duobus locis hoc est, de Tyro, & Sydone loquitur Plinius lib. 5. Natur. hist. cap. 19. dicens, Tyrus quondam Insula prælato mari septingentis passibus diuisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara vrbibus genitis: lepti, Vtica, & illa Romani Imperij emula, terrarum orbis auida, Carthagine: & in calce capitis enumerat quædam alia loca interque est sydon artifex vitri. de Phoenice prouincia eodē libro cap. 12. & alibi sic dicit Iuxtà Syria littus occupat: quondam terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus: namquè Palęstina vocabatur qua contingit Arabas, & Iudæa, & cœle, deinde Phœnice, & qua recedit intus Damascena, & aliæ regiones, & vrbes de quibus ibi, volunt autem quidam Tyrum dictam à robore, & fortitudine, quod in petra fuerit extructa, & siuè ciuitas, siue insula fuerit, omnes fatentur fuisse locum quasi inexpugnabilē, quòd abducta à terris in mari sita erat, A natura loci munitissima, & volunt eius vrbis conditorem fuisse Assur (ut inferius videbitur) qui ex Babylone veniēs, Niniuem quoque Ciuitatem dicitur cōdidisse. Alij volunt à Chanaam filio Cham, filio Noe fuisse extructam, & post aliquod tēpus instauratam à Tyro illius Rege, cui etiam nomē indidit. Iustinus asserit eam fuisse conditam à Sydonijs. Sydon etiam cuius hic meminit Esaias dicunt fuisse conditam à Sydone primogenito Cham cui & ipse nomen dedit: & ambę iste Ciuitates pręclarissimæ leguntur extitisse, & opulentissimæ. Sed de hoc infra. De his duobus locis locut' est Dominus apud Matthæum. 11. dicens, si in Tyro, & sydone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio, & cinere pęnitentiam egissent. Super ergo has vrbes, & loca prædicit Esaias futuram maximā ruinam, & desolationem; hoc autem factum est à Deo ob multas causas; primum quidem eorum culpa, quoniam cum turpissima, & enormissima scelera perpetrarint, congruum & iustū erat iustitia Dei exigente, vt lueren poenas. Deindè eos affixit Deus, & castigauit, quemadmodum Babylonios, Palęstinos, & quosdam alios de quibus supra locuti sumus, quia insultauerant captiuitati populi Dei, & subuersioni Ciuitatis Hierusalem, quemadmodum testatur Amos Propheta cap. 1. cum inquit. super tribus sceleribus Tyri, & super

Pli. lib. 5. Natur. hist. cap. 19 & cap. 12.

Pli. lib. 5. ca. 12.

Amos ca. 1.

per quatuor non conuertam eum, eo A quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumea, & non sunt recordati fęderis fratrum. Et mittam ignem in murum Tyri,& deuorabit ędes eius, & Dauid ps.82.precatur Deum dicens. Deus quis similis erit tibi, ne taceas neq; compescaris Deus; quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumeorum, & Ismahelitę, Moab, & Agareni, Gebal, et Ammō, & Amalech, Alienigenę cū habitantibus Tyrum. Et Ezechiel 26. fili hominis, inquit, pro eo quòd dixit Tyrus de Hierusalem euge confractę sunt portę populorum, cōuersa est ad me, implebor, deserta est, Propterea hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gētes multas, sicut ascendit mare fluctuans, & dissipabo muros Tyri, & destruam turres eius, & radam puluerem eius de ea. D. Cyrillus egregiè describit indignationem Dei aduersus Tyrios, tū quod fuerint ausi diuinā maiestatem cum vitiis proscindere, iactabant enim Deum protectorem Iudęorum fuisse longè inferiorem manu Assiriorum, tum quia deprędati sunt gentem Iudaicam, partim insidiando, partim sacra uasa falso nuncupatis Diis consecrando. Tum tertio quòd captiuatos omni opera curabant a legis cultu abdicare, & Idolatras constituere. est et alia causa pro Iudæorum beneficio, vt scilicet videntes aliorum vrbes, & regna potentissima, adeò facilè destrui, & funditus euerti resipiscerent, & suę saluti consulerent, nec de suis viribus, nec de aliorum auxilio quicquam præsumerent, sed omnem spem suam in Deo vno, viuo, & uero collocandam esse decernerent, & firmiter, ac inuiolabiliter collocarent. Postremo magno Dei consilio, et sapientia factum est, vt non solum Insula Tyri, quæ erat satis propinqua Iudeæ, sed & alia Regna viciniora tam graues erumnas, & calamitates paterentur, ut dum Iudęi quorum saluti magnopere Deus prospiciebat, quæ aliis locis et temporibus à Prophetis prędicta, euenisse intuebantur, et manibus ferè contrectabant, facilius, quæ de aduentu Christi futuro in scripturis frequenter legebant, omnino euentura esse, omni procul dubio existimarent, cum præsertim in omnibus locis illis finitimis essent dispersi pleriq; Iudęorum, propter varias negociationes, & rerum omnium mercimonia obeunda. Ob has ergo causas putandum est Deum voluisse grauiter animaduertere in Tyrios, & Sydonios et gentes alias his affines, et consocias, et B certo quodam fędere coniunctas. Videre nunc oportet a quibus nam fuerit ipsi Tyrii tam grauiter afflicti, ac deuastati; id nobis demostrat Ezechiel eodem cap.26. Cum inquit. Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor Regem Babylonis Regem Regū ab Aquilone cum equis, et curribus, et equitibus, et coetu, populoq; magno; et enarrat ibi omnia mala. i. iacturas, et incommoda, quæ C allaturus erat huic Ciuitati, nec solum ibi, sed tribus in capitulis sequentibus pręnunciat, quę ventura sunt mala super hunc Tyrum; neq; quicquā obstat, quòd & Alexander Macedo occupauerit, et expugnauerit eandem ciuitatem, vt multis aliis urbibus constat euenisse non semel, sed iterum, atq. iterum fuisse obsessas, et expugnatas, quemadmodum Sacrę literæ testantur de cęleberrima Ciuitate Hierosolyma, et à nostris, de vrbe Roma omnium famosissima. Præmisso (ut fieri solet) ab exordio, titulo pręsentis capituli, aggreditur uaticinium aduersus hunc Tyrum, et inquit. *Vlulate Naues maris*, hoc est clamores emittite, stridete, et uoces ac eiulatus ad cœlum usq; porrigite. Naues maris. i. uos Nautę, uos Mercatores, et negociatores, qui p mare merces uestras, et uestra negocia facere solebatis. Totum istud caput in duas partes secatur primo destructionem, secundo reparationem demonstrat.

Alloquitur Propheta ipsas naues quę sunt corpora inanimata, et insensibilia ad explicandum, et exaggerandum inexplicabile damnum quod erant perpessuri qui maris beneficio sua negocia peragebāt, et explebant: et est usus hoc loco quemadmodum in plerisq; aliis,

Margin notes: Psal. 82. — Ezech. 26. — Ezech. c. 26 — D — E

liis, quodam tropo, qui Prosopopeya A appellatur, quasi velit innuere tempus aliquando futurum, quo naues requiescent, non amplius circumferentur, et agitabuntur, quamquam ista quies, & ocium redundet in detrimentum eorum qui opera nauium suis necessitatibus occurrebāt. Alicubi legitur. ululate naues maris quorū uerborū sensus est. Vlulate naues Tharsis, hoc est, ululate uos Mercatores, et negociatores, qui cū nauibus Tharsis, hoc est nauibus ma- B gnis, grandibus, et onerariis gratia luceri ad Tyrū uenire cōsueueratis. Quid per Tharsis hoc loco sit intelligendum non idem omnes sentiunt. D. Hieron. epist. 132. ad Marcellam dicit hoc nomen Tharsis esse nomen equiuocum, quandoque enim significat idem quod mare, aliquando est nomen cuiusdam lapidis praeciosi, ad cuius similitudinē, mare quia cęruleum sit, et sępè solis radiis percussum, prædictum colorem re- C ferre uidetur, et á colore nomen accepit, et uocatur Tharsis; perinde ergo est dicere naues Tharsis, ac naues maris. Tharsis etiam est quędam regio Indię, ut d. D. Hiero. et fortasis hoc loco sic accipitur, ululate naues Tharsis, quē admodum in psalmo, in spiritu uehementi conterens naues Tharsis, quæ quidem sunt naues magnæ, et magnis oneribus comportandis idoneæ, est etiā Tharsis nomen unius ex filiis Iauan, qui D et ipse fuit Pronepos ipsius Noe uel etiā Abnepos. D. Augustinus super ps. 47. refert opinionem quorundam, qui opinantur ciliciam dictam esse Tharsis, eo quod Metropolis, et primaria Ciuitas illius Prouinciæ Tharsis dicitur, de qua Ciuitate oriundus erat D. Paulus, ut habes Actorum 21. Alii, ut refert B. Augustinus, existimans Tharsis fore ipsam Chartaginem, quæ fortassis antea sic uocabatur, et propterea ubi nos legi- E mus, ululate naues maris. 70. Interpretes habent. ululate naues Charthaginis, Nā Dido fugiēs fratrē delapsa ē ad terras Aphricę, ubi Cartaginē cōdidisse fertur, ut et eodem loco refert D. August. subdēs eādē assumpsisse naues quę paratæ erent ad mercationem, ad fugā &c. quod ubi erat[9] habet Tharsis,

Naues Tharsis dicuntur naues magnę quia peragrariis & permensę sunt vniuersum mare mediterraneum, quod est amplissimū, & spatiosissimum. Hieronymo epi. 132.

Tharsis nomen equiuocum. Tarsū ciuitas ciliciæ, & Patria D. Pauli.

nec multum est á ueritate dissonum, id quod legitur apud 70. quoniam primordia Regni Chartaginis nauibus floruerunt, et ita floruerunt, ut inter cęteras gentes excellerent negociationibus, et nauigationibus; hanc Ciuitatē inter cæteras illius regionis floruisse, et emicuisse testis est etiam Virgilius 1. Aeneid. dum inquit. Vrbs antiqua fuit. Tyri tenuere coloni, (longè Chartago Italiā cōtra Tyberinaque Ostia, diues, opum studiisquè asperrima belli.

Aeneid. 1 lib.

Quare hoc nomen Tharsis multiplex est, et non idem significat.

Primum quidem est nomen unius filiorum Iauan, qui fuit nepos Noe, aut pronepos, uel etiam abnepos, quem dicunt fuisse auctorem illorum populorum qui uocantur Cilices, à regione Cilicię, in qua est Ciuitas una metropolis, et primaria quæ uocatur Tharsis, seu Tharsum mutata littera th, in t. simplex, et hæc Ciuitas fuit patria Diui Pauli Apostoli. Alii ut Ioseph lib. 8. Antiqui. Tharsis dicit esse regionem Indię, at D Hieronymus, et quidam alii pro Tharsis posuerunt Chartaginem, id quod uidetur accedere ad opinionem illorum, qui per Tharsis intelligunt Africam. Cum ergo dicitur in textu Vlulate naues Tharsis, seu naues Chartaginis perinde est ac si dicas Vlulate naues maris, accipiendo partem pro toto, quasi uelit innuere naues Tharsis esse grandiores naues, et magis onerarias, quàm sint quęcunque alię naues, quę peragrant ipsum mare.

Dicit ergo Esaias. Vlulate naues maris; Quia uastata est domus unde uenire consueuerunt. Clarior planè esset textus si legeretur, ut quidam legunt, sic enim habent. Vastata est domus quæ idest ad quam uenire consueuerant naues onustę mercibus, potius enim existimandum est ad Tyrum aliunde appellere naues, quam quòd ex Tyro, ut alio proficiscantur sint soluendę, asserūt enim Tyrū fuisse clarissimum totius orbis emporium, in quod undiq, mercatores onera conuehebant. Potest etiā dici uastata est domus quę erat commoda, et idonea excipiendis nauibus quæ

aliun

aliundè venerant. Sed persistentes in expositione literæ, vt iacet dicimus deplorandum esse et ululandum nautis, et mercatoribus, quia vastata est dom⁹, destructa penitus, ac deleta, Vndè venire consueuerant ipsæ naues onustæ mercib⁹, et alijs bonis quæ inde asportabantur, aut vlulandum est, ac deplorandum, quia uastata est domus undè venire consueuerat gaudium, et exultatio ob ingens lucrum ibidem comparatum. Aliqui nimis addicti lectioni hębreę sic legunt. Vlulate naues, quia vastata est domus intrinsecus, et extrinsecus, et omni ex parte consumpta, nihiluè quod sit solidum, et inconcussum remanet. Alij sic exponunt. Vlulate naues, etc. Quia uastata est domus unde uenire cõsueuerant omnia bona, et inde deferri, et asportari ad uaria loca orbis terrarum. Quòd autem hęc oratio sit adeò mutila, et manca, ut supplere oporteat, non mireris, quia ut inquit Glo. non potuit Propheta prę nimio dolore perficere, et complere sermonem suum, instar eorum, qui graui moerore affecti, non id totum quod latet in corde exprimere queunt. Cum uerò subdit. De terra Cethim reuelatum est eis, multifariam exponitur, quemadmodum et multifariam construitur hęc particula. Nam si illæ duę dictiones de terra Cethim coniungantur cum particula pręcedenti; sic uidelicet. Vlulate naues quia uastata est domus undè uenire consueuerant de terra Cethim: difficilis est expositio, nisi dicamus ut supra, quod ly undè designans terminum à quo accipiatur, et legatur quo, et non undè, ut indicet terminum ad quem ut iste sit sensus. Vastata est domus ad quam de terra Cethim solebant venire naues onustę mercibus, uel exponendo ut dicunt alii. Vastata est domus, idest corruit, et periit Tyrus, undè, idest cuius causa de Terra Cethim consueuerunt uenire naues: Vel uastata est domus undè remeare, et ad propria reuerti solebant naues, et nautæ, qui de terra Cethim soluebantur. Iuxtà textum 70. Interpretum aliter debet exponi particula ista, uidelicet ululate naues, quia periit, et captiua ducta

A est Ciuitas Tyri, ne ultrà ueniant naues, et Mercatores de terra Cethim. Reuelatum est eis, idest cognoue unt, et intellexerunt Cithii, et omnes nationes iam uastatam, et desolatam esse Tyrum; usus ferè ubiq; uerbo temporis pręteriti pro futuro pro rei certitudine insinuanda Expositio Cyrilli consona est plurimum huic expositioni. Si uerò ista particula de terra cethim cõiungatur cũ sequẽtibus uerbis, uelut B puncta bibliorũ nuper correctorũ indicant sic legẽdo de terra Cethim reuelatũ est eis, planior est sẽsus, et facilis intellectu. Sic .n. exponitur. De terra Cethĩ reuelatũ est eis, i. Tyriis, et Sydoniis, ꝙ euenturũ erat sup eos, ita ut ipsi non possint ullo pacto excusari, ꝙ ex tẽplo fuerint obsessi, et circumuẽti a Babyloniis, quia de terra Cethim, hoc est, ab Insula Cypri, et ab aliis locis propinquioribus fuerunt moniti, et certiores C facti de eo, quod aduersus eos agebatur. Alii secus intelligunt hanc particulam. De Terra Cethim reuelatum est eis hoc malum, et afflictio, quia scilicet indè prodiit, et processit, dum Alexander Macedo rursus dirupit, et euertit eam ciuitatem; Nec inconuenit Prophetam, dum prius fuerit uisus meminisse illius destructionis per Babylonios, confestim innuere, aut prædicere eiusdem loci vastationem sub alio Re- D ge, vel Principe, Spiritu Sancto ei suggerente, modo unam modo aliam vastationem, vtraq; expositio potest admitti. Nec mireris, nos vsq; adeo laborasse, & perstitisse in expositione huius loci, quoniam munus, & officium boni interpretis est sic se gerere, ut qui lecturus est sic intelligat quod legit, quomodo ipse exponens intelligit. Quid autem fuerit Cethim; variæ sunt scriptorum sententiæ. Quidam enim volunt E esse Insulam Cypri: Alii Macedoniam quæ est pars Græciæ. Nonnulli Insulas quasdam Italię, uicinas Gręcis. Et nota, vt benè aduertit quidam modernus, omnes illas regiones olim apud Hebreos Insulas appellari, ad quas nõ nisi per mare poterat commigrari. Dicunt etiam Cethim esse filium Iauan, ut habetur Genes. cap. 10. à quo Iones di-

Cethim Insula Cypri.

Cethim Macedonia.

di-

Gen.cap.10

dicti sunt qui inter populos Grecos recensentur, cuius fratres sunt Dodanim ex quo Rhodii prodierunt, & Tarsis ex quo Tarsenses originem duxisse fertur uti mox diximus. Nec uolo pretere quòd notat D. August. super his uerbis concernens uitam, & mores hominum, ut iure optimo iubeat Propheta naues ululare, per quas nimirum ipsorum hominum superbia denotatur, presumens in rebus incertis, ueluti Nauta in flatibus uentorum. Quare monet iste Sanctus doctor, ne quis presumat de uelificatione, & quasi de prosperitate seculi huius, quod quidem est velut mare; fundamentum nostrũ sit in Syõ, ibi stabilire debemus, non omni vento doctrinæ circumferri. Quicumq; ergo ex incerto huius uitæ intumescunt, euertantur, & subdantur Christo, D. etiã Ambrosius super his verbis. Vlulate naues Chartaginis, quia domus vastata est. merito, inquit, exclamat Propheta, propterea quod uidit sub visione Tyri vniuersum ferè mundum luxuriæ ignibus comburi, & ideo aduersus hoc vitium inuehitur, quòd luxuria seminarium, & origo uitiorum est, nec finem habet, neque vllius disciplinæ obseruantiam. Et quamuis Apostolus, 1.Tim. 6. dicat Auaritiam radicem esse vitiorum omnium, luxuria tamen mater est ipsius auaritię; Nam quando quis luxuriando proprias facultates exhauserit, quærit postea auara compendia. D.quoque Hieronymus occasione huius loci, insurgit aduersus auaros, qui volentes diuites fieri incidunt in tentationes, & laqueos Diaboli, & desideria multa, & noxia quæ detrahunt homines in profundum; & iure quidem præcipitur eis vlulare debeant, scientes omnes negociationes mundi huius esse perituras, & contemplationem gaudij, atq; lætitiæ in luctum; lacrymasq; vertendam. Sequitur textus. *Tacete qui habitatis in Insula, negociatores Sydonis, Transfretantes mare, repleuerũt te in aquis multis &c.* Alloquitur nunc Propheta ipsos Tyrios monens eos, ut taceant, idest ne cõquerantur, aut obmurmurent aduersus Deum, aut quascũq; alias gentes quòd illis nullum in tanto rerum discrimine

Dodanim filius Iauan Rhodij vnde prodierunt.

De filijs Iauan & qui populi ab illis prodierĩt vt. Pererius lib. 15. super Gen.

D. Ambrosius.

1.Tim.6.

D. Hieronymus.

Tex. 2.

A auxilium præstiterint, cum ipsi sua eorum culpa pariter, & ignauia fuerint deturbati, & suis à sedibus auulsi: propterea inquit Esa. vos Tyrii tacete, idest vocem stupore defixi, & grauiter oppressi, cõprimite; ne quis vltra audiat vestros eiulatus. Alii sic interpretãtur, tacete, hoc est lugete, ac deplorate miseriã vestrã, & nolite grauiores turbas excitare, sed cõquiescite. Est, & alia interpretatio hu* verbi, tacete, v3. vos qui habitatis in insula, i. vos Tyrij tacete, i. nolite ampli*
B gloriari de vestra gloria, de uestris opib*, & potẽtia, quia iã cecidistis, gloria vestra fuit inanis, diuitiæ vestræ nihil profuerũt, finis venit, venit finis. oĩum quidẽ rerũ est vicissitudo. Per habitatores Insulæ intelligit ipsos Tyrios, quandoquidem Tyrus, vt dictum est Insula vocabatur & erat, propterea quod circunclusa erat à mari, licet postmodum fuerit ab Alexandro Macedone redacta vna ex parte
C incontinentem. Deinde sequitur. Negociatores Sydonis; transfretantes mare, repleuerũt te, vastata namq; ipsa Tyro Mercatores non poterant amplius negociari, Similiter transfretantes mare, qui repleuerunt te tot mercibus, & omni genere bonorum, & in aquis multis, hoc est, per lõga maria ad te tãq; ad Emporyũ orbis terrarũ cõmeabant & onera cõuehebãt à nauigatione cessabunt.

Particula ista potest bifariam expo-
D ni, namq; si construatur cum verbis præcedentibus iam dictum est, quod transfretantes in aquis multis; idest per aquas multas, & per longa maria nõ amplius apparebunt. Si vero coniungatur cum verbis sequentibus hunc in modum, v3. *In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius; & facta est negotiatio gentium*, Vt habet textus nuper correctus. Videtur Esaias commendare, & laudibus efferre Prouinciam illam; il-
E lius fęlicitatem, & opulentiam non absq; fletu, & suspirijs in memoriam reuocare, vt inde facilius ostendat eiusdem miseriam, & calamitatem. q. d. Nulla erat tam fęlix, tam frequens, & copiosa negotiatio, quam illa Sydonis; neque vllibi tanta erat bonorum omnium vbertas & affluentia sicut in terra Sydonis, & præsertim in ipsa Tyro,

quæ

quæ erat illius Colonia, quam quidem transfretantes mare replebant cunctis bonis hominum vsui necessariis. Id autem eò procedebat, quia fluuius Nili, qui multis aquis abundabat porrigebat fruges & alia ipsis Tyriis necessaria, adeò quod, quemadmodum in agris proiicitur semen, quo suo tempore colligantur fruges, sic fluuius Nili per diuersos riuulos ab eo defluenti expansus, erat velut ager in quo proijcitur semen, Vndè illius insulæ habitatores, triticũ, et reliqua ad victũ necessaria habebant, quarè ibi erat semẽ bñficio aquarũ multarũ q̃ ex fluuio Nili prodibãt, & messis q̃ ex semine colligitur beneficio eiusdẽ fluminis, erant fruges eius, hoc est prouentus cuiuscunq; anni, & hanc ob rem siuè oportunitatem, & subministrationem frugum facta est Insula illa, & ea regio negotiatio gentium, hoc est, locus ubi omnes ferè gentes, & nationes negociatum concurrebant, & velut iã diximus erat Emporyum totius orbis. Alijs legisse meminimus fluuium Nili ob ingentem aquarum copiam, & ob commodam nauigationem erat ipsi Tyro velut semen, messis & fruges, tum quia à locis remotioribus per ipsum fluuium asportabantur frumenta, & aliæ res necessariæ: tum quia per riuulos ab eo deductos irrigatis agris colligebantur fruges, & ob earum abundantiam facta erat Ciuitas illa negociatio gentium, quemadmodum in Hispania est portus Hispanensis, in Piceno portus Anconæ, & in Ethruria portus liburni. Quare lugere debuit Ciuitas illa, & habitatores illius, cum dum maximè floreret, & bonis omnibus magnopere abũdaret, & fortunatissima videretur, in eã incidisset miseriam, vt quę esset præda & rapina aliarum gentium, prius erat earum negociatio, & iuxtà textum 70. Interpraetum dicemus habitantes in ea Insula, & mercatores illud mare peragrantes in eam deuenisse miseriam, & aduersam fortunam, vt similes facti essent his, qui præ fame, aut præ timore fugientes, hàc, atq; illàc diuersa maria peragrant, & varias, ac longinquas regiones perquirunt, deditos extitisse. Cõtra istos Negociatores. D. Cyrillus

A hunc in modum loquitur d. Eorum genus ignobile admodum esse, & ex mala stirpe natos, maioresq; ipsorum superiores auaritiæ. Sed longè fusius aduersus istos negotiatores D Ambrosius digreditur, dicens, Mercaturis, ac negotiationibus periculosa transfretatio maris. lucella, idest parua et exigua lucra querens sollicita uita hominum, inquieta conuersatio, & quodam semper in turbine ventis ipsis mobilior, quibus uolui-

lib. de Helia & ieiunio cap. 19

B tur, huc, atq; illuc sępè iactatur, et eos reprehẽdit qui de mare conqueruntur, et crebra naufragia accusant. Namq; ipsi, nõ mare, sunt ĩ culpa, Deus .n. ĩquit ipse fecit mare nõ ad nauigandum, sed propter elementi pulchritudinem, atq; ut freto includeret terras, ne longius vagos, & exules errare contingeret: Et si tempestatibus mare iactatur dolere non debes, nec de ipso conqueri. Elementum innocens nihil deliquit, teme-

C ritas tua tibi ipsi est discrimini, et alia quædam ad hoc propositum refert D. Ambrosius. Postmodum aliam contẽtionem seu quæremoniam aggreditur Esaias dicens. *Erubesce Sydon ait enim mare, fortitudo maris dicens. Non parturiui: & non peperi & non enutriui Iuuenes; nec ad incrementum perduxi Virgines &c.*

Tex. 8.

Omnes ferè istę orationes sunt eclipticę hoc est defectiuę, nullum .n. perfectum sensum in animo lectoris agge-

D nerant, idq, profectò non aliam ob causam factum esse existimo, nisi ad insinuandum dolorem, ac tristitiam, quam ex inclytę huius vrbis uastatione homines excipere congruebat. Adducens ergo res inanimatas mutuo colloquentes, et conquerentes, siuè alteram, alteram coarguẽtem, & increpantem dicit mare, hoc est qui ipsum mare permeare, et adnatare solebant, nec mare solũ, sed ipsa maris fortitudo hoc est insula

E Tyrus, quæ olim erat fortitudo maris, protegebat ipsum mare, reddebat ipsum tutum ab omnibus inuadentibus, et perturbantibus; dicit (inquam) et alloquitur Sydon, hoc est, uniuersam Insulam, et regionem cuius caput erat ipsa Sydon. Erubesce (inquam) pudeat te ulterius inter alias urbes, et partes orbis recenseri, et annumerari, non

omnem

omnem uim, & conatum te præstitisse, ne tam magnifica, & præclara ciuitas in Caldeorum manus deueniret. Erubesce (inquam) tu Sydon, & reliquæ Ciuitates quæ tanquam filiæ à Tyro pendebatis, & quodamodo ab ea genitæ, ut lepti. Vtica, Gaddes, & Chartago, Nõ parturiui & non peperi, q. d. ipsa Tyrus mihi quidem summopere indulgendum est, & ignoscendum, tam facile me in hostium potestatem deuenisse, & penitus euersam, & depopulatam esse, *quia non parturiui neq; peperi, nec iuuenes enutriui, &c.* q. d. non habui uiros bellatores qui me tueri possent, quandoquidẽ omnes interfecti fuere, & mulieres fecere aborsum, Pueri, & Iuuenes periere antequam adoleuerint, & in eo statu fuere cum iis qui nunquam pepererunt, neque iuuenes educarunt cum me miseram ciuibus nudam, ac prorsus destitutam conspiciam. Alij aliter exponunt non parturiui, & non peperi. q. d. somnia, & uanitates erant quæ de nobis ipsis cogitabamus, ut de potentia, de opibus, de gloria, ac de Ciuium multitudine; nam nos neq; parturiuimus, neque genuimus filios, aut filias, neque Virgines eduximus, quæ parerent filios, neque addoscentes, sed quorsum hęc non uideo, nisi dicamus hanc esse detestationem, aut exprobrationem suæ ipsorum ignauiæ, ac socordiæ, quasi indicare uoluerint per hæc uerba, se ita in hac eorum angustia gessisse, ac si nullos unquam peperissent homines idoneos ad resistendum uel frustra laborasse in educationem iuuenum. Est & alia expositio quæ mihi nulla ex parte satisfacit, ut hæc uerba per modum interrogationis fuerint dicta. q. d. nonne parturiui? nonne peperi? nonne Iuuenes enutriui? q. d. nonne edidi Iuuenes, & filios Idoneos ad bellum? quippequi pro Patria pugnare deduxi? & potius ue lent mortem oppetere quàm in manus hostium diuenire? nonne ad incrementum Virgines deduxi, quas uiri defendere ac tueri debuissent? Vbi per filios, & filias intelligi uolunt alias urbes quas diximus tamquam genitas à Tyro dependere, aut ciues, et habitatores illius, sed hæc expositio, præ-

Ciuites à Tyro dependẽtes.

A terquam, quod in ea multa supplere oportet non uidetur ullo pacto præfato textui cõuenire Nihil .n. per eã uidetur cõcludi posse. Deinde Cũ ait. Non parturiui, & nõ peperi uidetᵉ qdẽ inutilis repetitio. nisi dicamus, quòd pro parturire innuat, se habuisse uim, & uirtutẽ ad pariendum, hoc est non fuisse sterilem, per parere autem uoluisse innuere, se actu peperisse filios, ac filias, & ad incrementum adduxisse; aut forte ista B repetitio est facta ad amplificandum. Nisi dicamus ꝗ parturio, siue parturire sumitur, ꝑ illo statu ĩ quo fœminę mox pariturae dolore anguntur, seu cruciatibus afficiuntur, parere autem, seu par co dicitur de eo temporis momento quo foetum é uulua educunt. Si ad mores uolumus hec referre, dicemus ꝗ parturire est bene cogitare, parere bñ operari. enutrire in bono perseuerare. Præter eas expositiones quas adduxi- C mus ad præfata uerba quę, mare, & fortitudo maris dixisse fertur, uidelicet, *non parturiui, & non peperi &c.* est expositio Theodoreti dicentis, quòd Tyrus malis oppressa fatetur se non peperisse illam multitudinem ciuium, & opum, nec se sua potentia sibi comparasse imperium, sed Diuino beneficio; Deus ergo (inquit) largiebatur hęc dona, non ego parturiui, nec peperi, quare Dominus dedit, Dominus abstulit, nec putã- D dum est absque causa Tyrum aggredi Sydon, & ipsum compellare, quo fortasis uoluit etiam innuere quòd quẽadmodum ipse, quamquam sit fortitudo maris fuerit euersus, atque deletus non existimet se for immunem ab huiusmodi calamitatibus, sed ipsum quoque Sydon similia quandoque passurum, neque amplius glorietur, sed erubescat, & cõfundaᵗ, taceat, atque deploret, uelut ipsa Tyrus, & habitatores eiᵒ.

Parturio & Pario quo differunt.

E D. Ambrosius super his uerbis. erubesce Sydon. sumit occasionem redarguendi immensam hominis cupiditatem, & fingit ipsum mare tanquam fatigatum, et nimis agitatum istam uocem emittere, uidelicet, erubesce Sydon hoc est, tu negociator, et cupide meos fluctus arguis, cum tu sis longè inquietior fluctibus, et erubesce quo-

Ee niam

niam periculo non moueris, Verecundiores uenti sunt, quam uestrę cupiditates. Illi habent ocia sua, unquam uestra quærendi studia feriantur, & cum ociosa tempestas est, nunquam uestra ociosa sunt nauigia. Non parturiui (inquit) nec peperi, nec enutriui iuuenes, quid me inquietant? quos nescio, quos non agnosco? et libro de Elia, & ieiunio Cap. 19. lib 4. Exam. cap. 4. sic ait. Erubesce Sydon ait mare, q.d. si pericula uos non mouent ò mercatores, uel pudor comprimat, uerecundia confundat, erubesce Sydon ubi nullus uirtuti locus, nulla salutis cura, nulla iuuentus pro excubiis Patriæ bello dedita, armisquè exercitata, sed omnis solicitudo de quęstu, omne studium in mercatura, hoc est quod ait mare non parturiui, neque peperi. Alii sic exponunt erubesce Sydon hoc est tuę te temeritatis pudeat & amentię, qua olim inaniter exultabas, & propter opes quas tibi mare suppeditabat immoderatè gestiebas D. Gregorius ad mores corrigendos hęc uerba d. Erubesce Sydon ait mare, q.d. uita Gentilium plerumq; Sanctior, & purior est uita eorum qui sunt sub lege, et actiones secularium, quandoquè sunt laudabiliores uita religiosorũ, dũ isti promittendo non seruant quę in p̃ceptis audiunt, & isti rectè uiuendo ea custodiunt, quibus nequaquam astringuntur: Sic etiam unusquisquè nostrũ dicere tutò poterit ijs qui sunt in maiori dignitate constituti, & qui uerbo, & exemplo debent alios instruere, dum à recto tramite recesserint. erubesce Sydon. Sydon nanq; denotat stabilitatem, & immobilitatem eorum qui sunt in lege positi D. Hiero. alium afferre sensum huic dicto, uide ipsum. Sequitur textus. *Cum auditum fuerit in Egypto dolebunt, cum audierint de Tyro*, Tyrũ, u3. fore destructũ, ac desolatũ, *dolebunt inquam*, quia timebunt ne idem eueniat ipsis, quòd prçuidens Propheta futurum sic est affatus *Transite maria, vlulate qui habitatis in Insula*, Per insulã dubio procul intellige Tyrum D. Cyrillus est huius opinionis, obid Aegyptios dolore affici, non quòd Tyrus succumbat, sed quòd belli mala ad ipsos

Tyrĩ dediti luxurię.

Tex. 4.

Cyrillus.

A peruadant putabunt inquam qui excisa Tyro nihil sit impedimento quo minus ab eodem hoste eadem et forte peiora sint accepturi. Alij secus sentiũt dolere, & contristari, vrbem adeo celebrem, & famosam, tam facile subuerti: Sed Cyrilli sententiam veriorẽ esse existimo, nam vulgo dici solet, dũ propinqua domus comburitur, aquam præpara ne & tua comburatur. Nam

B tua res agitur paries cum proximus ardet. Transite (inquit) maria, vlulate qui habitatis in Insula, His verbis hortatur ipse Propheta Tyrios maria pertranseant, quin potius longè vltrà maria proficiscantur, neq; expectent hostium aduentum. aut potius prædicit quod eis est euenturum, quia scilicet, captiui ducti, transituri sunt maria, & abituri in regiones longinquas; aut etiam secundum D Hiero. prædictum à Pro

C pheta eosdem Tyrios cum fuerint obsessi, postquam nullam euadendi spẽ habuerint cõscensis nauibus aufugisse. Cyrillus autem opinatur per hæc verba Prophetam exprobrare, & in faciem obijcere Tyrus ac Sydoniis hanc ignominiam, quod, v3. ipsi aufugerint, & terga hostibus verterint, neq; quicquã obstiterint, neq; item præcipit ipse propheta eos vlulare, seu deplorare, quando hęc muliebria sunt, & adoloscentu-

D lis magis, ac ętate prouectis, & iam senio confectis conuenientia. Atqui bello denunciato oportebat eos qui in flore sunt ætatis, ac maturi, ac viribus robusti ad pugnam instrui, & præparari, & disciplinam militarem exercere, & in hostium phalanges priusquam aduenerint impingere, & uim facere, prorsus què ab eorum finibus eos arcere. Deridet itaq; ipsos Deus aut Propheta Dei personam gerens viros imbelles,

E ac parum masculos; & viles Tyriorum animos, fugiunt enim & vlulant, qui quondam denominabantur & superiores erant in pugnis. Quod si queras, ob q̃ cãm tãm seuè, & crudeliter irruerunt Caldei in p̃fatã Insulã, vt eã ferè ad terrã vsq; deiicerẽt, & funditus euerterẽt. innuit D. Hiero. vnà cum Cyrillo, hoc ideo factũ, quia nouerũt Caldei cõplures Tyrios, qui mercaturę studiũ sectabantur

D. Hiero.

Causa desolationis Tyri.

D. Hier. D. Cirilus

bantur, & nauigare solebant, ex Insula A cum liberis simul & Mulieribus enatasse, & ad alias vrbes vnà cum opibus cõmigrasse, & nobiles quoq; (inquit D. Hieronymus, ciuitatem vacuam, & omnibus bonis expoliatam reliquisse, quæ audientes Babylonij expugnata vrbe, commorantes in ea trucidarunt, plerosq; ceperunt, & cætera quæ in more sunt victoribus deceptis, & sua spe fraudatis factitarunt. Vnde Propheta eos deridens, & ad memoriam illorum tu- B morem, & iactantiam reducens, & obiiciens inquit *Nunquid non vestra hæc est,* v3. *Ciuitas,* Et magnificentia *quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua*; iure quidem poterat de antiquitate gloriari, quia secundum Berosum fuit condita anno post diluuium. 189. et secundum Iosephum anno 240. ante constructionem Templi Salomonis, vana tñ fuit eius gloriatio cũ iã fuerit ad nihilũ ferè redacta: et vt clarius, et C manifestius suorũ ciuiũ declarat infortuniũ inquit. *Ducẽt eã pedes sui lõge ad peregrinãdũ*, hoc est incole, et habitatores vrbis istius fatigabunt pedes suos, quib⁹ antea vti solebãt in tripudijs, saltationibus, & choreis, ad peregre proficiscẽdũ extra fines suos, nõ solũ qui sua spõte p nimio metu arripiẽt fugã, sed, & q captiui ducẽtur in Babiloniã et signanter dicit, pedibus eos lõgè cõmigraturos, qm̃ .s. non hẽbunt currus et equi- D tes quib⁹ euehi, ac deduci cõsueuerãt quæ quidẽ magna est miseria, & infęlicitas huius infęlicitatis obliuio magna est fęlicitas, sicut ille dixit, rerũ irrecuperabiliũ summa fęlicitas est obliuiõ. Et hæc quidẽ q̃ Tyriis accidisse nouimus plerisq; aliis ciuitatibus nostra ẽt tempestate accidisse compertum est. Sequitur textus videlicet. *Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam: cuius negotiatores Principes, institores eius inclitis terræ?*

Berosus. Tyrus quando condita. Salustius. Tex. 5.

Cum hactenus Propheta, tam grauẽ, & inexpectatã, quin potius incredibilẽ futurã Tyrii destructionem prædixisset, & diuturnã suorum ciuium proscriptionem, velut admirans inquit, *Quis cogitauit hoc super Tyrum vrbem quondam coronatam?* quis unquam credidisset, hoc de Tyro futurũ? aut quis tam potens ita fuisset ausus de Tyro statuere ac deliberare? cum esset vrbs florentissima, munitissima, & bonis omnibus referta? Ciuitas (inquam) coronata, hoc est Regiis insignibus exornata, & velut Regina aliarum vrbium? vel Ciuitas coronata, quia velut Rex in plurima hominum multitudinem ornatum diademate caput, solet erigere, & aliis palàm facere, ita Tyrus fulgens, et excelsa opibus, auroq; et gemmis serico, ac purpura nitens Regina in cũctis gentibus existimabatur. Cuius negotiatores, Principes; aut quia similes erant, aut forte maiores multitudine opum Principibus aliarum vrbium, aut quia Principes, et Magnates sui ita erant Mercaturis dediti, vt verè dici potuerint Mercatores, et negotiatores; quemadmodũ hodie quoq; vsu venit, quod plerique Duces, et Principes quò ditiores fiant, et suam expleãt cupiditatem, potius mercaturis quàm generosis, et ingenuis artibus occupantur. Institores eius inclyti terræ, hoc est; Nobiles, & præcipui; ac illustres viri sunt qui pręsunt, & instant negociis, quo circa dñr institores, qa instãt negociis gerẽdis, et sunt velut Mercenarii. Dicuntur homines inclyti, qui pręclari nominis et famę gloria ac existimatione apud hoĩes resplẽdẽt. Tandem præmissę et propositæ dubitationi satisfacit Esaias dicens. Dominus exercituum cogitauit hoc, hoc suum fuit decretum ac deliberatio, vt detraheret superbiam oĩs gloriæ, et adignominiam deduceret vniuersos inclytos terrę. Non enim casu aut fortunæ id contigisse putandum est, quemadmodum plerumquè imperiti homines arbitrantur.

Tyrus ciuitas coronata.

Cogitauit (inquam) Deus hoc, s. quod prędico, quòdq; futurum est, et quod ui- E suri sunt oculi nostri, et experturi, qui eo tpe supererunt. Id autem fecit Deus, quia suum cogitare est facere, nec ideo tantum, vt detraheret superbiam omnis gloriæ ipsius terræ. Verum quia putarunt Babylonij seu Tyrii Hierusalem sub manu hostium corruisse, non ob sua scellera, sed quod ille Deus qui illius susceperat protectionem debi-

lis, et languidus esset, et quod ij qui uicerant, et expugnauerant illam Diuina manu essent fortiores, prætereo quod iste gentes non destiterant insultare illi Ciuitati, quasi perditæ et penitus cōcisę, et in eam mouere capita sua. Deus igitur vt vlcisceretur hanc iniuriam co gitauit perdere Tyrum. Quarè monemur, vt aliàs ostendimus, non exultare cum Deus aliquem percutit, neq; existimare diuinam virtutem esse quouis pacto imminutam, sed cogitare potius, quòd (Deo permittente, etiam boni viri quandoq; in tentationes incidunt: fastum ipsius Tyri vocat Propheta superbiam omnis gloriæ, quoniam tota superbia, tota animi inflatio, et præsumptio, quæ in omnium hominum cordibus poterat considere, in mentes, et corda Tyriorum adducta esse videbatur, quod quidem putabatur esse omnino rationis absonum: Etenim cum plurimi eorum negotiatores essent, et institutum vitę adeò turpe, et abiectū inierint, eò gloriæ, et eminentiæ peruenerunt, vt etiam principibus dignissimos honores sibi tribuerēt, & corona nobilitatis, atq: splendoris spectatissimi reddebantur. Sed Dominus exercituum hanc eorum temeritatem, et inanem superbiam decreuit infringere, et labefactare, et ad ignominiam deducere, qui se inclytos, et insignes haberi cupiebant, et existimabant. Quo monemur ne dum in aliquo eminenti gradu consistimus, erigamus cornua, sed humiliemur semper sub potenti manu Dei.

Prosequitur Esaias sub hoc vaticinio prædicere, et prænunciare, quanta cum celeritate coacti erunt Tyrii fugam arripere, et quasi spectator monet eos q̄ celerime recedant, et inquit. *Transi terram tuam, quasi flumen filia maris, non est cingulum vltra tibi.* q.d. tu ò Tyre filia maris, quę uidebaris habere matrem ipsum mare, ita ut nulli videretur suppetias ferre, nisi tibi et pręter te, et habitatores tuos nullius curam habere. Transi nunc terram tuam, patriam tuam, ipsumet mare velut flumen, aut riuulum quendam, hoc est, tam celeriter, et tam audacter te mari committas, et coneris illud transire,

A nulla periculi habita ratione, et consideratione non secus ac si riuulum quendam sis transiturus, tantus erit hostium impetus, et tanta animi ferocia ad uos debellandos ac trucidandos. properabit. Nō est cingulum ultra tibi. D. Hiero. sic exponit non habebis amplius uires, nec lumbos accinctos, et pręparatos ad pugnandum. Vel non est cingulum ultra tibi, idest non habes quò detinearis, et quò minus

B omni cura solutus aufugias. Alii sic exponunt, non est cingulum ultra tibi, idest non ultra uenient ad te naues, à quibus ob eorum frequentiam, et multitudinem uidebaris cincta, et circundata. Insulę dicuntur filiæ maris quod in eo conquiescunt, et consident, et suas habeant stationes, atq; etiam ab eo, et eius ope, ac ministerio nutriuntur. Plures aliæ expositiones afferuntur huic literę, sed hę ad præsens *Insulæ dicūtur filię maris.*

C sufficiant. Nota autem iuxtà sententiam quorundam modernorum hanc ruinam, quam pędicit hic Esaias non eam esse, quę fuit sub Nabuchodonosor Rege Babylonię, sed de ea quę fuit illata ab Alexandro Macedone, quo tempore uastum, et amplum mare traiciendum fuit Tyriis captiuis, ductis in Macedoniam, sed de hoc in calce huius capituli aliquid dicemus. Nota etiam nullum esse para-

D doxon quod hic ait Esaias u. g. negociatores Tyri fore Principes, qm̄ urbs Romana solet nuncupari Ciuitas Pręlatorum, et Ciuitas Neapolitana appellatur Ciuitas Principum, et Dominorum, et sic de aliis quibusdam, sic etiam Tyrus iure poterat dici ciuitas negociatorum, qui quidem habebantur et erant principes opulentissimi.

Deindè subdit, *Manum suam ex-*

E *tendit super mare, conturbauit regna: Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius & dixit &c.* *Tex. 6.*

In primis dubium est de quo hæc uerba dicantur, et quis nam sit, qui manum suam extendit super mare, et conturbauit regna, et quamquam paulo infra in hoc eodem contextu litera aperte habeat, quod

Domi-

Dominus mandauit aduersus Chanaā, & ille idem videatur intelligi qui manum suam extendit super mare: D. tamē Cyrillus videtur innuere hęc verba intelligi de ipso Tyro, quæ ciuitas erat adeò potens, quòd extendit potentiam suam super mare, & super omnia regna quæ circùm erant: hæc sunt verba Cyrilli. Seua fuit olim Tyrus, & terribilis, tum remotissimis, & vicinis, tum gentium Ducibus. Alij dicunt hæc verba referri ad Nabuchodonosor, qui q- B dem dicitur extendisse manum suam, & potentiam suam super mare, idest super Tyrum, & conturbauit regna, quia scilicet expugnata, & capta Tyro, Aegyptiorum. & Moabitarum vicinarumq; prouinciarum loca legitur conturbasse, & expugnasse: quinimmo legitur apud Ezechielem. Deum tradidisse regnum Aegypti in manu Regis Nabuchodonosor, quia subuerterit ipsam Tyrum: Sed mihi quidem magis adlubet. D. C Hieronymi sententia, qui tum ex verbis pcedentibus, tum ex hisquæ sequuntur colligit de Deo hoc in loco Prophetam loqui. De quo statim sequitur. *Dominus mandauit aduersus Chanaam, vt contereret fortes eius*; mandauit (inquam) hoc est destinauit exercitum aduersus Chanaam, idest aduersus Tyrum, & Sydonem, & mandauit, & præcepit exercitui, vt contereret fortes eius, & hoc ea ratione qua Chananei opprobria, & cō- D tumelias iecere in Iudęā, & Israelitas omnes habuere exosos, nulliusq; pensi, ac existimationis, quin potius, & ipsum Deum quem Iudæi colebant, habuere derisui, & contemptui:

Et dixit supp. ipse Deus per Prophetam. *Non adijcies vltra, vt glorieris, calumniam sustinens Virgo filia Sydonis.* Nullam (inquam) occasionem arripies qua glorieris, quia depræssa eris, & vsquè adeò deiecta, quod neq; de diuitiis, E neq; de potentia, ac nobilitate vlla se præbebit occasio, qua possis extolli, & supra alias vrbes eleuari; calumuiam sustinens virgo filia Sydonis. calumniæ quidem, seu contumelię fuit magis exposita, cum semper ab exteris nationibus de superbia, atq; iactantia fuerit sugillata, ac diffamata. Nunc vero

A magis calumniam sustinebis, hoc est, pęnam pro calumnia illata cōtra Deū, & populum suum, oblatrans aduersus ipsum quòd tamquàm impotens, & inualidus sustinere nequiuerit, ac defendere populum suum à Babyloniis. Appellat Propheta ipsam Tyrum virginem, & filiam Sydonis: Vocatur virgo iuxtá textum nostrum, quia vsq; ad eum diem nulli Principi, nulli alii Ciuitati subiecta, à nullo adhuc Principe B quauis proditione, vel īsidiis corrupta, & deprauata, sed in sua semper libertate constituta: nunc vero calumniam, sustinebis, quia subiectioni, ác depopulationi eris obnoxia, appellat eam filiam Sydonis propterea quod dicebatur colonia Sydoniorum; est enim opinio probabilior Sydonem quæ sita erat in continenti, hoc est Terra firma (vt aiūt) fuisse antiquiorem Tyro & à Sydoniis fuisse constructam, & ędificatam. *Tyrus filia Sydonis.* *Tyrus virgo*

C Monet deindè ipse Propheta ipsos Tyrios, vt quam primum secedant, & aliò proficiscantur dicens. *In Cethym*, hoc est, in Insulam Cyprum (dicunt aliqui) *consurgens*, omnibus aliis rebus omissis, & post terga habitis, *Transfreta*, pergas vltrà mare, longè abeas; *Quamnis ibi quoq; non erit tibi requies.* Vbiquè erit tibi dolor, & angustia (vt illa dicebat) angustiæ mihi sunt vndiquè. *Dan.ca. 13*

D Videtur hoc loco Propheta, iuxtá sententiam quorundam, irridere ipsorum consilium & innuere fore omnifariam irritum, & nihil profuturum, nec ibi habituros requiem, quia Nabuchodonosor iubebit eiusmodi profugos ad ipsum remitti. D Cyrillus ait hoc ideo futurum, quia Deo ad sudorem, & laborem impellente nemo potest vllā quietis spem accipere. & si manus Dei cuiquam aduersatur, & aliquem ledit, nul E lus poterit ea calamitate laborantes quicquam adiuuarē. Semper enim diuinoē impulsus rerum natura sequitur. & quod fieri velit, hoc semper, & omnino perficit. Hic D. Hieronymus notat, & sugillat eos qui quandoq; vt maiorē quietem inueniant, & foelicius uitā degant, suæq; saluti melius consultum velint, de industria ab vno statu, ad aliū transeunt, vel relicto priori quodam *D. Cyrillus.* *Hieronym⁹ taxa' incōstantiā quorundam.*

exercitio aliud assumunt, qui tamen A nullibi requiem habent, quia sic permittit Deus, ne videlicet, in hoc mari procelloso possimus vnquam absq; commotione fluctuum enatare, vt sic per miserias coacti, non in se, sed in domino creatore confidant. Sic dicebat D. Aug. (D. Aug.) Inqetū est cor nostrū Domine, donec reuertatur ad te. Et quidam alius. (lucis.
In mūdo spes nulla boni, spes nulla fa-
Sola salus seruire Deo, sunt cætera fraudes. Et Iob. 7. Militia est vita hominis su B per terram & Christus. Ioan. 16. (Ioan. 6 1.)
In mūdo pressurā habebitis. Sequit̃ tex. *Ecce terra Caldeorum: talis populus non fuit. Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius: posuerunt eam in ruinam.* (Tex. 7.)

Difficilis profectò est intentio præsentis textus: non enim facilè apparet, cuius causa hic dicta apponantur. Aliqui sentiunt huic referri, quasi velit Propheta respondere tacitæ obiectioni, qua C potuissent Tyrij sic dicere. Si in cethim transfretantes, & manentes, nequè ibi habebimus requiem, tutum erit nobis in terram Caldeorum proficisci, quia fortassis ibi erit requies; propterea. d. Propheta. Ecce terra Caldeorum, vbi oportet subintelligere responsionem tacitam huius consilii, quemadmodum innuit Cyrillus, vbi inquit etiam si captiuus factus caldeam occupes, nequè sic à dolore requiesces, neq; tibi erit re- D spiratio, quoniam, & illa vastata est depopulantibus eam Persis, & Medis Cyro nimirum oppugnante. Verum hęc expositio meo iudicio parum conuenit ijs, quæ mox sequuntur, inquit enim talis populus non fuit. Assur fundauit eam. Propterea longè conuenientior est eorum sententia qui dicunt Prophetam hoc loco, aut tantisper Tyrios consolari, aut certiores reddere eos facilè destruendos, ac euertendos. Con- E solari quidem ne videlicet, impossibile, aut difficile illis videatur eorum regionem esse depopulandam, & eos in captiuitatem adducendos, quando cōstant, & manifestum est terram caldeorum, & populum illum talem fuisse, i. vsque adeo fortem, & potentem, ut talis numquam amplius extiterit, & tamen Persę, & Medi in captiuitatem traduxerunt robustos eius hoc est uiros fortiores, & animosiores, suffoderunt domos eius, posuerunt eum in ruinam: hac ratione fortassis potuit eos propheta cōsolari, quia minus feriunt iacula quæ præuidentur. Certiores et eos reddit de futuro excidio, & amouet ab eis omnem spem, & inanem fiduciam, ac si dixisset. Non est necesse vos Tyrii confidatis munitionibus, & fortitudini Ciuitatis arte, vel natura hunc in modum consistenti: Neq; multitudini, & robori ac virtuti bellatorum, quoniam ecce terra Caldeorum in promptu est, oculis, & auribus omnium obiecta potentissima, & fortissima, & talis Populus qualis numquam antea fuit, & tamen in eū statum miserum, & plusquam infęlicē redacta est; benè inquit, qualis nō fuit, & non quasi non erit, quia Populus Romanus fuit eo potentior, & robustior. Cum interim ait. Assur fundauit eam; dubio procul iuxtà literæ coniunctionē per ly eam debemus intelligere terram caldeorum, & non ipsam Tyrum; quicquid dicat ipse Lyranus: magis placet sententia, et expositio. D. Hieronymi. Quòd si quis dixerit non potuit Assur fundare caldeam, cum legatur 10. Gen. de Caldea illum prodiisse; potuit (Gen. c. 10.) enim ex ea regione duxisse originem, & tamen ibi construxisse aliquam Ciuitatem, quemadmodum de eodem legitur, quod ædificauit Niniuem, & plateas Ciuitatis, & Calè, et Resen quæ est Ciuitas magna. Hæc ciuitas magna secundū Glos. dicitur Niniue supra Gen. cap. 10. et Ionas cap. 3. sed quamquam hac in (Ion. cap. 3.) parte acquiescam sententiæ D. Hiero: in his tñ q̃ immediate sequuntur non ita facile: Vult. n. de Tyro dictū esse v3. in captiuitatem traductos fuisse robustos eius, domos suffossas, & perforatas etc: dicēs duplicē fuisse populū Tyri, et eorū qui fugerāt et trāsfretauerāt in Cethim, et eorū q in vrbe remāserāt, quos dicit in captiuitatem fuisse traductos: Ego autem existimo vnà cum plerisq; alijs, hæc omnia intelligi de exterminio Caldeorum per exercitum Persarū, ac Medorum, ne tam facile, et absquè causa fiat trāsitio à Caldeis ad Tyrum.

Quidam

Quidam Moderni, ut se expediant à difficultate quæ consurgit ex verbis Gen. vbi videtur, Assur de caldea egressum, atq; ideo non potuisse eam fundare, dicunt eum haud quaquam simpliciter & absolutè fundasse, & à fundamentis, vel ab imo eam construxisse, sed fundasse eam, idest aptam, & idoneā reddidisse excipiendis nauibus & illis conseruandis, cum enim (dicunt) ingentibus, & amplis fluminibus vt Tygri, & Euphrate alluatur illa regio magnum numerum triremium caldeos habuisse creditur. Sicq; dicimus Assur fundasse Caldeam, & quamquam fortissima esset, ac potentissima, ita ut Babylonij nihil se aduersi passuros esse sperarent, sed quoscunq; Inimicorum impetus futuros esse irritos, & inanes; veruntamen Persæ, & Medi adventantes in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerūt eam in ruinam, vt ferè nihil prorsus perstitisset. Et uelut inquit Hieremias in persona Dei. Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portę eius excelsæ igne comburentur, & labores populorum ad nihilū redigentur, & in ignem erunt, & disperibunt. Murus (inquam) ille erat latissimus, vt etiam si plaustra alternatim succederēt via in eo lata, ac spaciosa videbatur, vt nihil difficultatis aut impedimenti videretur. Sed his dictis redit ad id quod supra dixerat, videlicet, vlulate naues maris, vlulate vos Mercatores, quia deuastata est, & abolita fortitudo uestra, refugium vestrum & locus ille in quo negocia vestra, & lucra vestra facere cōsueueratis, vbi nimirum per fortitudinem, intelligit ciuitatem ipsam, natura & arte egregiè munitam; aut etiam intelligit locum in quo tāquam in portu naues sistebant, & tutæ asseruabātur. Et sequitur aliud vaticinium penes tempus quo futura est Ciuitas ista sub tyrannide, & suprema calamitate & inquit. *Et erit in die illa*; quādo.s.destruenda, & excindēda erit ciuitas ista: *in obliuione eris ò Tyre. 70. annis, sicut dies regis unius*; Immò sicut natura, vt plurimum, & pro maiori parte solet esse ætas vnius hominis. post LXX. autem

cap. 51.

Tex. 8.

A annos, hoc est expletis istis. LXX. annis, erit Tyro quasi canticum Meretricis, hoc est eueniet ipsi Tyro, quod solet euenire Meretricibus, non quibuscunquè; sed exoletis. Quod attinet ad ætatem LXX. annorum, extat sententia Dauid ps. 89. Verum aliqui dicunt hūc numerum annorum propemodum cōuenire Regibus, & aliis imperantibus. ne, videlicet, Regimen, & Imperium reddatur nimis onerosum & odiosum, B quandoquidem diuturna imperia solēt esse subditis admodum molesta. Aliqui dicunt tempus LXX. annorum præscribi ipsis Tyriis, vt eorum captiuitas æqualis reddatur captiuitati Iudæorū, quos ipsi deridebant, & subsannabant; quippe qui (vt diximus) causas suorum malorum non illorum socordiæ & impietati, sed impotentiæ ac debilitati ipsius Dei, quem toties offenderunt, attribuere, & quidam alii dicunt, hoc spa- C tium temporis illis pro misera seruitute consignari, quia totidem annis Rex Nabuchodonosor dicitur regnasse. O mitto quod nonnulli dicunt ex sententia Aristotelis. Ordinarium tempus uitæ hominis esse LXX. annorum, velut etiam asseruit Regius Propheta Dauid loco supra adducto. Dies annorum nostrorum in ipsis LXX. anni. & hoc ideo, quia tempus generationis, & corruptionis debet esse æquale, quandoquidem D tempus generationis dicunt esse triginta quinq; annos, & quadraginta ad summum, tantundem etiam debet esse tempus declinationis, quo homo incipit labi declinare ac deficere, Ob id nō absq; consilio, & graui misterio LXX. annorum spatium contulit ipse Deus ipsis Tyriis, quo miseri, profugi, & captiui in captiuitate permanerent. Et væ illis. qui cum peruenerint ad eam ætatem, hoc est, LXX. annorum, & non se E totos ad Deum conuerterint, & omnino se ei dediderint, & præsertim ii qui aliquibus malis, erumnis, & calamitatibus toto eo tempore fuerint obnoxii. Sed præcandus est Deus ut nostri misereatur, & cum Dauide Deum interpellare libeat dicentes, Ne proijcias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Dicebamus

Aetas septuagita annorum conueniens regibus: ita vt post 70. annos nulla ampl.-us sit illorum memoria: quod tamen non est uniuersaliter verum.

ps. 89.

Amb. lib. de Helia & ieiunio ca. 20.

ex ipso textu, *quòd expletis. 70. annis erit Tyro quasi canticum Meretricis*. D. Ambrosius videtur admirari Prophetã uti ijs verbis turpibus & obscenis, Sed nota, inquit ille, quòd talia verba quãdoq; exprimuntur, vt qui delicta non erubescunt, saltim erubescant ipsorum nomina. Non quod nobis quàm illis lingua sit castior, sed auctoritas inferior. Sed quo pacto prędicit Esaias, quòd ipsa Tyrus, erit velut canticum Meretricis. dicunt hac ratione, quoniam sicut B Meretrices cantibus. & sonis suauibus, præter formam corporis, solent allicere ad se Adolescentes, sic facient homines Tyrii Mercimoniis dediti, frequentibus literis, & pollicitationibus lucri, & multarum facultatum conabuntur gentes ad se, vt pristinis negotiationibus incumbant, attrahere. Cyrillus etiã cõparat ipsam Tyrum post receptam libertatem, idest postquam imperium Caldeorum conciderit cantico mere- C tricis exoletæ, quę non valens amplius spetiosa forma corporis gentes attrahere, cantibus, & Melodiis nititur eos allicere, Vel meretrix iam senio confecta præteritas delitias in sui consolationem solet commemorare. Dicũt alij, Mercaturam, lucri cupiditate facile homines apprehendunt, quemadmodum, & meretrices blanditiis homines demulcent, & quemadmodum Meretrices, & fornicarii quo suas voluptates D expleant, & re amata potiantur, nullos subterfugiunt labores, ita Mercatores quò aliquid lucri faciant, omnibus se exponunt periculis, & nullis parcunt laboribus: & præterea non immeritò comparat Esaias arti Meretriciæ ipsam Mercaturam, quoniam concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum maxima inter se se habent affinitatem. At ego non existimo mercaturæ exercitium, absque fuco, & mendacijs, & absque fraude & nimia cupiditate peractũ, E esse vllo pacto damnandum, cum variis necessitatibus diuersorum locorum, & multorum hominum non parum conducere, esperientia ipsa testetur? pro qua re vide D. Thom. 2. 2. q. 77. & alios doctores, & pˀ cæteris Dñm Cae. in summa & alios etiam compendiarios au-

Mercatura non est omnino illicita.

A ctores qui hac de re satis copiosè tractabunt. Et nos quoque post finem huius operis aliqua tangemus, non enim decet omnia simul complecti, ne lectori tædium, & nauseam ingeramus.

Prosequitur deinde Propheta explicare modos, & artes, quibus meretriculæ solent homines aucupari, & laqueis irretire, dicens. O Tyre, quæ facta es velut meretrix obliuioni tradita, nulli amplius vsui, vel existimationi, aut hominum opinioni habita, sed prorsus contempta, & reiecta. *Sume Cytharã, circui ciuitatem, bene cane, frequenta cãticum vt memoria sit tui*. Fac quantum uis, quantum potes, nihil efficies, oleũ, & operam perdes. Hac amplificatione, & repetitione verborum vult ĩnuere Propheta vtrumquè genus musicæ, cãtique videlicet, et instrumentum musicum, idest sonum hominum aures demulcere, nec absque ratione fuit institutus, et receptus iste modus Dei laudandi in Eccl. non solùm vęteri, verùm & in Eccl. Christi. Et huius ratio est, vt dicit Augustinus in prologo super libro psalmorum, vt modulatione quadam, et delectabili canore humanum animum ad pudicitiam prouocaret. Quoniam quidem Spiritus Sanctus uidens obnutantem, ac resistentem ad uirtutis uiam humani generis animum, et ad delectationes uitæ huius magis inclinari, quàm ad uirtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ uim suæ doctrinę permiscuit, vt dum suauitate carminis mulcetur auditus, diuini sermonis pariter vtilitas inferatur. Hac ratione Dauid, qui erat uir in canticis eruditus armoniam musicam nõ uulgari uoluptate, sed fideli uoluntate dilexit, eaquè Deo suo, qui uerus est Deus, mystica rei magnæ figuratione seruiebat. Diuersorum enim sonorũ rationabilis, moderatusquè concentus, concordii uarietate compactam, bene ordinatę ciuitatis insinuat unitatem. et ipse Augustinus 10. lib. confessionum testatur se magnum fructum recepisse, dum perciperet in Ecclesia aliquas laudes diuinas decantari. Sic enim ait, Cũ reminiscor lachrimas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ in primordijs recuperatę

Aug. prologo ps.

Cantus cur institutus in Ecclesia.

Aug. lib. 17 de ciuit cap. 14.

Aug. 10 lib. confes.

peratæ fidei meę, & nunc ipse commoueor, non cantu, sed rebus, quæ cantantur, dum liquida voce & conuenientissima modulatione cantantur, magnam instituti huius vtilitatem recognosco, & lib.9. Confessionum cap.6. habet ferè eadē verba dicens, Quātū fleui in hymnis, & cāticis tuis suauè sonantis Eccl. tuæ vocibus cōmotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea ęstuabat affectus pietatis, & currebant lachrimæ, & bene mihi erat cum eis. Diuus Thomas 2. 2. q. 91. art.2. ostendit necessitatem, siue congruentiam ipsius cātus, & soni in Ecc. instituti, vel introducti, dicēs quod laus vocalis necessaria est ut affectus hominis prouocetur in Deum, & secundum diuersas melodias sonorū animi hominum diuersimodè disponuntur. Ideo salubriter fuit institutū, ut in diuinas laudes cantus assumerentur, ut animi infirmorum magis prouocarentur ad deuotionem, Vnde Aug. in lib. x. Confessionum cap.33. Adducor (inquit) cantandi consuetudinē approbare in Ecc. ut per oblectamenta aurium infirmorum animus in affectum pietatis assurgat. Et quamuis D. Hier. uideatur damnare cantum, nihilominus non simpliciter cantum damnat, sed reprehendit eos, qui in Eccle. cantant more theatrico, non propter deuotionem excitandam, sed propter ostentationem, vel delectationem prouocandam.

D. Tho. 2. 2. q. 91.

Aug. lib. 10.

D. Hie damnat cantum in eccl.

Cęterum qui cantus, & soni debeāt frequentes haberi in Eccl. quæ est domus Dei, & qui sint prorsus ab ea prohibendi, memini me dixisse satis sufficienter in tractatu de cultu Dei, nunc autem sit satis adnotasse cātus non esse vsq; quaq; ab Ec. amouēdos. Sed oportet (ut inquit Aug.) cantum cum cythera coniungere, & annectere, quod tunc fiet, cum bene loqui, & bene facere, ac operari curauerimus. Cum ergo dicit Esaias, & hortatur Tyrū, vt sumat Cytharam, bene canat, & frequentet canticum, vult innuere hortari, & monere Tyrios, vt quādoque pęniteant, & hac ratione pœnas & supplicia euadant, propterea cum dicit, ut sumat Cytharam, nihil aliud de-

A signat, nisi ut assumat sacramentum pœnitentię, quæ velut cythara habet decem chordas, quibus redditur sonus suauis, & gratus, & expellit malos affectus, & cogitationes, sicut Dauid sono Cytharæ expellebat malum dæmonem, qui vexabat Saulem Regem: dicit ergo Esaias, sume cytharam, frequenta canticum, bene cane, labora, sollicitus esto, studium, & omnem operam impende, quo reducaris in pristinū

B & memoria tui sit, nec amplius ex hominum mentibus excisa videaris. Sume (inquam) cytheram decem chordarum idest sacramentum pœnitentiæ, quo tāgas, & diligenter percutias decem chordas, idest consideres, & aduertas quomodo, & quantum, & quoties decem præcepta fueris trāsgressus, eiusmodi chordæ debent bene tensę, & exiccatæ reperiri, ut scilicèt per ieiunium, & abstinentiam, ac vigilias, & orationes memineris affligere, & macerare corpus tuum:

C circuire Ciuitatem, visitare pupillos, & viduas in tribulatione ipsarum, frequētare Ecclesias, domos infirmorum, & omnia loca pia aliquando perlustrare, & frequentare canticum, idest orationibus & suffragiis, & diuinis laudibus insistere, iuxta illud Prophetæ, Septies in die laudem dixi tibi, Et iterùm. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Hæ decem chor-

D dæ quibus oportet pulsare animam, & suauem sonum in auribus Dei, & domini nostri exhibere, designantur per decem partes, seu conditiones, quibus vera, & salutaris pœnitentia conficitur, & integratur, Quę sunt, voluntaria, aperta, integra, accusatoria, non excusatoria, verecūda, discreta, deuota, frequēs, necessaria, sua non aliena, & si quæ sūt aliæ, poterit quisque pro arbitrio videre, & intelligere apud Summistas, & va-

E riis in opusculis, quę nuper ædita fuere pro instructione curatorum, & examinandorum, eorum scilicet, qui sunt promouendi ad confessiones audiendas. Hucusque vidimus huius miserę Ciuitatis calamitatem, quę per septuaginta annorum spacium fuit detenta, ubi videre licet immensam Dei misericordiam, quando ipsis Tyriis per multa se-

ta seculorum spatia à Deo auersis Deus ipse septuaginta annorum spatium dumtaxat præscribit, quo de eorum sceleribus pęnam luant, cum tantundem temporis fuerit etiam pręfinitum captiuitati Iudęorum, ut hinc facilè conicias, et pro comperto habeas eundem esse Iudæorum, et gentium dominum. *Et erit post 70 annos visitabit dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas: & rursum fornicabitur cum uniuersis regnis terræ super faciem terræ &c.* (Tex 9.) Nunc Propheta affert vaticiniū quod lætissimū, et faustissimū est ipsis Tyriis nuncium allaturum, dicit enim *Visitabit Dominus Tyrum.* hęc est secunda pars principalis huius capituli, ubi contrario modo se habet Propheta ad ea, (*2. pars principalis huius*) quæ sunt ante dicta, Ibi enim de pressura, & calamitate ipsius Tyri, nunc autem de instauratione, & reparatione ipsius & ꝓmotione, seu potius euectione ad longè meliorem statum. (*Visitatio duplex*) Visitabit, inquam. Dominus non ea visitatione, quę fertur in malum, quasi uelit animaduertere in ipsam Tyrum, & rursus de ea ultionem sumere, sed uisitabit in misericordia, & pietate, & reducet eam ad merces suas idest ad negocia eius priora, & rursum eadem Tyrus fornicabitur, idest variis modis, & artibus curabit lucrari, & magnopere ditari, non solùm suis cum ciuibus, propinquis, & affinibus, sed cum uniuersis regnis terræ palam, et in cōspectu omnium, ut uideant omnes, & perdiscant, ac doceantur quam accuratè, quam diligenter, et studiosè exerceant artem suam, & suis negociationibus uacent. (*Mercatura fornicatio*) Nec mireris Prophetam comparare mercaturam fornicationi, quæ est turpis usus, seu mauis abusus, quoniam quemadmodum meretrices, & mulieres fornicariæ exponunt corpora sua indistinctim singulis hominibus ita etiam mercatores, & negociatores exponunt merces suas quibuscunque hominibus. Posset etiam dici (bona eorum venia) quod eiusmodi negociationes rarò fieri solent absque fornicatione, uel corporali, uel spirituali, ut habetur Eccl 26. Duæ species difficiles, (*Eccl. ca 26.*) et periculosæ mihi apparuerunt. Difficilè exuitur negociator à negligentia et non iustificabitur caupo à peccatis labiorum, et præterea non habent quidam exponentes pro re omnino difficili, aut im possibili, quin Tyrij reducti ad pristinas negociationes, ob malam, & inueteratā consuetudinem rursus fornicari, & uelut canis ad vomitū reuerti cogitauerint, quandoquidem habitus est difficile mobilis, et re uera nisi prius viriliter obsistatur tentationibus efficitur quędam consuetudo in peccatis, et non potest facilè quis amoueri; frequenter enim irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, et uanitatum offusio mentem occupat, ut quod studeas uitare, hoc cogites, animoq; voluas, quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. (*Amb. lib de fuga seculi*) Potest alio quodam modo negociator fornicari, & longè quidē peiore, aut deteriore, de quo paulo infra aliquid dicemus.

Et erunt negociationes eius, & merces eius sanctificatæ domino, non condētur neque reponentur, quia his, qui habitauerint coram domino, erit negociatio eius scilicet Tyri, ut manducent in saturitatem, & uestiantur usque ad uetustatem. (*Tex. 10.*) Hæc est alia Tyrus, alia ciuitas quam prior opulentior multò, atque celebrior. Dicit enim Propheta, et uaticinatur quę sit futura negociatio ipsius Tyri, quam maximum lucrum sit factura, quidque de suis mercibus, et mercaturis sit effectura, inquit enim quòd cum fuerit reducta ad suas merces, et negocia, non erit ut prius, quoniā iam olim omnes opes, et quicquid lucrabantur ipsius negociatores, recōdebatur, & absq; vllo proximorū cōmodo sub terra fodiebatur et in proprios tantū usus, aut potius abusus, impēdebatur. postmodū uerò idest dum fidem Christi recepissent, uel dum receperint, erunt merces et lucra sanctifica ta et dedicata ipsi Deo uiuo, et uero, et in suorum ministrorum, et seruorum commodum; et obsequium insumpta non amplius condentur, neque reponentur, sed his, qui habitauerint coram domino, et ministrabunt ei, erit negociatio eius, ut mā ducent in saturitatem, ita ut nihil eis desit, & vestiantur usque ad vetustatem idest

idest quandiu vixerint, quod ipsum cō tigit, et factum fuit à filiis Israel, cum à captiuitate Babylonica in patriam re dierunt. Alij dicunt eorum opes, idest Tyriorum non congregabuntur illis ita quòd ipsi futuri sint earum possessores, sed erunt illis omnia communia neque quisquam eorum, quę possidebat. dicebat esse suum, iuxtà regulam viuendi sub sanctis Apostolis constitutam. Id autem non asserimus uniuersaliter uerum, et re ipsa adimpletum ab vniuersitate Tyriorum, nisi forte iuxta pręparationem animi: at si loquamur de plerisque Tyriorum ciuibus, et populis non existimamus fore inconueniens, aut impossibile, quòd elegerint uitam, quam diximus sub sanctis Apostolis constitutam. Et verò facilè potuit contingere, Deo sua gratia præueniente, et mouente corda Tyriorum, et Sydoniorum, plerosque ex his non solùm fidem, et veritatem catholicam apprehendisse, et palam fuisse professos, verum ita se Christo Domino deuouisse, et dedicasse, ut omnia penitus propter eum reliquerint, iuxta regulam, et formam viuendi sanctissimorum Apostolorum, legitur enim apud Lucam cap. 6 quod stans Iesus in loco campestri, & turba discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis abomni Iudęa, et Hierusalem, et maritima Tyri, et Sidonis, qui venerant, ut audirent eum, et apud Matth. 15. legitur, quòd egressus Iesus in partes Tyri, et Sydonis uenit ad eū mulier Chananea à finibus illis egressa, Nec est ullo pacto credendum, quin dominus Iesus dum peragraret illas partes multos ad se conuerteret, et spiritu sancto suo ita viuificaret, vt essent cum eo, sicut ipse & pater vnum sunt Præterea, quid sibi vult dictum illud Regi, prophetæ, cum inquit, filiæ Tyrij in muneribus, vbi D. Augustinus, multa pro loquitur in declaratione munerum ipsorum Tyriorum, licet per filias Tyri intelligat ipsas gentes. Sic etiam cum ps. 86. dicit Deus per eundem prophetam Memor ero Raab, et Babylonis scientium me, ecce alienigenæ Tyrus, et populus Aethiopū hi fuerunt illic. Super

Luc. cap. 6.

Matt. 15.

psal. 44

Augustinus.

psal. 86.

A quibus verbis multa dicit August inus in commendationem gentium, quę ex infidelitate venerunt ad fidem. Sic ergò impletum, sit vaticinium Prophetæ, quòd aliquando Tyri reducentur ad merces suas, quæ tamen erunt sanctificatæ Domino, & deseruiēt ministris Dei, vt habeant uictum, & vestitum in saturitatem, quibus contenti esse poterunt, iuxtà illud Pauli Apostoli, Et sic existimo intelligenda esse verba pręsentis capituli.

1. Tim 6.

B Sed super his, quæ hactenus dicta sunt, extant nonnullæ difficultates nō vsq; quaq; prætereundæ. Primò quidē dubitatur, quia scribit hoc loco Esaias, quòd post 70. annos visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas. Verumtamen legimus apud Ezechielē cap. 26. quod dominus decreuit dissipare muros Tyri, & dextruere Turres eius, & radere puluerem eius de ea, & C dare eam in limpidissimam petram: & in fine huius cap. inquit, In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris vltra in sempiternum, Et in calce cap. 27. inquit, Negociatores populorum sibilauerunt super te, ad nihilum deducta es, & non eris vsq; in perpetuum: dicendum quòd vtiq, Ciuitas Tyri, de qua loquitur Ezechiel, penitus fuit destructa, & euersa, verùm post tempus iam descriptum fuit iterùm D reædificata, at non eodem loco, nequè tanta cum amplitudine & magnificentia, sed neq; multum distans ab ea, quæ fuit prius, id quod accidisse legimus multis aliis oppidis, & ciuitatibus ipsiᵘˢ Orbis. D. Thomas dicit, Non eris in perpetuum, idest memoria unius hominis, cuius uita communiter est 70. annorum. Melius puto fortasse diceretur, vt ait Procopius, quòd licèt Deus videatur præficere tempus uitæ cuiusquè vel 70. annorum, vel 40. quemad- E modum fuit Niniuitis, aut aliquid simile, non tamen semper adimpletur, cum Deus suæ prædictionis non subiaceat terminis. Bonus enim cum sit, & misericors, & tempora definit, & clades minitetur, & pressuras, non tanquam illaturus re vera ea pronunciat, sed vt timore ad vitæ pœnitentiam adigat, procuinsq;

1. Difficultas.

Ezech. 26.

cuiusquè enim pœnitentia, vel peruicacitate decretis temporibus adueit, vel addit, vt accidit Noè temporibus, cum vitam hominum centum viginti annorum futuram statuerit pro sua in homines liberalitate, & beneuolentia breuiorem esse voluit, ut calamitates passim ingruentes auerteret, præsentesque temporis progressu maiores Deus prohiberet A Niniuitis autem cum pœnitentiam egissent non alia ratione decretas certo dierum spatio minas remouit, quàm solet Medicus à significata, seù præmonstrata antè, vel sectione, vel vstione abstinere, cum facta est corporis in melius mutatio, quemadmodum mihi nuper accidit, quòd Medicus pharmacum, quod mihi dare statuerat, corpore in melius mutato exhiberi tandem vetuit: Sic etiam Deus agit nobiscum, vti mox diximus. Sic itaq; dicendum est de tempore, quo statuerat ipse Deus Tyrios fore exules, aut perpetuò ruituros, aut præfixo tempore septuaginta annorum ad suas merces redituros,

2. difficultas.

Sed rursus dubitatur à quo fuerit dextructa ciuitas Tyri, nam ex Sacris literis habetur haud quaquam à Nabuchodonosor fuisse dextructam, licèt cap. 26. Ezechielis legantur hęc verba, Hęc dicit dominus Deus, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor Regem Babilonis: ab Aquilone Regem Regum cum equis, & curribus. Dicũt quidam expositores moderni ipsam Tyrum, & vniuersam Insulam fuisse absumptam, atq; dextructam inundatione maris, & fluctuum allisione, & oppugnatione quoquè Alexandri Regis Macedonum, quem ipsum Ezechielẽ (aiũt) indicasse per ea uerba dũ inquit, ab Aquilone, supple adducam Regem Regum cum equis, & curribus, & equitibus, & cætu, populoquè magno, quos titulos, & encomia non nisi Alexandro Magno tribui debere uolunt, cum esset Rex multorum regnorum, & ferè totius orbis. Alij dicunt Nabuchodonor non expugnasse Tyrum, sed per aliquod tempus obsedisse, & metum incussisse, Alexandrum uerò Macedonẽ expugnasse, & euertisse. Nos autem cum quibusdam non ueremur asserere fuisse prius à Nabuchodonor, deinde ab Alexandro captam, & destructam. Nota tandem quòd in hoc capitulo innuit Esaias sub paucis verbis destructionem, & euersionem quatuor regnorum, uidelicet Caldeorum Assyriorum, Iudæorum, & sub figura quadã etiam regnum Romanorum, & denique consumationem totius seculi, nec inconuenit uni specialiter dictum de omnibus vniuersaliter, aut generaliter posse intelligi illud Saluatoris Marci 13. quod uni dico, omnibus dico. Vigilate.

3 difficultas.

Tertia difficultas est quo pacto, & qua ratione Tyrus potest dici fornicaria, post quam fuerit reducta ad merces suas, & ad negocia sua? Dicendum si volumus persistere in propria significatione verborum, & secundum sensũ literalem, hanc Ciuitatem fuisse fornicariam, quia fortè cum fuerint reducti ad proprios lares relictis propriis vxoribus, cum Alienigenis concubuerunt: aut melius dici potest fornicariam fuisse, quia redierunt ad pristinas negotiationes, & mercaturas, et expositi fuerunt negotiationi omnium gentium, & exercuere mercaturam cum omnibus nationibus, & facta est Emporyum totius orbis. Tertio potest dici fornicaria, quia rediit ad vomitum, idest ad infidelitatem. qua etiam ratioue iure potest appellari meretrix, si forte in ea vastatione recognouerit Deũ, cum postmodum ab eo ad falsos Deos & creaturas defecerint. Sed planius dixerim Tyrũ redire ad fornicationem propter malum habitum factũ in peccatis, qui habitus non satis facile tollitur per pœnitentiam, sed longe facilius per opera misericordiæ.

At verò si iuxta allegoriam, quemadmodum Prophetam loqui credendum est, loqui uelimus, dicemus per Tyrum intelligi debere Christi Ecclesiam, ex gentibus congregatam. quæ verè Meretrix, & fornicaria spiritualiter potest nuncupari, quia fornicata est cũ mamatoribus multis & creaturę potius quàm creatori inseruire uoluit, quę tamen Ecclesia post septuaginta an

nit

norum spatium idest cum plenitudo tẽporis à Deo instituti, & præfixi aduenit, ad merces suas, hoc est ad ea opera, quę vere Christi fidelibus conueniunt se totam conuertet, quibus posit mercari, & facere lucrum Regni Cœlorum, quod quidem asimilatur negociatori quærenti bonas margaritas, per Tyrum etiam potest intelligi tropologice anima nostra, quæ ipsa est quandoque meretrix prostituta quando scilicet variis huius seculi vanitatibus commiscetur, & nihil nisi lucra, & commoditates huius mundi quęrit, & obnixe amplectitur, quæ tamen Dei benignitate, & misericordia post spatiũ septuaginta annorum, hoc est peracta vera, & perfecta pœnitentia designata per nũmerum septennarrium, qui decies repetitus conficit numerum septuaginta annorum, redit ad suas merces, & negotia idest ad opera misericordiæ pietatis, & iustitię. C Neque mireris tempus pœnitentię pręscribi numero septuagenario, quia etiam Dominus noster quærenti Petro numquid peccanti fratri sit ei culpa dimittenda usque septies, respondit, Nõ dico tibi vsque, septies, sed usque septuagies septies. Multipliciter quidẽ potest homo fornicari, scilicet secundum corpus, & secundum animam, & quamuis corporis fornicatio sit valde execrabilis, ac detestanda, quia qui fornicatur, violat templum Dei, & tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis, multo tamen magis est execrabilis fornicatio animæ in qua omne genus peccati pariter continetur, & hęc generalis fornicatio perpetratur, cum anima, quæ in consortium verbi Dei est ascita, & eius matrimonio quodammodo copulata, ab alio Christi veri uiri aduersario corrumpitur, & violatur. Vnde B. Augustinus 2. lib. Confess. cap. 6 ita inquit fornicatur anima cum auertitur abs te ò Domine Deus, & quęrit extra te quæ pura, & liquida non inuenit, nisi cum redit ad te: quare quisque conari debet, vt si quandoque Demonio surggerente auertitur à Deo, oret, & quærat quã citius ad eum reuerti, neque expectet

A spatium septuaginta annorum, neque de die, in diem, quia nescimus diem, neque horam.

Postremo dubitatur quo pacto reductis Tyriis, eorum merces, ac negotiatio sint eorum qui habitauerint coram Domino vt fuerit impletum quod habetur psal. 44. filiæ tyri in muneribus idest eleemosinis, & quo iure in eorum manus deueniant cum fuerit præceptum Dei ministris, ne uelint possidere B aurum, neque argentum &c. Respondetur quod eiusmodi merces, & negotiatio erunt eis uel eorum, in usum tantum, & cum quidem, quantum sit satis, ita ut nullo indigeant, neque ullo tempore, etiam cum fuerint in Senectutem adducti subministrentur eis necessaria, neque cogantur ostiatim petere quibus habent opus. Quidam verò aliter sentiunt, fortè non intelligentes verba Prophetæ. Sed de hoc aliàs.

Post explicationem cap. 23. hæc sunt notanda.

PRimum quidem quòd Esaias descripsit, aut prędixit decem, aut etiam vndecim, iuxtà literam onera, siue præssuras, & calamitates obuenturas Dei permissu, aut etiam iussione certis quibusdam, ac desinatis vrbibus D seu regionibus, ut Babylonię, Moab, Damasco, & quibusdam aliis supranominatis. Et certè mirum est Prophetam fuisse vsquè adeo aridum, mancum, & diminutum, ut non aliis vrbibus, ac regionibus prædixerit eadẽ & grauiora incõmoda ac dãna uentura. Et vt prętereamus ruinã, ac destructionem multarum Ciuitatum, locorum, & Oppidorum, quę in Asia, & in Aphrica, & in maxima parte Europæ contigerunt satis superque nobis erit in hũc E numerum, & in eandem classem reponere, ac enumerare multas Ciuitates quæ nostris temporibus in Gallia, & Italia deuastatæ fuerunt. Nolo inter has Romanæ vrbis mentionem facere quæ satis constat, quàm maximam fuerit perpessa ruinam, primo quidem à Gothis, deindè à Gallis, & nostris quo

que

que temporibus ab Hyspanis, ac Theutonicis, & varii generis hominibus. Omitto alias Ciuitates, ne fortè quis dicat. Infandum Regina iubes renouare dolorem, Propterea videtur Propheta, aut nesciuisse, aut noluisse totum prędicere, quod nouerat esse futurum. Sed (ut inquit Ruper. Abb. Tuitu) voluit propheta studens breuitati, sub nominibus prædictorum locorum manifestare omnes, & quoscunque locos qui sanctissimo Christi nomini, & sanctæ Ciuitati eius Hyerusalē coelesti, & sponsæ ipsius Ecclesiæ contrariātur, quæ videlicet loca, siue partes orbis, sunt quasi quædam scissuræ, quæ catholicam ecclesiam impugnant. Et quia ipse tantummodo nouem onera recēset, quę decimum onus impugnāt ideo cum per nouem multos intelligat, concludit, & determinat per nouē onera, siue per nouem loca quę à variis oneribus premuntur intelligere debeamus multa loca siue ea omnia quę Christo contrariantur. Nos autem accipientes, & animaduertentes interprętationem eorum locorum quibus onera imponenda prędicuntur, uaria genera delinquentium significari uolumus quos Deus æquissimo iure condemnari decernit, & grauissimis oneribus præmi, ac detineri. Vt autem hoc singillatim ostendamus Babylonia quidem latinè confusio nuncupatur, dum ergo propheta prædicit onus Babylonis, aduersus eos vaticinatur, qui sunt mente confusi, seu permixti, quippe qui nesciunt se ipsos resoluere, ac determinare, cuiquidem debent obtemperare, & moremgerere, Christo uidelicet an Mammonę sunt quę ex eorum numero, qui non sunt calidi, neque frigidi, quibus inquam iure minatur Dominus, & per prophetam prædicit onera, præssuras, & calamitates.

Moab interpræctatur de patre, uel à patre, cuius interpræctationis ratio est, quia Moab fuit genitus à Loth ex filia sua maiore, ut habetur Gen. 19. et (ut dicit Diuus Hieronimus) de incestu & ebrietate fuit conceptus, per quem figurantur, quicumque adulterinos, & damnatos concubitus sectantur Priores, qui scilicet per Babylonios significantur, sunt qui contra primum præceptum Decalogi impudenter delinquunt, et à Deo auertuntur. Secundi grauiter, et flagitiose delinquunt circa aliud præceptum secundę tabulæ. Primi grauiter offendunt Deum, et ipsos, reliqui verò ipsum proximū, et consequenter se ipsos, et ipsum Deum, cuius genii, & prauitatis quot omnes (bene Deus) reperiautur in uniuerso orbe terrarum non est opus demonstrare, res enim per se notissima est.

Damascus s (secundum Diuus Hierony.) significat sanguinem bibens, aut sanguinis osculum, cuius nominis significatio refertur ad omnes qui sanguinem bibunt, et delectantur in occisione viuorum, et in perditione morientium quales sunt homicidę, sicarii, et humani sāguinis hostes, et sitibūdi. Hos Dominus, qui est pius, et misericors quā maxime odit, et detestatur iuxta illud ps. Virum sanguinum et dolosum abhominabitur Dominus: et alibi uiri sanguinum declinate a me. Et item Viri sanguinum, et dolosi nondimidiabunt dies suos. *Tex. 10.*

Ponitur aliud onus, sed sub aliis uerbis, quibus idem uidetur innuere cum inquit. Væ terræ, quæ est uelut Cymbalum alarum: vel quæ est Cymbalū alarum, ubi per illam dictionem, Væ quæ est nota cōminationis, vel cōmiserationis, dubio procul indicat propheta magnum aliquod flagellum, et grauissimum pondus imminere, uel superstare illi terrę. Sed videndum est quid per eam sit intelligendum. Quidam enim ex sententia Veterum patrum, ut Eusebii Cesarien. Iustini Martiris. et Oecumenii asserunt eiusmodi terram designare Ciuitatem Hierusalem, propterea quod ex ea mittebantur a Scribis, et Phariseis nuncii, et naues expeditissimę, primum quidem ad Aegyptios petentes ab eis auxilium aduersus Assyrios hostes suos: Deinde vero cum cœpit prædicari euangelium Dei, ad omnes partes orbis in quibus degebant Iudæi eosdem nuncios et naues cum incredibili celeritate miserunt, pręcipientes eis, et cohortantes

tes, ne vllo pacto, neque quauis causa, A vel occasione permitterent prędicari eiusmodi euangelium, sed modis omnibus, et cunctis artibus, ac viis cona gētur eiusmodi prædicationē īpedire, Et ob conditionem istarum nauiū usq; adeò expeditarum, vocauit propheta ciuitatem Hyerusalem terram cymbali alarum. D. Hier. per terram cymbali alarum vult posse intelligi terram Aegypti, quoniam velox, & concitus auiū volatus, quarum ingens ibi est copia re- B fert sonitum cymbali. Nonnulli non Aegyptum absolutè, sed interiorem partem Aegypti significari volunt v.g. partem illa Aethyopię, quam nunc incolunt Christiani sub dominio illius principis, quem uocant Pręsten Ioannem, seu presbiterum Ioannem, cuius opinionis est Franciscus Forerius lusitanus uir apprimè doctus, & cruditus. Sed pace tantorum virorum dixerim, nulla istarum opinionum mihi valde C probatur. Adhæreo potius illorum sententiæ, quos refert Diuus Hieronymus fuisse opinatos per huiusmodi cymbalum alarum intelligi exercitum Romanorum, sed quoniam horum sententia D. Hieronymo minime satisfacit, non audeo, & ego illam prorsus admittere: verum quicquid intelligatur, nunc parum refert. Sed videamus, vt cępimus, quid per hanc Metaphoram, seu circumlocutionem voluerit indicare D propheta. Dicimus enim quod licet terra cymbali alarum multa significare possit, nobis tamen congruentius videtur significare, & præfigurare eos qui huius mundi fluctibus perpetuo versantur, qui in hoc mundo tamquā velut in mari procelloso perpetuo dicuntur nauigare, qui semper negotiantur, die noctuq; laborant, & numquam quiescūt, nunc opes, nunc honores, ac dignitates, nūc Principū fauores ꝑ fas & nefas E procurantes; quotidie mittunt nuncios, epistolas; & munera modo huic, mō illi, ut aliquid aucupētur, multis sępè desiderijs, & cupiditatibus æstuantes. nullā vnquam requiem habentes & velut nos vulgo dicimus, (sempre fanno castelli in aria) & quoniam hoc hominum genus, & conditio magna commiseratione digna esse videtur, ideo propheta quasi compatiens, & condolens huic eorum conditioni, væ terræ dicit, & nō onus; & ob id asserunt quidam, decem tantum onera expræssisse Esaiam, ait D. Hier: tropycè per eiusmodi terram Cymbali alarum vult designari eos qui nullam habent charitatem, vti dicebat Apostolus 1. ad Corinth. 13. Si charitatem non habeam factus sum velut æs sonans aut Cymbalū tinniens; & non solum cymbalum rauco concrepans sonitu, sed propter leuitatem sermonis cymbalum vocatur alarum, quales sunt Hæretici, qui sunt omni charitate destituti, & propter leuitatem sermonis in diuersas partes orbis velociter se, & sua dogmata protendunt. Et hac occasione D. Hier, satis acriter ecclesiasticorum socordiam, siue negligentiam taxat, quia (vt inquit) nullus eorum tantum habet studij in bono, quantum hæretici in malo, quippequi se multū lucrari existimant si alios decipiant, & ipsi perditi alios perdant. Veruntamē contingit Hæreticis velut his qui se tuto nauigare iactitant, aut alas habere ad volandum, sępè tamen in falsis fluctibus hærent & in medio cursu patiuntur naufragium, vel in terram decidūt: minatur ergo propheta sub his verbis hominibus vanis, & stultis, & quoniam horum infinitus est numerus, ideo non vni particulari Ciuitati, seu regioni comminatur, sed vniuersæ terræ quæ est velut cymbalum alarum: minatur etiam hæreticis, & nullam charitatem habentibus, quorum etiam longè maior est numerus, quam per nos existimari possit.

Sequitur deindè onus Aegypti per quem locum designantur quicunquè sunt conditionis adeò peruersæ, & male affectæ, quòd nolunt intelligere vt bene agant, & continue versantur in tenebris ignorantiæ, quandoquidem Aegyptus latinè, tenebra nuncupatur, profectò huic hominum generi iurè merito comminatur propheta, de quo dicit etiam Propheta Hier. c. 4. Quia tu sciētiam repulisti, & ego repellam te, ne sacrificio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiscar, & ego filiorū tuorū, &

Franciscus Forerius.

1. Cor. 13.

Hier. c. 4.

& Dauid præcatur Deum dicens, effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. et ps. 94. ipsi non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si intrabunt in requiem meam.

Et quoniam Aegyptii etiam tribulantes, siue angustiã patiêtes, sint alios ad stiam redigentes sunt idcirco ratione minatur illis Esaias onus, & supplicium, velut his, qui perturbant, affligũt & ad angustiam redigunt Dei seruos, & ministros. Dicitur etiam Aegyptus significare hunc mundum, qui totus in maligno positus est. Vnde nihil boni potest expectari ab eo, sed miseria prorsus calamitas, & pressura.

Postmodum prædicit Esaias aliud onus quod futurum est deserti maris: dicebamus enim supra in expositionis huius loci, quòd mare desertum nihil propè aliud significat ad litteram, quàm mare aridum, inaquosum piscibus destitutum, & nullam ex se habens aptitudinem qua possit nauigari quemadmodum dicimus Ciuitatem desertam, ac desolatam nullis, uel paucis habitatoribus excultã, & quoniam mare significat hoc seculum, ob id dicitur mare desertũ, hoc est seculũ bonis õnibus destitutũ. iuxtà illud cuiusdam Poetæ. in mũdo spes nulla boni spes nulla salutis. Quod mare appellatur seculum, testatur D. Hie. ex ps. 106. dum Propheta inquit. Qui descendunt mare in nauibus facientes operationẽ in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Per desertũ ergo mare intelligẽdi sunt homines merè seculares. i. seculi voluptatibus dediti, & præter ea quæ sæculi sunt nihil vltra sapientes, quibus omni iure, & omni ex causa comminatur Deus per Prophetam. Sed quoniam in eo capitulo ipsemet propheta videtur explicare per mare deserti ipsum intellexisse Babyloniam, ut scilicet quæ superius nimis obscure prædixerat nunc apertius explicaret: propterea sciendum non sine causa voluit appellare Babyloniam mare, ratione scilicet multitudinis gentium, quæ illuc

D. Hier.

A confluebat, & propter amplitudinem Ciuitatis, atque etiã propter aquarum copiam quę propè Ciuitatem extabãt. Dicit etiam, mare deserti, quoniam inter ipsam, & mare uerum, amplum, & satis horridum desertum visebatur. Afferuntur & alię rationes, quibus Babylon mare deserti appellabatur, sed nõ est opus eas omnes recensere, Nos in presẽtia expiscari conamur significationes, quę sumuntur ab interpraetationibus horum nominum. Nec satis pro-

B bo prophetam voluisse hoc loco per mare deserti intelligere Babyloniam, cum de ea superius fuerit locutus, sed ego nolo plus sapere, quam oportet sapere: constat enim quod D. Petrus uocat Babyloniam urbem Romam, dum prima epist. cap. 5. inquit. Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone collecta, vbi omnes per Babylonẽ ibi Romã intelligũt. Et fortassis de ipsaquo; loquebatur Esaias, At quis dicet non in-

C conuenit de eadẽ re pluries habere sermonem, quoniam ut inquit super cap. 19. Diuus Hieronymus moris est scripturarum, obscuris manifesta subdere Est etiam onus Duma. Duma quidem interpretatur silentium, uel similitudo, per quam designantur homines, qui uelut iumenta nunquam loquuntur & ex quorum ore numquam Dei laudes percipiuntur, aut refert il-

D los, qui, præ pudore, & verecundia non audent confiteri peccata sua, sed illa potius celare, & abscondere, omni studio, & arte nituntur, vt videantur boni corã hominibus, quippè qui ob hoc facinus perpetratum quotidie fiunt deteriores, vt dixit David. Quoniã tacui inueteraverunt ossa mea, qui bus tamen loquitur Deus. d. Conuertimini ad me filii conuertentes, & ego sanabo contritiones vestras. Qui ergo

E suam turpitudinem reuelare non erubuerint facile sanabuntur, iuxtà illud psal. Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitiam meam non abscondi, et quæ sequuntur. Et alibi scriptum est Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris.

Sequitur post hæc onus in Arabia. Arabia quidem dicitur vespera, aut vespertina

pertina, & alias quoq; habet interpretationes. Sed hęc nobis satis erit; cum enim vespera, siue hora vespertina sit principium noctis, ac tenebrarum, designat eos, qui cum incęperint delinquere, & in peccatis delectari, de resipiscẽtia numquam cogitant, & semper in tenebris uersantur, et in media nocte consistunt, dum ad summum delictorum peruenerint, quo de sua ipsorum salute nulla ãplius potest haberi spes

Prouer. 16. iuxta illud prophetę Impius cũ in profundum uenerit peccatorum contemnit. Præterea sequitur aliud onus super uallẽ visionis, predictũ. Quid autẽ per uallem visionis propheta intellexerit, non est satis perspicuum. D. Hier. una cum plerisque aliis per uallem visionis intelligit Ciuitatem Hierusalẽ, & certè mirum est quo pacto Hierusalem possit appellari vallis cum fuerit constructa super montes: sed dicunt aliqui posse dici uallem, quia erant uastissimæ valles, quę intercedebãt inter illos montes super quibus erat ædificata, & propterea nominat ipsam, vallem ab imo Ciuitatis: mysticè uerò, et figuratiue dicebatur vallis ampliatiuè, pro eoquod est, uel erit, quia scilicet cõplananda erat et in similitudinem uallis redigenda. Dicitur vallis visionis, quia in ista Ciuitate multæ visiones, et prodigia cælitus fiebant, et ibi multi prophetę, hoc est videntes morabantur, qui passim multas visiones a Deo habuerunt. Per hanc ergo uallem uisionis (teste D. Hier.) significantur, qui cum fuerint creati, et constituti a Deo in aliquo eminenti gradu, et dignitate instar brutorum animalium propter

psal. 48. peccata sunt ad terrena depressi ut dicebat Dauid. Homo cum in honore

A esset non intellexit. Quo loco sunt reponendi, inquit ipse, omnes peruersorum dogmatum principes, qui corruerunt de sublimitate sensus sanctarum scripturarum, et ad humilia deuoluti sunt. Potest etiam Hierusalem appellari vallis, quia inter cęteras gentes Idolatras potest, et ipsa reponi, ut nequaquam mõs amplius appelletur. Postremò ponit Esaias inter pręscri-

B pta onera, onus Tyri cuius deuastatio calamitas, et pręssura superius fuit exposita. Et quoniam Tyrus significat angustiam, & tribulationem, designat eos qui malis cogitationibus perpetuò agitantur, & qui volentes diuites fieri, & dignitates aucupari, incidunt intentationes, & laqueos Diaboli, & desideria multa, & noxia, quæ detrahunt homines inprofundum. Sed quoniam post hęc decem onera Esaias cap. 30. prędi-

C cit aliud onus, quod est onus iumentorum Austri, dicimus per hæc iumenta Austri pręfigurari eos, qui cum prius Christi fidem apprehenderint, velut iumẽta, & animalia quadrupedia retrocedunt, & reuoluuntur ad Aegypti Symulachra, hoc est ad sęculi vanitates, & ludibria, de quibus dicebat Saluator. Nemo mittens manum ad aratrum, & as- Luc. 9.
piciens retro aptus est regno Dei. Et Paul. ad Heb. 6. Impossibile inquit est

D eos qui semel sunt illuminati & gustauerunt etiam donum cęleste, & participes fa cti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesq; sęculi venturi, & prolapsi sũt rursus renouari ad poenitentiã, rursũ crucifigentes sibimetipsi filium Dei, & ostentui habentes. Hęc de decem vel vndecim oneribus addere visum est. Heb. 6.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

ECCE Dominus dissipabit terram, & nudabit, eam & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. Et erit sicut populus, sic Sacerdos, & sicut Seruus, sic dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit, sicut foenerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est: verbum hoc luxit et defluxit, terra, et infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia trãsgressi sunt leges, mutauerunt ius, & dissipauerunt fœdus sempiternũ. Propter hoc maledictio vorabit terrã, & peccabunt habitatores eius: ideoq; insanient cultores eius, & relinquẽtur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est uitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cũ cantico non bibent vinum. amara erit potio bibentibus illam. Attrita est Ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis lætitia, translatum est gaudiũ terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum: quomodo si pauca oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea: & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominũ: in insulis maris nomẽ Domini Dei Israel. A finib⁹ terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et dixi: secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi væ mihi, præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorũ præuaricati sunt. Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit. Qui fugerit a voce formidinis, cadet in foueã & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo; quia catharactæ de excelsis apertæ sunt, & concutiẽtur fundamenta terræ. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione cammouebitur terra, agitatione agitabitur terra sicut ebrius & auferetur quasi tabernaculũ

vnius

vnius noctis: & grauabit eā iniquitas sua, & corruet, & non adijciet, ut resurgat. Et erit in die illa Visitabit Dominus super militiā cœli in excelso: & super Reges terræ, qui sunt super terrā· Et cōgregabuntur in congregatione unius fascis in lacū. & claudentur ibi in carcere: & post multos dies uisitabuntur. Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in Monte Sion, & in Ierusalem, & in cōspectu senm suorum fuerit glorificatus.

EXPLANATIO IN VIGESIMVMQVARTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

ECCE *Dominus dissipabit terram, & nudabit eam & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius &c.*

QVAE fuerit intentio huius sanctissimi Vatis, in hoc capitulo non facilè est videre, cum presertim expositores inter se (ut sæpè alibi) non conueniant. Quidam .n. volunt Prophetam hic prædicere vastationem terræ Iudeę, & præsertim eā, quæ futura est postrema post passionem Christi per exercitum Romanorū: apparet .n. pleraque, ferè omnia hic prædicta de illa postrema vastatione debere intelligi. Nec refert hoc loco nominari terram sic absolutè, vniuersam Iudęam, quoniam mos est scripturæ diuinę partem vnam ipsius Orbis, aut vniuersæ terræ habitabilis, appellare terram sine vlla additione. Quòd autem de ipsa terra Iudeæ sermonem habeat Propheta, patet ex verbis paulò infra appositis, vbi habetur, quòd relinquētur homines paucissimi, id quod in præfata vastatione facta per Romanos contigisse manifestum est. Cyrillus Alexandrinus vna cū plerisq. aliis existimat Prophetam, post quam recensuit quæ plerisq. gentibus grauamina ex ira diuina contigerunt.
A nunc quasi repetendo, & recapitulando quæ dixerat, tandem arbitratur de vniuersali iudicio, & de consumatione sęculi sermonem hoc loco haberi, Cuius opinionis est etiam Diuus Hieronymus, vult .n. quæ dicta fuerunt de particularibus quibusdam gentibus, nunc de vniuerso Orbe terrarum prædici, & prenunciari. Alii volunt (iuxtà sententiam Hebreorum) Prophetam hic loqui de euersione terræ
B Idumeę quandoquidem Idumæi fuerunt valde infesti, & molesti Iudęis dum fuerunt in captiuitatem adducti. Ego autem posteaquam super verba huius capituli diutius consideraui, in hanc tandem sentētiam deueni, ut non supra Iudęam, neque supra Idumeam, neq; aduersus locum vllū particularē, sed aduersus vniuersum Orbem terrarum Propheta fuerit vaticinatus. Et ratio est, quia absq; vlla causa fieret ista
C repetitio. Dicit ergò Propheta, Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eā Diuus Ambrosius considerans. Ecce, inquit, quasi manu sanctus Propheta demonstret, Et quasi oculis aduenientem videat iudicii diem, ita dicit' Ecce venit Dominus disperdere terram,

terram, immò quia in spiritu, quæ futura sunt, tamquam præsentia Prophetis reuelantur, ideò quę videbant, nobis quoq; demonstrare cupiebant, vt nos ad conuersionem ab errore reuocarent. Dicit ergo, Ecce Dominus dissipabit terram, omnia euertet, ac destruet, & in multas partes, & quidem minutissimas eam diuidet, & ad nihilum ferè ipsam deducet: nudabit eam, hoc est, omnibus bonis vacuam reddet, & nihil omnino boni reliquum erit: Vel nudabit terram, idest patefaciet impietatem, & iniquitatem cuiusq; quæ prius latebat, & de illis pœnas exiget. Tunc patebunt simulationes hypocritarum, & eorum, qui sub prætextu alicuius boni apparentis volebant aliis præesse. & superesse. Dicit Cyrill. quòd tunc aliquis nudatur, quando iusto Dei iudicio, ac irreuocabili sententia punitur. Quandiu enim Deus mala tollerat, & differt pœnas delinquentibus, latet quodammodo impiorum uita, & cuiusque vitæ facies, aut species modo quodam tegitur, & occultatur. Cum verò iram infligit, & de vno quoque dignum, ac debitum sumit supplicium, cuiusque supplicio affecti facies, ac persona denudatur. Qualis enim sit, & fuerit vnusquisque genus animaduersionis præmonstrat, siquidem verum est Deum redditurum vnicuique secundùm opera sua.

Et affliget faciem eius non solùm ob pœnam, quam sustinet, sed ob ignominiam, quam ex detectione suorum scelerum necessario patietur. Et hoc est quod habetur in textu 70 Interpretum, vbi legimus. Et affliget faciem eius, ipsi legunt, & reuelabit faciem eius. Quòd si hæc non ad homines, qui terram inhabitant, vt verius est, placeat referre, dicemus terram affligendam, cum arbores excinduntur, domus euertuntur, segetes comburuntur, & habitatores terræ dispergun tur per diuersas partes Orbis. Hæc quidem omnia tùm ad terram Iudeæ, cum fuerit destructa, ac dissipata à Romanis tùm etiam ad vniuersum orbem, cum aduenerit tempus consumationis sęculi, & futuri iudicii, absque

Affligere faciem locutio metaphorica.

A vllo negocio possunt aptari. Tametsi nonnulli posteriores ægre admodũ admittant, quę hoc loco dicuntur, ad vltimam Orbis consumationem debere referri, cum ibi nulla sit futura præda, nulla direptio. & nulla terræ dissipatio, aut hominum dispersio. Sed alii, quibus ego assentior, (ut iam dixi) contra volunt hęc eadem in die iudicii omnino esse futura, tunc enim habitatores terrę erunt disper- B si, hoc est diuisi, & segregati, & ad varia loca deputati pro qualitate premiorum, vel suppliciorum, quia tunc fiet separatio bonorum, & malorum. nudabit faciem terræ quia tunc omnes stabimus ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque, pro ut gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum, testimonium reddente conscientia ipsorum, & cogitationibus inter se inuicem accusantibus, aut C etiam defendentibus in die cum iudicabit Deus occulta hominum.

Et erit (supp. in die illa) sicut populus sic sacerdos, & sicut seruus sic Dominus eius, sicut Ancilla sic Domina eius. Sicut emens, sic ille qui vendit, sicut fenerator, sic is qui mutuum accipit, sicut qui repetit, sic qui debet. Tex. 2. Et vt vno verbo dicam, per hæc vult innuere Propheta quanta erit in consumatione sęculi vniuersi orbis rerũ confusio, & to- D tius terræ perturbatio, nulla erit graduũ distinctio, aut personarũ acceptio, et eadẽ erit obseruãtia, & respectus Sacerdotis vt populi, Domini, vt Serui, pauperis ac diuitis, omnes æqua lance pendentur, nulla certe erit apud Deũ acceptio personarum, sed sola erit ratio meritorum. Nulla tunc auctoritatis eminentia, nec diuitiarum copia poterit quicquam prodesse, sed pari loco, & æquali statu omnes sistemus ante Iu- E dicẽ, seu parui, seu magni, & cuiusuis sortis, ac conditionis; sola erit (vt diximus) meritorum discretio: Neque solũ penes Iudicem Deum erit eiusmodi æqualitas personarum, verùm & in Ecclesia Dei. Et cum primum Christus apparuerit in hunc mundum, hoc est pœnes acceptionem, aut collationem gratiæ nobis conferendæ.

Quo-

Quoniã in Christo Iesù, non est seruus neq; liber, neq; est distinctio Iudæi, & Græci sed est diues in õnes qui inuocãt illum; & plerumque accidit ex domino quempiam fieri seruum, & ex diuite pauperem, quamadmodum apud Lucam legimus Dominam dixisse. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes: plerumque etiam contingit ex Sacerdote fieri subditum, vt supra cap. 22. vidimus de Sobna, qui ex Sũmo Sacerdote, & Præposito templi fuit de ministerio depositus, & abductus in captiuitatem. Sed quid aliorum exẽpla quærimus? cum id ipsum passim videre liceat in Curia Romana? Vbi plerique ex seruis, & famulis, & aliorum obsequio mancipatis, efficiuntur Domini, & quidem Primarii, ac summi Saderdotes, & è contra qui antea erant Domini, & aliorum Duces, & Patroni, efficiuntur Serui, & quandoque eorumdem, quibus aliquando fuerant dominati. Et ne longius uager, id mihi quidem (Deo sic volẽte) aliqua ex parte contigisse, nemo est qui nesciat. Quasi dictorum summam colligens Propheta repetit dicens. *dissipatione dissipabitur terra, et direptione prædabitur.* Dissipatione dissipabitur, hoc est verè, & realiter dissipabitur, & diuturna, aut etiam perpetua erit ista dissipatio, scilicet nũquam amplius redibit in idem, aut dissipabitur quoad bona stabilia: et prædabitur penes res mobiles: vt notat D. Tho. Et ne crẽdas quòd ait Propheta irritum fore, & inane & velut quid fictitium, subdit Propheta dicens. Domin⁹ enim loquutus est verbum hoc q.d. verbum omnino tremendum, neque ullo pacto contemptui habendum, quia nõ est verbum hominum, non consiliũ hominis, ac deliberatio, sed est ipsius Dei, cuius dicere est facere. neque .n. Deus est uelut homo, qui mutetur, & mentiatur. Deinde sequitur Esaias describens magis specialiter effectus iræ Dei, & inquit, *Luxit, et defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ.* Terra luxit quãdoquidẽ afflicta ẽ, & tristitia cõbussit cor suũ i amaritudine posita est, neq; videtur ãplius exhilarescere neq; lætos & vagos reddit prætereũtes: defluxit, hoc est paulatim decidit, virtutem, & vigorẽ amisit, neq; amplius fructus, ac fruges emittere conspicitur, tristia enim & tetrica apparent omnia, dum belli gladio absumuntur homines, ædificia incenduntur, ac diruuntur, agri non nisi spinas, & tribulos emittunt, & aliqua belli detrimenta vndique conspiciuntur. & præterea infirmata est terra, hoc est, inutilis
B reddita, neque solidi quicquam habet: defluxit orbis, hoc est tota mundi regio, quæ dissipatione dissipata fuerit, et à sua stabilitate, & diuturnitate cecidit: denique infirmata est altitudo, hoc est nobilitas, & excellentia, nec non elatio populi terræ q.d. cum vastitas alicui terræ fuerit iniecta, altitudo, idest nobilitas, & magnificentia Primatuum & excelsorum, infirmabitur, & ad nihilum paulatim recidet, & quæ antea
C fortia putebantur, infirma reddentur, ac debilia quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Quęcunque autem hic de misero, & flebili statu ipsius terrę adducuntur, de Incolis, & habitatoribus eiusdem conueniẽter intelligantur necesse est, quæ si velimus ad regiones Iudeæ, ut aliqui dicunt, referri, nulli dubium, ea omnia in destructione, ac euersione ipsius Hyerusalem, et vniuersæ illius terrę Iudeę
D contigisse, vt verè dici possit, terram illam luxisse, & defluxisse, ac infirmatã esse et uidetur quasi orbis defluxisse, et altitudinem, ac nobilitatem populi illius terræ, fore infimatam, ac depressam. Altitudo quidem populi Iudęorũ valdè infirmata est, et declinata Populus .n. ille habebat legem, et prophetas, habebat multa dona spiritus sancti, et multis immunitatibus, et priuilegiis, erat honestata, qui tñ fuit in ima
E deiectus. Hoc idem multo magis de vniuersis populis, et gentibus vniuersæ terræ dicere possumus, et tamquã omnino futurum expectare, sic .n. scribit Iosep li. 7. de bel. Iudai. ca. 1. Erat inquit miserabilis terrę facies, nam quę antea arboribus, & paradisis ornata fuerat, ea tunc deserta, præcisis vndique arboribus cernebat, nec vllus, qui pridẽ Iudęam viderat alienigena, et suburbana pul-

Ioseph lib. 7 de bello iudaico

pulcherrimæ Ciuitatis cum eius solitudinem tunc violaret continere lacrymas poterat. Omnia nāq; insignia pulchritudinis bellū deleuerat, nec si quis subito aduenisset, qui pri⁹ locū sciuerat eū cognosceret, sed præsens quæreret Ciuitatē Vbi neq; antiquitas neq; ingentes diuitiæ, neq; per totū orbē terræ diffusa fama, nec magna religionis gloria quicquam uiuit quo minus pariet, ut d. Iosep. hoc eodem libro cap. 18. vbi etiā īquit quòd omnibus ferè occisis, & facultatibus omnibus direptis iussit Cæsar totā funditus dirui ciuitatē, ac tēplum, relictis tantū quibusdā turribus, quæ præter alias eminebāt, & parte quadā muri qua cingebat ab occidente Ciuitatem, Solida ac integra permanēte. At si volumus Prophetā hoc loco loqui de conflagratione totius orbis ante, uel propè diē iudicii quis dubitat eū futurum statū. & conditionē tunc vniuersę terræ, nec solū terra tunc lugebit, & efflued, & cætera quæ hic referuntur, sed ea omnia multo verius in reprobis, ac damnatis apparebūt; qui detrusi ad perpetuas inferorū pœnas, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis &c. hoc loco mihi prodest afferre dubiū quoddā à D. Amb. super his verbis nobis propositū, cum orbē defluxisse in hac mundi vastatione dicimus. Dicit. n. ille, & si nos grauia peccata cōmiserimus quid orbis deliquit? quid cœlum? quid terra? vt & illā disperdat. & cur perit tam pulcher ornatus? Angustia est animi (inquit ille, isthæc opinio nāq; pro mundo est quòd aduersus mundum nos arbitramur namq; propterea orbis terrarū soluendus est aliquando, vt sit requies fatigatis, non. n. decet semper laborare quemadmodum neq; athletæ; in stadio semper decertare cogūtur, defluendus est igitur, & finiendus quādoq; orbis, ut boni optata quiete potiantur, Sed non sistit hic gradum sanctissimus iste vates sed vlterius progreditur. d. *Et terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternū.* Infecta est quidē terra Iudeæ, & cōtaminata, & consequēter abominabilis effecta, in opprobriū,

D. Amb. lib. de Helia ca 21.

A in ignominiā, redacta, et horrori vniuerso orbi existens, & velut pestifera ab omnibus euitata. Idq; et contigit ab habitatoribus suis, seu propter scelus, ac delictum suorū habitatorū. Velut dicunt alii, sub habitatoribus suis, quòd perinde est. ac si dicamus tales fore eius habitatores, & eas esse eorum actiones, & opera, quòd sub eorū pedibus nō videatur posse subsistere, sed totā dimoueri, B et contremiscere. quemad modū innuitur Prou. 30. Quod autē terra dicatur pollui, & contaminari obscelera habitatorum, testis est Dau. ps. 105. Posuit terrā fructiferā in salsuginē à malatia habitātiū in ea, & quamuis reuera cōtigat aliquā terram fore odibilē, & abhominabilē ob malitiā habitantiū in ea, verūtn̄, et ea sm̄ se dicitur pollui, et cōtaminari, quādo. s. in sterilitatē, et solitudinē ac siccitatē redigitur, ita ut nullas C habeat fruges neq; ad aliquos fructus producendos habilis esse cognoscatur inquit. n. Cyril. terrā dici iniquā et impiā, et si sensus experspuaricari nesciat qaest īpiorū tutrix, ppea inquit Paul. ad Rō. ꝙ omnis creatura etiā nō volēs subiecta est vanitati; sed futurū est tēpus quo, & ipsa liberabitē a seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorū Dei qd̄ maximè erit in cōsumatione seculi, tūc vere dicere poterimus vniuersā terD rā alias īfectā, et corruptioni obnoxiā suæ claritati restitutā, Cur autē nūc sit huius qualitatis, et cōditionis miseræ, affert rationē Esa. dicēs. *Quia trāsgressi sūt leges mutauerūt ius dissipauerūt fœdus sempiternū*, quo dicto apparet Deū non absq; causa nobis inferre pœnas, et supplicia, dicūtur ergo incolæ, habitatores terrę fuisse trāsgressi leges nō vnus tm̄ uel alter sed ferè oēs, vt dicit Dau, ps. 13 Dn̄s de Cęlo prospexit sup filios hoE minū, vt videat si est intelligēs aut requirēs Deū. et tādē uidit ꝙ oēs declinauerūt simul inutiles. facti sūt, nō est qui faciat bonū nō est vsq; ad vnū. Quid ergo p leges? Quid per ius? et per fœdus sēpiternū, intelligi debet? dicit Nico. de Ly ꝙ p leges intelligit Esa. leges diuinas p ius leges positiuas, p fędus sēpiternū. ius naturęqd̄ in mētibus humanis est indelebiliter inscriptū D. Hie. videtur innuere

Terra infecta ab habitatoribus

Prou 30.

psal. 105.

Terra impia

Rom. 8.

psa. 13.

Quid per leges, & ius, & fœdus sēpite num. Lyranus.

nuere per legẽ accipi debere legem naturalem: per ius legem scriptam: per fœdus sempiternũ ĩtelligere debemus *Hieron y:* legẽ euangelicã sempiterno tẽpore duraturã. Nõnulli expositores moderni p leges intelligũt legẽ, seu præcepta iudicialia, quibus uita humana, & trãquillitas in republica solet cõseruari, p iure ceremonias intelligunt quibus Dei cultus prouehitur ac retinetur p fœdus sẽpiternũ intelligunt legẽ Decalogi, & præcepta moralia. Nonnulli etiã ex modernis peccatũ quo terra infecta est, ab habitatoribus suis, asserunt fuissẽ peccatũ illud execrandũ quo cruci Christũ affixerunt, nec dubiũ q propter illud grauissimũ crimen in alia crimina facile proruerũt, quibus, & leges, & iura, & quęcunq; fędera, & pacta inter eos, & Deũ inita, p culrecesserũt, ac dissoluta fuere.

Nulla istarum expositionum est reiicienda, quia nulla recedit aliqua ex parte à vero, sed ego crederẽ illam magis ipsius vatis intellectũ attingere, quę ponit legẽ naturalem, quæ naturaliter est nostris cordibus insculta: legẽ scriptã & postremò legẽ Euangelicã, quæ iure optimo potest nuncupari fœdus sempi- *Tex. 3.* ternũ, Ex his deducit Esaias hoc corrolariũ videlicet *propter hoc quia scilicet habitatores terrę*, & cum primis Iudæi transgressi sunt leges &c. *maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius.* vorabit inquam terram, totam absorbebit hoc est reddet inutilem omnino, & infructiferam, neque vlla illius pars erit quæ alicui hominum beneficio esse possit, tota erit sterilis tota inculta, & omni benedictione destituta, & hoc est dictu. malectio vorabit terram. i. tota erit maledicta, vt vera sit imprecatio facta à Deo populo Israel, si non seruauerit omnia quæ præcepta sunt ei, vt poteris videre Deutor. 28, & 29. cap. & alibi Deinde peccabunt habitatores eius, nõ *Deut 28. 29.* vtcumq; peccabunt, sed in peccatis insordescent & quodãmodo immergentur & velut alii tex. habẽt, peribũt habitatores terræ, pessum ibũt, exterminabũtur qui fuerint maledicti: vbi dubitatur à quibusdã Nũquid peccatũ sit eau sa maledictionis, aut è cõtra. Vide: D. Aug. Deinde insaniẽt cultores eius, hoc

A est amittent iudiciũ, & præ tristitiæ calamitate quã patientur erunt velut canes rabidi, & ipsi extra se ipsos egressi fuisse videbuntur, & reuera, si de Iudęis loquamur, profecto insanuisse cõpertum est, cum sæpius prouocauerint arma Romanorũ, & nullas conditiones pacis quas optimas Romani offerebãt accipere voluerunt & hanc insaniam, & fatuitatẽ, immisit illis Deus ob transgressionẽ suorũ præceptorũ, vt habes B Deut. 28, vbi scriptum est; percutiet te Dominus amẽtia, & cæcitate, & furore mentis. id quod vsu illis euenisse manifestum est. Deinde imprecatur illis Esaias dicens Et relinquẽtur homines pauci. Si persistamus in contemplatione destructionis Iudaicę, profectò pauci homines mãserũt, qñ maxima eorũ pars fuit peremptа gladio, pleriq; ducti captiui, & multi etiã ut deuincti, fuerũt adducti pro triũpho Exercitus Roma- C ni, uel etiã vt in spectaculis, & ludis cõducerentur cũ bestiis, & exponerentur feris laniendi et pleriq; fame per ẽpti vt supra. At si volumus altius mentẽ erigere, dicem⁹ omninò post excidiũ Iudeæ paucos remansisse, quia scilicet ex Iudæis pauci admodum fuere, qui fidẽ Christi fuerint amplexati, ut iuxta dictum Apostoli, reliquię tantum saluarentur; nec solum ex turba Iudæorum, verum etiam ex vniuersis habitatori- D bus terrę pauci quidẽ sint, qui salutẽ cõsequãtur iuxtà illud Saluatoris. Math. 20. Multi sũt vocati, pauci vero electi. *Mat. h. 22.* Prosequitur Esa. enarrare alia mala quę cõsequũtur ea quæ hactenus sunt prædicta. *Luxit uindemia, infirmata est uitis ingemuerunt omnes qui lętabantur corde.* *Vinea quomodo luget* In his verbis utitur Propheta vt sepe alias, similitudinibus a rebus inanimatis *Dicitur luge* desumptis. Vindemia. n. lugere nõ po- *re videntia* test, sed luctus est eorũ, qui ex ea modi- *quia sicut i* E cũ, aut nullũ fructũ perceperũt, infirma- *ea solet esse* ta est vitis, neq. etiã, & ipsa quę alias sole- *magnũ eam* bat fructũ protulit, cũ nõ haberet qui *deñ, illa in* eã coleret, & purgaret, atq; humi p stratã *die ...* surrigeret, & ãputaret superflua, & velut *eius re. ord'a* infirma, & omni ope destituta, nõ reddi- *lin ...* dit fructum, vt uerè dici potuerit, vi- *cruciatum...* neã illã miseriã fuisse, & male fortunatã; sed caueam⁹ nos, & qcũq. curã gerũt

 aui-

animarum, ne vineæ nostræ,& vindemiæ lugeant, ac deplorent. Eiusmodi luctus,&eiulatus ad Patrisfamilias aures deueniant. Ingemuerūt omnes qui lætabantur corde, qui scilicet hilaritatem et iucunditatem præseferebant in vultu: lætabantur corde qui, ex fructu vindemiæ inebriari solebant, quia vinum lætificat cor hominis. propterea vino destituti ingemuerūt omnes quorum corda vino lætificari solebant, et vltra. cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytheræ, non amplius audiebatur suauis sonitus, et melodia instrumentorum musicorum, sed omnia tetra, tristia, funesta omnia. præterea: Cum cantico non bibent uinum, nā si forte potauerint, non cum hilaritate, gaudio, et festiuitate, ut pridem solebant; vel hoc dictum. *Cum cantico non bibent uinum*, velut olim cantantes, et exultantes dicebant, comedamus, et bibamus cras .n. moriemur, amara erit potio bibentibus illā, quia ut legit Prouer. 14 Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii, luctus occupabit, et cap. 20. dicit Sapiens luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas, quicunq; his delectatur non erit sapiens. Proinde nulla debuit esse causa lætitiæ, et iubili bibentibus vinum, tantundem ergo erit dicere amara erit potio bibentibus illam, ac si dixisset, bibant et manducent quantum velint, nihil illis proderit. Quoniam plena erunt omnia moeroris, et tædij. Deinde magis explicat incommoda, quę superuenient vniuerso orbi, cum venerit consumatio, et cum primis regioni Iudeæ, dein cunctis vrbibus, et locis, quæ non sectata fuerint præcepta Dei quæcūq; fuerint illa d. ergo *Attrita est Ciuitas vanitatis clausa est omnis domus nullo introeunte*, quòd Hyerusalem post excidium Ciuitas vanitatis appelletur non est præter rem, tunc .n. fuit comminuta, et in pulverem redacta, propterea dicebatur ciuitas de solo titulo: sic etiam vniuersus orbis poterit ea die qua fuerit iudicandus nuncupari Ciuitas vanitatis, quòd vanitati subiecta est creatura omnis ista terrestris, et quicquid in ea reperitur vanum est, et instabile, nec diù duraturū; ipsi namq; cæli peribunt, & omnes sicut vestimētū veterascent, &c. aut per uanitatem intelligere possumus inordinationem, incompositionē, & omnimodam confusionem; quandoquidē instante mundi consumatione, omnia erunt incomposita, inordinata, & confusa, quēadmodū et Ciuitas, quę caret gubernatione, Iudicibus, Cōsiliariis, et Magistratibus, nec non legibus, & statutis, inordinata, incomposita et deniq; malis omnibus exposita, et prorsus adiudicata. *Clausa est omnis domus nullo introeunte*, quia scilicet extrinsecus est clausa, et omnis aditus in ędes interclusus, nam si foret intrinsecus, facilè posset aliquis ibi delitescere, et cōmorari, et pro arbitrio reserare: sic passim videmus tempore bellorū, et pestis domos manere obtectas, vacuas, ac desolatas, ita ut nullus in habitet. et præterea prohibitū erat à Romanis Ducibus, ne quis Iudęus illius Regionis Vrbes ingrederetur. At si loquamur de toto orbe (ut par est) clausa erit omnis Ciuitas, nullo introeunte, quia si omnes homines dispersi erūt, nullus poterit ingredi vllam Ciuitatē. At si p domū clausā volumus intelligere cœlum, nullus erit habitatorū terræ, qui possit illuc ingredi. Vide Vgo. Dicit deinde. *clamor erit super uino in plateis* idest tanta erit inopia vini, et reliquarum rerū victui humano necessariarū: per vinū nāq; hoc loco intelligitur quodcūq; alimētū, ut homines præ cupiditate illius, ac necessitate inter se vociferētur et clamēt, et magnos ciant rumores, quēadmodū ego vidi Romę anno domini 1558. dū Paulus 4. apostolicā sedem teneret, propter annonæ caritatem, et ob penuriā panis, et vini φ si hūc clamorem ob penuriā panis & vini in regione Iudeæ perceptū vis melius, et clarius pcipere, lege Iosep. li. 7. de bello Iu. ca. 7 qui ait. in ea obsidione nullū erat genus cibi, φ ipsi non comederent imo talia quę nullū brutorū animaliū nō horreret; deserta est ōnis lętitia, trāslatū est gaudiū terrę q.d cōpletum est et finitum omne gaudium nostrum, actum est de nobis, ioci, ludi, cantus, et tripudia iam sunt expleta, non

Prou. 14.
Cap. 20.
Hierusal. Ciuitas vanitatis

nō est eis vlterius vacandū trāslatū est gaudiū terrę. Per lætitiā et gaudiū nō penitus idē ītelligit vt etiā sup̄ diximus qa vnū ad interiorū animi iucūditate alterū vero ad exteriora refertur vel lętitia: opponit̄ tristitię gaudiū vero dolori cythara nostra conuersa est in luctū, relicta est ī vrbe solitudo quæ. n. antea solebat esse frequēs, & p̄clara (vt sup̄ dicebamus) nūc est ōnibus destituta & ab ōnibus derelicta, et maxima, imò potius horribilis solitudo: si de Ciuitate Hyerusalē loquamur, & deniq; in toto orbe, qui hoc loco vrbs appellatur, incredibilis erit cunctorum animantiū solitudo, & calamitas opprimet portas. Ea enim erit ciuitatis opprçssio, quòd nihil erit tutum, ac liberum, nec solū portæ, verū turres, & p̄pugnacula erūt collapsa, & destructa, & munitiones ōnes in terram deiectæ, & cōminutæ. Et ne quis fortassis existimet hęc esse mendacia, aut hominum inuenta, subuit Propheta ea non esse in quodā terrę angulo peracta, verū. *In medio terræ & in medio populorū*, itaq; omnibus erunt
4. p̄spicua, nec poterunt quēquā latere: quòd si de Iudęa sermo habeat̄, dici potest facta in medio terræ, quia asserunt eam esse constitutam circa medium orbis habitabilis; neq; vnquam potuisset quisquam imaginari, eam quandoq; in solitudinem esse redigendam; velut si quis de vrbe Roma, Venetiis, ac similibus talia enarraret (quòd Deus auertat) Quòd si de mundi conflagratione eiusmodi vaticinia intelligantur vti indubitanter intelligenda sunt (velut etiam glo. interlin. intelligit) itidē fore existimandum est. Quo verò intelligas quę, & quanta sit futura ista solitudo, & quàm pauci sint futuri superstites, uel in ea mundi conflagratione, uel in postrema Iudaicæ regionis deuastatione, affert iste vates hanc similitudinem. perinde, inquam, erit quomodo si paucæ oliuæ, quę remanserūt excutiantur ex olea; & quomodo racemi excipiantur cum fuerit finita vindemia. Non enim iustos cum impijs perditurus est dominus, iuxtà illud Ezech. 14. De Noe, Daniel. & Iob. Nulli profectò dubium, quòd paucæ admodum

A oliuæ, postquam fuerint excussę oleæ, & pauci quoq; racemi remanent uitibus appensi expleta uindemia. Hunc in modum qui post excidium supererint Iudęi, pauci admodum erunt, quoniam post euersionem factam per Tytum, & Vespasianum, qui ex Iudæis singulari beneficio, & hominum clementia relicti fuerint, postmodum per Hadrianum Imperatorem erūt & ipsi excisi, & de medio sublati: & per istos paucos homines, qui residui fuerunt, possumus ad huc eos intelligere, qui ex tanta Iudæorum multitudine Christi fidem appræhenderunt. Quòd si de conflagratione orbis loquamur, id omne uerissimum erit, & longè certius futurum, quàm in euersione iudęę. Quòd autem de his fuerit locutus, diuino spiritu afflatus ipse Esaias ex his quę immediate sequuntur facilè colligitur, cum subdit. *Hi leuabunt vocē suam, atque laudabunt; cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari.* hi profectò, qui remanserint, leuabunt uocē suā, cōtinere se nō poterūt, quin exclament, omnibus auditum faciant, quoniam excelsum est nomen Dei, & ipsū laudabunt, & magnificabunt, & gratias agent ei. Ex his uerbis applicatis ad eos qui sunt in regno cęlorū, quidā eliciunt in cęlis esse laudē uocalē, cū glorificatus fuerit Dn̄s. i. cum manifestata fuerit eius potentia, bonitas, & iustitia, id erit potissimum, cum in die iudicij apparebunt bonis præmia, improbis uerò ob eorum demerita pęnæ illatæ. At si de Iudæis, & reliquiis Israel prophetā locutū ītelligas. Cū glorificatus fuerit Dominus, eius gloria tunc erit patefacta quando fuerit prædicatum Euangelium, & gentes iugo Christi colla subegerint. Hinnient (inquam) de mari, hoc est, de mundo, qui uelut mare plenus est fluctibus, periculis, ac difficultatibus, & hoc uocabulo hinnire, uoluit Propheta īnuere īgēs gaudium, quod habituri sunt pauci illi, qui per Dei misericordiam relicti fuerint, ita ut uelut equi gestientes, & signa lętitię ostendentes, hinnisse dicātur. Alii p̄ mare plagā mūdi occidētalem accipi uolunt, ita ut valdè remo-

B, C, D, E (section letters in the inner margin)

Hinnire q̄d.

ti erunt, à regionibus Iudeę, cuiusmodi sũt qui in parte occidẽtali cõmorãtur hinnient, & summopere lętabuntur, & laudabunt Deum. Dici etiam potest eos de mari hinniise, quia scilicet et loco remoto ac satis tuto gaudium ostenderunt. Quidam alij ad allegoriam eminus accedentes, existimant per mare, hoc est, per occidens, intelligi posse diem illum quo occidente mũdo iustorum salus apparebit, iuxtà dictum Saluatoris. Cum incipient hęc fieri suspicite, & leuate capita uestra, quoniã ecce appropinquat redẽtio uestra.

Luc. 21.

5. *Propter hoc i doctrinis glorificate Dominũ Insulis maris nomen Domini Dei Israel.* Propter hoc (inquit) in doctrinis glorificate Dominum. q. d. quia iam audistis, quod sit premium uestrum, & quale sit Reproborum supplicium, in doctrinis, hoc est, in scientia, & cognitione Dei uobis qui reliqui estis per reuelationem tradita glorificate Dominum, notas facite uias eius, iustitiam uidelicet bonitatem, & misericordiã eius aut in doctrinis, idest postquam docti estis et instructi. Quidam hębreis addicti leguut. In cauernis glorificate deum non in doctrinis. Vel in doctrinis, idest scriptis Euangelius, & noui testamenti dogmatibus, in quibus re uera Dei bonitas, & sapientia, abundè manifestatur, *glorificate Deum: In Insulis maris, nomen Domini Dei Israel*, hoc est non solum in toto orbe nobis peruio, & tractabili, verum, & in insulis maris, hoc est, in locis aditu difficillimis, & in partibus remotissimis. laudate, & magnificate nomen Domini dei Israel, velut nostris temporibus Dei benignitate contigit, varias mundi partes à nobis remotissimas nuper repertas. in quibus prædicatur Euangelium Christi, eius fidẽ libentissimè appræhendisse, nec à filijs Israel, hoc est à veris Christi fidelibus duntaxat glorificatus est filius Dei, sed Pater, & filiꝰ mutuo se ipsos glorificãt vt legimꝰ Ioan. 17. Alij expositores, & ueteres, & moderni per insulas maris intelligunt Ecclesias Dei, siue dicatas Deo, quæ quidem sunt in hoc mari, hoc est in mundo varijs fluctibus agitato: Nec

Io. 16.

A dubium Ecclesias Dei multas, & varias, in hoc mundo subiisse hominum persecutiones: tametsi nunquam fuerint pœnitus deiectæ. Postremo sciendum, iuxta quorundam sententiam. Alium esse intellectum horum verborum, vt scilicet Propheta velit excitare quotquot christi fidem appręhenderint, siue contemplationi fuerint dediti, qui per eos qui versantur in doctrinis intelliguntur in doctrinis intelliguntur, siue
B in actione soleant versari, quos per eos qui insulis maris cohabitant voluit indicare: Omnes (inquam) istos monet ipse vates debeant glorificare Deum & laudare nomen Domini Israel: intendit ergo Propheta vtrosq; ad glorificandum Deum, & laudandum his verbis commouere & excitare. & velut iã voti compos fuerit effectus ipse Propheta, & hæc eius monita optatum fuerint sortita effectum, subdit. A finibus
C terræ laudes audiuimus gloriam iusti: Per fines terræ loca totius orbis remotissima intelligit; & iuxtà interpraetationem quorumdam, per fines terrę intelliguntur quatuor regiones orbis, quandoquidem in omnem terram exiuit sonus eorum, idest prædicantium, & in fines orbis terræ verba eorum, qui nimo dicunt aliqui etiam ab eis qui habitant in cauernis, & antris terræ, & locis abditissimis, & quibuscunq; sub
D sole existentibus etiam Barbarissimis nationibus Dei laudes emanarunt, & auditæ fuerunt iuxta illud ps. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Non nulli verò volunt hæc verba videlicet, à finibus terræ laudes audiuimus, esse electorum in die iudicii: sed quicquid sit, & a quocunq; dicantur sunt gloria iusti. i. cædunt in gloriam, laudem, & magnificentiam ipsius iusti, i. ipsius Chri
E qui solus est iustus, bonus, & inter mortuos liber. *Et dixi secretum meum mihi secretum meum mihi*, dixi (inquam) Intra memetipsum in spiritu, & in intimis cordis mei penetralibus secretum meum mihi, q. d. nolo plura loqui, nolo quicquam aliud effari, tacere, inquam oportet prohibitus sum à spiritu meo, ne quid aliud dicam, hoc est

quod

quod dicit, secretum meum mihi, & quò demostrat magnitudinem, & profunditatem mysterii quod silere visus erat, repetit, quę certè repetitio magna, habet emphasim; veruntamen sacrorum Interpretes opinantur hoc fore secretum, quod Esaias iudicabat fore occultandum, videlicet, reprobatio Iudeorum, & vocatio gentium; aut potius in aduentu Christi impios, è terra delendos, & reliquias salutem consecuturas, quæ duo oĩfariam euentura, sunt archana, & mysteria sacratissima, & humanis mẽtib⁹ prorsus imperceptibilia secretum meum mihi, q. d. hoc secretum est meum quia ego illud prædico, & prophetizo, & secretum mihi, idest mihi profuit non alijs qui non agnouerunt deum, & repætit, quia verbis & figuris mihi illud patefecit. quemadmodum etiam D. Paulus ad Ephesio 3. videtur innuere. d. sibi reuelatum esse sacramentum in misterio Christi quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiritu videlicet gentes esse cohęredes. & comparticipes promissionis Diuinę in Christo Iesu per Euangelium, & paulò infra inquit. Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hęc in gentibus euangelizzare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, &c. Nonnulli uolunt misteria quæ contienda esse putauit Esaias, fore Natiuitatem filii Dei: passionem, & mortem eius, quæ duo cum sint à se inuicem distincta, ob id existimant Prophetam repetiisse. d. Secretum meum mihi, secretum meũ mihi, prudenter enim credidit, & iudicauit nulli unquam hominum fore per suasum, Deum posse nasci, multo minus etiam mori: & verè quidem Deum posse nasci multo minus etiam mori: & verè quidem Deus, qua Deus & in eius diuinitate sola cõsistensneq; nasci, neq; mori poterat unquam: at qui vnitus est Deus homini, aut Deus assumpsit hominem ut pro hominum salute nasci posset, & mori, & cum homo naturaliter nunquam uellit mori, vnitus

A est Deo, ut uellet mori D. Christus .n. multa fecit vt homo, & multa quæ fieri non poterant nisi esset Deus. Christus enim ut homo esuriuit, ut Deus quinque millia hominum ex quinque panibus satiauit, quasi homo in Cruce pependit, velut Deus latronem in cœlum deduxit, Christus tandem ut homo iuquit: Pater maior me est, ut Deus ego & pater unum sumus. Cum verò in profundam tantorum misteriorum
B contemplationem Propheta traheretur, agnosceretq; humani intellectus imbecillitatem, noluit vltra progredi, sed inquit, secretum meum mihi, secretum meum mihi. q̂. d. non possum explicare cuncta quæ noui hæret lingua palato, & vox faucibus hæsit, sed interim nõ possum inquit, quem percipito, & sentio continere dolorem, ob perditionem, ac reprobationem meæ gentis: Proinde subdit. Vę mihi qui fie-
C ri poterit, vt populus tam gratus, & dilectus Deo meo in tanta multitudine debeat deleri, & tot Dei promissionibus tantopere fraudari? vt pauci admodũ ex eo sint salutem consecuturi? Post modum in se ipsum reuersus, & cognito ob eorum culpam, & insignem peruicaciam id euenturum apponit hæc verba. *Prauaricantes, prauaricati sunt, & preuaricatione transgressorum prauaricati sunt*. quio etiam loco frequenter re-
D petit idem, vt eiusmodi repetitione tam frequenti insinuet multitudinem peccantium seu peccarorum, & grauitatem peccatorum, & præsertim grauitatem illius magni excessus, quo filium Dei cruci affixerũt. & D. Hieronymus *D. Hierony* existimat hanc esse causam luctus, & gemitus Prophetæ ob quam dixit bis. secretum meum mihi, quia intuebatur, & spiritu præuidebat, quàm maxime deliquerint Iudæi, & præuaricati fue-
E rint legem Dei & non absq; misterio. quater hic apponitur nomen siue dictio preuaricationis. Primo quidem innuitur peccatum blasphemię quo Christi humanitatem iniuriis lacessebant. d. Ecce homo uorax, potator vini, & amicus Publicanorum deinde detrahebãt Christi diuinitati, Demoni eius miracula tribuentes, cum dicebant in Beelzebub

Prauaricationes Iudæorum.

zebub

zebub Principe Demoniorum eiicit Demonia.

Præuaricationes Iudæorum. Tertio sunt præuaricati, & quidem maximè ipsius necem procurantes, cũ magnis vocibus clamabant crucifige, crucifige eum. Postremò in discipulis, ac sectatoribus suis ipsum persequentes, edicto prohibentes, ne in nomine Christi prędicarent, & siquis confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Non ergò ab re vsus est Propheta hoc modo loquendi; quippe qui non consueuit in eius uaticiniis quicquã absq; mysterio proloqui. Dici etiã potest nõ absquè mysterio quater locutumde prçuaricatione, vt comprehendat peccata quæ corde, ore, & opere & consuetudine perperantur.

Cum graues culpas, & enormissima Iudæorum delicta, ea repetitione fuerint insinuata, predicit Esaias graues et pœnas; & suplicia, quæ eos manẽt.d.

Tex. 6. *Formido, & fouea & laqueus super te qui habitato res terra.*

Tu videlicet qui corde, uiribus, & corpore terram colis, & in habitas, & nihil nisi terrena sapis, & requiris. Enumerat autem hæc malorum diuersa genera, quo ostendat mala, pænas & incommoda, & res aduersas se inuicem consequi, & contingit plerunque, qui vult effugere vnum incidat in aliud, quemadmodum vulgò dici solet. *Quid per formidinem foueam & laqueum.* Infortunia non sola, sed vt plurimum associata, & unum post aliud euenire solent, & qui vult, aut enititur vnum effugere, incidit in aliud, & plerumq; acerbius, & intollerabilius. Vt vulgo dici solet. Incidit in Syllam cupiens vitare Carybdim. D. Cyrillus sic exponit, timor (inquit) fouea, & laqueus, idest omnia genera malorũ, super vos & à calamitate nullum eritsuffugium, nec declinatio, sed si forte quis vnum malorum effugerit, capietur altero, & vbiquè ac semper aliquo malorum comprçhendetur; hoc contigit Iudæis post crucem Domini, quandoquidem formido, fouea, & laqueus, & deniq: omnia mala illis aduenerunt, & præsertim cum obsessa fuit ciuitas Hierosolyma: formido quidem inerat eis, et ferè cordibus infixa ob exercitum Romanorum: fouea in quã passim proruebant, pestis, & fames quę dira, & incredibilis erat. Laqueus verò illis erat iniectus ob seditiones, & bellum domesticum, adeò ut si quis Romanorum arma euitaret, fame aut pestilentia mortem obibat, & si qui forte ex his malis euaderet, domesticis seditionibus erat irretitus; aut si ad Romanos confugeret, compræhensus occidebatur ab illis; bene ergo dicit hoc loco noster Esaias, qui fugerit à voce formidinis cadet in foueam, & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo, et consonant ea quæ hoc loco à Propheta dicuntur, his quæ exodi. 15. leguntur, v3. formido, & pauor in magnitudine brachii tui: *Exod. 15.* Nec solum de Iudæa hęc prędicta esse quis arbitretur (vt quidam opinantur) verum, & de plerisq; aliis regionibus, et oppidis, in quibus aliquando hęc eadem, et multa alia contingunt infortunia, quemadmodum hoc ipso tempore quo hęc scribimus. in plerisquè ciuitatibus, & oppidis Regni Galliæ, et prę cæteris omnibus, in amplissima, & nobilissima Lutetiorum Ciuitate, summo, & incredibili bonorum omnium dolore contigisse audiuimus, & deniq; in ipsa totius orbis conflagratione euentura esse, nemo est qui dubitet. Sed quid ad Iudeæ, et totius mundi euentura mala animum adiicimus? cũ vnicuiq; nostrum qui habitator est terrę, qui scilicet nihil nisi terrena cogitat, nihil aliud cupit, nihil loquitur, ac deniq; nihil nisi terrenum & fragile operatur, super quem accidit formido, laqueus, & fouea? Namq; si quis peccat, à formidine inuaditur; & si in peccato diutius persistit, in foueam cadit, quòd si ex fouea, & ex diuturna peccandi cõsuetudine non se explicat, laqueo iniicitur, i. obstinatione, & pertinacia peccandi, quo laqueo manebit irretitus. Dicit enim Aug: in trac. de Cath. cap. 1. ex sententia D. Cypriani, quòd si depresseris auaritiã, esuriet libido, si fuerit suppręssa, succedit ãbitio, & si ãbitio fueritdeuicta, succedet ira, Zelus, & inuidia cum cæteris sui pestiferis sociis, & satellitibus in vnum coactis. *Aug. in tra. de cath. ca. 1.*

Huius autem animaduersionis in prę uaricatores causa nunc exponitur, ab au-

authore. d. Id nempè fiet quia catharactæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. catharactę .i. fenestræ, aut hostia cęli aperta sunt, vt scilicet videat dominus quę infra cęlum sunt, & quæ fiũt super terrã, qualia scilicet sunt opera mortalium: et concutientur fundamenta terræ, idest omnia præsidia, et propugnacula quibus terreni homines nitebantur, facilè ruent, et pessumibunt, et quo apertius hęc ruina declaretur, sequitur Propheta, et inquit.

Tex. 7. *Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius.*

Enumerat ferè omnes modos quibus aliquid corrumpi potest, ac deperdi, et nunquàm amplius in integrũ restitui; vsus hoc modo loquendi, confractione confringetur terra, hoc est, in plures partes, ac frusta diuidetur ad ostendendum uerè, et realiter, ac perfectè eam confringendam, et sic de aliis; dicit enim D. Thom. (D. Thom.) quòd q̃ magnæ sunt quantitatis, confringuntur; quę uerò minoris, conteruntur; et quæ stabilitate gaudent commouebuntur; et quę motu interno, vel etiam externo potiuntur, agitabuntur, non secus ac ebrius, qui (ut inquit D. Hieron:) (D. Hieronymus.) ebrietatis vitio laborans, nescit quid agat, et neruis ebrietate hebescentibus, nec pedes, nec caput, aut ulla pars corporis suo in officio continetur. Sic propemodum omnis terra, idest quicunq. homines versantur in terra, ac terram colũt, & res terrenas affectant, malorum magnitudine, ac suppliciorum perpessione uelut ebrii erunt, et obstupescent ad cuncta quę uident.

Corpora prę sertim mixta quatuor modis dissoluuntur sed hi quattuor modi respõdẽt quatuor modis quib' deum offendimus.

Alii referunt hos terrę motus, ac perturbationes, ad illud tempus quo Christus Dominus fuit in crucẽ actus, tunc enim proculdubio contigerunt hęc omnia, terra mota est, templum concussum, velum templi scissum, reseratę valuæ, quę cum essent ferreę nõ nisi à magna hominum multitudine claudi, et recludi solebant: et paulò post cędem uisę fuerunt in expugnatione ciuitatis Hierosolymę, & aliarũ

A illius regionis vrbium exseipsis apertę et patefactę. Tunc vltra: sed hæc omnia uerius et magis erunt in consumatione sæculi, vt est uidere apud Lucam 21.

Et auferetur quasi tabernaculum unius noctis, & grauabit eam iniquitas sua & corruet, & non adijciet ut resurgat.

Hoc est postremum omnium quę passura est Iudęa, et postmodum in die Iudicij uniuersus orbis malorum, et
B supliciorum: Auferetur (inquam) seu tolletur, et transferetur Regnum Iudaicum, et uniuersa eius pompa, & gloria, quasi tabernaculum vnius noctis confictum. s. et compactum pro requie tantum vnius noctis, hoc est, facilè, et cito destruendum, aut aliò comportandum, quemadmodum sunt tabernacula, seu tuguria quibus vtuntur Pastores, dum greges ouium de loco ad locũ singulo quoq; die deducunt. Hac similitu-
C dine nonnulli volunt describi tempus, quo Sinagoga, & lex Moysis erat duratura, quandoquidem cum ea esset vmbra legis nouæ, vna tantum nocte, quę fuit vsquè ad tempora Euangelij, erat duratura. quando igitur diei lux apparuit & ueritas innotuit, vmbram recedere necessum fuit. Quemadmodum: d. Paul. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et ob quã causam oportuit tám citò amouere, & de medio tol-
D lere Iudæam? d. Propheta, quia iniquitas sua, peccatum suum grauabat eam, quæ grauitas erat in causa quòd facilè, & celeriter posset auferri: quia quanto maius, & grauius est aliquod pondus, eo celerius, ac facilius in terram deiicitur: & corruet, & non adijciet, vt resurgat; sic quidem de Iudæa contigit, cuius peccati, & iniquitatis tanta fuit grauitas, qua in Dei filium impegerunt, quòd non poterant amplius resurgere,
E neq; è terra subleuari; & horum sanè malorum, & pœnarum id fuit in causa, quia catharactæ cęli apertæ sunt, hoc est, ipse Deus, postea quàm per aliquot sęcula velut obdormiret, neq; agnoscere uideretur Iudæorũ peccata dissimularit; tandem aperuit oculos, & cuncta eorum opera uidit, & considerauit: nec voluit diutius differre, quin ea puniret;

niret: propterea d. psal. 33. Vultus Domini super facientes mala, vt perderet de terra memoriam eorum: Neq; vlli dubium esse debet hęc de Iudęa, & Hyerusalem omninò esse futura; quia scilicet ita corruet, ut nunquam amplius debeat resurgere, idest nūquàm amplius instauranda, & ad pristinum splendorē, ac dignitatem restituenda. Sed quid prohibet hęc omnia dici de hoc sęculo nequàm? vnde cum dicit non adiiciat vt resurgat, vult innuere Propheta ꝙ iniquitas terræ erit adeò grauata, quòd non erit amplius apta habitationi hominum, & animalium. Aduertit hoc loco D. Hieronymus ne quis fortè in errorem labatur, existimans Prophetam negare resurrectionem hominum. Resurgent vtiq; omnes, tàm boni quàm mali, et animæ recipient quæ prius deposuerant corpora, & qui bona egerūt, ibunt in uitam æternam, qui verò mala in ignem æternum: & tandem circa finem huius capituli vaticinatur Esaias & prædicit nonnulla, quæ maximam sunt consolationem allatura iis, qui bene egerint, quemadmodum luctum, & moerorē immensum & interminabilem, et iis qui in malo pertinaces extiterint, vt hoc Dei iudicio perspecto, suæ saluti quàmprimum omnes prospiciant,

Verba tex. 8. *Et erit in die illa visitabit Dominus super militiam cœli in excelsō, & super Reges terræ, qui sunt super terram. Et congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur, &c.*

Inquit. Et erit in die illa, qua s. fuerit statutum à Domino, & cum acceperit tempus. Visitabit Dominus super militiam Cœli in excelso; hęc particula multas habet expositiones, quas omnes (si Deo placet) volo recēsere. Neuè quis miretur nos afferre tot expositiones, quia ut inquit D. Hieronymus hic propheta tantis est obscuritatibus inuolutus, ut difficilè admodum sit paucis verbis eius sensum esplicare, nos illum imitati scribimus hęc vel potius excipimus in vtilitatem studiosorum, non in gratiam eorum, qui omnia fastidiūt, & sugillant. Prima est, quòd per mili-

A tiam cœli intelligendi sint Angeli cœlestes, tùm qui diuinæ Maiestati semper assistunt, tùm qui ad alia pro hominibus mynisteria peragenda sunt deputati. At qd ī huiusmodi visitatione dignū efficietur? Dicunt quidam ex nostris, multas ob causas fieri àb omnipotente Deo. Est enim quædam visitatio condemnationis, qua quis ob demerita condemnatur: alia, qua uisitati corrigūtur: tertia, est uisitatio consolationis.

B Cœlestes ergo illos spiritus uisitabit Deus, tamquam eos, qui fuerunt administratorū ad eorum salutem procurandam, qui æternæ hęreditatis participes sunt futuri. Hi quidem quamquam sint in gratia confirmati, & Diuini amoris igne succensi, visitandi erunt tamquam hi, qui non sunt omninò liberi à quocunq; defectu, nō priuatiuè, sed negatiue accepto. legimus enim ī Iob. quòd in Angelis suis Deus reperit pra- *Iob. cap. 4.*

C uitatem, Præterea dicunt aliqui, & longè meli⁹ decuit cœlestes Angelos uisitari, ut ex præsentia creatoris sui augeretur in eis gaudium, et consolatio, Secūda expositio est, quòd per militiam cœli intelligi debeant astra Cœli, ut sol, & luna, & quæcunq; Sydera producta à Deo, tum ad utilitatem hominum, tū ad ornatum corporum cœlestiū. Quod hæc expositio non sit incōcinna, ex 4. lib. Reg. 21. et alibi facilè coniicitur *Militia cœli quæ sit.* *4. reg. 21.*

D Vbi habetur quod Manasses adorauit omnem militiam Cœli, et coluit eam, per quam dubio procul intellexit solē, et lunam & sidera. Tertia expō est, per militiam cœli intelligendos esse ministros, et præfectos Ecclesiæ, qui sunt uelut Angeli Dei in cœlo, uisitabit (inquam) hos deus, quia exposcet ab eis rationē sui ministerii, & requiret, quēadmodum pauerint gregem suum.

Alii per militiam cœli intelligunt aereas potestates, et eorum principem,

E qui dictus est Lucifer; nam & si fuerit peccati pater, et author, quoniam propter antiquam eius gloriam, & venustatem priusquam, laberetur, lucifer dicebatur, ea ratione placuit Prophetæ eundem unà cum suis satellitibus militiam cęli appellare. et D, Hieronymus ab hac sententia non uidetur dis-

sentire

ſentire, Alii in hac militia cœli præter Demones reponunt etiam Prophetas & prænuncios AntiXpi. Sed D. Cyrillus præter hanc expoſitionem imaginatur per militiam cœli, quam Propheta à Domino viſitandam eſſe prædicit, non ſolum Angelos, aut Demones, aut quicquam aliud intelligere debeamus, Verum, eos qui adeò ſtulti erunt, & ignari, vt harum creaturarum ſiuè cęleſtium, ſiuè tereſtrium pulchritudinem & excellentiam admirati, velut creatorem, & Dominatorem omnium fuerint venerati, hos ergo viſitabit Domin⁹ in die Iudicij: viſitabit (inquã) non vt corrigat, aut conſoletur, ſed vt condemnet, & ad infernum detrudat. Propterea d. Propheta in die illa viſitabit Dominus, non militiam Cœli, ſed ſuper militiam cœli, videlicet aduerſus eos, qui adorant militiam cœli: viſitabit etiam ſuper Reges terræ, qui ſũt ſuper terram expoſcens ab eis, & requirens rationem ſui regiminis & poteſtatis. Vbi nota ſi per militiam cœli capiamus miniſtros Eccleſiæ, videbis eos in excelſo conſtitutos, hos autem qui ſunt Reges terræ, in terra, & ſuper terra, ſuam ſedem habere: vnde facilè potes conijcere quantum Eccleſiæ myniſtri, huius mundi Regibus debeant ꝓferri. Sed quicũq; ſint iſti ſiue maiores ſiue miores cõgregabuntur oẽs (inquit Propheta) in congregatione vnius faſcis, quemadmodum multi baculi, aut virgę, ſeu calami congregantur, & colligantur ſimul, & rediguntur in faſciculum vt conijciantur in ignem; ſic omnes iſti tàm magni, quàm parui, tàm qui in excelſo, & ſublimi loco, quàm qui ſunt in terra conſtituti, congregabuntur, & ligabuntur inſtar unius faſcis, & proijcientur in lacum, ideſt in locum circunclusum, & obſignatum; vnde non poterunt amplius egredi, & claudentur ibi in carcere, uſquè ad diẽ Iudicii: *Et poſt multos dies uiſitabuntur.* Sic etiam legimus apud Matthęum. Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicẽ, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hędis, & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hædos aũt. a ſiniſtris, et poſt multos dies uiſitabũtur. ſi in illa die congregabuntur omnes in congregatione vnius faſcis, quomodo ſeparati erũt ab inuicẽ, quidam a dextris quidam à ſiniſtris, facilis eſt ſolutio reddendo ſingula ſingulis, qui uerò erunt tanquam zizania erunt alligati in faſciculos ad comburendum, Matth. capitu. 13. Si lacus iſte intelligitur de lacu inferiori, hoc eſt, de loco inferni, non omnes Eccleſiæ miniſtri, & Principes terræ illic claudentur, & detinebuntur uſq; ad diem iudicii, uerum de his dũtaxat qui non legitimè, nec rectè ſuis muneribus defuncti fuerĩt, & abſq; pęnitentiæ lauacro hinc receſſerint, at ſi de loco, alio quemadmodum eſt locus ille, quẽ nos Purgatorium uocamus, aut ille in quo ſancti Patres ante Chriſti paſsionem & priuſquam ipſe à mortuis reſurrexiſſet, detinebantur. Prophetam loqui putemus, nulli dubium quòd, & hi, & illi poſt aliquos dies uiſitabuntur, uiſitatione (inquam gaudii, & cõſolationis. Quidam ex Modernis exiſtimant hanc congregationem miniſtrorum, & Regum terræ, & in carcere clauſorum, intelligi debere de iis omnibus, qui ſub peccato infidelitatis velut ĩ carcere teterrimo erunt detenti, quouſq; plenitudo gẽtiũ ĩtrauerit, qñquidẽ omnes peccauerunt & egent gloria Dei, tunc uerò plerique ſaluabũtur. Sed omiſsis omnibus his, arbitror hanc eſſe ueram, & germanam huius loci intelligentiam, quòd poſt multos dies omnes uiſitabuntur, tam boni quàm mali, & vnà cum corporibus iam olim depoſitis omnes reſurgent, nonnulli quidẽ in reſurrectionem uitæ, quidam uerò in reſurrectionem iudicii. quemadmodum D. Paulus etiam atteſtatur. d. omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Nec uerò per hęc uerba quis imaginetur ueram eſſe opinionem Iudæorum aſſerentium, eos quoquè poſt multos dies eſſe uiſitandos & in priorem ſtatum, ac dignitatem, & longè meliorem, ac excellentiorem eſſe reſtituendos, multò minus opinionem Origenis audeant approbare d. Poſt multos dies, ideſt poſt diẽ in-

Matth. 25
Matth. 13

Iudicii tàm boni, quàm mali, & homines, & Angeli, quin & Demones ipsi uisitabuntur, et saluabuntur iuxta illud psal. Homines, et iumenta saluabis Domine, cuius opinio nullo pacto est admittenda, neque ullum ex uerbis Prophetæ habet robur, quandoquidem (ut ait D. Hiernoymus) textus habet, post multos dies uisitabuntur, non autem explicat à Deo, uel ab Angelis, sed absolutè duntaxat. Tandem in calce huius capitis uaticinatur Esaias tunc gloriam Dei, et eius maiestatem, ac fortitudinem omnibus patefaciendam, et inquit.

Tex. 9. *Et erubescet luna, & confundetur sol cum regnauerit Dominus exercituum in monte Syon, & in Hierusalem.*

Idest in Ecclesia cœlesti, tranquilla, et pacifica et ibi tanquam in specula intuebitur, ac inspiciet omnem creaturam, et *in conspectu senum suorum fuerit glorificatus*, Idest gloriosus, terribilis, et magnus super omnes existens; apparebit, in conspectu (inquam) senum suorum, hoc est, Abraham, Isaac, et Iacob, et aliorum Patrum ueteris testamenti, nec non in conspectu, et præsentia suorum Discipulorum, et quicunquè uirtute, sapientia, ac bonitate fuerint decorati. Hi omnes iure optimo inter senes sunt anumerandi, iuxtà illud Salomonis: Sap 4. Cani sunt sensus hominis, et ætas senectutis uita immaculata qui igitur prudentia, et intelligentia fuerint exornati hi sunt senes, de quibus loquebatur hic propheta cum supra cap. 3. d. Dominus ad iudicandum ueniet cum senibus populi sui. In conspectu (inquam) Dei, erubescet luna, et confundetur sol, non quidem quòd ullum istorum Syderum deprimatur, et amittat splendorem suum, sed in conspectu Dei, et in comparatione eius, sol, et luna erubescent, et confundentur, quia, uidelicet, non audebunt, pudefient ante Dei faciem sistere, et uideri, quemadmodum etiam apud Ezechielem legimus, quòd animalia, quæ sistebant ante thronum Dei, uelabant facies suas, Quòd si luna, et sol quæ maximè splendescunt, & Angeli ipsi non sunt mundi in conspectu Dei, quid faciemus nos miseri homunculi, qui tot maculis, et criminibus turpissime sumus defedati? Rogemus Dominum Deum nostrum, ut sua benignitate, & misericordia abstergat maculas cordium nostrorum, et suæ gratiæ nos faciat participes, ut una cum senibus, et electis suis, tuti possimus in die iudicii ante eius conspectum induti stolis albis assistere, et comparere. Amen.

Et sic est finis expositionis huius Capit. XXIIIJ.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.


Ominus Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor 1.
nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitatio-
nes antiquas. fideles, amen, Quia posuisti ciuita- 2.
tatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, do-
mum alienorum: vt non sit ciuitas, & in sempiter
num non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas
gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo paupe-
ri, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes á turbine, vmbra-
culum ab æstu. Spiritus enim robustorum quasi turbo pellens
parietem. Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis:
& quasi calore sub nubi torrente propaginem fortium marcesce-
re facies. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in mõ- 3.
te hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium
medullatorum, uindemiæ defecatæ. Et præcipitabit in monte
isto faciem uinculi colligati super omnes populos & telam quam
orditus est super oẽs nationes. Præcipitabit mortem in sempiter-
num: Et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & op- 4.
probrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus lo
cutus est. Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, expectaui-
mus eum, exultabimus, & lætabimur in salutari eius. Quia
requiescet manus Domini in monte isto: & triturabitur sub eo,
sicuti teruntur paleæ in plaustro. Et extendet manus suas sub eo,
sicut extendit natãs ad natandum: humiliabit gloriã eius cum al
lisione manuũ eius. munimẽta sublimiũ murorũ tuorũ concident,
& humiliabuntur, & detrahentur in terra vsq; ad puluerem.

EXPLANATIO IN VIGESIMVM QVINTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & cõfitebor nomini tuo, quoniã fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amẽ.*

Summa præsentis cap. MVLTA sunt, quę in pręsẽti capite pertractãtur: sed ad duo summatim reducũtur; ad laudes, & gratiarum actiones; deĩde ad vaticinia q̃dã rerũ futurarũ, quibus nobis immensa Dei beneficia prædicuntur. Prius ergò Propheta velut ex abrupto incipit à laudibus, & gratiarũ actionibus ergà ipsum Deum, sed quã ob rem hoc loco id egerit, diuersi diuersa sentiunt. D. Hieron: quem velut ducem, & antesignanum omni iure mihi proposui, existimat ipsum Prophetam agere gratias Deo Patri de iustissimo illo, ac seuerissimo iudicio, q̃ post cõsu-

 ma-

mationē sęculi facturus esse pdicitur,& de passione Iesu Xpi Dñi Nri. Eusebius Cæsar. arbitratur hoc loco Prophetā agere grās ipsi Deo pro redēptione generis humani,& p destructione regionis Iudeę, in q̄ ferè sñiā Cyrillus cōcedere v r. At si q̄ras cur hoc loco potius, q̄ alibi? Ego existimo sñiam quorūdā modernorū esse lōgè cōgruā, vt.s.Propheta velit aliqua ex parte mederi malo,aut abolere culpā, ī q̄ incidisse videbat, cū ostēderat se vehemēter affligi,& aīo cōmoueri ob Iudæorū iacturā, ac pditionē; nunc aūt cū meminerit iudiciū, & iustitiā Dei,fueritq; recordatus, φ iudicia Dñi sunt vera, iustificata in se metipsa;mox eleuatus in spiritu cōuertit se ad laudādū Deū,& q̄ maximas potuit grās ei reddendas,φ.s.tā graue peccatū,& atrox delictū nequaquā reliquerit īpunitū;vñ Propheta nō solùm eleuatus,sed ēt assumptus à Spiritu sancto in huius laudes prupit. Dicit.n. Gregorius Home: 10. supra Ezech. φ multi sunt eleuati à spiritu,vt Balaā;qui tñ nō dñr assumpti ab eo , sicut hic Propheta. Dicit ergò, Dñe Deus meus es tu, quia tu me creasti,tu me plasmasti,tu me cōseruas,nō habeo aliū Deū pter te,tu mihi salus,& uita, exaltabo te , te magnificabo,te glorificabo, & qbus possum laudibus,& pconijs magnitudinē tuā annūciabo,& cfitebor nomini tuo , grās, & laudes ppetuas tibi redditurus,Sed cur ò Propheta uocas Dñum Deū tuū?non ne ipse est oīum Deus? quomō ergò dicis Deus meus ? meus (inquā) est,quia peculiari gratia, singulariq; priuilegio mecum agit , præ cæteris mihi fauet , intellectum meum super alios illuminat,& secretissima eius cōsilia mihi patefacit. Explicat aūt ipse Propheta proprias,& peculiares causas,quibus ad laudandū, & magnificandū Deū fuerit in psentiarū pmotus,& inquit. *Quoniā fecisti mirabilia,cogitationes antiquas, fideles,amen.* Fecisti (inq̄)ea, q̄ null⁹ hoīum aut Angelorū credere vnq̄,vel excogitare potuisset,nisi diuino spiritu fuisset afflatus;fecisti quidē q̄ nulla rōne,vel arte,neq; ullis hoīum studijs , aut artib⁹ fieri unq̄ potuissent. Et q̄ nā sūt ista? Destruxisti vrbes , & regna īpiorū hoīum; credimus,& speramus te citò euersurū,

Eus. Caes.

Greg. c. 10. i Ezech.

A ac destructurū regnū Diaboli, & oēs acreas potestates tenebrarū harū. Speramus te citò uenturum & vnicuiq; redditurū sm̄ opera sua,quemadmodū Apocalips. vlt. promittit ipse Deus, dicens, Ecce uenio citò,& merces mea mecū ē, reddere vnicuiq;sm̄ opera sua. Et ptereà subdit. Cogitationes ātiquas, & fideles, Amē.Cogitationes antiquę (dñt aliqui) est hoc ipsū,qd diximus,v3. reddere vnicuiq; sm̄ opera sua,& hoc qdē nō recēs B factū,aut nup institutū, sed ab æterno, & ante tēpora secularia ,quemadmodū testat Apostol⁹ ad Ephes. 1. elegit nos ī ipso āte Mūdi cōstitutionē,vt essem⁹ Sācti, & īmaculati in conspectu eius in charitate, φ & ipse Xps apud Matt. 25. Cōfirmauit dicēs, Venite bñdicti Pris mei,possidete paratū uobis regnū à cōstitutione Mundi.i. anteq̄ Mūd⁹ cōstitueret,vel ēt qñ fuit cōstitutus. Nec in his dictis vlla est cōtradictio,qa cælestis pa-C tria antè cōstitutionē Mūdi fuit pparata sanctis sm̄ pdestinationē,ā principio Mūdi fuit pparata p creationē , in Xpi passione,& ascēsione quoad pmij cōsequutionē, & ianuę apertionē. Dñr istę cogitationes Dei,hoc ē deliberationes, & decreta facta à Deo nō solū antiqua, ut q̄ nullo in tpre,aut in eo,qd iā diu pterijt,sed ab æterno fuerūt in mēte Dei. Dñr ēē fidelia,firma,& stabilia, nulliq; uanitati subiecta,& pter id uerissima, D et ab oī falsitate , aut fictione lōgē aliena, ppea subdit, Amē. quasi d. sicut decreuisti, ita fecisti, sic opere cōpleuisti. Et qs nō affirmabit ualde admirabilia, & sup oēm fidē q̄ fecit ipse Deus,.s.Deū fieri hoīē, uerbū carnē, uirginē matrē, mortalē fieri īmortalē? Nōne ēt cogitationes antiq̄ uerè dici pñt,salus pdestinatorū,repbatio dàmnatorū,uniuersale iudiciū futurorū,& totus deniq; mundus in aliā formā redigēdus? Vnde Iob E Sapiēter,et egregiè dixit cap. 9. Præter multa,q̄ enarrauit,subdit. Qui fecit magna,et īcōprehēsibilia,et mirabilia,quorū nō est numerus. Cogitationes ēt diuinæ verissimæ ita sunt fideles , qa non fuerūt fabulę,aut somnia,ut dicebam⁹, neq; hominū figmēta. Vñ conueniēter adiecit Esaias illā particulā, Amē, qm̄, (vt inqt Cyrillus) Propheta, loquebat de

Apoc. vlt.

Ephe. 1.

Matth. 25.

Cogitationes antiqua.

Iob. 9.

de his,q̃ nõdũ erãt facta eo tp̃e, quo ipse dictabat, neq; ẽt tẽpus instabat, ut fierẽt, ipse tñ usus est uerbo tp̃is p̃teriti, dicẽs, Confitebor nomini tuo, qm̃ fecisti mirabilia, et postea subiecit hãc dictionẽ, Amẽ. quasi dicat, fiat, fiat, quasi uolẽs ĩnuere quo maximè terebat, ingẽs desiderũ. ut ea mirabilia, q̃ diximus, aliqñ euenirẽt, quorũ pręcipua dubio procul erat incarnatio filij Dei, et redẽptio generis humani: q̃q̃ alia nõ multò min⁹ mirabilia explicat ipse Vates, de quibus infra dicemus. Nũc aũt satis cõueniẽs nobis in p̃senti vr̃, ut de hac dictone Amẽ in mediũ aliquid afferamus, ut u3. uideamus q̃ dictio est ista, qd significat, et qñ fuerit in usu. Primũ quidẽ cõstat hãc dictionẽ ẽẽ hębreã, nõ græcã aut latinã, aut cuiusuis alterius lingue, seu nationis. Dicit.n, August. Episto. 178. Amẽ, & Alleluia nec latino, nec barbaro licet in suã lĩguã trãsferre, Hæbreo cũctas gẽtes vocabulo decãtare, & lib. 2. de doctrina Christiana cap. 11. dicit, Amẽ, & Alleluia, Raca, & Osanna, Et q̃dã alia hæbrea verba nõ interp̃tata sæpè inueniuntur ĩ aliis libris, Alii doctores veteres, & moderni attestantur hoc idẽ, quos poteris videre in lib. de ritibus Ecclesiasticis lib. 2. cap. 17. nuper edito ab eruditissimo viro D. Stephano Durãte. Si aũt q̃ris quid significat; dico sm̃ opinionẽ doctorũ plura significare. q̃nquè.n. verũ, vel verè, aut sic est, vel sic factũ fuit, vel sic erit Dicit.n. Augustin⁹ tract. 41 supra Iohã: cũ Dñs dixit Amẽ Amẽ dico vobis perinde ẽ ac si dixisset, verũ, dico vobis, amẽ quippè ĩterpretatur verũ & tñ nõ est interpretatũ, nec Græcus interpretes ausus est hoc facerè. nec latinus. Sic ẽt cõtra Faustũ Manicheũ lib. 15. cap. 9. d, ꝙ Amen interp̃tatur verum, non vbicunquè, sed mystica religione. Alii volũt, Amẽ esse aduerbiũ affirmandi vel optãdi vt dicebamus, sic est, verè est: sic accipit, D. Thomas in expositione huius loci. D. Bernardus sermone 7. de cæna Dñi inquit, cũ dr̃ in fine orationũ, per oĩa secula seculorũ. & respõdet Amẽ, indicat nos optare qd rogamus, vt hæc vox sit nota, & signaculũ orationũ, & cõclusionũ, & glosa ordinaria sup illud Paralip. 16. li. 1. d.

Amen.

August. *cap. 6.*

August.

A ꝙ Sacerdotibus orantibus populus oĩs dicit Amẽ, fit vt concordet in precibus pio Sacerdotũ silentio, & populi Sacra deuotio. Dicunt aũt Talmudici triplex esse Amen, v3. pupillũ, subreptitiũ, & sectile, seu bipartitũ. Pusillũ, cũquis precatione tenet, nec intelligit qd respondet: Subreptitiũ cũ respõdet Amen anteq̃ absoluatur p̃catio, id qd mihi sæpè cõtigit dũ celebrarẽ Sacram Synaxim, vbi puerulus respondit Amen, priusquã B esset cõpleta oratio. Sectile cõtingit cũ in duas partes secat responsum, utputa oscitãter audiẽs, & aliud agẽs: patet ergo quid significat ista dictio Amẽ, & imprimis, ꝙ est dictio hæbrea, non græca, nec latina, aut alterius nationis, qd̃ nobis constet. Quęritur à plerisq; quę orationis pars sit, nũquid nomẽ, aut verbũ, seu præpositio aut aduerbium. & cõmuniter quidẽ dicitur esse aduerbium, vel pro aduerbio, vt plurimùm accipi- C tur: quãquã nõnulli dicant sumi nominaliter, vt Apoc. 3. Hæc dicit testis fidelis, Amẽ. Quãdoq; verbaliter, vt Deu. 27. Dicat oĩs populus Amẽ, ut Aliqñ tẽporaliter, ut cũ dr̃, Deus, qui est benedict⁹ in secula Amen. Aliqñ aduerbialiter, ut ex Iohanne cap. 6. Amen Amen dico vobis. In hoc autem loco Esaiæ, quem exponimus, existimo sumi aduerbialiter, vt nota affirmantis, siuè optantis.

Amen quotuplex.

Apoc. 3. *Deut. 27.* *Ioan. 6.*

Quòd si quæras num vsus istius di- D ctionis sit recens, aut antiquus, facilè quidem ex dictis poteris intelligere, vęterem esse vsum, vt habes locis citatis ex lib: Deuter: lib. 1. Paral: Et est dictio frequenter vsurpata apud Euangelistas à Domino nostro, vt diximus. Et D. Paul. p. ad Corinth. cap. 14 de ea fecit mentionem, cum dixit, si benedixeris spiritu, qui supplet locum Idiotę, quomodo dicit Amen? & D. Augustinus super Iohan. tract. 41. d. quòd ab E initio nascentis Ecclesiæ, populus, qui erat in Ecclesia, post recitatas preces respondebat, Amen. Sequitur textus.

Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorũ: ut nõ sit ciuitas, & ĩ æternũ nõ ædificet.

Qui volunt hoc loco Prophetam verba facere de consumatione seculi in extremo iudicij die, per ciuitatem intel

ligunt vniuersum orbem quem asse- A runt ea die in tumulum, velut in congeriem lapidum reduci, & omnia susquè, deque, & maximè inordinata uideri. Alij verò (ex quibus est D. Hieronymus) asserunt hic sermonem haberi de ciuitate Hyerusalē, q̄ propediē ī tumulū erat redigēda, iuxtà dictum saluatoris, ꝙ futurū est tēpus in quo non relinquetur lapis sup lapidē, q nō destruatᷣ. Matth. 24 Matth: 24 Nec mireris. Prophetam velut iam factum asserere, quòd post mul B ta secula indubitanter est futurum, quoniam (vt sæpè diximus) familiare est Prophetis indifferenter vti quibuscunque temporibus: dicit ergò, Posuisti ciuitatem in tumulum Vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, idest ciuitatem, in qua non proprii filij subditi, sed alienigenè inhabitabunt, vt re ipsa contigit, & nunc quoquè videmus: uel per filios alienos intelligi debent ipsimet Iudæi, qui qm̄ iam recesserant à C Deo uero Patre dn̄o, & creatore suo, nec nō & ꝓtectore uti dicebatᷣ, & erat, & falsis diis, ac dęmonibus adhæserūt. Dici poterant filij alieni iuxtà illud ps. 17.

Deut. 32. Deū aūt dictū ubiq; Patrē Iudæorū, attestatur Moyses Deuter. 32. d. nōne ipse est Pater tuus qui possedit te, & fecit, & creauit te? & alibi sępè. Posuisti ergo, .i. aliqn̄ pones hāc vrbē in ruinā, vrbē, scilicet quæ est domus alienorū, aut q̄ quan loq; est futura ciuitas alienorum: D facies etiam vt non sit Ciuitas, in eam formam reduces, vt nullum prorsus habeat Ciuitatis vestigium, ut de ea dici queat. Virg. Aeneid. iam seges est ubi Troia fuit, resecandaq; falce. Dicitur etiam ciuitas ista, i. mūdus positus in tumulū qa hic mundus est uerè tumulus mortuorū, i. peccatorū; & certè oīs domus, aut ciuitas oppleta hominibus nefarijs, pōt appellari tumulus cadauerum ut habetur Mich. 3. mich. 3. & postremo subdit: Et in sempi E ternū nō ædificetᷣ: Neq; existimes sempiternū hoc loco accipi pro diuturno, aut longo tempore, sed iuxtà proprium eius significatum. Quòd si dixeris ciuitatem Hyerusalem fuisse reædificatam, quemadmodum hodie facilè est uidere: Respondeo, non eo in loco ubi antea erat fuisse reædificatam: & propterea non est nobis curæ de muris, & parietibus: hoc unum certo scimus post ultimū eius excidium nequaquam ad eū statum reductā, quo prius existebat, quin potius memini me legisse nonnullos Imperatores ethnicos in inuidiam nostræ religionis, quò Iudæis se fauorabiles demostrarent, pluries tentauisse eam reędificare, & in priorem statū reducere, igne tn̄ cœlitus demisso, ædificia consumpta, & ędificatores deterritos, & extinctos abscisisse; ubi non solum uirtus, & potentia Dei emicuit, sed impietas hominum, ac temeritas fuit humi ꝓstrata: & poterat dici uere Hyerusalem non esse Ciuitas, quia numquā fuit reducta in pristinū statū, ut ibi esset cultus Dei sicut prius: cuius causa, fuit ibi construetum templum adeò mirabile, & famosum: dicit. n. Arist. à principali debet fieri denominatio.

Sed D. Cyrillus per urbem destructā, ac in tumulum redactam, neq; loca sensu percepta, neq; homines qui illic in habitant, sed Demonem, & eius exercitum nominari existimat: solet enim scriptura diuinitus inspirata, eos qui ualidissimi sunt, et potētissimi, turribus & moenijs, ac etiam urbibus comparare: cum itaq; Xp̄s mundo illuxit, impiū agmen Demonū est depræssum, atquè funditus Sathanas deturbatus, atquè deiectus. Prionde subdit. *Super hoc laudabit te populus fortis, Ciuitas gentium robustarum timebit te.* Tex. 2. Super hoc (inq̄) .i. sup his facinoribus, et admirabilibus operibus, rebusq; præclarissimè gestis, aut gerēdis, laudabit te, summis laudibus extollet te populus fortis; populus (inq̄) magnanim⁹, īfractus, et maximè constans; populus (inquam) qui non timebit à duobus caudis titionum fumigantium, nec propter minas, terrores, aut mortes deterrebitur, aut detrahetur à laudibus tuis, & à prædicatione mirabilium tuorum. Per populum fortem nonnulli intelligunt spiritus coelestes, qui non cessant quotidie laudare nomen tuum, populus fortis Super hoc (inquam) idest super hac uindicta quā de impiis Iudæis, & de aliis gentibus incredulis suscepisti, Ciuitas gentium robustarum timebit te. i. quęcūq; homi-

hominum, aut etiam Demonum uis, et potestas timebit te, pauebit à facie tua, non audebit infirmare, nomen tuum Vel Ciuitas gentium robustarum, idest Ecclesia collecta ex gentibus, et Iudæis, timebit te, hoc est reuerebitur, obseruabit, et singulari amore, ac deuotione prosequetur, tam iustam impiorum uindictam prospiciens: nec non ineffabilem bonitatem, et clementiam tuam dum eos qui tuis uocationibus aures prębent, dequè suis uiribus nihil præsumunt, tam hilariter, et benignè suscipis, ac defendis: nec mirũ, neq; præter rationem, et iustam causam Deus nobis laudandus, et honorãdus est, atque etiam timendus. d. Propheta laudandus et adorandus, quò Deus et creator, Timendus quò dominus et gubernator orbis. Honorandus quò pater et protector.

Tex. 2. *Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, umbraculum ab æstu, spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietē.* Dicitur Deus esse fact⁹ fortitudo pauperi, et fortitudo egeno in tribulatione: per pauperem hoc loco, nonnulli intelligunt Christum Dominum, qui pauper, et egenus pro nobis factus est, ita ut non habeat ubi caput suum reclinet: factus est etiam eidem Christo robur, et fortitudo in tribulatione, dum scilicet penderet in patibulo, in cuius manus magna uoce clamans commendauit spiritum suum, dictus est etiam Christus pauper, quia spoliatus à Tyrannis: dictus est egenus, quia conculcatus à diuitibus, nec ipse solum in persona sua, uerum etiam in membris suis, pro quibus rogabat Deum. d. *Ps. 21.* Deus, Deus meus respice in me, hoc est in membra mea, ne derelinquas me, ob id alias referens Deo Patri gratias tamquam beneficij memor, inquit, *Ps. 4.* Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. in tribulatione dilatasti mihi. Eiusmodi præcationes, et gratiarum actiones dubio procul ad membra potius, quam ad ipsum Christum sunt referendæ: sic enim ipse ait apud *Ioa. cap 11* Ioan. cap. 11. Pater gratias ago tibi quoniam audisti me: ego autem sciebam

A quia semper me audis, sed propter populum qui circunstat. dixi, ut credant quia tu me misisti. Factus est ergo Deus fortitudo pauperi, et egeno in tribulatione, hoc est, iis, qui per fidem, et charitatem ei cohęrent, quippequi dũ prius essent pauperes, & egeni omni ope destituti, debiles, & claudi, per Christum effecti sunt diuites, & bonis omnibus affluentes, nec non contra omnes mundi, carnis ac Sathanæ tentationes B valdè præpotentes, & magnanimi: sicquè ijdem fortes, & debiles, pauperes, ac diuites possunt nũcupari: dixit enim in verbis præcedentibus, laudabit te populus fortis, & hunc eundem populum pauperem & egenum; pauperes quidem, & impotentes iuxtà proprias uires, & facultates: fortes autem, & diuites propter Christum, à quo omnem fortitudinem, omnem diuitiarum copiam receperunt: hinc D. Paulus optiC mè nos redarguit. d. qd habes ò homo quod non accepisti? *Iac. cap. 1.* & D. Iacobus omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. *Rom. 8.* Et ad Rom. 8. qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit? Sic ergo vides quomodo Deus est factus for D titudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione, subministrat enim vires, auget robur, & constantiam, qua dum tribulamur, & affligimur, persistamus in fide, non deficiamus laborantes, non excidamus à gratia, sed fortiter obsistamus, quemadmodum gloriosi martyres effecere, quos neq; mors, nequè uita, nequè Angeli, nequè Principatus, nequè Potestates, nec deniquè creatura aliqua potuit separare à charitate E Dei. Est etiam Deus suis fidelibus spes à turbine, & vmbraculum ab æstu: *Dicitur umbraculũ suis fidelibus.* Dicitur primum fuisse spes à turbine ipsi Christo, dum Iudæi impetum fecerunt in ipsum, fuit vmbraculum eidem respectu passionis, & mortis, ne fortè in cruciatibus ratione humanitatis, & carnis deficeret, quam infirmam esse trastabatur, propterea venit Angelus de

cœlo confortans eum. Dicitur, & multò verius fuisse & esse spes, et confidentia suorum membrorum, propter rabiem superborum Principum. Dicitur vmbraculum ab æstu propter cupiditatem, & auaritiam Iniquorum hominũ. Nec minus at multo magis dicitur Deus nobis fore spes, protectio & securitas magna à turbine, idest cum ventus, & impetus persecutionum nos inuadit, & vmbraculum ab æstu, cum.s. carnis. & mundi tentationibus affligimiur, & cruciamur, misericors Deus sua gratia nos protegit, ac defendit, ne sub tam ardenti calore succumbamus, & verò summopere nobis in his casibus necessaria est Dei protectio, quandoquidem spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem nos aggreditur, sed Diuino auxilio protecti, & super firmam petram fundati, potest nos vtiq; impellere, & tantisper commouere, non autem subuertere. Per Spiritum robustorum existimo Prophetam eos homines intelligere, qui sunt nimis arrogantes, impetuosi, plus debito inflati, & vim cuiquè inferre præsumentes, quod quidem hominum genus non minus piis, & modestis obesse solet, quam ventus vehemens alicui parieti, & muro, quantumuis solido & bene fundato.

Spiritus robustorum.

Vbi aduerte non eadem significatione accipi hoc loco, & priori textu, nomen robusti, cum dixit supra: Ciuitas gentium robustarum timebit te, & hic: spiritus robustorum est uelut turbo impellens parietem: ibi enim vocat gentes robustas, quæ resistunt tentationibus, et impugnationibus Demonum, et malorum hominum, et fortes in fide persistunt. Hic autem per robustos, vel per spiritũ robustorũ intelligit eos homines, qui nulla habita ratione iusti, vel iniusti, omnes infestant, nemini parcunt, et nullis cuiusquam præcibus flectuntur, et quibus pñt iniuriosi & cõtumeliosi existunt: q̃ oĩa nõ solũ ad Christum Dominum, non solum ad pios, & fideles homines, uerum ad vniuersam Ecclesiam possunt commodissime iuxtà allegoriam referri: spiritus enim robustorum, hoc est impiorũ

A hominum, nulli dubium quòd magno impetu, velut uehemens turbo inuadũt Ecclesiam, & quęrunt eam subuertere; sed perperam id tentant, possunt enim quadam tenus impellere, & aliquod negocium facieessere, nunquam tamen euertere; quia fundata est supra firmã petram. Demones etiam in albo robustorum, vel in capite possunt reponi: quippè qui nunquam cessant, aut opera Tirannorum, & infidelium Principum,

B aut ope, vel opera, pseudo Doctorum, aut pseudo Prophetarum: vel per Philosophos, Poetas, & oratores, quodq; deterius est, per varias Hereticorum sectas annituntur, & uim omnem faciunt quò destruant Ecclesiam, & parũ firmos, ac imbecilles in puteum interitus deijciant: opere ergo præcium est Deum nobis adesse, veluti spem à turbine & umbraculum ab æstu.

Sicut æstus in siti, tumultum alienorũ

C *humiliabis: & quasi calore sub nube torrente, propaginẽ fortiũ marcescere facies, &c.*

Ista particula est satis obscura, si uerba, (vt iacent) considerare velimus: potest enim prima similitudo hic posita connecti cum præcedentibus, & potest exponi velut initium præsentis textus. Nicolaus de lyra hunc in modum exponit hanc similitudinem, videlicet. Sicut æstus in siti vehementer hominem affligit, sic Pauper per impietatem ini-

D quorum affligitur: & sicut æstus tandẽ transit, & recedit, sic & iniquorum impietas finem aliquandò habebit: & hoc proposita verba indicant, sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis. Qui præsentem particulam superiori coniungunt, sic exponunt. Deus factus est spes bonorum à turbine, & vmbraculum ab æstu, & sicut æstus in siti, idest quemadmodum magna siti laborans, magnam percipit suauitatem

E tempore æstus, & magni caloris in potu, ita et boni dum sitiunt iustitiam atquè ad eam toto corde anhelant, maximam profectò iocunditatem percipiũt in æstu tribulationum, et persecutionũ, iuxtà illud quod Act. Apostolorum 5. legitur Ibant Apostoli gaudentes a cõspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam *Act. cap. 5.*

pati.

Matth. 5. pati. Et Saluator noster apud Matth. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: & beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum
Rom. 5. Cœlorum D. etiam Paulus Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus, sciẽtes quòd tribulatio patientiam operatur &c.

Posteà immediatè subdit tumultum alienorum humiliabis, idest strepitum, & comminationes, & audaciam alienorum, hoc est eorum, qui sunt à cultu, ac obseruantia tui alieni, humiliabis, ac deijcies; nec facilè amplius resurgẽt. De his loquitur etiã Propheta Regius, & uaticinatur
ps. 17. ps. 17. d. Populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.

Est & alia expositio, qua particula iam exposita, & declarata ponitur principium sequentis litterę hunc in modũ. Sicut æstus insiti reprimitur, & facilius tolleratur: sic tu Domine tua virtute, ac potentia absq; ulla difficultate, seu defatigatione tumultum, & furorem alienorum, & superborum humiliabis; & quemadmodum propagines frugũ, aut herbarum sub nimio, et ardenti calore, dum, scilicet nubes in vnum cõdensantur, & reducuntur facilè marcesunt, & corrumpuntur; sic dextera manus tuæ marcescere facies, & exinanire propaginem fortium, idest rationes, & consilia prauorum hominum. Alij per propaginem fortium intelligunt filios populorum, qui uirtuti, & maiestati diuinæ contradicunt, vel ab eo deficiunt: & hæc omnia facilè possunt afferri aduersus omnes qui siuè Iudęi sint, siuè Græci vehementer impugnant Ecclesiam. Hæc secunda expositio ẽ longè conuenientior priori, & magis conformis & consona pñti verborum contextui. Post hæc subdit ipse Propheta & prædicit eximia, & præstantissima Dei erga omnes beneficia. d.

Tex. 3. *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis*, omnibus (inquam) non Iudæis tantum velut præ alijs dilectis, & approbatis ob veterum patruum Sanctimoniam; sed electis ex omni populo: *in monte hoc videlicet in monte Syon.* Idest in Ecclesia. Ecclesia enim vocatur mons propter celsitudinem, & quia in sublime fertur, nec rebus terrenis, & caducis inhæret; & quid faciet, pulcherrimum, & lautissimum conuiuium, Eccl. mons.
Conuiuium, pinguium conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemię defecatæ. Non ab re conuiuium istud, quod pręparat Dominus erit conuiuiũ vindemiæ, hoc est conuiuium lætissimum, conuiuium plenum iubilo, & exultatione, quale solet esse tempus vindemiæ; quo nulla comuniter solẽt esse tempora lætiora, sicut videtur innuere Textus 70. interp: Conuiuium nempè, cuiusmodi solet fieri tempore messis vindemiæ, & collectionis fructuum; conuiuium pinguium medullatorum, prestantissimis. s. & exquisitissimis æpulis refertum. Conuiuium vindemiæ defecatæ in quo. s. lautissimo conuiuio, sint vina optima, & præciosa ab omni fæculentia depurata, & expurgata: vina, clara limpida, colorẽ optimũ, pergratum oculis conuiuantium, odorẽ suauissimum redolentia, & qđ cunctis æpulis, ac delitijs præstat saporẽ iocundissimum; hæc enim duo potissimum in probatissimis, & laudatissimis conuiuijs expeti solent, & requiri: videlicet, carnes pingues, & medullatę, itemq; vina prætiosa. Conuiuium istud singulo quoquè die fieri solet in Sacrosancta vniuersali Ecclesia, in quo citrà omnem ambiguitatem, & controuersiam pretiosissima caro, quæ est super omnem carnem, neq; vlli omninò carni vllo pacto conferenda in cibum proponitur, & hæc est mundissima, & sanctissima caro Christi: Vinum itidẽ optimum, suauissimum, salubre, & uiuificum, idest sanguis, qui emanat de Sanctissimo eius corpore, in eiusmodi conuiuio ab ipsius mensæ ministris seorsum sumitur, & potatur; & alijs sub altera tantum specie porrigitur, & ministratur, nullum potest, in tota rerum uniuersitate, & quibuscumq; sæculis isto salubrius reperiri conuiuium; de quo iurè optimo canit Ecclesia. d. ò sacrum conuiuium in quo Christus sumitur: Præter hoc legimus aliud Conuiuium celebrari frequenter in Ecclesia, dum. s. pleriq; ex Iudæis, & Gentibus

vocantur ad fidem, & ad perceptionem baptismi, inquo nimirum Conuiuio aliud genus ciborum solet in uitatis afferri, & præparari, videlicet prædicatio & doctrina Euangelii pura, & sincera ab omni errore depurgata; proponuntur etiam Sãctorum Patrum exempla, & saluberrima illa sacramenta, quibus gratiam Christi promeremur, et uitæ æternę quoddam quasi pignus accipimus. Pręter Conuiuium istud, & coenã ad quam, dum sumus in hac fragili uita uocamur, et inuitamur pręparatum est nobis ante mundi constitutionem aliud conuiuium longè pręstantius, & opulentius, in quo dubio procul omnem famem explebimus, & in eo tantum cuius epulæ perpetuo nobis aderunt saturari poterimus: de quo conuiuio loquebatur Christus cum dixit, Amodo non bibam de hoc geni mine uitis donec bibam illud nouum in Regno Patris mei, & apud Lucam di spono vobis (dixit Christus discipulis suis) sicut disposuit mihi Pater meus Regnum vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. In hoc quippè Conuiuio erunt carnes pinguissimę iuxtà illud psal. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Erunt carnes medullatæ quia, scilicet percipiemus omne gaudium interius, & exterius. Erit ibi vinum defecatum, idest gustus suauissimus omnium bonorum absq; vlla fecæ & immunditia, erit tandem plena satietas, vt inquit Propheta, Satiabor cum apparuerit gloria tua: quæ tamen satietas non tollet desiderium, quò anima semper flagrabit uidere faciem Dei, iuxtà illud Eccles. 24. qui me edunt adhuc *esuriunt, & qui bibunt me ad huc sitient. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos*, et telam quã orditus est sup õẽs nationes. Præcipitabit (inquã) in monte isto, nõ in monte Oliueti, vt dicunt Hębręi; sed in monte Syon; hoc est iu Ecclesia sua Sancta, qñ cęperit præparare conuiuium, & uocare ad cœnam, hoc est ad ipsam fidem, & ad cęlestis regni hæreditatem: præcipitabit (inquam) faciem vinculi colligati; hoc est fœdus quoddam inutum

Matth. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
Ps. 62.
Ps. 62.
Ps. 15.
Eccl. 24.
Tex. 4.

A inter peccatum & mortem, auctore Diabolo: sunt enim hæc duo, vel potius hęc tria vsquè adeò colligata, & inuicem deuincta, vt facilè se omnium conspectibus intuenda, colenda, & amplectenda præbeant. Diabolus namq; suggerit, et immittit prauas cogitationes: peccatum subinde facilè perpetratur, quod tandem cum consumatum fuerit generat mortem. Pręcipitabit ergo Dominus huiusmodi faciem, i. B apparentiam, & fucatam imaginem ipsius vinculi, et sic pręcipitabit ut non amplius audeat apparere, et sub simulata specie nos decipere.

Quidam per faciem vinculi colligati intelligunt Antichristum: Quidam verò Diabolum, mortem, et peccatũ, sicut nos quoquè diximus, et de hoc, vinculo colligato potest dici illud Eccl. 4. funiculus triplex difficilè rumpitur. Et verò uinculum colligatum po C test peccatum ipsum nuncupari, quod quidem est colligatum, et implicatum, ut si soluatur, & explicetur plures videbitur habere facies, quoniã multa sunt peccatorum genera, & hoc vinculum est super omnes populos, quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, & alibi, scriptum est, nemo mundus à sorde. quia scilicet nullus vnquam de cõmuni lege fuit absquè peccato, sed non ita quod quisquè non possit aliquando D esse sinè peccato, vt exponit. D. Ambrosius supra Luc. cap. 1. Præcipitabit et telam, quam ipse diligens, & expertus opifex Diabolus orditus est super omnes nationes; præcipitabit (inquam) i. succidet, & abscindet huiusmodi telã; quam cæpit ordiri ab initio sęculi cum primos Parentes callidus iste serpẽs sub pretextu, et pollicitatione magni cuiusdam boni inuasit, ac decepit, cæcitatemquè & ignorantiam veri luminis E eorum cordibus immisit, quo destituti ignorabant, quo ituri, & quid facturi essent, & (velut scriptura loquitur) cognouernut se esse nudos, hoc est, bonis omnibus destitutos, & primo humani generis Parente desciscente, ac delinquente in eo omnes peccauerunt, aduersus quem potest adduci illud Esaię 38. Dum adhuc ordirer succidit me,

me, tamquàm ipse Demon deploret suum ipsius infortunium: sed quando, et quo nam pacto precipitauit hanc te lam Dominus Deus? præcipitauit (inquam) et conscidit, ac dirupit, primũ quidem quando fuit cruci affixus, quã do Princeps huius mũdi fuit foras proiectus & chyrographũ delicti quod aduersum nos erat, fuit omnino deletum. præcipitauit, quando à mortuis resurrexit, quia tunc mors mortua fuit, precipitauit tandem quando contulit spiritum sanctum Apostolis dicens illis, iã edoctis, & instructis euntes docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & spiritus sancti. *& præcipitauit mortem in sempiternum, ne amplius uires haberet.* ex quibus patet ingens beneficium numquam satis laudãdum, & commendandum, quod nobis contulit ipse Deus, cum scilicet præcipitauit faciem vinculi colligati, idest ius, & potestatem ipsius Demonis erga hominum genus: precipitauit etiã telám idest peccatũ, & occasiones peccati quam ordiitus est ab initio seculi perpetuus humani generis hostis, præcipitauit etiam mortem in sempiternum (vt dixi) Nunc explicat aliud singulare beneficiũ quod nobis Deũ esse collaturũ vaticinatur ipse Propheta d.

Matth. 28.

Et auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui, auferet de vniuersa terra quia Dominus locutus est &c. Beneficium istud sumus accepturi, primum quidem in hoc statu, quando nobis contulerit gratiam, qua posimus peccatum euitare & liberi esse à morte eterna, factiq; participes vitæ celestis, tunc procul dubio erimus læti, & gaudentes, amota erit ab oculis nostris, & a facie nostra omnis lachryma, & causa fletus, auferet etiã opprobrium populi sui, idest infidelitatem, & cultum Idolorum, quo reddebamur infames et stulti coram Angelis Dei. Hoc ipsum plenius, & perfectius continget in die Iudicii, & in consumatione seculi, cum resurgent corpora nostra, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, tunc quidem, (vt testatur Ioannes in suis reuelationibus) Absterget Deus omnem lacrymam

A ab oculis nostris & mors vltrà non erit neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. Auferet de vniuersa terra opprobrium populi sui, quia non amplius erit sub seruitute peccati, & obnoxius morti, quoniam Dominus abstulit vires ipsius mortis, vt scriptũ est. Absorpta est mors in victoria.

Et quoniam resurrectionionis mysterium humano intellectui non est admodum perceptibile, & propter eius

B magnificentiam plerique existimant rem impossibilem, ob id necessario subdit Propheta. *Quia Dominus locutus est.* q. velit dicere, ne existimes me ex meo spiritu vel ingenio talia profari Hæc ego vobis propono atque denuncio quia Dominus locutus est. non ego sum auctor istius vaticinii, neque tã grandis promissionis fidem iubeo, sed Dominus locutus est, qui mẽtiri non potest & q͂ predictũ est & annunciatum

C omnino perficiet, cœlum. n. et terra trãsibunt, at Dei verba non præteribunt. est. n. Deus verax, omnis autem homo mendax. Postremò refert Esaias quid futurum est, postquam eiusmodi vaticinia fuerint adimpleta, et prædicit gẽtes laudaturas Deum, & gratias reddituras de tam immensis gratiis, et fauoribus eis collatis: et infine huius capitis prædicit insignem victoriam Christi Domini nostri aduersus Demonem, et

D cunctas aduersarias potestates huius seculi, et inquit.

Et dicent in die illa. Ecce Deus noster iste expectauimus eum, & saluabit nos, iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus & letabimur in salutari eius &c. Moses est pro maiori parte ipsorum prophetarũ post minas, ac terrores miscere semper aliquid lætum, et iocũdum. In principio huius capitis vidimus Prophetam, gratias habere ipsi Deo, quòd posuit Ciui-

E tatẽ in tumulũ, vrbes fortes in ruinam et reliqua; nunc verò post explicata beneficia nobis conferenda, red it iterum ad gratiarum actionem, et laudis confessionem.

Dicit ergo *& dicent in die illa Ecce Deus noster iste, expectauimus eum* etc. Qui nam illi sunt qui in die illa qua fuerint completa vaticinia dicent

hæc

hæc uerba, et facient eiusmodi confes- A sionem? dicit Cyrillus, hos fuisse populum Israeliticum, qui velut extensa manu, et protenso digito Deũ tamquã præsentem oculis intuitus profert ea verba, propterea quod plerique ex Patribus in spiritu viderunt ipsum Christum. Nonne Zacharias Pater Ioannis in hęc uerba prorupit. Benedictus Dominus Deus Israel quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ? & erexit cornu sa utis nobis? Nonne, & Simeon B spritu sancto repletus ausus est hæc verba proferre, viderunt oculi mei salutare tuum? sic & alii, uerbis Moysi, & sanctorum Prophetarum admoniti idipsum dixerunt: Alii existimant incredulorum hominum, qui Christum, purum hominem putauerunt futuras esse eiusmodi voces, id quod dici nõ potest, nisi postquam crediderint. At ego existimo eiusmodi verba tribui posse omnibus gentibus, qui aliqua ex parte C cognouerũt hoc verbum incarnatum, vt per ora omnium versata fuerit, & decantata huiusmodi congratulatio, & gratiarum actio.

Propterea dicunt. *Ecce Deus noster iste expectauimus, eũ & saluabit nos*; Verè quidẽ dixit alicubi Regius Propheta. Cõfitebuntur tibi cum benefeceris eis postea quam genes fuerunt egregiè & cibatæ, & potatæ cognouerunt verè Deum esse, & Dei filium natura, D non adoptione, quamquam in forma serui pro omnium salute apparuerit & per omnia nobis similis effectus præter peccatum; dicunt igitur, iste & non alius est Deus noster. expectauimus eum, & saluabit nos.

Iste Dominus non procul abest, quasi pręsens adest propterea dicunt, iste, quod est pronomen demonstratiuum. iste (inquã) Dominus tamdiu desideratus, pręstò aderit. Vnde alius Propheta E dicebat, expectãs expectaui Dominũ (*Psal. 39.*) Sustinuimus eũ q d. nulla tẽporis diuturnitas, et prorogatio nulla persuasio, nullus labor, neq; vlla quorũcunq; persecutio nos prohibuit aut retardauit, quin libenter, & summo cum desiderio, & patientia animique constantia sustinuerimus eum; & ideo cum uenerit

supp. exultabimus, & lætabimur in salutari eius, hoc est, in eius aduentu, qui erit nobis salutare, hoc est, salutẽ nobis allaturus. quemadmodum dicebat bonus ille Senex. Viderunt oculi mei salutare tuum. quod parasti ante faciẽ omnium populorum: exultabimus (inquit) quia tanta erit animi lętitia, ut nõ gaudere solum, sed signis, & gestibus externis, omniq; motu corporis, præ nobis lætitiam feramus. Sicut idem. (*Psal. 83.*) Propheta Regius alibi dicebat; cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Quare hoc differunt exultare, & lætari: quòd exultare designat gaudium: quod exterius demonstratur, lętari verò quòd interius: exultabimus ergo, & lætabimur in salutari eius. & quia posset quis nobis obiicere haud quaquam eiusmodi immunitates, & pręuilegia nobis, qui in fines seculorum deuenimus, iure posse tribui. Idcirco Subdit Propheta, & inquit, Nos vtique poterimus videre ipsum Dominũ, exultare, & lætari, *quia requiescet manus Domini in monte isto, & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleae in plaustro. & extendent manus suas sub eo sicut extendit natans adnatandum, & humilsabit gloriam eius cum allisione manuum eius.*

Requiescet inquam, manus Domini auctoritas, & potentia eius, in monte isto, videlicet, in Syon per quem designatur Ecclesia Dei, in qua se perpetuò mansurum promisit cum dixit. ego vobiscum sum vsque ad consumationem sęculi: requiescere enim manus Domini super aliquem, uel in aliquo, nihil profectò est aliud, nisi perpetuò esse cum illo, aut in illo, & eius auxilium gratiam, & fauorem illi præbere: neque id solum, ut potegat, & foueat, uerum etiam hostes, & persecutores, vt deprimat, ac debellet. Quarè si nos nequimus videre Christum in carne, neque pręsentia eius corporali aliquãdo perfrui, contristari non debemus, neque inuidere aliis, sed neque iis multo inferiores existimari, aut minus ad consequendum beatitudinem idonei nos futuri: iuxtà illud Saluatoris. Beati (*Ioan. 20.*) qui non viderunt, & crediderunt. Christus

stus ergo requiescet in mõte isto, hoc est in Ecclesia, ĩ qua licet speculari Dei maiestatem, sapientiam & bonitatem, & reliqua eius attributa, nec non beneficia ingẽtia, & commoda, quæ nobis confert in, Ecclesia in qua non solum ipse requiescit, ac residet, sed et nobis eius famulis requiem præstat, tũ quòd liberat nos, à pondere peccatorum quibus præmebamur, & terroribus suppliciorum, quę nostris ceruicibus imminebant: tùm etiam, quòd bonam spem attulit Regni cœlorum aliquando consequendi; tum denique diuturnã uitam malorumque omnium abolitionem gratuito nobis elargitur, vt perpetuò lętari, & iubilare possimus: neque existimes citrà rationem Ecclesiã & congregationem fidelium huic monti comparari, quandoquidẽ Ecclesia est quid excelsũ, & sublime, & quã maxime illustre, velut ea quæ sunt in mõte positadeinde nihil inea est reperire humile & abiectũ. Præterea meritò mons appellatur Ecclesia, ob ea quæ in ea continentur, alta, sublimia, vera, et sancta dogmata, et instituta. Postremò quoniã Ecclesia domus est Dei, qui est õnia in omnibus, et ipse est caput super omnẽ principatum, et potestatem etc. Nec sanè eiusmodi requies, et reliqua dona conferuntur, nisi iis, qui erunt, et consistent in monte, idest in Ecclesia, nec ab ea ulla causa defecerint, quia extra eam non est salus.

Ioan. 20.

Cęterum, ne qui sunt in Ecclesia perturbentur, et ab hostibus sint perpetuo lacessiti affert prudentissimus iste vates iocundissimum nuncium, quo prædicit eiusmodi hostes aliquando profligandos, et conterendos d.

Et triturabitur Moab sub eo, sicuti terun tur paleę in plaustro. Ne frustra labores, per Moab non intelligitur solum, ipse Moab, et regnum quod ab eo denominationem accepit, et quicunque illud incolebant, quippè qui erant impiissimi, et Idolis deditissimi, et veri Dei hostes infensissimi: sed per eum, primum quidem iuxtà opinionem quorundam intelligitur Antichristus, qui dicitur filius perditionis, et in die iudicii triturabitur, vt paleæ, quia scilicet

A eius potentia omnino auferetur: et iuxtà aliorum sententiam per Moab intelliguntur omnes Impii inimici Dei, et cultores Idolorum idest ipsarum creaturarum. contempto vero Deo. speciatim autẽ loquitur de Moab, quia fortassis tempore quo fuit hoc vaticiniũ, res erat cũ Moabitis, qui (ut diximus) erant insignes Idolatræ, et cõtermini gẽtibus Iudaicis. d. ergo Propheta. Triturabitur Moab sub eo, idest sub Christo, sub potenti manu eius, omnes impii patientur, affligentur, et peribunt. Deus autẽ permanebit.

B

per Moabitas intelliguntur omnes impij & inimici ipsius Dei.

Et extendet manus suas sub eo, sicut extẽdit natans, adnatandum, & humiliabit gloriam eius, cum allisione manuum eius Tex. 6.

Hic locus plures habet expositiones, vna est, quòd ipse Moab, i. Antichristus vel ipse Diabolus ipsius, Pater, & Ductor pariter, & omnes Idolatrę extendent manus suas sicut natans ad natandum, C sicut illi, qui labuntur; aut melius quẽadmodum faciunt natantes, dum natãt totum corpus extendunt, & manus collidunt, vel potius dilatant ad scindẽdã aquam & á se remouendam, nè summergantur; aut manus extendunt instar deprecantis, & hominis omnino subiecti, et flagellis expositi, et humilihabit gloriã eius, cum allisione manuũ uelut quando quis percutit inuicem manus in signum maximi doloris, et afD flictionis. Triturabitur ergo Moab, quẽadmodum paleæ triturantur in plaustro, quæ postea contritæ, et concisæ, proiiciuntur in sterquilinium, tamquã res omnino inutiles; et sub eo, hoc est, sub manu Dei triturante, et comminuẽte extẽdet manus suas sicut natans (Insignis quidẽ Metaphora) Alia expositio est, quòd ipse Deus ad puniẽdũ ipsius concẽptores & cõterẽdũ extẽdet manus suas, hoc est vtetur ambabus maniE bus, nudabit, bracchia sua. i. omnẽ uim adibebit, quò deleat, et exterminet oẽs eius aduersarios, et humiliet, et prosternat omnẽ gloriam eorum & potentiã cum allisione manuũ suarũ. quasi uelit innuere, quòd in puniendis his utetur omni potentiam neque illum laborem ac difficultalem subterfugiet. Cum. n. manus colliduntur aliquã iacturã nos

subi-

subire videntur, et nonnihil laboris in eo opere faciundo. Nec te perturbet nos tribuere Deo aliquẽ laborẽ, ac difficultatem dum quicquam operatur, cũ de se ipso alibi loquatur. d. laboraui sustinens instar eorũ, qui vere aliquid factitãtes laborant ac fatigantur. Tertia expositio lõge diuersa à præcedẽtibus quòd v3 per ipsum Moab intelligamus quoscũq; ribelles, et Idolatras, qui tãdẽ cognita veritate occurrent ad ipsum Deum, siue Christum, & eius Apostolos, ac ministros, sub quibus extendẽt manus, & genua flectent, & humiliabũtur coram eis, quemadmodum quis incuruatur, & prosternitur, ut adoret quempiam, & triturabuntur sicut terũtur, paleæ in plaustro, hoc est conterentur, & comminuentur præ pudore, ac dolore, quo Deum contempserunt, & creaturæ potiusquàm creatori cohæserunt: conterentur (inquam) & proscindentur aratro Apostolorum, idest prędicatione, & miraculis eorum, et contriti hunc in modum, ac proscisi recondentur in horreum Ecclesiæ, & agnitione suorum peccatorum, allisione manuum, & genuflexione profunda

A què humilitate inter filios Dei censebuntur, & tunc subdit propheta, *& munimenta sublimium murorum tuorum ò Moab, ò Antichriste, ò Sathanas & quicunque estis eius ministri, ac sectatores, concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram usque ad puluerem*, munimenta sublimiũ murorũ, sunt artes & figmenta, quibus Demon, velut Antistes omnis erroris, & prauitatis seducit, ac decipit hominum mentes, &
B hæc est altitudo se extollens aduersus scientiam Dei, quam destruere, & demoliri oportet, & in terram deijcere, & ad puluerem vsque redigere, ne ullum vnquã illius vestigiũ appareat, quę per Dei gratiã post Christi aduẽtũ magna ex parte euenisse nouimus. Cęciderũt namquè phana, & delubra Idolorũ & quęcunque in adytis erant, velut à pedibus amota, & profligata, neque amplius inspiciuntur aræ, vel sacrificia, uel
C qui erroris, & vanitatis ludibria exercebant, omnia per Christum cessarunt, quando hominibus ambulantibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

1. IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda
Vrbs fortitudinis nostræ Sion Saluator ponetur in
ea murus, & antemurale.
2. Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.
3. Vetus error abijt: seruabis pacem, pacem quia in te sperauimus.
4. Sperastis in Domino in seculis eternis, in Deo forti in Perpetuum.
5. Quia incuruabit habitãtes ĩ excelso, ciuitatẽ sublimẽ humiliabit
Humiliabit eam vsq, ad terram, detrahet eam usq; ad puluerem.
6. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.
7. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.
8. Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum

tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ:
Anima mea desiderauit te in nocte: sed, & spiritu meo in præcor 9.
dijs meis de mane uigilabo ad te.
Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores
orbis.
Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum 10.
iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.
Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant & con- 11:
fundantur Zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret,
Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus
es nobis. 12:
Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantum in 13.
te recordemur nominis tui.
Morientes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visita-
sti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. 14.
Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: numquid gloriaficatus 15.
es? elongasti omnes terminos terræ.
Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris do 16:
ctrina tua eis.
Sicut quæ concipit cum appropinquauerit ad partum dolens cla- 17:
mat in doloribus suis Sic facti sumus á facie tua domine.
Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum: salu
tes, non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. 18.
Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent, expergiscimini, &
laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram 19.
gigantum detrahes in ruinam.
Vade populus meus, in tra in cubicula tua, claude hostia tua 20.
super te, abscondere modicum ad momentum donec pertranseat
indignatio.
Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem 21.
habitatoris terræ con tra eum: & reuelabit terra sanguinem
suum, & non operiet ultra inter suos fectos.

EXPLA-

EXPLANATIO IN VIGESIMVM SEXTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex .1. *IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ Syon, Saluator, ponetur in ea murus & antemurale.*

PRAEDICIT hic noster Euágelicus Propheta canticum, cãticum (in quam) nouum, quod aliqui uocant parabolam, et sunt laudes, et gratiarum actiones, quas sancti, et electi Dei, vel in hac militante Ecclesia pace iam et ocio constituto, uel in cœlesti patria sunt cantaturi; quia mirabilia fecit: deuicit quidem Demonẽ, & infidelitatem prorsus amouit: et opportunè hoc in loco facit id Propheta, quia iam narrauit quid futurũ est de Moab, hoc est, de omnibus, qui sunt increduli, et Diuinæ maiestati rebelles. Primo ergo proponit dicens.

In illa die qua, scilicet fuerit, deuictus Moab, et infidelitas sublata et Dei gloria manifestata, cantabitur canticũ istud, quod modo subiiciam, in terra Iuda, idest in ea terra, vbi viget cognitio Dei, et aperta confessio ipsius veritatis, et non in terra aliena; quibus uerbis uidetur Propheta per terram Iudam intelligere Ecclesiam hanc nostram militantem, quæ semper versatur in pugna, et Ecclesiam illam, vbi est perpetua pax, quies, et tranquillitas: vtrobique enim laus, et confessio beneficiorum Dei exauditur.

Et cantabitur canticũ istud ab iis qui iam errore liberati ad ueritatis lucem peruenere, et apertis mentis oculis agnouerunt omnium opificem Deum, Dominum, ac Saluatorem nostrum, per quẽ omnia, et in quo omnia, qui A propter nos omnes, & ad nos omnes saluandos voluit è cœlis descendere, & inclinari. Canticum ergo est istud. Quod duobus & vigĩti carminibus cõficitur, & decantatur; nec mihi displicet quorũdam partitio, qui in quatuor partes diuidunt canticum istud: primo enim caniturgaudium saluandorum in die iudicii: deinde humiliatio malorũ tertio salus et pax bonorũ quarto & vltimo gloriosa resurrectio eorum.

Vrbs fortitudinis nostrę Syõn. Omnes quos ego viderim hanc particulam exponentes notant in codicibus emendatis non reperiri hanc dictionem Syon: At in codice bibliorum nuper emendato, & per Sixtum V. Et successorem eius Clementem VIII. omnibus aliis explosis recepto, et approbato legitur ista dictio Syon, quæ quidem non alia est Ciuitas nisi Ciuitas Hierusalem, quę appellatur Syon, vel propter mõtem sub quo est sita, et fũdata, vel propter significationem: quoniam Ciuitas illa diceba C tur sublimis, & excelsa, quemadmodũ mons sub quo erat constructa, erat sub sublimis, et excelsus: ea ergo Ciuitas dicebatur vrbs fortitudinis nostrę, hoc ẽ Ciuitas, q̃ propter fortitudinẽ, et munitionẽ reddebat nos securos ita ut nihil nobis esset timendũ: sic. n. erat fortis, & munita, totque præsidiis vallata, ut nũquam posset ullis viribus, aut potentia expugnari: Id quod de Hierusalem terrestri hauquaquã est asserẽdu, D cum satis constet eam fuisse pluries expugnatã. at id verisimũ fore cõprobatur de Ciuitate spirituali, & intelligibi Ecclesia Ciuitas fortis.

le

le quę est præsens Ecclesia, et multo verius de coelesti Hyerusalem, inqua uidere est, & perpetuo frui æterna pace, & tranquillitate. In sensu verò tropologico, & morali, per hanc vrbem fortitudinis intelligi potest anima nostra dum est suffulta gratia Dei. Et hic quoque est dubium penes verba quæ sequuntur sic enim legitur. Saluator ponetur in ea murus, & ātemurale. Vbi nō nulli opinantur illam dictionem Saluator, debere coniungi cum præcedentibus, vt sic legatur, Vrbs fortitudinis nostrę Syon Saluator, & hic erit sensus: Vrbs illa fortitudinis nostræ, ciuitas illa adeò fortis, & munita quæ nam est, & ubi nam gentium est? iuxta expositionem D. Hieronymi, dicitur quòd est ipse Saluator Christus Dominus, ipse est fortitudo nostra, securitas nostra & protectio nostra. Alii verò referunt illam dictionem ad inferiora hunc in modum. Saluator ponetur in ea murus, & antemurale, q.d. in quo consistit istius urbis fortitudo, & munimen, ut inde nos securi maneamus? quasi respondēs, inquit Saluator ponetur in ea, idest Christus Dominus Dei filius ibi tamquam custos, & propugnator assidebit, ita vt de huius vrbis fortitudine, ac securitate nullus debeat esse timor, aut suspicio, quia murus, & antemurale ipsius, est ipse Saluator. Per murum intelligi consueuit prima illa parietum constructio, quæ cingit Ciuitatem. Per antemurale intelligunt alium murum, quo prior circundatur, & defēditur, qui quidē ob id vocatur ātemurale. Alii pantemurale intelligi uolunt, ꝓpugnacula quędā quę fieri solēt ad tuēdos muros prīcipales aliquāto eminētiora, & grassiora, & maxime idonea ad eorum, qui vellēt priora vrbis moenia diruere, latera offendenda: & huiusmodi propugnacula lingua punica dicuntur barbacani, Italica verò lingua uulgo dicuntur bastioni, torrioni, & similibus nominibus. Hęc pro intellectu literę, sed veniamus ad sensum spiritualem, & allegoricum, videlicet quid per murum, & antemurale velit hoc loco Propheta.

Murus et ante murale quid.

Si igitur per Ciuitatem istam fortem

A & munitam, cuius nimirum author, & conductor est ipse Deus, velimus signi ficari, & designari animam cuiusq; hominis Deo addicti: huius Vrbis murus & antemurale sunt fides, & opera, murus enim quo defendimur ab hostibus inuisibilibus. atq; etiam uisibilibus, est exercituum bonorum operum; fides autem est antemurale, quæ prebet securitatem, & uirtutem bonis operibus;
B quandoquidem quicquid non est ex fide peccatum est, quamquam et ipsa opera bona roborant, & sustinent ipsam fidem, cum sine illis mortua sit. Greg. 20. Mor. cap. 33. d. Christum esse murū animę nostræ quia prohibet ne maligni spiritus occupent cor nostrum: fidem autem dicit esse antemurale, quia, non ingrederetur Christus animā nostram, nisi pius fide eum apprehenderemus, & per eam habitaret in cordibus
C nostris. Si verò vrbem fortitudinis nostræ vocitemus ipsam Ecclesiam, murus & antemurale, quibus ipsa munitur, & secura efficitur est sanctorum Angelorum præsidium, & primum, ac suppremum illorum præsidium, & inexpugnabile propugnaculum ipsa Dei protectio, contra quam, & inferorum portę nequaquam possunt aliquid efficere, aut vsquam præualere Sic dicit Zaccharias 2. ca. ero ei, inquit, Domi
D nus murus ignis in circuitu eius, & in gloria ero in medio eius: si verò vrbs ista fortitudinis capiatur pro cœlesti, & sublimi patria, murus, et antemurale dicitur et ipsemet Christus Dominus, et Redemptor noster, & ipsa visio pacis, qua beati fruuntur, et misteria futuri sæculi, quæ nobis tunc patefient, neque tunc quicquam erit, quòd ab amore Dei nos queat amouere, ibi erit sempiternumgaudium, perpetua salus,
E et omnimoda securitas, iuxtá illud ps. 149 Exultabunt sācti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis. et alibi Esa. lætitia sēpiterna super capita eorū gaudiū, et exultationem obtinebunt, et alibi quoque Dauid ita canit. non commouebitur in ęternum qui habitat in Hyerusalem. Hæc est fortitudo, robur, & munimentum illius supernę Ciuitatis. Tādem (ut securi loquamur) Christus ubique

Gregor. 20. Mor. cap. 33

Zacch. c. 2.

psal. 149.

Esa 35.

ps. 124

quę est Ciuitas fortis, Ciuitas munita, A murus, et antemurale.

Sequitur textus, et fit commutatio personarum: in priori particula Propheta in persona Beatorum, et Sanctorum Spirituum; et quorumcunq; Christi fidelium loquebatur; nunc autem cum dicitur. *Aperite portas et ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem*. Secundum Cyrillũ loquitur Propheta, et rogat sãctos Dei ministros, videlicet Apostolos, et Euangelistas, et quoscunq; B diuini uerbi præcones, ut aperiant portas, et his qui volunt per fidem, et sacramẽta in Cęlestem Hyerusalem, aut viatorum conuentum et communionem ingredi, aditum patefaciãt. Secũdum alios Interpræes hęc verba loquitur Propheta in persona Dei, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, et præcipit eis, cœli portas aperiant, quò detur ingressus his, qui per fidem et operam Deum C sunt confessi, et eius mandata, sunt exequuti. Dicit ergo. Aperite portas, eas, nimirũ, de quibus loquitur ps 117. Aperite portas iustitiæ, et ingressus in eas confitebor Domino. Item Aperite portas vos Angeli Dei, et custodes cœli, portas, inquam, paradisi, per quas nõ ingrediuntur nisi viri iusti, et vehementer approbati, et à suis sordibus purgati, et mundati: de quibus portis loquitur ibidem Regius Propheta dicens. D Hæc porta Domini iusti intrabunt in eam; quemadmodum & hoc loco, *& ingrediatur gens iusta custodiens veritatem*. Non sunt aperiendę portæ istę, sed vectibus durissimis operiẽdę, tùm his qui noluerunt Deum agnoscere, multo minus his, qui cũ cognouissent Deũ, nõ sicut Deum glorificauerunt, sed euãuerunt in cogitationibus suis; minimè verò his, qui cum haberent legem, et Dei voluntatem iam dudum agnouerint, E auerterunt faciem suam ab eo.

Portæ igitur Cœli ijs dumtaxat, qui faciunt iustitiam, et custodiunt veritatem sunt reserandæ, quiquę sunt fideles, et cõstantes in verbis, et promissionibus suis, quibus verbis taxat eos Propheta, qui cum se filios Abrahæ iactarent, putabant etiam se hæreditatem Abrahæ esse consecuturos. Facere veritatem, aut veritatem custodire, est secundum quosdam nil aliud, quàm verum cultum retinere, non typicum aut fucatum, seu falsum. At secundum alios hi dicuntur facere veritatẽ, qui quod dicunt faciunt, et actiones verbis egregiè respondent, sic D. Ioan. ep. 1. cap. 1. d. si diximus quoniam societatem habemus cũ Deo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et veritatem non facimus; quorũ sententia coincidit cum prima. Est etiam præter ea, quæ hic dicuntur, annotandum, quòd plures in sacris literis portarum species reperiuntur. Sunt enim quædam quę portę mortis nuncupantur, sunt portæ Inferni, sunt portæ iustitię, et sunt portæ cœli, et paradisi. De portis mortis, quæ veræ dicũtur eę quibus ad inferiora descẽdimus et pquasillucusq; introimus mortis loquitur ps 106. cũ inquit Appropinquauerũt vsq; ad portas mortis (inquã) æternę cauẽdũ quippe est, et sũmis viribus annitẽdũ, ne ad huiusmodi portas nos ipsos cõferamus. Sunt portę Inferni (de quibus supra diximus) quòd non pręualebunt aduersus Ecclesiam, et eodẽ ps. cõtriuit portas ęreas, et vectes ferreos confregit ps 106. sunt deinde portę iustitię, quibus electorum consortio annectimur, & consociamur, per quasquidem portas Dei tabernaculum ingredimur, et ibi commoramur, iuxta illud psa quis habitabit in tabernaculo tuo? subdit, qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiã, qui loquitur veritatẽ etc. Et ne in hac portarũ descriptione cõfũdamur, eę vera portæ iustitię, eę sũt appellandæ, quibus nobis prębetur aditus, et facilis accessus ad portas cęli, quas Propheta voluit appellare portas ęternales, cũ Dñs alloquẽs coelestes spiritus aiebat. Attollite portas principes vestras, et eleuamini portę æternales. et certè quòd hic dicit Esaias *aperite portas, & ingrediatur gens iusta* desumptum est ex ps. 117. Aperite mihi portas iustitiæ, et ingressus in eas cõfitebor Domino. Deinde sequitur in tex. *Vetus error abijt seruabis pacem, pacẽ quia in te speraumus*. Hæc verba sunt proculdubio dicta à spiritu sancto in persona

Tex. 2.

psal. 117.

Porta Cœli quibus aperiendę.

Facere veritatem quid.

Ioan. epist. 1. cap. 1.

Portę in sacris literis multiplices

psal. 14.

psal. 117.

Tex. 3.

persona populi iã redempti, & ab infidelitate prorsus liberati: adeo sic exponitur: vetus error abiit .i. cultus Idolorum recessit, non sumus amplius decepti, neque sub Diaboli potestate detinemur: vel sic intellige: vetus error abiit .i. non sumus amplius illius opinionis, & credulitatis, ut putemus per cerimonias legis, & per opera quæcumq; externa cœli portas aliquando nos ingressuros, uelut olim fuimus, nos, & patres nostri, sed ea tantum ratione, uidelicet. seruando iustitiã & corde, ac opere ueritatem custodiẽdo, credimus nos aliquando fore dignos eas portas ingredi Veritatẽ inquam uitæ iustitiæ, & doctrinæ. Quidam moderni expositores hunc in modum interpretantur hanc particulam. Vetus error abiit, idest nõ sumus amplius in dubio, nec hæsitamus quid nos credere, aut facere oporteat, sed credimus, & firmiter tenem⁹, quòd tu Domine seruabis pacem, pacẽ (inquam) idest quietem, & tranquillitatem corporis, & animi, pacem absq; omni perturbatione, & contentione tàm interna quã externa, pacẽ (inquã) hic in uia, & pacẽ in patria, ubi est summa, & sempiterna pax, & tranquillitas absq; ulla ĩtermissione, & interpollatione. Propterea repetit eandem vocem, pacem, pacem; aut ista repetitio fit ad maiorem confirmationẽ, vel vt ostendat Deum nobis pacem daturum, non quamcunque, sed pacem firmam, stabilem, & solidam, & maximam conscientiæ tranquillitatem, & denique pacem illam de qua est locutus in capite præcedenti, cum inquit. Auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra; Et post pauca. Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos, sustinuimus eum, & exultabimus, & lętabimur in salutari eius. Aliqui dicunt eiusmodi repetitionem fieri ut cognoscamus securam fore retributionem. Dicit ergo populus fidelis; Vetus error abiit, nos credebamus, siue putabamus in eo nos fiduciam cõstituisse, qui nunquam nobis esset affuturus, iam desiderium nostrum cõpletum est, spes nostra, vel falsa credulitas

A iam finem habet; propterea quòd iam venit Christus quem numq; putabamus aduenturũ, aut sic: vetus error abiit .i. rumor, & opinio eorum, qui existimabant nos, qui Christum venturum expectamus, magnopere decipi, iam abiit, iã cessauit, cum iam constet, & manifestũ sit Christum venisse; loquitur, n. Propheta audacter de eo quod futurum est, perinde atq; iam fuerit, quo ostendat infallibilem rei euentum. Dicit ego, vetus

B error abiit, tu verò Deus seruabis pacẽ, pacem (inquam) nobis optatissimam quia ĩ te sperauimus, vbi vides meritũ spei firmæ, & stabilis quod est, habere, perpetuã, & integrã pacem, iuxtà illud ps. 30. in te Dñe speraui, non confundar in æternũ. Et nunc idẽ repetit dicẽs. *Sperastis in Dominum seculis æternis in Domino Deo forti in perpetuũ*, & propterea suppleppetua quies, & tranquillitas corporis, & animi nũc, & sẽper vobis inerit. Spera- *ps. 30.* *Tex. 4.*

C stis (inquã) in Domino, vos Prophetæ, vos Ciues cœli vos filii Dei in sæculis æternis, nõ aliquando quidẽ sic, aliquãdo verò non, sed in omni tempore, & vltrà omne tẽpus, & futurũ sęculũ, & absq; vlla tẽporis intermissione, singulisq; horis, & momentis, & præter quodcunq; negociũ, iuxtà illud ps. 36. sperã ĩ Domino, & fac bonitatẽ & pasceris in diuitiis eius &c. & alibi. d. Benedicã Dominũ in omni tẽpore semper laus eius *psal. 36.* *psal. 33.*

D in ore meo. Sperastis in Dño Deo forti in ppetuũ, sperastis (inquã) & prudẽter quidẽ ac sapiẽter egistis sperãtes in eo qui est verus Deus, & Dñs vniuersorũ, & est fortis & costãs in suis pmissionib⁹, imo est ipsa uirtus, et fortitudo omniũ sęculorũ, & p õia secula viuit & regnat nec potest vnquã vobis deesse iuxtà illud Matth. vlt. Ego vobiscũ sũ omnib⁹ diebus. Post hęc affert Esaias rationem quã in Dño Deo forti sit nobis in per- *Matth. vlt.*

E petuũ sperãdũ, & quẽadmodũ etiã Deus fortis nuncupetur, & inquit *quia incuruabit habitantes in excelso, Ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsq; ad puluerem conculcabit eam pes, pes pauperis, gressus egenorum*. Pręsens litera non multa indiget explanatione, sat est declarare quosdam terminos; *Tex. 5.* *Tex. 6.*

per eos qui habitant in excelso possumus intelligere Demones, qui licet in presenti in inferioribus terræ, sint detenti, aliquando tamen fuerunt in excelso, vnde sua culpa ceciderunt, quiq; etiam dicuntur in excelso commorari, quia alta sapiunt, & intumescunt, ita vt contra potentissimam Dei manum audeant se quandoque efferre: uel per hos in excelso habitantes, debemus intelligere quoscunque superbos, & animo elatos, quique de se ipsis nimium præsumunt, quo loco videtur speciatim Esaias notare Iudeos, qui se aduersus Cdristum extollebant, et eius virtutes, ac miracula subsānabant, de quibus scriptum est Lucæ primo. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. et alibi qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur; sic etiam exponit Cyrillus hanc particulā, quòd videlicet sancti gratias agunt Deo, et laudant eum, pariterque in eo letantur et præ gaudio gestiunt, cum vident Deum abiicere, et disperdere superbos atque sui magni nominis hostes, quemadmodum d. Dauid lætabitur iustus cum viderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris humiliabit ciuitatem sublimem, humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem; bis utitur hoc verbo humiliabit Ciuitatem sublimem, hoc est Ciuitatem Hyerusalem, quia duabus vicibus legimus eam fuisse humiliatam, & velut in puluerem redactam: primo quidem a Caldeis: deinde a Romanis, nec de ea Ciuitate solum Prophetam hic loqui putandum est; sed de quibuscunque vniuersi orbis Ciuitatibus, ac oppidis, quæ se aduersus Deum erigere attentarunt accipiendo singulare pro plurali (vt notat Lyranus) hec igitur est causa, quare in Domino Deo forti perpetuo sit confidendum, atque sperandum. Dicit etiam quòd Ciuitatem sublimem in puluerem redactam conculcabit pes.

Luc. 18.

Ps. 57.

Et quis queso pes? *pedes inquam, pauperis, gressus egenorum*, primo quidē intelligendi sunt pedes Christi Domini nostri, qui supradictus est pauper, & egenus, quemadmodum etiam mul- A tis in locis Regius Propheta vocat ipsum pauperem, & egenum, cuius pedes Hyerusalem, & vniuerse Iudeæ, & ipsius Galileæ, & finitimorum locorum terram calcasse manifestum est omnibus, quippe qui perambulabat per vniuersam Iudeam predicans regnum Dei sanans egrotos, Demones eiiciēs, & variis morbis oppressos solo verbo, aut vestimentorum tactu confestim liberans: intelliguntur etiam pedes Apo- B stolorum, qui cum prius essent ab omnibus reiecti tanquam viles, & nullius pensi homines & à finibus Iudæorum depulsi, postmodum vsque adeò fuerūt exaltati, ut parum abfuerit quin velut Dei essent habiti, & adorati. Horum certè pedes calcauerunt terram, quia missi sunt in omnem Ciuitatem & locum vniuersi orbis ut annunciarēt verbum Dei, nec terram solum viri sancti & electi Dei, suis pedibus calcarunt, ve- C rum & Demones, iuxtà illud Lucæ 10. Ecce dedi vobis potestatem (inquit Christus) calcandi super Serpentes, & Scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.

Luc. 10.

Potest etiam dici, Dei seruos uere pauperes, & egenos, & cuiusuis abiectæ conditionis homines, suis pedibus calcare terram, quia re vera omnem mundi gloriam, omnes huius terre delitias, & commoditates alacriter D contempserunt, & pro nihilo habuerunt terram hanc desiderabilem, iuxtà illud Paul. mihi mundus crucifixus est & ego mundo, & ad Philip 3. inquit idē Apostolus. quæcunq; huius mundi cō moda, & lucra arbitratus sum ut stercora, vt Christum lucrifaciam.

Gal. 6.
Philip. 3.

Potest etiam simpliciter & ad litteram exponi præsens particula, quòd vz. Ciuitatem sublimem, Ciuitatem (inquā) Hyerosolymam iam olim nobilē, sub E limē, & illustrē, humiliabit Deus, adeò quid ē humiliabit, & vsq; ad terrā eā deducet, nec solū illuc deducet, sed vsq; ad puluerē eam detrahet, vt nullū ferè sit ex ea reperire vestigium, & cōculcabit eam pes, & nō quicumq; pes, neq, cuiuscumq; viri nobilis, & eximii, sed pedes pauperis, & egeni, & infime sortis hominū. Conculcabunt terrestrem Hyerualem

rusalem, quoniam post eius vastationem, & excidiũ, non aderit amplius ciuium frequentia, non amplitudo domorum: neq; concursus negociantiũ, ita ut omnes quicunq; illi sint, poterint pro arbitrio, & omni securitate absq; vllo impedimento illius vicos, plateas, & strata viarum perãbulare. Deinde sequitur. *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum, & in semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te, nomen tuum, memoriale tuum in desiderio animæ.*

Tex.7. Tex.8.

Existimant quidam exponentes Prophetam prosequi canticum, & laudes de Christo Domino, qui solus, & vere iustus, & iustitiã dilexit. et dicit, Quòd semita iusti. i. via qua Christus ambulauit, & qua nos ãbulare docuit recta est, nullam habens obliquitatẽ neq; ad dexteram, neq; ad sinistram declinãs, & quo facilè, cito, & expedite conficiamus cursum; nullum habẽs impedimentum, neque quicquam præcipiens iniustũ, uel parum honestum, quemadmodum aliæ leges ab hominibus cõstitutæ: & hoc magis confirmans inquit. *rectus callis iusti ad ambulandum.*

Nec solum ipse Christus iustus tenuit semitam rectam ad ambulandũ, verũ (vt diximus) docuit & alios, ut ambularent in ea iuxtà illud sap. iustũ deduxit Dñs per vias rectas, & ostẽdit illi Regnũ Dei. Et David Deduc me in semitã mandatorũ tuorũ, quia ipsam volui. Ponunt autẽ discrimen inter semitã, & callem, quòd semita est uia stricta, et angusta, & satis arcta, propter consiliorũ arctitudinem, et difficultatem; callem verò dicunt esse viã tritã, et amplã cursui curruum, & quadrigarũ idonea, ac perapta. Aliqui alii oppositum sentiũt callem cõmuni vsu loquendi appellari viã strictam, et arctam; semitam verò dici de quacũq; via, quomodocũq; sit illa. hoc vtiq; scimus Dominũ nostrũ posuisse discrimẽ inter has duas uiarũ cõditiones, quòd via quæ ducit ad uitã arcta est & valde angusta: lata autẽ est ea quæ ducit ad perditionẽ: et secũdũ omnes auctores semita, et via aliquando confundũtur, propriè tamen callis dici solet via callo cõplanata, et pedibus deãbulantiũ bene compressa, et consolida

Sap. x. cap.

psal. 118.

Semita. & callis quo

Matth. 7.

A ta: et semita dicitur uia angusta, et longe diuersa à via plaustrorum. Ego autẽ existimo hoc in loco semitã, et callem pro eodem accepta, et fore nomina Synonima vt ẽsis, et gladius, Et cũ subdit. *Et in semita iudiciorũ tuorũ Domine sustinuimus te, nomen tuũ, & memoriale tuũ in desiderio animæ.* Videtur quibusdã Prophetã prosequi operũ Dei, laudẽ, et cõmẽdationẽ tanquã ea quæ sunt omnifariã recta, ostendẽdo id à minori ad maius affirmatiuè hunc in modũ. si semitæ

B et viæ iustorũ, et opera eorũ õnia iusta et recta sunt, et in semita iudiciorũ tuorũ sustinuimus te, multò magis iudicia tua Dñe, quæ libenter, et patiẽter sustinuimus recta sũt, & iusta. et hæc est uox prophetæ suscipiẽtis personã sãctorũ in die iudicii, aut est piorũ hominũ sñm præsentis vitæ statũ: eorũ (inquã) hominũ qui pro Christi gloria. pp spẽ, et fiduciam quam habuerũt in eo, multas su

C stinuere calamitates, & cruciatus, & ob id inquiunt, *in semita iudiciorũ tuorũ sustinuimus te, nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Sustinuimus (inquã) in nomine tuo, vel ad recordationẽ nominis tui in desiderio animæ*, quia. s. anima desiderat, et concupiscit tibi morẽ gerere, tibi satisfacere, et propter te omnia patienter sustinere, et libẽti animo diutius expectare: sic. n dicebat David psa. 82. Anima nostra sustinet Dominũ

D qñ adiutor, et protector noster est. et alibi ps. 129; Propter legem tuã sustinui te Domine, et sustinuit anima mea in verbo eius. vel dicas nomen tuũ Domine, recordatio, et memoria nominis tui, ac beneficiorũ tuorũ excitat in nobis desiderium tui: iuxtã illud ps. 118. cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. et alibi concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini. Eadem particula secus

E exponitur. In semita iudiciorũ tuorum Domine sustinuimus te, hoc est, in semita iudiciorũ tuorũ in ea uia quã nobis præbet, ac demõstrat lex fidei, et doctrina Euangelica sustinuimus te, idest patienter expectauimus quæcumq. nobis in ea doctrina promiseras, quia iustus es Domine, et rectum iudicium tuum, et alibi. d. psal. Iudicia Domini vera

18.

psal. 82.

psal. 129.

iustificata in semetipsa, desiderabilia su A per aurum, et lapidem preciosum multum, & dulciora sup mel & fauū, & seruus tuus custodit ea, qa ī custodiēdis illis retributio multa. Quidā volūt p hec duo v3 sustinuimus nomē tuū, & in memoriale ī desiderio tuū animę, indicari duo nomina Christi, vnū qꝫ significat diuinā essētiā v3 tetragramatō, alterū qđ ē Iesus significās Saluatorē. Et uere hęc duo nomina sūt mel in ore, melos ī aure, iubilus in corde Ber. *Deinde sequitur Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in precordiis meis de mane uigilabo ad te &c.* Anima (inquit) mea desiderauit te ī nocte hoc est, in presenti vita, in qua te solu p speculu, & enigma videre licet; aut in nocte hoc est cum tentationibus nos opprimimur, & variis illusionibus affligimur. & ob id iure. d. Propheta. Anima mea desiderauit te in nocte, quia eo temporis spatio magis Dei auxilio indigemus. Dicunt aliqui, Anima mea desiderauit te in nocte, hoc est, antequam Dei filius nobis iam diu promissus ad nos veniret. Etenim tunc in vmbra, in tenebris, & figuris dumtaxat tui notitia fruebamur, tu (inquam) spes, & desiderium animæ nostræ eras, neque magis quicquam optabamus, nisi ut tui præsentia frueremur. Sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Sensus est quā diu viuam, & quamdiu spiritu hos reget artus, & meis in visceribus, atq; intimis cordis penetralibus residebit, de mane vigilabo ad te, nō ero segnis aut piger, præueniā in maturitate, & clamabo, sūmo mane consurgā, & ad te de luce vigilabo. Vnde non iniuria d. Proph. Mane ad te vigilabo, & antea dixit. Anima mea desiderauit te in nocte, quoniam nox, & diluculum orationi, & contemplationi magis huiusmodi temporis differentiæ videntur idoneæ. Vnde psal. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Nicolaus de lyra sic exponit. Mane idest ab exordio uitæ meę vigilabo ad te, aut noctis, & diei seorsum meminit, ut discamus tam in prosperis, quàm in aduersis ad Deum confugiendum esse. Aliqui sic exponunt hanc particulam: spiritu meo in pręcordiis vigilabo ad te, quia scilicet oportebit aliquando sic deum alloqui. De profundis clamaui ad Domine, Domine exaudi vocem meam. *Deinde sequitur cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.* Nam memoria peccatorum cum detestatione eorum, & videre impios castigari à Deo, plurimum confert ad iustitiam acquirendam, at impii pertinaces discunt, & ipsi iustitiam Dei per experientiam flagelli, non ob id tamen corriguntur, & resipiscunt: constat enim quòd in die iudicii cū Deus suum exercuerit iudicium, vt reddat vnicuique secundum opera sua, discent vtique habitatores orbis iustitiam, videbunt (inquam) & palam fatebuntur Deum esse iustum, neq; acceptatorem personarum. Volunt quidam exponentes hæc verba dicta á Propheta ex persona sanctorum aduersus eos, qui iuxtà affectum mundi suam uitam degunt, & ambulant post suas concupiscentias irridentes, & contemnentes Dei iudicia, & pia hominum desideria sanctas actiones, carnis mortificationes, inutiles esse & res pueriles fore existimant: isti igitur cum Deus fecerit iudicia sua, & demōstrabit, uirtutem, & potentiam brachii sui. iusti contemptores iustitiam discent. Quidam ex ueteribus longè secus exponunt hunc locum. Dicunt. n. cum feceris iudicia tua in terra, idest cū prędicatum fuerit Euangelium & cum lux tuæ maiestatis affulserit. cumq; in effectum, qꝫ iā olim pollicitus, es deduxeris, tunc discent habitatores orbis iustitiam, quòd scilicet est ex fide in Christum Iesum, & non ex operibus purè humanis, & ex hominū sententia factitati & breuius dicunt aliqui quòd soluta Diaboli tirannide per aduentum Christi facilis erit ascensus ad culmen virtutis, & ad ueram iustitiam consectandā. Ego autem persisto in priori expositione paulo ante adducta, quòd siue loquamur de extremo iudicii die, siue pro aliis quibuscumq; temporibus dum placuerit omnipotenti Deo iudicia sua super terram exercere, tunc omnes habitatores orbis, iustitiam Dei cognoscēt, altero duorum modorū, vel quod Deus est

Marginalia: Tex. 9. — Psal. 118 — Tex. 10. — C — D — E

est iustus, & quòd bonis bona,& malis mala retribuit, vel boni discent iustitiā,quia exercebūtur in bonis; mali vero,discēt iustitiā,quia,p malis operibus recipiēt poenā,& iustā suorū scelerū vltionem patientur. Sequitur deinde, & iuxtà sententiam.D.Hiero.videtur Prophetam hoc loco induere persona Domini d.*misereamur impio* q. d. condonemus illi suas culpas,ostendamus ei clementiā nostram,vt veniā consequatur, & discat benefacere,& videtur ista locutio esse totius trinitatis,aut cōmunicatio cōsilii ipsius Dei sāctis spiritibus,& beatis animabus, quo iudiciorū Dei, & sūmę illius bonitatis cōscię reddātur,cui respōdēt.Si tuDomine misrearis īpio nihileffícies,nō.n.discet facere iustitiā,qa nunquā suorū scelerū pęnitebit,&quāquā sola vexatio dat ītellectū & ob id aliquando contingat quosdam peccatores reperiri,qui quidem per flagella corrigūtur, &ad rectā semitā reuerti solent,at sunt quidā ita ostinati in malo,quòd nulla correctio,& castigatio quātumuis acris,& ardua ,eos ad pęnitentiam reducit,velut de Pharaone, & plerisq; aliis exempla cōmostrant,& & alicubi legitur.Impius cum in profūdum venerit peccatorū contemnit.Alii sicexponūt.misereamur impio,& nō discet facere iustitiā.i misericordia ostēsa,& exhibita Iudęis,cōferendo eis tot gratias,&priuilegia non.n.frustratoria fuit,ob id didicerūt facere iustitiā.i. nō sunt conuersi ad Christū:vel gentes per misericordiā vocatæ ad fidē,nō discēt facere iustitiā.i.nō sunt assuetæ legib⁹ quę docēt iustitiā cum semp Idola coluerint.Verū hęc expositio (mea quidē sētētia) est valde extorta,neq;facilè potest literæ aptari melior ergo, & tutior est prima expositio,quę vulgari quodā prouerbio ita potest declarari, quòd audiēs sapiens sapiētior erit argue irrisorē,& contemnet te.materna lingua sic dici solet.castiga il buono diuenta migliore,castiga il tristo diuēta peggiore. D.Bern in quodam sermone sic.d.misereamur impio,& nō discet facere iustitiam,i.nolo vt discat facereiustitiam,vt non inueniatur iniquitas eius ad odiū. Postmodū subdit *in terra sanctorū iniqua*

Tex.11.

Prouer.18.

Prouer.1.

Prouer.9.

A *gessit,& nō videbit gloriā Dei,alias* Domini Cōstat.n.℘ Iudæus in terra sāctorū hocest ī terra ubi erat erectū tēplūDei, ubi erāt sācta sāctorū,vbi erāt sacerdotes,& ministri Dei iniqua gessit,qa ChristūDei filium cruci affixit.Et meo quidē iudicio non de se solis Iudęis hęc verba sunt intelligēda, sed de quocunq;impio,qui vsq: adeò recessit à Deo, & in peccatis suis adeò obduruit, ut quāquā B fuerit aliquādo expertus Dei clemētia & misericordiā consecutus,nūquā tamē didicit iustitiā.i.benè,&iustè agere, De huiusmodi impiorū genere meritò quidē conqueritur Propheta,*d. In terra sanctorū iniqua gessit*.q.d.huiusmodi Impius vsq.adeò peruersus,& ad quęcūq; flagitia maximè propēsus,nulla causa quātumuis ardua, & graui retrahitur à peccato,vt neq:ex sāctitate loci,neq;ex tēporū obseruatione,sed neque etiā ex C qualitate ꝑsonæ aut ex pudore,& ignominia,vel ex cuiuscūq;turpitudine sceleris,& enormitate,quales ii sunt,qui in tēplis diuino cultui dicatis,atq; vbi Sacramenta administrantur, quiq; etiā in sacris domibus cuiusmodi sūt Monasteria religiosorū,&sāctimonialiū,quę vocantur terra,& habitationes sanctorū,praua,& iniqua agunt,& cū istis turpiter,& flagitiose cōmiscentur; de istis etiam cōquerebatur Deus per Hierm. Hier.ca.11.
D d.quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa ī terra sāctorū iniqua gerit.Inquit.D.Ber.q in aliquo collegio clericorū vel regularū,vel quorūcūq;magistratuū nō sint legitime instituti male operatur,non rectè incedit & potius destruit quā edificat:vt presertim qui aliorū curā gerit,isti quippe nō videbunt gloriā Dei; primo quidē in hac præsenti vita nō gustabūt quicquā ex donis spiritualibus,quę cōsueuitDeus cōferre sanctis suis,& in cōsumatio E ne sęculi,cūDeus apparebit in sede maiestatis suæ nō videbūt gloriāDei.i.nō videbūt Deū īsua maiestate regnāte videbūt tñ inquit Aug.formā hoīs,atDei gloriā nō videbūt vt.cōtra.serm.Arrianorū ca.11.Nōnulli per gloriā Dei intelligūt ꝑdicationē Euāgelii,quā gloriā certe,neq.Iudæi,neq.gētes incredulæ numquam videbunt.

A Deinde sequitur impræcatio aduersus istos impios, & rebelles Dei numini cũ precatione, ac desiderio exaltationis, & manifestationis Dei virtutis, & potentiæ. d. *Domine exaltetur manus tua & non videant; Videant, & confundantur Zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret.*

Tex. 12.

Primum quidem nota (vt inquiunt Patres) Prophetas cum aliquid optare videntur, futura vaticinari, quare cũ d. Propheta (ipse enim loquitur) Domi- B ne exaltetur manus tua, intellige potentia tua, uirtus tua, magnificentia tua per quam, & cum qua edidisti mirabilia, per quam manum pariter, et brachium solet etiam intelligi verbum Dei, quo firmati sunt Cœli, & omnis virtus eorum. De qua manu alibi d. scriptura Manus tua confregit inimicos, & dicitur fecisse Deus potentiam in brachio suo, idest filio suo, per quẽ omnia sunt facta, & sine quo factum est nihil. Dicit C ergo exaltetur manus tua. i. virtus, & potentia tua, vt non videant. i. ut non cognoscant neq; intelligãt quàm magna sit virtus, & potentia tua, neq; per tot miracula abste edita moueantur, & agnoscant maiestatem tuam; iuxtà illud Tollatur impius, nè videat gloriã Dei. qua in re verissimè quidem & citrà omne dubiũ, exaltata est, & demõstrata potentia Dei, ut tot miraculis editis tũ in passione, tũ in resurrectione filii Dei, Iu D dæi nõ fuerint corde cõpuncti, & agnouerint Christi diuinitatem, excæcauit enim eos malitia eorum. At statim quasi reuocat, & retractat ipse Propheta sententiam suam, et desiderium, quod nunc patefecerat, d. videant, & confundantur. q. d. pœnitet me hoc dixisse, & exoptasse, vt exaltetur man⁹ Dei. ut nõ videã, tquin potius ꝑcor, & cupio, vt videant, & confundãtur zelantes populi, idest Iudæi qui vsque E adeò videbantur æmulari honorem, & gloriam Dei, vt eius filium neci tradere non fuerint confusi: uideant ergo Christum à mortuis resurrexisse, in cælum ascendisse, Apostolos suos spiritu sancti lumine repleuisse, & multa miracula edidisse; videant (inquam) tot signa, & tot prodigia, & confundantur, & multò magis cum videbunt venientem in gloria Patris sui, cum Angelis suis, erubescent, & confundentur. Cum verò Propheta, zelantes populos appellat Iudæos, præterquàm quòd ironia quadam videtur vti aduersus eos, nihilominus notandum est, quòd zelus multifariam sumitur. Primo quidem pro odio quodam implacabili, & profunda quadam ĩuidia qua persequebatur Christum, & ob id cruci affixerunt eum: sciebat enim Pilatus quòd per inuidiam tradidissent eum. Sumitur etiam zelus pro quadam æmulatione, qua æmulabantur gentes. quas neque superiores, neque pares sibi futuras esse cupiebant, neque vllo pacto fore particepes promissionum Dei; quamobrem eas ad fidem Christi conuerti ferre nequaquam poterant. At ipse Deus secus decreuit vt habetur Deuterono. 32. cap. d. Ipsi me prouocauerunt in eo quod non erat Deus, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & ingente stulta irritabo illos. Zelus etiam quandoque pro amore, & charitate ordinata accipitur, quomodo zelantes populi dici possunt ipsi Gentiles qui charitate succensi, zelabant, et cupiebãt appræhẽdere Christi fidem: verum de his non loquitur præsens textus, quamuis Diuus Ambrosius super psal. 118. aliter sentire uideatur. *Et ignis deuoret hostes tuos.*

Zelus multipliciter.

Matth. 27.

Deu. 32.

Non videntur eiusmodi verba cum superioribus aliquo pacto responderè iuxtà expositionem Ambrosii; præcatur enim Propheta vt exaltetur manus Dei, ne inimici eius videant, & intelligant virtutem operum suorum, & quòd ignis deuoret eos, et postmodum d. quòd zelantes populi, idest populi charitate accensi videant, & confundantur.

Nisi dicamus, quòd prius dictum, vt non videant, referatur ad Iudæos, & quoscumque incredulos pertinaces: cum postea dicit, videant, & confundantur zelantes populi, referatur ad gentes, & paucos illos Iudæos, qui in Christum crediderunt, videbunt, enim primi in quem pupugerunt, &

con-

cõfundẽtur, ac pudefient, tã graue ſce lus ſe aduesſus Deum commiſiſſe gentes quoque zelantes, & ſpiritus ſancti ardore æſtuantes, videbunt Dei bonitatem, & magnificentiã, & quàm ſuauis eſt Dominus, & confundentur, ac erubeſcent, ſe Demonibus, & creaturis cultum verò Deo debitum aliquando tribuiſſe; ſed redeuntes ad priorem ſententiam, dicimus Prophetam impræcari malum Ipſis Iudeis, & conſequenter quibuſcumque eorum gentium proſequentibus. dicit ergo *ignis deuoret hoſtes tuos Domine*, ignis quidem verus, & realis in excidio Hieroſolymitano ex Iudeæis multos, qui potius voluerunt abſumi incendio, quam cum gentibus Chriſti fidem appræhendere, deuoraſſe legitur; ſed præter hunc, ignis pœnitentiæ excruciauit, & torſit eos, qui tale facinus perpetrarũt, & poſtremo ignis gehẽnæ deuorabit eos: deuorabit (inquam) non conſumendo, ſed affligendo continuè. Diuus Gregorius inquit ſuper Can. c. 8. ignis deuoret tuos: ignis inquã inuidiæ cum viderint Chriſtum exaltatũ nec ſolum ignis inuidiæ, ſed ſequa rabies tamquã ignis uos conſumet. His dictis rogat Propheta & ſuppliciter petit in perſona eorum omnium, qui propter Chriſtum multa ſuſtinuerunt, & in fide ſemper coſtantes perſtiterunt.

Greg. ſuper Cant. ca. 8.

Et quid petit? *Domine, inquit, pacem dabis nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis*. Iuxtà expoſitionem D. Hieronymi Propheta quaſi exultãs & gaudens poſt multa mala, & incõmoda, quę paſſus eſt fidelis populus, ſperat quin potius de ſe ipſo ſibi pollicetur Deum illi pacem daturum: & aliqui volunt eum ex perſona Iudęorum, qui ſunt ad fidem conuerſi, ita loqui, & ipſam pacem confidenter expetere. Alii volunt ipſum Prophetam poſteaquam eſt præcatus Deum ut oſtendat potentiam ſuam, & cætera quæ ſequuntur, nunc ſperat Deum adeò fore miſericordem, & benignum vt deuictis hoſtibus, & ab igne conſumptis Deus det nobis pacem, ut per eam intelligamus quæcunque ad ſummam, & abſolutam fœlicitatem

Pax a Deo expetenda.

A pertinere noſcuntur, et eam pacem, ut non ſit nobis amplius formidandum, id quod rarò, aut nunquam in præſenti ſtatu conferri conſueuit. Vnde per pacem hoc loco nonnulli intelligunt, Chriſtũ, qui eſt pax noſtra, & fecit vtraq; vnũ Alii intelligunt cõſciẽtiæ tranquillitatẽ quam non niſi iuſtificatos ex fide habere contingit. Alii per pacẽ nobis dandã intelligunt ſpiritum ſanctum qui nos reddat immunes, atq; B ſecuros ab omnibus Demonum impugnationibus. Alii per pacem quam petit, et expetit iſte uates, intelligunt gloriam immortalitatis, qua cum Deo viuimus in æternum: & omnes iſtæ expoſitiones ferè in idem redeunt. Poſtremo afferam expoſitionem quorundam, qui exiſtimant hęc eſſe uerba Iudęorum, qui poſt multos ex eis perditos, ac damnatos perſtiterunt. quaſi dicerent, Domine poſteaquam tot ex C noſtris perditi, & conſumpti fuere, nobis, qui reliqui ſumus tua gratia & benignitate dabis nobis pacẽ, accipiẽdo pacẽ iuxtà omnẽ modũ, quẽ tetigimus.

Cum poſtea d. *omnia opera noſtra operatus es nobis*, ideſt quicquid boni fecimus, quicquid paſsi ſumus, & quæcumque mala ſuſtinuimus, opus tuum, virtute tua, tuo potenti brachio ſuſtinuimus, & tui cauſa perpeſsi ſumus, niſi tu Domine adiuuiſſes nos paulominus D in inferno habitaſſet anima noſtra, qui nimo ex toto cæcidiſſemus, & pęnitus conſũpti fuiſſemus: tu uires cõtra hoſtes viſibiles, & inuiſibiles attuliſti, tu nos victores in huiuſmodi certaminibus reddidiſti: Denique opus tuum fuit quod operatus es in nobis, ex nobis ipſis nihil præſtare poteramus, ſed neque etiam quicquam cogitare, ſed omnis noſtra ſufficientia ex te prodiit, & proceſsit. Sed nota quòd licet E omnia opera noſtra Deus operetur nobis, & in nobis, ſic tamen ut nos quoque operemur, & propterea d. textus. opera noſtra operatus es, quia nos quoque ea facimus, & apud Ioann. ipſemet Chriſtus operamini inquit non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam ęternam: & alibi: Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam

Ioan. 6.

Matt. 20.

Matth. 22. & quoniam in præsenti littera ponitur nota reddens causam prioris dicti, dũ inquit omnia enim opera nostra operatus es nobis. Not. propterea homines iustos, & pios ex quorum persona loquitur Esaias cõfidenter petere, aut sperare sibi pacem dari: quoniã iã Dei munificẽtiam, & liberalitatẽ sunt experti; quòd videlicet, fuerint á uinculis peccati, & à Demonis tirannide erepti & liberati, factiq; participes bonorũ cælestiũ; & quibus tandem Deus opt. max. donauit filium suum: & quoniam in more est & satis usitatum, ut his, qui aliquando magna accepit beneficia, plura etiam & maiora non vereatur postulare: Nam

Cicero ut ait Cicero. Ingenui animi est cui multum debes. ei plurimum velle debere; quia igitur omnia opera nostra operatus est Deus in nobis, idcirco possumus audacter donum hoc vltimum, & summam expetere, vt scilicet pacem nobis conferre dignetur, sicut ipse aliàs ꝓmisit d. Ego vobiscũ sum õnibus,

Matth. 28. diebus vsq; ad consumationem sæculi, & postmodum gloriã imortalitatis nullum vnquam finem habituram. Præterea rememorat Propheta Dei, seruorum ingentem miseriam, & calamitatem, quam prioribus temporibus miserabiliter sunt perpessi, vt hinc ipsius Dei erga illos benignitas, & humani-

Tex. 14. tas magis appareret d. *Domine Deus noster posederunt nos Domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui.* Hæc vox nimirum eorum est, qui à peccati, & Demonis seruitute liberati cognoscunt in quo ad illud vsque tempus statu extiterint, & cuius imperio, ac potestati succubuerint, possederunt nos, (inquam) Domini violenter, & crudeliter absque te, idest te non iubente, nõ consentiente, neque etiam annuente, sed permittente solum, qui tamen es solus verax Dominus: & qui nam fuerunt isti adeò præpotentes & insolentes Domini? Demones (inquã) lapidibus, & lignis assidentes, nec non diuersarum auctores sectarum, qui æternam salutem nobis miseris, & incultis hominibus pollicebantur, fuere (inquam) quam plures diuini nominis hostes, qui ui, & potentia nos sollicitabant, & quot

A quot poterant modis, & artibus nos impellebant: At nos in te vno fiduciam, & spem nostram locauimus, soliusq; nominis tui memoria vigebat in nobis, de quibus poterat dici illud psal. psal. 43.
43. Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus tui, neque inique egimus in testamento tuo, nec solum Iudæi, & quicunque ex gentibus olim seducti à Demone, & pseudo Prophetis eiusmodi quærimoniam, merito coram

B Deo possunt efficere, verum quicunq; Christi sanguine redempti, & sacri baptismatis lauacro regenerati, nouerint se variis peccatorum generibus fuisse possessos, eiusmodi voces ad Deum iugiter efferre tenentur. Domine Deus noster possederunt nos Domini absque te, id quod certe fuit ingens piaculum, & sæua tirannis, quandoquidem nos sumus hæreditas Dei & a nullo quouis Domino præter-

C quam à Deo debemus possideri iuxta illud psal 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & pos psal. 2.
sessionem tuam terminos terræ; nos ergo sumus Dei hæreditas, & pos- Christi hereditas.
sessio, quam Deus pater filio reliquit & ipse filius sua morte mirabiliter acquisiuit, & media resurrectione possedit. Nec solum nos, & Ecclesia est hæreditas Dei, sed & ipse Dominus psal. 15.
potest dici hæreditas nostra, iuxtà il-

D lud psal. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. sunt ergo hæc duo inuicem connexa, Deus & Ecclesia. Deus (inquam) est hære- Rom. 8.
ditas nostra, & nos quoque sumus hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi.

O quám horrendum facinus, & turpe flagitium, velle nos, qui sumus hæreditas mei, possessi à Deo templũ

E Dei, aliis potestatibus subesse, uel subiici, ab illis manu duci, uel subiici & gubernari, & á Deo viuo, & vero, & clementissimo Domino, ac patre ad creaturas fragiles, & caducas plenas falsitatis, & mendacii deficere, & illis manum dare? Ob id contra eiusmodi hominum genus Propheta insurgit, ac depræcatur d. *mortui non viuant*

uiuant, Gigantes non resurgant, etenim qui mortui sunt in peccato infidelitatis, & obstinationis, quiq; nos atrociter persequuntur, & incessanter oppugnant non viuent, hoc est Dei gratiam, & gloriam non consequentur, quia gratia Dei est uita æterna; & Gigantes non resurgent, Gigantes (inquam) qui de se ipsis multa sibi pollicebantur, neq; putabant se unquam defuturos, aut qui i sua iustitia satis multum confidebant. Et quoniam in quibusdam codicibus legitur, mortui non viuent, & Gigantes nō resurgent: nota secundum D. Hierony. eiusmodi propositiones (vt sic iacēt) ridiculas apparere, quoniam certum est, quòd mortui quamdiu sunt mortui nō viuent, quemadmodum cæcus quamdiu est cæcus, lumen non videt: At si receperit sanitatem vtiq; videbit; sic & qui in peccato mortuus est, donec iustificetur, & à peccato resurgat per eum, qui dicit, ego sum uia veritas, & uita, viuere non poterit: sic Deus dicitur
Ps. 113. Deus viuorum, & non mortuorum, & in psal. 113. Non mortui laudabunt te Domine, neq; omnes, qui descendunt in infernum. Dicamus ergo, quòd mortui, siue morientes in peccato, & in eo vsq; ad uitæ finem persistentes, dubio procul non viuent, neq; in hoc sæculo vita spirituale, neq; in alio, uita beata, & gloriosa. At si Deus sua ineffabili misericordia dum fuerint in hoc sæculo, ad vitam reuocabit, proculdubio & ipsi uiuent, & mortem nōn videbunt in æternum, iuxtà illud Saluatoris apud
Ioan. 11. Ioan. Ego sum resurrectio, & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet, &c. Gigantes etiam (vt dixi)
psal. 1. non resurgent, iuxtà illud ps. Non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. Gigantes neq; (vt mox diximus) hi appellantur, qui ob excellentiā uirtutis, & potentiæ, ob diuitias, & honores nihil mali sibi vnquam euenturum existimant, sed magnitudine suæ virtutis arbitrantur se cęlos attingere, & quodam quasi modo eosdem penetrare, & si contigerit mortem oppetere, posse se suapte uirtute ad uitam reuocare nè ergo isti superbiant, & se ipsos fallant, inquit Pro-

A pheta Gigantes non resurgent, D. etiā Greg. 17. Mor: cap. ij. exponens hanc partem; per mortuos intelligit peccatores, qui dicuntur non viuere, quia peccando vitam iustitiæ perdiderunt, Per gigantes uerò intelligit Angelos apostatas, aut homines superbos, qui post culpam suam inflati ad pęnitentię remedia non accedentes numquam resurgent, nisi scilicet in die Iudicij; de quibus bene dicitur Prou. 21. uir qui errauerit à uia doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur: & quoniam in biblijs nuper emendatis verba ista leguntur in optatiuo, uidelicet morientes non uiuant, Gigantes non resurgant: repete quod supra diximus, uerba modi optatiui, quibus aliquando utuntur Prophetæ indicant rem sit futuram. Grego. 17. mor. c. 11. B Prouer. 21.

Quidam ex veteribus uolunt, ex hoc loco elicere apertum discrimen inter Christum Dominum Dei filium, & creaturas quascunquè rationales, propterea quòd nemo hominum quicunq; sint illi, & quantus quantus fuerit poterit unquam mortuus ex se ipso uiuere, aut alios uiuificare: Christus autem solus inter mortuos liber, quippequi potuit ex seipso à mortuis resurgere & alios quoque iam uita functos, & iam iam corruptioni propinquos, solo uerbo suscitare, cum dixit uni. Adolescens tibi dico surgè, alteri uerò iam quatriduano. Lazare veni foras. quod quidem fuit maximum, & inuincibile suæ diuinitatis argumentum. C Luc. 7. D Ioan. 11.

Et sequitur textus. *Propterea uisitasti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.*

Hic loquitur Propheta in persona iustorum, et Dei iudicia contemplantium, et admirantium; quia (inquit) morientes non sunt amplius uicturi, quia uoluere in finem usquè uitæ in peccatis persistere, neque Gigantes resurrecturi, quia noluere ad pęnitentiam redire, in eorum malitia obdurati, uisitasti eos, et contriuisti affligendo, et condemnādo, hoc est, ad perpetuos inferni carceres illos detrahendo, et quò ad eorum corpora in puluerem, et cineres redigēdo. Et perdidisti omnem memoriam E

eorum, ubi nos legimus, omnem memoriam eorum. 70. legunt omne masculinum, idest omnes uiros, idest principes, et magistratus. hæc enim sunt Dei iudicia, ut qui noluerunt in statu præsentis uitæ Deum agnoscere, et uelut Dominum, et creatorem reuereri, perdat, ac deleat omnem eorum memoriam ita ut coram Deo non memorentur amplius, iuxta illud ps. 9. Periit memoria eorũ cũ sonitu: et alibi dispereat de terra memoriam eorum, eò qđ non sunt recordati facere misericordiam, et persecuti sunt inopem, et mendicum, et compunctum corde mortificare. Et sequitur. *Indulsisti genti Domine, indulsisti genti, nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. Domine in angustia requisierunt te.*

ps. 9

ps. 108.

Indulsisti (inquit) Domine, indulsisti (inquam) populo Iudaico: indulsisti genti peccatrici, et obstinatæ in malo: indulsisti humano generi: et repetit, ut magis exprobet, et confirmet, ac denotet immensam pietatem, & patientiam Dei. Nec solum sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, sed multis prosequutus est beneficiis omnes præuaricatores; et quamquam eos tam diu sustinuisset, ac beneficijs multis, & magnis cumulauisset, nunquam tamen glorificauerunt Deũ, sed euanuerunt in cogitationibus suis: & hoc innuit Propheta cum inquit, velut obstupescens, & velut rem incredibilem, & difficilem relatu manifestaturus. *nunquid glorificatus es?* nunquid agnouerunt, & confessi sunt gloriam tuam? nunquid aliquando resipuerunt? Ita vt ex eorum resipiscentia manifestaretur gloria tua? nequaquam Domine. haud unquam cogitarunt quòd benignitas tua ad poenitentiam eos adducebat, minime quidem, sed suis sceleribus, et uarijs trãsgressionibus thesaurizauerunt sibi iram in die reuelationis, & iusti iudicij Dei. nec mirum, quia securitas negligentiam, negligentia parit contemptum. Sed aliqui textus sic habent. Addidisti genti huic videlicet genti Israeliticæ alias gentes, & nationes, & quia ex his Deus magnificatus est, ideo subdit. Nuuquid glorificatus es

A Domine? q. d. sic. Textus 70. habet. Adde eis mala domine, adde mala gloriosis terræ. Proinde sequitur. *Elongasti omnes terminos terræ.* Hæc particula duos habet sensus: alter est, ut tamquã pœna peccantium, & ingratorum hominum afferatur. q. d. quia multi quibus indulsisti, & præsertim Iudæi non cognouerunt clementiam tuam, neq; te glorificauerunt quemadmodum debuerant; propterea elongasti omnes

B terminos terræ, idest fecisti, vt fides tua, gloria tua, & tua maiestas se diffunderet, ac dilataret in omnes terminos terræ, idest in vniuersum orbem abiectis, & relictis Iudæis: sic etiam exponit. D. Hieronymus non solum de Iudæis, verum de Gentibus, & de vniuersis humani generis hominibus, qui qđ non cognouerunt incomparabilem Dei clementiam, neq; glorificauerunt nomen suum, sed abierunt post Deos alienos

C nos elongasti omnes terminos terræ, i. satis procul ab eis recessisti, iuxtà illud psal. 118. longè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt: & rectè quidem factum est, ut qui se lõgè fecerunt à Deo, Deus pariter elongaretur ab eis. Iuxtà illud 2 Paralip. 15. Si q̃sieritis Deũ inuenietis, si aũt dereliqueritis eũ, derelinquet uos: id qđ nostra hac tempestate, et multò antea in diuersis mundi partibus contigisse

ps. 118.

2. Paral. 15.

D uidemus: Cum enim in quibusdam regnis, & prouincijs ipsius orbis nulla, uel modica diuini cultus, & obsequij ratio haberetur, iustus, & omnipotens Deus elongauit omnes terminos terræ, nec solum ad Indos, & alias remotiores mũdi plagas, fides, & prædicatio euangelij Christianęquè uitæ institutio, et obseruãtia dimanauit, uerũ in his regionib⁹, inquib⁹ maximè vigebat Christiani nominis professio, demonum cultus

E & peruersa, atquè impia dogmata nunc visuntur.

Alius sensus huius propositionis est; quòd Propheta inter alia beneficia quæ Iudæis collata recenset, sit etiam, & hoc, quod Deus elongauit omnes terminos terræ, i. dedit eis terram promissionis, & dilatauit fines eius, sed nequè obid moti fuere, ut colerent ipsum

Deum,

Deum, et manifestarent gloriā eius, quare iustissime factum est, ut per vniuersum orbem disperderentur, iuxtà il-
Ps. 72. lud ps. Perdidisti omnes, qui fornicantur abste. Sed quid tum postea factū est, postquam fuerunt adeò afflicti, & contriti? dicit Propheta.

Tex. 17. *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris, doctrina tua eis.*

Id coē est omnibus in afflictione, & angustia constitutis, recognoscant, & reuertantur ad Deum, iuxtà illud psal. im-
Ps. 82. Osee. 6. ple facies eorum ignominia, & quærēt nomen tuum. & oseæ 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. & D. Greg. mala inquit, quæ nos hic præmunt, ad Deum ire compellunt; ex quorum numero fuere quandoq; Iudæi, qui in angustia, & tribulatione positi, Dei meminisse videbantur. Verum quicunq; tantisper Dei notitia sunt præditi, idipsum facere coguntur: quia solus Deus nostrum est refugium, & virtus, & adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. i. quæ valde nos occupant, & prę munt, Sed quid sibi vult sequens particula vbi dicitur. *In tribulatione murmuris doctrina tua eis?* sensus est, quòd tribulatio plerūquè nos inducit ad murmur, & querimoniam de Deo, vt sæpè Dauid, Vsquequo Domine obliuisceris me in finem, quandiu auertis faciē tuam à mè? Dicitur etiam tribulatio murmuris, qñ nō palā, & apertè, sed tacitè, & submissa voce mussitamus, & cō-
Ps. 12. Tribulatio murmuris doctrina dei in nobis. querimur, & dolorem nostrum deglutimus: vel etiam quando alij obmurmurant de nobis, & obloquuntur. Dicitur autē hæc tribulatio esse doctrina Dei, ijs, qui sunt in angustia constituti, quia scilicet tribulatio nos instruit, & docet, quid sit nobis in tribulatione agendū: docuit enim Christus, & monuit nos di-
Luc. 12. cens. Luc 12. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, post hæc non habent amplius quid faciant: docuit etiam, & prædixit quid nobis erat euenturum, cū
Ioan. 15. & 16. dixit Ioan. 15. si me persecuti sunt, & uos persequentur. & cap 16 in mundo pręssuram habebitis, sed confidite ego uici mundum. Et breuius. In tribulatione murmuris .i. quando nos tribulamur, conquerimur, & lachrimas emitti-

A mus, doctrina tua nobis. i. tu eris documentum dux, & præceptor noster, & consolatio nostra, iuxtà illud Pauli. 2. ad Corinthios. Dicitur etiam eiusmo- Paul. 2. ad Cor. 1.
di tribulatio esse doctrina afflictis, quoniam quando aduersis pręmimur, & grauibus in angustiis uersamur, tametsi non fortiter clamemus, nec facilè dolorem nostrum exprimamus, in nobis tamen ipsis, & in conscientia nostra, quę est testis verax et infallibilis nostrarū
B cogitationum, & quaruncunquè actionum, agnoscimus, & fatemur ob culpas, & demerita nostra id euenisse: tunc profectò doctrinæ Dei, ac præceptis aures prębemus, & eius disciplinam libenter excipimus. Vnde Paul. Tribulatio (inquit) patientiam ope- Rom. 5.
ratur, patientia uerò probationem, probatio verò spem. Et ego quidem liberè possum fateri, quòd in tribulatione murmuris doctrina tua do-
C mine mihi valdè profuit, memor illius sententiæ, quòd Deus flagellat omnem filium quem recipit. Huius rei aptissimam nobis affert similitudinem noster Esaias, dum inquit. *Sicut quę concipit cum appropinquauerit ad partum dolens* 18.
clamat. Vbi comparat dolores, & angustias, quas aliquando patimur mulieri, quæ concipit dum fuerit propinqua partui. Nec mireris Esaiam conferre homines cuiuscunquè status, conditio-
D nis, & sexus mulieri grauidæ, & parturienti, quoniam (vt inquit) Orig: hom. 10 super 21. cap. Exod. Anima quæ Orig. hom.
concipit Dei verbum, dicitur mulier 10. sup. 21.
prægnans, sed anima, quæ statim pa- Exod.
rit, & foetum producit in opus, vocatur uir, & habet conditiones uiri, i. hominis perfecti, & absoluti; sicut vulgo dicimus de his, qui faciunt aliquod opus egregium, & insigne, isti sunt homines viriles, & virilitatem sapiunt: Qui verò
E concipiunt Dei verbum, etiam conceptum diutius in uentre retinent et non pariunt, nec producunt in opus, mulieres non uiri sunt appellandi, de quibus loquitur Esaias cap. 37. d. Dolores par- Esaiaj. 37
tus aduenerunt ei, et virtus pariendi non est in ea, Huius generis sunt, quicunquè frequenter animo concipiunt, ac deliberant abstinere se ab aliquo delicto,

licto, nunquam tamen abstinent; sed semper in deterius labuntur. Qui verò sibi ipsis uim faciunt, & quod iàm diu cōceperunt omninò exequi studēt, dum caro, mundus, & demon illis obsistunt, sunt veluti mulier, quæ dum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: hoc est quod ait propheta in his duobus versiculis: sed quia variè leguntur in diuersis codicibus & secundum quòd variæ sunt æditiones, varij quoq; sunt illarum sensus & expositiones: nam (vt ait D Hier: hoc in loco) diuersa interpretatio, diuersum quoq; postulat sensum. Nos autē, vt lectoribus, & studiosis aliqua ex parte faciamus satis (vt possumus) adducemus illustriores translationes, & eas pro virili nostra exponere curabimus. Postmodum verò eligemus unam ex istis traductionibus, & super eam aliquātulum digrediemur. Biblia ergo impressa Antuerpiæ sub anno domini 1559. per Christophorum Plantinum, quæ nos iu tota hac expositione (ut plurimum) secuti sumus sic habent.

Eus. Ces.

Biblia impressa Antuerpia & approbata p Clementē. viij.

Sic qua concepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine. Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terra.

Tex. 19.

D. Thom.

Textus, quem exponit. D. Thom. sic habet. *Sicut qua concepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis facti sumus*, & sic est punctus: Deinde sequitur alius versiculus. *A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus Spiritum salutis. Iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terra*, & sic etiam habet textus, quem exponit Glo ord. ut textus præcedens. D. Hieronymus habet primum versiculum velut is, quem exponit D. Thomas, sed differunt in postrema parte secundi versiculi, quia vbi præcedentes textus legunt. Iustitiam non fecimus in terra, D. Hier: legit Salutes non fecimus in terra. Septuaginta Interpretes quos sequitur Orig: & ferè omnes veteres patres Theologi sic habent. Sicut parturiens cum appropinquat ad partū in dolore suo clamat

A sic facti sumus dilecto tuo, Propter timorem tuum domine in utero accepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis tuæ quem fecimus super terram Alicubi verò, & communiter sic legitur.

A timore tuo domine concepimus, & peperimus spiritum, Salutis, iustitiam non fecimus in terra; nam cum fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis dicere, debemus quòd serui inutiles sumus, ideo non ceciderunt habitatores

B terræ; & super hac propositione, postquam reliquas vt cunq; exposuerimus, digrediemur. Propositionū ergo, quę leguntur in biblijs Plantini, exponenda est ultima particula prioris versiculi, quæ sic habet. Sic facti sumus, nos, v3. (qui te sequimur) à faciè tua domine, quemadmodum mulier propinqua partui dolens clamat in doloribus. Vult enim indicare propheta, quòd scilicet

C homines probi, & uiri pij dum affliguntur, et persecutiones patiuntur à faciè tua domine, idest coràm te, te sciente, & vidente, et in conspectu tuo, et te velut conniuente, aut dissimulante, seu permittente hæc patimur.

Alij dicunt, à facie tua domine, hoc est, à recordatione nominis tui, et propter honorem nominis tui hæc patimur Sunt enim hæ voces, et querimoniæ, seu clamores eorum de quibus di-

D xit Esaias in textu pręcedenti. Domine in angustia requisierunt te, et in tribulatione murmuris perceperunt doctrinam tuam; Hæ profectò non sunt nisi voces piorum hominum, qui in maximis angustijs se esse comperiuntur. Quales autem et quot sint hæ angustiæ in quibus versantur, et consistunt, paulo post dicemus.

Neq; est mirum quòd Deo vidente, et spectante homines pij, et iusti aliqd

E patiantur in hoc sæculo, quoniam (vt inquit D. Paul. ad Heb 12) omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed moeroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Et quia sic etiam habet textus libri bibliorum nuper correcti, idcirco eadem expositione contenti erimus. Et quoniam in se-

Heb, 12.

secundo versiculo est discrimen in multis codicibus, quũ sic legitur in quibusdã. *Cõcepimus, & quasi parturiuimus et peperimus spiritũ.* Propterea nescitur quid uelit Esaias p illud verbũ spiritũ, ideò dicunt aliqui à quibusdã Rabbinis edocti, quòd vbi legimus spiritum debet legi vẽtũ, q. d. Tandiu laborauimus, tãdiu passi sumus, et tot tribulationes sustinuimus, & tãdẽ nihil fecimus, vẽtũ peperimus, oẽs nostri conatus fuerũt inanes, et irriti; & proinde sequitur in eodem textu. *Salutes non fecimus in terra*. At quia ista expositio est nimis dura, ideo melius est. vt p spiritũ intelligamus spiritũ viuificũ, spiritũ, uires, et robur afferentem, vel (ut dicit. D. Hier.) per spiritum intelligamus fidẽ, ac deuotionẽ in Deum, vt quem per beneficia non sensimus per tormenta discamus, et qđ longè melius, & clarius explicant illi codices, in quibus sic legitur. *Concepimus, & peperimus spiritum salutis:* qui spiritus dicitur verè spiritus viuificus, & spiritus salutis, qui nobis affert aliquando salutem. Nec reijcienda est illorum sententia, qui per spiritum salutis intelligunt prædicationem euangelij, quem spiritum salutis dubio procul super terram fecit Paulus Apostolus, qui ab Hyeruralem vsque ad lyricum prędicauit euangelium, et cęteri Apostoli per uniuersum orbem terrarum eiusmodi spiritum pepererunt, et nos quoquè possumus hoc efficere, si veram et sinceram doctrinam in cordibus hominum studuerimus inserere, et imprimere. Sequitur alia particula in secundo uersiculo, in qua est etiam non nihil discriminis, vbi dicitur. *Salutes non fecimus in terra*; et alicubi legitur. *Iustitiam non fecimus in terram, ideo &c.*

Sed priusquam hanc particulam exponamus, ne contingat idem repetere, notanda est etiam differentia, quæ est in priori versu, quoniam D. Thom. et Glos. sic legunt. Sicut quæ concepit et cæt. Sic facti sumus, et nihil ultra. sequitur postea secundus versiculus. *A facie tua domine concepimus*. Septuaginta Interpræte ita legunt.

Sic facti sumus dilecto tuo. Littera quã habet D. Thom. & Gl. sic potest exponi facti sumus, nos, videlicet serui tui sectatores mandatorum tuorum: sic videlicet facti sumus sicut mulier quæ parturiens clamat, in doloribus suis. & alius text⁹: sic facti sumus dilecto tuo, hoc est, propter dilectum tuũ, pp amorẽ nominis tui clamamus, & vociferamur aduersus eos, qui tibi non obediunt; vel sic: facti sumus dilecto tuo, idest mens nostra, & cor nostrum grauidum est, & repletum semine dilecti tui, idest verbi Christi filii tui, quemadmodum mulier fit grauida quandoquè & plena semine uiri. Cum postea sequitur secundum hos textus alius versiculus. *A facie tua Domine concepimus*, potest exponi pręter eã quam supra posuimus hunc in modum; à facie tua, i. à contemplatione nominis tui, & à reuerẽtia, & obseruatione maiestatis tuę, vel (ut etiam diximus) à recordatione nominis tui, aut à faciè formidinis tuę concepimus, & peperimus. Hæ duæ particulę super positę videlicet. *Iustitiam, vel salutes non fecimus in terra*, facilè possunt exponi. Quidam existimant hæc verba dicta ab eisdem pijs hominibus, qui suam infirmitatem fateantur; quãuis enim post multos dolores, & labores fassi fuerint se spiritum salutis peperisse, dicunt hoc non obstante, salutes non fecimus, q. d. nihil inde profecimus, nulli profuimus, nemini salutẽ cõtulim⁹ et nos ipsi culpasquoq; nostras agnoscimus, errata nostra patefacimus, iustitiam non fecimus in terra, idest dũ rebus terrenis fuimus plus satis addicti, nihil boni sumus operati; ideo non cæciderunt habitatores terræ. Nec mirum boni quicquam, haud nos egisse, quandoquidem opera nostra sunt quasi pannus mulieris menstruatę. Quidam volunt Esaiam per hæc verba innuere prauitatem huius sæculi, quod non facilè excipiat verbum Dei, aut velt repellere ab eisdem pijs hominibus iactãtiam, & inanem gloriam. Quidam alij existimant hanc esse querimoniam iustorum, & eorum, scilicet, qui propter iustitiam persecutionem patiũtur, & dicunt. *Iustitiam non fecimus in terra*. q. d. Tametsi multos labores pertulerimus, & omnia propter te libenter ia

sii-

stinuerimus, nihil tamen tua maiestate dignum sumus exequuti. quia non ideo cæciderunt habitatores terræ, i. impij, scelesti, et qui nihil sapiunt nisi terram, præualent adhuc, & omnibus dominantur. Aut postremo dicas eiusmodi esse verba hominis, Dei patientiam, & longanimitatem admirantis, q. d. nos qui versamur in terra, iustitiā non fecimus, & tamen nos Deus patienter sustinuit, ob cuius patientjam, & incredibilem tollerantiam factum est, vt B pleriq; etiam grauiter delinquentes adhuc vigeant, & sua pace fruantur: propterea dicit Esaias, Ideo non ceciderūt habitatores terrę, idest qui terram incolunt, & terram amant, ut illa dictio, ideo, consecutiuè capiatur non causaliter, vel potius aggrauando perfidiam Iudæorum, vel modicum aut nullum profectum apostolorum. q. d. fecimus quod potuimus, nō ideo quicquam profecimus: sunt et aliæ expositiones, sed C has adduxisse sufficiant. *A facie ergo tua domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis: Iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ*; Nulli profectò mirum esse debet, quòd habitatores terræ adhuc persistant, si iustitiam non fecimus in terra: Aliqui nanq; concipiūt spiritum salutis: aliqui concipiunt dolorem & pariunt iniquitatem. Exponamus ad pręsens particulam istam iuxtà alium textum, qui sic habet. D *A timore tuo Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis*: vbi uidendum est, quis sit iste timor, à quo mota cuiusq; peccatoris anima parit quandoq; spiritum salutis, et quæ sint illę tribulationes, & angustię pro quibus perferendis, anima sustinet dolores parturientis, de quib' locutus est Dominus apud Ioan, 16. cap. & Dauid psal. 47. Maximas quidem angustias passa est Ecclesia propter nomē E Christi, et nunc hodie quoq: patitur ab hæreticis, & ab in fidelibus, & flagitiosis hominibus, quam tamen consolatur Saluator, quia venturus est dies quo summopere gaudebit. Patitur angustias homo fidelis in obseruantia mandatorum Dei: patitur etiam homo pius, ac deuotus propter difficultatem, &

Ioann. 16. cap. David ps. 47.

A dilationem beatitudinis consequendæ, de qua tristitia loquebatur Dauid cum ps 119. dicebat. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, et Paul. ad Rom. 8. dum inquit. Si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, & spiritus adiuuat infirmitatem nostram, & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: sed re uera maior est angustia quam sustinet quisquè peccator ob metum, ac timorem suppliciorum, quæ ob diuinæ maiestatis offensam se promæreri cognoscit dum fuerit intensè judicia Dei contemplatus, & nouerit neminem posse effugerè ultionem suorum delictorum. Hæc igitur secum ipse animo voluens, et sedulo mente considerans. d. A timore tuo Dn̄e concepimus, & peperimus spiritū salutis. spiritū (inq̄) qui nos aliquando saluos faciet. Cum autem multiplex sit timor, quo nos aliquid efficere, aut ab aliquo retrahi aliquando compellimur, dicimus hunc timorem de quo loquitur propheta, esse timorem quem uocant seriulem, quo quis refugit peccare, et abstinet ab aliquo delicto ob malum pœnę, uel quia pertimescit aliquod opprobrium, vel ignominiā, uel pęnā aliquam temporalem, seu æternā. Sed nota, quòd timor iste seruilis potest esse bifariam: vel pęnitus, & omnino seruilis, dum .s. alicuius pęnæ timore solum coercetur nulla habita ratione diuinę maiestatis offensionis: vel timor non omnino seruilis qui primo quidē timore pęnę refugit peccatum, verum etiam aliqua ex parte timet offendere ipsum Deum, & facere quod in oculis eius vehementer displicet à timore sic accepto, inchoamus iustitiā nostram. Sed præter hunc timorem, succedit alius aliquanto perfectior, quo quis euitat peccatum, et propter ipsū Deum, et etiam propter pœnam, sed illud prīcipaliter hoc secundario; et hoc genus timoris uocant timorē initialē: huic tandem succedit alius perfectus, et absolutus timor, cum quis nullo habito respectu ad quod uis cōmodum, vel incomodum temporale, uel æternum, sed propter Deum solum, qui est summum bonum, et bonū omnis

Psal 119 ad Rom. 8.

boni, & summè diligibile, & appetibile secundum se, euitat, ac detestatur quodcunq; peccatum, ne offendat ipsum Deū tanquam patrem, & Dominum: & iure quidem optimo, timor iste filialis nuncupatur, quia boni, & perfecti filij ratio, & munus est summo studio, ac diligentia cauere, ne offendat ipsum patrē, & perpetuo ipsum reuereri. A timore igitur illo seruili concipimus, & subinde parimus spiritum salutis, & tunc filiali, siue casto & sincero timore versamur circa ipsum Deum, & quodammodo coniungimur ipsi Deo. De huiusmodi timore loquebatur Apostolus ad Rom. 8. cum dixit. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Locutus est etiam satis clare, & copiose Diuus pater Augustinus super cap 4. primæ Ioannis. Locutus est. D. Thom 2. 2. q. 19. per totum, et alij Theologi, et cum primis Magr. sententen. 3. sent. dist. 34. postremo extat decretum Conc. Trid. sess. 6. cap. 6. et extat canon. 8. vbi sic decernit. Si quis dixerit gehennę metum per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo cōfugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Confirmatur hoc decretum multis sacræ scripturæ auctoritatibus, ut Timor Domini expellit peccatum. Qui sine timore est non potest iustificari, et Dauid Initium sapientiæ est timor Domini; quamquam timor iste seruilis dicitur initium sapientiæ, non quòd sit primus gradus sapientiæ, sed quia præparat nos, et disponit ad sapientiam. Sed cum ibidem habeatur, quòd plenitudo sapientiæ est timere Deum et plenitudo à fructibus illi⁹; nulli dubium quòd longè diuerso modo accipitur hic timor: est enim aliquis timor qui est initium sapientiæ, ut ille de quo locuti iam sumus; est alius qui est primus effectus illius: et alius quoquè, qui est plenitudo fructus eiusdem sapientiæ; et est ille qui est omnino perfectus, et absolutus, et permanens in sæculum sęculi; hic quidem timor est gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis. Hic timor (inquit sapiens) delectabit cor et dabit lætiam, et gaudium in longitudinem dierum, Sed fortè dices. Qui fieri posset ut timor possit remanere in longitudinem dierum, vel in sæculum sæculi, ut dicit Dauid psal. 18. Si perfecta charitas foras mittit timorē, ut Ioa. epist. 1. cap. 4 et assert rationem, quoniam timor pęnam habet, qui autem timet non est perfectus in charitate. Cui facilè est respondere quod D. Ioannes loquitur de timore, quem nos seruilem vocauimus aut initialem, non de timore casto filiali, et perfecto. hic est ille timor, qui stat cum charitate, et ab ea separari non potest. Dicitur autē, et appellatur timor, quia est vsque adeò coniunctus Deo, ꝙ numquam vellet separari ab eo, et hoc timore, qui potius amor, obsequium et reuerentia potest nuncupari quā timor, anima hominis pii, et iusti ita amat, et diligit ipsum Deum, quòd nihil prętter ipsum Deum diligere, vel amare, aut percupere videtur, neque id facit ob aliquod proprium, seu priuatum cōmodum, uel incōmodū, sed ob vnius Dei dilectionē, et charitatē, & si dato, et nō cōcesso, nulla esset retributio boni, aut inflictio mali, nihil minus perfecta, et sincera dilectione vnum, verum, et solum Deum prosequeretur: de hoc timore videbatur lo qui Dauid ps. 2 cū dixit. Seruite domino in timore, et exultate ei cū tremore, Qui fieri potest vt aliquis cōtremiscēs exultetur, lętetur, et gaudeat hic est ille tremor, q est a spiritu sācto, donū spiritus sācti manet ī charitate, immo est ipsa charitas et ideo timet, ac tremit, quia intensissime amat, et quantum charitas, et amor augetur, iste timor etiam crescit, et augetur Diuus August. super hunc psal. dicit: quòd monemur seruire domino in timore ne ob istam seruitutem extollamur, debemus exultare ei cum tremore; ne forte in vitium temeritatis labe remur. Timor autem seruilis, et initialis habent, et id si nonnihil communicationis, et participationis cum spiritu sancto, et cum charitate, quę est precipuum donum aut virtus spiritus sancti

ad Rom. 8.

Aug super Ioan. cap. 4

Conc. Tridē.

Eccl. 1.
Prouer. 1.
psal. 110.

psal. 2.

cũ loquor autem de timore seruili, de eo.s. qui non est omnino,& simpliciter seruilis, quippe qui non ob timorem poenæ,solum priuatiue proprii commodi, verum etiam propter Deum à quo timet separari propter malum culpæ,licet secundario,iste (inquã)nõ est omnino malus, et est à spiritu sãcto,licet nõ ꝓprie inter eius dona possit annumerari, et quod secundum substantiam suam potest stare cum charitate, B et nullo modo contrariatur ei, quamquam ratione qua seruilis cum charitate manere non possit. Timor autem initialis,quamuis et ipse nõnihil habeat de seruilitate, quia tamen plus habet libertatis,cum primo timeat malũ culpæ propter Deum,à quo nollet vnquam separari,quàm propter poenam priuatiuã proprij boni dicitur esse a spiritu sancto,& donũ spiritus sãcti,et manere cũ charitate,licet imperfecta qualis est incipientiũ, et proficiẽtiũ:cũ charitate autem perfectorum vt sic,nequaquam stare potest, & huiusmodi charitas perfectorum foras mittit hunc timorem,& quo magis charitas augetur tanto ille minuitur: Timor autem pure et simpliciter seruilis, qui timet malum pœnæ tamquam proprium obiectum, et ob illius timorem dumtaxat refugit malum culpæ, hic est simpliciter malus,mercenarius, meretricius, et non potest stare cum charitate, nec dicitur esse a spiritu sancto,nisi lato vocabulo,et valde impropriè, quatenus scilicet,habet hoc boni, quod per eum homines desistunt à peccato.Sũt,& alii timores quos omnino cauere oportet, qualis est timor iste mercenarius et timor mundanus, et quidam a quibus difficile potest quisquam abstinere,cuiusmodi est timor,quem vocant naturalem.Hic enim timor naturalis est, quo homo timet proprii corporis detrimẽtum, ut frigus,infirmitates, et inopiam, et denique ipsam mortem, et hic non est malus,nisi pro his rebus consequendis, et ammittendis committat aliquod peccatum,quemadmodum dicebat Saluator Qui amat animam suã plusquam me,non est me dignus:contra uero. Qui perdiderit animam suã propter me inueniet eam. Timor autẽ mũdanus est semper malus,quia à mala radice procedit,idest ab amore huius sæculi, qui est malus: ideo dicebat Apostolus.Nolite diligere mundum, neque ea quę in mundo sunt. Ob hunc timorem Herodes occidit omnes Pueros,qui erant in Beth leem. Timor autem mercenarius est eorum qui abstinent ab aliquo peccato, et faciunt aliquod bonum non ob timorem poenæ, neq;propter amorem Dei,sed hac ratione tantum, ut consequantur aliquod bonum temporale,videlicet sanitatem diuitias,et aliquã dignitatem,atq;etiã gloriã et existimationem apud homines,cuiusmodi sunt hypochritæ;propterea dicebat Christus. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Omissis autem prædictis timoribus; dicimus C ꝙ timor ille, de quo loquitur hic noster Esaias cum dicit: *Ioan.1.c.2.* *Matth.6.*

A timore tuo domine concepimus, et peperimus spiritum salutis est timor seruilis, utroque modo acceptus, sed non precise secundum eandem rationẽ, atq;etiã timor initialis,quicquidẽ timor initialis potest etiã dici de timore filiali ꝙ sit initiũ sapiẽtiæ tãq̃ prim' sapientiæ effectus.A timore igitur tuo domine concepimus quia scilicet timuimus te non solum quia bonus es, D et dator omnis boni verum quia es iustus Iudex, qui facis iudicium, & iustitiam in terra, et non parcis delinquẽti, qui nec pepercisti unigenito filio tuo,sed pro nobis omnibus illum tradidisti, nec pepercisti Angelis peccantibus etc.quę D.Petrus secunda cap. 1. commemorat: timuimus etiam conscii magnitudinis peccatorum nostrorum cruciatus, et poenas inferni, et separationem perpetuam à conspectu di E uinitatis,tuæ scientes autem quod nullum respuis, sed quantumuis peccantibus per pœnitentiam pia miseratione placaris in nos reuersi, & ad te conuersi spiritum salutis iam pridem in mentis vtero conceptum parturiuimus, & peperimus quippè quem speramus perpetuam salutem nobis allaturum.

Spiritus

quem concipimus à facie domini: Secũdum quosdam, nihil aliud est, nisi uehemens animi contritio, qua cum spe ueniæ tristamur, et dolemus instar fęminę parturientis, Deum nos offendisse, et felix quidem anima potest dici concipere, parturire, et parere. Concipit quidem quando conteritur. Parturit cum ore delicta confitetur. Parit autem dũ bene operatur.

Tex. 20. Sequitur textus. Quasi respondens superioribus dictis d. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.* Loquitur Christus ad Ecclesiam de suis electis quos vocat suos, quia in filios, & fratres adoptauit: viuent (inquam) quia resurgent ad vitam. & gloriam sempiternam, iuxtà illud Ioannis cap. 5. dicentis quod venit hora, & nunc est quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint uiuent. Sic etiam interfecti mei, i. qui propter me. i. propter honorẽ, & defensionẽ honoris mei interfecti sunt, in occisione gladii mortui sunt: iidẽ ergo sunt mortui qui, & interfecti mei, Propterea dicit Christus. Expergiscimini, & videte seu audite, qui habitatis in puluere, hoc est in sepulchro, vbi defunctorum corpora delitescunt siue reconduntur. Expergiscimini, & rogate ipsum Deum, cuius ope, & opera resurgetis ad uitam, ad veram uitam, ad perpetuam, & sempiternam uitam; quandoquidem pręciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, quæ verè non mors, sed somnus, aut dormitio est uocitanda. Expergiscimini igitur, & laudate ipsũ Deũ, quia omnis qui viuit, et credit in eum non morietur in ęternum. Nęc laudare solum, sed lętari, & exultare uos decet, quia ros lucis ros vester erit. Erit enim ros, qui uiuificabit corpora tuorum mortuorum. O Ecclesia sponsa mea. Hic enim ros quid aliud est, quam misericordia domini, qua mortui, vel interfecti tui, pariter & mei rectè dicuntur expergisci? quoniam (vt diximus) iuxtà sententiã Hier. eorũ mors, est uelut somnus, & dormitio, & terrã gigantum, .i. potentium, & superborũ detrahes in ruinam potentes enim potenter tormenta patientur.

Ioan. 5.

Comparat ipse Propheta diuinam gratiam rori lucis, aut etiam rori qui, summo mane terram irrigat. Nam quẽadmodum ros in terram decidens recreat herbas, & olera languẽtia, quęq; desiccari cæperũt, adueniente rore matutino resurgũt, & virescũt, sic adueniẽte rore gratiæ, Dei, & virtute potentiæ eius mortui resurgent, & sequitur. Tex. 21.

Vade populus meus, intra cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentũ, donec pertranseat indignatio

Verba hæc sunt proculdubio exhortationis, & consolationis refertissima, sunt clara, & manifesta, neque ulla indigent expositione. Vult enim ostendere Propheta, in afflictionibus, angustiis, & persecutionibus impiorum, aut etiam in tribulationibus, & rebus aduersis quas Deus immitit per Angelos malos, hoc est per Demones, & malos ministros eius voluntatis executores, aut etiam per Antichristum, & eius satellites non confundamur, non deiiciamur animo, aut spe cadamus, sed patienter omnia incommoda feramus & sustineamus donec transeat indignatio, & eo magis quieti, patientes, ac taciturni esse debemus, quia ad modicum momentum perdurat eiusmodi tentatio, ut inquit D. Paulus 2. Cor. 4. Pa 2. Co. 4. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate ęternum glorię pondus operatur in nobis:

Hortatur etiam ipse Propheta, uel ipse Christus per os Prophetę vnumquemquẽ nostrum cubicula ingrediamur, idest secreta mentis nostræ perscrutemur, ostia claudamus, idest desideria illicita coerceamus Greg. 4. mor. cap. 26. & hoc idem habetur Matth. Postremo loquitur Propheta, uel in persona propria, vel totius Ecclesiæ respondens ad ea, quę supra dicta sunt propter eos qui de nimia Dei patientia aduersus improbos admirabantur. d:

21: *Ecce enim Dominus egredietur de loco suo ut uisitet iniquitatem habitatoris terrę contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltrà interfectos suos.* reuelabit (inquam) terra sanguinem suum, idest sanguinem eorum qui oc-

si sunt propter Christum, reuelabit etiam sanguinem Christi, quem innocentem effuderunt impij Iudęi, neque amplius terra operiet interfectos suos, idest eos quos impie, crudeliter, & improbè, ac prorsus iniustè occiderunt, ac trucidarunt. Apparebit (in quã) quàm impie & inique egerint habitatores terræ contra filios Dei, & cõtra eos qui faciebant iustitiam, & ueritatẽ in terra: huiusmodi autẽ exprobratio, & vaticiniũ non solũ aduersus Iudęos & aduersus Principes, & Tyrãnos, qui persecuti sunt Christũ, & seruos eius; sed contra, & aduersum omnes, & singulos, siue publicam, siue priuatam gererent personam, qui persecuntur uiros bonos; & probos, & eisdem omnẽ inferunt molestiam, quos Deus disperdat, cum aliis habitatoribus terrę .i. cum his qui nullam agnoscunt patriam neque bonum nisi terram, & res terrenas. Amen.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

1. *IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, &*
grandi, & forti, super Leuithan Serpentem uectẽ
& super Leuiathan Serpentem tortuosum, & occi
2. *det cetum, qui in mari est.* In *die illa, vinea meri*
cantabit ei. Ego Dominus, qui seruo eam, repen
te propinabo ei: nè forte visitetur contra eam, nocte, & die seruo
3. *eam.* Indignatio *non est mihi: quis dabit me spinam, & reprẽ*
in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter. An po
tius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet
4. *mihi.* Qui *ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit, & germi-*
5. *nabit Israel, & implebunt faciem orbis semine.* Numquid *iux*
tà plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfe
ctos eius, sic occisus est? In mensura contra mensuram, cum abie
cta fuerit, iudicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per
6. *diem æstus.* Idcirco *super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob*
& iste omnis fructus ut auferatur peccatum eius, cum posuerit
omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt lu
7. *ci, & delubra.* Ciuitas *enim munita desolata erit, speciosa re-*
linquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, &
ibi accubabit, & consumet summitates eius. In *siccitate messes*
8. *illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam, non est*
enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit
9. *eum: & qui formauit eum, non parcet ei.* Et *erit in die illa per*

cutiet Dominus ab alueo fluminis vsq; ad torrentem Aegypti, & vos congregabini, vnus, & vnus filij Israel. Et erit: in die illa clangetur in tuba magna, & uenient, qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant in terra Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

EXPLANATIO IN VIGESIMVM SEPTIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

IN die illa uisitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & fortis super Leuiathan serpentem Vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet Cetum, qui in mari est &c. Tex. 1.

EXpositorum, quos Ego viderim Maior & præcipua pars existimat, Prophetam in præsenti capitulo agere, & prædicere, seu uaticinari extremam demonis, & Antichristi deiectionem, & condemnationem in ex extremo die finalis iudicii. Et quanquam caput istud sit apprimè difficilli mũ, & obscurissimũ, tum propter uaria B & profunda mysteria, quę in eo contin&tur, tum ob varias, & diuersas interpretationes, ac expositiones tantorum uirorum, mihi tamen post multos labores, & diuturnum studium, frequentesq; cogitatus, & meditationes, visum est in quatuor partes, posse rationabiliter secari. In priori igitur parte, nõ est dubium Prophetã agere de ultima & extrema demonis, & Antichristi deiectione, peracta primum per prædicationem Euãgelii, & consumanda in die C illa, qua Deus rationem exposcet, ac requiret de omnibus creaturis rationabilibus, & intellectualibus. Et iuxtà D. Hieronymum, posteaquam à capite 24. vsq; ad hunc locum egerat Propheta de iudicio aduersus vniuersum Or- A bem in consumatione sęculi peragendo, atque etiam aduersus mortem, quę & ipsa nouissimè destruetur, conueniens hoc loco de iudicio aduersus demonem obeundo erat peragendum, & consequenter nonnihil de vastitate Iudeę, & de humani generis redẽptione pertractabitur, adiectis, quibusdam aliis mysteriis, Christi mortem, ac resurrectionem concernẽtibus. Posteaquam igitur in priori huius capitis parte, de potestate demonis abigenda, & ad nihilum redigenda fuerit prophetatum. Secundo loco agitur de mirabili, & nunquam satis laudata diuinę bonitatis clementia, qua Deus protegit plebem suam, quam vineam appellare libuit. Tertio loco prędicit Esaias inexplicabilem, & omnimodam ferè desolationem ciuitatis Hierusalem eadem illa die futuram, quanquam ante illam extremã diem, nouimus ex multis scripturarum locis fuisse inchoatã, & peractam, sed non absolutè consumatam. Quarto & vltimo loco prędicit Esaias, quod futurũ erit in illa die ingens gaudium, & lętitiam, dum scilicet gentes incredulę, & à Dei cognitione plurimum distantes, ac disiitę venient ad Christum, & Dominum De-

um adorandum in monte sancto Hierusalem. Non in ea, quæ iam erit destructa, sed in Sancta Christi Ecclesia per Hierusalem terrestrem præsignata, quia tunc fiet vnum ouile & vnus pastor Quod autem ad primam huius capituli particulam attinet, dicit Esaias.

In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan &c. Notandum est imprimis hanc visitationem, qua demonem visitaturus est Deus, non esse visitationem quamcunq; sed visitationem condemnationis, (vt diximus in expositione ca. 24.) de qua visitatione condemnationis. loquitur etiam Sophonias 1. cap. dicens, visitabo super uiros defixos in fæcibus suis, idest condemnabit eos, & detrudet in perpetuum ad pœnam ignis subsimendã. Sed fortè quis dubitaret, cur Deus conscius, & expertus nequitiam Demonis, et eius fraudes tam diu distulit illum condemnare, & prorsus de medio tollere?

Soph. 1.

Procopius

Respondet Procopius huic dubitationi, quod ipse Deus noluit in priori aduentu, ipsum penitus deiicere; sed adoriri tantum, eiusq; vires infringere, & conculcare, sed interficiet tandem penitus in mundi consumatione. Dicit postmodum quod uisitabit eum in gladio duro, grandi, & forti, visitabit inquã (vt diximus) condẽnando eũ in gladio suo, hoc est uirtute, et potentia. qui gladius dicitur, suus. i. ipsius Christi, cui data est potestas in Cœlo, et in terra, & pater omne iudicium dedit filio iudicabit inquam in gladio duro, hoc est stabili firmo & incõcusso, & nequaquã per quoscunque ictus, ac percussiones frangibili, seu reflexibili. Heb. 4. In gladio grandi, quia pertingit vsq; ad uisionem animæ, & spiritus, compagum quoque & medullarum. Nonnulli dicunt hunc gladium fore grandem, vel propter amplitudinem vel quia nullo pacto potest euitari iuxta illud psal. Quo ibo à spiritu tuo, et quò a facie tua fugiam. In gladio quoque visitabis Dominus forte, quia. s. grauiter, et efficaciter percutiet, & ad terram vsque deiiciet, ac profligabit.

Psal. 138.

De hoc eodem gladio loquebatur hic Propheta cap. 49. d. posuit me quasi gladium acutum, in umbra manus suæ protexit me, et alibi Moyses Deuter. 32. gladius meus deuorabit carnes. Diuus Thomas in hoc loco exponens uerba hæc, dicit gladium Domini nuncupari fortẽ ob acerbitatem pœnæ, magnum, ob uniuersalitatem punitorum, vel puniendorum. Dicitur quoque grandis, ob uirtutis potestatẽ, seu magnitudinem. Dicitur etiam acutus propter ipsius uirtutem penetratiuam, quia pertingit usq; ad animam, Sed rursus dubitabit fortasse aliquis, cur Dominus uisitaturus Leuiathan, et eundem confossurus, uti debuit gladio duro, forti, et grandi, nonne poterat id efficere solo nutu suę infinitę potestatis, et penitus ipsum conterere, et omnem eius potestatem ad nihilum redigere? Dicimus id profectò potuisse fieri, sed ut agnosceremus quàm maximas uires habeat Sathanas aduersus nos: uoluit propheta his uerbis ostẽdere: de cuius potestate loquutus est Iob, dicens, non est potestas super terram, quæ possit ei comparari. Et Dominus noster apud Lucã appellat ipsum Demonem fortem, armatum, et summis uiribus, et ingenio præmunitum. Et uerè oportet ad eum superandum uti gladio duro, non facilè, flexibili, gladio grandi, qui non præsentia solũ, et exteriora, uerùm interiora, et quæ sunt ualde procul à sensibus amota, quæq; etiã præterire, et quæ sunt etiam futura, attingere, nosse, et penetrare queat. Et preterea dicitur grandis quia uniuersalis, et amplus, et ad omnia, et super omnia potest, extẽdi, et exerceri, Gladio etiam forti, quo nihil fortius, aut incorruptibilius, qualis est potentia Dei, fuit opus. Dicit ergo Deus, filioli mei, et electi mei neq; Diabolum, neque fraudes, aut comminationes illius unquam timeatis, sed forti, et infracto animo resistite, quia mox fugiet à uobis, vt dicit Iacobus. Nunc autẽ uidendũ est quid sit iste Leuiathan, super quem Esaias prędicit Deum facturum uisitationem, dicit, n. textus, Leuiathan esse serpentem uectem, et serpentẽ tortuosum, hoc est unum, ex nominibus

Deut. 32.

D. Thom.

Gladius domini grãdis Durus, & fortis.

Diabolus fortis armatus

Iac. 4.

Leuiathan

bus, quibus nuncupatur Dæmon, seu Diabolus, qui græcè dicitur criminator. Leuiathan autem hebraicè dicitur additum, & iure quidem, quod & membra, et Squãmæ sibi cohæreant. D etiã Gregorius lib. Moralium 33. cap. 1 a dicit hoc nomen Leuiathan interpretari additamentum eorum, ipsorum scilicet hominum, quibus semel culpam præuaricationis intulit, & hanc culpam vsq; ad æternam mortem pessimis sugestionibus quotidie extendit. Potest B quoq; Leuiathan per irrisionem vocari, primo quippe homini persuasione callida diuinitatem additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum per irrisionẽ dici potuit, dum quibus spopondit se addere, quod non erant, etiam hoc, quod erant fallendo subtraxit. Sed quid plura? verè dicitur additamẽtum, quia semper addit peccatum peccato, malũ malo, sugestionem suggestioni. Sed iste C Leuiathan fuit captus hamo, quia in Redemptore nostro, dum per satellites suos escam corporis momordit, diuinitatis illum acculeus perforauit. Vocatur etiam Sathan, idest aduersarius, ut habetur Zachariæ 3. Vocatur Belial, idest apostata, præuaricator, & absq; iugo iuxtà illud Apostoli 1. ad Corint. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? dicitur Aspis, Draco, & quandoq; etiam Leo, vt habetur ps. 90, Super Aspidem, D & basiliscum ambulabis & conculcabis Leonem & draconem. Dicitur quidẽ Leo, vt testatur etiam Petrus in Episto. sua, cum inquit, Aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret: & ipse met Deum alloquens dixit, circuiui terram, & perambulaui eam. Iob. cap. 1, Dicitur etiã draco magnus & rufus. vt habetur Apoc. 12. & alibi. Dicitur quoq; Lucifer, iuxtà illud Esaię cap. 14. d. quomo E do cecidisti Lucifer. qui manè oriebaris vbi citrà controuersiã Propheta loquitur de Diabolo, & Sathana primo præuaricatore. Vocatur Cetus, cuius meminit hoc loco Esaias d de Christo domino, Et occidet Cetum, qui in mari est. At nota Deum occidere Cetum, qui in mari est, & iam frequenter & ab initio

Greg. li. 33. mor. cap. 1 a | *Leuiathan.* | *Sathan* | *Zaccharias* | *Belial* | *1. Cor. 6.* | *Aspis.* | *Leo* | *Iob. cap. 1.* | *Draco.* | *Lucifer.* | *Esa. 14.* | *Cetus*

occidisse, non quidem occisione naturæ sed occisione pœnarum, & inflictione tormentorum, quæ perpetuò est obiturus. Istud autem animal, seu piscis, quod vocatur Cete, hebraicè autem Hataninim, nihil penè aliud est nisi Draco, & hac voce seu nomine vocantur Dracones terrestres, atq; marini: Isti enim Cete, & quicunque alii pisces vastæ magnitudinis nihil aliud esse uidentur in aquis, quàm dracones in terris, quiquod pisces sunt tam profundæ magnitudinis, quòd vnus ex illis deglutiuit Ionã in cuius ventre fuit tribus diebus, ac noctibus. Quòd autem huiusmodi pisces tam magni vocentur dracones, testis est Ezech. 32. cap. qui ait de Pharaone, Leoni gentium assimilatus es, & draconi, qui est in mari. Vnde Gregorius loco mox adducto d. In hac quippe aquarum abisso, idest in hac immensitate generis humani ad omnium mortem inhians uitam penè omnium vorans, huc, illucq; aperto ore Cetus iste ferebatur, Sed ad mortẽ ceti istius ham⁹ in hac aquarũ profunditate caliginosa, mira est dispositione suspensus. Vnde ista Demonis natura, quæ etiam vocatur serpens, quia serpit, & passim incedit, in terra serpit, natat in mari, volat in aere, ita ut tria hæc elementa sua sub potestate modo quodam videatur sibi subiicere, ac detinere. Quòd autem Diabolus videatur occupare aerem testis est Diuus Paulus, Ephes. 2. d. secundum Principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Sed præter ea hic enarrata, habet hic Demon multa alia nomina, quibus sacris in litteris frequenter nuncupatur. Vocatur enim Beemot, Iob. 40. Potestas tenebrarum princeps mundi huius, & quandoque nominibus propriis aliquorum Principum, seu tyrannorum, et pessimorum hominum, vt Pharao, Nabucchodonosor, Assur, Esaia cap. x. & quędam alia eidem nomina tribuuntur. Hic enim est ille draco, qui volens deuorare filium mulieris parituræ, idest extinguere nomen & fidem Christi, cæpit esse sanguinarius, carnifex, & occisor.

Ezech. 32. | *Serpens* | *Ephes. 2.* | *Beemot.* | *Iob. 40.* | *Apoc. 12*

Abel iusti, hæbreorum masculorũ Exo.1. Prophetarũ, infantũ innocentũ Mat.2. tandẽ Christi carnifex, seductor & crudelis persequutor apostolorũ, & aliorum Christi fideliũ. Non incongruè iste Demon, & aduersarius noster, velut bestia quædã terram inhabitans cũ sociis, & satellitibus suis dictus est Behemot & Draco de quo ẽt ps.103. Draco iste quẽ formasti ad illudẽdũ ei. Hoc loco vocatur vectis, quod est genus instrumenti, quo ostia clauduntur, & portæ, qui & ipse est minister, & instrumentũ, quo plerisq; regni cælestis ianua clauditur, & obseratur. Et quandoq; hic Vectis adeò mentis nostræ ostia præstringit, & tenet occlusa, vt difficilè admodum pateat aditus ad veritatis intelligentiam. Proinde legimus aliquando Saluatorem eiecisse Demonium, quod erat cęcum, surdum, & mutum, quia scilicet eius opera, & pręsentia, seu assistẽtia miser, & infelix homo ab eo possessus, erat cæcus, surdus, & mutus. D. Hier. vocat hunc serpentem Vectem, quia nos in carcere suo sub peccato captiuos velut vectis concluserat. Dictus etiã tortuosus, quia in veritate nõ stetit neq; rectè incedit; & quoniã in se ipso tantum, neque in alio quoque quiescere nouit, ideo vocatur aliquando orbicularis. Diuus Basilius opinatur hunc Serpentem dici tortuosum, quòd peccati dux sit, & varios habeat flexus ad varia vitiorum genera, quæ quãdoq; sunt inter se se pugnantia, & sibi inuicem contraria, ut prodigalitas, & auaritia, ebrietas & vitium aliud oppositum, quòd caret nomine. et quędã alia. Nec mireris tot nominibus, & vocibus nuncupari Sathanam, quoniam si uarios eius effectus, & officia perspicias, nec non quot modis mortalium corda pariter, & corpora aggreditur, & vexat, nõ mirabere tot nominibus eundem vocitari. Iustissimè ergò, & sapiẽtissimè factum erit, si Deus in die illa horribili, ac tremenda visitabit super hunc Serpentem, Vectem, veneficum, tortuosum, & quam maximè turbulentum, ac truculentum. Vnde non absq; misterio (inquit Athanasius) data fuit arundo ipsi Christo à perfidis Iudęis,

Vectis

Luc. 11.

D. Hier.

Athan.

A dum ei illuderent, quoniam (ut inquit iste doctor) vim habet, & virtutem arundo ad tollendos serpentes, & confringendos, & signanter quidem fuit ei data potestas à Deo patre super omnes spiritus immundos.

Et sequitur tex. *In die illa vinea meri cantabit ei. ego Dominus, qui seruo eam repente propinabo ei &c.* Hæc est secunda particula huius capitis, in qua Pro- B pheta refert, & enarrat beneficia multa, quæ olim contulit Deus Synagogę, nunc autem ecclesiæ collectæ ex gentibus, & Iudæis. Quam particulam, priusquam exponamus, ne vlla oriatur confusio, videndum est quid per vineã istam intelligat Propheta: quod merum: cui cantabit: quid cantabit, & quando. De primo sciendum est, quòd vinea in sacris litteris multifariam, accipitur; non enim hoc loco de vinea C materialiter sumpta dicendum est loqui prophetam. quoniam vinea sic accepta, non cantat, sed facit alios cantare; nunc itaque sufficiat accipere hoc nomen vinea secundum tres significationes, vel pro vinea, quæ est cœlestis Patria, cuius vites & palmites sunt Angeli, Beati, & quicumque cœlestes ac diuini Spiritus, qui fruuntur diuina visione, & sempiterna quiete cum consortio beatorum; vel pro Synagoga, vel D pro Ecclesia Christi militante. De vinea primo modo accepta, loqui videbatur Zacharias ca. 3. cum dixit; Vocabit vir amicum suum, subtus vineam suam, & Nabot, cum tertio Reg. cap. 21. dicebat. Non dabo tibi hæreditatem meam 3. Reg. 21. cum fuerit à Rege Achab postulata eius vinea, quandoquidem, qui hanc vineam ingrediuntur, idest cœlestem patriam; numquam ab ea amplius elongãtur, neq; E recedunt: & de istis, qui fruuntur diuina fruitione, loquitur Salomon Can. 8. Comedi fauum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo, & Cant. vlt. Dabo tibi poculum cum vino condito. De vinea sic accepta non est præsens sermo, de qua tamen tutò dicere possumus, quòd perpetuò, & sempiterno tempore, cantabit ei, hoc

Tex. &.

Vinea multipliciter.

Zacch. ca. 3.

3. Reg. 21.

Cant. 8.

Cant. vlt.

hoc est ipsi Deo, canticum summæ laudis, & gratiarum actionis, & infiniti gaudii, & exultationis, iuxtà illud Prophetæ Esaię, lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. Sumitur deinde uinea hoc loco pro Synagoga, & congregatione Iudęorum, qualis erat tempore Christi Iesu, & Apostolorum, & aliquanto antea tempore, quo vigebant Prophetæ.

Cap. 51.

Vnde Christus Matth. 23. dicebat Hyerusalem, Hyerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, &c. De hac vinea locutus est Ioel cap. 1. dicens, Vinea consumpta est, & ficus elanguit, & omnia ligna agri aruerunt. Et psal. 25. Deus occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. De hac eadem vinea loquutus est Esaias cap. 5. satis abundè. Et hoc opus, hic labor est, vt videamus quid cantabit ista vinea, & cui cantabit, & quid nam sit istud merum quod ipsa producit, & à quo eadem sumpsit denominationem Postremo videbimus de vinea tertio modo accepta quæ est Ecclesia militans, de qua Cant. vltimo locutus est Sap. d. Vinea fuit pacifico, que habet populos multos. Datur etiam vinea malignantium, quæ comprehendit omnem congregationem malignorum spirituum, quorum conuentum, & societatem oportet cauere, & cum illis non sedere, idest non consentire malignis operibus eorum.

Matth. 23. Ioel. cap. 1. psal. 25. Esa, cap. 5. Cant. ult.

De hac vinea loquitur Dauid psal. 25. de qua nō sumus tractaturi nisi forte cum altera dictarũ coincidat. Videamus ergo de hac vinea, quæ secundo loco posita est, idest de Synagoga, quam vineam vocari in sacris literis iam demonstratum est, Videamus inquam, quid ipsa cantabit, & cui: Et quoniam Propheta vocat ipsam vineam meri, operæ præcium est videamus quid sit merum, et quo pacto, hoc loco accipiatur, vnde Synagoga acceperit hanc denominationem, vt vocetur vinea meri. Dicunt ergo aliqui merum nil aliud esse, quam vinum purum non dilutum aqua, neque aliquo

psal. 25. Merum.

A vllo liquore permixtum sed huic opinioni uidetur aduersari Dauid psal. 75. qui dicit. Calix in manu Domini uini meri plenus mixto, quo pacto ergò possunt opinari uinum merum dici uinum purum, et simplex, et nullo alio liquore permixtum? Huic dubitationi respondet D. Pater Augustinus super hunc psalmum, quòd scilicet Propheta loquebatur misticè, non B de uino naturali, et vero, sed de uino sumpto allegoricè, idest pro lege diuina, et Euangelica, cuius uirtus, et efficacia erat in manu Domini: quæ si referatur ad legem puram, et sinceram, dicitur esse uinum merũ, at si consideretur lex à Deo data cui sunt admixta corporalia sacramenta, quæ sunt tanquam fæces respectu spiritualium sacramentorum, dicitur esse ille calix plenus mixto. Quidam C alii dicunt penes eundem sensum, et fortassis à Propheta intentum, per calicem uini meri Prophetam intellexisse efficaciam diuinæ ultionis: per calicem plenum uino mixto intelligi, et significari horrorem diuinæ uindictę, ut sicut à uino turbido, et fæculento abhorremus, ita si considerauerimus, et expectauerimus tempus diuinæ ultionis, erimus in perpetuis pauoribus ac terroribus. Vel fortè dicitur uinum D mixtum, quia diuina ultio multas, et uarias infert peccatoribus calamitates, quibusdã quidē subtrahit opes, quibusdã honores, ac dignitates, quibusdam uitam ipsam aufert, et nōnullis hæc omnia, et multò plura. Quidam uerò simpliciter, et absolutè arbitrantur uinum merum esse uinum purum, fortissimũ tamen, et efficacissimum, atque etiam turbidum, pręsertim cum nuper educitur aut extrahitur ex uase, aut dolio, & E præterea est etiam nonnihil fæculentum. Potest etiam dici uinum merum quod licet pluribus uini speciebus sit admixtum, nulla tamen aquæ portione, est dilutum. Cæterùm dicunt aliqui, et uiri quidem magnæ authoritatis, et famæ, per merum intelligendum esse uinum rubeum, quod prioribus aliis huius speciei liquoribus solet esse optimum, et ualde preciosum. Postremò

psal. 75. Aug. super psal. 75.

ne vlterius uagemur per vinum merum à quo hæc vinea, idest Synagoga suscepit denominationem, vt dicatur vinea meri, intelligunt vinum illud mirrhatum, aut vinum illud felle, & aceto mixtum in cruce Domino nostro Iesu Christo propinatum, quod, cũ gustasset, noluit bibere. Cum ergo dicebamus ex verbis Prophetæ, quòd vinea meri cantabit, videamus quod merum fuerit id, à quo ipsa sic denominatur: Dicimus enim ex sententia multorum interpretum, eam dici vineam meri, tum propter ceremonias, & sacramenta legalia, quibus ipsa fæcundabatur. Tum propter uinum rubeum, quod ipsa extraxit de corpore, & latere Christi Domini nostri, hoc est ipsum sanguinem purum, & immaculatum: aut etiam dicamus ipsum dici, & nuncupari vineã meri propter vinum illud felle, & aceto mixtum, quod ipsa propinauit, & porrexit Saluatori nostro dum in cruce pendebat. Ab ista ergo vinea, vel propter istam vineam Christus ipse fuit potatus tali mero. Videamus nunc quid cantabit ista vinea, & cui cantabit; & in hoc quęsito præter alias, tres inuenio opiniones, & sententias maximorum uirorum. Prima opinio est quòd uinea idest sinagoga nihil cantet, nihil in hac parte laboret, sed solus Deus cantet, aut ipsi vineę, aut sibi ipsi: & Propheta in hoc loco velut insignis Poeta proponat Deum secum ipsum disserere, percunctari, & cum Synagoga decertare, vsus dialogysmo, quo quis secũ ipse disputat, aut proloquitur, quasi cum altero; Dicit ergo Deus ipsi vineæ meri, uel de ipsa uinea meri tãquã de re subiecta huic loquutioni. *Ego Dominus qui seruo eam s.ui neam, repente propinabo ei, ne forte uisitetur contra eam, nocte, & die seruo eam indignatio nõ est mihi:* ego (inquam) Dominus, & non alius pręter me, qui seruo, tueor, & custodio vineam meam, repente propinabo ei, idest non differam, neque procrastinabor porrigere ei calicem irę, & indignationis, & multas illi pœnas irrogare, quia turpis & ingrata me abiecit, & ad idola se conuertit efficiam post hac nisi se re-

A cipiant in ecclesiam, & conuertantur, & in me credant, ut sint vagi, & profugi omnes, sine lege, sine Rege, sine sacerdotibus: & templo: Nunquid indignatio est mihi.

Hoc est canticum quod aliqui dicunt Deum cecinisse de ipsa uinea, aut ipsi vineæ, aut etiam sibi ipsi: & quamuis textus dicat. Vinea meri cantabit ei: dicunt aliqui nullum esse discrimen apud Hebreos in pronominibus de- B monstratiuis, siue sint reciproca, siuè nonut tantũdem sit dicere ego loquor ei, ac si dixisset loquar mihi ipsi. Omitto quod textus 70. interpret. sic habet. *In die illa uinea pulchra, desiderium cantare contra eam.* quasi dicat Deus, desidero cantare contra uineam meam pulchram, idest contra Synagogam, quæ cap. 5. huius libri dicebatur Vinea Domini Dei Sabaoht Domus Israel. Hæc est prima expositio C super his verbis. Secunda, quòd vinea meri cantet eadem verba, quæ diximus Deum ipsum cantare, vt uidelicet uinea referat, et recenseat cuncta, quæ olim acceperat à Deo beneficia, quibus nunc ipsa videatur quodamodo destituta. Quæ expositio cum difficile admodũ possit huic textui aptari, idcirco dicunt alii vineam vtique esse eam, quæ cantat, & cantat ei, hoc est ipsi Deo, vel ei idest sibi ipsi, et se D cum ipsa, sed contraria prioribus verbis. Fingit enim sic eam loqui, Ego vinea illa dilecta, Ciuitas illa munita præsidio Angelorum, et singulis momentis à Deo irrigata, Ciuitas oppugnata: En nunc obsideor, circundant me inimici mei uallo, circundant me, et coangustant undique, et ad terram prosternunt me, et filios meos, qui in me sunt, etc. Vnde iuxtà hanc expositionem, qua con- E queritur vinea, idest Synagoga de ipso Deo, volunt similiter quædam verba superius dicta à Deo in fauorem vineæ, contrario modo esse capienda, vt verbi gratia, cum dicebat ipse Deus, Ego Dominus seruo eam, repente propinabo ei Ita legantur. Ego Dominus perdam eam, & repente propinabo ei, propinabo inquam calicem iræ, & furoris

70 interp.

ris mei. Sed re uera cum nulla istarũ expositionum mihi parum satisfacere videatur, pace omnium dicam quod sentio. Ego quidem sum in hac sententia, quod si per vineam meri intelligamus ipsam Synagogam (id quod non admitto) dicemus eam vocari vineam meri, quoniã porrexit Iesu Christo uinum merum, uinum inebrians, vinum fætidum, vt potè felle, & aceto mixtum. Aut dicatur vinea meri, idest vini rubei, quod fuit sanguis Christi, quo totum eius corpus, & Sanctissimę vestes tinctæ, & coinquinatæ fuerunt. Ista ergo vinea sic dicta uinea meri cantabit ei, idest ipsi Deo, & Christo Saluatori nostro. Cantabit (inquam) canticũ luctus, & mæroris, & perpetuæ afflictionis. Et quando cantabit? In die quidẽ illa, qua fuerit gens, & vniuersus orbis ad Christum Dominum, quem ipsi flagellarunt, & occiderunt, conuersus. Aut cantabit canticum istud triste, ac luctuosum cum fuerit penitus vastata, ac desolata eiusmodi ciuitas aut vinea. Postremò cantabit in illa die finalis iudicii quando ad perpetuos inferorum carceres fuerit condemnata. Non exprimit Propheta q̃ sit illa futura dies, tùm ut boni vigilent, & studeant semper benefacere, mali verò perpetuò crucientur, ac mæreant. Quare si per vineam meri intelligamus Synagogam, sic exponi debet ista particula, ut nos exposuimus. At si per vineam meri intelligamus Ecclesiam collectam ex gentibus, & Iudæis, cũ ctisq; populis, et nationibus Orbis terrarum, ut Canticorum vltimo indicauit sapiens, cum dixerit hanc vineam habere populos multos, & non vnam solam gentem de quibus populis loquitur psal. 91. Plantati in domo domini in atriis Dei nostri florebũt, quod quidem nos verius esse opinamur, & magis literæ præsentis textus congruere, dicemus Ecclesiã Dei iure optimo posse dici, ac debere vineã meri, hoc est vineam producentem vinum merum, simplex, & purum, uinũ optimum, suaue, & preciosum, quòd nonnulli appellant vinum rubeum, qđ in ea prouincia solebat esse præstantissimum, (vt aiunt quidam Rabini) Hæc

Psal. 91.

A ergo vinea, idest Sancta Dei Ecclesia est vinea meri, quia producit saluberrimos fructus, & quàm maximè excellẽtes, & signanter producit vinum sacræ ablutionis, ut habetur Numeri 15. Vinum adhibe, et liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum, siuè victimam, Producit etiam uinum fructuosæ prædicationis iuxtà illud psal. 4. A fructu frumenti, uini, & olei multiplicati sunt. Tertio producit uinum deuotæ confessionis, iuxtà illud

Vinum merũ Ecclesiæ carsoca. psal. 4.

B Cant. 7. Guttur tuum sicut uinum optimum. Hæc ex D. Thoma. Quòd si p merum, quod producit hæc vinea libeat accipere vinum rubeum, quod prioribus aliis aiunt, esse optimum, & pretiosum, satis erit congruum fidei nostrę catholicæ sacris mysteriis, & rationibus: quandoquidem per uinum rubeum citrà omne dubium, possumus intelligere & figurare sanguinem Chri-

Cant. 7.

C sti, & Sanctorum martyrum, qui pro eius fide multa passi sunt tormenta, ut securi peruenirent ad palmam martyrij. Nec penitus carebit mysterio si per merum ab hac vinea productum, intellexerimus uinum turbidum, fætidum, ac plenum mixto (ut supra diceba mus): quandoquidem per ipsum designantur incommoda, afflictiones, persequutiones, & assidui labores, quos hæc uinea Dei electa, idest ipsa Eccle-

D sia substinet ab infidelibus, ab Hæreticis, & deprauatis hominibus, quorum causa nomen Dei blasphematur inter gentes.

Cantabit ergo vinea ista non solùm in illa die extremi iudicij, qua iusti exaltabuntur, & reprobi confundentur, & (velut alibi diximus) Exultabunt sancti in gloria, & lętabuntur in cubilibus suis, verùm antè illum diem boni palmites istius vineę, proferent salutares

psal. 49.

E fructus. Sed videamus quod sequitur in hoc textu, loquitur enim Deus in fauorem, laudem, & protectionem huius vineæ, et inquit,

Ego Dominus, qui seruo eam, repentè propinabo ei, ne fortè visitetur contra eam, nocte, & die seruo eam. *Tex. 3.*

Seruo (inquam) & tueor à uersutia Demonum, à fraudulentia Hæreticorum

rum, à violentia Tyrannorum, per me ipsum, per Angelos, per Prælatos, & ministros meos, ope, & opera doctorũ, & prędicatorum, & forti brachio Principum secularium, ac temporalium. Repente propinabo ei, idest non differam, neq; procrastinabor gratias, & dona ei conferro, immò singulis momentis ero ei pręsens: ne forte visitetur contra eam, idest ne quis eam aggrediatur, demoliatur, ac vastet. Nocte, & die seruo eam, idest tam in prosperis, quàm in aduersis curam illius habeo, ne fortè veniat aper de Sylua, & exterminet eã, & singularis ferus .i. Asinus eam depascat. Asinus quidem nota est eorum, qui extremam rationis inopiam patiũtur. Aper verò typus est eorum, qui voluptariam uitam degunt. Hi profectò sunt præ cęteris, qui facilè, & citò poterunt vineam demoliri. At cum dicit seruo eam, vsus uerbo temporis præsentis: & postea subdit. propinabo, vsus futuro tempore, vult innuere, & nobis indicare nullam esse temporis particulam, qua Deus nõ sit nobis pręsens, alioquin statim laberemur, & in nihilum facilè redigeremur. Deus.n. (ut inquit beatus Gregorius 16. Mor. cap. 5.) sic exteriora circundat, ut interiora impleat: sic interiora implet, ut exteriora circundet: sic summa regit, vt ima non deserat; sic imis pręsens est, ut à superioribus non recedat; sic latet in sua specie, ut tamen cognoscatur in operatione; sic cognoscitur in suo opere, ut tamen comprehendi non valeat à cognoscentis æstimatione; sic adest, ut uideri nequeat: sic videri non ualet, ut tamen eius presentiam ipsa sua iudicia testentur; sic se nobis intelligendũ prębet, ut tamen ipsum nobis radium sui intellectus obnubilet, & rursum sic caligine nos ignorantiæ reprimit, ut tamen mentis nostrę radiis suę claritatis intermicet, & quæ sequuntur. Ex his uerbis declaratur qua ratione Deus est in nobis, & in cunctis creaturis per essentiam, pręsentiam, & potentiam. Et propter hęc, est etiam notandum, & aduertendum, quòd licet Deus per Angelos, & per ministros suos custodiat hanc vineam, & tradiderit eam custodibus, ut habetur Cant. vltimo nihilo tamen minus semper Deus nobiscũ adest, pręsens est, & custodit, ut dicit ibidem sapiens in figuram Christi, qui est Princeps pacis, & pater futuri seculi, sicut & Salomon, qui dicebatur pacificus, dicit ibi, vinea mea coram me est: quibus uerbis indicatur Deum esse nobiscum, (vt nunc dicebamus) per essentiam, præsentiam, et potentiam.

Psal 79.

Greg. 16. mor. cap 5.

Sed quandoq; occurrit dubitatio cur in sacris literis tàm ecclesia uera, et propriè dicta, quàm ipsa Synagoga comparetur vineæ. Dicunt aliqui conueniẽter fieri hanc similitudinem, quoniam quemadmodum in uinea congregantur multę uites, et inseruntur; ita in Ecclesia pariter, et in Synagoga multi homines congregantur. Potest etiam anima cuiusquè appellari vinea, et si fuerit uinea rectè plantata, non alias uites habebit, quàm Christum Dominum, quemadmodũ ipse met dixit, Ego sum uitis vera, et pater me⁹ agricola est, nos autem sumus palmites et sarmẽta isti⁹ vitis, et qui manserit in ipsa uite proferet fructum multum. Dicitur etiam uinea meri nihil aliud esse nisi Ecclesia Christi ab omni peccato immunis, & puri, vnde hoc nomen uinea multis modis accipitur. Sed cum dixerimus tam Ecclesiam, quam Synagogam uocari uineam, et uineam domini Sabaoht meritò quæri potest num sit aliquod discrimen inter vtramq;. Respondemus, et dicimus quoad nominis significationẽ nullam penè esse differentiam, quia ambo latinè accepta, significant congregationem plurimorum ad inuicem coeũtium, vel vnitorum. Verum paulò accuratius horum nominum proprietates considerando, est inter ea nonnihil discriminis, ut refert Augustinus ps. 81. dicit enim quòd Synagoga cum latinè dicatur congregatio, congregatio autem sit tàm hominum, quàm bestiarũ, Ecclesia verò dicat cõuentionẽ, seu cõuentũ multorũ aut cõuocaiionẽ, cõuocari autem magis conueniat rõne utẽtibus, quám beltiis, et animalibus irrationalibus, dicimus (iuxta eius sententiam) Synagogam dici de cõgregatione

Dubiũ.

Resp.

Dubium.

Resp.

Aug. ps. 81.

ne Iudęorum, Ecclesiam verò de congregatione fidelium. In cuius rei signũ dum Apostoli loquebantur de congregatione, vel unione fidelium, nunquam appellabant Synagogam, sed semper Ecclesiam Quanquàm dum uetus ille Hæbreorum populus in unius ueri Dei fide permansit, eadem erat prorsus Synagoga, et Ecclesia, ut patet in multis sacrę scripturæ locis. At quando Iudæi desciuerunt à cultu ueri Dei, et prȩsertim cum post aduentum Christi noluerunt ipsum agnoscere, et uenerari tanquam Mesсiam, et filium Dei, factum est magnum inter utramq; discrimen. Qui enim contempserunt, dicti sunt infideles, ethnici, et perditionis filii: qui uerò secus, siue Iudęi sint, siue Gręci, siue serui, siue liberi, dicuntur esse de Ecclesia Dei, et palmites huius uineæ. Ecclesia enim sic accepta nihil est aliud quàm fideliũ collectio, et communio catholicorum: adeò qđ conuenticula, seù conuentiones hęreticorum non possunt dici Ecclesia, neque etiam vniuersitas prædestinatorũ, siuè charitatem habentium potest dici ecclesia (vt nunc de ecclesia loquimur) quemadmodum opinantur quidam hȩretici, quoniam talis ecclesia est inuisibilis cum nemo ex se ipso posѕit certitudinaliter cognoscere numquid odio, vel amore dignus sit, multo minus poterunt alii de extraneis eiusmodi certitudinem habere, quamquam dixit aliquando Saluator à fructibus eorum cognoscetis eos. Matth 7. Ecclesia ergo in qua plures homines congregantur, & conueniunt, sicut plures palmites in vna uite, aut plures uites in vna uinea, dicitur esse collectio, siuè vniuersitas fidelium tàm bonorum, quàm malorum, uti Saluator docuit nos exemplo, & similitudine sagenæ missæ in mari, & agri, in quo vna cum tritico reperiuntur etiam Zizania: & quemadmodum in Archa Noè dicebantur esse animalia munda, & immunda. Demũ siquis uelit vberius agnoscere, quæ sit uera ecclesia, legat D. Ioannem de Turre Cremata in sua summa de ecclesia, & librum nuper editum à R.P. Magistro Gregorio Nunnio mei ordinis professo, & uiro apprime erudito, & in sacris literis per quã diligenter uersato. Sed prosequamur textum.

Dicit postmodũ. *Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam, & veprem in prælio? gradiar super eam succendam eã pariter, an potius tenebit fortitudinẽ meã? faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?* Tex. 4.

Indignatio non est mihi, q d. si contingat aliquando vineam hanc meam fructus parum suaues, & maturos producere, non irascar, non statim euellã, ac destruam, sed corrigam, & emendabo, iuxta illud psal. 88. videlicet. Si dereliquerint filii mei legem meam, & Ps. 118. mandata mea non custodierint, uisitabo in virga iniquitates eorum, et in uerberibus peccata eorum: misericordiã autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in ueritate mea. Et quo planius suam hanc erga nos benignitatẽ, & clementiam demõstret Deus subdit. Quis dabit me spinam, & ueprem in prælio? idest dũ anima fidelis, & Christo dicata erit in prȩlio, et conflictabitur cum Demone, & caro pugnabit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem (hæc enim sibi inuicem aduersantur) similiter dum Ecclesia sponsa mea vexabitur, & affligetur ab Infidelibus, & Hæreticis, et atrociѕsimis mei nominis hostibus, quis unquam credet aut cogitabit me esse spinam, et ueprẽ, aut me in spinam & ueprem esse conuersum? hoc est, fieri me tam asperum, & sęuum aduersus animam, et ecclesiã meam, ut gradiar super eam, pedibus conculcem, ac deprimam, pariterq; succendam? An potius tenebit fortitudinem meam? Quis inquam erit, qui istud existimet, et de me, qui sum clemens, et misericors talia audeat excogitare? nullus profectò est futurus qui contra electos meos exasperare me queat, nulla enim est damnatio his, qui sunt in Christo Iesu, et qui non secundum carnem ambulant: an potius tenebit fortitudinem meam, idest existimabit me retenturum, et quodammodo repræssurum fortitudinem meam, ne, uidelicet, aduersus improbos, et pertinaces exardescat sicut ignis ira mea? Alii uolunt hęc uerba dici aduersus Synagogam

nagogam hunc in modum. Indignatio non est mihi. q.d. furor nō est apud me sum valdè patiens, & præstabilis super malitiam. Verum si vinea det mihi spinas, & uepres in prælio, gradiar super eam, & succendam eam pariter, hoc est commouebo bellum, & gentes aduersus eam, quæ gradientur super eā, & succendant; id quod manifeste contigit per exercitum Romanorum; an potius tenebit fortitudinem meam, idest pro comperto habebit me validum esse, fortem, ac robustum prorsus uè inuincibilem, & cum nouerit se meæ potestati resistere, faciet pacem mihi? Vel sic dicas, populus iste durus, & uecors tenebit, hoc est, impediet, aut remorabitur fortitudinem meam? minime quidem omnium, quin potius cum imbellem se, & impotentem viderit, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. D. Hieronymus hunc in modum exponit: an potius tenebit fortitudinem meam? faciet pacem mihi &c. Sensus est; postquā populus meus fuerit acriter succensus, et castigatus, tenebit fortitudinē meā, idest amplectetur Christum qui est fortitudo patris, & sic saluus fiet, hoc est, faciet pacem, et reconciliabitur Deo; quam particulam, v3. facere pacē iungit etiam. D. Hiero. cum particula immediatè sequenti, v3. qui egrediuntur impetu à Iacob. D. Cyrillus vult hæc omnia dici de populo gentium, qui cū Israel primogenitus recesserit à Deo, & impius fuerit in redemptorem suū, è tenebris ad lucem uenit, & à cultu Demonum ad ueri Dei cultum concedēs pacem, fecit cum ipso Deo, sublato nāquè peccato infidelitatis, obedientes prædicationi euangelii iustificati ex fide pacem habuerunt apud Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Ego autem existimo (bona venia tot sanctorum patrum) hæc verba non solum de gentium populo, verum & de Iudæis & (ut vno uerbo dicam) de vniuerso genere humano prædicta fore, quandoquidem vnus est Deus, et una fides, et apud Christum nō est distincto Iudæi, et Græci: vult enim omnes homines saluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Quare quicunq; siue Iudæi, siue

Hieron.

D. Hieron.

Cyrillus.

1. Thim. 2.

A Gentiles, et cuiuscunq; nationis homines non fuerint oīno auersi à Deo, et uoluerint ad eum conuerti, neq; renuerint disciplinam Dei, requisierint què Christum Dominum, facient pacem cum eo, et reconciliabuntur ei. dicit Deus. *Indignatio non est mihi*, idest non usq; adeò erga filios meos irascor, vt protectionem, et custodiam eorum derelinquam; sed si quandoque deliquerint, gradiar super eos. ui sitabo eos, et ex coquam ad purum scoriam eorum, cumq; B nouerit gressus meos, et susceperit correptionem meam, faciet pacem mihi pacem faciet mihi, idest recociliabitur mecū, et iustificatus ex fide, mecū pacem habebit. Repetit nomen pacis, ut quàm grata et iucunda sit ei, quā apud Deum pacem habemus hac repetitione demōstrat: Vel bis nominat pacem, ut pacem quæramus, et petamus in hac uita, et pacem post hanc uitam, C vbi erit uera, perpetua, et sempiterna pax obtinere possimus. Aut etiam repetit pacem ut cum ingredimur ecclesiam, et societatem fidelium pacem ineamus, et cum egredimur ex hac uita in pace recedamus iuxtà illud psal. In pace in idipsum dormiā, et requiescā. et Dauid præcabatur. d. Dominus custodiet introitum tuum, et exitum tuū ex hoc nunc, et usquè in sæculum,

Psal. 4.

Psalt. 120.

Vt et nos (quòd in nobis est) cum D omnibus pacem habeamus; dicemus ergo in eo loco ubi agitur de spina, et vepribus, et quòd in bello omnia succendentur, et disperdentur, sermonē haberi de vinea, hoc est, de Synagoga, et populo Iudeorum reiecto iam, et reprobato. At in illis uerbis faciet pacē mihi, pacem faciet mihi, dicemus Prophetam in persona Dei vaticinari de populo per baptismum regenerato, siue Iudæus sit, siuè Gentilis, et fortasis nō E ab re facta est ista repetitio pacem faciet mihi, mihi facet pacem, ut velit innuere quemquè istorum populorum pacem facturum cum Deo, et ei reconciliandum, faciet pacem mihi populus Iudaicus: faciet quoquè pacem mihi populus gentium. Et hi omnes egrediuntur à Iacob, idest ab eo originem trahunt, cuius initium siuè radix, aut trun-

truncus fuit Iacob, et eo prior Abrahã, qui fuit pater multarum gentium. Sed redeamus ad expositionem textus quẽ vnum exponendum sumpsimus, qui sic habet.

Tex. 5. *Qui ingrediuntur impetu ad Iacob; florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine.*

Sic legitur in bibliis nuper emendatis. sensus est: Futurum est tempus, et in ianuis est, quòd multi impetu, idest subito, absquè multa temporis dilatione, magno conatu, et cunctis uiribus, ingentiq; animi ardore, et cupiditate ingredisitur ad Iacob ad Iacob (inquam) spiritualiter intellectum, idest ad Christum Dominum, qui de radice Iacob secundum carnem duxit originem, et hic impet⁹ de quo loquitur hic Esaias similis est illi. de quo loquit Lucas cap. 5. factum est cum turbæ irruerent in Iesum ut audirent verbum Dei. Nec Apostoli solum (vt exponit D. Hiero.) sed innumerabiles populi, qui apprehenderunt fidem Christi dicuntur ingressi, et accessisse ad Iacob impetu, festinanter, et magno concursu; quandoquidem centum ferè annis post Christi passionem maxima pars orbis accessit ad ipsum, velut ex historijs, et actionibus sanctorum Apostolorum, et aliorum diuini uerbi ministrorum facilè est uidere, et hoc explicat Propheta cum dicit. *Florebit, & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis*, Idest latitudinem totius mundi semine, *idest cognitione uerbi Dei, seu gratia iustificante*, quæ appellatur semen gloriæ, neque is modus loquendi te perturbet cum dicit. Florebit, et germinabit Israel, cum dicere debuisset germinabit, et florebit Israel, sic etiam cum inquit Israel germinabit, et implebunt faciem orbis, vbi dissentit nomen à uerbo circa numerum, cum iuxtá regulas Grammaticarum dicendum esset, germinabit Israel, et implebit faciem orbis: sed hęc parui rẹferunt; priori quidem obiectioni dicendum est, Prophetam ueluti excellentissimum Poetam, ac oratorem vsum fuisse figura dicta anastrophe, q̃ est, dum legitimus ordo uerborum inuertitur; arbores nanq; et uites prius germinare, quàm florere sunt dicendę germinabit (inquam) & florebit Israel, idest populus regeneratus per fidem, et baptismum, & prædicationis verbo edoctus, quandoquidem non erit aridus, & putrescens, sed prospere aget, fructusquè vberrimos, atquè salutares producet. Aut dicas cum D. Tho. Florebit fide scilicet, & bono animi proposito, & germinabit operis consumatione. Altera obiectio facile amouetur; nomina enim collectiua exigunt post se utrunquè numerum, tam singularem quam pluralem, vt est illud Virg. pars in frustra secant verubusq; trementia figunt. sic itaq; dicere potuit iste vates; Israel, idest populus Israeliticus implebunt faciem orbis semine.

Luc. 5.

Anastrophe

Sequitur textus, in quo Propheta in persona aliorum, siuè Prophetarum, siuè quoruncunq; Dei iudicia contemplantium, & admirantium, expostulat à Deo, & inquirit vnius dubii solutionem, dicens:

Tex. 6. *Nunquid iuxtà plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?*

Sensus est facilis, & planus; hic quęritur nunquid Deus ita crudeliter, & immaniter percussit Iudæos, sicut ipse, & Martyres eius crudeliter, & atrociter percussi sunt à Iudæis? aut sicut populus Iudæorum occidit interfectos eius, idest Sanctos martyres impiè, & crudeliter, ita & ipse hoc modo occisus est? vel clarius sic expone. Nunquid Deus sic percutiet Iudæos, ut omnino deleantur, & ex eis nihil sit reliqui, aut sic eos percutiet, ut Inimicus, & animo hostili sicut ipsi percusserunt ipsum Christum? D. Hiero. existimat fieri eiusmodi quæsitum propter Apostolos, qui maximè fuerunt ab infidelibus vexati, qui tamen eorum salutem procurarunt, & studuerunt modis omnibus, ac uijs recõciliare eos Deo. Huic quęsito respondet Chorus Prophetarum, & beatorum spirituum hunc in modum,

D. Hieron.

In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabis eam.

Huius solutionis vnus est sensus, & intel-

intellectus, quòd cum fuerit abiecta, A & repudiata Synagoga, per filij Dei Incarnationem; aut cum venerit ad extremum iudicium, iudicabit eam in mensura contra mensuram, ut scilicet secũdum mensuram culpæ sit futura mensura pęnę, iuxtà illud Deut. iuxtà mẽ- Deut. 25. suram delicti erit plagarum modus. At hæc solutio prima fronte videtur contra textum, vbi habetur quòd in mensura, contra mensuram iudicabit. Alij sic exponunt; in mensura contra men- B suram percutientur hi, &c. In mensura, idest in certa quantitate & gradu pęnę, sed contra mensuram, idest non erit qualitas, & quantitas pęnę conferenda cum qualitate culpę, propterea dicitur, punire in mensura contra mensuram, quia semper nos punit citra condignũ. Psal. 102. Hinc Dauid. Non secundum peccata nostra facies nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribues nobis. Vnde Cyrillus ait, his verbis, Domini be C nignitatem, ac indulgentiam demostrari, quem quamuis populus Iudæorum Regem gloriæ in crucem sustulerit, in Sanctos immanissimè sęuierit, Prophetas occiderit, ipse tamen in illos multò minus sęuierit, quin potius pro illis patrem rogauerit: & quidam alij Dominum sic loquentem introducũt, sperabatis (inquit) me pęnitus delturum gentem Iudęorum? maior mea indulgentia est, & misericordia quàm D eorũ iniquitas & uecordia: adhuc mea prouidentia dignos eos iudicabo, nec rationem habeo immanium peccatorum, quæ populus iste in me egerit, & Osea 11. per Oseam Prophetam hunc in modũ pie admodum loquitur Deus ad populum istum. quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? quomodo dabo te sicut Adama, ponam te ut Seboim? conuersum est in me cor meũ, pariter conturbata est plenitudo mea. Non faciã se E cundum furorem iræ meæ, non conuertar, ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo: quæ uerba dubio procul de reliquiis, quæ secundum electionem gratię salutæ factę sunt, intelligi debent, cęteri, qui in sua pertinacia perstiterunt, abiecti fuere, et foras emisi, et eorum terra deserta relicta

est. Quoties (inquit) Deus, volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, et noluisti? : Ecce relinquetur domus vestra Matth. 23. deserta. Idcirco) dicit textus, cum abiecta fuerit vinea hęc, idest cum Apostoli ad gentes transierint, vel cum venerit dies extremi Iudicij tunc iudicabit Deus in mensura, non contra, sed secundum mensuram. Vbi nota quòd illi quos pęnitet ex animo Deum offendisse, puniren tur in hoc statu, siue in purgatorio in mensura contra mensuram: at quos nunquam pęnituit scelerum, punirentur in mensura secundum mensuram, si non intensiuè, saltim extensiuè, vt facilè probatur ab his, qui sunt in sacris litteris exercitati. non vererer tamen asserere nullum hominem damnatum, et reprobatum puniri omninò iuxtà qualitatem, & quantitatem culpę, sed omnes puniri citrà condignum, quẽad modũ electi coronantur vltrà condignũ.

Deinde sequitur. *Meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus: idcirco super hoc dimittetur iniquitas domus Iacob: & iste omnis fructus ut auferatur peccatum eius &c.* Tex. 7.

Difficilis admodum est hęc particula ob varias translationes, quoniam in in Bbilijs antuerpiæ excussis legitur, meditata est. In his autem quę nuper approbata sunt per Clementem Octauum legitur meditatus est &, iuxta hanc literam particulam istam exponere decreuimus, ut expositio sit conformis literæ quamquam iam antea secus interprętati fuimus. Dicit ergo Esaias quòd omnipotens Deus, iustus, & misericors puniturus ob ingentia eorum delicta populum Iudęorum, meditatus est in spiritu suo duro, idest stabili, & firmo, nec facilè flexibili, Quidnam esset facturus; num. scilicet omnino esset perditurus gentem Iudaicam, aut aliqua ex parte dimissurus, & ueniam largiturus; hęc autem meditatio & quędam quasi diuinę mentis suspensio fuit per diem ęstus iuxtà illud psal. 38. Concaluit cor meum intra me; et in meditatione mea exardescet ignis Ps. 38. aut eo tempore quo Sinagoga persequebatur ecclesiam Dei, et maximo furore,

rore, ac impietate nitebatur extingue A re nomen Christi, aut è contra, dies huiusmodi æstus: dici potest tunc fuisse, dum eadem Synagoga acerbissimè tractabatur ab Assyriis, vel à Romanis. Tunc igitur Deus meditabatur in spiritu suo duro ac vehementi, num permitteret eos populos omninò deleri, vel quosdam ex his debere Saluari quãdoquidem misericordia, & iudicium erant in cõspectu Domini. Is ergo æstus, & feruens calor potest referri i, uel ĩ pra B uum, & iniquum affectum Synagogæ aduersus Deum & Prophetas, ac seruos suos, aut potest referri in acerbam rabiem, & sæuitiam aliarum gentium aduersus populum Iudæorum; aut etiam potest iste æstus, & feruor referri in irã, & in ĩdignationem Dei aduersus Synagogam; sed quoniam post hanc meditationem, misericordia superexaltauit iudiciũ, idcirco d. Esaias, super hoc, idest post hanc meditationem dimitte- C tur iniquitas domui Iacob, non enim Deus voluit omnino repellere plebem quam præsciuit. iuxtà, ea quę habentur psal. 76. Meditatus sum nocte cum corde meo: & postea. Nunquid in ęternum proiiciet deus & cęt: Sic mihi (bona aliorum venia) videtur exponendus iste textus pęnes ea verba, quę ibi legũtur. Qui uerò volunt uerbũ illud legi iuxta fœmineum genus, ut dicatur meditata, non autem meditatus, dicunt hũc D esse sensum quòd scilicet Synagoga in spiritu suo duro, hoc est difficili, ac obstinato, difficilè admodum ad pænitẽtiam reducta, per diem ęstus, idest dũ maximis angustiis pręmeretur, meditata est, secũ ipsa cogitauit ad poenitẽtiam reuerti, & idcirco subdit Propheta, super hoc, idest super hac contritione, & vehementi dolore ob perpetrata scelera, & præsertim ob Dei contemptum susceptum, dimittetur iniquitas do E mui Iacob, non Apostolis (inquam) dũtaxat, qui ex ea domo secundum carnẽ prodierunt, uerum & omnibus ex singulis, qui agnouerunt eorum errata, & diuinę manus ultionem diligenter, & intensæ fuerint meditati; & Propterea Sequitur. Et iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius & certem non ob

Ps. 76.

aliam causam neq; in alium finem Deus nos punit, & castigat, nisi ut peccatum auferatur, vnde in quadã collecta dicit Ecclesia. Nulla nobis nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Constat enim hanc ob causam Dominum nostrum tam acerbã passionem, crucem & mortem sustulisse, nisi ut expiaretur peccatum, quo expiato, Genus humanũ redimeretur. Propterea dicit Propheta, iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius, ipsius inquam domus Iacob: Sensus ergo est (ut uno verbo dicam) Omnis fructus, qui prouenit ex Christi passione & cruciatu; et quicumq; ex flagellis, et afflictionibus quas immittit Deus, hic est, ut auferatur peccatum, quo Deum offendimus, & eum ad iracundiam prouocamus. Sed fortè quis dicet, num ex manu Dei, & Spiritus sui virtute non alius fructus exiit, aut progreditur, nisi ut auferatur peccatum? nõne D. Paulus ad Galatas 5. enumerat plures gradus, aut uirtutes, aut etiam fructus, qui à spiritu Dei progrediuntur & fluunt? vt Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, & cætera? Respondeo, non esse sensum Prophetæ ex præfatis uerbis vnum tantum esse fructum, qui prouenit ex benigna Dei manu erga nos, & salutem nostram, cum multi (ut diximus) numerentur ab Apostolo loco iam adducto; Sed explicat Propheta vnum tantùm tamquam genus, quod est auferre peccatum, qui fructus procedit à Spiritu sancto tamquàm, à semine vel à radice, qui etiam multiplicatur, & distinguitur secũdum diuersum processum quo procedit in nobis, & hac ratione diuersę sunt virtutes in nobis, secundum quod mens hominis primo disponitur in se ipsa, & ordinatur ad bonum, deinde ad ea quæ sunt iuxtà se, vel infra se, ut d. Sanctus Doctor 12. q. 70 D. Aug. supra Epist. ad Galatas 5. d. non fuisse intentionem Apostoli ad amussim recensere numerum peccatorum, neq; fructus spiritus, sed solum indicare, quæ sunt euitanda, & quæ sunt magnopere expetenda: Non ergo verba Prophetæ ullo modo contradicunt verbis Apostoli. Dicit ergo Propheta omnis fructus,

Fructus omnis flagellorum.

Paulus Galat. 5.

Tho. 12. q. 70. art. 7.

cum

omnis labor, & quodcumque Christi impendium, huc tēdit, ut auferatur peccatum, & de mundo tollatur demonū cultus Propterea sequitur in textu. *Cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci, & delubra.* Tunc quippe facilè cognoscetur domum Iacob, & reliquos idolorū, cultores percepisse Dei vltionē, & eius indignationem aduersus eos, cum eosdem pœnituerit tot præuaricationum, & abhominationum, & cum sustulerint, et diruerint lucos, & altaria, in quibus immolabant diis suis, et in cineres quodāmodo ea redigent. Et sic. non stabunt amplius luci, & delubra, in quibus Idola colebantur. Quo monemur, ad remisionem peccatorum obtinendam, & deniq; ad Salutem consequendam, non satis fore intus conteri, foris gemere, & suspirare, genua flectere, & pectus percutere, & alia pœnitentiæ signa quempiam secū agere, aut præmonstrare, nisi etiam tollantur occasiones peccati & q̄cūq; diuinæ maiestatis oculos offēdūt, iuxtà illud Euāgelij. Si oculus tuus scādalizat te, erue eū, & ꝓiice ab ste: Nō erat satis ipsi Chananeæ, de qua Matth. 15. accedere ad Xp̄m, & rogare ꝓ filia sua, q̄ à Demone vexabatur, nisi fuisset egressa à finibus. Thyri & Sydonis, & Dauid ꝑcabatur Deum.d. Viam iniquitatis amoue à me, i. occasiones ad peccandum, & dei præcepta transgrediendum psal. 118.

Matt. 15.
Mar. 9.
Matt. 5.
psal. 118.

Rursus nulli dubium, his nominib⁹ lucorum, & delubrorum, lapidum, & sculptilium, volebat innuere Propheta, oportere Iudæos, et nos omnes amouere superbiam, auaritiam, quæ verè est Idolorum seruitus, & omnem arrogantiam, & cætera omnia uitiorum genera, quę nos Deò odibiles reddunt; odibilis est enim Deo impius & impietas eius sap 14. Sequitur textus.

Sap. 14.

Tex. 8. *Ciuitas enim munita, desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum. Ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius &c.*

In toto huius cap. residuo Propheta multo clarius, & expresius vniuersæ Iudeę desolationem, prædicit, paucis quibusdam exceptis, de quibus alias di

A ctum est, & gentium uocationem pręfatur omnino futuram. Prædicens ergo ipsius Iudeę desolationem numero singulari vtitur, nominans Ciuitatē pro cunctis illius regionis, ac populi ciuitatib⁹, pagis, & oppidis; neque id inconuenit, quandoquidem solet à nobiliori fieri denominatio; & quamquam hic Author nota rationis vtatur.d. Ciuitas. n. munita, vbi illa dictio. n. est nota red-

B dens causam dictorum, mihi magis placeret notam esse aduersatiuam, ut quidam aduertit, ut sic diceremus. Ciuitas autem munita, desolata erit; neq; ulli dubium, intelligi de Ciuitate Hierusalem, quę olim non solum turribus, ac moenibus triplicatis, verum, & custodia Angelorum erat fortiter munita, & artificiosè constructa, quæ nimirum desolata erit; quia scilicet filium Dei occidit, neq; voluit unquam pœnitere; &

C speciosa relinquetur, (speciosa quidem) quemadmodum olim erat de qua Ezechi. 16. legit̄, vbi inquit inter alia. Similam, & oleum, & mel quibus nutriui te, posuisti in cōspectu eorum in odorem suauitatis (& speciosa facta es vehementer nimis) & in qua habitauit ille d̄ quo scriptum est. Speciosus forma prę filiis hominum; ista (inquàm) speciosa relinquetur deserta, vel dimittet̄ quasi desertum; locus inhabitabilis, & feris Ezech. 16.

D tantum obuius: propterea dicit, ibi pascetur vitulus, pro quo omnia quotcūq; genus animalia accipi debent, licet quidam intelligant ipsum Tytum, qui erat adolescens, aut vniuersum exercitum Romanorum, et ibi accubabit absq; ullo impedimento, & consumet summitates eius, ut magnates, & optimates vrbis, & populi, & quicquid ī eo, (u₃. deserto) excelsum est, & magnificum Vocat eam speciosam ampliatiuè (dicunt

E logici) idest habita relatione ad idquod fuit, vel vocat eam speciosam ironicè, quia scilicet quę speciosa olim dicebatur, nunc autem turpis, & ignominiosa erit desertum. Vel simpliciter intellige ciuitas quę nunc munita, et speciosa apparet, relinquetur, & dimittetur quasi desertum. Deinde in siccitate, aut pręsiccitate, messes illius conterentur, in terram deiicientur, & deperdentur,

quia

quia non erit, qui colligat. Mulieres uenientes, & docentes eam, non est enim populus sapiens: iuxtà historiam dicendum est: quòd mulieres venientes ex pagis, & oppidis, colligent grana tritici in terram proiecta, ac dispersa, & colligent ramusculos arborum, vites fractas, & sarmenta, quibus ignem succēdant; & docentes eam .i. arguentes; & reprehendentes ciuitatem, & gentem Iudæorum, & seniores populi, qui superfuerant, quia nō cognouerunt tempus visitationis suæ: qua in re designatur ēt alia non leuis illius populi ignominia, quòd in eam sortem fuerint adducti, ut à mulieribus docerentur, & reprehenderentur; & quemadmodum inquit. D. Hiero. Magna est populi infęlicitas, & infamia à mulieribus repręhendi, & in his quæ agenda erant ab eisdem instrui, & doceri. Alii sic distingunt literam. Vt in siccitate messis mulieres contererentur .i. affligentur, & disperdentur ob ingentem penuriam panis & oīum rerū; nā per siccitatē messis intelligitur oīum bonorū penuria.

At sī allegoriā, & sensum mysticū, dicimus p mulieres venientes, & docētes eam, voluit Spiritus sanctus prædicere, & prænunciare, quod futurū erat in ipsa Dñi nři resurrectione; qñquidē suscitato Dño, erant mulieres à longe venientes, quæ summo mane venere ad monumentum, vt vngerent Christū Iesum. Sed cum vidissent eum surrexisse, accesserunt ad Apostolos, & docuerūt eos, annūciantes Christum Dñm iā surrexisse, nec mirū, qm̄ (vt habes in hac lřa) non est.n. populus sapiens; ipsi nāq; Apostoli prius q̄ essent imbuti spiritu sancto, erant valde rudes, & insipiētes, & non facilè credebant. quæ dicebātur à Prophetis; quemadmodū illis improperat, & obiicit ipse Xps. d. O stulti, & tardi corde ad credendum in oībus his quę locuti sunt Prophetę; *Luc. 14.* sic ergo mulieres venientes docuerunt ipsos Discipulos, qui tūc dicebāť popul' insipiēs, (& velut. d. D Hiero.) istæ mulieres nō venere nisi cū viderēt regiones iā albas ad messem. Sed si per populum insipiētem volumus hoc loco intelligere populum Iudæorum, nullus est labor, atq; difficultas, dictus est.n. popul' insipiēs, quia non habuit scientiā Dei. Propterea sequitur in textu. *Non miserebitur eius ipse Deus, qui fecit eum, & qui formauit eum non parcet ei:* qm̄ eiusmodi insipientia processit ex malitia, quia noluit intelligere, vt bene ageret. & vt D. Paul. primo ad Corint. 14. d. ignorans ignorabitur. Et tādē in calce huius cap. pdicit Esaias vocationes gētiū, & inquit. *In die illa* cū .s. tempus captiuitatis aduenerit *percutiet Dominus ab alueo fluminis usq; ad torrentē Aegypti* terrā Iudæorū, *Tex. 9.* Ità vt in Iudæa quæ fuit olim terra promissionis, nullus erit sermo doctrinæ, aut scripturarū: Proinde cauendū est ne attendamus falsis Prophetis, fabulis Iudaicis, & hominū mendaciis. Hæc est tertia particula hui' capitis, iuxtà diuisionē, q̄ fecimus à pricipio vbi uniuersū capitulū partiti sum' ī quatuor partes pricipales. *Et uos cōgregabimini vn', & vnus filij Israel:* q.d. ex populo Israelitico pauci admodū, & q facilè possent enumerari, congregabūtur, & salui fiēt: hoc indicat modus iste loquendi, unus, & vnus, quod est dictu vnus, & alter. Alij dicunt, vnus, & vnus, idest sigillatim vnus post alium, & inquit. Congregabini, vt verum appareat quod legitur Ioannis 11. *Ioan. 11.* quòd filius Dei moriturus erat, ut filios Dei qui erant dispersi cōgregaret in vnum. *Et erit in die illa, &c.* Hæc est quarta, & vltima pars principalis huius capituli, quod quidem diuisimus ī decem sectiones, quēadmodum facere cępimus in pręcedentibus capitulis, & in hac decima sectione terminaťhoc capitulū, *Et erit in die illa* quādo Christus aduenerit, & genus humanū fuerit redimendū, *clangetur in tuba magna,* Quæ est prædicatio Euangelii adeò excellens, & sonora, quòd poterit facilè ab omnibus audiri, non in angulis, & parietibus, non in cauernis, & antris terræ, sed palàm in toto orbe, & apud omnes nationes prædicabitur Euangelium, & omnes gentes quoscunq; fecisti venient, adorabunt te Domine, & glorificabunt nomen tuum.

Et venient, qui perditi fuerant de terra Assyriorū, & qui eiecti erant de terra Aegypti. Tex. 10.

Idest gentes quæ perditæ erant in cul- A tu Demonum, & falsorum Deorum, veniunt de vniuersis pagis ab ortu solis, vsq; ad occasum, venient (inquam) & adorabunt Dominum in Monte sancto in Hierusalem, non quidem in ea, quę iam destructa erit, & desolata, sed in Hierusalē.i. in Ecclesia Sācta, cuius fundamenta sunt constituta in montibus sanctis, & post hanc uitam, fragilem, & caducam adorabunt Domiuum in monte sancto in Hierusalem, hoc est, B in ciuitate sancta, et beatorum spirituum habitaculo, de qua Ciuitate, gloriosa admodum, et speciosa dicta sunt. iuxtà illud psal. gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. *psal. 86.*

Breuis discussio sup̄ his verbis presentis Capituli vbi dicit Esaias Mulieres venientes, & docentes eam.

DVbitatio quidem est, quoniam D. Paulus prima ad Corinth: 14. inquit, Mulieres in ecclesiis, i. in cōgregationibus multorum, (vt exponit Caietanus) taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut, et lex .d. si quid autem volunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe est.n. mulieri (inquit Apostolus) loqui in ecclesia, et prima ad Timoth: cap: 2. Docere, Mulieri non permitto, neq; dominari in uirum; sed esse in silētio: Qua ergo ratione, quo consilio, quoue spiritu dicit Esaias, quod Mulieres venientes, et docentes populum in illa dīe videbuntur: Huic dubitationi fortè quis posset respondere, quòd ista prohibitio non erat tempore legis Naturæ, seù legis scriptę, sed tempore legis Euangelicæ, quo Paulus protulit ista verba. In cuius rei Argumētum legimus in ueteri testamento. Multas Mulieres fuisse loquutas in conspectu omnium, ut legitur de Iudith cap. 8. quæ cum audierit Oziam statuisse post quinq; dies in manus hostiū tradere Ciuitatē, palàm corā p̄sbiteris, et Senioribus loquuta fuit, et

1. Cor. 14. *Gen. 3.* *1. Timot. 2.* *Mulieres vet: test. loquutę in Ecclesia.* *Iudith. 8.*

redarguit eiusmodi Ozię deliberatione. Sic ēt Delbora ut habet Iudic. 4. loquuta est corā filiis Israel, et iuit ad bellum cū Barach, et oēs currus Regis Chananeorum, uinersamq; multitudinem interfecit in ore gladii. Sic etiam legitur de Olda 4. Reg. 22. quę et ipsa loquuta est palàm mala contra populum Israel, et Regi Iuda prędixit eum citò moriturū. De Athalia ēt legit 4. Reg. 11. quę audito clamore populi plaudētis, et clamantis, uiuat Rex, ingressa in templum in medio turbarum cępit clamare coniuratio, coniuratio; Quamquā huius suę temeritatis, et audacię cōfestī luerit pęnas: eiusmodi respōsio seù dictum nulla rōne pōt admitti, qn̄ quidem ēt tēpore legis Euangelicę legimus plerasq; muliere fuisse locutas, et docuisse populos. Primo quidē legimus de illa muliere samaritana de qua loquitur Io. cap. 4. quę dum ex collo- C quio habito cū Xp̄o Dn̄o agnouisset eū fore Messiā qui dr̄ Xp̄us, confestim abiit in Ciuitatē, et dixit illis hominibus venite, et uidete hominē qui dixit mihi oīa quecunmq; feci, numquid ipse est Xp̄us? Legitur ēt 2. lucę de Anna filia Phanuel q̄ loquebat de Xp̄o oib᷒, qui expectabāt redemptionē Israel. Idē pōt dici de illa Cananea Matth. 15. q̄ egressa à finibus Tyri, et Sidonis clamauit ad Xp̄m. d. Miserere mei fili Da- D uid, et tamdiu clamauit, q̄ Apostoli tedio, aut pudore affecti, aut ēt fortassis pietate cōmoti. Accedētes ad Xp̄m rogabāt eū dicētes. Dn̄e dimitte eā, quia clamat post nos. Ita legimus de mulieribus illis, q̄ sequebātur Xp̄um, præsertim Maria Magdalenæ Maria Iacobi, & Iosephi Mater, & Mater filiorū Zebedei, præmonitæ ab Angelo, Xp̄m Iesum iàm resurrexisse, cum timore, & gaudio magno currentes venerūt in E Ciuitatē, & nūciauerūt discipulis Xp̄m surrexisse. Insuper, vt efficacissimā rōnē adducamus cōtra solutionē mox datā. Legimus qđ Beata virgo Catherina cū fidē Xp̄i cōstāter, & audacter corā Maxētio, seù verius Maximino, profiteret, vnà cū quinquaginta pilosophis viris eruditissimis, in conspectu oīum disceptauit q̄ subtilitate eius disputationis

Delbora Iud. 4. *Olda 4. Reg. 22.* *Athalia 4. Reg. 11.* *Mulieres euang: locutę in ecclesia.* *Samaritana Io. 4.* *Cananea. Matth. 15.* *Matth. ult. Marc. ult.* *De Catherina Alexand.*

nis conuicti, & confusi tanto Iesu Xpi amore sunt incensi, ut pro illo mori nõ dubitauerit. De beata Catherina quoq; Senensi præter alias virtutes, & dona q̃bus à Deo fuit mirabiliter honestata legitur apud Greg. 11. & Vrbanũ sextũ summos Ecclesię Romanę Pontifices perorasse, & ea tñ fęmina fuit: hoc idẽ legitur de multis aliis virginib^9, & Deo dicatis fęminis q̃ se totas Deo vouerũt. Postremo extat authoritas huius Prophetę hoc in loco, vbi dicit. In illa die erunt mulieres veniẽtes, & docẽtes eã vbi D. Hieronymus, et pleriq; alii doctores antiqui volũt p hęc verba Esaiã spiritu Sancto, edoctũ, fuisse ꝓlocutũ de illis mulieribus q̃ sequutę Xpm venerunt in Ciuitatem cum timore, & gaudio magno, & nunciauerunt discipulis Christum Dñm resurrexisse cum prius fuerint admonitę, et instructę, ab Angelo. Alii q̃dem volũt Prophetã ꝓmõstrare insipiẽtiã illius populi, dũ mulieres veniẽtes docebãt illũ. i. arguebãt, & reprẽdebãt scribas, & Phariseos, et vniuersũ populũ, quia nõ cognouerũt tẽpus visitationis suę, & hoc, ut dixi, factũ est à Propheta, ut cõfundatur ĩsipiẽtia populi Hebręorũ, quemadmodũ in eodẽ textu explicatur, cũ. d. q̃d erat populus insipiens. Hinc docemur, q̃n in aliqua plebe, vel vniuersitate nullus est virorũ, qui sciat loqui, aut q̃ sunt necessaria, alios instruere, nullũ esse in cõueniẽs, aut indecẽtiã fœminas loqui, aut docere: omitto q̃d alia põt esse intẽtio Prophetę sub his verbis, q̃d. s. mulieres veniẽtes, docẽtes. Veniẽtes inq̃ ad spectaculũ passionis Xpi docerẽt, & vocarẽt alias mulieres, vt relinquãt populũ insensatũ, & accedãt ad nouũ testamentũ. Aut magis ad literã, mulieres veniẽtes, & docẽtes. i. ostẽdẽtes nudatis pectoribus, lacertos, & bracchia sanguinata; Sed persistẽtes in priori expositione dicimus iam ostensum esse, & facile cõclusum nulla lege nulloue tempore fuisse umquã mulieribus prohibitum aut interdictum loqui ĩ ecclesia. Quòd si dixeris ex testimonio D. Pauli sumpto ex cap. 3. gen. cum Deus dixit, Mulieri, sub viri potestate eris, legem veterem vetuisse mulieribus ne pubblicè

B. Chaterina Senen.

prima Expositio.

secunda Expositio.

tertia Expositio.

A docerent, aut in ecclesia loquerentur, potest facilè responderi, per ea verba Deum nequaquam fuisse locutum de doctrina, aut locutione mulierum, neque publica, neq: priuata; sed tantũmodo qua ratione se habere debeat ergo uirũ, quod. s. mulier Dominiũ, & potestatem erga virum, nullam habere debeat. Propterea dixit Deus, tu mulier sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: non ergo videtur per hęc verba

B ba posse inferri Deum prohibuisse mulieribus, docere, aut in ecclesia loqui. Vult ne ergo. D. Paulus prohiberi mulieribus, quod neq; Deus, neq; lex vlla prohibuisse videtur? Atqui non sic esse credendum est: quare nos volumus pro uirili nostra, & quoad fieri poterit tueri Paulum Apostolum (si tamen credendus est nostra tutela quicquam indigere) & dicere, & asserere, & firmiter sustinere, haud perperam, uel temere fuis

C se loquutum, tantum, & tam magnũ Apostolum prædicatorem veritatis, & doctorem gentium. Quòd si queras qua ratione. D. Paulus tam simpliciter, & absolutè, ausus est dicere, docere in ecclesia mulieri non permitto? Dicimus non absq; ratione ea uerba dixisse quandoquidem multa solent esse prohibita, vel concessa de communi lege. quę non sunt prohibita, vel concessa secũdum particularem, aut specialem le

D gem, seũ gratiam, aut particulare mãdatum De lege inquam cõmuni cautũ est, ne mulieres loquantur in ecclesia; at secundum particularẽ legẽ, aut speciale mandatum, & ob aliquem particularẽ effectũ, seũ diuinam dispositionẽ, & ordinationem, concessum est aliquãdo mulieribus loqui in ecclesia, & in cõgregatione multorum, quemadmodũ illis mulieribus de quibus hucusq; sumus loquuti; quando ergo D. Paulus

E dicebat mulieres non debere loqui in ecclesia, loquebatur de lege communi, non ex speciali mandato, seũ priuilegio. Quòd si queras. qua lege cautum est ne mulieres loquantur iu ecclesia dicit D. Tho: in expositione cap. 14. prima ad Cor. super hunc locum, quòd ab authoritate ecclesiæ, eis interdicitur, seũ non permittitur, sed officium earum

Solutio dub.

Tho.

rum est, ut sint subditę uiris, & hoc ideo, quia verba mulieris sunt inflammantia vt habetur eccles. 9. Colloquium mulieris quasi ignis exardescet. D. autem Hier. super eundem locum.d. quòd est contra ordinem naturę, vel legis, vt in cõuentu uirorũ fęminę loquantur; sed in sexu suo pmittitur eis loqui. D. Ambro: super eundem locum .d. si imago Dei uir est, non fęmina, & uiro subiecta est legi naturę, quãtomagis ĩ Ecclesia debẽt esse subiectę pp reuerẽtiã ei' q illis legat' est, qui ẽt uiri caput est. Nõ enim permittitur eis loqui, sed esse in silentio, sicut, et lex dicit. Quid dicit lex? ad uirum tuum conuersio tua, ipse dominabitur tui, lex enim spiritualis est. Hinc Sara Dominum uocabat uirum suum. Igitur lex Dei est, ut mulier in ecclesia taceat, et non audeat loqui: & quamuis uir, & mulier sint vna caro, duabus tamen causis mulier est subiecta uiro, tùm quia ex uiro est, tùm quia per ipsam intrauit peccatũ in mundũ. Cum uerò inquit Apostolus. Turpe est mulieri in ecclesia loqui, inquit Ambro: Turpe est, quia contra disciplinam est, ut in domo Dei qui eas subiectas uiris suis pręcepit, de lege loqui pręsumant, cum sciant uirum super illis habere primatum & sibi magis competere ut in Domo Dei precibus uacent, linguam detinentes, aures aperiant, ut audiãt quomodo misericordia Dei mortem uicit per Christum quę per eas regnauit. Nam si ualerent in ecclesia loq, dedecus esset, quia idcirco velãt' ut humiliatę appareãt illę autem se in verecundè ostendunt quod uiris opprobrium est. In mulierum enim insolẽtia etiam mariti notantur. Idem Ambrosius super cap. 2. primæ ad Timo: d. quòd Paulus præfert virum mulieri, quia primus creatus est, & vt mulier sit inferior, quia post ipsum, et ex virò creata est: est & aliud, quia Diabolus nõ seduxit virum, sed mulierem; vir autem per mulierem deceptus, ac per hoc nulla illi' concedenda est audacia, sed debet esse in humilitate, quia p illã mors intrauit in mũdũ. Dicit Aug. lib. 14. de Ciui: Dei cap. 9. quòd olim mos erat apud Græcos, ut ẽt fęminæ publicis consultationibus interessent ad ferenda suffragia: sed quia fęminę in quadam consultatione vbi agebatur quædam differentia inter Neptumnum, & Mineruam pręualuerunt, quia vna plus est inuenta fæminarum, Minerua vicit: vndè iratus Neptumnus obtinuit ne amplius vlla mulier in consultationibus ferret suffragium. Res profectò ridicula, sed aliquid confert ad rem nostram: vnde cautum est etiam in iure ciuili quòd mulieribus interdicitur ius, & officium aduocandi, sic enim habet lex. ff. l. 54. neq; fęmina, neq; miles, neque qui reipublicę causa absuturus est, aut morbo perpetuò tenetur, aut magistratum initurus est, aut inuitus in iudicium pati non potest, Idoneus defensor intelligitur Glo: fęminis pro parentibus agere interdum permittitur causa cognita, si fortè parentes morbus, aut ætas impediat, nec quemquã habeãt qui agat. lex. 41. at ex lege communi nõ erat licitum mulieribus quicquam agere in suorum patrocinium, nisi ut à iure conceditur. Id quod etiã obseruarunt Romani, quòd in legibus condendis soli uiri, & non fęminæ vocarentur. Vnde Papinianus in lege pri ma digestorum de legibus: lex (inquit) est commune præceptum virorum prudentum consultum, & hoc, quia mulieres sunt fragiles & eorum consilium inualidum, ideò consilium propriè est uirorum non mulierum: quibus ita se habentibus uidetur Paulus Apostolus iure quidem optimo, & nulla penitus iniuria prohibuisse mulieribus in ecclesia loqui, neq; permisisse: ut ibi docerẽt, cum hoc fuerit diuina lege cautum, & legibus humanis corroboratum, & firmatum. Vñ Chrysostomus sup. cap. 14. Epist. 1 ad Corint: d. qd dum lex pcipit mulieres debere esse subditas uiris, voluit innuere qd multo magis pceptorib', patrib', & Ecclesię ministris debeãt esse subiectę. Rectè ergo Paulus ex ea lege data Gen. 3. potuit excipere, mulierib' nõ licere ĩ ecclesia loq & sub aliorũ doctrina, & cõsilio subiacere: vñ subdit idẽ Chrysostomus Paulũ in his verbis nõ cõsulere solum, aut monere, sed vehemẽter, & velut potestatẽ habẽs impe-

Eccl 9 · *Hierony.* · *Ambrosius.* · *Ambrosius.* · *Aug. de ciui lib. 14. cap. 9.* · *Ius ciuile.* · *lex positiua romanorũ.* · *Papinianus* · *Chrisost.*

imperare mulierib⁹ ut ī ecclesia taceāt. Dices ergo si tot legibus, et mandatis præcipitur ne mulieres in ecclesia loquantur, quid ergo dicemus de tot mulieribus tam veteris, quam nouæ legis quæ palàm in congregatione multorum, in ecclesia, et apud summos Pontifices sermonem habuere? uti de Iudith, Delbora nouissimè verò de vtraque Catherina paulò ante diximus. Dicimus enim hoc fuisse speciali quodā priuilegio, et peculiari dono spiritus sancti, cuius gratia non discernit inter virum, et mulierem, vt inquit Beatus Thomas. Quædam enim ex his partim ab Angelo motæ, partim feruore charitatis & fidei impulsę continere se nequaquam potuere, quin quod nouerint, aut didicerint, aliis non communicauerint, ut Samaritana illa mulier, et quędam alię: sic etiam dicere possumus de his quę diuinę bonitatis fiducia commotę diuinum auxilium audacter implorarunt, ut Mulier illa Cananea cui Dominus dixit.

O Mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis: sunt multę deniquè mulieres, quę sola temeritate, et inani fiducia, audent quandoquè in consilio multorum loqui, et sententiam ferre, et suam in potestatem omnia redigere, vt fecit Athalia, quę omnem turbam, et maiores natu commouit, et in magnam perniciem curauit inducere. d. coniuratio, coniuratio. Hanc mulierē nequissimam egregie satis fuit imitata Elisabeth Regina Anglorum, quę sua īsigni audacia ac temeritate regnū illud occupauit, et in maximū dedecus, ignominiā, et cunctarum feré illius regionis animarum extrema, et irreparabalis ruina, et detrimentum extitit. Concludamus ergo quod Paulus vas electionis, et doctor gentium optimè sanxit, et sanctissimè prohibuit, ne mulieres in ecclesia doceant, pręter illos casus, aut causas, quas adduximus vt v. g. instinctu spiritus sancti aut etiā

A qnq; ob penuriam, seu insipientiam populi, vt d. hic Esa. et si quid scire voluerint, domi viros suos interrogent; quia turpe est, et inuerecundum mulieres in ecclesia loqui. Non tamen excludimus, et prohibemus si quid scire voluerint etiam extra domum, et in ecclesia suos patres qui sunt secundum spiritum interrogare possint. quin et in ipsa ecclesia poterunt mulieres priuatim instruere, aut docere filios, et filias, ita ut non ab omnibus tamquam

B ex suggestu loquentes audiantur. Hac ratione putamus licere monialibus dū suis in monasteriis degunt alias docere, prę sertim, quę pręsunt aliis eas coram monere, et instruere. reliq; vero cum silentio discant: sed vereor ne frustra laboremus, dum ex testimonio, et authoritate legis, et D. Pauli conamur ostendere, et persuadere mulieribus ne loquantur in ecclesia, quandoquidem

C longè secus ab eis fieri propriis oculis perspicimus, namq; ingens vbiquè mulierum tumultus, maximus clamor⁹, collocutio plurima, atq; confusa vbiquè percipiuntur, nequè vsquam alibī tàm in foro, quàm in plateis, aut spectaculis, vel etiam in cōspitis tantum loqui mulieres, quantum intra ecclesiam etiam dum sacra fiunt loqui videas, ut quandoquè nequaquam dum celebrarem me cōtinere potuerim, ne

D aduersus eas exclamarem, nequè intelligunt miserę, et infælices fęminæ nihil se posse vtilius agere nisi modestia vti, et prę sertim cum in publico hominum coetu consistunt et longè magis dum sunt in Ecclesia, quandoquidem Paulus Apostolus uas electionis quem ducem, et tutorem habemus hac in re discutienda manifestè dicat scribens ad Corint. vt uidistis, turpe est mulieribus in

E Ecclesia loqui.
Et hęc
de hac breui discussione dicta sufficiant.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

1. VAe coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, et flori decidēti,
gloriæ exultationis eius, qui erāt invertice, vallis
pinguißimæ, errātes à vino. Ecce validus, & fortis
2. Dominus sicut impetus grādinis Turbo cōrigēs sicut
īpetus aquarū multarū inūdantiū, & emissarū sup
3. terram spaciosam. Pedibus conculcabitur corona supbia ebriorū
ephraim. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est sup
verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturita-
tem autumni: quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenue
4. rit, deuorabit illud. In die illa erit Dominus exercituum coro-
na gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui: & spiri-
tus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus
5. de bello ad portam. Verum hi quoq; præ uino nescierunt, & præ
ebrietate errauerunt sacerdos, & Propheta nescierunt præ ebrie
tate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt
videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ
6. sunt vomitu sordiumq;, ita vt non esset vltrà locus. Quem do-
cebit scientiam: & quem intelligere faciet auditum? ablacta-
tos à lacte, auulsos ab vberibus. Quia manda remanda, man-
da remanda, expecta, reexpecta, expecta reexpecta, modi-
cum ibi, modicum ibi. In loquela enim labij, & lingua altera
7. loquetur ad populum istum. Cui dixit: Hæc est requies mea, re-
ficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire.
Et erit eis verbum Domini: Manda, remanda, manda, reman-
da, expecta, reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modi-
cum ibi: vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, &
8. illaqueentur, & capiantur. Propter hoc audite verbum Domini
viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in
Ierusalem. Dixistis enim Percußimus fœdus cum morte & cum
inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit,
non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram,
9. & mendacio protecti sumus. Idcirco hæc dicit Dominus Deus:
Eccè ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem proba-
tum, angularem, praetiosum in fundamento fundatum, qui cre-

diderit, non festinet. E*t ponam in pondere iudicium, & iusti-* 10.
tiam in mensura: & subuertet grando spem mendacij: & prote-
ctionem aqua inundabunt. Et delebitur fœdus vestrum cum mor
te, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inũdãs
cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quandocunq́ per
transierit, tollet uos: quoniam mane diluculo pertransibit in die,
& in nocte & tantũmodo sola vexatio intellectum dabit auditui.
Coangustatum *est enim stratum, ita ut alter decidat: & palliũ* 11:
breue utrumq́ operire non potest. Sicut enim in monte diuisio-
num stabit Dominus: sicut in ualle, quæ est in Gabaon, irasce-
tur: vt faciat opus suum, alienum opus eius: ut operetur opus
suum, peregrinum est opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere,
né forte constringantur uincula uestra. Consumationem enim,
& abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super uni-
uersam terram. Auribus *percipite, & audite uocem meam, at-* 12:
tendite, & audite eloquiũ meũ. Numquid tota die arabit arans
ut serat, proscindet, & sarriet humum suam: Nonne cum ade-
quauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, & ponet
triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & uiceam in
finibus suis? Et erudiet illum in iudicio: Deus suus docebit il-
lum. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plau-
stri super cyminum circuibit: sed in uirga excutietur
gith, & cyminum in baculo. Panis autem com-
minuetur: uerum non in perpetuum tri-
turans triturabit illum, nequè ue-
xabit eum rota plaustri, nec
ungulis suis commi-
nuet eum. E*t* 13.
hoc à
Domino Deo exercituum exi-
uit, ut mirabile faceret
consilium, & magni-
ficaret iusti-
tiam.

EXPLANATIO IN VIGESIMVM OCTAVVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Text. 1. *VAE coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice uallis pinguissimæ errantes à uino, & c.*

QVAE sit intentio huius vatis in hoc capite, & contra quos agat, videri potest, & apprehendi ex primis verbis, & ex ipsa (ut ita dicam) capitis inscriptione: videtur enim contra decem tribus Israelis negocium agere, quæ (vt sępè aliàs diximus) se subtraxerant, & segregauerant à duabus tribubus quæ regnabant in Iudęa: Et quoniam qui huius segregationis fuerat auctor dicitur fuisse de tribu Ephraim, nempè Hieroboam (vt habetur 3. Reg. cap. 12.
3. Reg. 12. Ideo videtur omnino Esaias aduersus has decem tribus vaticinari, & sic sentit D. Hieronymus, & pleriq; alii cum
Hierony. eo. Cyrillus autem existimat verba huius Prophetæ aduersus Proceres, & Primates Iudæorum pronunciata fore,
Cyrillus. qui ob coronam spineam Domino impositam, et ob alias iniurias, & contumelias Christo Domino illatas, fuere à Romanis vastati, & à Regno cœlorũ penitus exclusi. Propterea Propheta præuidens illorum ruinam, & partim condolens, & compatiens eorum subuersioni, nec non illis comminatus, in hæc verba prorumpit .d. *Væ coronæ superbiæ, ebriis ephraim, & flori decidenti, glorię exultationis eius & c.* Et profectò D capitulum istud est longè difficillimũ ob varias interpretum expositiones, & varijs metaphoris, & similitudinibus refertũ, & ut potui excipere, mihi videtur prophetam spiritu Dei afflatũ nunc minari, nunc verè consolari; nec solis decem tribubus, verum quibuscunque

A fuerint peruicaces, & obstinati in peccatis: Solatur vero eos q resipuerint, & verũ Deũ factorẽ suũ cognouerint. Dicit ergo vę coronę supbię. Vocat ipsos Iudęos, siue Israelitas coronã supbię, quoniam tametsi aliæ gẽtes hoc uitio prę mebantur, tñ istę decem tribus, quia ꝑ aliis hoc morbo vehemẽter laborabãt, propterea appellat eos coronã i. celsitu B dinẽ, & excellentiã superbiæ. D. Hiero. d. eos appellari coronã superbię, quia Magistri, & doctores erant erroris, quippè qui soli ausi fuerunt ponere in cœlũ os suũ, quod licet allegoricè accomodet Hereticis, & falsis doctoribꝰ, ĩtelligi tñ põt ẽt de falsis Prophetis, quales erãt scribę & Pharisei, & comparate hę decem tribus duabus tribubus, poterãt appellari corona superbię, quia superiores erant numero, & roborę. Dicebanẽ C ẽt corona superbiæ, quia plurimũ suis uiribus cõfidebant, aut quia totius Hebraicæ gentis erant velut qdã corona, et gloria sacerdotij insignibus excellẽtes, & principatus auctoritatẽ sortiti, et qui priꝰ dici poterãt corona supbię, facti sunt corona iniuriæ, et insolẽtiæ: sed ego vnico uerbo explicarẽ sẽsũ huius propositionis, qđ tãtũdẽ est dicere corona supbiæ, ac si diceremus rex, & regina, caput ac regnũ supborũ homi- D nũ Aliũ sic exponunt. Væ vobis scribæ et Parisei, quia vos manet grauissima poena. Vę vobis ebriis ephraim, qui de diti estis cõpotationibꝰ, delitiis, ac voluptatibꝰ oĩs generis, et q debaccati estis in Xp̃m: et dñr ebrii qa ꝑ superbiã supra seipsos, & extra seipsos eleuãtur. Væ flori decidenti. i. vobis principibus,

sacer-

sacerdotibus, & magistratibus ipsius populi, qui cito à vestro statu decideritis, & nihil vsquam vobis supererit, quo resurgere, & reuiuiscere valeatis. Væ gloriæ exultationis, væ vobis omnibus quibus tanta erat magnificentia, tanta gloria, tam ingens omnium penè gentium concursus, ut iure optimo exultare, gestire, & velut Dii omniũ Domini in terris haberi videbamini. Vę illis qui erant in vertice, in culmine, & in sublimitate vallis pinguissimæ, hoc est, in loco vbi habitatores illius, omnibus bonis affluebant: errãtes à uino idest propter vinũ: miseri (inquã) sũt omnes isti, qui adeò se uino ingurgitarũt, & potationibus deuouerunt, ut in amentiã, et fatuitatẽ deuenirẽt; nec dubiũ ꝙ ob inordinatã vini potationẽ præter alia mala facile prorũpitur in lasciuiã Propterea D. Paul. nolite (inquit) inebriari uino, in quo est luxuria, ad eph. 5. potest quis inebriari ita ut ebrietas afferat ei ingens commodum, quemadmodum ps. 35. d. Dauid Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & psal. 22. Dominus (inquit) calix meus inebrians quàm præclarus est; ad quam ebrietatem sponsa nos inuitat Cantic. 4. d. comedite amici, & inebriamini Sed ex dictis etiam est aduertendum, quòd non solum vino superfluè potato contingit aliquem inebriari, sed rationibus, & vijs longè diuersis. Vnde vbi nos legimus errantes à vino LXX. legunt ebrij sine vino, & hi sunt quicunque in amentiam, & stupiditatem quandam, vel furorem incidunt, qui dicuntur ebrii, & non à vino & hoc sanè modo dici poterant scribę, & Pharisei valde ebrii & ca. 51. dicit idẽ propheta carudi paupercula, & nõ ebria à vino. Sed nota quod aliqui Expositores, tã veteres, quã moderni, eiusmodi lamẽtationes, siue cõminationes, quã uis primo aspectu existimẽt adductas aduersus Iudęos, siuè Ephraitas, aut populum decem tribuum, misticè verò sic eas declarant, vt per coronam superbię intelligant coronam impositam capiti ipsius Christi in signum contumeliæ, & iniuriæ ab impijs, & superbis Iudeis: Sic etiam per florem decidentem intelligamus Christum Domi-

psal. 35.

psal. 22

Esa. 51.

A num, qui est flos ille candidissimus de radicè Iesse productus. sic quoque gloria exultationis dici potest Christus Dominus, qui uocatur, & est gloria splendor & magnificentia patris.

Quis ergo erit sensus horum verborũ secundum hanc applicationem? Væ coronę superbiæ; O quam calamitosa erit corona illa spinea imposita Christo à vobis Iudęis ebriis, & amentibus ò flos ille pulcherrimus in terram a uo-

B bis deiectus, & crudelissimè verberibus, & flagris cæsus, & percussus: O gloria exultationis, quam vos Hebræi ob superbiam, & auaritiam obscurare tentauistis. O vos, qui in vertice uallis pinguissimę velut triũphatores, & dominatores orbis ꝑ inuidiam tradidistis Christum, & in crucem agere, non erubuistis. Væ igitur vobis omnibus, qui errastis a vino, & a furore uos duci permisistis. Sed vide ne fallaris, quoniã

C dum sacri interpretes per coronam superbiæ, interpretantur coronam impositam Christo domino nostro, non existimes eam fuisse coronam superbiæ, sed potius pileum calamitatis, & iniuriæ; sed dici potest corona superbiæ quia a superbis, & iniquis iudęorũ principibus fuit imposita, ut illuderẽt ei dicentes. Tu es Rex Iudęorum.

Vallis pinguissima, ubi.

Et quoniam hic meminit Propheta vallis pinguissimæ, propterea dubita-

D tur ubi nam fuerit constituta ista vallis pinguissima. Prima fronte dicendum esse videtur quòd fuerit sita in regione Ephraim, hoc est in regno Samarię, ubi degebant uiri decem tribuum: & hæc opinio videtur esse conformis pręsenti literæ, & ferè opinioni omnium expositorum, qui volunt Prophetam in hoc capite primaria quadam intentione vaticinari contra decem tribus, et in principio textus meminit ipsius

E Ephraim, per ipsum intelligens decem tribus, quę authore Ieroboam, qui fuit de tribu Ephraim se à duabus tribubus segregauerant, & diuiserant: preterea dicunt regionem Samarię, & præsertim illius Metropolim fuisse fertilissimam, & omnibus bonis, quæ in ea producuntur abundantissimam. Et secundũ Lyranũ vallis illa vocabatur

Ceneret

Ceneret. At D. Hierony. videtur innuere vallẽ istã pinguissimã de qua loquitur. hic propheta esse vallẽ Getsemani de qua Matt. Luc. & Mar. fecere mentionẽ & re vera dicebatur esse pĩguissima tũ pp vbertatem loci, & quòd erat penes mõtẽ Oliueti, cuius arbores, & fructus reddũt locũ satis vberẽ & pinguẽ Et allegoricè dicitur illa regio pinguis propter Scribas, & Phariseos, qui velut Thauri pingues eo in loco obsederunt Christum, & comprehenderunt. Nec refert quòd hic meminerit Ephraim, quoniam secundum Euseb. Cæsar per Ephraim intelliguntur omnes Iudæi, sed præsertim, qui recesserunt à Christo, quorum figura fuerunt Ephraitæ, qui recesserunt, & se separauerunt ab aliis duabus tribubus Iudęorum Verũ tamen qui sunt ex duabus tribubus poterunt cognationis ergo vocari ephraitę, sicut Lusitani apud plerosque dicuntur Hispani Cyrillus per Ephraim intelligit Iudam Ischariothem, qui erat de Tribu Ephraim. Mercernarii dicuntur qui mercede illum conduxerunt, ut traderet Christum Sed in hoc loco non parua mihi difficultas occurrit propter D, Hieronymum, qui asserit hoc lamẽtum, seu comminationem fieri aduersus decem tribus, & tamen per vallem pinguissimam intelligit vallem Getsemani, quæ non erat in regione decem tribuum, sed propè Ierusalem, quæ erat Ciuitas duarum tribuum. Huic dubitationi ignoro planè quid possit respondere pro D. Hier. nisi dicamus. Prophetam hic loqui de decem tribubus quę dũ iũctæ erãt duabus tribubus adorabant Deum in templo Ierusalẽ, quod in vertice vallis pinguissimæ. i. in Getsemani, situm erat. Euseb. Cæsar etiam huius opinionis esse videtur. d. post reditum de Babylone non amplius diuisum esse populum in tribus, quemadmodum prius erat. Aut dicas apud Matthæum discrimen esse inter Gessemanim quod est uallis pinguis, & Gethsemanim, quòd dicebatur torcular pinguedinis seu olei: quandoquidem eo in loco premebantur oliuę ad eliquandũ oleum. Aut tertio dicas (ut d. Lyranus) quòd vallis illa pinguissima, quæ erat

Matth. Marc. Luc. 12.

Euseb. lib. 6 demo 17

A in Samaria, vocabatur Ceneret.

Postea sequitur. *Ecce validus, & fortis Dominus sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terrã spatiosã.* Nunc describit ipse Esaias quẽadmodũ acturus sit Deus cõtra eiusmodi superbos, ebrios, ac temulentos & quàm parum, seu modicum tempus sint potituri sua gloria, & magnificentia, nec non suis voluptatibus, ac delitiis, qui & si florere videbantur, & omnium bonorum copia abundare, nihil ve illis deesse; quia tamen impiè egerunt, & vitæ huius commoditatibus pessimè admodum fuerunt abusi, idcirco funditus omninò, & præter omnem modum perditi fuerunt, atque deleti: Sic ergo inquit, vsus ipsis similitudinibus ad ostendendum quàm repente, quam velociter, & quàm fortiter super eos irruit uis, & potentia Dei. d. *Ecce validus, & fortis Dominus sicut impetus, grandinis, sicut turbo confringens sic ut impetus aquarũ multarũ inundantiũ, & emissarum super terram spatiosam.* Ita suple veniet exercitus Assyriorum, aut aliorum hostium super decem tribus, aut super Iudam, & delebunt eos, & nihil omnino remanebit illesum Primo ergo comparat exercitum super has tribus superuenientem ipsi grandini, quãdo uenit cum magno impetu, quemadmodum sæpessime solet accidere, quæ maximam iacturam, & calamitatem solet frugibus inferre, grana tritici unà cum paleis in terram deicit, racemos vinearum, & palmites frangit, & rumpit, oleas, & quicquid in aliis arboribus fructuum forte reperitur corrumpit, & omnia deperdi facit, sic planè erit furor hostium, qui super istos epulones, & Dei osores aduenient: comparat etiam horum impetum, & furorem turbini confringenti, constat .n. quòd turbo iactatus, & in aere diutius rotatus, cum in terram proiicitur, omnia, conterit & confringit, sic etiam impetus aquarum multarum inundantium ex aliquo loco eminẽtiori proruens & emissarum super terrã spatiosã, omnia quæ inuenit, perfundit, & secũ rapit, sic propemodum erit exercitus

Tex. 8.

fortis

fortis, & copiosus dum irruet, & super ueniet super istas urbes Iudæorum, & populorum crapulæ, & ebrietati deditorum, constat enim quód exercitus Romanorum, qui expugnauit Ierusalē ita circumdedit illam, & supersteuit, quòd nulli poterant ex eorum manibus effugere, & re uera his tribus similitudinibus, uidelicet impetu grandinis super aliquem locum magna ui decidente, & turbine per vrbem diu rotato, & magno aquarum impetu superueniente super spatiosam terram, quæ nullum habet diuerticulū, commodissimè explicatur ira Dei super hostes ipsius, ita ut aliis verbis vix clarius possit explicari, & textus LXX. Interpretum hoc idem satis lucidè videtur exprimere, quòd videlicet ira, & furor Domini aduersus impios Iudæos, qui Christum in crucem sustulere, nec vocati ad poenitentiam voluerunt resipiscere, erit tā ardens, tanto irruens impetu, quanto multa grandine nimbi, qnando magno impetu in aliquem locum nullo vmbraculo obiectum deferuntur; quandoquidem miseri Iudæi, nec domi, nec foris erant tuti ab insidiis Inimicorum intus namquè seditionibus Tyrannorum præmebantur, & fame, & peste erāt cruciati: & foris ūdiq; vel vn̄ quaq; ab exercitu Romanorum necabantur.

Vnde sequitur. *Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens gloria exultationis eius, qui est super verticem uallis pinguium quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quòd cum aspexit videns statim ut manu tenuerit deuorabit illud.* (Tex. 3.) O mirā rerū uicissitudinē vide q̄so, & ppēde, egregiā antithesim q̄ nobis ponit oculos iste sapientissimus vates. Prius enim dixit. Vę coronę superbię, quę sci licet adeò gloriabaris in magnificentia tua, in altitudine primatum tuorum & in multitudine, ac robore tuorum populorum: nunc vero dicit ipsam pedibus conculcandam, id quod contingit Hębreis ī expugnatione ipsi⁹ vrbis: Hac etiam pæna puniri iussit magnus Dux Iosue, quinque Reges, qui venerant aduersus eum, in Gallim. Iussit enim, ut subiectoru m colla pedibus calcarent:

A Ibi dicebatur. Vę flori decidenti, & nūc asserit, & probat florem illum, qnando què decisurū: Ibi dicebatur, Væ girrię exultationis, nunc prędicit eiusmodi gloriam esse deprimendam, & omninò extinguendam: Ibi dicebatur quòd qui sedebant super verticem uallis pinguium, quique abundabant omnibus bonis esse absorbendos, & deuorādos nūc dicit illos cōterendos. Quemadmodū sic⁹, aut vuæ p̄coces, vel poma īmatu-

B ra ante autumnum solent à famelicis cum primum apparuerint absumi, & deuorari, sic (inquam) eueniet Hæbreis & quibuscunq; in delitijs versantur. & qui Deum non cognouerūt, sic enim Dauid propheta impræcatur aduersus istos dicens: effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna (Psal. 78.) gna. quæ nomen tuum non inuocauerunt Ecce post coronam superbiæ qua Iudæi pręfulgebant, uel post

C coronam iniuriæ qua Christum deridebant, data est illis corona, opprobrij, & damnationis æternę, ut dicebat hic Propheta 22. Cap. Coronans coronabit te tribulatione. Hic itaque erit sors & finis Iudęorum, qui velut ebrii hàc, (Esa. 22.) atq; illac girare, & flecti se permittebāt neque visum habere certum locum, & requiem, & velut amētes ignorare quid agere, aut pati debeant, sic & omnibus huius farinæ dubio procul contingit

D Deinde contraponit Esaias statum fœlicem, & gloriosū eorum, qui fuerūt residui ex populo iudæorū ob ei⁹ ebrietatem, & amantiam reiecto, & reprobato infœlicissimæ conditioni eorum quj perstiterunt in infidelitate & inquit *in die illa erit Dominus exercituum corona glorię, & sertum exultationis residuo populi sui: & spiritus Iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portā &c.* (Tex. 4.) Manifestū est ex his verbis pro-

E posita contra positio, cōminatus fuerat Propheta coronæ superbiæ, flori decidenti, & sedenti super verticem uallis pinguium, nunc exaltat, & magnifacit aliam coronam gloriæ, & florem exultationis his, qui relicti fuerint ex populo suo, qui non fuerint ab ebrietate absorpti, & inquit. *In die illa,* qua fuerit gloria domini manifestata & Synagoga

nagogæ fuerit abiecta: velut (dicunt alii) destructis, & reiectis decem tribubus, aut superueniente escidio Hierusalem per exercitum Romanorum. Et longè melius dicunt illi qui diem hunc accipiunt pro extremo die Iudicii, quoniam boni gloriã immortalitatis consequentur. erit Deus reliquiis, quę saluæ factæ sunt corona gloriæ, quoniam Deus coronam illam spineã quę fuit eius capiti imposita, in signum contumeliæ commutauit in triumphũ gloriosissimum, & velut (inquit Cyrillus: Principium, & quasi primitiæ illius multitudinis quę reliqua fuit ex his quę seruatæ sunt extitit sanctorum Apostolorum chorus, & ipse Dominus exercituum coronabit credentes in se spe, & gloria, spe futurorum bonorum, gloria, quoniã una cum illo regnabũt & maximorum donorum facti participes admirabiles erunt, & illustres, nihil enim potest huic honori, ac dignitati sperantibus in Deum magis conferri, quàm se regni coronam in Christo quandoque esse accepturos: nec solum particeps erit huius gloriæ populus ille Iudæorum relictus, uerum, & quicumq; ex gentibus magna in Christum fiducia concepta orant, & clamãt ad patrem, & Deum Cœlestem. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Cyrillus

Psal. 5.

Hic ergo Dominus exercituum erit corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi Dei; iam diximus communiorem sententiam exponentium fore, quòd Propheta hic loquatur de fauore, gloria, quam sunt habituræ istæ duæ tribus, videlicet tribus Iuda, & tribus Beniamin atque id tempore Regis Ezechiæ. Nos autem magis approbamus aliorum sententiam, qui existimant hæc verba, & huiusmodi grandes promissiones dirigi ad eos, qui uel ex Iudæis, uel ex Gentibus crediderunt in Christum Dominum quibus profecto erit Deus corona gloriæ, ut supra innuimus, corona (inquam) ex auro, & gemmis confecta, erit sertum exultationis ex floribus, & liliis compactum quod nos Itali materna lingua vocamus ghirlanda, licet aliqui existiment sertum accipi pro flosculis, qui manibus deferuntur propter gratiam, & odorẽ. huiusmodi sertum aliqui uocant corollam, hoc est paruam coronã de qua Propertius. Me uiuat externis positum languere corollis: sic ergo decorabuntur illi, & honestabuntur, qui crediderint in Christum & in eo spem omnem collocauerint. his nempe Deus erit pro ornamento, pro gloria, & iocunditate protector, ac defensor in omnibus viis eorum, sicut Prouerb. 8. pollicitur Deus dicens. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino: Nec superfluè additur post coronã gloriæ sertum exultationis, ut ostendat eiusmodi coronam, seu triumphum esse omnino plenum, & absolutum, & absque cruore fœtido.

Prouer. 8.

Erit etiam spiritus iudicii sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Erit (inquam) spiritus iudicii iis, qui sunt constituti Iudices, & Præfecti ad exercendam iustitiam, & alios gubernandos, ac moderandos. Erit spiritus iudicii inspirans, & inducens in his uel eos qui iudicant qualiter iudicare debeant: aut sedenti erit spiritus iudicii, ut scilicet nõ constituant iura, leges, & statuta, quæ non sint iuxtà normam legis diuinę. Vnde notandum quod ad ferendum iustum iudicium ita ut nullam patiatur calumniam tria potissimum requiruntur. primum quòd laturus iudicium sit legitime constitutus, et deputatus ad hoc munus obeundum, et propterea dicit tex quod Deus erit spiritus iudicii sedenti super iudicium, idest non cuicunque dabitur iste spiritus, et hoc donum iudicandi: uerum sedenti super iudicium idest constituto, et collocato super tribunal, et solium ad iudicandum Secundum necessum est, ut iudicaturus rectum iudicium, prius cognoscat quid sit rectum, et quid sit iustum. Postremo requiritur, ut quod nouerit, iustè exequatur. vt alibi præceptum est. quod iustũ est iustè exequaris. Huiusmodi verò conditiones difficilè admodum habere possunt, qui non spiritu Dei aguntur, sed spiritu uindictæ, odio, vel amore ad iudicandum reducuntur

Requisita ad rectum iudicium.

cuntur

cuntur, et ideo debet sedere qui iudicat, idest non facilè moueri, neque sine Christo existimet quis se futurum iustum iudicem, neque se posse quamuis hostem, vel aduersarium uincere, nisi adiuuetur ab eo, et roboretur. *Et erit fortitudo reuertentibus de bello ad portam*. Hæc particula multifariam exponitur. Aliqui dicunt, quòd Deus affert fortitudinem, uel erit ipsa fortitudo his, qui auerterint, uel amouerint bellum à porta Ciuitatis idest ab ipsamet ciuitate: per portam enim intelligitur tota Ciuitas, per figuram Synedochen, hoc est ita se gesserint, ut Ciuitas numquam bello infestetur: sed quia ista expositio non uidetur esse cōsona uerbis textus. Non enim dicit, custodientibus, aut defendentibus ciuitatem, sed reuertentibus de bello ad portam.

Simpliciter, et absque tot ambagibus dicere possumus quòd Deus erit fortitudo reuertētibus de bello ad portā ijs qui uictores & incolumes deuictis hostibus redibunt de bello ad portam .i. ad proprios lares uel ad portam Ciuitatis, unde prodierunt. quòd certè ingentem prębet lętitiam, et consolationem Ciuibus, et terrigenis. Vnde nonnulli tria colligunt beneficia suis credentibus à Deo collata; videlicet populis pacem, et consolationem eximiam; principibus spiritum iudicii; militibus et decertantibus fortitudinem, et victoriam. D. autem Cyrillus quamuis habeat textū nonnihil à nostro diuersum, sic tamen exponit Quòd Deus erit in spiritu iudicii sedenti super reuertentibus de bello ad portam: erit quidem in spiritu iudicii quia constitutus Iudex, et Arbitrer inter nos, et Sathanam, iudicauit nos violenter oppressos, et ipsum Demonem tamquam Tyranum è mundo foras emittendum, et eijciendum; Et nos qui perditi eramus iustificandos, et saluandos; de quo iudicio loquitur Saluator Io. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. et nos qui eramus sub tirannide, assidue ad Deū clamabamus dicentes. Exurge, & intende iudicio meo Domine Deus me-

Beneficia fidelibus, a Deo collata.

Christus eiecit foras principem huius mundi non quidem, e mundo sed ex cordibus fidelium

A us. Exurge Domine iudica causam meam; iudicio facto gratias agimus Deo. d. Confitebor tibi Domine in toto corde meo narrabo omnia mirabilia tua lętabor in te, & psallam nomini tuo altissime, quia fecisti iudicium meum, & causam meam; sedisti super thronū qui iudicas iustitiam. &c. Fuit etiā nostra fortitudo ipse Deus aduersus insidias, & tentationes Diaboli, se pro nobis illius armis, & sagittis opponēs

Psal. 9.

B nosque inuulneratos, & ab eius malitia immunes, intactosq; custodiens.

Sed præter has expositiones aliam fortè longe meliorem, iuxtà sensum allegoricum, atque vtinam, non sit secundum verum, & proprium, quem intendebat ipse vates intellectum: quod uidelicet, Deus erit in spiritu iudicii, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam, quando Apostoli, & Discipuli ipsius Christi missi fuerunt, aut mitten

C tur ad prædicandum Euangeliū, quod quidem aliquando à Prophetis misticè vocatur iudicium; spiritus sanctus illis tamquam iudicibus, & præfectis Ecclesiæ dabitur, vt pure, sinceriter, & audacter illud annuncient. Et erit fortitudo reuertentibus de bello ad portam quoniam cum iidem Apostoli, & alij ministri, ac testes verborum Dei, voluerint exercere ministerium suum, multis controuersijs ac certaminibus erunt

D expositi, ut refert. D Paul, epist. ad Hęb. 11. quēadmodū fortes facti sunt in bello, & castra verterunt exterorum, & ludibria, & verbera experti, insuper & uincula, & carceres &c qui tamen de bello ac certamine martyrii, victores ad portam urbis reuersi sunt, velut rursum in carcerem retruderentur, vel ut testimonium veritatis, & fidei ad cæteros Apostolos & præsides Ecclesiæ, referrent, & hoc est quod legitur in Act. Aposto-

Hab. 11.

E lorum. Quod ibant Apostoli gaudentes á conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: et dubio procul hi non tot, & tanta sustulissent tormentorum genera, neque eorū verbo, ac doctrina tot gentes ad fidē Christi cōuertissent, neque tot signa, & prodigia fuissent operati, nisi Deus opt. Max. contulisset illis

spi-

spiritum iudicii pariter, & fortitudinem, iuxtà illud Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tue, & alibi Luc. 20. cap: Dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii vestri. Non uos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri, qui loquitur in uobis. Et quæ de Apostolis, & aliis Dei ministris allegoricos exposuimus, ad vnum quemque nostrum iuxtà sensum tropologicum conuenientissimè possunt referri. Quicumque enim e tot vniuersi orbis populis & nationibus in Christũ Dominum crediderit, volueritquè eius præcepta iugiter custodire, erit ei (dubio procul) Dominus exercituũ corona gloriæ, & sertum exultationis; primũ quidem in præsentis uitę decursu: deinde in cœlesti patria erit (inquã) corona glorię, quia gloriosũ eũ, spectabilem, & cũ ctis honorabilẽ reddet iuxtà illud ps. Gloria & honore coronasti eũ. Erit quoque sertum exultationis, quod coronam ex rosis, liliis, & floribus compactam circundabit capiti eius, idest omni virtutum genere redolere eum faciet, iuxtà, illud Sapien. Flores mei fructus honoris, & honestatis. Erit etiam spiritus iudicii quicumque sedebit super iudicium qui scilicet nouerit discernere inter bonum, & malũ, & relicto malo elegerit bonũ. Vnde Pa. 1. ad Corint. ca. 11. si nosmetipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur. Deniq: erit fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Quicunque enim uiriliter, & audacter fuerit præliatus cũ Demone nec ad primos illius impetus voluerit succũbere, Deus erit huic fortitudo. Constat enim & re ipsa comperimus militiam esse uitam hominis super terram. Et sicut d. Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates tenebrarum harum Fidelis tamen est Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus Et D. Ioan. prima cap. 2. scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum, Et post pauca, scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, et uicistis malignum. Nec parum negocii nobis

Luc. 20.

Caul. 1 ad Corinth. 11

Iob. 7.

AEph. 6.

A efficit caro, et sanguis, propterea quicunque aduersus eiusmodi hostes victores extiterint, reuertentur ad portam, idest ad Christum, qui est porta per quam ingredimur aulam regni cœlestis. Et Deinde deducet eos ad porta paradisi, vt habetur Apoc. 3. qui uicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius, et paulo ante inquit, qui vicerit faciam illum columnam in tẽ-

B plo Dei mei, & foras non egredietur amplius: et cap. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Vide ergo quam maxima sit futura fortitudo Christus Dominus reuertentibus de bello ad portam victoribus: Quarè pugnemus oportet, & uiriliter agamus, neque Demonis insidias timeamus, vt cum triumpho, Mũdi, Carnis, et Sathanę reuertamur ad portam, idest ad Christum, et per eum

C ianuas Cœli ingrediamur, *Verum hi quoque prę uino nescierunt, & pra ebrietate errauerunt: Sacerdos, & Propheta nescierunt pra ebrietate, nescierunt prę ebrietate, absorpti sunt à uino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium &c.* Hic est locus, in quo multi insurgunt aduersus D. Hyeronimum, vel potius hic est locus, vbi facilè se potest tueri aduersus oppugnantes. Opinatus est enim D. Hie-

D ronymus in hac parte Prophetam agere aduersus duas tribus, videlicet aduersus tribum Iuda, & tribum Beniamin, quia sic habet tex. erit rex corona gloriæ et residuo populi sui, quod quidem residuum sunt illę duæ tribus videlicet Iuda. & Beniamin. Sed prius quo eorum peccatum magis grauaretur enumerat gratias, fauores, et beneficia quæ pręfatis duabus tribubus fuerãt ab eo gratiose collata, qui tamẽ,

E et ipsi fuerũt immemores beneficiorũ et parum grati diuinæ beneficentię et liberalitati, ostendens quod et ipsi supramodum, gulæ, et genio indulxerunt, atq. id, liquido per hæc verba, et locutionis formam uidetur indicari dum inquit. Verum hi quoque, quibus videlicet, tot munia Deus contulit prę uino nescierunt &c. At pace hu

Apoc. 3.

Tex. 5.

ius sanctissimi viri, & precipui sancta rum scripturarum interpretis dicunt aliqui non videtur precedentibus, satis consona eius expositio. Qui enim fieri potest vt hi quibus Dominus est corona gloriæ, & quibus dederit spiritũ iudicij & alia bona fuerint absorpti à vino, & in tantam amentiam cæciderint? presertim si per istos tot gratiis, & muneribus ditatos, quique sunt residuum populi sui, sanctos Apostolos intellexerimus: Proinde hoc in loco eorum
B sententiam admittunt qui asserunt, Prophetã redire ad id ꝙ supra incoauerat, ad ostendendum.s.ebrietatem, & amẽtiã aliarũ decẽ tribuum de quibus supra dictum est fuisse causã destructionis Iudeorũ. Quòd autem attinet ad illum modum loquendi, Verum hi quoque, iidem dicunt sic debere legi hi enim præ uino nescierunt, vt hic reddatur causa vastitatis Iudeorum, quẽadmodum supra in principio huius capitis videtur tetigigisse. Sed persisten
C tes in textu vulgatæ editionis communiter approbato, dicemus hoc in loco Prophetam agere. quemadmodum à principio contra omnes Iudæos cuiuscumque tribus extiterint, quos omnes appellat ebrios Ephraim, ob rationem superius assignatam. In hac autem particula, vbi enumerat beneficia residuo populi sui collata vtitur ea figura qua intermissa priori oratione, pro
D ponitur aliquid ad mysterium prius ab ipso Propheta intentum, aliquo modo conferens quo explicato prosequitur quod cœpit iuxta historiã, quemad modum .n. ait D. Basi. non intendit spiritus sãctus suis in oraculis sacra Prophetarũ vaticinia ad terrena sẽp debere referri. Si quis autẽ vellet tueri expositionẽ D. Hier. ꝙ in particula nup exposita loquatur Propheta de duabus tribubus allegoricè verò de sãctis Aposto
E lis nõ turbetur, ex eo quòd postea subdit videlicet; Verum hi quoq; præ uino nescierunt, qm̃, & beati Apostoli prius quã fuerint induti uirtute ex alto, quãdoq; errauerũt à vino i.ab aliquo affectu inordinato. Nonne dixit ipse Christus. Mundi estis, sed nõ õnes, & vnus ex vobis Diabolus est? Non ne in ip-

sa passione relicto eo omnes fugerũt? Nõne Petrus aliorũ caput ter negauit ipsũ? Nõne discipuli ferè õnes uidẽtes effusionẽ unguẽti sup caput eius, indignati dixerũt, Vt quid pditio hęc? poterat.n. vnguętũ istud venũdari multo, & dari pauperibus? Nonnè duo ex illis petierũt primatũ apud ipsum, ut vnus ad dexteram. alius ad sinistram sederẽt in regno suo? Patet ergo ex his, & plerisq; alijs similibus Apostolos, quoque errauisse à vino, hoc est à quibusdam affectibus terrenis, qui inebriant hominem, & trahunt ipsum extra se ipsum. Non ergò est omninò absurda D. Hiero. expositio, ob id reuertamur ad expositionem tex. Hi quidem, qui residui erant de gente iudeorum, idest duę illę tribus, præ vino nescierũt, quãdoquidem vinum subtraxit eis intelligentiam, & sapientiã, & præ ebrietate errauerunt, quoniã ita delectati ępulis & potationibus, & in illis diutius, versati, opus, erat à recto velut fatui, & stupiditate quadã affecti errauerint, & ne superfluus Propheta videatur non absque ratione dicit prius, eos prę vino nesciisse; deinde prę ebrietate eosdẽ errauisse, namq; prius dicit eos nesciuisse, quæ sciri, & intellectu comprehẽdi oportebat, quemadmodũ sunt credẽda: Dicit eos errauisse penes ea, quę nos agere decet, atq; oportet. Errauerunt quidem in ratione, & voluntate; quia nõ potest esse error in volũtate, quin prius fuerit ĩ ratione, quomodo alias diximꝰ Aliqui dicũt eos errauisse pp ebrietatẽ, quoniã ita affecti fuerant Idolorũ uanitati, vt contempta religione, veri Dei simulacra demonum sint veneratu. Nec solum homines gregarii, et infimæ sortis hoc vitio laborarũt, verũ Sacerdos, & Propheta, quorũ officiũ erat reliquos ab ebrietate deterrere, & eorũ libidines, & cõcupiscẽtias exẽplo cõtinẽtię, & seueritate disciplinę in officio cõtinere, nescierũt prę ebrietate, absorpti sũt à vino, errauerũt ĩ ebrietate, & ab eorũ gradu õninò deiecti. Nec ab re ẽ, ꝗ ead ẽ vitia toties repetit Propheta vt.s. magis eorũ ĩsciẽtiã, & fatuitatẽ demõstret, & magnitudinẽ excessus ĩeiusmodi sordibꝰ, & ĩmũditiis: Nec existimes

hoc

hoc loco taxari veros Prophetas, sed eos, q falso nomine Prophetę dicebāt, & subdit. Nesciuerunt videntē, ignorauerūt iudiciū. Nescierūt inquā vidētē, quia nō crediderūt Prophetis, Prophetæ.n. vidētes dicebātur: vel nescierūt uidentē i. nō cognouerūt X p̄m, qui verè vidēs appellatur: i Propheta solus, & sūm⁹: nō cognouerūt. i. cognoscere noluerūt. Nec solū non credebāt, sed potius damnabant eos, & contemnebant. Alij dicunt nescierunt videntem. i. Dei uisiones, & reuelationes ab ebrietate absorpti nō intellexerunt, sed iuxtà suū genium, vel sensum interpretati fuere, non iuxtà voluntatem, & intentionē Dei, quod quidem est graue, & intollerandum facinus, & peccatum; quandoquidem Prophetæ, qui Dei Spiritum non habent, multa petulanter proficisci à Deo mentiuntur, quæ tamen ex Deo non sunt; quibus aliquando minatur Deus. d. Væ illis, qui prophetāt, & loquuntur nō ex me, neq; misi eos. De hoc eodem crimine loquitur Deus per Ezech: cap. 23. Sacerdotes contēpserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: & Oseæ. 4. Vinum, & ebrietas apostatare faciunt à Deo, & non cognouerunt iudicium; quoniam de rebus, quas eos agere, & tractare oportebat, non sanum, & validum afferebant iudicium. Quod vt magis explicet, subdit. d. omnes mensæ eorum, sup. Sacerdotum, & Prophetarum, repletæ sunt uomitu, & sordium, ita ut non posit esse vltra locus, hoc est nullus reperiretur locus, qui vacuus esset à sordibus, & a turpitudinibus, quæ non statim inijcerent prætereuntibus stomacum. Vel non erat vltra locus, quo Deus posit ibi aliquod habere domicilium. Vel non erat vltra locus, qui non scateret sordibus, & immunditijs, aut vbi quis posset præ fætore consistere. Vel non erat vltra locus, in quo spem nostrā collocare possemus, quandoquidem si sal euanuerit, in quo salietur? Ibi namq; erant eructationes, uomitus, cibi sordidi, qui facilè mouēt nauseam, quos græco vocabulo vocant dysadias, & præter hæc turpissima colloquia, cachinni, & irrisiones.

Ezech. 23.

Matth. 7.

A Demùm turpissimæ actiones, & gesta, quæ quidem ad huiusmodi compotationes, & commessationes necessariò consequuntur. Vomitus namq; prouenit ex abundantia ciborum, quos cum calor naturalis digerere, absumereq; non posit, cogitur stomacus eos reijcere, quos etiam quandoq; ex putredine, vel sorditate reijcit. Neq; ulli poterit esse dubium quàm minimum deceat homines ratione præditos crapulis, & ebrietatibus operam dare, cū B manifestè constet vinum citra necessitatem ebibitum, mentem stupidam, & minus idoneam ad quicquā probè intelligendum efficere: At minimè omnium decet hoc vitium Sacerdotes, ac Dei ministros, quorum munus est alios instruere, & iter rectum prębere, & commonstrare: verùm si cæcus cęco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt. Neq; ego existimo eos ab Esaia C reprehendi, quòd uino tantum se inebriari permiserint, & prę ebrietate errauerint, ita vt neq; Deum, neq; Prophetas, audierint, & iudicium ignorauerint; sed existimo per uinum, omne quod inebriare potest, intelligi, quemadmodum nimia honoribus cupiditas, diuitiarum sitis, & huius sęculi cōmoditatum ingens desiderium, quo pciti, & detenti nihil non agunt, quò illud expleant, et uelut amentes, & furio- D si omnem mouent lapidem, ut quod concupiscunt quauis ratione, uel arte consequantur; quemadmodum olim de se ipso quidam gloriabatur. d. Quod desiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni uoluptate frueretur, Eccl: 2. & ob id subdit Propheta, nescierunt uidentē, ignorauerunt iudicium, & quoniam Esaias hoc in loco satis acriter insurgit aduersus ebrios, qui præ ebrietate er- E rauerunt, neq; sciuerunt uidentem, & ignorauerunt iudicium, idcirco cum in sacris literis de ebrietate fiat sermo, & quandoq; commendetur, & efferat̄, quandoq; uerò summopere damnetur, & improbetur; de qua ebrietate hic loquatur Propheta operę precium est uideamus, Et ut ab ouo principium sumamus sciendum, quòd ebrietas quo-

Eccl. 2.

ad quid nominis nihil aliud notat, & designat, quàm repletionem, & super abundantiam:& communiter accipi solet pro repletione uini, aut cuiusuis alterius rei, qua potest quis inebriari. Et iuxtà D. Thomam potest sumi ebrieptas pro defectu,quo qs uocatur ebrius uel potest sumi pro actu, ut pro ipsa potatione, qua quis in hunc defectum incidit,vз inebriari, et eiusmodi defectus potest cõtingere uel ex nimia fortitudine uini,uel ex immodica, vel inordinata.aut superflua potatione vini; Sed accepta ebrietate,vt solã nominat alicuius rei repletionem,& superabundantiam potest bifariam sumi, vel corporaliter (vti iam exemplum dedimus) seu secundum commune & vsitatũ eius significatum: vel secundum metaphoram, & similitudinem; & sic dicimus multiplicem esse ebrietatem Primo quidem dicitur quis ebrius iuxtà metaphoram, qui est repletus furore,vel insania, aut etiam malitia, vt faciat, quę non conueniunt.

Ebrietas metaph. multiplicater

De qua ebrietate loquitur Dauid psal. 106. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius,& omnis sapientia eorum deuorata est. Est.&alia ebrietas,quę cõsequitur hanc,quam diximus, quæ est longè maior repletio, & excessus humore, quàm prior; & ea est, cum quis tàm ęterna, quàm temporali pæna afficitur, & affligitur, ut nulla sit spes requiei,& consolationis,sed continuus męror,dolor,& tristitia.De qua loquebatur hic Propheta superiùs ca·16. cũ d.Inebriabo te lachryma,quasid.vsq adeò flagellaberis, & cruciaberis ꝙ ex abũdantia, & profluio lachrymarũ poteris inebriari.Dantur aliæ ebrietates metaphoricè prędictis omnino contrarię. Et hæc una est, quando quis Dei gratia præuentus loquitur,& facit quę sunt magnalia, quæquè minus fieri solent à communi hominum statu, & conditione, qua ebrietate legimus fuisse notatos sanctos Apostolos, dum spiritu sancto repleti loquebantur uariis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, quod aliqui videntes irridebant,dicentes,quia mu-

psal. 106.

Esa. c. 16.

A sto pleni sunt, Vnde Petrus Apostulus eos coarguens dicebat. Non enim sicut vos æstimatis hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia; vnde & Ecclesia in laudibus serotinis, & matutinis canit. Linguis loquuntur omnium, turbæ pauent gentilium,musto madere deputant,quos spiritus repleuerat. *Act. 2*

Hæc quidem ebrietas nihil est aliud, quam quædam spiritualis mentis alienatio, & spiritualibus donis reple-
B tio, qua homo ab humano sensu, & conuersatione abstrahitur, & separatur. De qua Salomon Cant. 5. loquitur dicens, Comedite amici mei, & bibite,& inebriamini charissimi, & Dauid psal. 22. Calix meus inebrians, quam præclarus est? Vbi inquit Diuus Ambrosius in expositione primi psalmi. Bona ebrietas, quę infundit lætitiam, non affert confusionem. Bona ebrietas, quæ sobriæ mentis sta-
C bilem reddit incessum. Bona ebrietas, quę vitę munus rigat æternæ: hunc ergo calicem bibe, de quo dicit Propheta, Calix meus inebrians, quam præclarus est. Post hanc succedit alia ebrietas multò excellentior, & optabilior precedenti, quæ est repletio, & ingens affluentia omnium bonorum, gloriæ inquam, & beatitudinis æternæ, de qua psal. 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ,
D & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Sunt & alia genera ebrietatum secundum similitudinem dicta, sed de nulla harum sumus ad pręsens verba facturi nisi de ebrietate communiter dicta quæ est repletio, & redundantia vini in guttur, & corpus nostrum ex nimia delectatione potus, de qua loquitur hoc in loco noster Isaias, & prouerb. 20. Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas, & Oseæ
E 4. Vinum, fornicatio, & ebrietas auferunt cor.

Cant. 5. *psal. 22.* *Ambro.* *psal. 35.* *prouer. 20.* *Osce 4.*

Et quid plura? Plinius lib. 14. Naturalis historiæ cap. 22. Inter alia dicit, proemium summum ebrietatis libido portentosa, ac iucundum nephas. Postera die ex ore halitus fætidi, ac ferè rerum omnium obliuio, *Plin. lib. 4*

morſque memoriæ. Rapere ſe ita ui- A tam prædicant, cum priorem diem quotidie perdant, illi verò, & venien tem. De hoc verò genere ebrietatis, loquuturi, videbimus qua in re propriè, & formaliter conſiſtat, & numquid ſit peccatum, nec ne, & an ſit mortale, vel ueniale. Dicimus ergò, quòd ebrietas propriè non con ſiſtit in potu uini, neque etiam in vi no immodicè, & multum potato, quandoquidem ex odore ſolùm uini B multi reperti ſunt inebriari, nec uinum ſolùm, ſed ceruiſia, & quædam alia tùm potabilia, tum etiam comeſtibilia, quandoque dicuntur inebriare, et Plinius loco iam citato enumerat multa, quæ interdum inebriare dicuntur, dicuntur, & non vere tur aſſerere alicubi inuentum eſſe, quemadmodum aqua quoque inebriaret. Ebrietas ergò dicitur conſiſtere in hoc, quod propter delectatio- C nem in potu non curat quis ſciens, & volens priuare ſe uſu rationis, ita quod non priuatio vſus rationis abſo lutè, nec delectatio in potu vini abſolutè culpam conſtituit, ſed delecta tio in potu vini inebriantis in ſciente, & volente illam, ideſt dum quis ſciens, & uolens potum illum vini inebriare, illud aſſumit, cum enim actus ebrietatis, uel ebrietas ipſa ſit ſpecies intemperantiæ, dubio procul D eſt circa delectabile ſecundum ſenſum tactus, quare eſt potus uini inebriantis. Sicut ergò dicebamus, ebrietas non conſiſtit in potu uini ſimpliciter, neque etiam ſemper ſi quis multum vinum epotet, quia poteſt quis modi co vino vti, & propter imbecillitatem naturę, aut propter fortitudinem vini poterit inebriari, ſed ebrietas conſiſtit dum quis ita delectatur in potu vini qualecumque, & quantumcumque ſit, modo priuet vſu rationis, & tamen ſumit, & bibit ſciens & volens. Et ex eo conſurgit peccatum mortale, quod non obſtante priuatio ne vſus rationis iſte delecatur in po tu. Vnde dicit Chryſoſtomus, Non eſt planta mala, neque uinum malum, ſed illius abuſus, quia non propter uinum, ſed propter peruerſam volunta tem nepharia ſcelera fiunt, & cum in uino ſit vtilitas, ut no ceat, cauſa eſt intemperantia. Et plinius eodem libro cap. V. dicit, Neq; uiribus corporis vtilius aliud uino, neque aliud voluptatibus pernicioſius, ſi modus abſit, & cap. 20. poſt initium ſic ait. Vinum bibere tanto opere, tanto labore, & impendio con ſtat, quòd hominis mentem mutet, ac furorem gignat millibus ſcelerum huic deditis, tanta dulcedine, ut magna pars non aliud vitæ præmium intelligat: & profectò grauiſsimum malum eſt ebrietas, inquit Chryſoſt omus hom. 29. Super Geneſim cap. 9. quod poteſt excæcare ſenſus. ſubmergere mentem, & hominem rationale animal, qui ſuper omnia dominium ſuſcipit, iniectis vinculis inſolubilibus, quaſi mortuum & operatione carentẽ iacere facit, immò deterius habentem quàm mortuum. Nam mortuus neque bona, neque mala poteſt operari, ebrius autem nihil boni valet operari, ad malum tamen faciendum plus poteſt, iacetque ibi ridiculus omnibus, & vxori, & pueris, & famulis, amici enim ſuam ignominiam cogitantes ſeſe abſcondunt, & confunduntur, inimici autem oblectantur, & irrident, & exe crantur, quaſi hæc verba dicentes, hunc nè oportebat viuere? Et hunc oportebat ſpirare aerem? ò pecudem, porcum, & adhuc grauiora loquuntur.

Chriſoſt. hom 29. ſuper geneſim cap. 9.

Cyrill.

E poſt pauca ſubdit, Quid eo miſerius fuerit qui ebrietati quotidie vacat, & vinum profundit, & mentis ſuæ iudicium corrumpit?

Et diuus Auguſtinus eadem ferè uer- E ba aduerſus hunc morbum protulit dicens, Ebrietas aufert mentem diſſipat ſenſum, confundit intelle ctum cõcitat libidinem, inuoluit linguam, cor rumpit ſanguinem, omnia bona debilitat, uitam minuit, & omnem ſubſtãtiã exterminat, & vt sũmatim loquamur, ad duo mala potiſsimùm ebrietas hominem

minem deducit, quia scilicet aufert vsum rationis, & viam prebet, & occasionem alia mala perpetrandi, vnde Amb: vitandam dicimus ebrietatē, per quam vitia, cauere non possumus, verùm hęc duo non inferuntur, aut saltim non cōstituunt mortale peccatum, nisi adsit voluntas, & præscientia. At qui dicet quispiam cum eiusmodi sit vini meri detrimentum, vt priuet vsu rationis, quis quæso erit unquam tam vecors, & amens, vt velit priuari vsu rationis? Ad hoc respondetur, re vera difficile fore reperiri, qui velit vsu rationis priuari, nisi sit omninò destitutus iudicio, & velut animal irrationale, sed qui vult principale, vult quoq; accessorium, & quia ad ebrietatem, & superfluam vini potationē necessario sequitur, vt plurimùm rationis vsus destitutio, ideò qui vult inebriari, vult etiam priuari vsu rationis, & eo magis dicitur peccare, quo sciens ad ebrietatem sequi eiusmodi priuationem, vult potius eo carere, quam illa delectatione priuari. Sed nunquid si quis nimio potu delectetur, nec tamen crediderit eo se posse rationis vsu priuari, nunquid iste peccabit mortaliter si forte inebrietur? Ad eiusmodi dubium respondetur inferius: Nunc autem dicimus, quòd si ignoret potum esse imoderatum, & potentem inebriare, talis ebrietas erit sine peccato; at si quis immoderatè biberit, & satis plusquam decet, delectatus dulcedine, & suauitate vini, non tamen crediderit ipsius potu posse inebriari, talis ebrietas erit sine peccato mortali, non tamē absq; culpa veniali. Secùs erit, si quis nouerit potum esse immoderatum, & facilè posse inebriari, attamen noluerit abstinere, iste procul dubio peccabit mortaliter, quia sciens, & volens, & sola cupiditate ductus voluit inebriari. Sed quidam modernus satis diligēter, & accuratè aduertit ebrietatē semper esse malam, & omninò euitandā, et cū sine culpa contingit. Namq; si aliquandò caret crimine, aut ita videtur, nunq̄ tñ vacat damno, vel corporis, vel rei familiaris, aut opprobrio, ut paulò antè diximus, & vt alia desint, nunquā abest confusio animi, perturbatio mentis, & quasi quędam breuis insania, ut vere dixerit Chrisostomus: ebrietatem esse voluntarium demonem, quinimmo detestabiliorem, & odiosiorē quocunq; demone: sæpè enim (inquit ille) cum videmus hominem demoniacum miseratione afficimur, & condolemus, contra verò inuisos, & exosos habemus ebrios, indignamur illis, nec vlla misericordia, sed maximo potius supplicio dignos iudicamus, Nec in huius rei consideratione volo præterire quę à Plinio eodē lib. & cap. superius adducto, de istis temulentis afferuntur: dicit enim dùm reliqui homines parū prudentes, aut intelligentes, alij alias committunt ineptias, & facinora refert quosdam ebrios adeò fore mentis inopes, vt animi secreta ꝓferant, alij mortifera loquantur, redituraśq; per iugulum voces non contineant, q̄ multis ita interemptis, & alia multa de hoc genere hominum, ferè irrationalium loquitur Plinius in eodē cap. immò in vniuerso penè eodē libro; quę omnia, ne legentibus tędium afferatur, libēter prætermitto. Mihi satisfactum esse uidebitur si hanc, pestē procul euitare conabimur, siuè sit criminosa, siuè etiā culpa vacet, & rectè quidem Horatius Epistolarū lib. 1. ad Torquatū. 5.

Quid non ebrietas designat operta recludit. Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem, Sollicitus animis onus eximit, addocet artes. Fecundi calices quē non fecere disertum, Contracta quem non in paupertate solutum. Ego certè non existimo quenquam scriptorū, tàm ecclesiasticorū, q̄ prophanorum, & quauis alia ratione scribentiū, qui non maximè damnet hoc vitium, quod licèt re vera (authore Crysosthomo, sit grauissimum, et in Decretis distinct. 35. habeatur, oīum vitiorum esse radicem, & nutricē, sic tñ existimes velim, pleraq; alia fore multò grauiora, ac deteriora quàm ebrietas vt puta, quæ sunt directe contra Deum, ut hæresis, blasphemia, infidelitas, et quędam similia, quæ non solùm tollunt vsum rationis, qui potest esse quandoquè bonus,

Dubitatio. Responsio. Dubitatio. Solutio. Chrysost. Plinius. Horatius. Decret. dist. 35.

nus, & quandoque malus, verùm etiam tollunt quam maximè bonum virtutis, quod quis tollatur etiam per ebrietatem, nequaquam tamen ita obest ipsi homini, quemadmodum bonum illud virtutis, quod per alia peccata nobis aufertur. Et hoc est, quod dicebat Gregorius lib. Moral. 33. Vitia spiritualia esse longè maiora, quam carnalia. Sed ex aduerso probatur, imò magis defenditur ebrietas aduersus alia peccata, seu crimina, quandoquidem. primò probatur ipsam non esse peccatum, quoniam dicit Diuus Augustinus eam non esse culpandam, nisi sit assidua. Non ergò ebrietas, sed assiduitas ebrietatis dicitur esse peccatum. & si fortè velimus asserere peccatum esse, non nisi veniale dicetur, quoniam cum assiduitas sit quædam circumstantia peccati, non trahit ipsum in aliam speciem, vt uidelicet de veniali faciat mortale.

Gregor.

Cōtra 1 ar.

Et hoc expressè dicit ibidem Diuus Augustinus dum ebrietatem inter minuta peccata, quæ dicuntur uenialia, recenset.

Aug. serm. purgat.

Secundò Diuus Thomas, cuius doctrinæ vt par est, multum tribuimus in quęst. de malo quæst. 2. articu. 8. Ad tertium, & alibi dicit ebrietatem etiam multoties factam (per se loquendo) non esse peccatum, nisi ueniale, per accidens tamen, & dispositiuè potest fieri peccatum mortale, quia propter consuetudinem potest quis contemnere Deum, & inebriari quandocunq; voluerit.

Tertiò omne peccatum, presertim mortale, habet aliquod vitium sibi immediatè, & è diametro oppositum, at ebrietati nullum reperitur vitium immediatè oppositum, ergò ipsa non est peccatum.

Quartò: Delectatio, seu concupiscentia vini secundum se non est peccatum, nisi ibi constituatur ultimus finis, sed ebrietas nihil est aliud, nisi inordinata delectatio, seu concupiscentia uini, igitur non est peccatum mortale.

A Postremò quod conceditur aliquando ob sanitatem, & ob aliquas rationabiles causas, non debet recenseri inter peccata, ebrietas est huiusmodi, quoniam quandoque propter sanitatem tuendam, aut recuperandam ex consilio medicinæ solemus inebriari, ut ad prouocandum uomitum, aut quouis alio modo pectus, & stomacum euacuandum, ut B memini me audiuisse de quodam Principe, qui semel in hebdomada immoderatè admodum crapulabatur & inebriabatur, ut purgaret stomacū & corpus vomitu, seu alio modo ebrietatis causa vehementer oppressum. Sunt etiam quidam, qui propter euitandam Tyranni alicuius seuitiam, aut inebriantur, aut simulant se esse ebrios. Huius rei exemplum habemus ex Dauide primo Reg. 21. C qui cum timeret á facie Hachis, regis Geth. immutauit os suum coràm gentibus, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam.

1. Reg. 21.

Et quoniam idcircò inter peccata mortalia computatur ebrietas, quia dicitur priuare vsu rationis, arguo, & probo id non sufficere ad constituendum peccatum mortale, quan D doquidem multa sunt alia, quæ pariunt hunc effectum, seu defectum, vt somnus, & dormitio, quandoque etiam nimia lætitia, aut tristitia, & excessiuus dolor priuant hominem vsu rationis, & nullum horum est mortale peccatum, Namque si priuant vita, priuant etiam vsu rationis quarè igitur &c.

Quòd enim tristitia, & excessiuus dolor priuat uita, testis est Eccles. cap. E 30. d.

Eccle: 30.

Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea, & Plutarcus in Horatio refert Iugurtham Regem Numidarum cum in triumpho ductus esset captiuus magna ui doloris desipere cœpit ac delirare, ut in insaniam prorsus adactus esse uideretur.

Quod

Plin. lib.7. cap.53.

Quòd etiã lætitia priuet quãdoq; aliquẽ uita test.est Pl.li.7,ca.53 de Dionisio Siciliæ Tyrãno, Sophocle,&testis ẽ etiã Cic. 1.Tusc quest.prope finẽ quare si hęc priuãt hominẽ uita a fortiori priuan t eum vsu rationis,quod est minus

Præterea dicebatur ebrietatem esse detestabilem, & omnino cauendam, quia est etiam causa aliorum peccatorum, vt supra dicebamus ex Decreto legis canonicæ, vbi dicitur; ante omnia Clericis vetatur ebrietas,quę omninium vitiorum radix, & nutrix est. At hoc non videtur,quoniam legimus de Noe,& de Loth filio fratris Abraham, qui inebriati fuerunt, & tamen non legitur illorum ebrietatem fuisse causã aliorum peccatorum.

Pro solutione istarum obiectionum,& pro declaratione.& dilucidatione istius difficultatis,dicimus primum,non omnẽ ebrietatem esse peccatum mortale immò quandoque nullũ,aliqua n.ebrietas est peccatum veniale, quędam propè mortale; aliqua verò simpliciter, & omninò mortale,aliqua uerò nullũ (vt diximus) vt puta, si quis ex potatione vini inebriatur ignorans uinum illud potens inebriare,iste (inquã) nullo modo peccat, & excusatur ab omni culpa: sic etiã si quis de consilio medicinæ tãtũ sumat de vino,ut debeat inebriari: iste etiã nõ videtur peccare ullo modo nisi adhibeat cõsensum ipsius inebriationis directè,uel indirectè aut sibi ipsi cõplaceat,aut delectetur hoc remediũ eidem à Medico fuisse allatũ.Si quis ẽt aliquantulum immoderatè vino utatur ita ut inebrietur (modo non sit assidua ista inebriatio) dicitur peccare venialiter,hæc est sententia B Aug.ut arguendo,dicebamus,in sermone de Purg.tõ. x.Dicit.n.Aug.ser 41.de sanctis. Quæ autem sint minuta peccata, licèt omnibus nota sint, tamẽ quia longum est,vt omnia replicentur, opus est, ut ex eis aliqua nominemus, & subdit, Quoties aliquis in cibo, aut in potu plus accipit. quam necesse sit ad minuta peccata nouerit pertinere: peccata autem minuta dicuntur esse venialia.

Aug. serm. 4. de sanct. tom. 7.

Ebrietas autem mortaliter culpabilis, ea est, qua quis sciens, & volens quærit & curat modis omnibus inebriari, & eò magis redditur culpabilis, quando ob aliquem finem ab eo prænisum, & intentum, quod ex suo genere sit mortale, & flagitiosum quærit inebriari, ista quidem ebrietas est omninò culpabilis. Nota tamen, quod ista ebrietas dicitur culpabilis, & criminosa non vt refertur ad illud tempus, in quo quis verè,& totaliter est ebrius, & rationis B usu omnino destitutus, sed referendo illã ebrietatẽ culpabilem ad illud tempus, in quo talis ebrius sciens, & volẽs fuit inebriatus, immò si post ebrietatem talis ebrius perpetrauerit aliquod peccatum,quod ex genere suo sit mortale, non omnino excusatur à peccato mortali,ratione defectus præcedentis, in quo voluntas aliqualiter intercesserit,& multo magis (ut mox dicebam⁹) dicitur quis peccare mortaliter, & esse C dignus graui supplicio, si de industria curauerit inebriari,ut liberius committat aliquod crimen,omnium verò maximè dignus erit supplicio,qui non existens ebrius simulauerit se ebrium fore, ut committat aliquod facinus immane

Ebrietas vero non omninò mortalis, sed propè, qua vocatur ebrietas non plena, quando quis ex potu vini nimis redditur lætus,& alacer,aut turbaD tur aliqualiter in phantasia, vt videatur ei domus circumuolui, aut lignum aliquod ex se ipso moueri, non tamen perdit vsum rationis, peccatum procul dubio graue est, nisi fiat causa medicinæ non tamen simpliciter mortale,quia immoderatus est potus secundum quantitatem,vel secundum qualitatẽ: Ita sentit Caieta. in sua summa,

Nunc ad rationes in contrarium adductas facilè erit respõdere,cum enim E primum dicebatur ex sententia Diui August.peccata minuta esse ebrietates Dico Augustinum non loqui de ebrietate, quæ formaliter, & completè est peccatum, quia ipse dicit, si quis in cibo, aut in potu plus accipit, quam necesse sit,non autẽ dicit, si quis adeò estuet vino, ut amittat vsum rationis: talis.n.ebrietas absq;dubio est peccatũ mortale,si fuerit uolita. & pręcognita

Ad 2. Ad aliud D. Thom. dicendũ, quod secũdum ipsum ebrietas, qua quis amittit vsum rationis scienter, & libenter volens, est peccatum mortale, & quamuis in quæstionibus de malo secus dixerit, tamen in 2. secundæ q. 150. fuit alterius opinionis, vt rectè aduertit Domin⁹ Caietanus.

Ad 3. Ad tertium cum dicebatur, omne peccatum habet aliud vitium sibi è diametro oppositũ, ut prodigalitas, & auaritia, ebrietati autem nullum videtur vitiũ oppositum, sed bene virtus, vt sobrietas: Respondeo, vitium oppositũ ebrietati esse innominatum. sicut, & multa vitia, quæ opponuntur speciebus temperantię, carent nomine. Et rectè quidem factum est, vt non explicetur nomẽ oppositũ ebrietati, quia si sciretur & quis vellet in vitium oppositũ ebrietati declinare, quod non potest esse nisi abstinere à vino, qua abstinẽtia dubio procul natura quandoq; multum grauaretur, iste sic faciens, non esset imunis à culpa. Ad 4. Ad Quartum cum dicebatur. ebrietas nihil est aliud, quam nimia delectatio uini & potus, hæc autem nõ est peccatum mortale, nisi ibi constituatur vltimus finis, quarè nec ebrietas erit peccatum mortale; Ad hoc dicimus quod nimis delectari potu vini, potest intelligi dupliciter, vno quidem modo, vt illa nimietas excedat modum, & quis bibat plusquam oportet formaliter, & cõpletiuè ita ut verè constituat hominem ebrium, aut ista nimietas non excedat omnino modũ, & bibere plusquã oportet, sumatur materialiter, ita quod quis bibat aliquantulum plus, quã oportet, ut si satis erat ad prandium, vel in prandio bibere bis, aut ter, quis ob delectationẽ vini bibat quater, aut quinquies, & sic intelligebat Aug. cum dixit ebrietatem computandam inter peccata minuta D. autẽ Tho. hoc loco loquitur de ebrietate formaliter, cum dicit ipsam esse peccatum mortale.

Ad 5. Ad quintũ argumentum, cum dicebatur ob sanitatem oportere quandoque aliquem inebriari, dicimus, quòd si de consilio medici, seu artus medicinæ concedatur ebrietas alicui ob sanitatem recuperandam, aut tuendam, Non est quidẽ (meo iudicio) talis ebrietas, culpanda, siue detur ad procurandum vomitum, siue ob aliquem alium effectum, modò primò, & principaliter intendatur sanitas. Et si tunc fortè impediatur vsus rationis ad modicum tempus. quo sanitas acquiratur, aut recuperetur, non est grande malum, & si forte ita tollatur usus rationis, vt numquam restituatur, ferendum est. Multa enim fiunt, & accidunt præter intentionem. Quòd etiam quandoque studeat quis inebriari, & velut amens, & vecors haberi, vt euitet sæuitiam, & crudelitatem alicuius Tyranni, non habeo pro inconuenienti, quia sic legimus etiam Dauidem fecisse (ut dicebamus arguendo) qui ut fugeret impetũ, vel indignationem Regis Hachis, finxit se insanum, quamuis illa actio fuerit figura Domini nostri, qui tanquam stultus fuit illusus ab Herode, & indutus veste alba, ab eo dimissus, & remissus ad pilatum. Luc. 23. Luc. 23.

Aliqui verò, vt Caietanus nulla ratione volunt licitum esse quenquam inebriari, vt fugiat persecutionem alicuius principis, aut Tyranni, quia ut inquit ipse, non sunt facienda mala, ut veniant bona, quando multis aliis modis potest quis euitare persecutionem principis. At ego putarem posse fieri quandoq; minus malum, vt euitetur lõgè maius. Et quoniam loquuti sumus de furiosis, & amentibus, qualem se fecisse Dauidem ostendimus, idcircò videndum est, si isti committant aliquod peccatum, vel facinus sint magis excusandi à reatu peccati, quam ebrii: Dicendum iuxta sententiam Aristotelis in 3. Ethico, quod furia, & amentia sunt potiùs ægritudines, & pœnę, quam, culpæ; verùm si & isti voluntariè incidunt in eiusmodi pęnas; non sunt excusandi à culpa, neque à peccatis sequentibus, neque etiam a grauibus suppliciis, quibus sunt digni.

Ad Sextum, cum dicebatur non quicquid priuat usu rationis constituit peccatum mortale, ut somnus, & dormitio

mitio, ergo, neq; etiam ebrietas, quam uis priuet vsu rationis debet esse peccatum mortale. Respondetur non esse simile, neque rectam fieri comparationem inter vtrumq; quia priuatio usus rationis per somnum, est naturalis, licet quandoque ex nimia corporis, vel animi defatigatione nobis aliud agentibus siue cogitantibus obueniat. Potest tamen iste somnus excitari cum voluerimus, aut deponi. Priuatio autem vsus rationis per ebrietaté est violenta, nec restituitur, cum volumus. præterea somnus, & dormitio fit in nobis mediante quiete sensuum, hęc verò priuatio vsus rationis per ebrietatem, fit perturbatione quadam ægritudinali, ut patet in ebriis vigilantibus: priuatio verò huius vsus, per lætitiam, aut tristitiam, cum sit de raro contingentibus, difficilè potest sciri qua ratione perdatur, aut restituatur

At ego arbitror, per lætitiam, aut tristitiam nequaquam amitti usum rationis, sed tamé per aliquod breue tempus suspendi aut impediri. Ad 7. Ad septimum, cum dicebatur ebrietatem esse detestabilem, &c. quia est causa aliorum peccatorum, quemadmodum etiam legitur Oseæ-4. Vinum, & ebrietas faciunt apostatare a Deo, contra dicebatur de Noe, & de Loth, qui inebriati fuerunt, & tamen non legitur illorum ebrietatem fuisse causam aliorũ peccatorũ. Ad hoc respondetur secundum D. Chrysostomũ de ipso Noe, (D. Chrisost. hom. 29. ca. 9. super Gé.) qualiter multa sunt, quæ hominem illum tam iustum, & sanctum venia dignum faciunt, non ita, quasi velit excusare ebrietatem illius, sed monstrare non quasi ex intemperantia eum fuisse supplantatum, sed magis per ignorantiam illud facinus comisisse, qui cum primus vini bibendi inuentor fuerit, nesciens sumendi mensuram in ebrietatem inciderit, & addit, Neq; hoc solùm est in causa, quod ignorans immoderatè biberit, sed quia magna tenebatur tristitia, & se ipsum consolari cupiebat, fecit, quod dicit sapiens prouer. 31. (prouer. 31.) .s. Date vinũ ijs, qui in tristitia, & siceram iis, qui in dolore, innuens per hoc nullum esse tá presens tristitię remedium, atq; uini vsum, hoc tamen cauédum, ne vtilitatem eius perdat intépe rantia. sic ergo respondet D. Chrisost. pro excusatione ebrietatis ipsius Noe. Cum ergo ebrietas nõ fuerit formaliter & cópletè peccatũ, non est mirum si ea non fuit causa aliorum peccatorũ, Quó verò ad ipsum Loth, cũ quo filiæ cõcubuerũt, dicitur cómuniter à Theologis, & à sanctis patribus, ipsum Loth futuræ legis gestasse personam. Dicit tamen D. Augustinus, non ideò tamen hoc factum, uel ipsius, uel eius filiarũ iustificamus, aliud enim illæ, ut hoc facerent, intenderunt, aliud Deus qui hoc fieri permisit, unde inquit Augustinus, cum factum illud in sancta scriptura narratur prophetia est, cum verò in illorum uita, qui hoc commiserunt, consideratur, flagitium est. Quare ex dictis colligere possumus Loth, & filias, aliqua ratione peccasse, non tamen ita grauiter, ut existimant hęretici: namq; dicit scriptura Gen. 19. (Gen. 19.) quod filiæ inebriauerunt eum, & se nescienti miscuerunt, qua propter culpandus est quidem Loth, non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas. In qua quidem re ratio iustitiæ non tantum quid factũ sit, uerum etiam quare factum sit intuetur ut ex causis suis facta pendentia libramento ęquitatis examinet. Et profectò si quis diligenter considerauerit vnde fuerint motæ illæ mulieres, ut cum patre concubuerint perspiciet eas humano quodam, & naturali affectu, ut rectè declarat Diuus Augustinus, fuisse motas.

Concludamus ergò ebrietatem Loth, (D. Aug. lib. 22. contra faust. cap. 41. tom. 6.) & filiarum fuisse aliquale peccatum, sed non adeò sęuum, & immane, vt quidam crediderunt: Quod autem dicitur ebrietatem esse causam aliorum peccatorũ, nulli dubium, ut supra dicebamus, id facilè posse probari, et si quid aliud pro positio illa ex Oseæ ca. 4. mox adducta satis ostendit, ubi dicit, qđ uinũ, et ebrietas faciunt apostatare a Deo, & ob hanc causam dicit Arist. in Ethi. quod ebrie- (3. Eth. ca. 5) us meretur duplices maledictiones, id quod fortè uoluit intelligi de his, qui non sunt uerè ebrij, sed ut expleant cupidi-

D. Thom. piditates suas, & facinora sua, fingũt se esse ebrios D. Tho. inquit, quod Aristoteles ita debet intelligi, quod ebrius meretur duplicem maledictionẽ propter duplex peccatum, & hoc est, quod nos dicimus, quod scilicet ebrietas est causa aliorum peccatorum, nãq; ipse primùm sciens, & volens inebriatur, & postquam fuerit inebriatus, aliquod aliud peccatum committit, aut saltem satis est ipsum esse ebrium, Dicit etiam D. Thomas ipsum Arist. fuisse loquutum secundum legem cuiusdam Pittaci, qui statuit ebrios plus debere puniri, quam sobrios delinquentes, id quod fortè factum fuit, ut cohiberẽtur iniuriæ, & temeritates quorundam & non ideò, quod ebrii mereantur, grauius puniri, quod non est faciendũ cum non sint sui iuris compotes. Ego autem putarem, qui scientes, & volentes inebriati committunt aliquod facinus, grauiùs puniri, & rectè loquutum esse Aristotelem.

Sed ne recedamus à communi sententia aliorum doctorum, dicemus ebrietatem propterea dici, & esse causam aliorum peccatorum, propter pronitatem, & facilitatem, quã communiter habere videntur ebrii ad quodcunq; facinus perpetrandum.

Et hęc de uitio ebrietatis satis sint dicta. Sed veniamus ad expositionem textus sequentis, Cum enim noster Isaias dixerit plerosq; de Tribu Iuda, & aliis Tribubus vná cum sacerdotibus, & quibusdam ex his, qui de spiritu prophetiæ, seu titulo prophetarum perperam, & inaniter gloriabantur vino repletos esse, & prę ebrietate nequaquam scire Dominum:

Ostendit consequenter iuxta sententiã quorundam, quam inepta, & parum idonea fuerint instrumẽta ad Dei mysteria percipiẽda, & ꝙ pauci fuerint qui bene, ac rectè possint institui in legis diuinę pręceptis, propterea non minus cõ- Tex. 6. querendo, quam interrogando hæc verba subnectit, d. *Quem docebit scientiã & quem intelligere faciet auditũ?* Q. d. si omnes ferè sunt ebrii, & luxui, ac voluptatibus dediti, quẽ ergò Dominus Deus, & spiritus suus, & ipse Propheta docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum, idest quo nam pacto poterit eos monere, & manu duce re, ut prebeant aures iis, quæ audiunt à Prophetis? Qua expostulatione facilè colligitur non esse diuinorum eloquiorum, & sacrorum mysteriorum capaces, qui sint compotationibus deditι, & peccatis nimium assueti, quandoquidẽ in maleuolam animam non introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, & ibi scriptum est. Spiritus disciplinæ effugiet fictum D. Cyrillus hunc in modum prefata verba exponit d. Quem docebit scientiã? q. d. qui fieri potest, vt homo indignus, siue populus ingratus, & rebellis, & nullo modo moerens, qui neq; terrore suppliciorum à malo retrahitur, nec promissionibus bonorum quicquam melior efficitur, possit instrui, ac doceri scientiam Dei? Huic petitioni respondet Esaias dicens. Ablactatos à lacte, auulsos, ab vberibus. Hęc verba multas habent expositiones. Prior expositio est prioribus dictis satis respondens; Eos inquam docere scientiam poterimus, qui sunt ablactati à lacte, & auulsi ab vberibus, idest qui sunt iam segregati, & seiuncti à voluptatibus, & delitiis huius sęculi, & hæc terrena prorsus contempserunt; Lac namq; sumitur quandoque pro carnali concupiscentia, veluti supra cap. 2. dictum est, In cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet; & fortasis hoc uoluit innuere Paulus Apostolus, cum hebreorum 5. d. omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitię, paruulus enim est. Et sumitur lac pro rudi doctrina, de quo Paulus primo Corinth. 3. tanquam paruulis in Christo lac potum dedi uobis. Ponitur etiam quandoque lac pro sana, & perfecta doctrina propter dulcedinem, & suauitatem eius, ut Cant. 4. mel, & lac sub lingua eius. Est alia expositio, ut per ablactatos à lacte intelligamus, eos qui sunt tãquam paruuli, simplices, & puri, non coinquinati peccatis, quales non erant Iudæi quos Christus Dominus appellabat generationem prauam; & adulteram. Diuo Ioanne

Sap. cap. 1 — Iob. — Heb. 5. — Cant 4.

Ioanne Baptista, non est veritus eandem appellare progeniem, & genimina viperarum.
Hi profecto non erant quos docere expediret Dei scientiam. Erant enim verè illusores, & contẽnentes Deũ, & Prophetarum oracula irridentes, & subsannantes palàm; Non ergo eiusmodi homines docere oportet scientiam, sed hos de quibus loquitur, Matth. 11. Dominus noster. Confiteor tibi Domine, pater coeli, & terrę, quia abscõ disti hęc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, paruulis (inq̃) nõ sensu, sed malitia; dicũt ablactati à lacte, quia ijs similes fere existunt, qui mox allactati sunt, & subtracti a lacte. Alii ferè cõtrario sensu, dicunt eos posse dici ablactatos à lacte, qui iam non indigent lacte sed solido cibo, qui pfectorum est cibus, eorum, s. qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali. Cyrillus in eandem fere sentẽtiam, vult Prophetam hic loqui in persona Dei, qui suos sanctos alloquatur hunc in modum.

Matth. 11.

Cyrill.

Vos qui ablactati estis à lacte, & in lege instructi, cibo olim paruulis accomodato, & rudiori mente præditis; nunc homines effecti, & in virum perfectũ adducti in mensuram ætatis plenitudinis Christi cibum perfectis idoneum debetis assumere, hoc est, præparare corda uestra, loquitur (inquam) ad eos qui sunt in statu gratiæ) vt nouam Euangelicæ conuersationis formam, ac doctrinam suscipiatis. Est alia expositio, ut rñsio sic neg. hunc in modum. Quem docebit scientiam dominus? respondet neminem, quia (v3.) omnes sũt veluti Pueri, rudes & inhabiles ad percipiendam scientiam sanctarum scripturarum, & hanc profecto expositionem non poenitus reiciendam esse arbitror, & eo magis quò sequentibus verbis videtur satis conformari, sed ea verba, volunt per interrogationem exprimi, q. d. quem docebit scientiam, aut auditum? quasi respondeatur; ablactatos à lacte, & auulsos ab uberibus? q. d. non: impoße est enim ut huiusmodi genus adeo rude, & inaeptũ possit adiscere scientiam Dei.

Sequitur enim quia *manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta, reexpecta modicum ibi, modicum ibi*. Sensus horum est, quod mysteria, arcana non sunt quibuscunq; promiscue reuelãda, & præsertim ijs, qui illusores, & contemptores sunt Prophetarum, atq; eorum, qui eos admonent & instruunt, præcipiuntuè quid agendũ, quidquè sit fugiendum, & frequenter comminantur, ac terrent, quandoquè uerò consolantur, promittentes breui tẽpore futurum, ut ueniat, qui redimat eos a malis, & propterea illudentes Prophetarum dicta, repetunt, quæ ipsi Prophetę solent quandoq; illis effari, dicẽtes. Manda remanda, expecta reexpecta & c. Alij dicunt quod homines isti rudes & ignari, & præter hoc malitia repleti) similes sunt hominibns ablactatis a lacte, & paruulis, quibus multa successiue & paulatim dantur præcepta: primo quidem minora, & faciliora quorum illa ætas est capax; deinde grandiora, & aliquanto subtiliora. Sic propemodum populus iste Hebraicus docendus, & instruendus est, & sensim ad Dei cognitionem deducẽdus, & propterea per hęc uerba toties repetita innuitur opus fuisse frequenter populo rudi, & obstinato monitionibus, & increpationibus toties repetitis. Cyrillus autem uult hęc uerba dicta ad consolationem iustorum, qui uarias persecutiones assidue patiuntur: uult enim per hæc uerba sic eos hortari Propheta q. d si alia, & alia succedat afflictio, & crebra uos infestet persecutio crassante in uos persequentium crudelitate, modicum ibi, modicum ibi, q. d. sustinete paululum, et paululum sustinete, ut spe diuites effecti quandoquè laborum uestrorum condigna pręmia suscipiatis. sed alij aliter exponũt. Cyrill.

Sed mea quidem sententia prior expositio uidetur magis consona ueritati, et consequentibus optimè quadrat, cum propheta inferius exaggeret, contra quosdam, quos uocat illusores, quippe qui non erant alii, nisi qui illudebãt dicta prophetarum, et uelut histriones, aut Simiæ referebant eorum sententias,

tias, & uerba: non enim lingua uernacula dicimus (contrafare) sicut faciūt mimi, vel agere samnionem. Namq; solebant vates, & viri à Deo missi, & inspirati ad exhortationem, & instructionem populorum frequenter uti his uerbis. Deus mandauit hoc verbū, Deus præcepit filijs Israel hoc fieri, vel illud: Hæc mandat Dominus. Factum est verbū Domini ad me. d. Dicas filiis Israel hæc est voluntas Domini, & similia: sic etiam solent quandoq; vti hoc modo loquendi. Expecta Dominum, & custodi uias eius. Expecta Dominū, Sustine Dominum, Expectauimus pacem, & non venit: Expectans expectaui Dominum: Est etiam in vsu apud prophetas hoc verbum, seu dictio, modicum; vt puta Adhuc modicum, & ego mouebo cœlum, & terram; Adhuc modicum & ego visitabo sanguinem. Cū ergo eiusmodi Epulones & ebrij audirent qñq; & legerent vaticinia prophetarū vbi hortātur, & pcipiunt expectari Dñm, mandata eius securuanda esse nec tantillum prætereunda: & quod expectandus est Dominus quia cito veniet, & non tardabit, & nihilominus eius aduentum prorogari, nec dum apparere cōspiciebant deridebant eosdē prophetas & repetentes eorum verba eos subsānabant, quasi dicētes; isti prophetæ, seu potius diuinatores, & vani præcones nihil sciunt. nihil habent in ore, nihil præterea dicunt, nisi manda remanda, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. & eandem semper ciferam, seu cantilenam cantant. Sed vide, quæ vates noster aduersum eos proloquitur, & inquit.

Tex. 7. *In loquela enim labii, & lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit. Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, & noluerunt audire.*

Ego prius ad hæc verba afferam expositiones aliorum, & tandem eam, quę mihi magis arridet. Primum quidem Cyrillus sic exponit.

In loquela labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, idest, inter cæteras afflictiones, atq; tribulationes quas ministri Dei, & uiri sancti sunt habituri, vna & quidem præcipua erit afflictio, quòd percipient blasphemari nomen Dei, & tunc quidem maximè cum audierint Apostolos loqui varijs linguis, quos non verebuntur dicere ebrios fore, & musto plenos, quibus tamen non credentibus dixit. Hęc est requies mea, reficite lassum, hoc dicebant Apostoli, et prędicauerunt Iudęis, docentes eos quę sit vera reqes, quę sit contritio, quid vtile, et quid secus: nec voluerunt audire. Vel sic quòd non credentibus Iudæis, et terga vertentibus dictis, & præceptis Christi, & apostolorum, & fortasse tædio affectis, ob multitudinem præceptorum dicebat Christus. Non vos grauabo, non multa requiro, et exigo. Hæc est requies mea, id vnum à uobis expeto, hoc vnum pręcipio, reficite lassum Math. 11. et tamen non audierunt. Alii dicunt quod in loquela labii et lingua altera loquetur, Dominus hoc modo enim hucusq; dicit Deus, minatus sum pœnas futuras et supplicia, nunc autē in lingua altera loquar vobis, mutabo sermonem, non adhibeo de pręsenti poenas, et supplicia, quæ nequaquàm euitare poteritis, q. d. noluistis intelligere linguam meam quando vos hortabar, et monebam, et aliquando comminabar, nunc feriam vos, et percutiam. et sic loquar in loquela labii, hoc est apertè loquar, et lingua altera, quia scilicet prius locutus sum per nutus, ac signa, et per dicta prophetarū, nunc autem loquar lingua altera, idest per effectus, et opera. Matth. 11.

Tertia expositio. Loquetur illis in loquela labij & lingua altera, qm̄ s3. postq̄ rebelles, et increduli Iudæi noluerunt audire linguam, qua locuti sunt prophetæ, lingua scilicet eis propria, et cōnaturali, qua monebant eos, et pręcipiebant ut irent in uiam rectam, et noluerunt audire, sed potius contempserunt, et neglexerunt, atq; etiam irriserunt: loquetur (inquam) in lingua altera, hoc est lingua extranea, et peregrina, nec satis intelligibili, ut lingua Romanorum, Assyriorum, et aliarū gentium, quæ expugnatum venient vniuersam regionem Iudæorum, vt habetur Deuter: 28. Sic. d. Adducet Dominus Deut. 28.

minus super te gentem de longiquo, et de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis et c. Sic etiam habes Hier. 5. Ecce ego adducam super uos gentem de longinquo (ait Dominus) gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges qd loquatur. & hoc quidem vaticinium, quod attinet ad historiam verissimum fuit, et plenè adimpletum.

Hier. 5.

4. Expositio

Quarta expositio est, et hęc (iudicio meo) uera et propria, et germana huius loci intelligentia nec multum differens ab ea Cyrilli. vbi per hæc verba vaticinatus est Esaias ingens illud miraculum, cuius meminit Lucas in actibus Apostolorum cap. 2. qñ s. spiritus sanctus cecidit super Apostolos in linguis igneis, seditq; supra singulos eorum, et ceperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Cumq; ibi adessent Parthi, Medi, et Elamitę, et ex omni natione, quę sub cælo est, stupebant omnes, et mirabantur, et dicebant. Quomodo audiuimus vnusquisq; nostrum linquam nostram in qua nati sumus? Quidam alii irridentes dicebant, quia musto pleni sunt: De hoc eodem vaticinio locutus est Paul: prima ad Corinth. 14. d. In lege scriptum est (accipit legem pro quocunquè libro ueteris testamenti) Quoniam in aliis linguis, et labiis aliis loquar populo huic, et nec sic exaudient me dicit Dominus: sicut etiam hoc loco, dicit Esaias (et noluerunt audire) Vt autem particula ista diligenter à nobis exponatur tria seorsum sunt examinanda. Primum quid per loquelam labii, & per linguam alteram sit intelligendum. Deinde quis hic loqus proponitur. Postremo quid, et ob quam causam. Dicunt ergo aliqui per loquelam labii intelligendam esse eam per quam labia tantum videntur moueri, nihil tamen dearticulatũ exprimi, cuiusmodi faciunt ij, qui vel natura impediri, vel de industria sic loquuntur, vt nolint intelligi. Alii per loquelam labii intelligunt linguam balbutientium, veluti est lingua puerorũ, qui per ætatem nequeunt proprias voces exprimere, aut qui natura sunt tales, & huiusmodi loquelam septuaginta interpræt. vocant vitium labiorum. Per linguam alteram intelligunt linguam exoticam, & extraneam. Ego autem existimo per linguam labii, & linguam alteram idem prorsus intelligi, vt vnum sit expositiuum alterius. sic enim habet tex. In lingua labii & lingua altera, vt scilicet per vtrumq; intelligamus linguam imperceptibilem: Linguę ergo quibus loquebantur Apostoli in die sancto Pentecostes, dicebantur linguæ alteræ apud Iudæos, quippe qui quascunq; linguas, quoscũq; sermones præter eos, quibus uti solebant, Barbaros, & imperceptibiles arbitrabantur. De quo autem loquitur Propheta cum inquit cui dixit. Hæc est requies mea & c. Citra controuersiam loquitur propheta in persona Christi, qui vere fuit ille, qui dixit, hæc est requies mea reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, & hęc fuerunt etiam dicta ab Apostolis, & viris Apostolicis, vt patet in plerisq; literis noui testamenti, & pręserum Matt. 11. Quid ergo dixit? Hęc est requies mea, reficite lassum, hoc est meum refrigerium. Et cui nam dixit? Nulli dubium fuisse locutum ad populum Iudæorum, ut habemus in textu. Et quid dixit? O vos Iudæi si post tot offensas, & errata cupitis mihi aliqua ex parte gratificari, & requiem ullam laboranti mihi diutius prębere, reficite lassum, idest facite ut aliquando in cordibus uestris requiescam, hoc est refrigerium meum, hæc mea ingens cõsolatio, ut mentes vestræ sint hospitia, & domicilia diuinitatis meę, vt aliquã do in uobis considеam, & inhabitem. Aut sic expone. Hæc est requies mea q. d. si vultis vos Iudæi à laboribus, & afflictionibus quas hucusq; sustinuistis liberi esse, & immunes, date & vos quietem, & consolationem fratribus vestris, dum aliqua afflictione præmuntur, reficite lassum, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, ut in primo capite huius dictum est, & quemadmodum infra cap. 58. dicit idem propheta. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris

Luc. 2.

1. ad Corinth. 14.

Matth. 11.

ueris, orietur in tenebris lux tua & requiem tibi dabit Dominus semper· sic etiam dominus apud Matth. 7 In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Sed longè melius hęc verba Dei exponenda, & interpretanda existimo. Hæc requies mea, hoc est, id votum est quod vehementer expeto, in quo vno mihi solum complaceo, hoc est meum refrigeriũ, scilicet reficite lassum, quo vno præcepto clauduntur. & sub intelliguntur omnia charitatis, & pietatis officia erga proximos, quippequi dixit, quodcũq; uni ex minimis meis feceritis, mihi feceritis: hoc vno præcepto tota lex continetur, qui enim proximum diligit, legem adimpleuit: Hęc autem pręcepta non sunt multa, non grauia, non intellectu, aut factu difficilia, quandoquidem ad ea seruanda iure quodam naturæ ducimur, ut illud Matth. 5. Quæcunq; vultis faciant uobis homines, & vos facite illis; & quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Hęc est loquela labij, hæc est lingua altera, in qua locutus est Dominus, primum quidem ipsis Iudæis, quibus ante omnes oportebat predicari regnum Dei, qui tamen noluerunt audire, ut testatur Esaias hoc in loco. Gaetanus interpretatur verba Esaiæ iuxtà sententiã Pauli prima ad Cor. 14. qui videtur ponere descrimen inter donum linguarum, & donum prophetiæ, quòd donum prophetiæ fuerit datum Iudæis credentibus: donum verò linguarum Iudæis incredulis, et non credentibus.

Matth. 7.

Matt. 5.

Propterea quæritur quod postremo loco propositum fuerat; ob quam causam ipse Deus locutus est ad populum illum verba tam pia, tam suauia, tam dulcia, ac salutifera, cũ viderit Iudęos ea deridere, contemnere parui facere, nec minimum quidem eius dictis aures adhibere. Vnde fortasis motus fuit prothomartyr stephanus ut habetur in act. Apostolorum. 7. eos hunc in modum compellaret. d. Dura ceruice, & incircuncisi corde vos semper spiritui sancto restitistis. sicut patres vestri, ita & uos. Deus ergo illorum sortem miseratus, & ab immensa sua ipsius benignitate commotus, cognoscens populum

Act. 7.

A illum, quem præ cęteris elegerat, vehementer exacerbatur multitudine pceptorum, eorum grauitate, & tot promissionibus Prophetarum, quemadmodum ipsi putabant fore deceptum. Voluit (inquam) Deus ipse instituere, & ordinare pręcepta numero pauciora, vtilitate maiora, & actu faciliora. Propterea hic dicit per Prophetam. Hæc est requies mea, hoc est meum refrige-B rium, in hoc ego quiescam, hæc erit animi mei tranquillitas, nihil ultra à uobis expetam, nisi ut proximum diligatis, in hoc enim vno verbo instauratur vniuersa lex, s. reficite lassum, diliges proximum tuum sicut te ipsum. q. d. si vultis vos Iudæi à tot laboribus, & afflictionibus quas hucusq; sustinuistis, liberi esse, & immunes, prębete & vos quietem, & consolationem proximis vestris, hoc est quod ait reficite C lassum, & tamen his non obstantibus, vel non satis esse putantibus, credere noluerunt: Ob hanc etiam causam existimatur à quibusdam Deum hoc illis præceptum dedisse, tàm breue, tàm facile, & pręcisum, quoniam Iudęi singulis ferè diebus, velut pueri, erant grauati repetitione tot præceptorum, qđ innuitur per ea verba, manda remanda, expecta reexpecta; pro quorum præceptorum captu, & intelligentia, neces-D se erat subinde mutare vocem, idest submissius & planius loqui: sic enim D. Paulus ad Heb. 5. videtur eos redarguere dum inquit Cum locutus fuisse de sacerdotio secundum ordinem Melchisedec; de quo nobis grandis sermo, et ininterprætabilis ad dicendum, qm̃ imbecilles facti estis ad audiendum; etenim cum deberetis esse magistri, pter tempus, rursum indigetis, vt uos doceamini, quę sint elementa exordii E sermonis Dei, & facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. sic ergo patet ob quam causam clemẽtissimus Deus protulit ea verba, videlicet hęc est requies mea, reficite lassum & c.

Reficere lassum quid sit.

Heb. 5.

Circa pręsentem textum tria notare possumus mysteria magnopere spectanda, & consideranda, quę nobis ab hoc diuinissimo Vate insinuari videntur Primum, donum linguarum Sanctis

ctis Apostolis in die sancto Pẽtecostes diuinitus, & summa omnium admiratione conferendum. Secundum: Doctrina euangelica qualis, & quanta sit futura per Apostolorum prędicationẽ, & in quo potissimum consistere videatur, vt potè in dilectione proximi, & consequenter in dilectione Dei, iuxtà illud Io: euang: Qui non diligit proximum. quem uidet, Deum, quem non uidet quomodo potest diligere? Tertium excecatio Iudæorum, Nam subdit in textu & noluerunt audire, Vocaui enim uos (ait alibi Deus) & renuistis & cęt. Prou. primo. Diuus etiam Ambrosius colligit ex hoc loco quæ mox diximus, noluisse scilicet Prophetam nobis indicare, et prænunciare nouum testamentum, cum apud Hieremiam Dominus sub aliis uerbis idem ferè commõstrare uideatur cum inquit Consummabo domui Iuda testamentum nouum, non secundum quòd disposui Patribus eorum; nec uoluit tũc uerbis claris, & apertis illud indicare, quia non satis congruebat Iudęis maleuolis, & peruicacibus euangelicam doctrinam sub claris verbis proponere, & reuelare, quoad usq; salum resipiscerẽt. At quia hoc loco dicit Propheta quòd ipsi noluerunt audire, quin potius per ora passim habent verbum illud Domini cum derisione, & scommatis Manda remanda, expecta, reexpecta modicum ibi, modicum ibi, ideo subdit ut vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Vbi nota, quòd ly (vt) nõ ponitur vt dicat caussam, sed potius consecutionem, & sequelam q. d. Quoniam isti cõtemnebant Verbum Domini, & deridebant eum, & pro risu, et cachinno habebant uelut in prouerbium, et dicterium quoddam, indè secutum est in eorum temeritatis, et impudentiæ pęnã, ut in omnia hęc incommoda, et infortunia incurrant, ut s. primum uadant in ruinam, ut præcipites ruant, cadãt retrorsum, qui quidem casus, quàm cadere in faciem, quàm super faciem, est longe periculosior quia qui cadit in faciẽ uidet locum, ubi cęcidit, et potest facilè se se erigere, et subleuare, atqui

Prima. Ioã. cap. 4.

Prou. 1.

Cadere in faciem.

A cadit retrorsum, non ita, Sancti enim, et boni uiri cadunt in faciem, non retrorsum, ut Moises Num. 16. cęcidit pronus in faciem. Ezecchiel, ut habes 2. et 44. cap. Cęcidi (inquit) super faciem meam, Christus dominus Matth. 26 procidit in faciem suam orans, & dicens & cæt. Discipuli Christi Matth. 17. cæciderunt in faciem suam. Leprosus ille curatus, & mundatus à lepra Lucæ. 17. cæcidit in faciem suam, B & sic de aliis multis. Cadere verò retrouersum secundum Hierony. est subindè peccare, & in deterius semper progredi, & ad priorem seu meliorem statum nunquam reuerti; idest ad bona opera aliquando promoueri & nunquam proficere. Deinde, vt conterantur, hoc est usque adeò dissoluantur, & minuantur, vt nihil omnino ex eis supersit, & illaqueentur. Ita supplè implicentur, & inuoluantur, ut se ex laqueis expedire C nequaquam possint, & eadem capiantur, & capti ita detineantur, vt libertatem nullo vnquam tempore queãt obtinere. Quæ omnia mala vnicuiquè nostrum facilè admodũ (quod Deus auertat) nisi eum timuerimus, & mandata eius seruauerimus, euenire poterunt. Ruere inquam possumus, cum non aduertimus in quæ mala peccantes collabamur, deindè conteremur, si peccando prosequemur, neq; de resipiscentia D vnquam cogitabimus, illaqueabimur, cum in Peccatis diuturna assiduitate persistemus, ut nihil omnino sciamus quid agere, quid pati, cui credere debeamus. Quamuis diuturnitas & assiduitas peccandi non faciat vnum peccatũ grauius nisi adsit contemptus & inobedientia, sed est quędam dispositio idonea ad grauitatem peccati, & ad contẽptum Dei. Capiemur cum ita fuerimꝰ peccatis assueti ut in nos omnimodam E exerceat potestatem ipse Demon, quãdoquidem: qui facit peccatum seruus est peccati; & mediante peccato nos ducit Demon, & trahit quo velit, & pulcherimò quodam exemplo peccatores in peccato persistentes quidam comparat auiculis, quæ sunt in manibus, puerorum, sic profectò contigit ipsis Iudæis, quoniam spræuerunt Deum & di-

Cadere retrorsum.

Num. 16.
Ezech. 44. 2.
Matth. 26.
Matth. 17.
Luc. 17.

Ioan. 8.

cta

cta Prophetarum contempserunt, deridentes eorum verba manda remanda, expecta & cæt. Quidam expositores (meo iudicio non cõtemnendi) & in sacris literis non vulgariter exercitati, hęc postrema uerba; v5. & erit eis verbum Domini Manda remanda, longè secus exponunt, volunt enim hęc verba repeti ab ipso Deo, & retorqueri aduersus Iudæos hunc in modum. Vos Iudęi dum estis malis obruti, fame, peste, & seditionibus vexati, confugitis ad me, expostulãtes opẽ, et auxiliũ, & liberari ab oĩbus his malis, & erit verbũ Domini eis. i. aduersus eos, & ego dicã: Mãda remẽda, modicũ ibi modicũ ibi q.d. Si ego vobis auxiliũ pſto, si vos libero, & modicum post illud auxilium, vobis adueniet occasio, rursum peccatis, me contemnitis, neq; vllum peccandi finẽ facitis, & hæc quidem se Dominus dicturum ait, ut pęnas luant suorum facinorum, & præsertim illius magni, & incredibilis flagitij, quod perpetrarunt in Christum Dominum; quo factum est, ut irent in perniciem, retrorsum caderent, fuerint perpetuo contriti, et imminuti, per vniuersum Orbem dispersi, mille scelerum, & difficultatum laqueis impliciti, & Jeniq; plurimi eorum, et ferè omnes in captiuitatem ducti, undè subdit Propheta.

Tex. 8. *Propter hoc audite verbum Domini Viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalem, dixistis enim Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*

Breuiter, & summariè hęc litera potest exponi; ex dictis enim manifeste constat, prophetam inuehi aduersus diuini uerbi contemptores, quibus licet ob eorum contemptum, ac derisiones grauiora supplicia illis euentura pronunciari deberent, atquè etiam immitti; veruntamen tanta est Dei pietas, et misericordia, quod magnum, et inexplicabile illis pollicetur beneficium, si tamen credere uoluerint: Prius ergo refert mentem, et ingenium scribarũ; et Phariseorum, quos hoc loco principes, ac dominatores appellat dicens: Propter hoc, quia, scilicet, ita recipitis uerba prophetarum, Deinde explicat

A singulari beneficium illis conferendum: par. 16. cum inquit. Eccè ego mitto in fundamentis Syon lapidem. Paral. 16.
Dicitur ergo primum Audisse uerbum domini. auditè uerbum Domini, percipite mentem, ac decretum illius, uiri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalẽ, quem ego præcipue diligo, tueor, et protego: Dixistis enim non solum uerbo, sed opere, et effectu ita uos sentire, quęq; B fuerit opinio uestra clare ostendistis. Percussimus (inquam) fędus cum morte, et cum inferno fecimus pactum, i. iam optime scimus, et præuidemus quid de nobis futurum sit, imo de nobis omnino actum esse pro comperto habemus. Scimus nos quandoq; morituros, et ad infernum descensuros. Quid nobis ultrà minamini? Cur ultrà nos affligitis, et uestris pdictionibus, ac vaticiniis terrere tẽtatis? neq; mortẽ C neq; ĩfernũ timemus: quare nõ est opus ut ea semper nobis ob oculos proponatis; quę verba maiori ex parte erant scribarum, & Phariseorum, quos vocat hoc loco Esaias dominatores populi quoniam eorum exemplo, ac doctrina alij dirigi debebãt, & admoneri: Hi proprie dicebantur illusores; quia fortassis aliud verbo, aliud reipsa præmõstrabant, qui tamen potius derisi, & delusi, quàm illusores iure optimo dici poterant: D quemadmodum Ezech. 22. cap. dicit Deus. Dedi te in opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris. Ezech. 22.

Flagellum inundans dicunt ipsi, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

q.d. veniat quicquid malorum & calamitatum, vnquam aduenire poterit, nos nihil pertimescimus, quia posuimus mendacium spem nostram, & mẽdacio protecti sumus, nos ita tuebi- E mur causam nostram, & ita malitiam nostram cooperiemus, & palliabimus, vt nihil nobis aduersi possit accidere. *D. Tho. per mendacium intelligit idolum quo confidebant.*
Plerique fidunt mendacio, hoc est fauoribus, & præsidiis hominum, qui sunt mendaces, & fidunt etiam quamplurimi suæ ipsorum temeritati, & audacię, negantes, & detrectantes omnem veritatem. Tu verò Deus perdes omnes

qui

qui loquuntur mendacium.
Aliqui volunt, vt per mendacium Iudæi intelligant iustitiam legis absq; fide, quam prophetæ mendacium appellabant, ac si dixissent nos Iudæi nihil timemus, quia spem nostram in obseruantia legis constituimus, quam vos prophete putatis, & dicitis esse mendacium. Sed hęc expositio mihi non placet, quoniam propheta vocat ipsos sic dicentes, illusores, at non sic dici deberent si tamquam legis obseruatores fuissent habiti: proindè planior, & verior, & magis literæ conueniens videtur prior expositio. Vnde sequitur tex. *Idcirco hac. dicit* Dominus Deus, *Ecce*

Tex 9. *ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, angularem, preciosum, in fundamento fundatum: qui crediderit non festinet:*

Spectanda est, & summoperè admirāda Dei benignitas, qui verè est benignus, & misericors, & miserator Dominus. Decebat enim eum grauiter indignari, & victricem manum suam in eiusmodi contemptores, & illusores exerere, & exercere; attamen illis proponit ac demostrat, cui fidere, in quo sperare, & cuius numine & fauore protegi debeāt ac valeant, quo perpetuò securi existant, & inquit. *Eccè ego Deus potens, & magnus, mittam, ponam in fundamentis Syon*, pro construenda Ecclesiæ, domo, ac tabernaculo meo, quod vocatur Syon. i. specula, locus altus, & sublimis, ponam (inquam) velut sapiēs Architectus in fundamentis lapidem, lapidem, dico, non vtcunq; nec qualēcūq;, sed lapidem probatum, stabilem, & firmum, qui scilicet cuiuscūq; mallei percussionibus, aut cuius venti irruētis impetui fortiter obsistat, & immobilis permaneat, lapidē angularem, qui duos angulos inter se maxime disiunctos, ac dissidentes, hoc est, gentes, & Iudęos, in vnum copulet, & coniungat. Dicitur etiam lapis pręciosus, quia est inestimabilis valoris, & pręcij qñquidem per eum, & in eo sit redemptus vniuersus orbis. Et licet iste lapis sit vsq; adeo nobilis, vtilis, & præciosus, *qui crediderit in eum non festinet*. i. non credat eum citò venturum, & in tem-

A poris momento in fundamento constituendum, vel superstruendum. Propterea dicit alius propheta Abac. 2. Si mora fecerit expecta eum, quia non tardabit, ideo non oportet festinare, sed fide stabiliri, & sustinere eum. Alij dñt, qui crediderit non festinet. i. non faciat uelut illi qui metu trepidi huc, atq; illuc circumeunt, & circuncursant, et præsertim cum Deus venerit iudicare sęculum per ignem. Sed quoniam eadem verba à Diuo Paulo ad Rom. 9. & à D. Petro Epist. prima cap. 2. & nos quoquè suprà habuimus cap. 8 nonnullis additis, ac mutatis, et pręsertim in his verbis vltimis vbi nos legimus Qui crediderit non festinet, sic legitur. Qui crediderit in eum non confundetur, sic debet exponi pro conciliatione dictorum. Qui crediderit, et se adherebit, ac innitetur, huic lapidi non festinet videre quod promittitur, quia fides est argumentum non apparentium, sed expectet tempus constitutum, et non cōfundetur. i. non erubescet, neq; pudefiet, si credidit quod nondum videt, qđ enim quis videt non sperat. Quare idē Apostolus ad Heb. 10. nos hortatᷣ dicēs. Nolite amittere confidentiam uestrā quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem, et confirmans prius dictum, *qui crediderit non festinet*, subdit. *Adhuc enim modicum, aliquantulumquè qui venturus est veniet, & non tardabit, iustus autem meus ex fide uiuit &c.*

Abacuch. 2.

B

Paul. Ro. 9.

C

Heb. 10.

D

Aliqui exponunt pręfatam orationē hūc in modum, v3. qui crediderit non festinet. i. tamquam confusus, aut deceptus non se abscondat, aut se proripiat, vel se in fugam mittat, et auferat se ab hominum conspectu, quia dubio procul eueniet quod promissum est; est autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Solemus enim quando alicui promissioni fidem adhibentes defraudamur, ac decipimus erubescere, abscōdi, ab hominum conspectu semoueri, propterea dicit. tex. omnis qui credit in illum non confundetur, et iuxtà nostrum textum qui crediderit non festinet. i non credat se deceptum iri si non

Abac. 2.

E

sta-

statim quod expectat nō consequatur. A & aliqui referunt hoc ad generale iudicium, videlicet, qui crediderit non festinet s. Christum cito ad iudicium venturum, nec quærat quo tempore sit venturus; imo Saluator ipse reprehendit discipulos quærentes, et interrogantes, quo tempore esset restiturus regnū Israel, dicens; non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: & idē habetur Math. 24. vbi dicit de die illa, et hora nemo scit, neq; Angeli de cœlo, neq; filius hominis, Sed expositiones prius allatę magis pręsenti loco cōueniunt. Secundum D. Augustinum Hom. 11. illi dicuntur festinare, qui volunt à Deo quod promittit in tempestiuè exigere. Si enim Deus substinet te quousque mutaueris uitam tuam malam, substine tu illum vt coronet uitam tuam bonam. Alij dicunt qui crediderit non festinabit, quia non tam cito crediderunt christum esse uenturum. Vnde dicebat Apostolis. O stulti, et tardi corde ad credendum. Præter hęc diligentius notanda sunt uerba uidelicet, quomodo idem lapis dicatur reprobatus, et probatus: deinde uidendum à quo fuerit reprobatus, atq; item probatus, & electus. Tertio quomodo, & quamobrē uocetur lapis angularis, qui tamen à beato Apostolo uocatur lapis summangularis; sic enim scribit ad Eph. 2. Ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ędificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. lxx. Interpræetes etiam; & D. Augustinus vocant hunc lapidem summangularem. De primo itaq; sciendum, quòd lapis iste de quo loquitur propheta figurat sub methaphora, ac pˢignat Christum Dominum Deifilium hominem factum, qui apud Matth. 21. & apud Luc. 20. de se ipso intelligi præmōstrauit, cum Scribis, & Phariseis secum disceptantibus, & de agricolis, & filio familias occisis contendentibus, dixit. Numquam legistis in scripturis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli? subdit, ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti

Matth. 24. (margin)
D. Aug. Hom. 11. (margin)
Eph. 2. (margin)
Matth. 21. Luc. 20. (margin)

fructus eius: sic etiam D. Petrus in Act. Apostolorū; imo ipse Dauid psal. 117. de Christo hoc vaticinium intelligi palàm affirmat. Christus ergo lapis ille est, de quo loquitur hic Esaias dum in persona Dei inquit. Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem probatum, & electum. Sed Dauid psal. supra citato dicit eum lapidem reprobatum, sic & ipse Dominus Matth. 20. fuit quidem reprobatus, sed ab ædificantibus, B sic enim d. psal. lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Dicunt enim quidam in ædificatione templi Salomonis lapidem quendam ad manus ædificantium venisse inutilem omnino ædificio construendo existimatum, qui tandem ad illius consumationem duorumq; angulorum compactionem fuisse admodum idoneum adiudicatum; quamquā id ex scripturis non satis constet, sed quo ad præsentem locum sufficere potest nobis, nulli dubium id aliquando C contingere ędificantibus, vt qui ante, nulli loco dum ædificium peragitur uidetur lapis idoneus, tandem ad summam eius perficiet vtilitatem, quemadmodum lapides angulares ædificio maxime prę omnibus conferunt, quandoquidem non solum suum implent locum, ut cęteri lapides, sed duos parietes in vnum congiungunt, & continēt; sic itaq; hic lapis, qui fuit olim reprobatus à Scribis & Phariseis, & à communi coetu, ac turba Iudæorum dum ipsum respuerunt, & non solum pro rege D Cæsarem, & pro reo potius Barabam quam ipsum gratificandum elegerunt, sed Pilato tradiderunt, & in crucem agere non erubuerunt; sic quidem fuit reprobatus ab eis, sed à Deo probatus, & electus inter omnes lapides viuos, & præciosos, fuit inquam probatus, i. firmus, & solidus, & saxo durissimo comparatus, probatus, i. in experimentum E assumptus, & tentatus per omnia, sed absq; peccato (vt inquit Apostolus)

Psal. 117. (margin)
Matth. 21. (margin)

Dicitur deinde lapis angularis, nec angularis solum, sed summè angularis, & velut dicit Dauid. Factus in caput anguli.

Est autem caput anguli summitas, & culmen duorum parietum in unum

conuenientium seu coeuntium, nam vbi duo parietes conueniunt illic angulus est & in horum angulorum summitate locari solent lapides magni & graues, per quos duo parietes ad inuicem iungantur, & actu contineantur, qui duo parietes significant duos populos Iudaicum scilicet & Gentilem, quos in vnam fidem, in vnam legem,& in vnam & eandem mentem,& sententiam adducens,& reconcilians,soluens inimicitias quæ erant inter hos duos populos in semetipso, vniens eos in vno corpore, ipsi Deo. Sed dubium est,quomodo dicitur lapis iste in fundamento fundatús, si ipse Christus est caput anguli, & summitas duorum parietum, & alibi appellatur fundamẽtum iuxtà illud Apostoli fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus: Nam posset aliquis dicere, Christum potius super Prophetas & Apostolos incumbere. & fundatum esse, quam illi super ipsum, si illi sunt in fundamento ipse verò in angulo. Sed adhoc respondet D. Aug. d. Christum esse,angulum,& esse in fundamento fundatum,& esse fundamentũ, Est enim fundamẽtum quo inferius nihil est;& Apostoli sunt fundamenta, & quomodo Christus dicitur Sanctus Sanctorum, ita dicitur fundamentum fundamentorum; & alia est ratio in ædificijs materialibus & in ædificio spirituali, in illis enim non potest unus & idẽ lapis esse in imo, & in summo, at in ædificio spirituali idem potest esse lapis angularis respectu parietum, quæ sunt in imo, & pariter erit lapis angularis imò caput anguli respectu summitatis edificii; non ergo inconuenit eum dici lapidem in fundamento fundatũ quasi firmum,& stabile & nunquam ruiturũ fundamentum, & vocari etiam caput anguli,vel summangularem. Huius autem diuersitatis ratio est quia omnia pęnè corpora patiuntur angustias,nec vbiquè esse possunt nec semper. Diuinitas autem quæ vbiq; præsto est undiq; potest ad eam duci similitudo, & totum potest esse in similitudinibus quia nihil eorum est in proprietatibus, potest etiam dici secundum Augustinum quòd

Aug. sup.

A non oportet quęrere in diuinis, & spiritualibus actionibus rationem fundamẽti in imo, sicut in rebus corporalibus, quia origo fundamẽti huius est in summo, & propterea potest dici fundamentum, & caput anguli. Deinde sequitur in textu.

Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura, & subuertet grando spem mendacij, & protectionem aqua inundabunt. Tex. 10.

B Priusquam exponamus hunc textũ meminisse opportet, quæ fuerit pietas, & misericordia Dei nostri, qui quamuis terrere debuerit,& exanimare eos, qui se mendacio tutos esse asserebant, non tamen eos perterruit sed adhortatur, & monet vt præfato lapidi in fundamentis Syon collocato,lapidi,inquã, probato, lapidi angulari, & præcioso cohereant, & connitantur, quòd si facile detrectauerint prędicit illis futurũ C graue iudicium. Ponam inquit in pondere, idest iusto examine, & exacta discussione iudicium quod aliquando fiet per filium meum, quandoquidem pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: ponet iustitiã in mensura,quia scilicet rectam, & exquisitam rationem faciet nostrarum actionum, & recte quidem (inquit) *in pondere & mensura*, non in ponderibus, & mensuris quia põdus, & pondus mẽ D sura,& mensura vtrumq; est abominabile apud Deum,quia scilicet in ponderibus,& mensuris debemus omnimodam qualitatem seruare, & nullam habere acceptionem personarum. E subuertet grando spem mendacii,et protectionem quàm in mendacio,et dolis, ac fraudib⁹ vestris habere videbamini aquę inundabunt,& omnia occupabũt, et spes vestra statim euanescet, et in fumum conuertetur. *Et delebitur fœdus* E *vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit, flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem*, conculcabit, inquam, vos, affliget, ac deprimet vos, illud, inquam, flagellum de quo dixistis, non veniet super nos, siue locuti fuerint de flagello exercituum, siue Assyriorum, siue Romanorum, qui destinati, ac deputati in

Io. cap. 4.

perniciem, et ruinam Iudæorum, siue loquatur de flagello mortis, ac damnationis, et cuiuscunque opprobrii, ac dedecoris, quoniam (inquam) huius generis flagellum velut aqua inundans, et irrumpens pertransierit, eritis ei in cōculcationem, nec solum semel, aut in die tm̄, vel in nocte, sed erit semper, in mane, diluculo in die, et in nocte. i. quocunq; tēpore & quacūq; hora, et sola vexatio intellectū dabit auditui, etc. qm̄ hic quoq; meminit ꝓpheta foederis qd̄ egerunt cum morte, et pacti cum inferno preterea quę suprà diximus. hanc etiam putamus fore intelligantiam huius dicti, quòd. s. isti nebulones fecerūt pactum cum morte; et cum inferno quod. s. secum animo cogitauerunt, aut firmiter fore putauerunt, prius quàm flagellum istud adueniret, eòs omnino morituros, et ex hoc mundo recessuros, aut fortassis putauerunt eos tamdiu acturos vitam, quoadusquè flagellum istud pertransiisset, et cessauisset, neq; mortem aut infernū interim quicquam illis obfuturos. Alii secus exponunt: vnusquisq; in suo sensu abundet. Flagellum inundans fuit temporibus nostris, videlicet anno 1590. et sequentibus, dum flagellum caritatis, et contagii inundauit per totam Italiam, et vltrà. Circa illam particulam. sola vexatio dabit intellectum auditui; communiter hæc affertur interpretatio, qd̄ scilicet castigationes, & flagella excitant mentem nostram, & monent, ut peccatis valere iussis; Dei præceptis indesinenter obtemperemus, iuxtà illud Dauidis qd̄ frequenter adduxim⁹. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. D. Hyeronymus breuius exponit hanc particulam. d. Cum vexati fueritis tunc scietis Prophetas meos verum dixisse, & consequenter his quę audistis ab eis fidem adhibebitis. Deinde procedit Esaias ostendens oportere vnumquemq; sibi ipsi consulere, & animo firmiter statuere ac deliberare, quid pro obtinenda salute facto sit opus. & inquit.

Tex 11. *Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue utrumquè operire non potest.*

A Insignis profectò, & elegans est metaphora, quæ vult innuere ut quisq; se expediat, an Deum viuum, & verum, an Demonem sequi velit ac ei obtemperare: quia impossibile est vtrunq; sequi, aut enim vnum diliget, & alterum odio habebit, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet, . Non potestis inquā Deo seruire & mammonæ. Matth 6. & quò Matth. 6. nos Deus excitet ad alterum horū pro

B sequendum, duobus exemplis à duab⁹ reb⁹ olī pclare, & mirabiliter gestis demonstrat ipse propheta, quid deniq; futurum est, quæ ve pœna his emmineat, qui contempto, & spreto verbo Dei per suos prophetas declarato, falsos Deos voluerunt amplecti; Primum exemplum est de victoria, quam habuit (Dei auxilio protectus) aduersus Philisteos, ipse Dauid in monte diuisionum, de qua victoria habetur

C 2. Reg. cap. 5. Alterum est de victoria 2. Reg. c. 5. quam magnus Dux Iosue habuit contra quinq; Reges, qui venerant eum oppugnaturi, de qua diffuse legitur Iosue. 10. cap. Sequitur textus. *Sicut enim in monte diuisionum stabit dominus. Sicut in valle quæ est in gabaon irascetur: ut faciat opus suum, alienum opus eius, ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius.* Per montem diuisionum in quo stabit dominus, figuratur primus aduentus

D Christi nostri Redemptoris, figuratus per victoriam habitam in eo monte cōtra Philisteos, ut habetur 2. Reg. cap. 5. Et per vallem gabaon vbi irasceť Deus figuratur tempus secundi Aduentus Christi, in quo omnes impii tradentur ad Inferos, de qua Historia habetur Iosue. 10. & cur ita faciet Dominus, ita se geret, & quamobrem hunc in modum Iof. cap. 10 irascetur aduersus populum suum? dicit Propheta. Hoc faciet Deus, vt faciat

E opus suum, vt faciat quod ipse iam instituit, & quod ad eius iustitiam spectare nouit, quodq; merita nostra exposcunt, ut. s. puniat delinquētes, & eos qui potius mendacio quàm veritati acquiescunt. Hoc tm̄ opus quod ipse facit, est alienum ab eo, quippe qui non uenit in hunc mundum ut iudicet mundū, sed ut saluetur mundus per ipsum. Et rursum; hoc facit Deus ut operetur opus suum,

suum, quod quidem opus est non sinere nullum peccatū fore impunitum, quod tn̄ opus est peregrinum ab eo, ei magis proprium est misereri & parcere, quam vindictam delictorum expetere. Alij dicūt opus suum est iustificare, & saluare non perdere, & condemnare, & tamē hoc opus quod est iustificare & saluare est opus peregrinum ab eo, qm̄quidem iustificare, ignoscere, & saluare nō Christi hominis; sed Dei est opus unde alibi dicit pater in me manens ipse facit opera quare ut hęc opera faceret, aliena opera fecit sua Sed prior expositio meo iudicio est lōgè melior, & planior. qm̄quidem opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, neq; ita Pr̄is sunt opera, quin etiam, & filii iuxtà illud. Quæcunq; facit Pater hęc & filius similiter facit, non ergo eiusmodi opera dici possunt omnino peregina ab eo. Alij dicūt Deum perdendo Iudæos fecisse opus alienum ab eo, qui quidem solebat quōdam illis fauere, & perdere quos nouerat eis aduersarios: sed & hęc expositio patitur calumniam, quoniam propriū est Dei Iudicium, & iustitiam facere aduersus omnes peccatores. Dicit Bern. serm. in ramis palmarum, Recōciliare mundū est opus Christi, quia dedit ei pater in manus; sed erat alienū ab eo, quia non dicebat, ut tot, & talia opprobria substineret cū nullū peccatū perpetrauerit.

Quo circa monet propheta nō solū eos quos nūc alloquit, sed vnūquemq; nostrū, et inquit. *Et nūc nolite illudere ne forte cōstringātur uincula uestra.* q. d. rebus ita se habētibus postq̄, v3. paratus est Deus ad sūmēdā vindictā de his, q errāt, & sunt increduli dictis prophetarū, nolite illudere ipsos prophetas, neq; Dei nūcios, & ministros, ne forte cōstrigātur vincula vr̄a: atq; ita coarctemini vt nequaq̄ euadere possitis, vincula qdē sunt afflictiones, & pœnę, quas De⁹ īmittit, & dn̄r uincula, uel qr ēis, v3, poenis, uelut quibusdā cōpedibus astringimur, et torquēmur, uel qꝛ p ea, ita uincimur, ne in peiora labamur, cōtigit.n. sępè numero ut pp aliqd erratum, nōnulli carcerib⁹ mācipētur, ne.s. peiora cōmittāt. Hoc aūt loco minat uincula debere cōstringi, qa nisi resipiscāt, peiora, A & grauiora inferentur supplicia: apponit aūt aduerbium dubitandi dum inquit, ne forte cōstringantur uincula uestra, uel ut innuat libertatem arbitrij, si, u3. permāserint in eo errore, ut illudāt prophetis: uel melius ut innuat Dei benignitatē, qm̄ plerūq; usu uenit, ut et si qn̄q; nos in peccatis persistamus, Deus tn̄ est vsq; adeo patiens, & misericors, ut videatur adhuc conniuere, & ea peccata desimulare: Verum nequis hac opi- B nione decipiatur, & de Dei benignitate, & patientia plusq̄ deceat, securus existēs perseueret in prauitate cordis sui, neq; de resipiscentia cogitet unq̄, propheta excitat dormientes, ne sibi ipsis de dilatione vltionis longiore persuadeant. inquit. *Consumationem .n. & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super uniuersam terram.* q. d. nequisq̄ amplius errore fallatur, neq; sibi ipsi persuadeat Deum, aut nequaq̄ nos C punturū, & nostrorum operum rationē ullā habiturum; aut vltionē, & uindictam tādiu prorogādam, vt facile nos possimus euadere. Enim. i. quia consumationem, & abbreuiationem audiui à Dn̄o Deo super vniuersam terrā. i. sup vniuersum orbem. q. d. non amplius, nō diutius prorogabit Deus vltionem q̄ est facturus: quare caueamus omnes vt effugiamus iram Dei, tū propter nos oēs ī die iudicij, tū pp Iudęos, & alias gē- D tes tp̄e obsidionis, & aliarū afflictionū.

Auribus percipite, & audite vocem meā, attendite, & audite eloquium meum. Nunquid tota die arabit arans ut serat, proscindet, & sarriet humum suam? Nonne cum adequauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis. & erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illum. Non enim ī serris triturabitur gith, nec rota plau- E *stri super Cyminum circuibit, sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo. Panis autem comminuetur, verum nō in perpetuum triturans triturabit illum, neq; vexabit eum rota plaustri, nec ungulis suis comminuet eum. Et hoc à Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret cōsilium, & magnificaret iustitiam.*

Totus iste verborum contextus in

Eandem propositionem habēs 5. cap x. sed in aliū sensum ibi

Tex. 11.

tres precipuas partes secatur, in Prima Propheta Zelans, & magnopere exoptans couertionem suorum Iudæorũ, & pręter eos omnium gentium, excitat omnes ad attentionem, nec semel tantum, sed iterum atq; iterum nos hortatur ad audiendum vocem suam, & ad percipiendum suum eloquium. Propterea inquit, auribus percipite, audite vocem meam attendite eloquium meum. Et uidetur Propheta eosdem monere, & ad eos uerba facere, quibus sup. dixerat, audite uerbum Domini uiri illusores. At ego existimo (ut dixi) ad omnes indistinctim eiusmodi sermonem dirigi, sed præ ceteris ad gentem suã, ad eos qui sunt in sua cognatione, hoc est ad ipsos Iudæos. In 2. Parte Pulcherrima, & aptissima similitudine; & metaphora sumpta à natura, & genio agricolarum ostendit, quod Deus sapientissimus, gubernator, & rector toti⁹ orbis non semper idem opus exercet, aut operatur, non enim semper nostri miseretur; sed quandoq; nos punit, hos quidem leuius, illos uero grauius, & eũdem quandoq; leuius punit, quandoq; verò grauius. Verum nullos in perpetuum punit, nisi fuerint pertinaces, & animo inflexibiles, quiq; neq; uelint vnquam resipiscere, & veteris uitæ pœnitere, quod vt planius percipiamus, sumit exemplum ab agricola, quippè qui non semper arat, sed quandoq; arabit arans, quandoq; seret, & aliquando Sementem colliget; neq; eadem actione, nel eodem instrumẽto seret gith, & cyminum sparget. Sic etiam non vbiq; Seminabit triticum, sed ponet triticum per ordinem, idest in eo loco, & eo tempore, quo possit ferre fructum, neq; in ea humo, vbi seminabit triticum; seret hordeum, & milium, & viciam, & quodcumq; aliud ex frugibus serere velint, omnia suis finibus, & locis seminabũt, quandoquidem non eadem terræ conditio est idonea ad quodcumq; Semen recipiendum, & fructum ex eo proferẽdum. Sic enim agricola facit, non tota die arat. Sic etiam Deus non semper facit dispositiones suarum creaturarũ, sed tantum vsq; ad tẽpus futurum vel ab eo præfixum. *In tertia, et vltima*

A parte ostendit Propheta, Vnde prouenit iste pulcherrimus ordo quo ad culturam agrorum, & ad excipiẽdum quos Deus creauit in vtilitatem hominum fructus, & alia terræ bona & inquit. *Et hoc à Domino* Deo exercituũ exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam. Quod quidem cõsilium multo admirabilius, & magnificentius fuit ostensum penes directionem, & gubernationem hominum, tũ Tex. 15.

B ad uitam ęternam consequendam, tum etiam ad perpetuam impiorum damnationem, quibus quidem actionibus magnificata est, & manifestata in sęculum sęculi iustitia sua qua inreprehensibiliter aliquos punit, & damnat, aliquos verò corripit, & seruat: & quemadmodũ triturans non semper triturat, neq; arãs sẽp arat, sic De⁹ nõ sẽper punit neq; sẽp ignoscit, sed iuxtà qualitatẽ operũ nostrorũ. Sic De⁹ nobiscũ agit. Porrò quod attinet

C ad sẽsũ verborũ, Nota quod adequare faciẽ cãpi nihil aliud est nisi pspicere, & discernere in qua parte agri sit serendũ triticũ, aut hordeũ aut miliũ. Deĩde quid p gith & p cyminũ intelligit hic Esaias, videre est apud eos auctores, qui de his terrę frugib⁹ meminerũt. Cõmuniter. n. dr̃ hęc esse genus leguminis, si tñ clarius uis hæc nosse, lege Pliniũ lib. 20. Naturalis historiæ. cap 17. & columellã lib 7. nec nõ & Dioscoridẽ. Glos. Plinius lib. 20. n.d. Hip. cap. 17.

D Inter. d. Gith esse genus legumenis simile cymino in qtitate, sed nigri coloris, & in pane dulcurãdo spargi solet. D. Hier. allegorice vult p gith & cyminũ intelligi oẽs gẽtes, q nõ habuerũt Dei notitiã, p frumẽtũ aũt siuè, panẽ qui efficiẽ ex frumẽto ĩtelligit populũ Iudęorũ. Alij p gith, & cyminũ ĩtelligũt populũ Iudæorũ, & in doctũ vulgus eorũ: p triticũ verò siuè panẽ, Scribas, & Phariseos, nec nõ, & sacerdotes. Vtriq; tã gẽ Gith. Hieronym. Cyminum.

E tes q̃ vulgus in doctũ Iudęorũ punientẽ virga, & baculo, hoc est leuiorib⁹ pęnis, Iudæi aũt primores, & pcipui ad gẽtes cõparati pariter, & Sacerdotes punientẽ grauiorib⁹ pęnis, hoc est nota plaustri, & vngulis brutorũ. Nec mireris p eadẽ semina ĩtelligi iustos & peccatores, qa hoc fit pp idẽtitatem naturę in ipsis l3. sint diuersi in meritis, ac demeritis. Ità

Nicol,

Nicol. de lyra. Preterea dicit in textu, q̃ A Deus erudiet agricolam in iudicio, & docebit illum, erudiet inquam in iudicio, naturali quodam instinctu, ut videlicet agricola iuste, & rationabiliter agat, non intempestiuè, sed consultò excolat agrum suum, nec perperā, & citra tempus quicquam agat, quod si Deus hoc pacto erudit, & docet agricolam, quanto magis credendum est Deū vniuersi orbis conditorem, & creatorē nihil agere prater rationē, & absq; B causa: dicit etiam quod prudēs agricola ponet triticum, & hordeum, & huiusmodi genera frumentorum per ordinem, hoc inquam modo, ut scilicet aduertat quantum debeat quod seritur telluris occupare, & certę eidem portioni telluris certam tritici quantitatem superserere. Animaduertere etiam sub qua luna, sit faciendum, et cętera huiusmodi, quæ expertis terræ colonis debent esse notissima: sed hęc nos se parum, aut nihil ad nos attinet, nostra plurimum refert cognoscere iudicia Dei, quæq; nos efficere teneamur, neq; nobis ipsis psuadere sinamus Deū semper nostri misereri, quia cum sępè sępius nos per uarias afflictiones, et tribulationes, quas subinde nobis immittat, nequaquam emendemur, neque à peccato resurgamus, ipse tandem nos relinquit in manu consilij uostri, et quē admodum triturans non semper triturat, sed aliquando quiescit: sic Deus non semper ignoscit, et pęnam condonat, et sicut triturans, non semper triturat, sic Deus non semper punit, sed quandoque dissimulat, sed post hanc vitam nisi antea fuerimus emendati, & triturans triturabit, idest in eternum puniet. Quare debemus omni conatu, et totis viribus eniti, ut peccatis, et criminibus omnino relictis in uia mandatorum Dei currere festinemus Amen.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

VAe Ariel, Ariel Ciuitas, quam expugnauit Da- 1.
uid: additus est annus ad annum: sollemnitates
euolutæ sunt. Et circumuallabo Ariel, & erit
tristis, & moerens, & erit mihi quasi Ariel. Et 2.
circundabo quasi sphæram in circuitu tuo, & ia- 3.
ciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionē tuā.
Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium
tuum: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquiū
tuum mussitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilan-
tiū te: & sicut fauilla pertrāsiēs multitudo eorū, qui cōtra te praua- 4.
luerunt: eritq; repentè confestim. A Domino exercituum visi- 5.
tabitur in tonitruo, & commotione terræ, & uoce magna turbi-
nis & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. Et erit sicut som-
niū visionis nocturnæ multitudo oīum gentiū, quæ dimicauerūt 6.
contra Ariel, & oēs qui militauerunt, & obsederūt, & praeua

7. luerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens, & cõmedit, cũ
autem fuerit, expergefactus vacua est anima eius: & sicut som-
niat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus lassus ad-
huc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium
8. gentium, quae dimicauerunt contra montem Syon. Obstupesci
te, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, &
non à vino: mouemini, & non ab ebrietate. Quoniam miscuit
vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophe
9. tas, & principes vestros, qui vident visiones operiet. Et erit
vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dede-
rint scienti litteras, dicent: lege istum: & respondebit: Non
possum, signatus est enim: & dabitur liber nescienti litteras, di-
10. ceturq; ei; lege: & respondebit: Nescio litteras. Et dixit Do-
minus: eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis
glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mã
11. dato hominum, & doctrinis. Ideò ecce ego addam vt admira-
tionem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo: peri-
bit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium
12. eius abscondetur. Vae, qui profundi estis corde, vt à Domino ab-
scondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt:
Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est haec vestra cogi
tatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus facto-
ri suo: Non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo: Non intel
13. ligis. Nonne adhuc in modico, & in breui conuertetur libanus
14. in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur? Et audient in
die illa surdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi caeco-
rum uidebunt. Et addent mites in Domino laetitiam, & paupe-
res homines in sancto Israel exultabunt: quoniam defecit qui
praeualebat, consumatus est illusor, & succisi sunt omnes qui
vigilabant super iniquitatem: qui peccare faciebant homines in
verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt
15. frustrà à iusto. Propter hoc haec dicit Dominus ad domum Iacob,
qui redemit Abraham: Non modo confundetur Iacob, nec modo
vultus eius erubescet: sed cum uiderit filios suos, opera manuum
mearum in medio sui Sanctificantes nomen meum Sanctifica-
bunt Sanctum Iacob, & Deum Israel praedicabunt, & scient er
rantes spiritu intellectum, & mußitatores discent legem.

EX-

EXPLANATIO IN VIGESIMVM NONVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. **V***Ae Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solennitates euolutae sunt &c.*



Apitulũ istud est A oblongum satis & difficile. Tria tamen (vt potui percipere) complectitur. Primum quidẽ desolationem, & excidium Ciuitatis Hierusalem & ipsorum magnatum: Deinde modicũ, & inane lucrum ipsorum hostium. Tertium fęlicitas, & gaudium, quę ex Iacob, vel secundum carnem, vel secundum spiritum descenderunt. Prædicit iterum propheta destructionem Ciuitatis Ierusalem, quam hoc loco appellat Ariel; & profectò non possum non vehementer admirari hunc nobilissimũ aũt toties eandẽ materiam, & idem argumentum inculcare, & toties repetere: Vatẽ quia putandũ non est eum diuino spiritu afflatum perperam, & absq; causa id peragere; propterea credendum est duas ob causas id factũ esse; vel, vt ad veram Dei notitiam, & legis obseruantiam celerius Israelitæ traducerentur; vel, vt per repetitionem, & reiterationem eiusdem argumenti, quod potissimum in euersione Iudaicæ gentis videtur consistere, plures eius clades & euersiones vellet insinuare: scribit enim Iosephus lib. 7. de bello Iudaico cap. 18. Quinquies captam fuisse, & euersam ciuitatem Ierusalem priusquam ab exercitu Romano sub Tito, & Vespasiano fuisset omnino deleta, quæ postmodum non multis transactis ac decursis lustris, seu olimpiadibus in Turcharum tirannidem, ac potestatem deuenit, sub qua adhuc

Hyerusalẽ quinquies capta Ioseph. lib. 7. de bel. Iud. cap. 18.

manet. D. ergo Propheta. *Va Ariel.* Ista nota vel aduerbium (*va*) quamuis sit aduerbium dolentis, & commiserantis (vt aliqui accipiunt) hoc loco potius accipio, vt notat comminationem, aut prænunciationem futurorum malorũ, quàm velit indicare dolorem, vel cõmiserationem; quamquam D. Hieronymus pro planctu accipi debere affirmet, Væ quõ accipiatur. Dictũ est alias sed percipuè aut est nota condolentis, B aut comminantis aut etiam nota quod futurum est prædicentis, vt infra, væ qui profundi estis corde. Porrò hæc dictio, Ariel, interpretatur Leo Dei, quasi velit innuere ciuitatem Hyerosolimitanam ratione principatus, fortitudinis, & potentiæ qua super alias urbes, & orbis nationes pollebat, velut Leonem, & virtutem, ac fortitudinẽ Dei extitisse: Vnde Hieremias Trenorum primo, *Facta est* inquit *quasi vidua domina gentium princeps prouinciarum facta est sub tributo.* C Vocatur etiam Leo Dei, quia illam fundauit, construxit, et erexit, illam stabiliuit, & denique per multa sæculorum spacia custodiuit, protexit, & ab hostibus defendit: vocata fuit etiam leo, quia pauorem, & timorem iniiciebat alijs ciuitatibus, neq absq; ratione adijcitur illa dictio Dei, ut appelletur leo Dei, non solum, vt diximus propter magnitudinem, & D fortitudinem illius, verum quoniam Deo attribuuntur quæcunque sunt magna illustria, & præ cæteris excella: quamquam per essentiam solus Deus magnus, fortis, ac terribilis sit appellandus. Dicunt quidam moderni templum Hierosolymitanum quod per

Ariel quid quid siãt, de quo etiam infra.

Hier. interprime.

A hoc nomen Ariel designatur a fronte fuisse latum, et amplum à fine verò angustum, cuiusmodi est forma leonis, & ob id Ariel siue templum Salomonis fuisse appellatum leonem Dei: sed hæc videntur nimis arbitraria, & sine multa ratione adducta. Dicit deinde *Ariel Ciuitas quam expugnauit Dauid.* legitur enim. 2. Reg. cap. 5. Dauid Regem eã eripuisse Iebuseis, quæ antea vocabatur Iebus: dicit autem D. Hieronymus, B hoc debere referri ad illud tẽpus, quo Dauid arcem Syon cepit repugnantib⁹ cœcis, et claudis, et primus Ioab domatum excelsa conscendit, id quod Cyrillus egregie admodum describit. Quidam per Ariel non ciuitatem Hierusalem, sed Arcem Syon munitissimam intelligi volunt, quam non modo Dauid expugnasse nequaquam asseritur, sed potius valido, et forti præsidio cinxisse summisquè opibus vndiquè sepsisse perhibetur: Quorum sen- C tentiæ nõ libenter subscribo. Sed ad allegoriam cuncta referens ostendit, ea penitus accidisse Dauid in ea expugnatione, quæ contigerunt Christo Domino in eius prædicatione, quemadmodũ enim Iebusei, et cœci, et claudi restiterunt ipsi Dauidi ne ingrederetur ciuitatem dicentes, & ostinato animo acclamantes, non ingredietur huc; ita habitatores Ierusalem restiterunt Christo D Domino, & Saluatori, ne ingrederetur Ierusalem, idest ne in mundum suam illam salutarem doctrinam introduceret, & prædicaret; nec solum ipsi Christo, sed & Apostolis eius acerrime restiterunt, & quemadmodum hostes, & aduersarij Dauidis erant cœci, & claudi, ita qui restiterunt ipsi Christo, Scribæ (v3.) & Pharisæi erant cœci, & claudi; Non enim recto pede incedere, nec diuinam lucem comprehẽdere po-

Heb. 12. tuerunt: Quapropter D. Paul. ad Heb. E 12. huic eorum imbecillitati, ac indispositioni compatiens eos hunc in mo- G dum cohortatur id: *Remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans quis*

Matth. 13. *erret, magis autem sanetur*: & Dominus ipse Matth. 13. *In iudicium, in hũc mundum veni, vt qui non vident, uideant, & qui vident cœci fiant.* & de claudis, siue claudicantibus loquitur Deus per prophetam ps. 17. *Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati* Ps. 17.
sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

Hæc ergo est ciuitas Ariel quam expugnauit Dauid, quamuis iuxta sententia quorundam potius instaurasse, atq; muniisse, quam expugnasse dicatur. Sed litera nostra habet eam expugnasse. Sequitur deinde. *Additus est annus ad annum, sollemnitates euoluta sũt.* Hæc particula multas habet expositiones. Aliqui sic exponunt; Additus est annus ad annum, idest non post multos annos, vel pauci subsequentur anni, quibus Ciuitas ista Ariel patietur excidium, & hoc est quemadmodũ si quis aliquid prolixius locuturus dicat, duo tantum verba volo tecum loqui, idest non multa, ita hic. Vel per additionẽ anni ad annum voluit Propheta innuere quod ait Abacuch. cap. 3. in medio Abacuch. 3
annorum notum facies, quod scilicet in medio duorum annorum, idest in medio duorum temporum cognoscetur Dominus: Nam vt ait D. Hier. per tria paschata Dominus venit in Ierusalem quæ duos annos efficiunt. Alij sic dicunt: Additus est annus ad annum, hoc est, singulo quoq; anno mihi sacrificia offertis et oblationes, veruntamen nihil vobis profuit, neq; vnquam proderit. Ego autem sic intelligo. Additus est annus ad annum, idest per multum annorum spatium tibi innocenti succedentium expectaui, ut ciuitas ista resipisceret, & de anno in annum plurimæ factæ sunt monitiones, comminationes, vaticinia; nunquam tamen visum est illam ad meliorem frugem reduci: sic etiam sollemnitates euolutæ sunt, quibus (v3.) aliquando sperabant ciuitatem esse conuertendam, & in meliorẽ formam redigendam, nihil tamen huc usq; factum est. Dicitur etiam annus ad annum additus, dum ad annum culpæ additur annus pœnæ, siuè temporalis, siuè æterna. At si ad annum culpæ addatur annus salutaris pœnitentiæ postmodum addentur anni immobiles, & perpetui qui sunt anni sempiternæ gloriæ, Aliqui secus exponunt.

Sic-

sollemnitates euolutæ sunt, idest iam A
præterierunt, finitæ sunt, ac cessaue
runt, & quamquam propheta loquatur
de re velut iam facta, & præterita pp
rei certitudinē futura tñ sunt post Chri
sti s.passionē, & resurrectionē quæ ita
certa sunt habēda, ac si iā olim facta fuis
sēt; vult ergo propheta breuiter ostēde
re, ꝓ sacrificia veteris legis festiuitates,
& cęremoniæ in aduētu Christi pęni
tus euanescent, ac finem habebūt. Et ut
inquit D. Hierony. subuerso namque B
templo, & Iudaica religione sublata
omnis eorum festiuitas perijt, sic dici-
mus & nos singulis annis celebratur
pascha, Natiuitas Domini & aliæ prę
cipuæ solemnitates; & tamen semper
in eodem statu peccati permanemus,
& numquam resipiscimus, Dicimus.n.
hoc anno, seu paschate futuro volo cor
rigere vitam meam volo dimittere con
cubinam, volo relinquere negociatio-
nes, & additur annus ad annū: & festiui C
tates euoluuntur, & nihil vnquā efficitur
Sequitur deinde: *Et circumuallabo Ariel
& erit tristis, & moerens, & erit mihi quasi
Ariel.* Nunc incipit Esaias Dei perso-
nam gerens ostendere causam luctus,
& lamentationis super Ciuitatem Hye
rusalem, prædicēs quod futurum est, vi
delicet, Circūuallabo Ariel. Hic notan
dū primū ꝙ licet Babylonis, vel etiam
Romani fuerint illi, qui circū, ciuitatē
vallis, & fossis obsederūt Ciuitatē. dici D
tur tamen Deus eam circumvallasse
tamquā ipse sit qui obsederit Ciuitatē
quoniam hostes qui eam obsidebāt per
Deum hoc fiebat, & iussu vel permis-
su Dei erant immissi, & hoc est quod
legitur apud Matth. 24. Quod videns
Iesus Ciuitatem fleuit super illam. d.
Matt. 24. Quia si cognouisses & tu, & quidem
Luca 19 in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc
autem abscondita sunt ab oculis tuis.
Quia venient dies in te & circumdabūt E
te inimici tui vallo, & circumdabunt te
& coangustabunt te vndique, & ad ter-
ram prosternent te; filios tuos qui in te
sunt etc. Et erit tristis, et moerens. Cū
tristitia & moerore significēt idem nō
tamen sunt accipienda hæc nomina,
tamquam omnino Synonima, sed eius
modi geminatio significat magnitudi-
nem moeroris, et varietatē, vt.s. intelli

gatur vbiq; esse angustia moerorem,
ac tristitiā, et cū subdit. *Et erit mihi qua
si Ariel* hoc vltimū dictum huius parti
culæ est valde obscurum. Primo quidē
sic exponitur vt pronomen illud demo
stratiuū referat ipsum Deum sic loquē
tem Ciuitas Hyerusalem erit mihi qua
si Ariel, supposito quod Ariel hoc loco
accipiatur pro templo, vel altari holo-
caustorum, vt quēadmodum ipsum al-
tare totū madet sanguine et cadaueri-
bus animaliū, quę pro sacrificiis mactā
da offeruntur, ita Ciuitas Ierusalem est
futura quandoque Glo. Inter. sic expo-
nit. Ciuitas Hyerusalem erit mihi qua
si Ariel idest vmbra. quędam & similitu
do antiquæ dignitatis id quod fuit sub
Iesu Sacerdote magno. Alij sic exponūt
Et erit mihi quasi Ariel, hoc est: ego Deus
fortis et potēs faciam de ista Ciuitate
Hyerusalē, quemadmodū Ariel, hoc est
Leo fortis, faciebat de aliis, vrbib⁹ quas
vexabat, infestabat, laniabat, ac discer-
pebat: velut dicunt alii erit mihi quasi
Ariel idest ero, velut Leo rabidus, et fe-
rox aduersus Hyerusalem quod idem
est. Est alia expositio, quæ mihi profe-
fecto magnopere placet, vt hoc loco
cōqueratur Deus, et prædicat quod fu-
turū est aduersus ipsū per ipsā Ciuita-
tē Hyerosolymā, ut. s. ostēdat Hyerusa
lē aduersus Deū quasi Leonē se habiturā
q. s. Ariel q significat, et denotat ipsā Ci
uitatē aut populū Iudęorū sit futurus
velut Leo fortis, ferox et aduersus ipsū
Xp̄m, vt quēadmodū Leo sequitur quoscū
q; siue sint homines, siue aliud genus ani
mātiū, sic ꝓpemodū erit populus Iudę⁹
aduersus Christū, nāq; nō solū Xp̄o Do
mino totis viribus restitere verū etiā
in crucē sustulere, et legatos in omnē
partē miserūt, vt persequerentur Apo
stolos, et quoscūq; fideles, de qua ꝑsecu
tione sub hac figura locutus est Hyer.
cap. 12. cū dixit facta est hęreditas mea
mihi sicut leo i silua, quā sententiā inter
pretās lactā. Fir. li. 4. ca. 20. inquit. Quia
pręda, et deuoratio factus sū inquit De
us hęredibus meis ut Leonibus qui me
imolauerūt sicut pecus, et voces dede-
rūt sup me suas mortis et crucis idem
bene dixit Hier. facta est hæreditas mea
mihi sicut Leo in Silua, et erit mihi qua

si

si Ariel. Deinde prosequitur quod iam cœperat vaticiniũ de vastatione Hyerusalem d. Et circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo, et iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam. Circundabo inquit quasi sphærã in circuitu tuo, hoc est Ciuitas erit ab hostibus obsessa adeò, & circundata ut nullus possit egredi, neque inuictis hostibus subintrare, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponã in obsidionem tuam, idest propugnacula construam, & castra erigam quo te diruam, & ad terram prosternam, ut quod prædixit olim Deus verissimum esse comprobetur, videlicet, ad terram prosternent te. Proinde subdit. *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi pythonis de terra uox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.* Humiliaberis quidem, quia vsque adeò eris deiecta. O misera ciuitas, quòd nulla amplius caput erigendi, & super alios te extollendi præbebitur occasio: quo loco humilitas nõ pro ea quæ est virtus, sed pro miserrima ipsius conditione accipitur, & verè quidem humiliata potest dici, & ad terram prostrata, quoniam non solum mœnia, turres, ac palatia erunt in terram deiecta, sed Iudæi, quam plurimi iacentes per uias, strati humo, fame necati, peste moribundi, & miseriis omnibus oppleti de terra gement, & de terra loquuntur: vnde verissimum fuit vaticinium cum de ea dictum fuerit, humiliaberis, & iustissimè quidem factũ est ut qui ausi sunt ponere os in cœlum dicentes de Christo filio Dei, quòd Demonium habet, & quod nesciebant quis sit, & vnde sit humilientur, & in terram deiiciantur. De terra loqueris hoc est, terrena tantum sapies, cœlestium nihil. Qui de terra est, de terra loquitur, Ioã. 3 vel de terra loqueris, hoc est, ad eam corporis exinanitionem, & animi cõsternationem deuenies quòd similis eris iis, qui tam submisse, & exiliter loquuntur, vt videantur, de terra vel sub terra loqui: quẽadmodũ contingit iis qui sub terra in aliqua fouea latitant, uel in putei alicuius profundo. & velut aliqui dicũt de terra loqui, est ve-

Tex. 3:

Ioan. 3.

A lut vox, & locutio, quã vulnerati in terrã cadẽtes solẽt emittere, vt cũ gemũt aut cõquerũtur, & quẽadmodũ faciunt qui sunt ægri, & corpore, & animo: & hoc magis explicans inquit. *De humo audietur eloquium tuum* quo dicto vult innuere in ea regione futuros aliquando magos, & phythones, quod per uerba quę sequuntur videtur confirmari, cum inquit: *& erit quasi phythonis de terra uox tua, & de humo eloquium tuum*

B *mussitabit*, Alii dicunt non hanc fuisse intentionem prophetę sed voluit innuere, quòd homines illius Ciuitatis obsessæ, erunt ita arefacti & extenuati, quòd ita exiliter & submisse loquentur, vt de humo eorum vox prodire videatur: nõ enim inquit textus, quòd erit pythonis vox tua, sed quasi pythonis, quia. s. similis erit ei: quandoquidem pythones, & Negromantes, dũ euocatis mortuis fundunt nonullas voces, & fingunt

C se animam è corporibus educere subtile quid ac tenue, & stridolum quidã vix mussitant, quasi ipsa anima leniter, & è terra loquente, sic ait Cyrillus: aut postremo dicas, hunc voluisse innuere prophetam sensum, quòd tanta erit illius ciuitatis demissio, & abiectio, vt nè semel quidem hiscere audeat, aut vocẽ emittere: sed si quid effari voluerit potius mussitare cogatur.

Circa hoc nomen Ariel tria sunt an-

D notanda, primum quid nominis huius dictionis: deinde quid rei: postremo cur ea fuerit vsus propheta hoc loco; cum potuisset explicatius nominare rem de qua est locuturus, nempe Ciuitatem Ierusalem, cuius exeidium (vt diximus) prenunciare intendit.

Primum ergo quoad quid nominis huius dictionis, omnes quos ego viderim dicunt, hoc nomen esse compositum ex duabus dictionibus videlicet

E ex Ari, quod latinè interpretatur Leo, & ex (él) quòd interpretatur Deus siue fortis, ut idem sit dictu Ariel, quod leo Dei, siue leo fortis, aut fortitudo Dei. Quid autem secundum rem importet hoc nomen, sciendum aliud esse quod significat, & aliud esse quod denominat (ut scolastico more loquamur:) significat, enim primo altare holocau-

storum

ſtorum vt habes apud Ezech ca.43.ubi ſic habet. *ipſe autē Ariel quatuor cubitorū* & ab Ariel vſq. ad ſurſum, cornua quatuor, & Ariel duodecim cubitorum ni longitudine per duodecim cubitos latitudinis quadrangulatum ęquis lateribus. vbi Nico. de Lyra. d. Superiorem partem altaris vocari Ariel eo quod in ſuperficie eſt locus cremationis holocauſtorum. Et ſic pars illa deuorat illas carnes, ſiue adipes, ſicut Leo fortis deuorat carnes, cum Ariel ſit idē quod Leo fortis. Significat etiam homines bellicoſos, ut habes 2.Reg. 23. vbi legitur Banaiam filium Ioiadę percuſsiſſe duos leones Moab, quod in Hebreo ſic legitur, percuſsit duos Ariel Moab, ideſt duos ex pręcipuis aulicis ſiue robuſtiſsimis ſeruis Moab eſt etiā Ariel cuiuſdam viri Iſraelitæ ut habetur num. 26. Verumtamen hoc loco ſumitur Ariel pro ciuitate Ieruſalem, quę admodum clarè in principio huius capitis habetur, videlicet væ Ariel, Ariel Ciuitas quam expugnauit Dauid, vt ſic poſsimus exponere particulam illam. Ariel erit mihi quaſi Ariel, ideſt Ciuitas Ieruſalem quę appellatur Ariel, vt ſupra declarauimus, erit mihi quaſi Ariel, ideſt velut altare holocauſtorum in quo mactantur animalia pro ſacrificio, quod quidem repletur ſanguine, & cadaueribus mortuorum, ſic penè reducam ciuitatem meam Hyeroſolymam q. d. Ego etiam ero mactatus, ideſt crucifixus in Ariel, ideſt in cruce tamquam in altare holocauſtorum, & ſic erit mihi quaſi Ariel.

2.Reg.23.

Poſtremò quęrebatur ob quam cauſam vocat Eſaias hiſce nominibus impropriis, & parum aſſuetis Ciuitatem Hyeruſalem: ſuperius etiam volens eius onus & grauamen deſcribere, nominabat vallem viſionis. Ego re uera huic dubio planè ignoro quid reſpondeam niſi dicamus hoc factum ab eo, vel ut lectoribus tædium amoueret diuerſis appellationibus vt eus, vel fortaſsis vt oſtenderet eius magnificentiam, & amplitudinem, quandoquidem tot egregiis titulis, & nominibus dignaretur. Sed alii, alias fortè poterunt afferre rationes; nos autem hucuſque nihil

ſecūdū du.

A melius afferre potuimus, textum proſequamur. Inquit enim.

Tex.4.

Et erit ſicut puluis tenuis multitudo uentilantium te, & ſicut fauilla pertranſiens, multitudo eorum, qui contra te praualuerunt: eritque repente confeſtim. Non dubito hæc fore prædicta de his qui obſederunt Hyeruſalem iuxtà literalem ſenſum quę poſtea ſecundum allegoriam alio referentur; nunc itaque propheta ciuitatis Hyeruſalem futuram B mox ruinam prædicit, quòd indicauit cum dixit: Annus additus ad annum q. d. non multi anni præteribunt; citius quā iudicatis eſt futurū veſtrū hoc excidium. Erit ſicut puluis tenuis, multitudo ventilantium te: innuit innumerabilem fore multitudinem hoſtium, qui ad eius euerſionem conuenient, & accurrent, quę pulueri tenui, & contritæ comparatur, quæ nullo modo poteſt numerari, quæq; etiam facilè diſsi C pabitur, & perdetur.

Nec dubito quin hęc ſimilitudo nobis deſeruiet ad oſtendendam, & deſcribendam huius ſæculi Principum conſimilem quaſi conditionem, quippe qui ſunt ueluti puluis, quę facilè euaneſcit ac diſpergitur, & in aerem quouis debili vento proiicitur, & eleuatur: dicuntur ventilātes, quia vexilla deferūt, quę facilè vento agitantur, & ipſi quoq; velut uentos circumaguntur, & circū D agūt gentē illā, & cribrare videntur. Et erit exercitus iſte, uel multitudo eorum, qui contra te præualuerunt, uelut fauilla tranſiens, quemadmodum enim fauilla tranſiens non poteſt numerari, neque ullo pacto detineri, ſic & multitudo exercituum, & multo magis ſtatus, ac dominium ipſorum Principum quod quidem modicum durat. egregia quidem ſimilitudo.

Et ne fortaſsis Iudæi putarent hoc E excidium, vel numquam aut tarde admodum ęuenturum, ſubdit propheta & inquit, Eritquæ repente confeſtim. Vide quàm belle explicat propheta iſtius excidii propinquitatem, & celeritatem vſus duobus aduerbiis nulla penitus copula interiacente iidem prorſus ſignificantibus, quo innuit hoſtium aduentum fore tam repentinum, vt

A ut nulla ferè interposita mora in eos ir uisse conspicatur et perinde est ac si dicamus admodum repente, uel citissi me, et sicut Paulus dicit 1. Thes Dies Domini sicut fur in nocte ita ueniet: Cum enim dixerint pax, & securitas tunc repentinus superueniet interitus, & sic erit inuasio Ciuitatis Hyerusalem, sicut etiam in die Iudicii 1 Thes 5. D. Hyero. dicit horum hostium exercitum repēte cōfestim ad euersionem Ierusalem concessisse, quia in media pace, subita sub Nerone bella consurrexerunt, ita ut Iudęi ex templo, & præter omnem opinionem fuerint inuasi, & varius modis afflicti, & quemdmodū subditur.

Tex. 5. *A Domino exercituum uisitabitur, in tonitruo, & commotione terrę, & uoce magna turbinis, & tempestatis, & flamma ignis deuorantis.* Per hæc verba ostendit propheta multitudinem, fortitudinem, & crudelitatem exercitus aduentantis aduersus Hyerusalem, id quod maxime contigit in obsidione facta sub Tito, & Vespasiano, sub quibus fuit certè visitata Ciuitas illa ea visitatione, quæ in malam partē accipi solet, quatuor namq; modis fuit eiusmodi visitatio à Domino profecta. In tonitruo scilicet: in cōmotione terrę: Tertio in voce magna turbinis. & tēpestatis: quarto & vltimo in flāma ignis. In tonitruo quidem quoniam exercitus Romanorum irruens ex improuiso in ciuitatem & impetum faciens, fuit velut quoddam tonitriuum perterrefaciens omnes illius vrbis habitatores; similiter fuit similis eorum aduentus commotioni terræ, quia visa est quodammodo nemine prorsus tale quid expectante. terra tota commoueri. Apparuit in uoce magna turbinis, & tempestatis, quoniam velut turbo è terra consurgens, & tempestas desursum adueniens magnam vocem idest strepitum, & sonū quendam horribilem emittunt, sic penè fuit aduentus ipsorum hostium Postremo in flamma ignis visitabitur hæc Ciuitas, non quomodocunq; sed ignis deuorantis, & absumentis homines, & cuncta quę offenderit. Dicunt aliqui vera fuisse, tonitrua in expugnatione Vrbis. Fuit quoque terremotus in die passionis Domini, quo concussum est templum. & Ianuę eius, quæ vix poterant claudi, vel aperiri a magna hominum multitudine, ex se ipsis fuerūt apertæ. Fuere etiam auditę magnæ, & horribiles voces Angeloru, & spirituū dicentes. Migremus hinc. Apparuit quoque flamma ignis deuorans, & comburens Turres, domos, & Palatia, & multos quoque homines, qui circum

B aderant. Vt narrat Iosep. de bello Iuda. Qua re nobis demostratur non solum Deum qui est vltionum Dominus exardescere, & commoueri aduersus impios verum, & elementa auctorem suum vindicabūt. iuxtà illud plu ries à nobis adductum. Pugnabit orbis terrarū cōtra insēsatos & alibi, armabit Deus creaturam ad ultionē impiorū, Verum omnes istę percussiones, & flagella quę describit Esaias inuecta ad-

C uersus Iudæos euenient vnicuique nostrum in die iudicii, nisi pœnitentiam egerimus, & præuenerimus Deum in confessione & aliis bonis operibus, priusquam ferat aduersus nos sententiam. Propterea sunt hæc à nobis diligenter expendenda, & die, noctuq; mente reuoluenda, scientes quod quæcunquę scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.

Sequitur Propheta qualis erit status,

D & conditio eorum qui pugnabunt aduersus Ciuitatem Hyerusalem d. n. Tex. 6.

Et erit sicut somnium visionis nocturnę multitudo omnium gentium, quæ dimicauerūt contra Ariel, & omnes qui militauerunt & obsederunt, & praualuerunt aduersus eam &c. Verè quidem scriptum Eccle. 34. Vana est spes & mendacium viro in Eccl: 34. sensato, & somnia extollunt imprudētes. Quidam existimant hoc vaticiniū fore adductum contra eos, qui pugna-

E uerunt contra ciuitatem Hyerusalem, & hoc allatum ad consolationem Iudæorum, quorum verborum hic est sēsus secundum horum existimationem; quod videlicet hostes, quamquam magno cum impetu sint accessuri, & consumpturi omnia, nihil tamen efficient, id quod de Assyriis iure quidem dici posset, at de aliis exercitibus non ita;

Sed

hoc autem aliquibus contigisse opinatur, quod scilicet nihil essent assecuti, quia sibi, & suis Diis, ac Demonibus, & non Deo victoriam omnem tribuerunt Sed hæc eorum existimatio litteræ nō quadrat; hoc inquā vaticiniū fit contra eos, qui pugnauerunt aduersus Hyerusalē, nisi hunc in modum, quod quāquā hostes Iudęorum sint habituri victoriā contra Iudęos & cunctis eorum bonis potituri, id tamen erit velut somnium visionis nocturnæ, quoniā scilicet principatus, & dominium eorum tandem euanescet, nec diu durabit, et hac ratione poterit aliqua Iudæis afferri consolatio, quia solatium est miseris socios habere pœnates. Dicunt alii hæc nequaquam fore allata ad Iudæorum solamen, sed ad ostēdendam potius inexplebilem hostium cupiditatem aduersus eos, qui neque iacturæ ac detrimenti tantum poterant illis inferre, quod non fuerit uelut somnium ab eisdem hostibus existimatum.

Sed prior expositio mihi, re vera magis satisfacit, ut scilicet dicamus omnem victoriam, omne dominium, quā tamcumque susceperint prædam, et quàm maxima fuerint vsi crudelitate aduersus Iudæos, vel Babylonii, aut quicunque alii, et postremò Romani, ac deinde sęuissimi Turcæ fuit eis velut somnium in visione nocturna: quomodo autem contingat dormientibus somnium, & quid conferat duobus patentibus exemplis in cibo, et potu ostendit hic Esaias.

Tex. 7. *Et sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit. & anima eius vacua est, sic erit multitudo omnium gentium quę dimicauerunt contra montem Syon.* Similitudo ista somniantis facilè potest ad litterā intelligi, quód sicut somnians expleta dormitione nihil reperit ex his quæ dormiens somniabat se habere, et potiri, sic quicumque militarunt contra Hyerusalem, nihil tandem firmi, et stabilis habuere absoluta expugnatione, præter quędam iocalia facilè consumptibilia. Alii volunt eos ita modice fuisse saturos. et contentos, vt rursus impugnare, et expugnare, ac absorbere uellent hanc ciuitatem. Verum hæc similitudo siue referatur ad cupiditatem militum, siue ad solamen, et refrigerium Ciuitatis Hyerusalem parum refert. Hoc tamen uelim scias, quæcumque diximus euenisse his, qui dimicauerunt contra Ariel, omninò euentura, et frequenter etiam euenisse aduersus eos, qui militarunt contra Ecclesiam Christi. Sic enim prædixit Esaias in fine

B textus nuper expositi; ita enim ait. Quòd quemadmodum quis in somno dicitur esurire, et comedere, sic etiam sitire, et bibere; sed postquam fuerit expergefactus adhuc sitit, et bibit, et anima eius idest uita eius vacua est, nihil inquàm habens eorum quæ in somnis habere videbatur, sed ut uulgo dicitur, si trouaua con le mani piene di Mosche sic inquàm erit multitudo omnium gen-

C tium, quæ dimicauerunt, et quæ post hac dimicabunt contra montem Syon idest contra Ecclesiam quæ (ut millies dictum est) designatur per Syon. Quarè non audeant infideles, non audeant Hæretici, neque homines maligni, et animis peruersi infestare Ecclesiā Dei, quoniam si quid aliquando fecisse uidebuntur, erit tandem uelut somnium. Sequitur in Textu. *Obstupescite, & admiramini: fluctuate, et uacillate, inebriamini,*

D *& non à uino, mouemini, & non ebrietate.*

Ita profectò habet textus noster: quāquam alii aliorum interpręttationem sequuti, legant pro tempore futuro uidelicet obstupescetis, & admirabimini, fluctuabitis &c. Sed hoc mihi non est curę, tametsi sensus esset lōge facilior ut scilicet Propheta non præciperet. quod ex se malum est uerum potius quod futurum est prædiceret. At quo

E niam ipse Dei spiritu afflatus. optimè præuidit quod futurum erat in Hębreorum populo, & in eorum primatibus quod scilicet nequaquam erant credituri vaticiniis Prophetarum, neque etiam intellecturi, tamquam Zelo ad indignationem commotus, alloquitur Scribas, & Phariseos, & quoscumque alios illius factionis homines & inquit

& inquit Obstupescite, & admiramini. fluctuate, & vacillate, eo sanè modo quo nos indignati diceremus alicui viro cõtumaci, & incorrigibili, abi in malam crucem, recede à me sicut dixit Christus ipsi Petro, vade post me Sathana.

Matt. 16.

Obstupescite igitur, ubi tamquam presentes & velut res iam existeret, qua commotus eiicit illos à se. d. obstupescite nunc, & velut confusi abite, prorsus ignari eorum, quę videtis, & auditis, extra vos ipsos exite, & ob tam mirabile factum suspensi ac dolentes estote (ob stupescere est attonitum fieri, & quodã modo insensibilem reddi) admiramini tamquam ignari tam grandis effectus, & mirabilium operum, quæ fecit ipse Deus in oculis vestris, ignari inquam estis & credere non vultis, & quamuis stupor sit admiratione longe grauior, & deterior hoc tamen loco admiratio notat aliquid maius: potest enim quis ex aliqua re nuper accidẽte satis obstupescere, & inde quærere causam Rei: At si quis post stuporem susceptum negligat causam effectus inquirere, & in ea ignoratione velit persistere admirari, dubio procul est multo magis culpãdus, quam qui tantum obstupescit. Sic etiam cum inquit. Fluctuate, & vacillate, i li nempe qui sunt inopes consilii, & oportuno remedio destituti fluctuare dicuntur, & vacillare, nunc quidem hunc, nunc illuc eorum cogitationes, & consilia dirigunt, sed frustra semper & perperam; Illi enim fluctuare dicuntur qui multitudine, & varietate negociorum, seù cogitationum ita perturbãtur, & agitantur, vt quid fieri expediat nequaquam percipiant, & qui sunt, vacillantes grandi laborant inconstantia et modo huc, modo illuc animum flectunt. *Inebriamini, inquit & non a uino mouemini, & non ebrietate.* Supra etiam si memores estis. diximus à pluribus causis aliquem inebriari præterquam à vino. Quidam enim vsque adeò suas opiniones, & fantasias diligunt, & sibi ipsis adiungunt. & quodam quasi modo copulant, vt nulla ratione, nullo consilio velint ab eis recedere: nec non & quidam ita honoris. & dignitatis obeundę cupiditatibus anhelant, vt nihil vn-

Obstupescere quid.

Fulctuare & uacillare quomodo dicãtur

A quam cogitent, nihil affectent, dere nulla alia loqui audiantur, nisi de modo, & ratione iusta, vel iniusta, qua illas assequi, vel auspicari valeant: isti ergo inebriantur, & non à vino, sed ab ingenti desiderio, & cupiditate rerũ, quæ animo versantur, mouentur, & non ab ebrietate, sed à multitudine, & confusione rerum, quæ illis occurrunt, & velut ebrii, & insensati, huc, atque illuc rapiuntur, & pertrahuntur, & hoc ideo quia

B *miscuit uobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos uestros, prophetas, & principes vestros, qui uident uisiones operiet.* Spiritum soporis illum esse existimo quo quis ita graui somno opprimitur, vt uix queat excitari, & cum fuerit excitatus, vel expergefactus velut attonitus, & penè mortuus appareat, sed quoniam aliqui textus legunt spiritum compunctionis. Et D Paulus Rom 11. sic etiam legit di

Rom. 11.

C cens dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, ut non videant, & aures vt non audiant usque in hodiernum diem, idcirco dicunt hũc spiritũ eũ esse, qui ita compungit cor conscientia male actorum, vt ferè exanimem reddat, et quandoque agnoscentes malum suum qui ita compunguntur ut agant pœnitentiam. dicantq; cum propheta. Conuersus sum in erumna mea dum conficitur spina.

D Quidam alii dicunt hunc spiritum compunctionis eum esse, quo quis, ita peccatis assuefit, & in eis inueterascit, vt quasi non possit nisi malũ operari instar eorum, qui puncti, & affixi vinculis, & clauis, ut nullo pacto se quæant dimoueri: sed quoniam D. Paulus in eum sensum qui mox dictus est accipit spiritum compunctionis, ideo omittantur aliorum sententiæ. Neque cuiquam mirum videatur nos tam accurate ver-

E ba prophetarum expendere, & considerare, quoniam ut inquit D. Basilius, non solũ verba, & orationes. sed nulla est littera, aut Syllaba in sacris litteris quę careat mysterio. Claudet oculos uestros prophetas, & principes vestros qui vident visiones operiet. Volunt aliqui exponentes hanc secundam particulã dictam esse per appositionem, hoc est

D. Basilius.

Domi-

Dominus claudet oculos veſtros, qui A ſunt prophetę, et principes veſtri, qui re uera ſunt oculi, et duces populorum qui ſi forte fuerint cœci, vna cum ſuis populis etiam cœcis in foueam cadent, Sed ego ſeorſum accipio iſtas particulas, quòd uidelicet Dominus claudet oculos veſtros vt nequaquã uideatis, nec intelligatis quæ veſtra referunt: et item operiet prophetas, et principes veſtros qui vident viſiones, quod ſi p prophetas, et principes Propheta intelli- B gat veros prophetas, et principes probos, et approbatos operiet quidem Deus eos, non ut ipſi nõ uideant, ſed quod eorum viſiones ita uelabit, et tenebris, ac difficultatibus inuoluet, ne alij eas intelligant, et percipiant At ſi per prophetas, et principes intelligat quoſcunque ſanctarum ſcripturarum interpræ tes, qui ſe mentiũtur eſſe prophetas, Deus illos operiet, id eſt excecabit ob eorum impietatem ne intelligant ſcriptũ C ram, et ne Chriſtum agnoſcãt, ſic et prĩcipes ſacerdotum, qui gloriabantur ſe quęcunq; prophetarum uaticinia exquiſite intelligere: ſic exponit D. Cyrillus Neq; fortaſsis eſt abſonum, ut per principes intelligamus duces ac rectores populorum, quibus etiam quandoque cõceſſum erat uiſiones, et reuelationes à Deo habere. Sicut ergo qui opertum habent caput uſq; ad humeros et collũ nihil vident, ſic uelamen poſitum ante D oculos prophetarum et principum impedit, ne quicquam ſupernorum myſteriorum intelligãt, quamuis alioqui, nõ ſint extorres, aut expertos horum donorum, ſed quandoque propter peccata populi principes, ac duces populorũ præpediuntur, ac detinentur à ſpiritu Dei, neque ſubditorum utilitati expediunt agnoſcere queant.

Tex. 9.

Sequitur. *Et erit uobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras, dicẽt lege iſtum: & ille reſpondebit non poſſum, Signatus eſt. enim Et da- E bitur liber neſcienti literas diceturq; ei, lege: et reſpondebit neſcio litteras.* Et erit inquã nobis, uobis quidem ſcribis et phariſeis non tamen omnibus, et quibuſcumque prophetis, ac doctoribus, uiſio omnium ſicut uerba libri ſignati, et clauſi

In his duobus uerſiculis hoc unum habetur, quòd liber. i. cognitio myſteriorum, et eorum quę ſunt futura de Meſſia uenturo, de euerſione, ac deſolatione Iudæorum, nec non de uocatione gentium, et de ſuprema gloria Beatorum, tam his qui litteras ſciunt, quàm qui neſciunt, tam rudibus, quã eruditis erũt uelut libri ſignati, id eſt libri clauſi, et ſigillati, qui neque à doctis neque ab indoctis poteſt ullo pacto legi; Quibus uerbis tacitæ cuidam obiectionĩ Scribarum occurit propheta, qui quidẽ dicere potuiſſet, nihil eos morari, quòd eorum oculos claudat, et ꝓhibeat prophetis, et ducibus, ne Dei reuelationes habeãt quãdoquidẽ habẽt cõtinuè prę man ibꝰ libros legis et oracula prophetarũ, unde poterunt pro arbitrio, quæ illorũ ſaluti cõueniant facilè perſpicere, dicit itaq; propheta libros õnes legis, et ꝓphetarum eſſe unum tãtũ Vnus. n. liber (inquit Cyrillus) eſt tota ſcirptura diuinitus afflata, et ab uno ſancto ſpiritu prodita: dicitur obſignata; quia nec ſciens litteras, neq; etiã neſciens, nim; uerborũ, & ſententiarũ poterit adipiſci, cum ſcriptum ſit, et decantatum: obſcurentur oculi eorum ne uideant, et dorſum eorum ſemper incurua. Verũ hic liber ita obſignatus, et clauſus aperiri non poterit, neque legi niſi uenerit Leo de Tribu Iuda radix Dauid, qui aperiet librum, et ſoluet ſeptem ſignacula eius: qui tandẽ uenit, et accepit de dextera ſedentis in throno librum, & qui aſtabant cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es Domine accipere librum, et aperire ſignacula eius. De hoc libro ſignato loquitur Euſeb. Cæſar lib. 8. demon. Euang. cap. 2. d. Quòd iſte liber erat clauſus et ſignatus, vbi claudebatur uiſio, et prophetia, ſed Dominus noſter uenit in hunc mundum, ut uaticinia quæ antea erant obſcura, & quaſi ſigno impreſſo clauſa aperiret, et latius explicaret, quo tẽpore ſuis diſcipulis aperuit ſenſũ, ut intelligerẽt ſcripturas, hoc eſt ꝙ d. Io. in Ap. Ecce uicit Leo de Tribu Iuda, et ipſe aperuit ſigilla libro appoſita quæ ſigilla, nihil aliud erãt niſi obſcuritates ꝓphetarũ quas cũ bene notas haberet Eſaias dixit. Et erunt

Pſ. 68.

Apoc. cap. 5

Euſ. Ceſ. de demon. 8 ca 2.

A erũt verba hæc tamquam verba libri si gnati. Potest etiam dici iuxta aliorum interprætationem Christum venisse, non solum vt explicaret legem,& prophetas,verum vt eas adimpleret, & cõsumationem afferret. finis.n. legis est Christus: Et ideo Signatus erat liber, quousq; ea quæ ibi scripta erant, & demandata, opere complerentur. Christus ergo aperuit librum: quia coepit facere, & docere. Christus Iesus non solum aperuit hunc librum Signatũ, sed B & ipse fuit eiusmodi liber, septem sigillis signatus, videlicet. Natiuitate; Circũcisione, Baptismi susceptione, miraculorum operatione, morte & sepultura, Resurrectione & in coelum ascẽsione. Et. D. Hiero. hoc loco notat quòd cũ magistri Iudæorum vsq; in hunc diem, neq. legere,& aperire signacula: & mysteria scripturarum pandere queãt, neq; ẽt populus indoctus,& ignarus legere possit, longe tñ leuius est imperitiam C fateri, quàm iactare prudentiam, & non posse scire quod dicitur; Sribæ ergo & Pharisei non intelligebant scripta prophetarum, quia noluerunt credere ipsi Christo, vt supra dictum est, nisi crediderítis non intelligetis: Causa uero, qua duri erant ad credendum, primum erat eorum iactantia, & inanis gloria, qua de se magna presumentes impudenter dixerunt: Nos Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi D locutus est Deus, hunc autem nescim' vnde sit. Et quamquàm dixerit aliquãdo Deus. Ego sum lux mundi; dum lucem habetis ambulate in luce, ut non tenebræ vos compræhendant, nihilominus non crediderunt, neq; vlla ratione sunt facti meliores, neq. se ipsis sapientiores, sed duri magis, & pręfracti postea effecti sunt. Taceo post hæc multa eorum scelera, & flagitia quibus impune scatebant, quippè quæ E intelligentiam Sanctarum scripturarum impediebant. Sequitur postea in textu.

Esa 7.

Iudeorum durities vnde processit.

Io: 8. cap.

De qualitate & numero horũ lib. vide infra 7. c. 1. 34. huius operis.

Et dixit Dominus, eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis.

Tex. 10.

Nescio planè quorsum apponat hæc verba ipse propheta, nisi forte quò ostendat veram, & propriam causam euersionis, ac destructionis vniuersæ gentis Iudaicæ, præter paucas illas reliquias, quæ secundum electionem gratiæ, & per Dei misericordiã saluæ sunt factæ: Iudęi nãq; mandatorum legis scientiã, ac profunditatẽ tenere se profitentes, in ore, ac lingua dumtaxat mãdata olim patrib' descripta habẽtes hac una re se colere Deum, & timere existimabant, eorum autem que, præcipua Dei ore tradita erant, nihil omnino præseferebant, ac sequenbatur. Et quamquam littera præsens uideatur, huius hypocrisis, aut temeritatis populum arguere, verũtñ existimandũ est Sacerdotes,& ministros templi priores. in eo diliquisse, & in causa quòd alii ĩteriores deliquerint omnino exitisse; qm̃ appropinquare Deo, & cultum exhibere, ei peculiare videtur esse ministrorũ templi: sic.n. habetur leuit. 8. Appropinquare fecit filios Aaron. Quod si timorem vllum, aut cultũ, siue religionis signũ erga me inquit Deus pręsetulerunt, non nisi mandato hominũ, & doctrinis p̃stiterunt, nõ ad pręscriptum diuinæ legis, & ipsius Dei volũtatẽ: sic.n. dicit hoc loco Esaias, cuius testimonio vtitur ẽt Dñs nr̃ aduersus eos Matth. 15. d, Hipocrite, bene prophetauit de vobis Esaias. d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ lõge est à me. Sine causa, hoc est absq; aliquo profectu colunt me, docentes doctrinas,& mandata hominum. Sed mirum quod D. Hyeronymus Exponens hanc auctoritatem dicit, Dominũ abusum esse hoc testimonio contra Phariseos in Euangelio Matthęi, quasi verò perperam,& impropriæ; seu præter rationẽ testimoniũ illud Dñs adduxerit: abuti enim aliquo est impropriè,& male uti: Dicunt aliqui D. Hieronymũ per hoc, vocabulũ abusum, intellexisse rectè usũ, sicut qñq Cicero usus est ẽt hoc vocabulo abuti. i. præclare,&. cõmode uti per figuram dictã chatacresim. Melius puto dicẽdũ D. Hieronymũ voluisse vti hoc vocabulo (abusus) q.d. accipere, uel trahere aliq vocẽ, seu orõnẽ in rẽ suã,

Leuit. 8.

Matth. 15.
Mar. 7.

& ad propositũ suum. Sic dicit dominũ abusũ esse verbis Esaię. Sed hoc omisso uideamus quid aliisenserit sup his uer bis d.n. Aug. d. Dominũ obcecasse Iudę os, ne res diuinas intelligerẽt, quia cole bãt eũ labiis, corde autẽ nolebãt, ꝑmisi ergo inquit Deus, vt non saluarentur, permisi, ut qui non per errorem sed per maleuolentiam verum vocarẽt fal sum, permisi (inquam) ut qui intelligen tes bonum fingebant se nõ intelligere vt facerent quod est malum, vt uere neque intelligerent bonum: & quẽadmodum d. Cyrillus non erat consentaneũ cognitione scripturæ diuinitus inspira tæ eos ditari qui illam contemnebant.

Cyrillus.

Ireneus super eodem textu sic inquit. Verba legis enunciabãt Iudęi, sed erant sine charitate, & cõsequẽter iniusti in Deũ, & in proximos: docebãt doctrinas hominũ. i. traditiones presbyterorũ, quas ipsi finxerãt vt frustrarẽtur legẽ Dei, ne essent ei subiecti. id quod d. Paul. Ignorãtes iustitiã Dei, & suã volẽtes statuere, iustitię Dei nõ erãt subiecti Vnde subdit. *Ideo ecce ego addã vt admirationẽ faciã populo huic miraculo grãdi et stupẽdo. Peribit. n. sapiẽtia a sapiẽtibus eius et intellectus prudẽtiũ eius abscõdetur.* Vbi nota ꝙ nõ dicit tex. peribit sapiẽtia à sapiẽtibus õnibus, sed à sapiẽtibus eius. i. à sapiẽtib⁹ istius gẽtis, & nationis stupidę, & peccatis inuolutę, & obtenebratę & hãc illis grauẽ iacturã cõtingere dicit Paul. 1. ad Cor. ex ipso Deo vbi dicit. Perdã sapiẽtiã sapiẽtiũ &c. vnde postea quęrit. Nõne stultã fecit Deus sapiẽtiã huius mũdi? cui q̃sito respõdẽs inquit Quia in Dei sapiẽtia nõ cognouit mundus per sapiẽtiã Deũ, placuit Deo ꝑ stultitiã prædicationis saluos facere credẽtes: hoc est. n. grande miraculũ s. homines eminẽtis doctrinæ, ac sapientię fieri homines rudes, & indoctos, sic & ex hominibus indoctis, et rudibus fieri homines sapiẽtissimos. Nec mirũ quia iã Xp̃s ipse apud Io: ca. 9. dixit ĩ iudiciũ veni ĩ hũc mũdũ, ut q̃ nõ vidẽt videãt & qvidẽt cęci fiãt: Gẽtes nãq; visũ recoperũt, Israel autẽ est obcæcat⁹ Aduertẽdum, autem (vt inquit D. Hyer.) ꝙ De⁹ nõ est inimicus sapientiæ, cũ eius pater sit, & per quẽ est omnis in hominibus

Ireneus.

Tex. 11.

1. Cor. 1.

Ioan. cap. 9.

D. Hyero.

A sapientia: sed Deus est inimicus sapientiæ populi, & prudentię Iudæorũ Aliquãdo tamẽ vt Clemẽs Alex. & Euseb. Cesar. vna cũ D. Paul arbitrãtur hic loqui Prophetã nõ đ sapiẽtia tm̃ quã psumebãt Iudæi, sed de sapiẽtia hui⁹ mũdi. Sed ut de nobis ipsis loquamur, cauẽdũ ẽ ne eodẽ vitio laborem⁹ et nos, vt. s. labiis tm̃ honoremus Deũ, corde verò lõgè sim⁹ ab eo. D. n. Chrysost. dicit. Quidã putãt sibi satis esse, si duos aut tres psal. B đ more recitẽt, de corde verò nõ exturbare, aut delere cogitẽt auaritiã, superbiã, ambitũ, & cætera huiusmodi vitia, quę coinquinãt hominẽ. Sũt plerq; ex nostris, q horarias preces nũquã omittunt, sacrã Synaxim singulo quoq; die celebrãt, nec ꝑtermittũt quouis negocio frequẽtare Ecclesias, & alia piorũ hominũ exercere officia, animo tñ & corde retinẽt passiones, & odia, & difficiles admodũ sũt in remittẽdis iniuriis. C Propterea caueam⁹ ne de nobis cõqueratur Deus, nosq; veraciter incuset, & dicat. Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eius lõge est à me. Deinde uidẽdũ est quomodo, & quã ob causã Deus perdat sapiẽtiã sapientũ, ut hoc loco dictũ ẽ. Cui dubio facilè potest respõderi ꝑ ea quæ dicta sũt, q̃nquidẽ Deus nõ absolute perdit hominũ sapiẽtiã cum oĩs sap̃ia à Dño Deo sit, sed eã tm̃ ꝑdit sapiẽtiã, q erigit se, & extollit cõtra sapi D entiã Dei, q̃ iuxtà doctrinã Paul. Apo stultitia est apud mundũ: quẽadmodũ, & sapiẽtia huius mũdi stultitia est apud Deũ: nec dubiũ quòd sapiẽtia qua gloriabãtur Iudæi, & cui confidebãt, stultitia erat apud Deum. Postremo dubiũ est de traditionibus, & mãdatis hominũ. nũquid omnia sint ĩdistĩctim reprobãda & reiicĩeda. Dicendũ est ꝙ nõ, sed ea tm̃ quę nihil ĩ se diuinũ habẽt, neq; ex lege & institutis Dei pẽdẽt, quæq; E nec pietatẽ, nec publicũ bonũ, & vtilitatẽ cõtinẽt; sed đ his seorsũ infra tractabimus. Sequitur tex. *Va, qui profũdi estis corde, ut à Domino abscõdatis cõsiliũ, quorũ sũt in tenebris opera, & dicũt. Quis uidet nos, & quis nouit nos?* Litera est plana vult. n. propheta explicare causas supplicioũ, quæ sũt ventura super populũ Iudaicũ, quo Deus appareat iustus in om-

Chrysost.

erũt verba hæc tamquam verba libri si A gnati. Potest etiam dici iuxta aliorum interpretationem Christum venisse, non solum vt explicaret legem, & prophetas, verum vt eas adimpleret, & cõsumationem afferret. finis.n. legis est Christus: Et ideo Signatus erat liber, quousq. ea quæ ibi scripta erant, & demandata, opere complerentur. Christus ergo aperuit librum: quia coepit facere, & docere. Christus Iesus non solum aperuit hunc librum Signatũ, sed B & ipse fuit eiusmodi liber, septem sigillis signatus, videlicet. Natiuitate; Circũcisione, Baptismi susceptione, miraculorum operatione, morte & sepultura, Resurrectione & in coelum ascẽsione. Et. D. Hiero. hoc loco notat quòd cũ magistri Iudæorum vsq; in hunc diem, neq. legere, & aperire signacula: & mysteria scripturarum pandere queãt, neq; ẽt populus indoctus, & ignarus legere possit, longe tñ leuius est imperitiam C fateri, quàm iactare prudentiam, & non posse scire quod dicitur; Sribæ ergo & Pharisei non intelligebant scripta prophetarum, quia noluerunt credere ipsi Christo, vt supra dictum est, nisi crediderítis non intelligetis: Causa uero, qua duri erant ad credendum, primum erat eorum iactantia, & inanis gloria, qua de se magna presumentes impudenter dixerunt: Nos Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi D locutus est Deus, hunc autem nescim⁹ vnde sit. Et quamquàm dixerit aliquãdo Deus. Ego sum lux mundi; dum lucem habetis ambulate in luce, ut non tenebræ vos compræhendant, nihilominus non crediderunt, neq; vlla ratione sunt facti meliores, neq. se ipsis sapientiores, sed duri magis, & pręfracti postea effecti sunt. Taceo post hæc multa eorum scelera, & flagitia quibus impune scatebant, quippè quæ E intelligentiam Sanctarum scripturarum impediebant. Sequitur postea in textu.

Esa 7.

Iudęorum durities vnde processit.

Io: 8. cap.

De qualitate & numero horũ lib. uide infra 5. c. 1. 34. huius operis.

Tex. 10.

Et dixit Dominus, eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis.

Nescio planè quorsum apponat hæc verba ipse propheta, nisi forte quò ostendat veram, & propriam causam euersionis, ac destructionis vniuersæ gentis Iudaicæ, præter paucas illas reliquias, quæ secundum electionem gratiæ, & per Dei misericordiã saluæ sunt factæ: Iudęi nãq; mandatorum legis scientiã, ac profunditatẽ tenere se profitentes, in ore, ac lingua dumtaxat mãdata olim patrib⁹ descripta habẽtes hac una re se colere Deum, & timere existimabant, eorum autem quę, præcipua Dei ore tradita erant, nihil omnino præseferebant, ac sequebatur. Et quamquam littera præsens uideatur, huius hypocrisis, aut temeritatis populum arguere, verũtñ existimandũ est Sacerdotes, & ministros templi priores in eo diliquisse, & in causa quòd alii ĩteriores deliquerint omnino exitis se; qm̃ appropinquare Deo, & cultum exhibere, ei peculiare videtur esse ministrorũ templi: sic.n. habetur leuit. 8. Appropinquare fecit filios Aaron. Quod si timorem vllum, aut cultũ, siue religionis signũ erga me inquit Deus pręsetulerunt, non nisi mandato hominũ, & doctrinis p̃stiterunt, nõ ad pręscriptum diuinæ legis, & ipsius Dei volũtatẽ: sic.n. dicit hoc loco Esaias, cuius testimonio vtitur ẽt Dñs nr̃ aduersus eos Matth. 15. d, Hipocrite, bene prophetauit de vobis Esaias. d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ lõge est à me. Sine causa, hoc est absq; aliquo profectu colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Sed mirum quod D. Hyeronymus Exponens hanc auctoritatem dicit, Dominũ abusum esse hoc testimonio contra Phariseos in Euangelio Matthęi, quasi verò perperam, & impropriæ; seu præter rationẽ testimoniũ illud Dñs adduxerit: abuti enim aliquo est impropriè, & male uti: Dicunt aliqui D. Hieronymũ per hoc, vocabulũ abusum, intellexisse rectè usũ, sicut qñq Cicero usus est ẽt hoc vocabulo abuti. i. præclare, &. cõmode uti per figuram dictã chatacresim. Melius puto dicẽdũ D. Hieronymũ voluisse vti hoc vocabulo (abusus) q.d. accipere, uel trahere aliq̃ vocẽ, seu orõnẽ in rẽ suã, & ad

Leuit. 8.

Matth. 15.
Mar. 7.

& ad propositũ suum. Sic dicit dominũ abusũ esse verbis Esaię. Sed hoc omisso uideamus quid aliisenserit sup his uerbis d.n. Aug. d. Dominũ obcecasse Iudęos, ne res diuinas intelligerẽt, quia colebãt eũ labiis, corde autẽ nolebãt, pmisi ergo inquit Deus, vt non saluarentur, permisi, ut qui non per errorem sed per maleuolentiam verum vocarẽt falsum, permisi (inquam) ut qui intelligentes bonum fingebant se nõ intelligere vt facerent quod est malum, vt uere neque intelligerent bonum: & quẽadmodum d. Cyrillus non erat consentaneũ cognitione scripturæ diuinitus inspiratæ eos ditari qui illam contemnebant.

Cyrillus.

Ireneus super eodem textu sic inquit. Verba legis enunciabãt Iudęi, sed erant sine charitate, & cõsequẽter iniusti in Deũ, & in proximos: docebãt doctrinas hominũ. i. traditiones presbyterorũ, quas ipsi finxerãt vt frustrarẽtur legẽ Dei, ne essent ei subiecti. id quod d. Paul. Ignorãtes iustitiã Dei, & suã volẽtes statuere, iustitię Dei nõ erãt subiecti Vnde subdit. *Ideo ecce ego addã vt admirationẽ faciã populo huic miraculo grãdi et stupẽdo. Peribit. n. sapiẽtia a sapiẽtibus eius et intellectus prudẽtiũ eius abscõdetur.* Vbi nota qđ nõ dicit tex. peribit sapiẽtia à sapiẽtibus õnibus, sed à sapiẽtibus eius. i. à sapiẽtib⁹ istius gẽtis, & nationis stupidę, & peccatis inuolutę, & obtenebratę & hãc illis grauẽ iacturã cõtingere dicit Paul. 1. ad Cor. ex ipso Deo vbi dicit. Perdã sapiẽtiã sapiẽtiũ &c. vnde postea quęrit Nõne stultã fecit Deus sapiẽtiã huius mũdi? cui q̃sito respõdẽs inquit Quia in Dei sapiẽtia nõ cognouit mundus per sapiẽtiã Deũ, placuit Deo p stultitiã prædicationis saluos facere credẽtes: hoc est. n. grande miraculũ s. homines eminẽtis doctrinæ, ac sapientię fieri homines rudes, & indoctos, sic & ex hominibus indoctis, et rudibus fieri homines sapiẽtissimos. Nec mirũ quia iã Xp̃s ipse apud Io: ca. 9. dixit ĩ iudiciũ veni ĩ hũc mũdũ, ut q̃ nõ vidẽt videãt & q vidẽt cęci fiãt: Gẽtes nãq; visũ recepẽrũt, Israel autẽ est obcæcat⁹ Aduertẽdum. autem (vt inquit D. Hyer.) q̃ De⁹ nõ est inimicus sapiẽtiæ, cũ eius pater sit, & per quẽ est omnis in hominibus

Ireneus.

Tex. 11.

1. Cor. 1.

Ioan. cap. 9.

D. Hyero.

A sapientia: sed Deus est inimicus sapientiæ populi, & prudentię Iudæorũ Aliquãdo tamẽ vt Clemẽs Alex. & Euseb. Cesar. vna cũ D. Paul arbitrãtur hic loqui Prophetã nõ d sapiẽtia tm̃ quã plu mebãt Iudæi, sed de sapiẽtia hui⁹ mũdi. Sed ut de nobis ipsis loquamur, cauẽdũ ẽ ne eodẽ vitio laborem⁹ et nos, vt. s. labiis tm̃ honoremus Deũ, corde verò lõgẽ sim⁹ ab eo. D. n. Chrysost. dicit. Quidã putãt sibi satis esse, si duos aut tres psa. d more recitẽt, de corde verò nõ exturbare, aut delere cogitẽt auaritiã, superbiã, ambitũ, & cætera huiusmodi vitia, quę coinquinãt hominẽ. Sũt plerīq; ex nostris, q horarias pręces nũquã omittunt, sacrã Synaxim singulo quoq; die celebrãt, nec p̃termittũt quouis negocio frequẽtare Ecclesias, & alia piorũ hominũ exercere officia, animo tñ & corde retinẽt passiones, & odia, & difficiles admodũ sũt in remittẽdis iniuriis.

Chrysost. B

C Propterea caueam⁹ ne de nobis cõqueratur Deus, nosq; veraciter incuset, & dicat. Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eius lõge est à me. Deinde uidẽdũ est quomodo, & quã ob causã Deus perdat sapiẽtiã sapientũ, ut hoc loco dictũ ẽ. Cui dubio facilè potest respõderi p ea quæ dicta sũt, q̃nquidẽ Deus nõ absolute perdit hominũ sapiẽtiã cum oĩs sapiã a Dño Deo sit, sed eã tm̃ pdit sapiẽtiã, q̃ erigit se, & extollit cõtra sapi

D entiã Dei, q̃ iuxtã doctrinã Paul. Apo stultitia est apud mundũ: quẽadmodũ, & sapiẽtia huius mũdi stultitia est apud Deũ: nec dubiũ quòd sapiẽtia qua gloriabãtur Iudæi, & cui confidebãt, stultitia erat apud Deum. Postremo dubiũ est de traditionibus, & mãdatis hominũ. nũquid omnia sint ĩdistĩctim reprobãda & reiiciẽda. Dicendũ estq̃ nõ, sed ea tm̃ quę nihil ĩ se diuinũ habẽt, neq; ex lege & institutis Dei pẽdẽt, quæq;

E nec pietatẽ, nec publicũ bonũ, & vtilitatẽ cõtinẽt; sed d his seorsũ infra tractabimus. Sequitur tex. *Væ, qui profũdi estis corde, ut à Domino abscõdatis cõsiliũ, quorũ sũt in tenebris opera, & dicũt. Quis uidet nos, & quis nouit nos?* Litera est plana vult. n propheta explicare causas suppliciorũ, quæ sũt ventura super populũ Iudaicũ, quo Deus appareat iustus in om-

nibus operibus suis. & inquit in psona Domini loquens. Væ, qui profundi estis corde, homines qui putatis neminem scire, aut penetrare cogitationes vestras & putatis Deum latere consiliū vestrū, consiliū, s. quo decreuistis tradere hominē iustū. operire, & celare uirtutes & mirabilia eius attribuētes ea principi Demoniorū & abscondere, ac obtegere resurrectionē filii Dei, corrūpere quærētes pecunia qui custodiebāt sepulchrū; putabatis (īquā) hęc vestra cōsilia fore semper occulta, & nūquam in lucē proditura: cōsilia ergo vestra quæ abscondita fore putabatis a domino, & opera quæcunque uestra mala in tenebris erant, idest in obscuritate posita, aut potius ī tenebris, quia digna erāt tali præmio, & tali hospitio. Et dicunt. Quis videt nos, & quis nouit nos? O miseri insipiētes, & cæci, q finxit oculū nō cōsiderat, & qui plantauit aurem nō audiet? *ps. 92.* forte putabatis, ꝙ nullus hominū uidet neq; vos nouit, propterea Deum nō videre? & si nullus hominū videat, Deus autem quem latere nihil potest, omnia videt, & omnia sunt nuda, & aperta oculis eius. Nouit ergo Deus cogitationes vestras, consilia vestra, & quicquid aduersus eum molimini, propterea subdit. *Peruersa est hęc uestra cogitatio quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me, & figmentum dicat fictori suo, non intelligis.* q.d. quemadmodum nō potest scamnū aut lapis reductus ī aliquod opificiū, vel opus, dicere factori suo, nō fecisti me, nihil habes cōmune mecum, à te non pēdeo, sic nos haudquaquā dicere possum⁹ ipsi Deo, nō sū opus tuū, nō sum factura tua, & cōsequēter nos, & omnia nostra pēdēt à Deo, nec potest quicquā eius potētiā, atq; voluntatē subterfugere, neue quicquā latere eius intellectū, & sapiētiā, nā neq; figmētū potest dicere fictori suo, nō ītelligis. q.d. nō sapis non me cognoscis, nihil abs te habeo, & cōsequenter nihil eorū quæ sunt in me tua refert, nec ad te spectat. quēadmodū ergo in rebus istis inanimatis credēdū est nullū opus, aut nullū effectum opponi posse, et contradicere factori suo, ita profectò sentiēdū est de quacūque creatura rationali respectu Dei: id quod clarius declarat Apost. ad Rō. ca. 9. cū inquit. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? nūquid dicit figmentū ei qui se finxit quid me fecisti? sic an nō habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere aliquod vas ī honorē, aliud verò in cōtumeliā? Vnde & hic idē proph. c. 45. videtur īsinuare d. Nūquid dicet lutū figulo suo quid facis? & opus tuū absq; manibus est? sensus ergo horū verborū est, ꝙ Iudæi, & quicūq homines lōgissime fallūtur, & toto cęlo aberrāt, si existimāt se qcquā agere cōtra cōsilium Dei, & eius quoquo pacto volūtatē subducere. & quēadmodū nō potest vas ab artifice rationē expetere, cur se sic finxerit, sic nec Iudæi, neq; quisq; hominū potest cōqueri de Deo, neq; rationē exigere, cur sic me finxerit, & creauerit, cur. s. me uas ī honorē, illud verò ī cōtumeliam: nisi dicamus ꝙ siquē reprobauerit, & dānauerit suo id merito effecerit, siverò saluū, & ptiosū reddiderit sua gratia id fecisse credēdū ē. Vnde Aug. plurib⁹ ī locis sic dicit. Quos Deus castigat iustitia castigat, quos verò liberat, sua gratia liberat; q nō liberatur agnoscit debitū, qui liberatur gratias agit; sic qui dānatur nō habet quid reprehēdat, quia suo merito dānatur. & Ambr. sic & ipse hūc locum interpretatur; Nā quēadmodū in potestate figuli est quale velit ex luto opus cōficere, vel honorificum, aut vile vel abiectū, sic Deus ex massa, qua hominē creat, potest aliquē edere seruū, aliquē verò liberū, & magnū. Vasa. n oia vnius sūt substātiæ, sed uolūtate auctoris differunt honore; sic & apud Deū, sed hoc differunt figulus, & Deus, quia in figulo, vel opifice est sola voluntas & cōplacētia, in Deo vero uolūtas cum iustitia. Deinde ponit Esa. aliud signum, & stupēdum quoddā miraculū cōmutationis populorum, ꝙ. s gētes ad lucē puenient, siue deducētur, & Iudæi qui erāt populi Dei, & qui soli sapiētes habebāt, in tenebris manebunt, & reiecti erunt a gratia Dei. id autē quibusdā methaphoricis locutionibus ostēdit dicēs. *Nonne adhuc in modico, & in breui cōuertetur libanus i Charmel, & Charmel in saltū reputabitur?* Pro huius ītellectū breuiter scire debe-

Rom. cap 9.

Amb.

Tex. 11.

Libanus debetis,Libanũ (sm̃ Cyrillũ) esse mõtẽ
Phęnicię,cuius incolę erãt homines su
Charmel perstitiosissimi,dediti Idololatrię.Char
mel autẽ erat mõs Iudeæ,& erat locus
(ut superius quoq; dixisse meminimus)
delitiosissim⁹, & significat hũc populũ
Iudęorũ:dicit ergo.ꝙ ĩ modico & ĩ bre
ui.i.quã citissime,& multo prius quam
putatis,fiet ista cõ mutatio,siue cõuersio
aut trãspositio ꝙ Libanus qui est mons
siluestris, & locus inaccessibilis,& rece
ptaculũ ferarũ,ĩ Charmel,qui est locus
fertilis,ac delitiosus cõuertetur,& ẽ cõ
tra.qu ẽadmodũ si dicamus locũ aliquẽ
vbi pulcherrimũ sit pomeriũ;pulcherri
mis arboribus cõsitũ in locũ aliquẽ ste
rilẽ,& immundũ cõuertatur,quẽadmo
dũ facilè est reperire in variis locis, et
ego pleraq; vidi eiusmodi sortẽ ꝑtulisse
& hoc est ꝙ gentes quæ erãt steriles, &
ĩmundæ apphẽdẽt lucẽ,& veritatẽ euã
gelicam,& Iudęi qui erant populus Dei
& in lege enutriti,efficientur mancipia
Diaboli,& forte multo peiores quã fue
rint Idolatrę atq; id est in causa,ꝙ qñq;
Libanus,& cedri Libani cõmẽdãtur in
scripturis,& accipiũtur ꝓ Ciuitate Hye
rusalẽ,& pro Israelitis,qñ .s. Charmel
fuerit conuersus in Libanũ;hic tãdẽ vi
des miraculũ grãde & stupendum, qđ
admirationẽ,& stuporẽ addet, nõ solũ
populo huic Iudaico,sed vniuerso orbi,
& in sęculis omnibus superuenturis,de
quo supra dixit ipse Deus,quia populus
iste labiis tãtum me honorat,& corde,
ac spiritu lõge abest à me,ideo subdi-
dit. *Ecce ego Addã &c.* Primũ ergo mi-
raculum fuit.perdã sapientiã sapiẽtum
& prudẽtiã prudẽtiũ abscõdã; ita vȝ
qui soli ꝑ aliis sapiẽtes habebãtur,sint
destituti õni rerũ cęlestiũ cognitione
Alterũ ꝙ uasa,quæ erãt cõfecta ĩ hono
rẽ,cõmutentᷣ in uasa contumeliæ.Ter
tiũ quoq; miraculũ est, Libanũ mutatũ
in Charmelũ,Charmel in Libanũ; hoc
est,popul⁹ gẽtiũ erit popul⁹ Dei,popul⁹
Deo gratus ac dilectus,populus autem
Iudęorum reputabitᷣ in saltũ .i. in locũ
desertum opprobriosum,ac despectũ.
Et hoc est ꝙ paucis uerbis ĩnuebat pro
pheta iuxtà tex. 70. Iterp qui sic habet.
Ecce ego addã vt cõmutẽ populum i-
stũ, & commutabo eos,mutatus est er-

A go populus Iudaicus,& factus est cibus
vulpium & immundorum spirituum.
Mutatus est à recto sensu in mentẽ re-
probã,à gloria in ignominiã,à fortitu-
dine in infirmitatẽ,a sapiẽtia in stulti-
tiã Nec ibi tãtum hãc mirabilẽ rerum
mutationẽ estuidere:sed frequẽterĩquo
cũq; sęculo,& apud quascumq; gẽtes,et
precipue in Vrbe Roma, qui prius erat
alicuius seruus,eius domin⁹ efficitᷣ.& ẽ
B cõtra. et qui uidit ac expertus fuit,testi
monium ꝑhibuit, & testimonium eius
est uerum.Sequitur tex. *Et audient in die*
illa surdi uerba libri,& de tenebris & caligi
ne oculis cęcorũ uidebũt. Et addẽt mites in
Domino lætitiã,& pauperes homines in san
cto Israel exultabunt &c. Hoc certe est a-
liud ingens miraculum,præter ea quę
mox enarrata sunt:Et hoc est illud ꝙ
Dominus iussit referri ad Io:Bap. cum
audisset in uinculis opera Christi.d.cæ Matth.c.11.
C ci vident,claudi ambulant,& surdi audi
unt etc.Id profecto eueniet,et manife-
stum erit cunctis gentibus posteaquã
fuerit facta ista cõuersio,seu permuta-
tio de qua nunc dictum est.Audiẽt sur
di verba libri,qui olim erat clausus, et
signatus,nec poterat legi,neque aperi-
ri, audient inquã, surdi,quibus non
dum prædicatum erat Euangelium,ne
que cœli misteria patefacta ; audient
quidem et intelligent, et dicto obedi-
D ent.Et de tenebris peccatorum,et den-
sa caligine ignorantię oculi cæcorum
eruti,ac liberati videbunt. De tenebris
inquit et caligine quo ostendat in quã
profunda,et tetra ignorantia uersaban
tur Gentiles,cum tamen Iudęi lucem
aliquã,quamuis perexiguam haberent,
erant inquam gentes in tenebris,et ca-
ligine,quia ignorabãt propter peccata
esse damnatum humanum genus,mor
talitatẽ,corruptionem,omnẽq; uitę hu
E ius miseriã putabãt non esse supplicia
culpę,sed cõditiones naturæ.at quãdo
Christus uenit in hunc mundum, de te
nebris nos vocauit in admirabile lumẽ
suum,verumtamẽ dum in propria .i.in
peculiarẽ gentẽ venit, non receperunt
eum .d autẽ textus.et audient in die il
la gloriosa,et tamdiu cum ingenti desi
derio expectata,addent mites in Domi
no lætitiam,hoc est multipliciter læta-

bũtur, & gaudiũ sup gaudiũ habebunt, neq; vnquã lętari desinent, aut desistẽt ob tãtã & tã magnã gratiã eis collatã qua s. digni erũt possidere terrã uiuentiũ: iuxta illud Matth. 5. beati mites q̃m ipsi possidebũt terrã. Mites illi dicunt q̃ de se ipsis non præsumũt, nõ extollũtur, humiliter colla submittũt, & Dei volũtati libẽter obediũt & sm̃ Aug. li. 1. de ser. Dom. in mõte. Mites sũt qui cædũt im̃pbitatibus, & nõ resistũt malo, sed vincunt in bono malũ. *Et pauperes homines in sancto Israel exultabunt*; exultabũt inquã, in Domino in Christo Iesu lętabuntur in cubilibus suis, hoc est in suis mãsionibus, & nõ in alia re quapiã. Dicũtur isti pauperes pauperes inq̃; spiritu, q nõ superbe sapiunt, neq; de suis meritis gloriantur, quorum tutelam, & ꝓtectionem præcipuam Deus perpetuo habere videtur, & suæ pauptatis, & mo pie præmium est regnum cœlorũ, iuxtà illud Matth. 5. Beati pauperes spiritu qm̃ ipsorum est regnum cœlorũ: d. pauperes spiritu, nõ pauperes sm̃ corpus, & de his qui diuitiis corporalibus indigent, & rerum necessariarum patiuntur inopiam, sed de pauperibus spiritu, & de his omnibus, qui propter iustitiam, ab aliis sunt oppressi. Possunt. n. quidã sm̃ corpus pauperes esse, & nihil habere, mentis tamen affectu diuites, et superbi: quorum quidem nequaquam est regnum cœlorum. Et potest quispiam multis opibus abundare, & tamen esse pauper spiritu. i. humilis ac timẽs Deum, & consequenter capax Regni cœlorum. Dicuntur etiam Christi fideles pauperes, & egeni, quia reliquerunt omnia propter Christum, & patiẽter ferũt omnia ꝓp ipsum, de quibus nunc loquitur propheta ostendens eorum lætitiæ, & exultationis causam. d. *Quoniã defecit qui præualebat, consummatus est illusor & succisi sunt omnes, qui uigilabant super iniquitatem, qui peccare faciebant homines in uerbo, & arguẽtem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto.* Quoniam inquam defecit, qui multum præualebat, propterea uos mites, & pauperes potestis in Dño gaudere, et exultare; quia te uera magna est lætitię ratio, quando quis diu à potentiori oppressus eo tandem mortuo, aut uiribus debilitato subleuatur Nos. n. valde cruciamur à principe huius mundi, cuius potestas nulli super terram potest comparari. At cum fuerit foras eiectus, et arma eius ablata, et spolia quibus confidebat, destributa, nos erecti sumus, et liberati. Nec solum de principe tenebrarum isthęc intelligi possunt, verumetiam de ipsismet principibus sacerdotum, Scribarum, et Phariseorum qui suis lenocinus ac blandimentis à vero Dei cultu populum auertebant, quia vniuersus populus Iudæorum olim præualebat aduersus Christum, et suos fideles; quandoquidẽ vbiq; locorum eos insectabãt cõuitiis lacessebant, et ut eos omninò deprimerent, et opprimerent, nihil non agebant. Defecit autem cum Christus surrexit, et ascendit in cœlum, et cœpit eius nomen diuulgari per orbem, tunc. n. Christus omnium magister, et iudex illorum uersutiam detexit, et eius, q antea præualebat, magnopere ĩminuta est potẽtia, et cõsumptus est illusor, hoc ẽ ipse Demõ, qui illudit mẽtes hominũ, ac demẽrat. Aliq tex. habent cõsumatꝰ est q ꝓualebat. i. munus suum finem habuit, iam pfectum est, cõsũmatum est, nihil ãplius iuris habet in nos, ipsi quoq; prĩcipes sacerdotũ, et legis doctores q miseris hominibꝰ illudebant, et imponebant, uerũ legis sensũ puertentes, succisi sũt oẽs, q vigilabãt sup iniquitatẽ, deleti sũt oẽs, obrũcatę eorũ vires, q diligẽtes erãt sagaces, et studiosi ĩ ppetrãdis iniq̃tatibꝰ, neq; ut suis satisfacerẽt cupiditatibus quicq̃; operis omittebãt, q ẽt peccare faciebãt homines ĩ verbo, dñi. s. illud puertebãt, et aliud ꝓ alio suggerebant: nã cũ lex præceperit honorãdus esse parentes, illi sic dicebant. Munus quodcũq; est ex me, tibi ꝓderit. peccare faciebãt ĩ uerbo, quia. s. eũ blasphemabãt, et eos q credebãt verbũ esse Dei filiũ, lesę maiestatis reos accusabãt, qm̃ arguebant ipsũ verbũ cũ diceret se esse filiũ Dei, et tẽplũ esse destruẽdũ et ĩ triduo reędificãdũ: Vel peccare faciebãt ĩ uerbo, quia cogebãt homines ad ferendũ falsum testimoniũ cõtra Christum cogebant quoq; Iudices ad ferẽdã sẽtẽtiã cõtra ipsum, et arguentem in

quoq;

Aug. li. 1. de de ser. Dom.

Matth. 5.

quoque Iudices ad ferendam sententiã contra ipsum, etarguẽtem in porta supplantabant, eum videlicet, qui publicè delinquentes arguebat, & uitia damnabat ipsi supplantabant, et ferè pedibus conculcabant, & pro nihilo eum haberi hominibus suadebant, contra quos Amos propheta testimonium affert. d. Odio habuerũt corripientem in porta, & delinquentem perfectè abominati sunt. Christus.n. Dominus noster, & eius Apostoli fuerunt ii, qui in porta.i. palàm, in templo, in Synagoga, in uicis & plateis vitia reprehendebãt scribas, & Phariseos arguebant. Sic.n. dicit Christus apud Ioan, 18. ego palàm locutus sum in mundo, ego semper docui in Synagoga et in tẽplo, quo omnes Iudęi conueniunt, et in occulto locutus sum nihil: fuerunt n. mille modis irrisi, supplantati, et deniq; crudeliter necati. Et tandem declinauerũt frustra à iusto .i. in iustitiã, iniquitatem, & impietatẽ deflexerunt, & hoc quidem frustra.i. absq; causa, absq; vllo fructu, et vtilitate quin potius cũ irreparabili eorũ detrimẽto putabant n. se aliquid premij fortassis cõsequturos, si pp Cesarẽ declinabant à iusto.i. à Christo hoc est.n. nomẽ quod vocabunt eum. dominus iustus noster, declinabant ergo ab eo, cum dicebant ei, noli dicere Rex sum Iudeorum, nos .n. non habemus Regem nisi Cesarem Sed miseri, & plusquã omnes infœlicissimi sua spe sunt frustrati. Et uide, ac enumera, quot mala, et incommoda sunt humano generi allata, postquam defecit, qui præualebat, primum quidẽ consumatus est illusor: Deinde succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem, & qui peccare faciebant homines in verbo negantes verbum Dei etiu cœlo ponentes os suum. Postremo abrasi qui arguentem in porta supplantabant. Vnde sequitur. *Propter hoc hæc dicit Dominus ad domum Iacob qui redemit Abraham, non modo confundetur Iacob. nec modo vultus eius erubescet, sed cum uiderit filios suos opera manuũ mearũ i medio sui sanctificantes nomen meũ & sanctificabũt sanctũ Iacob, et Deũ Israel prædicabunt, et scient errantes spiritu intellectum, et musitatores discent legem.* Mihi

Amos. 5.

Tex. 14.

A hi videtur hoc loco Prophetam Dei tutelam aduersus Iudæos conquerentes de diuinis promissionibus, factis ad Abraham et domui Iacob quod.s. eorum soboles perpetuo sit duratura, et eorũ semen futurum sicut arena maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Cum tamẽ ex prophetarum vaticiniis prospexerint gentes earũ promissionũ hæredes futuras. d. ergo Propheta. Ille Deus qui redemit Abrahã ab Idolatris

B et eduxit eum de ur caldeorũ, is ille inquã faciet, et prouidebit, ne Iacob confundatur, nec vultus eius erubescat, quasi fuerint Dei promissiones irritæ, et vanæ & ipse populus Iacob fuerit à Deo delusus, atq; deceptus; sed tunc non modo.i. nõ eo tempore quo vaticinabatur Esaias, sed postea cũ.s. affuerit ipse Messias: tunc, inquã cum Iacob viderit filios suos non secundum carnẽ tantũ, sed secundum spiritum opera manuũ Dei,

C hoc est eius virtute in medio sui, hoc est coram ipsis Israelitis. sanctificantes nomen meum, et sanctificabunt sanctũ Iacob.i. Deũ ipsum qui sanctificat domũ Iacob, et dicent et prædicabũt, ac indefesse laudabunt Deum Israel: quod.n Discipuli Christi, qui ex Iudæis secundũ carnẽ descendũt in medio nationis Iudeæ miracula edent, audacter prædicabunt euangeliũ, nulli dubium quod pleriq; Iudæorũ sanctificabunt nomẽ

D Dei, iuxta illud. Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuũ, et prędicabũt Deũ Israel, ita quod qui prius ex Iudæis impie loquebantur de Christo temporis ꝓgressu vidẽtes opera Christi, et Apostolorum qui Apostoli, et quorum miracula suntopera manuum Dei, cum videbunt orbẽ conuersũ, Idola cõtrita, gentium errorem ablatum, sua peccata cognoscent, suam impietatem fatebũtur, et deniq; sanctificabunt

E nomen Dei, et Deum Israel prędicabũt errantes spiritu hoc est gentes quę nullum certum numen habebant, sed spiritu vagabãr, ciruibant, et errabãt, et scient intellectum, hoc est acquirent veram intelligentiam, et notitiam ueritatis: ut Musitatores, hoc est, nebulones et Irrisores, qui omnia prophetarum vaticinia contemnebant discent legem,

& acquirent notitiam veritatis, ita ferè omnes exponunt hanc partem. vt .s. in his vltimis verbis quæ postremo loco selegimus, propheta primum loquatur de reliquiis Iudęorum, quæ aliquando saluabûtur; in fine autem huius particulæ sermo habeatur de conuersione gentium, imo nonnulli veteres totam hanc partem ad vocationem gentium volunt referri, cum in principio huius particulæ dicat, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham idest qui redemit populum gentium, qui benedictus est in semine Abraham qui est Christus, vnde Abraham est nominatus pater multarum gentium, pater nationum non vnius tâtum gentis, Ego autem non sum tanti, vt valeam redarguere, aut reiicere expositiones tantorum virorum. Sed quoniam vnicuiq; licet illud explicare, quod sentit, modo non sit contra fidem, et sanctę Ecclesię absolutam determinationem, Ego sû A in hac sententia, ut hoc loco propheta vaticinetur primum de conuersione Iudæorum propter uerba quæ hic dicuntur, et sub his etiam subintelligere velit, & inferri vocationem gentium. Nec dubium quòd quidam ex Iudæis sunt, et fuerunt filij ipsius Abraham, et secû dum carnem, et secundum spiritum, & egressi pariter de domo Iacob: isti quidem prius errabant corde, in corde.n. et corde locuti sunt: at cum intrabit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit, quod autem Iudæi pariter, et gentiles fuerint aliquando mussitatores, detractores nihil approbantes. quicquid audiunt vel legunt sugillantes, et murmuratores, ac illusores prophetarum, testis est Paul. epist. ad Titum cap. 2.d. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, et seductores, et maxime qui sunt ex circumcisione, ubi manifeste loquitur non solum de Gentibus uerum et de Iudæis. Tit. cap. 2.

CAPVT TRIGESIMVM

1. VAE filij desertores, dicit Dominus, ut faceretis cõ
silium, et non ex me: & ordinemini telã, & non
per spiritum meum, ut adderetis peccatum super
peccatum qui ambulatis, ut descendatis in Ae
gyptum, & os meum non interrogastis, sperantes
auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in
vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionẽ;
2. & fiducia vmbrae Aegypti in ignominiam. Erant enim in Tans
principes tui, & nuncij tui usque ad Hanes peruenerunt. Omnes
confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit: non fuerũ
in auxilium, & in aliquam vtilitatem sed in confusionem, &
3. in opprobrium. Onus iumentorum Austri. In terra tribulatio-
nis, & angustiæ leaena, & Leo ex eis, uipera, & regulus volans
portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super
gibbum Camelorum Thesauros suos ad populum qui eis prodes-
se.

se non poterit. Aegyptus enim frustra, & vane auxiliabitur:
ideo clamauit super hoc: superbia tantum est, quiesce. Nunc *er*
gò ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara 4.
illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in aeternum
Populus *.n. ad iracũdiã prouocans est, & filii mendaces, filÿ nolẽ* 5.
tes audire legẽ Dei. Qui dicunt vidẽtibus: Nolite videre & aspi
ciẽtibus nolite aspicere nobis ea, quae recta sunt: loquimini nobis
placẽtia, videte nobis errores. Auferte á me viã, declinate á me se
mitã, cesset á facie nostra sanctus Israel. Propterea *haec dicit sã*
ctus Israel: pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in 6.
calumnia, & in tumultu, & innixi estis super eo; propterea
erit vobis iniquitas haec sicut interruptio cadens, & requisi-
ta in muro excelso, quoniam subito dum non speratur, veniet
contritio eius. Et comminuetur sicut conteritur lagena, figuli
contritione perualida; & non inuenietur de fragmentis eius
testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur pa
rum aquae de fouea. Quia *haec Dicit Dominus Deus sanctus Is-*
rael: si reuertamini, & quiescatis, salui eritis; in silentio, & 7.
in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis: dixistis: Nequaquam
sed ad equos fugiemus: ideò fugietis. Et super velóces ascen-
demus: ideò velociores erunt, qui persequentur vos. Millae 8.
homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinque fugie
tis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis,
& quasi signum super collem. Propterea *expectat Dominus, ut*
misereatur vestri: & ideò exaltabitur parcens vobis: quia De 9.
us iudicii Dominus: beati omnes qui expectant eum. Popolus
enim Syon habitabit in Hierusalem: plorãs, nequaquã plorabis
miserãs miserebitur tui: & ad vocem clamoris tui statim, ut au
dierit, respondebit tibi: Et dabit vobis Dominus panem ar-
ctum, & aquam breuem: & non faciet auolare á te vltra
doctorem tuum: & erunt oculi tui uidentes praeceptorem tuum.
Et aures tuae audient verbum post tergum monentis: Haec est
uia, ambulate in ea: & non declinetis neq; ad dexterã neq; ad Si
nistram. Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, &
vestimentum coflatilis auri tui, & disperges ea sicut immun-
ditiam menstratae. Egredere *dices ei; Et dabitur pluuia semi-*
ni tuo vbicumque seminaueris in terra; & panis frugum terrae 01.

erit uberrimus, & pinguis: pascetur in possessione tua in
11. die illo agnus spatiose; & tauri tui & pulli asinorum, qui ope
rantur terram commistum migma comedent sicut in area
12. ventilatum est. Et erunt super omnem montem excelsum,
& super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum
in die interfectionis multorum cum ceciderint turres. Et
erit lux lunae sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter
sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus
populi sui, & percussarum plagae eius sanauerit. Ecce nomen Do
13. mini uenit de lóginquo, ardens furor eius, & grauis ad portādū
labia eius repleta sunt indignatione, & līgua eius quasi ignis de
uorās, spiritus eius velut torrens inundans usq; ad mediū colli ad
perdēdas gētes in nihilū, & frenū erroris, quod erat in maxillis
populorum. Canticum erit uobis sicut nox sanctificatae sollemni
tatis, & laetitia cordis, sicut qui pergit cum tibia ut intret in mō
tem Domini ad fortē Israel. Et auditam faciet Dominus gloriā
uocis suae, & terrorem brachij sui, ostendet in comminatio
ne furoris, & flamma ignis deuorantis, allidet in turbine, & in
lapide grandinis. A uoce enim Domini pauebit Assur
14. uirga percussus. Et erit transitus virgae fundatus
quam requiescere faciet Dominus super eum in
tympanis, & cytharis; & in bellis praeci
puis expugnabit eos. Præparata est
15. enim ab heri Tophet, á rege
praeparata, profunda,
& dilatata Nu-
trimenta ei
us, ignis,
& lingua multa; fla-
tus Dominus sicut
torrens sulphu
ris succen-
dens eā.

EXPLA-

EXPLANATIO IN TRIGESIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *VAe fily desertores, dicit dominus, ut faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum.*

INTENTIO prophetę in præsenti capite pspicua est, et satis manifesta quod attinet ad primam partem. In 2. verò consolatur: Et multa prædicit ac pollicetur. Prius ergo minatur et prædicit graues iacturas, & magnas calamitates ijs omnibus euenturas, qui spræto Dei consilio, & fauore in ullis creaturis fiduciam constituunt: Et quoniam sensus iste spiritualis, et verus alicui rei iam factæ, aut aliquando efficiendæ innititur; propterea sciendum varias in hoc fore opiniones expositorum: Constat enim explano literæ intellectu Prophetam contra Iudæos hoc in loco acriter inuehi, qui neglecto, et post habito prophetarum consilio in maximis periculis constituti ad Aegyptios confugerunt. Sed quo tempore, et ob quã caussam istud contigerit variæ sunt opiniones. D. Hieronymus opinatur Esaiam loqui aduersus paucos illos qui post captiuitatem Babylonicam interfecto Godolia, qui fuit à rege Nabuchodonosor suffectus in regem super his qui remanserunt in Iudæa, pro securitate Caldeorum, nec & ipsi propter illud facinus essent trucidati, aut in captiuitatem adducti, in Aegyptum confugere decreuerunt, & quod hoc loco prædicit Esaias, contigit post centum quinquaginta annos, quo tempore fuit Ieremias, qui hoc ipsum fuit vaticinatus, vt facile est videre à cap. 41. inclusiuè usq; ad 46. itidem inclusiuè. Quidam alij existimant prophetam aduersus Oseam regem Israel verba facere; quippequi fertur misisse nuncios ad regem Aegypti, vt ferret ei suppetias aduersus regem Assyriorum, cui singulo quoq; anno tributum præbere cogebatur, à quo magnopere liberari cupiebat, & hac ratione mouentur; quia nuncij quorum meminit in hoc cap. missi á rege Israel, absq; vllo impedimento peruenerunt vsq; ad Hanes. Qui autem metu Caldeorum, ne.s. ab eis mali quicquam paterentur exules & effugitiui recesserunt, non tamquam tuti; & pacifici ibi moraturi sunt eò profecti cuius rei historia habetur 4. Reg. 17. Verum hæc ratio non cogit hanc opinionem esse omnino veram. Non enim cogimur ex hoc textu hos nuncios de quo hic loquitur Esaias, asserere eos fuisse quos legimus fuisse missos ab Osea ad Sua regem Aegypti. Propterea dicunt alij, Esaiam loqui, & vehementer indignari aduersus eos, qui sub rege Sedechia voluerunt rebellare aduersus regẽ Nabuchodonosor, nixi auxilio, & subsidio regis Aegypti, de qua re habes historiam apud Hierem. cap. 37. Cyrillus autem putat hoc dictum à propheta, quoniam denunciato bello, & pugna; & Rege Assyriorum contra Iudæos arma mouente, ipsi confugerunt ad Aegyptios, eorumq; opem implorarunt, cum longè melius illis cõtulisset, Deũ placare, & à sceleribus quibus Deum offenderant abstinere, & protinus ad meliora se conuertere: bona quidem, &

(Margin: A, B, C, D; D. Hyeronymus.; Cyrillus.)

& recta est huius opinio, sed non liquet de quo bello Assyriorum propheta fuerit locutus, neuè quo tempore istud contigerit: Idcirco, vt tutius procedamus à sententia D. Hier. existimo non esse recedendum. Hoc tamen supposito, quod de quocunq; Iudæorum errato, seu defectione loquatur Esaias, suũ hoc vaticinium referatur ad illud tempus, quò peruersi, & pertinaces Iudæi à Christo domino defecerunt, & aduersus ipsum consilium attulerunt dicentes. Quid facimus quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic; venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Vbi quidam ex his qui erat Pōtifex anni illius sententiam tulit.d. Expedit vnum hominem mori pro populo, et non tota gens pereat; hoc est illud consilium, de quo loquebatur Deus Gen cap.49,d. In consilium eorum non veniat anima mea. Hoc est cōsilium de quo loquitur Ezechiel. 11. cap.d. fili hominis hi sunt uiri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consiliũ pessimum in vrbe ista dicentes &c. non igitur sine causa dicit Esaias aduersus eos ex persona domini d. Væ filii desertores (hoc est) filii rebelles, apostatę, ac perduelles, & domini, & creatoris vestri proditores. Væ igitur uobis ut faceretis consilium & non ex me i. non ex uoluntate mea aut me sciente, seu consulto, vel accersito, aut præter, & contra edictum meum, & in quo nullam partem habeo: fecistis inquam cōsilium in quo decreuistis occidere virum, & vestra in uoluntate murum suffodistis; & ordiremini telam & non per spiritum meum, quod nihil est aliud, quam ex vobis ipsis, & ex genio vestro aliquid moliri, & pertractare & non per spiritum meum, sed iuxtà spiritum & voluntatem propriam: priuata commoda tantum præ oculis habētes, & de Dei bonitate ac potentia, nihil omnino præsumentes: id quod agentes euenit *ut adderetis peccatum super peccatum* Vbi nota quod illa dictio, vt, non est (ut reor) capienda quasi notet causam, sed potius vt rei effectum, & consecutionem dicit; namq; uero non est simile, ut Iudæi, Domini con-

Gen. 49.
Ezech. cap. 11.

Filÿ desertores: per quos nonnulli intelligũt claustrales qui ob leuē causam, & inanem fiduciā recedunt à claustro, & hi propriè dicuntur desertores, & apostatæ.

A silium præterirent ob eam causam, ut adderent peccatum super peccatum, sed ex eo quod non ex Deo consilium inibant, peccatum super peccatum additum fuit. Potest etiam dici quoniā frequenter vnum peccatum est causa, & origo alterius, quòd Dei cōtemptus causa esset, ut aliud peccatum perpetrarent & peccatis peccata adderent. Super quo quidam exponentes dicūt, hac ratione eos peccatum super peccatum

B addidisse, quia .s. primo peccarunt de Deo diffidentes; deinde in humano auxilio collocantes fiduciam, Alii, peccatum super peccatum addiderunt, quoniam multa scelera antea pepetrarunt per quæ Deo permittente ad idolatriā se contulerunt, & ij sunt qui blanditiis peccatorũ attracti, se conuertunt ad fabulas & doctrinas hęreticorum. Sed melius est ad Christi tempora eiusmodi vaticinium referendo, quòd pecca-

Peccatũ addere peccato.

C tum supra peccatum addidere, quia primum interfecerunt Sāctos prophetas, qui vt aliquos fructus ex eis colligerēt missi erant: Deinde in ipsum patrem familias, & hæredem manus iniecerūt; neq; solum peccatum supra hoc peccatum occidendo Christum addidere; verum etiam pactum cum custodibus pecunia corruptios iniere, vt dicerēt Christum noctu ab Apostolis fuisse suffuratum: neq; id solum, sed et Apostolos

D eius, & quoscūq; fideles sunt psecuti; sic itaq; patet quo nā pacto peccatũ sup peccatũ addidere. Deinde sequitur, & explicat illud, in quo maxime conquerebatur Deus, & diuinæ eius maiestati summopere displicebat .d. *Vos qui ambulatis ut descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxiliũ in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Aegypti*. Vos qui ambulatis qui iam aggressi estis iter, qui pro

E peratis ut descendatis in Aegyptum, & vates, & prophetas meos per quorũ ora mentem meam aperio, & notifico non interrogastis, neq; consuluistis: & quāquam aliquem ex prophetis meis consulueritis vtpotè Hieremiam proph: longe tamen secus atq; ipse præceperit voluistis efficere, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, existimantes

mantes, & pro comperto habentes illius uirtutem, & potentiam vobis omnino suffragaturam, quod cum multo aliter fuerit euenturum, propterea dicit. Habentes fiduciam in vmbra Egypti. Id quod clarius declarat per verba sequentia, cum inquit. *Et erit uobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia umbra ægypti in ignominiam*: quandoquidem Aegyptii non solum eos nó iuuarunt, sed deriserunt potius, & velut timidos, & imbelles iudicarunt. Præterea quod & ipsi Aegyptij fuerũt ab Assyrijs, atq; etiam a Caldeis postea deuicti, & spoliati; melius ergo erat Iudæis sperare in domino, quàm confidere in homine, & ponere carnem brachium suum. Notat hic D. Hier. q; Esaias bis meminit fortitudinis Pharaonis, ut scilicet per hanc repetitionem voluerit innuere maximam, & formidabilem ipsius virtutem, & potentiam vt sic magis ostenderet nullam esse tã grandem fortitudinem, quæ possit resistere diuinæ voluntati. iuxta illud ps. Quis similis tui in fortibus Domine terribilis &c.

Digreßio de vmbra super caput 30. Esaiae.

CVm in hoc capite 30. insurgat propheta, & coarguat Iudæos, quia spreto Dei consilio omnem spem suam in fortitudine, & potentia Regis Aegypti constituerunt, dicens ex persona Dei: vos os meum non interrogastis, habentes fiduciam in Vmbra Aegypti, & in fortitudine Pharaonis. Mihi satis congruum esse videtur, ut de ratione, & qualitate, multiplicique significatione ipsius vmbræ latius aliquid dicamus, quandoquidem hæc uox (umbra) non semper in malam, sed in bonam quandoque partem sumatur. Præscire itaque oportet quid sit vmbra quid conferat, quos effectus producat, & quam uarias habeat significationes.

Vmbra quid. De primo dicimus vmbram non esse corpus aliquod solidum, permanens, aut stabile, neque ullam habere existentiam; sed (vt dicunt quidam) est fluxus quidam tenebricosus, non autem tenebra, quia hæc differt ab umbra, quoniam vmbra requirit alicuius luminis, super aliquod corpus opacum incidentis præsentiam, tenebra verò nequaquam, sed omnem luminis carẽtiam poscit, & significat. Quandoque verò pro eodem accipiuntur tenebra, & vmbra, sed cum additione, ut dicatur vmbra mortis. Sicut habemus in Cant. Zach. Lucæ primo, et ps. 87. posuerunt me in laco inferiori, in tenebris, & umbra mortis. Vbi quid per vmbram mortis propriè, et verè intelligatur paulo post dicemus. Vmbra igitur, cum causetur à lumine solis, et Lunæ, & vterque istorum Planetarũ semper moueatur et sit in continuo motu; vmbra quoque non eodem in loco perpetuò manet, sed ad motum illorum, corporum transit et ipsa, ac mouetur, Beatus Aug. super psal. 62. d. et ipse vmbram causari á corpore opaco, et lumine: unde quandiu corpus illud manet circunfusum lumine solis, aut lunę, ipsa quoque manet. Philosophi tamen, vt Auerroes in libro destructionum. disp. 3. in solutione 2. dubii aduersus Algazelem, negat umbram causari à corpore, nisi impropriè, et abusiuè, quoniam corpus non est separatũ ab ea, agens verò separatur ab eo cuius est agens, hoc est ab effectu, vel à re acta. Homo uerò, et quodcunque aliud corpus opacũ, nõ separatur ab umbra. Sed ego existimarẽ posse dici corpus nó agẽs propriũ, et immediatũ ipsius vmbrę, sed potius esse cãm sine qua nõ: ita quod posito corpore, necessario fluat, et emanet ipsa umbra. Verũ quæ propriè fuerit mens Auer. non potest facilè percipi, quoniam (ut rectè inquit Suessanus) in expositione illius loci, locutiones Arabicæ sunt adeò difficiles, et obscurę, ut uix intelligi possint. Sed quicquid sit de hac Auer. sententia, satis constat à corporibus opacis, lumine circumfusis, vmbras emanare, quę quidem umbræ, quid conferant, vel quos effectus producant, non est difficilè perspicere. Constat enim umbrã quandoque protegere, & defendere corpora animata, & quandoque etiam inanima-

Auer. in libro destructionum.

inanimata ab æstu solis, & nimio calore concussa. Solet etiam quandoque refrigerare, & consolari, dum quis est ab itinere fessus, & defatigatus: non nunquam verò infrigidat, & tepefacit. Reperitur etiam quandoque umbra quicquam aliud referre, ac representare, seù designare, quamquam nihil ultra videatur vtilitatis afferre corporibus adiacentibus.

Dicitur etiam vmbra quandoque decipere, & pretereuntes fallere, dum videntes vmbrā aliquam existimamus ibi aliquid subesse, vel subsistere, & tamen nihil horum est: & quemadmodū affirmāt aliqui plerumque videtur umbra alicuius corporis, non tamen videtur corpus, cuius est vmbra. Vnde nō ab re dixit Ar. 5. meth. tex. 34. Vmbras (videlicet) picturas, & somnia esse admodum falsa, quatenus non subsunt res, quarum habent similitudinem. Est & alius effectus ipsius vmbrę nequaquā silentio prætereundus, quòd scilicet nū solum protegit, & defendit ab æstu solis, & refrigerat: sed quandoque ita fouet, & reficit adeuntes, ut nunquam inde cupiant amoueri, sed perpetuò sub ea degere, & quiescere. Et quemadmodum tot varios habet effectus, ita etiā varias habet significationes. Quod quidem vmbra protegat, & defendat non solum ab æstu solis, verum ab ærumnis, et laboribus, quæ vehementer hominem excruciant testis est Elias 3. Reg. 19 qui fugiens minas Iezabelis perrexit in desertum uiam vnius diei: cumque venisset, & sederet subter vnā Iuniperum, petiuit animæ suæ ut moreretur. Similiter legimus de Iona, cap. 3. cum fugeret à facie domini fecit sibi met vmbraculum, et sedebat subter illud in vmbra, donec uideret, quid accideret Ciuitati; et post pauca legitur ꝙ Deus præparauit hederam, quæ ascenderet super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, et protegeret eum.

Arist 5. meth. tex. 34.

3. Reg. 19.

Cum igitur umbra producat hunc effectum, et conferat hoc bonum, cōuenienter significat etiam protectionē, fauorem, et subsidium, quòd quisquam in alio cōstituit, vel in se ipso; qui enim bonum omne in se ipso cōstituit,

A ut refert Esaias de Assur. cap. 10. aut in quauis creatura plurimum quidem fallitur, et decipit, contra quos loquitur Salomon Sap. 5. d. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia? transierunt omnia sicut vmbra. De hac eadem vmbra loquitur hoc loco Esaias cum inquit, repræhendens Iudæos, ex persona Dei. Os meum non interrogastis, habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Et Dauid psal.

B 145. Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non est salus. Ergo in solo Deo nobis omnibus est confidendum: propterea dicebat etiā Dauid. Sub umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. Et alibi. In vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Hoc est verum tutamen, hoc est nostrum refugium, sub hac vmbra nos quiescere, et

Dauid psal 145.

psal. 16.

psal. 56.

C dormitare debemus. Qui verò sub umbra huius mundi delitescunt, et conquiescere cupiunt, sunt homines criminosi, impudentes, elati, et multis sceleribus obnoxij. De quibus loquebatur Salomon sap. 15. Sic in errorem induxit nos mala artis cogitatio, et umbra picturæ. Vita etiam hæc mortalis, et mundana, est etiam vmbra, in qua non est confidendum: De qua Dauid. Homo vanitati similis factus est, dies

D eius sicut umbra prætereunt 143. et alibi. Dies mei sicut umbra declinauerunt, et ego sicut fęnum arui. 101. Prętereamus hanc vmbram, et accedamus ad eam, sub qua uerè protegi, et defendi poterimus ab omnibus angustiis, et afflictionib⁹, ab his qui nos oppugnāt. Vmbra ergo dū significat protectionē, qualis est protectio; talis est umbra, et eo modo est capienda, ut si queramus et pręcemur esse, et viuere sub Dei pro

E tectione vmbra in bonam partem sumitur, si secus in malam. Quemadmodum ergo vmbra dicitur protegere ab ęstu, et calore solis, et ab angustijs, et afflictionibus, quę quādoque nostris corporibus grauem afferunt molestiā, et passionem; sic etiam nos interdum ab itinere et labore fessos, et fatigatos, refrigerare solet, et ab æstu, et calore

solis

solis corporei recreare. Hęc quidem A
vmbra quæ nos refrigerat ab aestu caloris
interni, & tentationum mundi, carnis, & Diaboli, nihil est aliud nisi gratia, & fauor spiritus sancti, qui nos tuetur ab huiusmodi caloribus. De qua vmbra loquitur Esaias cap. 32. dum inquit. Et erit uir, qui absconditur à vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta. Hæc vmbra
Aug. ps. 67. iuxta D. Aug. ps. 67 fuit spiritus san- B
ctus, qui obumbrauit Beatam Virginem, ut non carnaliter concupiscendo, sed spiritualiter credendo conciperet filium Dei, & quoniam vmbra causatur à lumine, & corpore, homo accessit Deo, tanquam corporis lumini, & credentes in eum umbra protectionis operuit. Et quia diximus vmbram quandoque corpora nostra tepefacere, & infrigidare, quod quidem contingit dum quis degit sub vmbra arborum, pe- C
nes aquas existentium, & præsertim vbi sunt paludes aquarum; sic etiam mysticè loquendo dicitur vmbra, qua remittimus calorem charitatis, & frigescimus, & varijs peccatorum generibus inquinamur. Sicut etiam dixit sal
Matth. 24. uator noster Matth. 24. quòd abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. De hac umbra locutus est
Iob. 40. Iob. cap. 40. cum dixit, de ipso Beemoth, qui dormit sub vmbra ī secreto D
calami, & in locis humentibus. Quę
Greg. 33. mor. cap. 3. omnia D. Gregorius libro Moral. 33. cap. 3. refert ad ipsum Demonem, & ad eos qui sunt membra eius. Dicit enim quòd dormit sub vmbra in secreto calami, idest in illorum cordibus, qui intus ut calami sunt charitate, & pietate vacui, foris autem per quandā uirtutis speciem apparere nituntur: quiescit etiam in locis humētibus quoniam loca humida (inquit ipse cap. 5. E
eiusdem libri) sunt mentes hominum terrenorum, quas humor carnalis concupiscentiæ replet, & fluidas reddit. Vnde duo sunt uitia quę humano generi immaniter dominantur, unum spiritus, aliud carnis. Elatio namque ut hypocrisis, & superbia spiritum erigit, Luxuria carnem corrumpit. Sub hac vmbrā delituit Adam, & quieuit quando post peccatum perpetratum inter arbores paradisi ad auram post meridiū absconsus iacebat, ut habetur Gen. 3. Gen. 3.
Aura enim illa dicit Greg. frigida potius, quam calida erat, quia post meridiem. Vmbra igitur quandoque infrigidat, & hac ratione fugienda potius, quam appræhendenda esse videtur.

Dicitur etiam communiter umbrā aliquid repræsentare, seù indicare. Certum est enim, & omnibus manifestum dum aliquanto eminus inspicimus aliquam vmbram, mox conijcimus ibi, vel propè esse aliquod corpus, siuè hominis, siuè cuiusuis alterius animalis, quod deinceps nihil esse quod putabamus. Hac ratione dicimus legem veterem umbram fuisse futurorū bonorum, ut dicit Apostolus ad Hæbreos, 10. videlicet. Vmbram habet lex futurorum bonorum, non ipsam Heb. 10.
imaginem rerum; vbi notat D. Aug: quòd licet vmbræ transeant, non tamen ea quæ figurant, & repræsentant transire dicuntur. Est ergo lex uętus vmbra quædam nouę legis. Est & alius effectus quem facere vmbrā nos quandoque perspeximus, quòd scilicet nonnumquam decipit, & fallit. Videmus enim quandoque aliquam vmbram penes quā existimamus aliquid esse, verumtamen non id quod credimus, & imaginamur, sed longè quid aliud, ac diuersum existit. Huius rei exemplum habemus libro Iudicū cap. 9. ubi dixit quidam. Vmbras mō Iud. 9.
tium uides, quasi capita hominum, & hoc errore deciperis. Videbat enim umbras è montibus deductas, & existimabat eas referre capita hominum. Sic etiam diximus supra ex sententia Arist: 5. Meth. Vmbras, picturas, & Somnia esse falsa. Et fortaßis Arist: per vmbras intelligebat spiritus quosdam, qui sub quadam umbra loquebantur, & dabant responsa; quæ velut sacrilega sacramenta detestabatur Aug: ut ut ipse dicit libro 10. confessionum cap. 35. Per eiusmodi genus vmbrarū designantur, & referūtur homines fraudulenti, mendaces, & hypocritę, qui habent speciē quandam pietatis, fidei, & re-

& religionis; at reuera sunt subdoli, fallaces, & impii, speciem tantum humanitatis, & sanctitatis habentes. Veritatem autem omnem abnegātes, & sūt ex eorum numero, qui dormiunt in secreto calami.

Postremo loco (ut memoriæ tenacius insigatur) volumus hic apponere vltimum, & præstantissimum quem facit vmbra effectum, quòd scilicet nos tandem fouet, & reficit, & plenè recreat, consolidat, & confortat: sub qua perpetuo manere, & ad quam celeriter confugere, & properare nitendum est. Et hęc umbra nulla est alia pręstātior, & excellentior, atq; optabilior nisi gloria cęlestis patrię, & paradisi; sub quà certissimè quiescere, foueri, et a quacūque molestia perpetuò liberi, immunesque erimus. De qua umbra forte loquebatur sapiens Cantic 2. in persona Ecclesiæ, aut electorum d. sub umbra illius, quem desideraueram sedi, et fructus eius dulcis gutturi meo. Hic quidam locus, seù mansio vbi perpetuò sumus quieturi Deo duce, et auspice, satis impropriè dicitur umbra, sed quatenus ibi tuti quiescimus, et ab omni perturbatione liberi sumus, modo quodam appellata est umbra. *Cant. 2.*

Sed uideamus quò differt ab umbra mortis. Frequenter enim legimus in sacris literis umbram mortis disiunctam ab umbra seorsum accepta: quēadmodum Esaiæ. 9. Ambulantibus in Regione umbrę mortis lux orta est eis. Et in Cant. Zach. Lucæ primo. Illuminare his qui in tenebris, & umbra mortis sedent. Dico igitur breuiter, quòd mors ipsa potest appellari vmbra mortis, vt sit constructio intransitiua, idest vmbra mortis, umbra quę est mors, quoniam mors transit, quemadmodum & umbra cito transit: iuxtà illud Sap. 5. Transierunt omnia tanquā vmbra. Dicitur secundò vmbra mortis ignorantia, & carentia cognitionis Dei. De umbra mortis sic accepta loquebatur Dauid d. Posuerunt me in lacu īferiori in tenebrosis, & umbra mortis. Vbi secundum Aug. loquitur de his, qui erant in tenebris ignorantiæ cognitionis diuinæ. Sic etiam Esaias. *Esai. 9.* *Luc. 1.* *Sap. 5.* *psal. 87.*

A Tertio dicitur umbra mortis, separatio animæ à Deo per peccatum, de qua vmbra mortis loquebatur Iob. cap. 28. d. lapidem caliginis, & umbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante. *Iob. 28.*

Postremò dicitur umbra mortis, tribulatio huius mundi, quia est præsagiū mortis subsequentis. De qua umbra loquebatur Dauid ps. 22. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo B &c. Dicitur etiam secundum D. Tho. doctrina, & facta Hęreticorum umbra mortis, quia portant secum imaginē mortis, & Diaboli. Sed redeuntes ad id quod dicebamus, propheta insurgit aduersus Iudæos, qui confidebant in umbra Aegypti, propterea diligenter nobis pręcauendum est, ne telam unquā ordiamur, neuè quicquā moliamur, aut agere præsumamus quod non sit p spiritum Dei, aut saltim non sit, neque C tractetur contra eius præscriptum, & voluntatem ex sacris literis, vel patrū traditionibus nobis abunde pręmostratam, certi, quòd quicquid faciemus, modico admodum tempore persistet, atque durabit, atque ideo ipsis telæ comparat ipse propheta, quecunque p industriam nostram absque Dei numine, seù ductu nobis comparamus. Vnde Iob. cap. 8. legitur. Nunquid viuere potest scirpus absque humore, aut D crescere carectum sine aqua? sic uię omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes Hypochritæ peribit. Et postmodum subdit. Sicut tela aranearum fiducia eius, & verè quidem, velut tela aranearum est hominum uita, quia sicut illę pendent in aere, & facile scinduntur, ac proiectę in terram pedibus conculcantur, ita propemodum nostra est uita, sic sunt cogitationes, & opera, quæ citra Deum, & secluso eius numine, ab uno E pendent homine. Hi sunt veri desertores, & apostatæ qui neglecto Deo in angustijs, & tribulationibus constituti, ad humana præsidia confugiunt. Hi sunt similes Iudæis, qui præ timore hostium volebant in Aegyptum descendere, & illic detineri, quos propterea increpat ipse propheta d Os meum nō interrogastis, sperantes auxilium in forti- *psal. 22.* *Iob. cap. 8.*

fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Aegypti: vbi fauores, robur, ac potentiam Pharaonis appellat umbram. Hęc est umbra illa de qua hactenus locuti sumus, quæ scilicet est ex eo genere vmbrarũ ad quas, haudquaquam est confugiendum.

Dubium ex textu.

At ob ea quæ diximus nõ absque causa dubitatur. Num semper oporteat in his quæ sumus facturi os domini interrogare, & eius voluntatem consulere? cui dubitationi facile (ut puto) potest respondere. Quoniam si quid cõtra eius legem & proximi vtilitatem agere decernimus, profectò Deus non est consulendus, neque eius voluntas perquirenda, quia non est Deus iniquitatem volens, & iustus est dominus, & iustitiam dilexit. Verùm si quis aggrediatur, & tentet quicquam agere, quod vel in Dei honorem, & gloriam cedat, vel in commodum, ac vtilitatem proximi, & in his præsertim quæ aliquam secum difficultatem ferunt, debemus omnino Dei voluntatem exquirere cõsulendo viros probos, Dei seruos, & amicos orationibus, ac suffragijs causã nostram, & nos ipsos Deo commendare. v. g. Si quis velit arctiorem uitæ rationem auspicari, aut sacros ad ordines promoueri, vel arduum aliquod opus inchoare, veluti conciones ad populum habere, libros sacros interpretari, aut publicè docendi munus obire, debet cum primis Deum præcibus adire, & supplex eum præcari inspiret eius mentem, ac illumine, vtiq; sibi vires conferantur, onus sibi commissum diligenter, & vtiliter exequendi: Quemadmodum de D. Thoma Aquinate legitur, quòd nunquam se lectioni, aut scriptioni dedit nisi post orationem; & in difficultatibus locorum sacræ scripturæ enodandis, ad orationẽ ieiunium adhibebat. Si quis etiam velit iter capere, aut uxorem ducere, uel ad aliquas dignitates, seu mynisteriũ aliquod assumi, debet in primis Deum implorare, vti legimus vndecim Apostolos effecisse, dum in locum Iudæ proditoris alium eligere decreuerunt, quo cõpleretur numerus duodenarius. Itẽ si quis princeps velit indicere bellum, & arma mouere aduersus improbos, & rebelles populos, aut se ab hostibus tueri, debet itidem Deum consulere & pręcibus interpellare, ut in veteri testamẽto multorum extant exempla quemadmodum legitur 2. Reg. cap. 5. fecisse Dauid, qui præliaturus cõtra Philisteos, aut potius eorum armis resistiturus rogauit Deum, & consuluit, nunquid esset pugnaturus aduersus eos. Nec minus etiam post Christi aduentum apud christianæ fidei professores factum legimus, videmus, & audiuimus, sic & in priuatis quibusq; causis factitare debemus, quemadmodum Dauid præcari solebat d. Dirige gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.

Mos D. Th. penes sacrarum scripturarũ studia.

2. Reg. ca. 5

Neq; illorum sententiæ acquiescas, qui ex hoc loco perperam intellecto, eliciunt homini Christiano nihil esse præcipiendum, aut faciendum, nisi ex sacris literis habeatur, quoniam quãuis textus ita habeat: væ his, qui faciunt consilium et non ex me, aut os meum non interrogant, non ideo sequitur, nihil omnino fieri debere, aut credi, qđ in sacris literis non exprimatur, quando multa nos facere, & credere oportet ad salutem necessaria, quæ in sacris literis non continentur. Credimus. n. tres personas in diuinis a se inuicem realiter distinctas; nullibi tamen in sacris literis euidenter exprimitur. Sic etiã dicimus, & prædicamus spiritum sanctum à patre, & filio non tanquam à duobus principiis, vel authoribus, sed velut ab vno procedere: nusquam tamen id habes in sacris literis apertè demostratum. Quod Christus post mortem ad inferos descenderit, & inde Sanctos Patres eduxerit, ex scriptura diuinitus inspirata non habemus, quamquam sacra eloquia non contradicant. Præterea nos vbiq; dicimus, & prædicamus gloriosam Dei Matrem, & spõsam perpetuò mansisse incorruptam; id tamen non aperte legimus apud sacros authores, quando non defuerint, qui hanc certissimam veritatem negare ausi fuerint. Sunt pleraq; alia huius generis dogmata, quæ firma fide credimus, & amplectimus, quorum tamen

Nõ quæcunque facim^9 ex sacris literis sint petenda.

Sacrę

Sacrę literę nullum afferunt euidēs te stimoniū. Cœterū inquit Basilius. Quis nobis ex sanctis uiris reliquit scripta verba inuocationis illius, quæ fit in designatione panis Eucharistiæ, & benedictionis calicis, quibus tamen ecclesia a multis annis reuerenter, & sanctè uti consueuit? Præterea, quis nos docuit in sacrosancta synaxi pro uita functis offerre sacrificium? Quis instituit, dum sacrificium missæ peragitur, nunc erectis, nunc flexis genibus coram altari decenter assistere? Quis itē docuit, cum domo egredimur, aut cum aliquid sinistrum offendimus signo crucis nos muniri, & signari? Nullus quidem codex Sanctarum scripturarum, sed sola traditione veterum patrum, & vniuersalis ecclesiæ hoc facimus, & ritè facimus. Multa quidem nos docuere Apostoli, non solum verbo, verum etiam scripto, ut D. Pau. 2. Tesal. cap. 2. ait. Tenete fratres mei traditiones quas didicistis siuè per sermonem, siue per epistolam nostram: quin & ipse Christus Dominus, & pręceptor noster multa docuit uerbo, quę non sunt literis mandata, ut habetur Ioan. 20. & 16. Multa inquit habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, propterea dicit. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit uos omnem veritatem. Præterea si Christus post passionem suam præbuit se ipsum viuum discipulis suis in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, ut habetur Act. 1. Nonne putandum est multa eum docuisse, quę in sacris bibliorum scriptis non sunt exarata? Neq; etiam credendum est eadem ipsos Apostolos apud se tantum continuisse, neq; ulli unquam patefecisse, cum ipse idem Christus, & Dominus pręceperit eis dicens Matth. 11. Quod dico vobis in tenebris. i. in parabolis, & enigmatibus, & sub obscuritate verborum, dicite in lumine, & quod in aure auditis. i. seorsū ab alijs, & clanculum, prędicate super tecta. Quod D. Paul. pertimescens 1 ad Corint. 9. inquit. Væ mihi si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit. Sed fortè dices. Quo pacto Christus fatetur se in aure locutum esse, cum alibi ipse idem dicat. Ego palam locutus sum in mundo. & in occulto locutus sum nihil? Sed scito, nihil esse locutum Christum in tenebris, & in aure quod voluerit omnino fore occultum, sed voluit omnia patefieri post resurrectionem suam; hoc autem omisso concludamus nō solum ea à nobis fieri oportere, si salui esse volumus, atq; etiam firmiter credere quę in sacris literis exprimuntur, verum & ea quæ nobis per traditionem fuerint exposita, seu proposita. Sed notandum non quācunq; traditionem nobis esse seruandam, quāquidem sunt quędam prorsus inutiles, & vanæ, quædam vero nimis onerosę, quales erant traditiones Iudæorum, & sunt etiam nōnullæ diuinę legi repugnantes, cuiusmodi est uimui repellere, & pellem pro pelle. & oculum pro oculo inimicis reddere. Traditiones autem de quibus hic loquimur, sunt lōgè alterius generis, intelligimus enim per eas, doctrinas quasdam, archanas, atq; olim reconditas, fidelium vsum roboratas, & per manus à maioribus in posteros, interueniente verbo, transfusas, atq; deductas, & quamuis doctrinę scripturis traditę possint quoquo pacto traditiones, & ipsę nuncupari, propriè tamen loquendo traditio uocatur doctrina non scripta, quæ ab uno communicatur alteri, & cum dicimus traditionem vocari doctrinam non scriptam, nolim intelligas eam à nullo penitus fore scriptam, sed quæ à primo authore scripta non reperitur, sed per manus tradita, quę postmodum fuit à multis authoribus, seu doctoribus literis demandata. Et rectè quidem hoc genus traditionis partitur à qbusdam Neotericis valdè admodum eruditis, & in sacris literis mirummmodum exercitatis in duas partes, hoc est penès authores, & pęnès materiam ex parte authorum quidam trifariam diuidunt, hoc est in diuinas, apostolicas, & ecclesiasticas. Diuinę dicuntur, quæ sunt acceptæ ab ipso Christo Apostolos docente, quæ nusquam in sacris literis inueniuntur, velut ea quæ ad materiam, & formam sacramentorū per

Basil. lib. de spiritu sancto cap. 27.

Pau. 2. Tesal. cap. 2.

Ioa 20. & 16.

Act. 1.

Matt. 11.

1. ad Cor. 9

Traditio duplex uel ex parte authorum, vel ex parte materia.

Ex parte authorum.

1. Cor. 11. pertinent: veruntamen Paulus Apostolus de Sacramento Eucharistiæ loquēs 1. ad Corint. 11. d. Ego accepi à Dño quod & tradidi vobis. Apostolicæ traditiones dicuntur quę ab Apostolis sūt institutæ; spiritu sancto tamen afflatis, & imbutis, quæ ēt in eorum scriptis nō reperiuntur, quale est ieiuniū quadragesimæ, & quædam alia, quæ communiter absq; vllo verbo scripto ab eis, facere consueuimus, Traditiones verò B Ecclesiasticæ appellantur consuetudines quędam antiquę à prælatis introductæ, quę paulatim tacito consensu populorum, uim legis obtinuerunt; de quo gñe traditionū loquebatur Aposto 1. Cor. 11. lus 1. ad Corint. 11. d. Si quis videtur contentiosus esse nos talem consuetudinē non habemus, neq; ecclesia Dei; Neq; existimo quēq̄ inficias ire, si eiusmodi traditiones ab Apostolis, & ecclesia Dei vniuersali emanatas, & perpetuo C usu detentas à verbo Dei parum abesse crediderit. Iuxtà illud Saluatoris. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Et alibi. Qui Ecclesiam nō audierit sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Et Beatus Leo primus sermone. 6. quadragesimæ sic habet. Dubitandum non est omnem obseruantiam Christianam traditionis esse diuinæ, & quicquid ab Ecclesia in cō suetudinem est deuotionis receptum, D de traditione apostolica, & de sancti spiritus prodire doctrina. & B. Aug. q̄uis (inquit) non omnia quæ facta sunt, ab Apostolis scripta inueniantur, uerū tamē facta esse certis documentis probantur. Quare cū non minoris authoritatis fuissent apostoli, cū aliquid scriptis mandarent, quā cū aliquid orete⁹ docerent, & posteris committerēt quippequi eodem spiritu, & fideles docebāt ac instruebant, sequitur traditiones E vná cum scriptura veluti magisteriū diuinū debere recipi, & non minoris authoritatis haberi, respectiue tamen & singula singulis conferendo. Et quoniā inter ecclesiasticas traditiones computantur decreta, & constitutiones Ecclesiæ in iure canonico descriptæ, & propalatę existimant has non multo maiorem authoritatem habere, quā pręfa-

A tæ traditiones veteri usu à Prælatis in Ecclesiam introductæ habent.

Proinde solent partiri traditiones penes materiam quod aliquæ sunt de fide, quędam uero de moribus, ut de fide, Beatam Mariam semper fuisse virginem, & quod quatuor tantum sint euangelia. De moribus verò ut flectere genua ante crucem Christi, & aliquid simile, & utrunq; genus traditionum solent etiā diuidere in perpetuas, ac temporales. Perpetuę quæ usq; ad mundi consumationem debent obseruari, velut ieiunium quadragesimę, & aliquod simile: temporales verò quæ vsq; ad certū tempus debent in usum retineri; quemadmodum superioribus annis fuerunt institutæ solemnes processiones ferè per omnes Ecclesias, usquè ad certum tempus pro sedandis Gallicis tumultibus. Item eiusmodi traditiones diuiduntur etiam in vniuersales, & particulares: vniuersales inquā sunt, ut quę in uniuersa ecclesia seruādæ præcipiuntur, ut festum Paschatis, Pentecostes, & omnium sanctorum, & particulares quę uni tantum Ecclesiæ seruandæ præcipiuntur cuiusmodi est festum Portiunculæ quod cęlebrari solet die 2. Augusti à fratribus tantum minoribus. Item eiusmodi traditionū, quędam sunt necessariæ, quedam verò liberæ, & voluntarię. Coelebratio quidem Paschę post decimam quartam lunam quę traditur in forma pręcepti, & propterea necessariò obseruanda. Libera verò est, quæ traditur in forma consilij, ut ingredi in aliquam societatem, seu confraternitatem, aut etiam Sacris ordinibus initiari.

Traditio ex parte materia.

Sed pⁱtermissis tot huius generis traditionibus, loquamur de diuinis, & apostolicis, ac ecclesiasticis, q̄ maximā inter se habēt permixtionē: q̄nquidē diuinę ut potè ab ipso Christo emanatę possunt vocari apostolicę, pariter & ecclesiasticę, & è contra. Ecclesiasticę traditiones, & apostolicæ, diuinę possunt appellari, quia à Dei spiritu emanatę, & eo suggerente nobis traditę. In huius doctrinę confirmationem solet communiter adduci pręceptum illud Moysi Deut. 32. d. Interroga patrem tuum, Deut. 32.

& annunciabit tibi, maiores tuos,& dicēt tibi:ergo nō ad scripturā vult populum reduci, sed ad patres, & maiores suos,& non ad quoscunq; patres, & maiores,sed ad tuos inquit, ad eos inquā, qui sunt patres,& maiores tui non extranei,non ficti,& simulati, qui loquuntur placentia,neq; sunt magistri prurientes auribus, & à veritate auditum auertentes, sed Patres, & maiores, qui verbo,& exemplo uos erudiant. Extat etiā sententia Hieremiæ cap. 6. vbi inquit. Ṣtate super uias,& videte, & interrogate de semitis antiquis, quę sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiē animabus vestris, hoc ipsum legitur Ecclesi. 8. Non te prętereat (inquit) narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum David psal. 43. inquit. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annunciauerunt nobis. Et psal 77. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis, ut cognoscat generatio altera. filij qui nascentur,& exurgent, & narrabunt filiis suis. Et filius eius Salomon Prouerb. 22. Non transgrediaris inquit terminos quos posuerunt patres tui D. Paul. loco iam citato. laudo (inquit) uos fratres mei quod per omnia mei memores estis, et sicut tradidi vobis pręcepta mea tenetis..et 2. ad Tessal. 1 ut super deniq; Sacrum Concilium Tridentinū in quo nos quoq; poma natauimus, hoc est exiguos quosdam, ac tenues labores impendimus, Sess. 4. ita decernit. Sacrosancta Oecumenica, et generalis Triden. Synod. et c. ut sublatis erroribus puritas ipsa euangelii in Ecclesia conseruetur et c. perspiciensq; hanc veritatem, et disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionib⁹, q̄ ipsius Xp̄i ore ab Apostolis spiritu Sācto dictāte quasi p man⁹ traditę, ad nos usq; puenerūt, orthodoxorū patrū exēpla secuta oēs libros tā veteris quā noui testamenti cū vtriusq; unus Deus sit author, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes tāquam vel oretenus à Christo, vel à spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia catholica conseruatas pari pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, et veneratur etc.

Hiere. ca. 6. *psal. 43.* *Prou. 22.* *Concilium Trident.*

Verum non obstantibus tot sanctorum patrum, ac vtriusq, testamenti sententijs, et authoritatibus plurimi sunt, qui nunc, et olim ausi fuerunt hanc veritatem catholicam, et tot retro seculis obuijs manib⁹ exceptā impugnare.

Et primo quidem ex eo quod scriptum est Deut. 12. dictum à Moyse ipsi Populo. Quod pręcipio tibi hoc tantū facito domino, nec addas quicquā, nec minuas. et ibidem cap 4. Non addetis ad uerbum quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. et Esaia. 8. ad legem magis, et testimonium. Et si nō dixerint iuxtà verbum hoc non erit eis lux matutina, igitur et c. Et Ezechielis 20. in pręceptis patrum uestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis. Deinde in fine libri reuelationum dicit Ioannes. Si quis apposuerit ad hęc, apponet Deus super illū plagas scriptas in libro isto etc. D. Paul. Gal. Si quis Euangelizauerit vobis pręterquam quod euangelizauimus uobis anathema sit. Postremo 2 Thimo. 3. dicit idem Apostolus. Omnis doctrina diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, igitur nō est necessaria alia doctrina, siue scripta, siue non scripta ad faciendum hominem perfectum, et instructum ad omne opus bonum. Quatuor enim sunt necessaria homini Dei, et pręsertim doctori Christiano; primo ut possit docere doctrinam fidei; deinde, ut possit refellere errores contra fidem. 3. ut possit docere doctrinam morum: postremo ut sciat, et possit corrigere, qui errant circa mores. hęc enim omnia sufficiunt ad reddendū hominē scripturis instructu esse pfectū, et aptum ad omne opus bonum: igitur non sunt necessarię alię traditiones. Ad prędictas obiectiones facile respondetur. Et primo, Ad illud ex Deut. 12 dicitur quòd Moyses nolebat quicquam addi uel minui ad ea quę pręcepit, alterando, scilicet et deprauando sensum

prima. *secunda.* *tertia.* *quarta.* *2. Thim. 3.* *Ad 1.*

sensum suorum verborum, alioquin Apostoli, & Prophetæ aberrassent, vel hoc dixit, ut auerteret Iudæos à cultu Idolorum, ut quæ sequuntur, verba indicant. Ad aliud eodem modo respondetur. Ad illud Esaiæ cap. 8. vbi vult omnia esse referenda ad legem, & testimonium. Dicendum ad presens ꝙ Esaias volebat innuere, quòd consilia actionum nostrarum sunt petenda magis ex lege, & testimonijs Dei, quam ex Phythonibus & Ariolis, alioquin stulti habebuntur homines qui secus faciūt, & non ponit comparationem inter legem, & traditiones, quare argumentū nullum. Ad illud Ezechielis. 20. respondetur, authoritatē illam nihil agere contra nos, prohibet enim Deus, ne sequantur eorū vestigia, idest quod polluantur in idolis eorum. Ad illud ex Apoc. Ioannis respondetur, nihil addēdū esse ad eas quas ipse dixit visiones, & reuelationes, ne. s. qs tā foret audax, qd ex ꝓprio cerebro uellet addere, vel apponere aliqd aliud præter ea, q̄ dn̄r.

Ad 2. & 3. Ad 4. Ad 5.

Ad illud Pauli Gal. 1. potest facile responderi, quod siquis euangelizauerit præterquam quod ipse euangelizauit i. contrarium ei, quod ipse docuit, anathema sit. Ad illud Paul. 2. Thim. 3. in quo hæretici maximam uim faciūt, & nos quoq; aliqñ nonnihil hęsimus, Multifariā pōt respōderi, ꝙ l3. omnis doctrina diuinitus inspirata hæc omnia, quæ exprimuntur beneficia nobis cōferat, nō tn̄ ea sola hæc nobis præstat, sed ꝑter eā, multæ aliæ doctrinæ tùm scriptę, tū nō scriptæ maximo sunt nobis adiumento, & ut uno verbo dicā maximè sunt necessarię. Quòd aūt dicūt Hęretici, ꝙ illa dictio, vtilis, capiatur arctiori vocabulo q̄ cōiter accipi soleat; vt. s. capiatur pro necessario, quemadmodum nos dicimus cibū esse utilem ad nutriendū hominē, ut potè ꝙ sine cibo homo viuere nō possit; nos tamen vtiq; concedimus hac rōne scripturam posse dici vtilem ipsi homini Christiano, verū nō solam sufficere ad eius salutem, quemadmodum nec homini, ꝓ conseruatione uitæ corporalis sufficit cibus, sed requiritur etiam calor naturalis, aut aliquid aliud ad nutritionem, & cōseruationē ipsius uitæ corporalis. Pro ītellectu illi⁹ propositionis ex 2. Timoth. egregie philosophatur D. Tho. supra illū locum. vide ip̄ n̄ ī exp. illius capituli. Patet igitur ex omnibus his, quòd præter scripturā sacrā diuinitus inspiratam, quæ continetur in omnibus, & singulis vtriusq; testamēti libris necessarię sunt traditiones oēs, quas supra expræximus, nō obstātibus obiectionibus, & argumentis aduersariorū, qui præter authoritates desumptas ex sacris literis, adducunt ēt in suę hęresis defensionē, sententias, & authoritates quorūdā patrū, pro quarū solutione uidere poteris Martinū Peresiū, Magistrū Didacū de Stunica confratrē, & amicū nostrū, quē authoritate pontificia ob egregias eius virtutes, ac doctrinā promouimus ad gradū magisterij, extāt ēt scripta Dn̄i Ruberti Belarmini sup hac materia satis copiosa, & erudita. In calce huius discussionis cōcludimus traditiones ꝑdictas fore admodū in republica Xp̄iana necessarias, cum ex his vt plurimū gubernetur Ecclesia, nec tn̄ superuacua vllatenus existimanda est sacra scriptura, ita vt altera alterā iuuaret, & fulciret; sed q̄ maxime necessaria: traditio nāq; simul cum scriptura fuit relicta in Ecclesia, qua scriptura à corruptoribus posset conseruari, & ab adulterinis secerni. Scriptura uerò fuit quoquè necessaria vt p q̄ traditiones approbarentur, & esset veluti norma ad quam cetera nō scripta, sed per manus tradita, dirigi possent. quare &c.

Tex. 2. Sequitur Textus. *Erant. n. in Tani principes tui, & nuncij tui usq; ad Hanes peruenerunt.* Prosequitur Esaias ostendendo ipsorū Iudæorū perfidiā pariter ac fatuitatē: Perfidi, inq̄, qm̄ iā statuerāt qd ceperant cō siliū in actū deducere: fatui quoq; & insipientes, quia ꝑuidere nesciebāt qd de illis futurū erat. Tani. n. erat in regione Aegypti, & quidā existimant esse Metropolim illius Regni. Hanes aūt est alia Ciuitas ēt illius regni, & quidā volunt eā esse sitā in extrema parte eiusdē Regni. Constat ergo ex verbis ipsius Prophetæ, quòd iam ipsi Iudæi profecti erāt in Aegyptum, & principes, ac primarij illius gentis

Tani. Hanes.

eò usq; peruenerant: similiter & nuncij eorum non nihil vlterius progressi erant: nulli dubium ut auxilium a Rege peterent, vel ut saltim eos ibi consistere pro eorum tutela & securitate permitterent: veruntamen isti nuncij, qui venerant, ut aliquid ab Aegyptijs obtinerent, nihil vltra sunt lucrati, nisi opprobrium, & ignominiam, & in opinione longe deteriori quam prius seipsos apud eos reddiderunt, & hoc est quod habemus in textu. *Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit, non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilitatem sed in confusionem, & in opprobrium*. Vnde palam constat frustra eos laborasse dum ad Regem, & populum accurrunt, qui nullo modo potuit illis subuenire: non potuit, inquā, Rex Aegyptius ab imminentibus malis eos liberare, ne dum ipsis potuerit opitulari, quin potius fuit illis in dedecus, & opprobrium, sic profectò euenit his, q sunt recedentes à Deo, & in alio spem collocātes in quo nullum potest esse subsidium. Vbi notat D. Hier. verba illa. erāt in Tani prīcipes tui &c. dicta esse per irrisionem. q. d. principes Iudęorum adeo confisi fuere in Aegyptijs, quòd vsq; ad extremas partes Egypti peruenerunt; nullis itineris difficultatibus, nullis expensis ac laboribus parcentes; qui tamen omnia perperam, & sine fructu pertulerunt.

Tex. 3. Deinde sequitur. *Onus iumentorum Austri*. Præsens particula unà cum precedenti multas habet expositiones, prius eas afferemus quę secundum literam tangunt historiam; deinde quæ secretum, & arcanum, & fortassis uerum literę intellectum continent. Dicunt ergo aliqui quod propheta postquam enarrauit profectionem, aut potius fugam Iudæorum in Aegyptū, narrat etiam quod iumenta quę deferebant opes, supellectilem, ac diuitias ipsorum Iudæorum, erant benè grauata, & magnopere onusta; proinde non satis fuit Esaiæ enarrare onus Moab; onus Damasci; & onera reliquarum vrbium, ac ciuitatum quę passe sunt aliquas ruinas, ac desolationes, sed voluit etiam enarrare onus, pondus, & cruciatus iumentorum, & bestiarum: propterea dicit onus iumentorum Austri. d. Austri, quia iumenta de quibus loquitur erant pro commodo populorum de tribu Iuda, cui sorte contigerat pars Australis ipsius Palestinæ. d. enim Cyrillus quod Iesus Naue filius, diuidens terram promissionis his, qui erant ex sanguine Israel, tribui Iuda contigit ea pars quę ad Orientem, & ad Austrum spectat adiacente illis, & imminente deserto, ut possit, qui velit in Aegyptum transire. Nec volo pręterire, quod aliqui hoc loco imaginantur: dicunt enim Esaiam quasi per Ironiam, & velut deludens describat onera iumentorum, quę sunt in parte Australi, postea quā prędixit onera locorum, vrbium, & regnorum, q. d. ea sunt peccata, & transgressiones huius prauę nationis Iudaicæ, quòd non solum homines, ciuitates, & regna passura sunt multas clades, ac detrimenta, uerum etiam & ipsa animalia irrationalia, quę idonea sunt, & apta ad ferenda onera, et sarcinas grauissimas multa incommoda patientur. *Iesus Naue Cyrillus.*

Postquam proposuit Esaias de quibus est nunc dicturus, hoc est de onere iumentorum Austri, describit uiam per quam sunt itura. d. *In terra tribulationis et angustia, Leena & Leo ex eis, vipera, & regulus volans portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit. Aegyptus enim frustra, & uane auxiliabitur, ideo clamaui super hoc. superbia tantum est, quiesce &c.*

Pręsens particula iuxtà literam planissima est, neque vlla indiget expositione: namque secundum aliquos (ut iam dixi) describit uiam, & discrimen ac difficultatem eius per quam eiusmodi iumenta onusta debent pertransire. d. quod, in, idest per (sic exponunt aliqui) dicentes quòd ista dictio Beth aliquando significat per, quod idem est, ac si dicat quod eiusmodi animalia transibunt per terram plenam tribulationis, et angustiæ, hoc est, per deser-

desertum, in quo degunt feræ silvestres, & bestiæ ferocissimæ, ac venenatæ, ut leones, leenę, viperæ, serpentes, & reguli volantes, quorum occursus metum ingerit, & pauorem nō modicum prætereuntibus: Vel expones literam ut iacet, supplendo. s. loca per quæ, & homines, & iumenta, quæ progrediuntur ex Iudæa, in Aegyptum reperiri, vbi quandoque oportebit in terra tribulationis, & angustiæ immorari. Vbi scilicet leena, & leo, & cętera animalia iam dicta consistunt, & uagātur, ubi etiam uidere continget talia iumenta, & Camelos præcipue portantes super gibbum thesauros ipsorum Iudæorum ad populum uidelicet Aegyptium, qui eis prodesse non poterit, & hoc magis declarat per verba quæ sequuntur. Vnde subdit Esaias. *Ideo clamaui super hoc*, & monui ne vlterius progrederentur, neque etiam antea ex eorum regione recederent d. illis. *Superbia tantum est*. ne inquam uiribus & pręsidio Aegyptiorum confidatis, quia in eis nihil est amplius, quam tumor, & superbia, & quicquid illi promittunt vanum est, et inane. *Quiesce igitur*, siste gradum, nec è finib⁹ tuis egredere; neq; accedas ad Aegyptios; sic etiā Hie-
Hiere. 14. rem. 14. habetur. Hęc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedem suum, & non quieuit, & Domino non placuit; & uidere mihi videor simile huic, quod mihi in Galliam proficiscenti contigit, vbi toto quasi itinere multos habui obuios homines, & pauperes feré innumeros, qui unà cum suis vxoribus deferebant super humeros suos, & super humeros iumentorum non solum res, & bona quę asportari poterant, uerum paruulos, & infantes qui ex tumultibus Gallicis recedentes se in Hispanias conferebant. Hæc quidem est expositio aliquorum iuxtà literam. Verum D. Hiero. & pleriq; alii tùm veteres, tùm moderni volunt hęc per methaphoram dicta, sed verum, et germanū prophetæ intellectū illū extitisse, ut per iumenta, nō intelligamus bestias q̄ deferebāt onera, neq; p̄ leonē, & leenā, et reliqua animalium genera, intelligamus ueros leones, & c. sed in-

A telligam⁹ ipsosmet Iudęos, qui uerè dicebātur esse velut iumenta, iuxtà illud psal. Homo cū in honore esset nō intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. et alibi. d. de se ipso propheta Dauid. Vt iumentum factus sum apud te. et Num. 23. loquens de Iudęis dicitur. Ecce populus ut leena consurget, et quasi leo erigetur, non accubabit donec deuoret prędam, et occisorum sanguinem
B bibat. Idem ferè Ezech. 19. Quare mater tua leena inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos? Et meritò quidem vocandi erant iumenta, quoniam deserto creatore, sęculi erroribus fuere implicati, hi. n. qui spręto Dei mandato, et consilio sibi ipsis, suisq. consilijs, et cupiditatibus volunt adherere, non solum ipsi sibi sunt valde onerosi, verum et aliis grauissima imponunt onera, nō secus quā
C iumentis. Leones fortassis appellat eos, qui inter Iudęos principatum obtinebant, quiq; præ aliis erant potentiores. Per leenam intelligit eos qui velut matres falsis doctrinis, et prauis exemplis alios tanquam filios instruebant, & educabant. Per viperam, et regulum volantem dubio procul intelligit eos qui sunt maxime pestilentes, et noxij, suaq; improbitate, tamquam ueneno mortifero alios corrumpunt,
D et perdunt, et rectius per uiperam quę cum primum fuerit in lucem educta, interficit matrem, intelligendi sunt qui calumniis, et imposturis deiiciunt eos à quibus fuerunt geniti, vel educati. Per regulum volantem intelligas eos, qui sunt festini, et celeri cursu ad omnia flagitia citissime tendunt: Isti ergo super Asinos, et Camelos relictas sibi diuitias asportarunt ad gentem, quę non poterat illis ferre subsidium.
E Sed mirum est quo nam pacto. d. Esaias ut habes in hoc textu, quod uipera, et regulus volans, ex leena, et leone oriantur, ac descendant, cum sint animalia diuersarum specierum. Proinde ex hac loquendi formula potest quis agnoscere ut diximus, non de leonibus, et leenis, neque de viperis, et regulis hunc sermonem haberi, verum

Psal.
Num. 23.
Ezech. 19.
Regulus uolans.

de ipsis hominibus quorum proprietates, & conditiones referunt eiusmodi animalium species; & hoc præclarè satis ostendit Io: Baptista dum apud Matth. cap. 3. uidens multos Phariseorum, & Saduceorum uenientes ad baptismum suum vocauit eos progenies viperarum. Aliud est hic notandum super id quod.d. *Superbia tantum est: quiesce.* vt non solum Aegyptiorũ fastus hoc loco taxetur, verum etiam potest referri ad ipsos Iudæos, qui vana quadam de se ipsis opinione inflati, non facilè dictis prophetarum aures præbebant, sed sapientes erant in oculis suis; propterea sugillans eos propheta, & arguens dicit. Quod vos descendatis in Aegyptum, superbia tantum est, quia vos vobis ipsis fidem adhibetis, & longe potiora Dei consilio vestras opiniones arbitramini. Quiesce igitur, non progrediaris vltra, & mihi uera suadenti moremgere; & plurimum certè refert, quiescamus, non vltra sapiamus, de nobis non præsumamus, non plura quam decet expetamus. Hucusquè exposuimus hunc textum iuxtà sensum literalem, & sensum allegoricum, ut per animalia quæ deferunt sarcinas, & pondera intelligamus homines. Est & alius sensus tropologicus, vel anagogicus forte conuenientior. Primum quidem quamuis Thani, siue Thanis sint nomina cuiusdam vrbis in regno Aegypti existentis de qua loquebatur Dauid. d. Qui fecit signa, & prodigia in campo Taneos: in sacris tamen literis non constat illuc principes Iudæorum concessisse, neq; etiam in Hanes eorum nuncios peruenisse, cum nulla se præbuerit occasio huius legationis obeundæ. Præterea non videtur consonum Iudæos petentes Aegyptum, secum duxisse eas bestias, quas hic propheta enumerat; primo quia nullam de his Hierem. facit mentionem; deinde quia Iudæi cum primum audierunt milites, & exercitum Caldeorum Aegypti fines inuadere, retrocesserunt. Postremo non constat regionem illam per quam homines, & iumenta transire oportebat esse terrã tribulationis, & angustiæ (hoc

A est) terram incultam, & horribilem, & plenam bestijs, & feris animantibus, & volucribus venenatis, atquè serpentibus; quin potius legitur transitum, & commeatum ex Iudæa in Aegyptum esse facilem, ac tutum; nec legitur illuc pergentibus, aut inde recedentibus vllum fore impedimentum, ut oporteat peragrare desertum, & loca horrida, ut manifestum est ex Gen. 40. & alijs scriptoribus.

B Propterea dicunt aliqui, quòd nuncij, quos dicit Esaias in Hanes peruenisse iuxtà sensum anagogicum non alij fuerunt nisi Demones mali, qui dicuntur uenisse in Hanes, hoc est, occupasse vniuersam illam regionem, & in mentibus hominum immisisse cogitationes prauas, & peruersas aduersus Dominum, & creatorem omnium; erant quidem nuncij, sed Sathanæ principis, & dominatoris eorum: similiter per iumenta intelliguntur acies Demonum, & bestiæ quadrupedes, C quæ pariter obsident, & occupant omnia illa loca, & super dorsum, & gibbum deferunt animas miserorum, & infaustorum hominum, de quarum genere bestiarum loquebatur propheta Dauid. d. ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Terra illa verissimè vocatur terra tribulationis, & angustię, quòd Demonum tirrannide perpetuo erat obsessa. Ibi leena & leo pro D diuinis numinibus colebantur, & uipera, & regulus volans ex eis prodiuit. quia scilicet cum Aegyptij cæperunt pro Dijs colere feras, cęperunt ex eis uipera, & regulus haberi pro Dijs. Vnde origenes dicit. Existimas ne hæc de corporalibꝰ bestiis aliquo mõ posse dici? Quomodo enim Leo, & catulus leonis, vel aspides volantes possunt super Camelos, & Asinos portare diuitias suas? Sed euidenter constat pro E phetam Spiritu sancto repletum hoc loco enumerare potestates Demonum pessimorum, eosquè collocare diuitias, & opes deceptionum suarum super animas stolidas, peruersasquè, quas Camelis, & Asinis per figuram comparat: adeo quod animæ nostræ peccatis onustæ, & grauatæ, sunt Asi- Origenes.

na

ni, & Cameli, quæ deferunt sarcinas A peccatorum. Hinc dicebat Dauid. Iniquitates meę supergressę sunt caput meum, & sicut onus graue, grauate sunt super me. & alibi. d. idem, & cõquerebatur. super dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Deinde propheta in persona Domini, vel ad Hierem. prophetam secundum aliquos, qui nondum erat, aut ad ipsum met prophetam Esaiam loquitur, d.

psal. 37.
psal. 128.

Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouißimo in testimonium usq; in æternum.

Tex. 4.

Videtur per hęc verba quasi commotus ipse Deus, & ad iracundiam prouocatus, ut mox dicet, quod populus iste fuerit usquè adeo pertinax, & constans in consiliis suis. dicit ergo. Tu ò propheta nunc, non oportet amplius differre, non aliud tempus expe C ctandum; Tu inquam ingressus domum, vel sanctuarium, aut tuum interius cubiculum, aut etiam ingressus ad eos qui verba mea contemnunt, scribe ei, hoc est huic populo, vel in detestationem huius populi, super buxum, quæ est lignum satis durum, & firmum, nec facile putrescens, scribe inquam super tabulam ex hoc ligno confectam, & diligenter exara illud quod prędico tibi, & denuncio. Pręcepit enim deus hęc scribi, quia quæ ore dicuntur, non adeo vrgẽt, velut ea quæ literis mandantur: & voluit hæc scribi super buxum, ut eorum quæ scribuntur inopiam & sterilitatem notaret. Buxus enim sterilitatẽ notat. *& erit in die nouißimo in testimonium usquè in æternum* hoc est, ad perpetuam rei memoriam: profecto emphasim habet, & magnam vim hęc locutio, qua uoluit ostendere propheta quantum referat hęc aduertere, & memoria tenere, vt sint in testimonium meę bonitatis, et patientię, qui nunquam destiti per ora prophetarum eos monere quo ab impietatibus desisterent, et spem omnem in me uno collocarent. Vt sint etiam in testimoniũ obstinationis, et putacitatis populi istius, q nullis, neq; minis, neq; terroribus, sed lõgè prius innumeris beneficiis voluit à malo resilire: secundum Ambrosium iubet Dominus hunc prophetam mandare literis, in scripta redigere has prophetias, et cartis prodere summa cura et diligentia, et seruari vsque ad diem nouissimum, hoc est usquè ad illum diem quo prophetia est complenda, ut Iudæi tunc cognoscant verum prophetas dixisse.

B Aliqui dicunt. *In die nouißimo*, Idest quo die Christus orbi illucescet; et nonnulli in nouissimo, hoc est vsquè ad consumationem sęculi. hoc inquã quod ego prędixi, et super buxum, et in libro exarari iussi, erit in testimonium ipsi Domino, et Apostolis eius, qui prophetarum testimoniis utentur ad comprobandam veritatem, ad conuertendas gentes, et ad confundendos Iudęos, et quoscunquè infideles, et Dei aduersarios. Et sequitur text.

Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei; Tex. 5.

His verbis redditur causa reprobationis Iudęorum, vel est confirmatio eorum quę sunt dicta, quòd scilicet Iudęi ruent, et perdentur, quoniam nolunt esse dicto obedientes, sed potius modis omnibus Deum prouocant ad iracundiam: Dicunt exponentes, D quia noluerunt accipere Hieremię consilium, persuadens eis ne mouerentur è suis regionibus, et in Aegyptum descenderent; et dicuntur filii mendaces, et filii nolentes audire legem Dei, dicit hic. D. Thomas duo genera peccatorũ hic innuere prophetã, uidelicet peccatum cõmissionis quod est mẽdaciũ, & peccatũ ommissionis, quod est nolle audire legem Dei. D. Cyrillus vult Iudęos hoc loco appellari mendaces, quia germanam pietatem in E Deum, religionemquè minimè conseruarunt, nequè etiam fidem quam olim Deo per Moysem pręstiterunt, seruare voluerunt: quandoquidem Deo eis pręscribente leges, responderunt omnia quęcumquè præcipit Dominus faciemus, qui tamen cum præceperit Deum adorandum, & ei soli ser-

D. Thom.
Peccatorum duo genera.
Cyrillus.

li seruiendum, neque sculptilia unquã facienda, ipsi tamen hoc præceptum cõtempserunt, & idolis seruierunt, fuerũt itaque mendaces eximii, neque inter exiguos recensendi; noluerunt etiam audire legem Dei, qui dicunt videntibus, idest prophetis, qui olim vocabantur vidẽtes, nolite videre. Et aspicientibus nolite aspicere nobis, quę recta sũt loquimini nobis placentia, uidete nobis errores. Isti profecto loquũtur quẽadmodum hi, quorum morbus iam est confirmatus, & inueteratus, & qui sũt pœnitus de salute desperati. sed nulli profecto possunt verius appellari filii mendaces quã hęretici, qui dicuntur filii, quia prodierunt ex nobis, sed non erant ex nobis 1. Ioan. 2 cap. Sed quę est horum verborum constructio? i. d. Nolite aspicere nobis, videte nobis errores, nempe iuxta ueram, & propriam Grammaticorum artem, vel doctrinam, nullus poteſt ex his verbis erui sensus. Verum sic exponenda sunt hæc verba, seu orationes. Dicunt aspicientibus .i. ipsis eisdem prophetis, qui dicuntur videntes, & procul aspicientes, & quæ futura sunt eminus intuentes. Nolite aspicere nobis. i. nolite prædicere, & vaticinari, & quodammodo pronosticare nobis ea quę recta sunt, aut etiam præmonstrare nobis quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, nihil. n. re uera prẽmõstratur cuiquam aliquid faciendum siue bonũ, siue malũ, nisi prius cognoscatur. Cũ &̃ dicit. Videte nobis errores. sensus est permittite nos aliquando errare, & tãtisper genio indulgere, & voluptatibus operã dare, pmittite inquã ut expleamus nostras cupiditates, & mutuo cõsolemur, nec semper aspera, & luctuosa proponatis, quod si malum contigerit nobis, nos erimus in culpa, nostra erit iactura, nostrum erit incommodum & detrimentum. Et sequitur. *Auferte à me uiam quam nos demonstratis, declinate à me semitam.* Dictum est supra quale sit discrimen inter semitam, & uiam. *Cesset à facie nostra sanctus Israel.* hoc est non semper eadem repetatis, non quacunq; occasione oblata siuè opportunè siue importunè sanctum Israel, vel sanctum Israelis in ore verſetur, & nobis auribus ad tædiũ usque inculcetus. Isti sunt de quibus loquitur Prouerb. 28. Qui obturat aurem suam ne audiat legem Dei, oratio eius erit execrabilis. Sunt quoq; ex eorum numero de quibus legitur Iob. 21. qui volunt ducere in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendere. Qui dicunt Deo recede à nobis, & sciam uiarum tuarum nolumus; & cap. 22. Recede inquiunt à nobis, & quasi nihil possit facere omnipotens existimabant eum: et profectò quę hic dicit propheta magis ad hereticos, quã ad quoscũque alios sunt referenda. Iob. 21. 22.

Propterea hæc dicit Sanctus Israel, pro eo quod reprobastis verbum hoc, idest consilium quod per Hieremiam seruum meum vobis innotuit, aut uerbum hoc idest filium meum per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, & quia *Sperastis in calumnia, & in tumultu, & innixi estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hec sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito dum non speratur veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione prevalida, & non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parũ aqua de fouea.* Tex. 6.

Litera hæc est satis plana, sunt tantum aliqua uerba interpraetandi. Per calumniam hoc loco, & tumultum possumus intelligere vanas promissiones & magna præsidia, quæ Aegyptij altamente pollicebantur Iudæis. Et quidã per calumniam intelligunt occasionẽ quam quærebant Iudæi, deficiendi à Rege Babiloniæ: per tumultũ intelligunt pompam, et fragorem armorum quam ostentabant Aegyptij. Vbi etiam est non absimile vero, ut quidam ex Iudæis suaderent nequaquam esse credendum prophetis, neq; Deum esse eos derelicturum: sperabant ergo in calumnia, & in tumultu, & contentione Aegyptiorum, et super his innitebantur: deinde per interruptionem cadentem, et requisitam intelligitur secundum D. Hieronymum casus, et ruina alicuius muri excelsi, et prealti, qui cum ceciderit, et corruerit non potest facilè Interruptio cadens quã

lè reparari, et pristinum decorem reci A
pere. Et præsertim cum non habe: fū
damentum satis oportunum, et idoneū
ad sustinendam tantam ipsius muri al
titudinem, quales erant Iudæi, qui ni
xi erant fundamento satis debili: per
interruptionem cadentē existimo prophetam intelligere murū, uel parietē, qui propter scissuras iam minabatur ruinam: cuiusmodi erat populus Iudaicus. Alij dicunt quod per interruptionem cadētem debemus intelligere nō B
eum murum, qui uetustate collabitur, et cadit, sed interruptionem requisitam ut.d. textus. idest iniectam et procuratam à Deo, i. Deo uolente, et iubente. Aliqui per interruptionem requisitam, intelligunt murum aliquem, aut parietem satis eminentem, qui quādoq; ꝓpter eius altitudinē intumescit, & tandem lapides à seinuicem segregantur, & fiunt scissuræ, ad quarum tandē multitudinem, & magnitudinem con- C
sequitur illius casus, ac destructio, & tanta existit illius muri contritio, ut neq; etiam tantum eius consistat, ut possit alicui operi inseruire, & huius rei hoc affert exemplum satis notum, & familiare, quod tanta erit contritio, & comminutio istius populi ob grauissimam eius iniquitatem, quemadmodum contingit lagenæ figuli grauiter, & vehementer, & magno cum impetu in terram proiectæ, & contritæ, ut nō D
ex ea, vel ex eius fragmentis reperiatur testa, in qua portetur modicus ignis de incendio, aut possit exauriri parum aquæ cœnosæ, & luctuosæ de aliqua fouea, ne dum ex puteo alto, aut fonte aliquo eminenti. Sic inquā eueniet populo huic ob eius iniquitatem. Vbi uides prophetam comparare Iudæorum uanam fiduciam muro seu parieti ruinam minanti, qui ob præminētem tumorem & grauedinem, diu sub- E
sistere non potest: sic profecto euenisse huic populo nemo est qui non uideat, cum non sit dare locū aliquem in quo habeant propriam sedem, & vbi iuxta suas leges, & statuta uiuere queant, & re uera ad eam ignominiam iam olim deuenerunt, vt longe abiectiores sint fragmento aliquo testaceo, quo paruus ignis deferri, aut eo parum aquæ possit hauriri. Hæc quidem de Iudæis, et præsertim de his, qui ex captiuitate Babilonica reliqui fuerunt prędicta uolūt ferè omnes. Sed ego uereor, ne de nobis ipsis ea uerè dici possint, quando quidem præter fidem quandam informeū, et exiguam non multo minus simus illis deteriores, quippequi sæpe numero longè magis hominum præsidiis, et fauoribus quam Dei bonitati, ac potentiæ confidimus, & quot quæso ex his, qui Christo iam olim nomen dederunt, & præ alijs Christianam uitam profitentur non solum odio prosequuntur intestino, qui recta consulunt & suadent, uerum et quibus possunt calumnijs, & imposturis eos sugillare nituntur, et in ea verba prorumpunt, neq; ea effutire erubescunt, quæ Iudæos dixisse aduersus eorum vates mox audiuimus, uidelicet loquimini nobis placentia, neque velitis adamussim cuncta quæ facimus perscrutari, cum scilicet dicebant videntibus nolite uidere, et aspicientibus nolite aspicere. At hæc multo verius contigisse nouimus Apostolorum temporibus, quando scilicet principes Iudæorum precipiebāt Apostolis sub interminatione ne prædicarent euangelium, neq; volebant audire legem Domini, cum Stephano illis prędicante, et explicante Dei uirtutem, obturauerunt aures suas, et impetum fecerunt vnanimiter in eum, et ut legitur Actorum 4. et 5. uocantes eos, denunciauerunt ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Iesu: En uides qui fuerint illi qui palam, et aperte dicebant, videntibus nolite uidere, et aspicientibus nolite aspicere, et proponere nobis ea, quæ recta sunt, sed loquimini nobis placentia: sic etiam dicebant quod hic scriptum legimus: Auferte à nobis uiam, cum asserebant hāc religionem apud omnes male audire, nec libenter excipi. Actorum vltimo ipsi Paulo. Notum est nobis de hac secta, quam tu profiteris, quia vbiq; ei contradicitur. Dicuntur etiam Iudæi qui tunc erant, in calumnia, et tumultu suam spem constituisse, in calumnia quidem, quando supprimere conabantur

Act.4 & 5.

Act. vlt.

tur altissimum resurrectionis misterium, dicentes Christum à Discipulis suffuratum. In tumultis quoq; sunt cõfisi quandoquidem in armis, et potentia Romanorum usq; adeo spem suã, et omne auxilium constituerant, ut audacter dicerent, non habemus Regem nisi Cæsarem. Et tandem si singula uerba hic posita velis expendere, et diligenter considerare, nec non cum his quæ temporibus Apostolorum contigerũt libeat conferre, inuenies nihil propemodũ contra reliquias Babylonis adductum, quod non multo uerius cum reliquis Iudęis, qui post passionem Christi, et Apostolorum temporibus extiterunt, et cum plurimis eorum qui Christianam fidem profitentur; et facile est videre quot muri, et parietes pręalti ob scissuras ceciderunt in Italia, et vniuerso orbe Christiano. Sed prosequamur textum. *Quia hæc dicit Dominus Deus Israel. Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis: in silentio & in spe erit fortitudo uestra &c.* Tex. 7.

Prima hæc verba huius particulæ possunt coniungi cum pręcedentibus hũc in modum, quod scilicet gens Israelitarum sit ventura ad tãtam perniciem, et ruinam, ut possit conferri parieti usq; adeo destructo, et contrito, ut nõ remaneat ex eo tantum lapidis, quantum ex lagena figuli vehementer fracta et contrita, non potest haberi testa ad hauriendum parum aquę: nulli mirum videatur, quia hęc dicit Dominus Deus Israel, et possunt etiam accipi tã quam principium huius literę quam modo exponendam sumpsimus, uideli cet, si reuertamini, et quiescatis salui eritis et c.

Vt hac protestatione, et pollicitatione excitet Iudęos ad resipiscentiam, et ut nulla ex parte, aut ulla ratione occasionem habeant de diuinis promissionibus per os prophetę eis propositis dubitandi, sed constanter teneantur illis fidem adhibere, pręponit auctoritatem illius in cuius uerbo hęc promittuntur, et inquit. Quia hęc dicit Dominus Deus Israel. Hęc inquam, quę uobis polliceor ipsius verba sunt, ipse est qui promittit, qui potens est, et ea facere, et seruare, quiq; nec falli, nec fallere potest. Propterea D. Paul. ad Heb. 10. hortatur nos d. Teneamus spei nostrę confessionem indeclinabilem, quia fidelis est qui repromisit, unde nõ immerito Ecclesia pręcatur Deũ his verbis. Deus qui diligentibus te, bona inuisibilia pręparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in omnibus, et super omnia diligentes, promissiones tuas, quę omne desiderium superant, consequamur. Dicit ergo. Si reuertamini et quiescatis, salui eritis, in silentio, et in spe erit fortitudo vestra. Si reuertamini dicũt hi, qui adherent literę, idest si recedatis ab instituto uestro, neq; in Aegyptum proficiscamini, et quiescatis in domo uestra, Dei auxilio innixi, et in eo solo habentes fiduciam, salui eritis ab hoc infortunio, et ab ea quę uobis imminet calamitate, sed nos ulterius procedentes dicimus hęc verba non ad Iudęos solum, sed ad omnem populum aberrantem, et pręsertim ad populum fidelem factam esse huiusmodi promissionem; hæc est illa propositio communis, & trita, quæ passim á fidelibus adducitur. In quacunq; hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatũ eius, quas fecerat non recordabor. Ex hoc loco D. Augustinus colligit hoc suauissimum dictum nullum esse crimen cui non detur locus veniæ. & D. Ambrosius lib. 1 de poenit. cap. 4. elicit & ipse hanc conclusionem. Cum conuersus ingemueris, saluus eris, expectat Dominus gemitus nostros temporales, ut remittat perpetuos. Alii sic dicunt, si reuertamini & quiescatis, idest si ad Deum toto corde reuertamini, & quiescatis, idest cessetis à peccatis, & finem peccandi aliquando faciatis salui eritis, & profectò idem dicunt omnes, & re uera sic est: unde facilè potest quis agnoscere quam bonus est Deus his, q recto sũt corde, & qui post errata ad eũ voluerint conuerti. Et subdit. *In silẽtio, & in spe erit fortitudo vestra* iuxtà hæc uerba, & proprium eorum significatum hic erit sensus. In silentio, & spe erit fortitudo uestra. q.d. non oportet uos commoueri, non oportet rumores,

Augustinus. Ambrosius.

res, aut tumultus excitare, sed quiescite, & silete, & in Domino fiduciam habetote, & hic erit fortitudo vestra. sic Moyses Exodi. 14. hortabatur Hebreos dicens, state, & uidete magnalia, quæ Dominus facturus est hodie, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Aliqui hebreæ dictionis non ignari dicunt per eam non solum quietem, sed etiam tranquillitatem designari; vult ergo dicere Propheta. *In silentio, & spe erit fortitudo uestra*, hoc est tranquilli estote, nō turbetur cor vestrū, trāquilla sit cōsciētia vestra, & spes, ac fiducia cōstituatur ī Deo, & nihil erit vobis pertimescēdū. Preter istas expositiones magis ad significatū illius vocis iuxta idioma latinū sic exponimus. Quod in silentio, & in spe erit fortitudo nostra, si uidelicet, fiduciam nostram prius in Deo statuerimus, & bonis operibus insistamus, nulla tamen inde gloriatio, aut iactantia occupet mentem nostram, sed in silentio, & taciturnitate operemur bonum, iuxta illud Saluatoris Matth. 6 Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, nam qui secus faciunt, perdunt omnem mercedem. Summa ergo est, quod si volumus uincere Sathanam, & eius insidias euitare operepretium est bonis operibus intendere, & silere, idest expectare cum patientia diem aduentus Domini, quod scilicet nobis dum velit opituletur. Sic etiam si facturi sumus aliquid arduum, & difficile, in spe, & silentio illud aggredi necessum est. In spe (inquam) ut prius interpelletur Deus, & in eo spes tota collocetur. Deinde cum silentio, absque tumultu, & uaniloquio illud aggrediamur, quia in multiloquio non deest peccatum.

Exod. 14.

Matth. 6.

Et noluistis, supple silere quiescere, & meis promissionibus fidere, & dixistis nequaq; (scilicet) faciemus quod nobis faciēdum præcipis, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis, imo potius fugabimini, & non dabitur uobis ociū neque facultas ad equos confugere, tā repentinus erit hostium aduentus. Que deinde sequuntur vsque ad illam particulam. Mille homines a facie terroris vnius &c. clara sunt. Cum autem dicit.

A *Mille homines a facie terroris unius, & a facie terroris quinque fugietis donec relinquamini quasi malus nauis i uertice mōtis, & quasi signū super collē.* Sensus horū uerborum est, quod tantus erit timor, & formido ipsorum Iudeorū, & hostes erunt adeo feroces, & terribiles, quod si vnus ex his vociferetur omnes in fugam vertentur. iuxta illud Deuter. Quomodo persequebatur unus mille, & duo fugarent decem millia. Nonne ideo quia B Dominus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos? Deinde dicit quòd vsque adeo omnes pre nimio metu, & pauore in fugam vertentur, quòd vix vnus ex eis erit super, & perinde erit de his, quasi malus nauis in uertice mōtis, & quasi signum super collem. Constat.n. quod naui confracta, & diruta, superest quandoque arbor, que proiecta super uerticem alicuius montis, monet ceteros nautas caueant ab eo loco in C quo nauis passa est naufragium. Sic etiam continget Iudeis per uniuersum orbem dispersis, quod hec eorum dispersio erit signum omnibus quod ipsi ob sui creatoris contemptū, & inobedientiam sunt veluti signum super collem positum. Aut comparantur ipsi Iudei in fugam uersi arbori nauis iam proiecte uelut aliquid derelictum, & ad nihil amplius vtile, nisi ad cōbustionem, sic & populus Iudæorum est futurus. D Dicunt alii, hanc comparationem, siue similitudinem eò tendere, ut quemadmodum malus nauis seorsum positus, est quasi omnium iniuriis expositus, sic dubio procul de Iudeorum gente est aliquando futurum. Quidam alii dicunt hunc in modum sumi debere hanc similitudinem, quòd sicut in montis vertice, vna tantum arbor existens valde conspicua est, & in signū prætereuntibus, omnium prætereuntium oculos E ad se conuertit, sic vos pauci ex infinitis pene huius nationis hominibus relicti estis, ita ut toto orbe vestra mala sint notabilissima: quidam alii non incongrue comparant malum nauis confractæ reliquiis Hebreorum, quæ salue factæ sunt, quæ veluti signum super collem ita illi sunt conspicui omnibus propter raram, insignemque, fidem

Tex. 8.

Deut. 32.

dem

dem, ac patientiam. Hæc autem quæ de Iudæis propheta Esaias vaticinatur difficile admodum aptari possunt paucis illis, qui post captiuitatem Babyloniæ secesserunt in Aegyptum, quando quidem illi cum essent pauperrimi, & omnibus ferè bonis destituti, non poterant habere equos, aut equites, ut tāta cum velocitate possent aufugere, & euadere manus Caldeorum, sed multo verius dici possunt de Iudæis, qui inter passionem Christi et postremam illā Iudaicę regionis vastationem intercesserunt, quos adeò repente exercitus Romanus inuasit, ut pauci admodum potuerint fugam capere, propterea non erit ullo modo præter rem, ut de istis maiori ex parte vaticinia hæc intelligātur, & sic dicere possumus quod residui Iudæorum fuere sicut malus nauis, quia scilicet pauci admodum remāserunt, qui crediderunt in Christum, & de his postea subdit. *propterea expectat Dominus ut misereatur vestri* illorū.s.q fuerint residui, & quorum miserebitur Deus: expectat ergo ut misereatur uestri, & ideo exaltabitur parcens uobis i exaltabitur inquam. i magnificabitur, & glorificabitur, & cōmēdabitur, eiusq; bonitas, & clemētia ubiq; prędicabitur iuxta illud psal. 50. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.

Tex 9.

psal. 50.

Mouet super his verbis Cyrillus pulcherrimam obiectionem. Cur scilicet ipse Deus tandiu dissimulat peccata nostra, expectat nos ad pœnitentiam, & non continuo infert nobis supplicium. Respondetur Deum esse benignū & iudicem, at Iudicis officium est rectè. & incorruptè pro ratione cuiusque delicti poenas inferre: Verum boni principis officium est aliquamdiu delinquentes expectare quo resipiscant, & cum fuerint puniti, placido nutu in melius transformare; idquod innuitur in hac litera, cum dicit, & ideo exaltabitur parcens uobis, quia Deus Iudicii Dominus. Dicitur enim Dominus iudicii, aut accipiēs iudicium pro rectitudine, qua omnes iudicat, & cūcta dispo nit, ut in quo nullus potest esse error & fallacia, siue p iudiciū, accipies iustitiā quā Deus exercet dū punit peccatores, & gratiā præstat his, qui diligūt illū. Vnde sequitur. Beati omnes qui expectant eum. Vnde Dauid. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & alibi nos hortatur dicens. Viriliter age, con fortetur cor tuum, & sustine Dominū. Vnde D. Aug. Hom 11. super his verbis d. Quid est, sustine dominum, vt scilicet tunc accipias quando dabit, non exigas quando vis. Tempus dandi nondū est, sustinuit te, sustine tu illum. Nam si ille non sustineret, non esset cui daret. Sustine ergo tu, qui prius sustētatus es. Nec certè est præter rationem, imo maxime decet, ut nos summa cum patientia, atque ingenti desiderio expectemus Deum, quando ipse nos tandiu expectat, et laborat sustinens, & propterea d. Propheta psal. 24. Vniuersi qui te expectant non confundentur. Non ergo grauemur tantisper expectare diuinum auxilium, quod si quandoque differt nec tam cito nobis elargitur, veniet tandem nec fraudati erimus à desiderio nostro. Deinde subdit. *Populus enim Syon habitabit in Hyerusalem: plorans nequaquam plorabis. Miserans miserebitur tui, ad uocem clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi.* Commendat hoc loco propheta inexplicabilem Dei bonitatem, cum nobis pollicetur habituros domicilium in Syon, idest in Ecclesia, & congregatione fidelium, aut tandem considebit in cœlesti patria, vbi est sempiterna pax, quies, & tranquillitas, nec quisquam dubitare debet quin in Ecclesia militanti sit futura Demonis impugnatio, iuxtà promissum illud. Quòd aduersus eam portæ Inferi non prȩualebunt, et multo minus uires, & robur infidelium, et Hereticorū: Nec dubium, quod filii Dei dum uigent in hoc statu, plorant, et gemunt, quia scilicet variis aduersitatibus premuntur, futurum est tamen quod in patria cœlesti cessabit omnis fletus, et planctus, quia tunc absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & Matth. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur: sed nota quod apostoli, et martyres non plorabant, quamuis multas afflictiones paterentur, quia iam habebant redemptorem in

Deus Domi nus iudicij

psal. 39.

psal. 24.

Math. 5.

in actu: patres autem veteris testamenti plorabant liberatorem Christum in spe tantum, & in potentia.

Miserans miserabitur tui, hoc est tuis afflictionibus, & angustiis compatietur Deus; uerumtamen non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum ut possitis sustinere. *Ad vocē clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi* idest exaudiet te, subueniet tibi, modo clamaueris ad eum in toto corde tuo, juxtà illud psal. 76. Voce mea ad Dominum clamaui, & intendit mihi, in die tribulationis meę Deū exquisiui, & nō sum deceptus: & alibi scriptum est, cū clamauerint ad me exaudiam illos, & ero illorum Dominus in perpetuum. Sed forte dicet quis. In his paucis verbis quę nunc exharauimus uidetur esse nonnihil oppositionis: diximus enim Deum quandoque differre auxilium quod petimus, & proinde nos monet propheta ut patienter expectemus: hic autem dictum est statim nos exaudiri. Dicimus hęc duo posse facile conciliari, statim quidem nos exaudiri, vel postea quam à peccatis recesserimus, & fructus dignos pœnitentię egerimus, aut statim nos exaudit habita relatione, vel ad id quod mœremur, vel ad futurum tempus, quod est ęternum. Differt autem quandoque nos exaudire, & gratiam cōferre, ut experiatur, vel doceat nos experiri patientiam, vel animi cōstantiam, & sinceritatem, & de hoc satis pro nunc.

psal. 76.

Deus cur dicitur quandoq; nos exaudire.

Et dabit uobis Dominus panem arctum & aquam breuem, & non faciet auolare a te doctorem tuum: & erunt oculi tui uidentes pręceptorem tuum; Quidam non recedentes ab historia volunt hoc loco prophetā habere sermonem de populo Iudæorum egressuro de captiuitate Babylonica, quod scilicet eo tempore magnam patietur inopiam panis & uini, & aliorum quę ad victum sunt necessaria. Quidam alii existimant de eisdem haberi sermonem, quod scilicet dabit eis panem arctum, & aquam breuem, quòd non satis abunde, & liberaliter illos enutriet, sed quantum fuerit satis dumtaxat, ne forte ob affluentiam effluant in vanitates, & insanias falsas.

Panis arctus, & aqua breuis.

Alii volunt per panem arctum, & aquā breuem intelligi panem angustię, & tribulationis; de quo genere panis Rex Israel voluit sustentari Micheam prophetam, ut habes 3. Reg. vlt. cap. Vbi dicitur q̄ pręcepit Rex ministris suis. Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & angustiæ. Et re uera sæpenumero contingit Deum tametsi nostri curam habeat, permittere nos ęgestate, & inopia præmi, & multis angustiis detineri, ut experimento comprobetur eorum patientia, quandoque uero propter peccata quibus Deum grauiter offendimus permittit nos egere, & penuriam pati, ut habes in psal 33: Diuites eguerunt, & exurierunt inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

3. Reg. vlt.

psal. 33.

Quamquam istę expositiones non sint vllo pacto reiiciendę, mihi tamen videntur aliquam pati calumniam, Incepit enim propheta ex verbo Domini recensere beneficia, quę populo suo est largiturus, quod scilicet habitabit in Hyerusalem, quòd plorans quandoque lætabitur, & quòd miserans miserebitur eius, & quòd statim exaudiet eum ad uocem clamoris sui, & mox sequitur. *Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem.* Quod mea quidem sententia, videtur & hoc inter beneficia, & promissiones bonorum esse collocandum, sed nō adeo faustas, & augustas, vt priores. Quid ergo per panem arctum, & aquam breuem? Haud dubie cum D. Hiero. intelligenda est lex Euangelica, quo quidem dono ac beneficio excellentius, ac salubrius conferri poterat nullum. Lex enim Euangelica uocatur panis arctus; panis (inquam) quia nos pascit, & reficit interius, & quoad animam; dicitur arctus hoc est breuis; quia in duobus tantum mandatis coarctatur, hoc est in lege Dei, & proximi. Hoc est uerbum illud abreuiatum quod supra diximus Dominum esse facturum. Dicitur aqua breuis ob eandem rationem, sed aqua, quoniam doctrina Euangelica est clara, & per

Lex Euangelica panis arctus & aqua breuis. sic & Christus Dominus

per

perspicua, presertim penes ea quę scire oportet, & credere, quò salutem cõsequamur, hoc est fides, & opera. Quo loco nota quod licet paulo ante dixerit hic propheta in silentio, & spe consistere robur, & fortitudinem nostram, non tamen aliæ uirtutes sunt excludendę, & sapiens aliquando dixit. Cibauit nos Deus pane vitę, & intellectus, & aqua sapientię salutaris nos potauit.

Et Dominus apud Io. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Neque renuo eorum sententiam, qui per hunc panem arctum, & aquam breuē intelligunt Christum Dominum qui de se ipso dixit. Ego sum panis uitæ. Et apud Dauidem. Apud te est fons vitę. Qui quidem Christus Dominus dicitur panis arctus, & aqua breuis, quia scilicet cum sudore, & labore inuenitur, & possidetur, iuxta id quod dictum fuit ipsi Adę. In sudore vultus tui, vesceris pane tuo. Gen. 3. Quem panē, & quã aquam dum susceperimus, securi erim' ab omnibus insidiis inimicorum omnium, neq; periculi quicquam erit, ut precipites in errorē proripiamur, neq; uerbis decipientiũ vnquã reducamur: dicitur ēt panis arctus & aqua breuis, quia in carnē, & sanguinem suum quorum aliud est cibus, & aliud est potus tamquam in quoddam compendium redu-cta sunt omnia sacrificia veteris legis. Quamquam allegorice per panem arctum, & aquam breuem intelligi possunt que mox adducta sunt, tamen vt persistamus in contextu sermonis, dico per panem arctum, & aquam breuem intelligi angustias, & tribulationes, quas passuri sunt Electi Dei, tamētsi interim multis à Deo cohonestē tur beneficiis, & muneribus vt patet in textu.

Gen. 3.

Subdit, & non faciet auolare à te ultra doctorem tuum, & erunt oculi tui uidentes preceptorem tuum. Quis fuerit iste præceptor, & iste doctor ego nescio, nisi illum fore intelligamus, de quo locutus est primum ipse Moyses, quem præcepit populo suo omnino esse audiendum Gen. & de quo locutus est ipse De-

A us apud Matth. cap. 3. d. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite, & de quo locutus est ipsemet Christus apud eundem d. Ne vocemini magistri, quia Magister vester unus est Christus, hunc doctorem, qui nos pascat, & nutriat verbo Dei, non faciet Deus auolare à nobis vltra. Quemadmodum fortassis antea fuit plerumque sublatus; non faciet in quam auolare, hoc est celeriter, & repente à nobis recedere, aut furtim surri-

B pi; *Et oculi tui erunt uidentes praeceptorem tuum, & aures audient verbum post tergum monentis.* Qui sectantur literam dicunt populum Israelis, qui relictus fuerit post captiuitatem Bebylonicam uisurũ esse præceptorem suum hoc est ipsum Deum, aut ipsum Prophetam Esdram, sub quo renouata est lex, & rursus conscripta. Sed hæ sunt nugæ. Vaticinatur Esaias de eo

C quod futurum est post Christi passionem, cuius Apostolorum oculi uidebunt utique præceptorem suum. idest Christum Dominũ, & aures eorum audient uerbum ex ore suo, de ipsis quidem Apostolis hoc verum est, quamquam Dominus dixerit ipsi Thomę, cuius hodie vigiliam facimus. Beati qui non viderunt, & crediderunt, quamquam ipse aliud vidit, & aliud credidit, uidit inquam hominem, & credidit

D Deum; At nos qui Apostolis longo post tempore successimus, propriis oculis videre non possumus, nec auribus percipere verbum ex ore suo sed solum post tergum monentis· videmus inquam in spiritu, & audimus ministros eius, & hoc est audire post tergum monentis, quia videlicet sequimur ipsum monentem, & nos ducē tem per Discipulos, & Apostolos suos, atque eorum successores: Nec solum

E audimus eius vocē, & monita, sed eius vestigia sequimur, & hoc est audire verbum post tergum monentis. D. Greg. 3. par. post. cap. 29. moraliter loquendo d. nos tunc uocem post tergum monē tis audire cum ad inuitantem dominũ saltem post peccata reuertimur. videmus etiam eundem nobis pręsentem oculis fidei sub speciebus panis, & uini,

&

& rursus datur nobis nunc eum videre per speculum in enigmate, uisuri eum tandem facie ad faciem, & sicuti est.

Deus olim allocutus est in faciem primis parentibus cum dixit. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, sed post peccatum (dicunt aliqui) locutus est à tergo cum dixit. Maledicta terra in opere tuo: Sed quam doctrinam nobis prębet iste præceptor? quid nos docet? hæc tria tantum nobis tradit documenta. *Hæc est via, ambulate in ea & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Nulli dubium hanc doctrinam, & hæc documenta, his qui vident, & audiunt verbum ipsius dumtaxat exhiberi: proinde cum dicit. Hęc est uia, de se ipso loquitur, qui aliàs dixit, ego sum via, ueritas, & uita. Ambulate in ea quoniam beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

Doctrina Christi in quo cõsistit.

Non declinetis ad dexteram, neque ad sinistram, noli. s. (secundum D. Hie.) esse nimium iustum, quicquid. n. supra modum est, in vitio est, sed uia regia procedendum, virtus enim consistit in medio, neque est in malum declinandum. Non declinandum ad dexteram, quia non est nimis confidendum de propria iustitia; Iuxtà illud sapientis. De propitiato peccato noli esse sine metu. Neq. etiam ad sinistram accedendũ idest non est satis diffidendum, sed ut dicit Paul. ad Heb. 10. Nolite ammittere confidentiam vestram quę magnam habet remunerationem, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionẽ, Postmodũ subdit. *Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & uestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicuti immunditiam menstruata.* Constat quidem argumentum efficax, & signũ aduentus Christi fuisse destructionem Idolorum, quoniam experientia teste, abrasis sculptilibus, & omnino reiectis, apparuit Christus in mundum: propterea. d. hic propheta cum conuersus fueris à uia tua pristina, & antiqua, & ambulaueris in uia quam tibi ostendi, & præmonstraui, contaminabis, idest pro contaminatis, & pro immundis habebis Idola, & abiicies, & detestaberis ea atq; disperges, nõ secus ac dispergeres, & procul abiiceres immũditiã mẽstruatę, quę quidem menstrua, siue sint commista sanguine, siue aqua, sunt adeò foetida, & putrida, ut faciant nauseam, & iniiciant stomacũ. Et verè quidem Idolatria inter fœdissima omniũ crimina est reponenda, & homo idolatra, & grauiore aliquo crimine inquinato similis est homini humano stercore à capite vsque ad pedes obtecto ac deturpato. Verũ enimuerò nolim per laminas sculptilium auri & argenti intelligeres dumtaxat statuas illas aureas, & argenteas, aut etiam lapideas quas gentes adorabant, sed quicquid à vero Dei cultu, & religione nos abducit, & præsertim uanam, & inanem philosophiam cum nonnulla elegantia coniũctam, qua pagani pollebant, & Idolatrę quam eandem nunc, & ante hoc tempus profitentur Hæretici: hic vide, nullum nobis affuturum præsidium à deo nisi prius aboleuerimus, & confregerimus õnia sculptilia. i. pestiferas doctrinas, & uitia turpia, & nefanda abiecerimus. Nunc spiritus excitat, prophetam dicens. *Egredere dices ei.* egredere inquam ò Esaia. & dices ei, hoc est populo redempto, & ad fidem conuerso dices inquam idquod sequitur. *Et dabitur pluuia seminis tuo ubicunque seminaueris in terra, & panis frugum terrę, erit uberrimus, & pinguis.* Egredere igitur ò Propheta, eia, agè, apagè quid moraris? quid cunctaris? festina, & da bonum nuncium huic populo, & dices. *Et dabitur pluuia seminis tuo,* q. d. postquam idola confregeris, et omninò aboleueris dabitur tibi cumulus, et abundantia bonorum omnium dabitur inquã pluuia semini tuo *ubicunque seminaueris in terra, & panis frugum terrę erit uberrimus et pinguis,* non absq; causa promittit pluuiam pro frugibus abundanter colligendis, quia dubio procul plurimum confert ipsa pluuia ad fruges producendas, et ad earum incrementum, quemadmodum nos continue experimur. Vnde cum uoluit Dominus immittere sterilitatẽ in terra p prophetã sic ait. Mãdabo nubib[9] ne pluant

Eccl. 5.

Lamina sculptilium.

Tex. 24.

A B C D E

pluant super terram imbrem, sicut è A conuerso dum nobis gratificari eum cupimus petimus ab eo pluuiam volũtariam, hoc est nobis commodam, & temporaneam, de qua pluuia loquebatur Dauid dicens. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuę. *Psal. 67.*

Sed neq; in his tantum beneficijs huic populo conferendis conquiescit Deus, sed vlterius sequitur. d. *Pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiose*, Idest tute, & absq; ullo impedimento, B nullus erit latro, neq; bestia illum eijciens, aut impediens; *Et thauri tui, & pulli asinorum, qui operantur terram, com mixtum migma comedent, sicut in area ventilatum est*. Vbi vides quàm maxima sit futura prosperitas huic populo, namquè non solum ipse bonis omnibus è terra producibilibus abunde potietur, verum & animantia quequè in hominis vsum, & beneficium producta, & creata, pascua, & pabulũ C commodissimum opportunis temporibus habebunt. Migma, dicunt aliqui est ordeum à paleis secretum, & excussum. Alij volunt migma esse farraginem quæ conficitur ex mixtura frumentorum diuersi generis, & maximè deseruit in pabulum pecudum. Nonnulli verò dicunt hoc migma esse auenã. Glo. Int. dicit migma esse ordeum cum palea. *Migma quid sit.*

Hæc quidem omnia sunt per metha D phoram dicta, & eorum miror oscitantiam, & insignem impudentiam qui putant ea ad literam intelligi. Quam quæso foelicitatem, & iocũditatem prę cęteris nationibus haberent Iudæi, si solum rerum temporalium abundantia illi potirentur? Nonne & aliæ multæ nationes sunt his longe ditiores? prætereo quod post passionem Christi, & post Hierolsolymæ excidium nulla fuit natio tam infoelix, & misera, & bo E nis omnibus destituta tàm spiritualibus q̃ temporalibus, quemadmodum Iudæorum natio. Proinde sunt hæc secundum spiritum capienda. Quare vbertas, & copia panis, & aliarum frugum designat abundantiam uirtutum, gratiarum, & donorũ spiritualium, quę post prædicationem euangelij in vniuerso orbe cõspecta fuerunt, cum summa omnium admiratione. Per agnũ qui pascetur in possessione tua in die illa, in qua scilicet fuerit prædicata fides, & lux veritatis mundo apparuerit, & tenebræ foras fuerint expulsæ, alius intelligi non potest, nisi qui solus inuentus est dignus aperire librum. & soluere signacula eius. pascentur agni in loco spatiosissimo, hoc est uiri omnes, qui sequuntur agnum quocunq; ierit, vel quicunq; digni erunt collocari ad dexteram. Aut per agnũm, siue per agnos specialius intelligas homines simplices sine fraude, & dolo, mites, & mansuetos: hi nimirum spatiose pascentur, idest latissima habebunt pascua in Ecclesia Dei. iuxta illud psal. Mansueti hęreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis; & apud Io. cap. 10. per me si quis introierit saluabitur, egredietur & ingredietur, & pascua inueniet. Per tauros intelliguntur Apostoli, & prædicatores verbi Dei, de quibus loquebatur Apostolus primo ad Corinth. 9. Non alligabis os boui trituranti. Per pullos Asinorum intelligitur populus Gentium, qui unà cum thauris, & bobus commedunt migma, sicut in area ventilatum est, idest Sacrã doctrinam ex veteri, & nouo testamento compactam, pure, & sinceriter excerptam, & tractatam. *Psal. 36.* *1. Cor 9.*

Aut dicas per thauros, & boues Prophetam intelligere Primates in Ecclesia, & antesignanos; per pullos Asinorum eos qui sunt minoris facultatis, & doctrinæ, qui magis indigent ab alijs doceri quàm sint idonei ad docẽdum. Per locum latum, & spatiosum, in quo agni pascentur & boues, scriptura sacra potest intelligi, de qua dicit psal. 118. latum mandatum tuum nimis. Per migma in area ventilatum intelligitur (ut diximus) sacra scriptura ex veteri, & nouo testamento confecta, aut scriptura habens sensum literalem & spiritualem. Isti ergo, hoc est boues, & agni, & pulli Asinorum videlicet, Ecclesię doctores, & ministri verbi Dei, & qui sunt crassioris intelligentiæ cibabuntur ex eiusmodi scriptura, sicut in area ventilata est *Psal. 118.*

est idest quemadmodum in Ecclesia dis cussa, & determinata est a sacris con ciliis, & sanctis Patribus in spiritu sancto congregatis, & diuino spiritu afflatis, cum olim dictum fuerit à Christo. Vbi duo uel tres fuerint congregati in
Tex. 11. nomine meo, ibi ego in medio eorum sum. Sequitur textus. *Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum, riui currentium aquarum in die interfectionis multorum cũ ceciderint turres.* Prosequitur hoc loco Esaias re censere alios fauores, & beneficia, quæ conferet Deus suis fidelibus: quamq; alii qui interprętentur, & connitantur ea aptare ad populũ Iudęorum, quo tem pore fuerũt erecti de captiuitate Baby lonica sub Zorobabel filio Salathiel.
Prætermissa igitur hac vana eorum opinione dicimus prophetam uelle innuere, seu potius prędicere quod in ad uentu Domini nostri, & pręsertim post emisionẽ spiritus sancti super Aposto los in linguis igneis prodibunt in lucẽ sãcti Apostoli, & præcones Diuini uer bi qui eleuati erunt super omnẽ montẽ excelsum & super omnem collem ele-
psa 46. uatum, qui videlicet nihil terreni sapient, & in altũ, hoc est in cœlũ eorũ mẽ tes erũt erectę iuxtà illud ps. 46. Prĩ ci pes populorũ cõgregati sunt cũ Deo Abrahã qm̃ Dii fortes terræ vehemen ter eleuati sunt. Ab his inquã, et ex his montibus, & collibus, hoc est Apostolis & Dei verbi ministris prodibunt riui aquarum currentium i. larga, & copiosa gratia, & doctrina spiritus sancti: ex eorum quidem mente, & ore tamquam è fonte abundantissimo dulces & vberrimi riui aquarum fluent. Si autẽ volumus per hos riuos aquarum intel ligere Christum, qui est fluuius ille, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, non abnuo. Id autem erit in die interfectionis multorum, idest cum Iudęi erunt interfecti, & deleti a Romanis, & cũ ceciderint turres, idest cum primates, & fautores Iudæorum erunt absor pti, sic enim exponit Cyrillus quòd tur res designant præceptores Iudæorum Scribas, & Phariseos: possumus etiam & per turres intelligere legiones, & agmina malorum spirituum, nec non, & pseudo prophetarum, & phalanges

A Hæreticorum, qui totis uiribus conantur perdere, & ex mentibus fidelium delere nomen Christi, in quorum numero sunt etiam sapientes huius sæcu li, qui cum suis doctrinis, ac dogmatibus videbantur immobiles, & perpetui
His ergo in ea die, qua Dominus decreuerit ob eorũ impietatem, & incredulitatem ruentibus, alii surgent credendo, qui prius videbantur infirmi, &
B ęgri per negligentiam Plerique referunt hæc omnia ad diem iudicii.
Sed hoc non obstat huic nostræ ex positioni. Deinde sequitur. *Et erit* Tex. 12.
lux lunę, sicut lux solis; & lux solis erit septemplicιter, sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui & percussuram plaga eius sanauerit.
Vti iam diximus plerique volunt has omnes nouitates fore in die Iudicii Luca 25.
quod mihi videtur difficile, quoniam Ioel 2.
C Lucæ 21. habetur sol obscurabitur, & et luna non dabit lumen suum: et Ioel In his diebus sol conuerteretur in tenebras, et luna in sanguinem priusquã veniat dies Domini magnus, et manifestus. Sed ego persistens in priori expositione, dico nouitatem istam in sole, et luna, & tantam luminis, et claritatis frequentiam nihil aliud pręfigurare nisi magnam, et superabundantem lætitiam, qua fideles fruentur cum vi-
D derint suorum peccatorum vulnera, et plagas, per filium Dei fuisse alligatas, atque sanitate donatas. Nam quemadmodum calamitates, et tristia omnia solis obscuritate figurantur, ita claritate lucis lunæ, et solis ingens lætitia designatur. Alii per lucem lunę, eos qui modicam habent notitiã de Deo, et solo naturali lumine in ipsa creatione illis indito reguntur, et ducuntur. intellexisse videntur: Qui
E verò ad maiorem Dei cognitionem accesserint, nõ amplius lumine lunę velut in nocte illuminantur, sed paulo clarius Dei notitiam nanciscuntur. At cum accesserit maius lumen, quale est lumen fidei, tunc septuplo maiorem de Deo, et de cælesti beatitudine habebunt cognitionem. Nonnulli de prædictis expositionibus parum contenti aliam afferunt expositionem,

Pp ut

ut per lumen lunæ quidam intelligunt A ipsos Apostolos, qui post crucem Domini, & post emissionem spiritus sancti fulgebunt sicut sol in conspectu Dei: propterea dicit propheta, quòd tunc lux Lunę erit sicut lux solis: per Christum vero intelligunt ipsum solem, qui est verus sol, qui lumine suo inaccessibili, & infinito illustrat vniuersalem Ecclesiam: neq; timendum est, ut aliquando occidat.

Hucusque propheta recensuit maxima B quæ conferet ipse Deus beneficia populo suo, hoc est populo grato, morigero, & fideli: Nunc explicat grauissima supplicia quæ manent incredulos, & quicunque ab eo recesserint: & inquit.

Tex. 13. *Ecce nomen Domini venit de longinquo ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vsq; ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorum.* Diuus Cyrillus introducit hanc partem, quemadmodum nos diximus, qua scilicet insurgit Dominus contra Sathanã, & contra satellites, & mẽbra eius. Sed quidã volunt hunc furorem, & hanc indignationem exercendam esse in secundo eius aduentu, hoc est in die iudicii, quæ sententia hoc loco magis uidetur conuenire, quam superiori textui. Alii existimant hic loqui prophetam de primo eius aduentu, & vterque dicitur esse de longinquo, idest post multum tempus. Et ut bene aduertit Diuus Hieronymus, bene dicit tex. Ecce nomen Domini uenit, & non Dominus venit, vt scilicet per nomen Domini intelligamus virtutem, et potentiam ipsius, quæ quidem in vtroque aduentu fuit abundè demonstrata; quòd accipiat propheta hic nomen Domini pro potentia, ostendit propheta psal. 19 d. Protegat te nomen Dei Iacob. Dicit ergo, ardens furor eius, quia re uera (sicut alibi scriptum est) vehemens, et implacabilis est furor Dei in vindicando eos qui eum contempserunt, est grauis & ad portandum, quia difficile admodũ potest, cum irascitur sustineri iuxta illud psal. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? labia eius repleta sunt indignatione; vsque adeo Deus indignatur, quòd uix potest proferre verbum absque multa cõmotione: lingua eius quasi ignis deuorans; quòd palam ostendit cum his qui à sinistris erunt, dicet Ite maledicti in ignem æternum. et alio in loco d. psal. Exardescet sicut ignis ira tua. Preterea spiritus eius velut torrẽs inundans, qui propter impetum quem facit, & quo vndequaque se diffundit, nemini parcens, necesse est eos demergi in quos impingit vsque ad medium colli, vbi tunc nulla est spes salutis. Postremo erit ipse Deus dissipans, & perdens frenum erroris, quod erat in maxillis populorum; aut erit ipse frenum C erroris. i. reprimet ipsum Diabolum, & infrenabit, qui prius constringebat maxillas, idest corda populorum, quocumque uolebat trahebat: potest aliter exponi, sed hoc sufficiat.

Cyrillus. | Hyeron. | psal. 19. | Furor Domini ... grauis ad portandum. | implacabilis. | psal. 129. | psal. 88

Et tunc supple. *Canticum erit uobis sicut vox sanctificatę solemnitatis, & lętitia cordis sicut qui pergit cum tybia, ut intret in montem Domini ad fortem Israel.* Cũ hactenus descripserit Esaias iudicium Dei aduersus impios futurum, tùm in hoc sæculo, tùm etiam (vt plerisque videtur) in futuro: nunc describit qua D lis erit status, & conditio bonorum hominum, cum viderint impios castigari, & bonis maxima præmia conferri seu retribui. iuxta illud psal. millies adductum. Lætabitur iustus cũ viderit uindictã, & lauabit manus suas in sãguine peccatoris. (psal. 57.) Nõ ignoro quĩ pleriq; expositores veteres, & moderni, quæ hic dicit Esaias de punitione malorum, & de prẽmio, & gaudio bonorũ, exponant, & intelligant de causa, et ne E gocio quod olim verterat inter Iudęos et Assyrios, aut etiam Babylonios, qua si velit innuere propheta, quod summopere lætabuntur Iudæi dum viderint Assyrios partim trucidatos, partim in fugam versos, et Babylonios pariter destructos, ac deletos, et in miseram seruitutem abductos. At ego, quĩ nolo plus sapere, quam oportet sapere haud

haud nego quin hæc scriptura posit in huius argumẽti genere vtcumque uersari. Sed nemine credo mihi negaturũ si dixerim longè vlterius prophetę intẽtionẽ dirigi, ut. s. hoc loco, & in multis alijs huius operis nobis ob oculos proponat suppliciũ, & poenas impiorũ, gaudiũ pariter & exultationem, quam per Christũ Dominũ, & in eius aduentu habituri sunt illi, qui secundum electionẽ gratiæ, salutẽ consequentur. Dicamus ergo sic. *Cãticũ erit nobis* uidelicet Israelitis secũdũ spiritum, & quibuscumque ex gentibus in Christũ credituris, *sicut nox sanctificatæ solemnitatis*: ita scilicet plaudebitis manibus & ĩ uoce exultationis Deo iubilabitis, quemadmodum facere consueuistis in sanctificatis solẽnitatibus, quibus Deum corde, uoce, & opere laudare soletis. D. Thomas refert in tribus solẽnitatibus consueuisse Iudęos Hyerusalẽ adire cum lętitia, & iubilo, ut habetur Leuit. 33. *Et erit* Leui. 33.
nobis lętitia cordis, sicut ei qui pergit cum tybia ut intret in montem Domini ad fortem Israel. Magna profectò, & incredibilis fuit Hebræorum lætitia cum fuerunt liberati ab Assyriis, aut etiam à captiuitate Babylonis, sed multo maior, & incomparabiliter iocundior, & uberior fuit lætitia illorum, qui fuerunt liberati à peccato, & a seruitute Demonis per Iesum Christum, sed nulla potest imaginatione, aut locutione concipi, vel explicari, nec ulla potest adhiberi similitudo ad describendam, uel saltim insinuandam quam sumus habituri animi lętitiam, cum Dei gratia, & benignitate ingrediemur in montem Domini, hoc est in sanctam Ciuitatem Hyerusalem cœlestem, vbi regnat fortis Israel, scilicet Deus, qui est fortis, & potẽs, quique omnia quęcũque uoluit fecit.

Sed non omnes ingrediuntur in hũc montem, sed (ut ait propheta) interrogans, quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in monte sancto eius? vide quid sequitur. Nec volo
psal. 23. omittere, quam afferunt quidam huius gaudij similitudinem, quòd Iudæi præseferebant quando templum ingrediebantur cum sonis, & canticis. Dicunt enim posse facile comparari

A gaudio, & festiuitatibus rusticorum, qui ab omnibus curis, & negocijs aliquandiu liberati sese totos lætitię dedunt, qua certe nulla est maior, cum toto corde, sincero affectu, hilari vultu absque vllis ceremonijs, et prætensionibus eiusmodi lætitiam perdunt. Videtur etiam persimilis eiusmodi festum, et lætitia, quando quidam magnates ingrediuntur templum, aut quando alicuius urbis, uel loci assu-
B munt dominium, et potestatem, tale proculdubio, et longe maius debet esse gaudium, et lętitia cuiuscumque nostrum, dum fuerimus absoluti à peccato, et existimamus nos per aliqua signa gratiã Dei cõsequutos, cuius figura, et typus est lætitia de qua nunc loquitur propheta. In alijs codicibus ubi nos habemus. Cãticum erit vobis sicut uox, legitur nox, sic etiã legitur in biblijs nuper correctis. Nox et sic legit. D. Hier. et plerique alii, vbi dicunt, quòd quãdo pręparabãtur hostiæ, et sacrificia mane offerenda in templo, noctu parabãtur, in memoriã illius noctis, qua mortui fuerunt Aegyptii, et populus Dei liberatus ab Aegypto, quæ præparatio fiebat in nocte cum maxima lætitia, et populo, et quemadmodum nos facere solemus in nocte Natiuitatis Domini, et uelut ebrii facere solent nocte præcedente diem cinerum.

D Sequamur textum. *Et auditam faciet Dominus gloriam uocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis allidet in turbine, & in lapide grandinis.* In hac particula læta, et tristia pręd icuntur, auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, quando scilicet prædicari fecit euangelium quod audiri fecit ab uniuersa creatura, et per ipsũ
E apparuit gloria maiestatis suę. Ista uox est ea de qua loquitur Dauid ps. 28. cũ inquit. Vox Domini in virtute vox Domini in magnificentia, et quæ sequuntur. De hac uoce loquebatur propheta psal. 25. conformiter huic loco Esaię, Vt audiã uocem laudis, et enarrem vniuersa mirabilia tua, & psal. 105. Auditas faciet omnes laudes eius. Nec dubium, quòd gloria huius vocis po- psal. 28. psal. 25. psal. 105.

test etiam aptari, & intelligi per uocem illam, quam auditam faciet Deus in die iudicij, apud electos quidem. Venite benedicti patris mei & c. *Terrorem brachij sui ostendet* quoad reprobos cum d. Ite maledicti in ignem æternum. Et talis erit terror brachij sui, quem ostendet in comminatione furoris, & in flãmam ignis deuorantis quòd *allidet, & consumet, ac delebit omnes in turbine, & in lapide grandinis*, vt supra ex Dauide psal.

psal. 49. adduximus. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida: sic enim grando, & lapides offendent, quemadmodum lapides de summo cadentes confringunt, & conterunt eos, super quos cadunt, vt psal. Ignis et sulphur et spiritus procel

psal. 148. larum pars calicis eorum. psal. 148.

Tex. 14. *A voce enim Domini pauebit Assur uirga percussus & c.* Hic est locus, ubi lætantur Iudæi, et damnant, ac derident nos, quòd omnia quæ hic dicuntur ad legem nostram, ad effectus, et opera Christi trahimus et ducimus. Non nego quin de clade Assyriorum loquatur hic propheta; sed quorsum? in quẽ finem? ut scilicet hinc agnoscamus, quam Deus per Christum obtinuit erga quoscunq; impios, et potestates tenebrarum victoriam Vnde posteaq̃ Esaias ostendit, quo furore, quo impetu Dominus Deus insiliet aduersus eos, qui non credunt, hoc exemplo cõfirmat illius principis, qui super omnes eleuabatur, et nullam existimabat fortitudinem, ac potentiam eo superiorem, cuiusmodi fuit Assur, vel Senacherib Rex Assyriorum; dixit ergo supra ipse Esaias, Dominus auditã faciet gloriam, hoc est magnificentiam vocis suę, & terrorem brachij sui in comminatione furoris etc Vt ergo cognoscas, et intelligas, quæ, et quanta fuerit ista uox Domini, his nũc verbis ostendit dicens. *A uoce enim Domini pauebit Assur virga percussus.* A uoce inquam comminationis suæ, ex qua non solum pauit ac tremuit, sed uniuersus ferè exercitus eius corruit, et in terram cęcidit. Et nos quoq; nõ solum in die iudicij, dum conscientię nostrę contra nos ipsos testimonium ferent, sed cum aliquo peccatorum põdere nos grauamur, pauere, ac tremere necessum est. Quinimo Demon ipse figuratus per Assur, & membra eius ab horribili sententia quę cõtra eos proferetur in die iudicij pauebunt, et contremiscent: pauebit inquam Assur virga percussus, cum uidelicet uirga oris sui videbit Sathanam in tenebras exteriores deduci: per Assur etiam põt intelligi Romanus Imperator, vel quia dominabatur Assyrijs, vel quia erat fortis, et potens ut Rom. Imperator. sicut ait Virg. Alius latio iam partus Achilles. *Et erit transitus virga fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum.* Trãsitus uirgę dicitur fundatus .i. stabilis et manens et impręssionem faciens super eum, dum .s. quis uirga percutiens aliquem, pręmit manum quo ictus sit grauior, et vehementius calcet, et dolorem incutiat, uel dicitur transitus uirgę fundatus, quam requiescere faciet super eum, quia non statim cum semel percusserit eleuabit uirgã, et proijciet in ignem, ut facere cõsueuit dum filios corripit et castigat, sed requiescere faciet uirgam super eum, ita ut uirga ex dura, et vehementi percusione infigatur carni: Id quod si de damnatis loquamur, nulli dubium hanc uirgam nũquã ab eis amouendam, quia apud eos nulla est redemptio At si de Assyrijs loquamur hęc uirga, hoc est, furor, et castigatio ipsius Domini requieuit super eos, q̃quidem, qui in ea clade fuerunt occisi, nunq̃ in pristinum statum sunt restituti. Nec minus de Iudæis hoc fateri necessum est, q̃quidem exceptis paucis illis reliquijs, quę per Dei misericordiã saluatę sunt, uirga et baculus Dei, ita requieuit super eos quia usq; in hodiernum diem videmus eos sine Rege, sine lege, et sine sacerdotio per uniuersum orbem uagari, et dispersos esse. Neq; idcirco mireris, quia uirga furoris Domini eius est proprietatis, ut cum fuerit iacta super aliquem cum furore, et impetu producit hos effectus; furor nanquè nihil designat aliud. nisi vehementem iram, et indignationem, qua quis sęuit in aliquem, et nulla

ratione parcit. sic propemodum metha phorice loquendo, se habet Deus aduersus impios, reprobos, & pertinaces dicit etiam hic propheta, *Quod in tympanis, & in Cytharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos.* Dicitur Deus hostes populi sui expugnare in tympanis & cytharis, & in bellis præcipuis: in tympanis inquam, & cytharis, hoc est magno gaudio, & lętitia exultantibus seruis suis, ac ipsum, qui de tantis periculis eos eripuit, magnis uocibus col laudantibus, iuxtà illud ps. laudate Deũ omnes gentes, & omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia eius.

psal. 116.

Alii dicunt quòd Deus in tympanis & Cytharis expugnabit eos, quia scilicet absq. vllo negocio, & labore, & quasi aliud agens eos deuincet. Nonnulli dicunt Deum in tympanis, & Citharis expugnaturum hostes. v. g. ipsos Assyrios. quoniam eosdem velut exultantes et iubilantes, choreas ducentes, & tripudia facientes, & nihil tale expectantes Deus prosternet, ac disperdet. Nũc. in modum fortasse plerisque eueniet quemadmodum in diebus Noe quòd homines erunt comedentes, et bibentes, ludentes, et nubentes, atque nuptui tradentes, & mors ipsos rapiet, et ad infernum descendent. In bellis etiam pręcipuis expugnabit eos: bella præcipua inquit Diuus Thomas ea sunt, quæ sola diuina uirtute peraguntur. Aliqui dixere bella pręcipua Iudęorum extitisse, dum oblationibus, et sacrificiis non armis, et clypeis victoriam obtinebant, vt dicere potuissent. hi in curribus, et in equis nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.

Ego magis adhereo illorum sententię, qui dicunt ea bella esse, et vocari pręcipua quibus hostes, adeò premuntur, et concutiuntur, ut nullus omninò ex eis remaneat, aut saltim ij non sint, qui possint rursus bellum resarcire. Aliqui dicũt nulla bella esse maiora, & grauiora quã bella Ciuilia, et bella domestica, ut q̃ sunt ĩter eos, qui sunt eiusdem domus, et familię qualia erant

A Hyerosolimis, et in plerisque Ciuitatibus Italię, et presertim Perusiæ, ubi propter eiusmodi seditiones, et dissidia, quę olim vigebant inter Ciues, ea Ciuitas incredibile passa est incommodum, ac detrimentum, et aliquæ familiæ Illustres, ac pernobiles sunt penè prorsus extinctę, et ad nihilum redactę, vt facilè poterit videri ex historiis nuper excudẽdis, et in lucem prodeundis. In fine tandem huius capituli describit Esaias qualitatem loci qui iam multo ante tempore hoc est ab initio mundi fuit præparatus à Deo ꝓ reprobis, et damnatis, dum inquit. *Preparata est ab heri tophet a Rege praparata profunda, & dilatata.* Preparata est inquã à Rege idest à Deo, qui est verus, et solus Rex Regum; Præparata est quidem Tophet idest locus ille infamis, Sordidus, et immundus, in quem propè Hyerusalem dicebantur proiici corpora dãnatorum, qui locus turpis, et horrẽdus designat ipsã gehennã, hoc est locũ ꝓ fectò turpẽ infernalẽ locũ detestabilẽ, et abhominandũ. Alii dicunt Tophet esse syluam quandam propè Hyerusalẽ vbi interfecti fuerũt Assyrii. Et hoc quidem, idest ipse locus fuit pręparatus ab heri, idest à principio quo Deus creauit cœlum, et terram. Cœlum inquam Empireum pro electis, terram autem idest infernum pro reprobis. Sequitur textus. *huius loci nutrimenta sunt ignis ligna multa flatus Domini sicut torrens fulguris succendens ea.* Ea sunt huius ignis nutrimenta, ita ut non sit timendum ignem illum posse umquam extingui penuria lignorum, et si quando videretur imminui aut extingui, aderit flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam, scilicet gehennam, dicitur iste locus profundus, quia maxime capax, dilatatus, quia recipit omnes cuiuscumque gradus, sexus, et ętatis, et quod omnium est pessimum, est perpetuus, ac sempiternus, quia flatus Domini numquam deficit, ac fatigatur. Deus opt. max. sua gratia, et misericordia liberet nos ab hoc igne perpetuo. Amen. hic est finis XXX. cap.

Tex. 15.

Tophet

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

1. VAE qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in
equis sperantes, & habentes fiduciam super qua-
drigis, quia multa sunt: & super equitibus quia
praeualidi nimis: & non sunt confisi super sanctũ
Israel, & Dominum non requisierunt. Ipse autem
2. sapiens adduxit malum, & uerba sua non abstulit: & consurget
contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium ini
3. quitatem. Aegyptus, homo, non Deus: & equi eorum caro, & non
spiritus, & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxilia
tor, & cadet cui praestatur auxilium, simulq; omnes consumentur.
4. Quia haec dicit Dominus ad me: Quomodo si rugiat Leo, & ca
tulus Leonis super praedam suam, & cum occurrerit ei multitu
do pastorum, á voce eorum non formidabit, & á multitudine eo-
rum non pauebit: sic descendet Dominus exercituum, ut praelie
tur super montem Syon, & super collem eius. Sicut aues volan-
tes, sic proteget Dominus exercituum Hyerusalem, protegens
& liberans, transiens, & saluans. Conuertimini sicut in
5. profundum recesseratis filij Israel. In die enim illa abij
ciet uir idola argenti sui, & Idola auri sui, quae
fecerunt vobis manus vestrae in peccatũ. Et
6. cadet Assur in gladio non viri, & gla
dius nõ hominis vorabit eũ, &
fugiet nõ à facie gladij: & iu
uenes eius vectigales erũt
& fortitudo eius à
terrore transi-
bit, & paue-
bunt fu-
gientes principes eius: Dixit
Dominus: cuius ignis est
in Syon, & caminus
eius in Hyeru-
salem.

EXPLA-

EXPLANATIO IN TRIGESIMVM PRIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *VAE qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multa sunt: & super equitibus, quia praeualidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt.*

SATIS eleganter, et copiose Diuus Cyrillus exponit intétionem huius capituli: vult enim ꝓphetam in eo commemorare inobedientiam Israelitarum: namque Rex Babyloniæ capta Iudæa, et sancta Ciuitate Hyerusalē, abductisq; Israelitis in Babyloniam captiuis, iis qui remanserant in Iudæa magnam Deus exhibuit misericordiā. Verum cū illi ad Aegyptios deficere voluerint, veriti ne rursus in manus Assyriorum deuenirent, quamquam per Hieremiam prophetam fuerit illis à Deo pręceptum, ne illùc vlla ratione proficiscérētúr. Idcirco Deus per Prophetam illis prædicit, et comminatur ingens exitium. Sed forte dices id superius actum fuit, non ergo necessum erat hoc in loco idem repetere. Dicunt aliqui superius prophetam hoc vnum egisse, vt scilicet prohiberet Israelitis, ne in Aegyptum descenderent, hic autem coarguit eos, & comminatur, quia iam pręuidet eos defecisse, et ad Aegyptios transijsse; sed hæc conciliatio ridicula est.

Proinde dicamus unà cum Diuuo A Hieronymo eandem esse intentionem in vtroque capitulo: nam cum post initium præcedentis capitis propheta fuerit locutus de onere iumentorum Austri, & eorum qui portabant opes et diuitias in Aegyptum, et cætera quę ibi recensentur: nunc reuertitur ad eosdem ad quos supra locutus fuerat. Dicit ergo, Væ his, supple, qui descendunt in Aegyptum ad auxilium supple quęrendum, et postulandum, quique etiam sunt sperantes in equis et habentes fiduciam, super quadrigis, quia multæ sunt, et super equitibus, quia pręualidi nimis: miseri profectò, & valde insipientes, ut reiecto Deo in multitudine, et robore creaturarum spem suam collocauerint, quasi nulla sit multitudo tam magna, nulla sit uirtus, et potentia tam fortis, et valida, ut non in momento temporis Dei uirtute possit immi C nui, debilitari, ac penitus aboleri, propterea dicebat Dauid, hi in curribus, et in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus: ipsi obligati sunt, et ceciderunt, nos autem surreximus, et erecti sumus: et alibi. fallax equs ad salutem, in abundantia uirtutis suæ non saluabitur. psal. 1. 6 psal. 32.

Hoc est ergo in quo propheta coarguit

arguit Iudæos, & eorum ruinam prædicit. quia scilicet habebant fiduciam in equis, & quadrigis, & non sunt confisi super sanctum Israel, hoc est super eum, qui præcipue colebatur ab Israel, super eum, quo duce, & cuius uirtute multas est consecutus victorias populus Israel: vnde & non iniuria vocatus est in scripturis sanctus Israel. & quid vltra? Et Dominum non requisierunt, eius auxilium contempserunt, aut pro nihilo habuerunt, nulla fuit eis cura ad eum confugere, eius opem implorare; Verum solis causas confidere, & earum uirtuti, ac potentiæ dumtaxat adherere.

Sed forte quis dixerit. Numquid auxilia hominum, & secundarum causarum sunt omnino reiicienda vt Deus tantopere nobis indignetur, cum ad humana præsidia confugimus, & properamus? minime quidem.

Verum rectus, & conueniens ordo est perpetuo seruandus, ut scilicet Deo primas demus, in eo ante omnes, & ante omnia spem nostram collocemus, & demum ad secundas creaturas, velut instrumenta Dei, & cooperatrices diuinæ voluntatis accedamus. Et si quid earum ope, aut opera consequimur, soli Deo gratias agamus, & honorem omnẽ, & gloriam ei vni tribuamus: sic .n. tuti esse poterimus. *Ipse autẽ sapiens adduxit malum, & uerba sua non abstulit, & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.* Quemadmodum prædecentia verba uidelicet. Et non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt, prolata sunt, & producta à Propheta cum maxima emphasi, & indignatione, ita hæc, quæ mox exponenda sumpsimus, quadam cum ironia videntur ab eodem aduersus Iudæos prolata. Dicit enim *Ipse autem* scilicet Deus *sapiens adduxit malum & uerba sua non abstulit*, q. d. vos homunculi putabatis, vos solios esse sapientes, industrios & sagaces: Deum verò nihil sapere, omnia eum latere, expertem esse consiliorum uestrorum, nec eorum quicquam apprehendere, quæ contra ipsum molimini, at ipse sapiens est, nec sapiens solum, uerum ipsa sapientia, & quando vos non putabatis, adduxit malum, malum inquam, poenæ, & cæcitatem cordis, adduxit malum, hoc est ruinam, & perditionem gentium vestrarum; verba sua non abstulit, non retractauit, ab eis non defecit, quicquid decreuerat in opus deduxit, non est inquam Deus ut homo, qui mutetur.

Tex. 2.

A B *Et consurget contra domum pessimorum*, hoc est ipsorum Iudęorum qui pessimi sunt, non ea solum ratione quòd multa mala perpetrarunt, quòd Dei verbo obstiterunt, sed eo maxime quòd in malitia sunt obfirmati, & obstinati. Et re uera Iudæorum familia est verè domus pessimorum propter horrendum illud, & nefandum facinus quòd perpetrarunt occidendo Christum Regem suum, & Dei

C filium. Consurget etiam ipse Deus fortis, & potens contra auxilium operantium iniquitatem, quæ uerba opinantur quidam aduersus Aegyptios dicta fore, quippe qui auxilium pręebant domus pessimorum.

Et quamquam aduersus Aegyptios ob eam rationem dicta existimentur, possumus tamen aduersus quoscumque qui fauent, & suffragantur his qui operantur iniquitatem, congruè

D ea referre. Dicitur autem Deus aduersus vtrosque consurgere, idest maximo cum impetu, & indignatione aduersus eos commoueri, non leuiter ac blande, sed fortiter, & magna cum deliberatione eos ut deprimat, & prorsus ad terram deiiciat: id quod sæpissime euenire conspicimus. Deinde sequitur, ad conuincendam stultitiam, & insipientiam, non dico Iudæorum, sed quorumcumq; hominum, qui

E propriæ uirtuti, aut aliorum consilio, seu fauori magis quam diuinæ bonitati confidunt d. *Aegyptus, homo, & non Deus equi eorum: caro, & non spiritus, & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulq; omnes consumentur:* quid se quatur ex his. Aegyptus, homo, & non Deus &c. tu ipse considera, non Tex. 3.

Dicitur Aegyptus homo & non deus, quia nō potest facere quicquid velit. Equi sunt caro, non spiritus. caro enim citò corrūpitur, et putrescit, non sic spiritus.

Deus inclinat manū.

non est opus hæc verba melius explanare; bene dixit Hierem. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnē brachium suum, & recedit à Deo cor eius His qui hæc fecerint *Dominus inclinabit manum suam.* Hoc est illam demittet, ut tangat & percutiat; prius enim eleuatur manus, & postea demittitur, ut fortius rem subiectam percutiat. Vel dicitur Deus inclinare manum, idest relaxare frenū, & habenas instar aurigæ, ut equi absq; vllo impedimento facilius currant, & quoscunq; obuios offendant, sic itaq; corruet uterq; idest auxiliator, et qui præbet manum; & cadet cui præstatū auxilium, simulq; omnes consumentur, simul inquam, ob simultatem poenę, quia scilicet eādem poenam vtriq; subibunt, vel simul simultate temporis, quia eodem tempore sui criminis poenas dabunt.

Tex. 4.

Deinde sequitur. *Quia hęc dicit Dominus ad me. Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, à uoce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauebit, sic descendet Dominus exercituum ut prælietur super montem Syon, & super collem eius.*

Cum proximis verbis fuerit ostensū Deum esse consumpturum Aegyptios, pariter et Iudæos; & qui pollicentur auxilium, et eos quoq; qui illud expetunt et requirunt: nunc propositis verbis videtur sibi propheta contradicere, dum ostendit Deum fortiter, et constāter pugnaturum pro Iudæis, atq; a quibuscunq; aduersarijs eos defensurum, non minus quàm leo, et catulus Leonis prędam quam cęperunt tenaciter retinent; et aues volantes tuentur pullos suos. Vnde necessum est dicamus de Iudæis, atq; Aegyptijs penes variū ac diuersum statum, et conditionem ipsorum in pręsenti capite sermonem haberi. Nanq; si loquamur de Iudęis, ac de Aegyptijs, et quibuscunq; alijs nationibus, quæ obsistere diuinæ uocationi audebant, et deinceps quoque audebunt, Deus omnifariam, et dubio procul præcipites eas dabit, et simul omens consumentur. At si de Iudęis pariter, & cæteris nationibus q̄ Christo adherescent loquamur, certissime Deus erit earum tutor, protector, ac defensor, et ne de hac Dei pollicitatione dubitare cuiquam unquam liceat, præmittit Esaias hęc verba. d. *Quia hæc dicit Dominus ad me.* q. d. hęc mihi credite, nulla ratione dubitetis, neq; in his verbis hęsitare presumatis, nam Dominus locutus est ad me, cuius sermo non potest esse vanus, et fallax, et cuius dicere facere est: quoniam. s. sic Dominus proteget populum suum super montem Syon, et super collē eius, sicut leo rugiens super prędam suam, ad quam extrahendam, et rapiendam nullum quamuis fortem, et audacem appropinquare permittit: Vnde Cyrillus exponens hanc similitudinem inquit. Quòd leo fame percitus, ac commotus rugitu perterret alia animalia, et impetum facit in pastores eorum ne illuc accedant: sic profectò Dominus cum res postulabit descendet ut prælietur super montem Syon, et super collem eius .i. super sanctam Ciuitatem fundatam super montem Syon, idest super sanctam Ecclesiam, cuius ipse est author, fundator, et rector. Nonnulli ad historiam hęc reducentes, dicunt Dominum exercituum protecturum Ierusalem, et ab hostibus erepturum, ac seruaturum, quod quidem contigit dum vastata Babylonia, et Cyro persarum Rege relaxante populum Israeliticum, et ad propria redeunte, et sub Zorobabel filio Salatiel Regnum administrante eodem populo uitam degēte, populi finitimi adorti fuere ciuitatem Ierusalem volentes impedire eius instaurationem. Tunc Deus affuit super montem Syon, et super Ciuitatem Ierusalem, et eandem ab hostibus defendit: sed longe verius isthęc ad tempora Christi sunt referenda: constat. n. quod Deus velut leo quidam, seu catulus leonis nobis astitit, et uerbo, ac virtute potentię suæ eiecit, et aboleuit Demonem, qui nos sub peccato captiuos detinebat, & pręliatus est super mōtem Syon, idest pro Ecclesia Dei viuentis

tis, & velut proprium nidum suum fortiter seruauit,& custodiuit. Nec ab re comparat propheta Dominum exercituum leoni rugienti, quo nullum est aliud aī magis audax, & truculentum, quia Iudęi pariter,& Gentes erant adeò truces, ac immanes, vt ad eas subigendas, ac domandas magna, & inuincibilis potẽtia foret necessaria: sic etiam quãque comparat ipsum Deum fulguri, quandoq; grandini, & nonnunq; igni consumenti: comparat etiam hoc in loco ipsum Deum auibus volantibus, quoniam sic protegit ipse Dominus, & liberat transiens, & saluans ipsam Ierusalem, hoc est Ecclesiam suam, & filios suos, sicut aues volantes protegũt pullos suos.

Christus Ie sus Leo, ful gur, & gran do.

Nonnulli verò per leonem, & aues volantes intelligunt Angelos Dei, qui leoni propter fortitudinem, & constantiam,& auibus propter velocitatem cõparantur. Quemadmodum ergo leo non dimittit prædam timore pastorũ occurrentium, & vociferantium, neq; aues volantes pertimescunt arcum sagittantis, sed volitando circum, & propè nidum vbi sunt pulli, abijciunt alios volucres rapaces à nido: sic Angeli constãter,& intrepide, sũma cura, ac diligẽtia tuentur Ecclesiã, & habitantes in ea modo constituant spem suam in Deo. Sed nota quòd non ab re propheta hoc loco contulit ipsum Deum cum Leone, cum aliàs in scriptura nominetur Leo de tribu Iuda; quippequi velut leo prędam tenet tam fortiter, ac tenaciter vt nemo possit rapere de manu sua: nec timet multitudinem pastorum ei occurrentium, nec voces, & iacula aduersariorum ullo pacto formidat. At qui nã sunt isti pastores, qui tã audacter huic forti leoni occurrunt?

Notandum.

Illi quidem sunt, qui præsumunt dominici gregis curam, & regimen impudenter assumere, aut per fas, & nefas in suam redigere potestatem. Pastores occurrentes, & acclamantes sunt Principes, & Reges qui conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: tunc quippe fremuerunt gentes, & populi meditati sunt

A inania, sed vicit leo de tribu Iuda Conuenienter etiam auibus comparatur ipse Deus, cum de se ipso dicat, quòd plures voluit congregare filios Ierusalem, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas. Hæc est illa auis, quæ expandit alas suas, & assumpsit filios Iacob, & Israel, & portauit in humeris suis Aues dicuntur etiam per metaphoram Apostoli, & Discipuli Christi Domini, qui in altum volitant, & ad coelestia B conscendunt, suosq: pullos,& filios erudiunt, ac docent coelestia sapere, ea cõcupiscere, & ad ea tandem peruenire, quos proculdubio Dominus protegit, tuetur, & conseruat. Dicit autem in hoc loco Esaias. quòd sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens, & liberans, transiens, & saluans. Vide quæso, & expẽde quot modis, quibus verbis nobis indicant Esaias singularem curam,& pro C tectionem quã de nobis suscipit Deus: vtitur enim his quatuor participijs. protegens (inquam) ne vllus offendat, liberans si fortè quis offenderit, aut obsederit. transiens, siue trãsiliens, hoc est, circumspiciens,& quæcunq; possunt euenire molesta procul amouens; & tandem saluãs, ne quis ruat ac destruatur. Sic nimirum operatur Deus erga eos, qui in eo confidunt, iuxtà illud ps. Qui confidunt in Domino sicut mons Syon D non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem: & paulo post Nõ relinquet Dominus virgam peccatorũ super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Et fortassis per illud verbum trãsiens, voluit alludere propheta ad transitum illum, quem dicitur fecisse Angelus dũ percussis primogenitis Aegyptiorum liberauit populum Dei da manu Pharaonis. Vnde cognitis, & perspectis E eiusmodi grandibus beneficijs, sequitur propheta,& inquit. *Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. conuertimini inquam*, qui grauissime peccauistis, longissime quidem aberrastis, et alienati estis à Deo, cuius rei causa tot flagellis vos Deus corripuit, & castigauit. Vel in profundum recesse-

Christus auis.

Apostoli aues.

psal. 124.

cesseratis.i. profunda, alta, & secreta consilia contra Deum iniistis, & turpiter admodum apostatastis ab eo.

Tex. 5. *In die.n illa abijciet uir idola argẽti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum.* Prædicit Esaias admirabilem & insignem sæculi mutationem, ac reformationem futuram in die illa. In eā.s.quando fuerint conuersi ad Deum Israel, vel quando (iuxta sententiam aliorum) fuerint reuersi, & erepti ex captiuitate Babylonica, sed longe verius in die illa qua.s. Christus ob Dei misericordiam aduenerit, & cœperit euangelij veritas nobis illucescere. Tunc enim verè, & non antea nisi p modicum tempus abijciet uir Idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerũt vobis, idest in obsequium, seu complacentiam, aut inanem sapiẽtiam vestrã, manus vestræ in peccatum, hoc est, vt non in beneficium, et salutem vestram efficerentur, sed in peccatum, ut perpetuo velut crimen capiti vestro imminerent, et vos Deo odibiles, ac detestabiles redderet, aut in peccatum facta sunt, hoc est, in poenam peccati, ut posteaquàm Dei legem contempsistis, multis vos criminibus implicaremini, et sic traderet vos Deus in passione ignominiæ. Nec difficile vobis erit hęc auri, et argenti idola corrumpere, et deuastare, quando hęc sunt opera manuũ vestrarum, vos enim illa fecistis, et cōpegistis: et ĩ illa die nõ modo abijciet uir, idest homo cordatus, ac prudens idola auri, et argenti, quæ fecerunt manus uestrę, verum etiam. *Et cadet Assur in gladio non uiri, & gladius non hominis uorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuuenes eius vectigales erunt: & fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius.*

Tex. 6.

Vniuersã hanc oratiunculam pleriq; omnes ad tempus illud referri volunt, quo tot Assyriorum millia sub rege Senacherib vna nocte fuerunt ab Angelo trucidata. Manifestum est enim tunc Assyrios non armis Iudæorum, sed virtute, & potentia Dei occubuisse, et gladius nõ hominis, sed Angeli deuorauit eos, ita ut nihil ferè ex eorum congerie remaneret integrum. et quę sequuntur. Sed re uera hęc omnia multo verius, et euidentius contigerunt tempore Christi, tunc enim Deo duce, et auspice cecidit Assur, idest uniuersus orbis in gladio non uiri, idest non armis, et potentia bellandi, non enim gens leuauit cōtra gentem gladium, sed gladio patris æterni, et gladio verbi Dei cęcidit Assur, idest colla subiecit diuinæ ueritati, et prędicationi fidei. Et iuuenes eius vectigales erunt, idest cuncti homines, qui videbantur attracti, et illecti á concupiscentiis, & voluptatibus huius sæculi, erunt vectigales, idest tributarii, et subditi ipsi Christo, et propter Christum se, et bona omnia pauperibus distribuent, et fortitudo eius, i. cuiuscunq; principis, aut hominis potentis, et robusti, vel propter opes, et diuitias, vel propter sapientiã huius sęculi à terrore, hoc est à virtute, et magnitudine operum, et miraculorum Christi, et Apostolorum transibit ab eo statu, in quo prius Diabolo, et huic mundo inseruiebat, ad statum fidelium et seruorum Christi, cui seruire regnare est, et ob eandam rationem pauebunt Principes eius fugientes .i. abiurantes, et detestantes omnia huius mũdi lucra, aut propter magnitudinem miraculorum, aut propter graues, et horribiles comminationes, quas ex ore Dei audituri sunt, et experturi, qui noluerint obedire verbo Dei. Et ne quis credat quę diximus commentitia esse, inquit propheta. Dixit dominus, cuius ignis est in Syon, et caminus eius in Ierusalem.i. Spiritus sanctus habitat in cordibus fidelium, qui est velut ignis comburens, et flammans, et caminus in Ierusalem, quo camino conflantur, et purgantur corda hominum. Aliqui per ignem in Syon intelligunt lumen auxilii Dei erga suos: caminus uero in Ierusalem, ignis qui depopulatur, et vastat Dei aduersarios. Alii per ignem in Syon intelligunt dilectionem, quam habemus in uia. per caminum verò dilectionem quam Dei sumus habituri in patria.

Et in hoc terminatur expositio Capitis xxxi.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

1. ECce in iustitia regnabit rex, & principes in iudi
cio praerunt. Et erit vir sicut qui absconditur à
vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarũ
in siti, & vmbra petra prominentis in terra de-
2. serta. Non caligabunt oculi videntium, & au-
res audientium diligenter auscultabunt. Et cor stultorum intel-
liget Scientiam, & lingua balborum velociter loquetur, & plane.
Non vocabitur vltra is, qui insipiens est princeps: neq; fraudu-
3. lentus appellabitur maior: stultus enim fatua loquetur, & cor
eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur
ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurien-
4. tis, & potum sitienti auferat. Fraudulenti vasa pessima sunt:
ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermo-
ne mendacij, cum loqueretur pauper iudicium. Princeps verò
ea, quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit.
5. Mulieres opulentæ surgite, & audite uocem meam: filiæ confiden
tes percipite auribus eloquium meum. Post dies enim & annum
vos conturbamini confidentes: consumata est enim vindemia,
6. collectio vltra non veniet. Obstupescite opulentæ, conturbami
ni confidentes: exuite vos, & confundimini, accingite lumbos
vestros. Super vbera plangite, super regione desiderabili, super
vinea fertili. Super humum populi mei spinæ, & vepres ascen-
dent: quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultan
tis? Domus enim dimissa est, multitudo vrbis relicta est, tene-
bræ, & palpatio factæ sunt super speluncas vsq; in æternum.
7. Gaudium onagrorum, pascua gregum, donec effundatur super
nos spiritus de excelso, & erit desertum in Charmel, & Char-
mel in saltum reputabitur. Et habitabit in solitudine iudi-
cium, & iustitia in Charmel sedebit. Et erit opus iustitiæ pax,
& cultus iustitiæ silentium, & securitas vsq; in sempiternum.
Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernacu-
lis fiduciæ, & in requie opulenta. Grando autem in descensio-
8. ne saltus, & humilitate humiliabitur Ciuitas. Beati qui semi-
natis super omnes aquas, immittentes pedem bouis, & asini.

EXPLANATIO IN TRIGESIMVM SECVNDVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio prærunt.*

NICOLAVS de Lyra cum plerisq; alijs interpretibus opinatur prophetã in hoc loco describere, & prædicere fęlicitatẽ futurã in populo Dei sub regno, & imperio Ezecchię Regis Iuda, q post deletos Assyrios foeliciter regnauit per quindecim annos, cui successit Manasses, qui fuit impijssimus, & causa nouæ euersionis, & destructionis ciuitatis Ierusalem. At ego una cum his, qui forte melius sapiunt, & interius speculantur, existimo prophetã hoc in loco nullam, aut valde tenuem intentionem habuisse describendi quicquam ad regnum Ezechiæ relatum. cũ non fuerit tanta, & tàm diuturna illius regni fęlicitas ut tam præclarum, & illustre vaticinium de ea fieri debuerit; sed multo verius ad regnum Christi, q̃ hic recensentur spectare dicendum est: vbi non modo de fœlicitate existentiũ sub Christi regno, ac tutela, sed & de calamitate, & ĩfoelicitate futura malis principibus, & opulentis mulieribus non absq; ratione prędicitur. Dicit ergo primum. Ecce; q. d. breui admodũ tempore non longe erit, non diù differetur, cito futurum est, quod. s. Rex quidam aduenict, qui solus, & absq; alio titulo, ac limitatione absolutè Rex dicendus est; qui regnabit in iustitia, q q. dẽ in iudicãdo nõ accipit personã hominis, neq. ullius vultũ considerat, qui verè nuncupatur iustus pariter, & iustitia: neq. regnare põt, nisi in iustitia, hoc est, nisi faciens iudicium, & iustitiã: dicitur enim Christus dominus iustus, & iustitia; nam quà Deus, iustitia potest nuncupari, quà homo, iustus conuenienter appellatur. Propterea quod totus est purus, sanctus, & immaculatus. Vnde psal. vt alias Iustus Dominus, & iustitiam dilexit æquitatem vidit vultus eius psal. 10. *psal. 10.*

Et principes eius, i. Apostoli *in iudicio prærunt.* q. d. & ipsi quoq; iuste iudicabunt: principes enim sunt, iuxtà illud ps. 44. Constitues eos principes super omnem terram. Ipsi (inquam) præerũt in iudicio, i. in rectitudine & iuxtà regulam, & doctrinam euangelij quod à quibusdam non incongrue appellatur iudicium: neq; videtur mirum, principes eius pręfuturos in iudicio, cum qualis est rex, tales soleant esse Principes, & Duces, qui sub ipso degũt velut si Rex sit impius, atrox, & tyrannus, tales ut plurimum esse consueuerunt, qui sub eo iustitiam administrant, & rectè quidem inquit Esaias quod Principes præerunt iudicio, quandoquidem non solum adesse, aut residere, rectores populi tenentur, verum, & præesse, & prævidere, ac prouidere quę populo, cui pręsunt necessaria fore cognouerint. Potest etiam locus iste de iudicio futuro in consumatione sæculi rectius intelligi, in quo quidem iudicio ipsi Apostoli pręerunt, iuxtà illud Euang. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Deinde sequitur. *psal. 44.* *Matth. 19.*

Et erit uir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta. Particula ista iucundissima est, & plena gaudij, & consolationis quocunq; modo exponatur. Prior expositio est, tantam futuram illius temporis

A poris fœlicitatem, quo regnabit rex, idest, Christus Dominus in iustitia, & uir erit sicut qui absconditur à uento, hoc ē, quiuis de populo secure, & absq; vlla animi perturbatione uitam deget, neq; vllus erit, qui eum molestet, aut ne gocium facessat; quemadmodum contingit homini, dum ventus irruit habētī locum, vbi lateat, ne offendatur à vēto, aut quando imbres exundant, ac defluunt, habet vbi se abscōdat, & tempestatem euadat, tanta erit securitas, & fœ B licitas hominis existentis subumbraculo, & protectione Dei: sicut alibi legiē. psal. 9. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.

Aut is erit sicut riui aquarum in siti, & vmbra petrę prominentis in terra deserta, quemadmodum, scilicet riui aquarum uiuarū sunt maximè dulces, & appetibiles homini magna siti laboranti, & quemadmodum vmbra alicuius petrę, aut rupis prominentis, & ex- C tensę, aut eleuatæ est vehementer grata, ac delectabilis homini existenti in terra desertā, vbi non sunt arbores, neq; tuguria ad effugiendum solis ardorem, sic erit ipse Deus cuicunq; ad eum confugienti, et sub eius vmbra cupienti, & querenti delitescere, et requiescere: ego quidem sum frequenter expertus, dum peragrarem Hispaniam, cum maximè solis æstus ferueret, vbi nulla erat arbor, aut tugurium sub quo D tantisper potuissem recreari, quàm grata, & quàm expetibilis esset umbra alicuius arboris, aut domum, culę seu petrę prominentis. Qua metaphora notare oportet quàm īprobi, et molesti sint homines, qui alios lędunt, aut quouis modo perturbant; hi quidem comparantur vento impetuoso et imbribus magno cum impetu deorsum fluentibus, quin et siccitati, ac æstui hominibus molestissimo dicuntur assimilari. E Est et alia expositio quòd per uirum, qui absconditur à vento, et celat se à tempestate intelligitur ipse Christus, qui aliquando abscondit se à uento s. non palam prodit, et in ventum proijcit sermones suos, et sacra diuinitatis ps. 77. misteria, ut quondam dixit. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Et celat se à tempestate, i. à tumultu, & strepitu turbarum, eo præsertim tempore, quo volebant ipsum lapidare, aut præcipitem dare, tunc enim abscondit se, & exiuit de tēplo. & item. Transiens per medium illorum ibat. luc. 4. quia nondum venerat hora eius. Alij sic exponunt, quòd Rex ille iustus apparebit in Syon. i. in Ecclesia, ut riui aquarum in siti, quando videlicet, quis ardore sitis consumitur, & sicut umbra petræ prominentis in terra deserta, cuiusmodi erant gentiles ante aduentum Christi: tunc enim Christus apparuit, & aduenit illis præ siti, i. ingenti desiderio salutis laborantibus, velut aqua suauis, & iucūda, iuxtá illud. Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Io. 4. Et re uera, cum populus fidelis erit liber, & immunis à vento, & à tempestate, idest ab insidijs Demonū, & ab huiusmodi fluctibus, quibus hoc mare magnum agitatur: in Ecclesia erunt riui aquarum. i. irrigatiō doctrinæ, & vmbra petræ, i. gratia Christi præeminens, & prominens, ac excedens, & superans omnia huius mundi, ac Demonis tentamenta, tunc erit vere foelix & beatus. iuxtà illud psal. Si cōsurgant aduersum me castra, non timebit cor meum, & si exurgat aduersum psal. 26. me prælium in hoc ego sperabo. i. in Deo & psal. 88. nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. psal. 88. quæ quidem pollicitatio non solum de Christo Domino, uerum & de his, qui sub umbra, aut protectione eius requiescunt, est intelligenda. Deinde sequitur.

Non caligabunt oculi uidentium, & aures audientium diligenter auscultabunt, & cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur, & planè. Tex. 3.

Describit propheta aliud genus foelicitatis, quæ futura est dum Christus aduenerit, & innotuerit orbi; non caligabūt (inquit) oculi videntium. i. non erunt homines perplexi, ac dubij ad intuendam, quæ illis apparebit lucem, & gratiam, sed libenter, ac libere intellectū adhibebunt ad veritatem intelligendā, & aures diligenter auscultabunt, i. non erunt

erunt tardi, aut tepidi ad percipiendam euangelij prædicationem, nec solum huiusmodi fœlicitate, qui uocati sunt ex gentibus, verum & qui ex Israele du cunt originem potientur. nam vtriq; prius erant omnifariam cæci, & surdi, Gentes enim falso nominatis Dijs inseruiebant, & eos solos existimabant illis opem laturos. Iudæi uerò existima bant nihil esse bonum, nihil uè Deo gratum aut populo percommodum, ni si quòd scribæ & Pharisei illis propone bant. At postmodum commutato re gno, accedente iustitia, & iudicio; qui prius erant cæci, aut caligantibus oculis parum admodum intueri potentes, palàm videbunt, & clare, & aures audiẽ tium, quæ prius erant plurimum impe ditę, & obtusę diligenter auscultabunt; & cor stultorum intelliget scientiam, hoc est Iudæi, & Gentiles, qui prius erãt stulti, & insipientes nec nisi sensibilia apprehendebant, intelligent scientiã, hoc est, veram notitiam, & disciplinam addiscent, & probabunt. Nec mireris, aut existimes, in his dictis aliquam fore oppositionem, dum inquit. Cor stultorum intelligit scientiam; quoniam qui prius erãt stulti, & insipiẽtes apud Deũ, tametsi in seipsis sapientes haberẽtur, accedente gratia, & lumine ipsius fidei, effecti sunt vere sapientes, & cœlestis disciplinę capaces. Et lingua balborum idest eorum, qui linguam, & sensum promptum, & idoneum ad laudandum, Deum, & ingentia beneficia nobis collata commendanda, & recensenda disponere, & aptare uix poterant, vel non audebant: accedente gratia velociter, i. prompte, celeriter, ac expedite, & magna animi hilaritate ac securitate loquentur, & prędicabunt; Et planè; i. lucide, & aperte, non sub verborum ambagibus, ac inuolutis sermonibus Dei laudes enarrabunt. ita ut ab alijs facile admodum percipi queant. Ex his omnibus colligere licet, ad Christianę fęlicitatis cumulum, et perfectionẽ hoc accessisse, quòd nullo unquam tempore defuit in ecclesia, qui nos instrueret, ac moneret, quę credenda, ac speranda, queuè agenda, et euitanda nobis forẽt: quemadmodum D. Paulus ad Eph. 4. Eph. 4.

A inquit. Ipse. s. Christus dedit quosdam quidẽ Apostolos, quosdã aũt pphetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, ad consumationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi: et cętera quæ sequuntur usq; in finem capitis. Cyrillus autem affert discrimen inter balbutiem linguæ gentium, & balbutiem linguæ Iudęorum: lingua namq; Gentium balba erat, quod nihil in Dei gloriã proferre, sed oẽs laudes, et encomia in gloriã et honorẽ falsorũ Deorum efferebant. At lingua Israelitarum balbutiens erat, quia et ipsi ferre non poterant, ac sustinere Christi misteria, sed in ore perpetuo habebant ipsam legẽ, et de ea, et super eam garrire, et colloqui didicerant, et quæ in ea sunt vmbras, et pręcepta hominum atq; doctrinas extollebant, et magnificabant. At post notitiã veritatis vtraq; lingua tam Gentium, quam Iudæorum, quę prius haud nouerat recte loqui de misterijs Christi hominis et Dei, velociter loquetur, et planè. Propterea aliud erit foelicitatis genus circa tempora futuri Messiæ, videlicet. *Non vocabitur vltra is, qui insipiens est princeps neq; fraudulentus appellabitur maior.* Tex. 5. Non parua certe et cõtemnẽda fęlicitas est, ut pro ducatu, et regimine vrbiũ, et populorũ eligatur, et constituatur uir sapiens, et prudens, non stultus et insipiens, quoniam vbi stultitia, et insipientia est, nullum potest bonum reperiri, qnandoqui dem teste Arist. Omnis ignorans malus. et pręsertim si per stultum, et insipientem (velut aliqui) intelligamus hominem, qui præcipitanter, et inconsultò quicquam agit: etsi (ut quidam alij) intelligamus eum, qui pręter insipientiam est etiam impius, et uecors: Dicit ergo Propheta circa tempora futuri Messiæ, quando scilicet Christus aduenerit, et eius doctrina cęperit inuulgari, non vocabitur vltra is qui insipiens est princeps, idest non eligetur, neq; designabitur ad instruendum, & gubernandum populum. Vel non vocabitur, idest nullo ĩ precio habebitur, neq; ulla de eo amplius apud homines habebitur existimatio, neq; fraudulentus

tus appellabitur maior. Hoc est non A ei amplius deferent homines quicquam honoris, aut tituli, neq; si quid boni fecerint, aut perdidicerint eidem ferent acceptum, quandoquidem eius fraudes, doli, ac simulationes facile detectæ erunt, ac propalatæ. Sed dubium est hoc loco, quid per fraudulentum uelit Esaias intelligere. Quidam enim intelligunt per fraudulentum hominem auarum, et maxime percupidum atq; id non iniuria, quandoquidem auarorũ B peculiare est officium fraudes, & dolos committere, quibus sibi ipsis opes multas accumulent, & suas expleant cupiditattes. Alij per fraudulentum intelligunt eum, qui legis verba non iuxta verum sensum, sed iuxtà proprium ingenium, & cogitatum interpræetantur quales erãt Principes Sacerdotum, Scribæ, & Pharisei, qui re vera fraudulenter Dei legem interpræetabantur, ut hac ratione populos seducerent, & ad se traherent, atq; ea ratione Magistratus, & C dignitates obtiuerent, iuxtà illud saluatoris apud Matthę. Qui fecerit, & docuerit hic maior vocabitur in regno cœlorum. Alij secus accipiunt hoc nomen fraudulentum. verum hęc dicta sufficiant. & vtinam non multi inter Christianę religionis ꝓfessores, & magni nominis uiros eiusmodi criminę laborent, qui quidem malis artibus, & obsequijs maiores fieri apud homines D annituntur, quanquam Dominus, & saluator noster dixerit. qui voluerit inter vos maior fieri, fiat sicut minor. *His dictis* sequitur in textu, & clarius aperit quis sit stultus, & quæ videatur differentia inter stultum, & fraudulentum .d. *Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitientis auferat. Fraudulenti uasa pessima sunt &c.* Hoc idem sapiens prouerb. 24. videtur asserere. Dicit enim E quod qui cogitat mala facere, stultus vocatur, ita ut non solum loqui, sed etiam facere mala stulti propriũ sit. Vĩ in his verbis propheta cõfundere significationẽ horum duorum nominũ; verũ mihi nonnullum apparet discrimen inter

Fraudulentus qui propè dicatur.

vtrunq; stultus enim inquit fatua loquetur, hoc est, verba quę nullam habent soliditatem, neq; rei apparentiam, nec ab eius ore quicquam potest progredi, quod auditu, aut obseruatione quapiã sit dignum. qualia sunt inquit Cyrillus argumenta Græcorum concinnata, & cõfecta ad corrumpendos animos esurientes, & ad animos sitientes euacuandos: sunt enim quidam discendi studio fragrantes, qui ad eiusmodi fatuos imprudenter accedentes nihil omnino utilitatis percipiunt, licet quam maxime esuriant, & sitiant addiscere quod eis necessarium, & utile, & ad animę salutem expediat: & pręter id quod stultus facit iniquitatem, quia videlicet iniqua cogitabit, vt iniustis, & falsis sermonibus miseros homines corrumpat, ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam pane uitę & intellectus, & uelut exponunt aliqui, cor fatui faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, quia nonnunquam videbitur aliquod bonum operari; nihilominus nihil nisi malum operabitur, ac efficiet. Sed dices qui fieri potest, ut quis fatuus, & insipiens ad principatum admittatur? Dicitur quod re uera nullus est populus vsq; adeo ingenio, & ratione destitutus, ut hominem verè fatuum eligat in prĩcipem: propterea dicunt aliqui, quod per fatuum, & stultum hoc loco hominem ignauum, nullius roboris, & pensi, & quem nos lingua materna vocamus hominem (dapoco) debemus intelligere: sic 2. lib. Reg. cap 3. Nũquid ut moritur ignauus moritur abner? & Prouer. 17. Nõ cõpetit ignauo labiũ excellẽtię, multo minus principi verba fallaciæ. Ego autem non recedendo ab his, quę dicta sunt arbitror hominem stultum, ac fatuum eum dici, qui verè insipiens est, idest qui non habet ueram Dei notitiam, & cognitionem, et rerum probe agendarum certam experientiam, & qui coniunctum habet secum aliquid impietatis, & malitiæ; hic enim facit iniquitatem, non ideo solũ quòd multa scelera perpetrare fuerit assuetus, verum quod plerisq; etiam occasionem prębet, & quodamodo licentiam male facien-

faciendi: hi quidem sunt sapientes, ut faciāt mala, & benefacere nesciāt: sunt enim quidam, quorum si verba consideres, simplices, rudes, et inepti apparēt, at si actiones, & opera eorum inspicias, nihil inde inuenies boni, aut honesti, sed omnia ficta, & simulata, quiquè habent mel in ore, fel in corde: quo rumuè os loquitur iniquitatem; & dextera eorum dextera iniquitatis.

Vnde fatuus secundum Grammaticos à fando dicitur, & est is qui inepta loquitur, & quamuis idem quodāmodo sit esse fatuum, & insulsum, vel insipientem, nihilominus apud quosdam intercedit non nihil discriminis: quia fatui dicuntur qui verbis, & dictis stulti sunt, & proinde fatua loquūtur: insulsi verò dicuntur qui corde, & aīo fatuitatē, & insaniam ostendunt, stulti inq̄ fuisse dñr q dicebant de Xpo. Alios saluos fecit, se ipsum non potuit saluū facere: & itē nōnè hic est faber et filius fabri? & præterea si hic homo esset à Deo non solueret Sabbatum. Hi quoq: perfectè simulabant, & loquebātur ad Dominum fraudulenter, & cum dolo, ac malitia, cum Matth: cap. 22. dicebant. Magister scimus quia uerax es, & uiam Dei in veritate doces.

Matt. 27.

Matth. 22.

Fraudulenti uasa pessima sunt. Ipse.n. cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium. Prima huius textus particula potest bifariam construi, ut primum illa dictio fraudulenti, sit obliqui casus in genitiuo, ut sic exponamus. *Fraudulenti*.i. hominis qui fraudulenter agit, vasa pessima sunt .i. omnes eius actiones & opera, & quęcunq; agit, aut cogitat, seu loquitur pessima sunt, hoc est, omnem excedunt malitiam, & nihil in se rectitudinis habent, ac boni, quemamodum dicebant quidam. Ioan. 7. ad Nicodemum. Scrutare scripturas, quia à Galilea propheta non surgit. & alibi. Nunquis ex principibus credidit in eum? & alibi. Scimus quia hic homo peccator est, Deus autem peccatores non exaudit, & hunc in modum concinnabant, & congerebant multa verba, & multas aliorū sententias, & opiniones ut perderent

Tex. 4.

Ioan. 7.

Ioan. 9.

A mites, et humiles in sermone mendacii, afferentes et in medium adducentes verba falsitatis, et mendacii plena, cum loqueretur pauper.i. Christus iudicium, et eius prædicaret euangelium. De eisdem loquebatur Paulus ad Rom. vltimo. Rogo uos fratres ut obseruetis eos, qui dissensiones, et offendicula pręter doctrinam, quam uos didicistis faciunt, et declinate ab illis. Huiuscemodi enim Christo Domino nostro non B seruiunt, sed suo ventri, et per dulces sermones, et benedictiones seducunt corda innocentium. Pauper autem loquitur iudicium, non solum (inquam) Christus, qui pro nobis factus est pauper, et egenus, sed quicunq; pauper, et humilis, qui loquitur veritatem, et q̄ nobis sunt agenda proponit, deluditur, ac irridetur. Potest etiam particula illa sic exponi, vt dicamus. Fraudulenti.i. homines huius naturę, et conditionis, C vasa pessima sunt, q̄nquidē affectus, cogitationes, et opera eorū pessima sunt, nullam omnino in se bonitatis, ac probitatis umbram habentia: nec solum ipsi, verum satellites, et sequaces eorū eiusdem omnino conditionis esse censentur. De his pessimis vasis legitur Gen. 49. Vasa iniquitatis bellantia, hoc est Consilia pessima, et iniqua, quę cogitant aduersus dominum, et aduersus Christum eius. Sed cur huiusmodi hoD mines vasa appellantur? quia sicut uasa sunt res quędam, quibus aliquid reconditur, sic isti dicuntur uasa, et quidē pessima, quia malignę cogitationes, et fraudes in eorum cordibus reconduntur, et pręseruantur. Quidam per uasa fraudulenti intelligunt prauas quasdam actiones, et malignas, quib' ille studet in negocio decipere, et circumuenire simplices, et pauperes. Ego tandem post multa quæ diximus, hanc mihi (sal E ua maiorum auctoritate) ponere licet differentiam inter stultum, et fraudulentum, tametsi non parum inter se conueniant: vt stultus ille censeatur, qui imprudenter et inconsultò nulla, aut modica rerum, aut personarum, seu locorum ratione habita, quippiam operatur. Fraudulentus uerò ille dicatur qui sub pretextu alicuius boni, malum

Gen. 49.

psal. 11. ps. 139.

aliquod operatur, et fit ex eorum numero, q ut inquit psal. in corde, et corde loquũtur: et q cogitãt iniquitates in corde, psal. 139. Huius ingenii extant hipocritæ qui quod corde concipiunt occultare uel obtegere nituntur, quo liberius, et facilius quod iam secum ipsi concepere exequantur. Hi quidem ad Dominum fraudulenter loquuntur, qa aliud dicunt, et aliud faciunt, quemadmodum hodie quoq; multi extant Hęretici, qui ut aliquorum Principũ gratiam, et fauorem extorqueant, aliqua bona opera secundum speciem faciũt, ut v.g. audire missam, et aliquid simile, iuxta ritum catholicorum, ore tamen viperino, et Sathanico falsam doctrinã circumeuntes domos Viduarum, et simplicium disseminant. *Principes verò ea quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit.* Posteaquam descripsit Esaias, ac depinxit conditiones hominis stulti, et insipientis, qui prius vocabatur princeps, et in principem eligi consueuerat; cunq; fraudulenti, qui appelabatur maior, proprietates etiam nobis explicauerit, nunc ueri, iusti, & legitimi principis naturã depingit. Inquit ergo, q bonus, & verus Princeps digna Prĩcipe cogitabit, hoc est, ea q sunt alta, magnifica, & verè excelsa, non fatuitates, ac futilia, nõ fraudes, & mẽdacia, qñ quidem, ut diximus non decent principem verba fallaciæ. *Et super duces stabit: hoc est*, in quibuscunque actionibus magnificis, & egregiis super duces hoc est sup ministros, & prĩcipes suos stabit, hoc est illis assistet, sup eos inuigilabit, cũ illis erit, neq; pmittet, vel tãtillũ eos à recto secedere, sed die, noctuq; in eo meditari, eadẽ requirere, & pcurare, & cum res ipsa postulabit cuncta executioni mandare. Hic princeps citra cõtrouersiam, & procul omni dubio est Christus dominus noster, qui est princeps pacis, & pater futuri sæculi, eius duces sunt Apostoli, & ministri eius, & quicũq; recto ordine, ac uia illis succedunt. In hoc magno duce, & glorioso principe præter singulares animi dotes tres præsertim egregiæ partes vero principe dignę conspiciuntur, videlicet, liberalitas, pietas, & iustitia, non ne super omnem captum liberalissimus extitit, & quasi pdigus hic noster princeps, dum nullo nostro merito, sed sola eius benignitate redempti sumus gratis, id quod & Apostolis mandatum fuit, uidelicet. Gratis accepistis gratis date: fuit etiam maxime pius, imo pietas ipsa cum dixit. Non dico tibi septies, sed septuagies septies peccatum in nos commissum esse condonandum. Quòd fuerit maxime iustus, quin & iustitia ipsa, patuit ex eo, quod dixit Phariseis. Reddite quæ sunt Cęsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo; nec de eo est ulterius tamquam per se noto aliud verbum faciendum. Sed prosequamur textum.

Mulieres opulentę surgite, ac audite vocẽ meam: filię confidentes percipite auribus eloquium meum. Tex. 5.

Enarratis quibusdam fęlicitatibus post Christi aduentum nobis affuturis: nũc describit multas calamitates, quas passuri erant Iudęi per Assyrios et alios populi Dei aduersarios, sed postremo per Titum & Vespasianum. Quas etiã calamitates passa est noua Ierusalem, & vniuersa Christi familia post Christi mortem, et propter eius nominis cõfessionem, et nondum finis, cum nostris quoq; temporibus Dei Ecclesia multis sit obnoxia persecutionibus, et afflictionibus: nunc ab infidelibus, nũc ab iis, qui verbo tenus Christianam fidẽ profitentur. Inquit ergo propheta. *Mulieres opulẽtę surgite*, nõ amplius stertite, excitamini, non amplius obdormite, uelut ab omni molestia liberæ, et alienæ; et audite uocem meam, et uos quoq; filię perperam confidentes in uobis ipsis aut in aliorum uiribus et consiliis percipite auribus, hoc est diligenter attẽdite, et intra uos ipsas penitius, et intimius expenditæ eloquium meũ, quę s. vobis ex abundantia cordis eloquor. Per Mulieres hoc loco pleriq; intelligunt primarias Iudæorum urbes, quas vocat opulentas, ut quæ omnium bonorum copia affluebant, nullusq; rei indigere putabantur; atq; in summa pace, et tranquillitate degebãt; per filias uerò intelligunt villas, et oppida, quę sub illis primariis vrbibus exaste-

Mulieres opulentę filia confidẽtes

existebant, atquè ab illis sustentabantur,& seruabantur. Alij per mulieres intelligunt ipsos eosdem Iudæos, qui tamquam mulieres erant molles, ac timidi, & propterea vocat propheta eos mulieres. Sed D Hierony. non veretur hoc loco per mulieres intelligere matrones quasdam Iudæorũ,quæ dicebãtur esse pingues, et opulẽtę,& multis opibus refertę,ac ditatę,ad hos igit, vel ad has quo uis modo intelligas,dirigit sermonem Esaias, & iuxtà expositionem quorundam, quãquã verbum sit per modum imperantis, potest tamen pro uerbo adhortantis, & commonentis accipi,ut cum dicit, *Mulieres opulentæ surgite, &c.* sic dicas, mulieres opulentę surgatis,excitamini,& audiatis vocem meam; et quidnam est istud quod sumus auditurę? id nempe, *Post dies.n.& annũ uos cõturbabimini cõfidẽtes supple,* in vanis præsidijs,ac opibus uestris; quoniam, *Consumata est enim vindemia, collectio ultra non ueniet.* Post dies enim & annum, idest post tempus iam à Deo pręstitutum: vel post dies, & annum, hoc est, non post multum tempus, sed connumerando, et recensendo diem, et annum ab hoc meo uaticinio usq; ad postremum excidium per Romanos futurum, vos ò Iudęi, uos o Mulieres opulentę, uos vrbes,et oppida conturbabimini, iam tempus aduenit,quo consumata est uindemia; collectio fructuum ultra non ueniet, quia omnia sunt diruta et penitus consumpta. Quidam expositores non inferioris classis longe secus præposita verba interpretantur, ut scilicet Esaias in persona Christi alloquatur Mulieres diuites, et opulentas, quæ ipsum sequebantur, queque de facultatibus suis eidem largiter ministrabant; hortatur ergo eas sic dicens. Mulieres opulentę surgite, et audite vocem meam,et filię confidentes auribus percipite eloquium meum, quæ ob fiduciam futurę fęlicitatis me sequimini, auribus percipite eloquium meum, quia post pręordinatum tempus idest quando venerit tempus persecutionis meę,& tempus retributionis, quo retribuet dominus incredulis meritas poenas, conturbabimini, et contristabimini, iuxtà illud,quòd dixit ipse saluator cum duceretur ad crucem. Filię Ierusalem nolite flere super me,sed super uos ipsas flete,etcetera, q̃ ibi legũtur. At illæ mulieres, et viduę magis contristabuntur,et mœrebunt,quę post Christi passionem non receperint euãgelium. D: Cyrillus in hanc ferè sententiam venit, ut pędicat mulieres opulentas, quas vocat ciuitates Iudeę, iuxtà illud ps. Audiuit,et lętata est Syõ et exultauerunt filię Iudę, esse cõturbãdas, et conterendas nisi obedierint ipsi Deo, et admiserint, ac receperint euangelicam, et salutarem pędicationem; hortatur igitur ipse Deus eiusmodi Ciuitates,et uillas, ut auribus percipiant eloquium suum: auribus (inquã) idest non leuiter, aut remisse,sed omni studio,et diligentia: sic.n. recte perficiuntur bona: et sequitur eadem adhortatio secundum ipsum, aut potius comminatio secundum alios,et inquit. Psal. 96.

Obstupescite opulentę, conturbamini confidentes, exuite uos, & confundimini, accingite lumbos uestros: super ubera plangite, super regione desiderabili, super uinea fertili &c. Tex. 6.

Pręsens particula est adeo facilis, et plana, ut nulla indigeat explicatione: deplorat enim ac detestatur Esaias ruinam Ierusalem, non eam quidem quę fuit ab Assyrijs,aut Caldeis, sed neque eam quę fuit inuecta per exercitum Romanorum, sed eam potius, et uerius,quę fuit eis merito illata per contemptum pędicationis Euangelicę; tunc uere dici potest ciuitas Ierusalem destructa uniuersa Iudęa, in captiuitatem redacta: quando noluerunt agnoscere, et recipere fidem Christi: dicit ergo. Obstupescite opulentę, i. vos Iudęi quibus fuit primum pędicatum, et promissum regnum Dei, et renuistis illud: obstupescite inquã .i. extra uos ipsos prosilite, et stupore, ac extasi animum uestrum replete, ex tam profunda ignauia, et obstinatione,quę uos cępit, et tandiu detinuit,et adhuc retinet. Exuite uos, et dimittatis omnem fiduciam et spem boni illius ulterius consequendi: accingite lumbos vestros, et

A cito expedimini, quoniam tribulatio
proxima est, & non est qui adiuuet: in-
stat enim tempus, quo peruicaciæ vr̃æ
dignam vltionem suscipiatis: super u-
bera plãgite.i.sup filios uestros,& filias
ur̃as,et sup regione desiderabili,nõ sup
regionẽ illam,quę ob fertilitatem agro
rum,& copiam fructuum erat deside-
rabilis. sed ꝑpter regnũ coeleste,qđ est
longè desiderabilius, & optabilius quo
cunq. bono desiderabili.

B Et super vinea fertili.i.super vinea, cu-
ius uitis suauissimos fructus,& verè sa-
lutares producere solet, quæ uitis est
Christus Dominus,quemadmodnm ip-
se de se ipso dicebat. Ego sum uitis, &
vos palmites, qui manet in me, & ego
in eo, hic fert fructum multum. Qua
re his qui succiderunt hanc uitem, iure
propheta eiuscemodi verba proloquit̃.
d. Obstupescite, conturbamini, exuite
uos.i.nihil vltra speretis, cõfundimini,
C Accingite lũbos vestros i.saccis vos in-
duite, plangite super vbera vr̃a i.mani
bus vos percutite,& lugete calamitatẽ
uestram. Quòd si in veritate historiæ
velimus persistere,nulli dubiũ, ꝙ hæc
omnia commodissimè possunt referri
ad illud tp̃s,quo Ciuitas Ierusalem, &
vniuersa Iudæa fuit à Romanis deuasta
ta: tunc.n. vehementer stupefacti sunt
Iudæi cum nihil tale opinantes subitò
se uiderunt à Romanis obsessos: tũc.n.
D oportuit eos conturbari,lumbos accin-
gere, se ipsos exuere,& super vbera plã
gere,cum tp̃s instaret, quo nihil aliud
videbatur,nisi conturbatio,commotio,
expoliatio,clades, & occisio: & cum d.
Exuite vos,& confundimini(iuxtà quo
rundam expõnem) volebat propheta
fortassis innuere,quod ipsi erant denu-
dãdi, sed voluit uti honestiori vocabu-
lo,quando in scripturis denudatio de-
notare solet,cum res turpes, & ueren-
E das,seu pudendas reuelamus,ac detegi
mus, innuens futurũ esse tp̃s,quo exuẽ
di,spoliandi,ac denudandi essent ab ho
stibus. at si ab historia volumus tantisp
secedere, nulli dubium qđ hæc calami
tas,& acerba rerum mutatio euenit il-
lis quia dereliquerunt Christum. Dein-
de sequitur hæc eadem lamentatio,
dum loquitur in persona Christi. d.

Super humum populi mei spinæ, & uepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis?

Super humum inquit, hoc est, super
agros, vineas, & pomeria quæ dedi
populo meo, ut eis potiretur, & gau-
deret in eis. Spinæ & uepres ascedent
quandoquidem non erit, qui ea custo-
diat,serat, aut colat, & quidem necessa-
rium est ipsam terrã proferre uepres,
& spinas,quando non colitur, quemad-
modum & mens nostra dum non eru-
ditur, ac exercetur studio bonarum ar-
tium,& bonorum operum, nullus po-
test producere fructus, nisi fraudes,do
los, & insanias.

Nec solũ(inquit)super humũ populi
mei spinæ,& uepres ascendent, sed mul
to magis super oẽs domos gaudij ciui-
tatis exultantis. Per domos gaudij nõ-
nulli intelligunt domos, & palatia di-
uitum, ac nobilium, in quibus conti-
nua gaudia, ludi, cantiones,& tripudia
fieri solebãt: vel per domos gaudij pos
sumus accipere quas in suburbiis, &
pagis animi causa ciues Ierosolymi-
tani habebant, quæ loca omnia ab ho-
stibus deuastata fuere.Sed in his uerbis
est aliqua difficultas, dum propheta à
maiori ad minus affirmatiue contra re
gulas Dialecticorum videtur arguere.
constat.n. difficilius esse, & magis in
rõnabile spinas, & uepres ascẽdere su-
per domos,& ibi adolescere q̃ super hu
mũ; et tñ hunc in modũ procedit Esa-
ias referendo,et amplificando huius re
gionis vastitatẽ, ac desolationem: d.n.
super humum populi mei spinæ, et ue-
pres ascendent, id quod nõ est quid ra-
rum, insuetum, ac difficile, et postea
subdit. Quanto magis super omnes do
mos gaudii ciuitatis exultantis?debuis-
set sic arguere.Si de quo minꝰ videt̃ ines
se et inest, ergo de quo magis. Sed mi-
nus vr̃ domos repleri,et occupari veprĩ
bus,et spinis,et tamen occupantur:er-
go à fortiori,terra illis occupabitur, et
replebitur. At ille è cõrio videtur ar-
guere:humus repletur vepribus, et spi-
nis: ergò multo magis domus. Ad hoc
tripliciter Resp.Primo legẽdo textũ ut
aliqui legũt hũc in modũ,vз.super hu-
mũ populi mei spinę et uepres ascẽdẽt

quinimo

quinimo super omnes domos gaudij. q.d. tanta erit desolatio quod non solũ spinæ, ascendent &c. verum, & super domos. Alii sic. Spinæ ascendent super humum, quanto magis super domos? quia scilicet non debet esse mirũ, nec durum quod spinæ ascendent super humũ, quia etiam super palatia, & altissimas domos diuitũ ascẽdent. Tertio sic exponitur, vos Iudei vehementer dolebitis, & tristabimini cũ uideritis agros vestros, & vineta spinis & vepribus oppressa, sed multo magis dolendum erit. cum spinæ, & vepres ascendent omnes domos gaudij ciuitatis exultantis, immo & super ipsum templum. Vnde quidam sic dicunt. si domus mea, hoc est templum ipsum erit vepribus, & spinis oppletum, quanto magis alia loca ciuitatis? & D. Hierony. sic arguit. si terrã Iudæam quæ terra promissionis est spine repleuerũt, quãto magis alias vrbes, & oppida quę sũt dedita voluptatibus, atq; delitijs. Moraliter verò D. Greg. 17. mor. cap. 9. sic exponit, per humum populi Dei intelligens mentem suorum electorum, & per domos gaudii mẽtes hominum peruersorum. Dicit ergo si spinæ .i. uitia occupant quandoq; mentes electorum, quanto magis occupabunt mentes hominum prauorum, qui dum ventura supplicia considerare negligunt in carnis voluptatibus, ac desiderijs immersi inaniter hilarescunt. hanc eandem expositionem habet Glos. super hunc locum. Quibus sic expositis nullus apparet error in progressu præsentis literæ. Dicitur ergo Ciuitas Ierusalem esse ciuitas gaudii, & ciuitas exultans: nulli dubiũ quod olim ciuitas hæc erat ciuitas gaudii, & ciuitas exultationis, quoniam, (vt superius dictum est) bonis omnib⁹ affluebat, frequens erat populis, & eorũ regio erat maxime fertilis, & vberrima: quã regionẽ uidens Isacar iudicauit illam esse terram optimam, & propterea scriptum est eum libenter supposuisse humeros ad portandum, erat etiam ciuitas illa plena gaudii, & exultationis, quando Christum in necẽ tradiderũt, existimantes nullum amplius superesse, qui eorum uitia coargueret,

Hyerusalẽ ciuitas gaudii.

A & in faciem illis ea obijceret, & presertim cum viderent aliquo post tempore crucifisso Domino nullum sibi incommodum accessisse, sed bonis omnibus auctos esse, & locupletatos: veruntamen non solum in eorum agros, verũ & supra eorum domos, & palatia spinę & vepres ascenderunt in vindictam, & poenam eorum qui Domini caput spinis confixerunt, & lacerarunt. fuit ergo in signum, & testimonium eorum B crudelitatis, & seuitiæ quòd omnia eorum bona essent vepribus, & spinis referta, & penitus deuastata, ac desolata. Sequitur textus.

Domus.n. dimissa est, multitudo vrbis relicta est, tenebra, & palpatio factę sunt super speluncas usq; in aeternum &c. Nulli dubium est, & satis constat intuentibus de eadem Iudæorum vastitate hoc eodem loco sermonem haberi, nec oportet in eius explanatione diutius labo-C rare, sed nomina quędã duntaxat sunt declaranda. v.g. quid intelligat per domum, quam dicit esse dimissam. Dicũt enim pleriq; intelligi templũ Dei, quod verè & proprie dicebatur domus Dei, quodq; tempore obsidionis fuit dimissum ac derelictum. multitudo vrbis relicta est, hoc est populorum frequentia & multorum ciuium, ac primatum numerus est imminutus, ac penè extinctus, & deniq; celebritas, & magnificen-D tia totius ciuitatis ferè ad nihilum reducta. Tenebræ, & palpatio factæ sũt super speluncas usq; in æternum. Quid per tenebras, & palpationem intelligi debeat planè difficillimum est. Qui volunt consectari dictiones hæbreas dicunt per hæc intelligi debere duas turres famosissimas, & munitissimas, quæ constructæ erant in Ierusalem, quarũ altera latino vocabulo vocabatur nubilum, teste D. Hieronymo, propterea E quod videbatur vsq; ad nubes erigi. Altera verò vocabatur firmitas, aut inquisitio, propterea quod in contemplãdo, & in inspiciendo eius culmine, oculi fallere dicebantur. Qui vero lectionem lxx. Interpretum consectantur dicunt per has duas dictiones intelligi villas, quæ sitæ erant prope Ierusalem. At significationes horum nominum nulla

Palpatio quid.

 ratione

ratione congruunt cum significato horum. Propterea dicamus per tenebras, & palpationem intelligi debere loca quædam secretiora ipsius templi, quę tenebræ,& palpatio,i. tenebræ palpabiles, & densissimæ possederunt: quæ omnia tandem reducta sunt in speluncas, & cauernas,quas nemo hominum incolere unquam audebit, & commode quidem eiusmodi loca reducta sunt in speluncas, vt omnino verum comprobetur quod dixit aliquando saluator, exprobrans Iudęorum impietatem, & sacrilegium,cum dixit. Matt.21.cap. Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum; huiusmodi autem tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas usq; in ęternum.i longo admodum tempore perdurabunt, hoc autem dicit ut se præseruet ab eo tempore quo aliqui ex Iudęis accedent ad Christum,tandiu.n. tenebrę,& obscuritas apud quosdam permanebit,quousq. resipiscant:his autem qui in sua pertinacia,& incredulitate uoluerint persistere tenebrę istę, & obscuritates inerunt usq; in ęternum.i.semper. Deinde sequitur, eundem scopum respiciens,,& prosequens ipse propheta inquit. *Gaudium onagrorum pascua gregum,donec effundatur super nos spiritus de excelso.*

Matth. 21.

Tex. 7.

Gaudium inquit onagrorum.i. festiuitas, & lętitia hominum siluestrium, idest hominum velut animalia bruta ratione carentium;erit pascua gregũ, idest ibi pascentur,ibi manebunt, & cũ illis versabuntur, qui prius erant de numero ouium Onager.n.est Afinus siluestris,& per hoc genus animalis vult innuere propheta omne genus brutorum,quæ ibi tuto pascent,vbi erant pascua gregum mistice, & allegorice denotando,quòd gentes, quę erant velut onagri, & bestię non amplius in syluis, ac solitudinibus,hoc est in locis in quibus nulla habetur veri Dei cognitio, quibusuè sunt omnino alienati à Deo; commorabuntur inter oues, quę sunt animalia obsequentia, & suapte natura satis mansueta, quales debent esse, & sunt homines veritatis capaces. id autem erit donec effundatur super nos

Onager.

A spiritus de excelso, idest Spiritus sanctus, qui repleat corda ipsarum gentium,& faciat ea veritatem agnoscere, & falsos Deos detestari & abominari. Iuxtà literam sic exponitur aliud incõmodum. Loca inquam quæ prius erãt pascua gregum,erũt gaudium onagrorum: ubi scilicet onagri,hoc est homines siluestres,& absque Dei cognitione poterunt absque difficultate. & impedimento depasci, & saturari. Sed secus

B erit quãdo fuerit receptum Euangeliũ. *Et tunc erit desertum in Carmel,et Carmel in saltum reputabitur.*i gentes quæ prius erant destitutæ ueri Dei cognitione,& Spiritu Dei conuertentur in Carmel .i.in locum & gentem amenissimam, ac tractabilem; & Carmel .i. qui prius erant gens electa,populus Dei,& populus acquisitionis in saltum reputabitur .i.in syluas, & solitudines, ac deserta transferetur; & habitabit in solitudi-

C ne.i.in ea gente, quę prius erat solitudo ac deserta,habitabit iudicium .i.recta veri cognitio, & iustitia sedebit in Carmel.i.in eo qui prius erat Carmel, quę ut plane,& simplici verbo dicamus gentes,quę erant alienę à Deo vocabũtur in sortem filiorũ Dei, & Iudæi qui prius erant (vt diximus) populus Dei, reducentur ad solitudinem .i. erunt ab eo deserti,& beneficijs omnibus, quib⁹ antea ditati erant omnino propter eo-

D rum incredulitatem, & finalem impoenitentiam destituti. Nec dubium, quòd populus Iudæorum poterat olim dici Carmel uel Carmelus, qui erat mons in Iudæa amęnissimus, propterea qd florebat olim sanctis patribus, iustis uiris,prophetis,et magnis sacerdotibus.. quare etc.

Nec velim existimes, quod Carmelus omni ex parte in saltum sit reputãdus, et iustitia tantum in deserto, hoc

E est in gentibus sit consessura, quandoquidem non in totum excidit Israel à coniunctione cum Deo, sed (ut frequẽter diximus) reliquię saluæ sunt, et cõgregantur cum gentibus, qui ex illis crediderunt, et Christus qui est uerum, et rectum iudicium, et summa iustitia, tàm in his, quàm in illis habitabit. In illo enim iusti sumus, et iusto, et recto iudicio

iudicio sumus donati abolito peccato, et sublato Sathana: Sed ne videamur nostram tantum expositionem admittere, et alias silentio preterire, dicimus eam propositionem. *Gaudium Onagrorum pascua gregum*. Sic etiam exponi, quòd tanta erit vastitas, et desolatio ciuitatis Ierusalem, et vniuersa Iudeą quòd ubi nunc sunt Ciuitates, domus, et palatia hominum, erunt pascua gregum, et latibula bestiarum: adeò q; loca illa quę prius erant gaudia, consolationes, ac refrigeria incolarum erunt gaudium onagrorum, et pascua gregũ, et alludit propheta ad id quod antea dixerat, quòd vepres ascendent super domos gaudij ciuitatis exultantis; nec sicco pede transeundum est quòd subdit ibidem propheta, quòd uidelicet gaudium onagrorum, pascua gregum erũt supp. Ciuitates, et loca Iudeę dum præscribit tempus inquiens. Donec effundatur super nos spiritus de excelso, sic videlicet intelligendo tandiu durabit ista uastitas, et secundum allegoriam ignorantia, et neglectus diuinorum mandatorum, quousq; effundatur super nos spiritus de excelso, hoc est de summis coelorũ et ex sapientia, et bonitate Dei patris: hic est enim spiritus ille, qui omnia viuificat, et conseruat, et deperdita, ac deuastata recuperat et instaurat. Vnde propheta regius. d. Emitte Spiritum tuum Domine, et creabuntur, et renouabis faciem terrę: spiritualis ergo desolatio de qua propheta primaria intentione quamquam sub umbra loqui videtur, tandiu durabit, quamdiu miserit omnipotens et misericors Deus in nos spiritum suum, quam missionem ob copiam, et abundantiam donorum appellat effusionẽ, de qua effusione loquitur etiam Apostolus. d. quem effudit in nos abundè.

Spiritus sancti missio dicitur effusio.

Sed quoniam audio plerosq; Iudęos nobis obijcere, et modo quodam insultare, quòd licet spiritus Sanctus iam olim secũdum nos sit effusus, ac de cœlo missus, nulla tamen apparet ipsius Ierusalem instauratio, nec desertum in Carmelum commutatum. Potest facile responderi hæc quidem omnia ex parte contigisse: at non secundum sen-

A sum carnalem, sed iuxta spualẽm intellectum. Noua quidem Ierusalem de cœlo descendens constructa est, et reparata, quę est Ecclesia Dei uiuentis, in qua dubio procul iustitia, et iudicium uiget, et unus est constitutus Carmelᵘˢ, in quo gentes, et Iudęi conquiescunt, et cuius amęnitate utriq; fruuntur: futurum autem est tẽps in quo penitus tolletur dissidium, et fiet unum ouile, et vnus pastor; neq; erit amplius distin-
B ctio inter desertum, et carmelum ut dictum est. et quoniam iam dictum est, quòd in solitudine, hoc est in ea gẽte, quę prius erat solitaria, deserta, et destituta habitabit iudicium, et iustitia in Carmel sedebit. i. in ea gente, quæ versa est in Carmelum, aut potius in ea gente, quæ prius habitabat in Carmelo materialiter, nunc autem in carmelo spiritualiter, & secundum intellectum. sequitur propheta enarrando,
C & prædicendo alias fœlicitates, & bona quæ inerunt his, in quibus iudicium, & iustitia habitabit, & inquit. *Et erit opus iustitia pax, & cultus iustitia silentiũ, & securitas usq; in sempiternum*. Quouis modo accipiatur pax modo sit vera constans, & sancta, uerum est quod dicitur; quamquam minus congrue huic proposito sit loqui de iustitia ciuili; uerũtamen certum est ubi est iustitia, qua vnicuiq; suum ius reddi consueuit, du-
D bio procul erit pax, & concordia inter eos, qui simul cohabitant, & aliquam inter se societatem ineunt quandoquidem ibi sunt perturbationes, ac dissidia, dum quisq; quod aliorum est, rapere vult, & vsurpare, at contra si quisq; sua sorte fruatur, neq; vlli faciat iniuriam, tunc pax erit in terris. D. Thomas 2. 2. q. 180. ar. 2. d. pacem esse opus iustitiæ, quatenus qui ab iniurijs aliorum abstinet, subtrahit litigiorum, & tumul-
E tuum occasiones; vbi concludit uirtutes morales cuiusmodi est iustitia, disponere ad uitam contemplatiuam, si verò per pacem intelligamus pacem, & quietem conscientiæ quæ profectò solum est dum mens reconciliata est Deo, neq; quicquam habet in quo reprehendatur, tunc nimirũ dici potest quis habere pacẽ, & iustitię iustificãtis, quæ

D. Thom. 2. 2. q. 180. ar. 2.

est per fidem, & alias uirtutes annexas, A tunc illius opus, & effectus erit pax illa de qua loquimur, de qua pace loquebatur apostolus cum dicebat. Iustificati ex fide pacem habeamus erga Deum per Dominum nostrum Iesum Christum; id quod confirmat per ea quæ mox sequuntur d. *Et cultus iustitiæ silentium*. Qui enim vult colere & conseruare iustitiam iam per fidem adeptam, & declarare se iustum apud Deum & homines, silere debet, patiens esse, nul B la ratione perturbari, si res interdum aduersæ obueniant, neq; extra se prosilire, & gloriari, si quid etiam quandoq; prosperum quid illi concedatur. Cyrillus inquit opus iustitiæ pax, hoc est, effectus, & operatio, qua Christus qui est uera iustitia operatur ĩ nobis est pax quemadmodum D Paul. ad Eph. 2. inquit, quòd ipse veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis, & pacẽ ijs qui prope. & paulo supra inquit. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; C unum: adeo quod ipse est iustitia, & pax nostra; sed præter eum, qui est iustitia nostra, datur etiam & illa iustitia de qua sumus locuti, quę est formaliter, & intrinsece ea qua iusti dicimur, & sumus, & hanc nonnulli distingunt in duplicẽ iustitiã, quarum altera appellatur iustitia fidei, quæ datur sine alicuius operis merito, & per quam ex impijs, & iniustis efficimur pij & iusti; altera uerò o- D perum iustitia uocatur, qua quidem nõ efficimur iusti, sed augetur iustitia in nobis, & iustitiam nostram alijs patefacimus: quamquam non ut inde gloriemur, & ut iusti videamur, sed ut videntes opera nostra bona ad bene, & iuste operandum prouocentur, & glorificẽt patrem nostrum qui in cęlis est. D. autẽ Hierony. breuibus se expedit de intellectu istius propositionis, uidelicet, cultus iustitiæ est silentium, quoniã inquit iustitia nostra non consistit in multiloquio Iudæorum, sed in breuitate fidei E qua solemus adorare Dominum. D. Greg. lib. 7. mor. cap. 25. moraliter sic exponit, cultus iustitiæ silentium; quia mentis iustitia desolatur quando ab immoderata locutione non abstinetur. vñ D. Iacobus inquit. si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum, huius uana est religio: proinde hortatur in eodem loco, sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendũ. Ego autem (pace aliorum) breuissime dixerim, cultus iustitiæ silentium, hoc est si quis fuerit obediens legi diuinæ, et fecerit opera iustitiæ, non ut videatur ab hominibus, sed vt glorificetur deus, facile requiescet in Christo, & poterit habere maximam fiduciam, quemadmodum immediate sequitur. *Et erit securitas usq. in sempiternum*. Quemadmodum & D. Ioan. Epist. 1. cap. 3. inquit. Carissimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Sed nota, & aduerte, quòd securitas ista perpetua non habetur in hac uita, nisi fuerimus omnino confirmati in gratia quandoquidem septies in die peccat iustus, & nemo mundus à sorde, et quamquam fuerit aliquando dimissum peccatum, monet tamen sapiens, & dicit, de propitiato peccato noli esse securus. tunc autem poterimus de securitate nobis aliquid polliceri, cum nos nostraq; omnia soli Deo committimus, illi solũ confidere, & ei uni obtemperare studuerimus, neq; quicquam facere, quo de eo diffidere demostremus. Cuius rei exẽplum licidissimum nobis præbuit B. Agnes, cuius hodie festum celebramus, quę dicere solebat. Nullum habeo amatorem, præter Christum, cui soli seruo fidem, cui me tota deuotione committo; tunc enim pacem, securitatem, & tranquillitatem omnem assequemur, & præter id subdit textus. *Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta*. In pulchritudine inquã pacis, in domibus, & prædiis ecclesię catholicæ, cuius tabernacula sunt pulcherrima, & amabilissima; de quibus dicebat Dauid psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. cõcupiscit, & deficit aĩa mea in atria Dñi. hęc iq̃ sũt tabernacula pacis, & fiducię. *psal. 83.*

Iustitia fidei.

& ubi

& vbi est requies opulenta, de qua re- A quie opulenta, & diuitiarum copia loquebatur Apostolus 1. ad Corinth. 1. dum inquit. Gratias ago Deo meo sẽper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia. Et quam quam eiusmodi beneficia credentes in Christum magna ex parte experiantur multo magis absq; vlla comparatione in coelesti gloria experietur, & ppetuò B posside bunt, vbi quidem summa pax; quies, & tranquillitas habebitur. Dicit hoc loco S. Thomas, quod pax sãctorũ in patria erit vere pulchra, suauis, et amena, quia nulli erit commixta turpitudinem ' ac falsitati, nullum habẽs finem, et modis omnibus absoluta: At iis qui Christum filium Dei verum Messiam non susceperint erit grando, tempestas, et turbo in descensione saltus, quando scilicet decreuerit ipse De C us visitare Syluam, et Carmelum antiquum iam conuersum, & mutatum in siluam, hoc est, Synagogam, et gentem Iudaicam, redactam in solitudinem, hoc est omnino desertã, relictã. *& humilitate humiliabitur Ciuitas* idest. Hyerusalem, quæ erat Ciuitas adeò cælebris, et famosa, humilitate humiliabitur, hoc est plurimum humiliabitur, et deiicietur. Sic quidem prima facie exponitur iste textus, ut in eo prę D dicat Esaias calamitatem regionis Iudeę, et Ciuitatis Hyerusalem. Alii verò secus, vt potius vaticinetur excellẽtiam; et nobilitatem ipsius Ecclesię, ex gentibus constitutę, quę scilicet humiliabitur Deo; humilitate, quæ est uirtus, aut etiam sui ipsius abiectio; est et deducetur, aut descendet ex montibus, hoc est ex vita inculta, et maxime rudi ad loca plana, et humilia.

1. Cor. 1.

D. Thom.

Sic etiam Procopius, et quidam alii E declarant hanc partem, quòd homines qui olim erant inculti, et loca deserta appellabantur, quia nullo coelesti aratro erant proscissi, erunt postea exculti, et coelesti imbre irrigati, ut inde fructus maximos et saluberrimos queant proferre, quemadmodum scriptum est. erunt praua in directa, et aspera in uias planas, et omnis caro uidebit salutare Dei.

Luca 3.

Postremo Esaias spiritu sancto afflatus præuidens quàm maximum fructum agricolę Dei ministri sint laturi super omnem populum, tam Iudæum quam Gentilem, se nequaquam potuit continere, quin sermonem hunc tot misteriis refertum, hac admirabili, & quam suaui acclamatione concluderet dicens. *Beati qui seminatis super omnes aquas immittentes pedẽ bouis, & asini.* q. d. ò vos Apostoli, & cæteri pręcones verbi Dei, ò fœlices agricolę, qui in tam vberi, & fertili solo labores vestros collocatis, seminatis inquam super omnes aquas, idest super omnem populũ: (Aquę enim multę sunt populi multi) semen quod est uerbum Dei. dixi super omnem populum, quia in Christo Iesu non est seruus & liber, non est distinctio Iudęi, & Græci. Vsi estis boue, & asino non quidem adarãdum cum scriptum sit, non arabis cum boue, & asino Deuter. 22. Sed vsi estis boue, & asino seorsum, aliquando quidem cum bobus, aliquando cum asinis, quoniam quandoque vsi estis doctrina, & modo faciliori, & præceptis etiam leuioribus id quod per bouem designatur; quando quidem bos est animal magis docile, & facilius domabile. Asinus verò est animal magis durum, & tardum in obsequium Domini sui. Id quod per eum præfigurantur homines, qui sunt duriores, & tardiores ad credendum, & multis uerberibus, & castigationibus promouentur ad bonorũ operum exercitium, & ad euitandum malum. cæteri ferè omnes per bouem, & asinum intelligunt populum Iudęum, et populum Gentilem; et quidam per Bouem intelligũt populum Iudæum, qui dicebatur populus Dei, & victima Deo grata, & consequenter magis munda, quẽadmodũ bos est animal mundum. Per Asinum verò intelligunt populum Gẽtilem, qui ante aduentum Christi erant rudes, & immundi quemadmodum est asinus animal rude, & immundum D. Bernardus serm. 1. de Annunc. d. Quòd seminare super omnes aquas, est ubiq; & super omnes creaturas extollere, & magni-

Tex. 8.

Deut. 22.

minium, quod ipse habebat in toto Orbe, cum autem Augusto succedant reliqui imperatores, igitur quicunq; est imperator legitimé constitutus, est dominus uniuersi Orbis. Septimo Aristoteles 12. Metaphisicæ inquit, non esse bonam multitudinem Principatuum ad gubernationem vniuersi, quare concludit bonum esse vnum fore principem.

Septimo.

Octauo sunt plerique iureconsulti, quo mordicus hanc opinionem substinere videntur, vnde tit. de maioritate, & obedientia cap. Solitę, sic habetur. Duo sunt luminaria magna in hoc mundo Papa videlicet, & Imperator, vnde sicut Papa habet spiritualem potestatem in totum Orbem, & omnia regna mundi; ita Imperator temporalem. Et confirmatur per dictum Antonii Imperatoris in l. deprecatio. Ego mundi dominus. Et in extrauaganti ad reprimendum, dicit Henricus septimus.

Octauo.

Nono;

In tranquillitate Romani Imperii totius orbis regularitatem conquiescere. Postremo Bartholus, & Baldus iuris lumina multa tribuunt Imperatoribus, quæ excedunt omnem existimationem. Bartholus enim videtur hoc sentire, eam esse Imperatoris excellentiam, & potestatem, ut qui fuerit ausus aduersus ipsum aliquid committere, incidat in hæresim, & sit habendus in fide suspectus. Baldus vero in rubr. de ior. aure. anu l. dicit Imperatorem esse vicarium Dei in temporalibus, & habere potestatem, & dominium super omnes res temporales; & alii appellant ipsum legem animatam, & patrem legis, & alicubi apellatur Pontifex Maximus, quemadmodum legimus etiam Imperatores Romanorum fuisse quandoq; nuncupatos Pontifices Maximos, & propterea dicunt isti, iure meritò in terris adoratur quoad omnem reuerentiam, quæ potest exhiberi creaturæ. Nec absque forti ratione triplici corona solet coronari, ut habetur in Clem. lib. 2. de iureiur. Glo. Corona inquam prius ferrea, quæ designat fortitudinem, et constantiam quę debet esse in Imperatore ad reprimendos rebelles, et improbos, & conculcandos infideles. Secunda debet esse argentea ad designandam Charitatē, et puritatem fidei, quæ maximè decet Christianum Principem Tertia debet esse de auro puro, ad designandum excellentiam, et præstantiam omnium virtutum, quę vigere debent in eo super omnes alios principes. Dicunt alii debent imponi capiti suo tres coronę, argentea quidem ad designandā continentiam, ferrea ad designandam virtutem, et constantiam iuxta illud Eccles. 7. Noli fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Tertia quę est aurea, notat scientiam, et prudentiam, qua possit Imperator discernere inter bonum, et malum. Primā dicunt imponi Aquisgrani ab Archiepiscopo Coloniensi, Secundā in Oppido Modinensi ab Archiepiscopo Mediolanensi. Tertiam, quę est de auro puro, Romæ in Ecclesia Santi Petri per summum Pontificem. Et non absque causa datur tertia de auro puro, ut petit Salomon dicens, Da seruo tuo cor docile, ut sciat discernere inter bonum et malū, vti mox diximus 3. reg. 3. ca. sed nō obstātibus tot authoritatib9 & rationib9 doctissimorū virorū vtriusq; iuris, pariter, et quorundam sanctorū patrum experientia docet, ac testatur, nullum vnquam eorum, qui Imperatoris nomine sunt insigniti totius orbis dominium habuisse: solus. n. Deus dicitur verè, realiter, et propriè dominus vniuersi orbis, et omnium creaturarum iuxtà illud psal. 23. Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarū, et vniuersi qui habitant in eo. Et alibi, Meus est orbis terræ, et plenitudo eius etc. Pręterea si percurramus, et inspiciamus qualitatem singulorum temporum, facilè quod diximus, apparebit. Quatuor enim leguntur fuisse imperia maiora, ampliora, et pręstantiora, et aliquanto etiam diuturniora, vt imperium Assiriorum, quod quidem fuit primum, et uocabatur monarchia, seu imperium Babilonicū sub Rege Nino, aut sub Belo primo introductum. Secundum fuit imperium Persarum sub Rege Ciro, et Dario, ut habetur Danielis 5.

Decimo

Eccles. 7.

psal. 23.

quatuor imperia olim primaria.

Tertium

Tertium fuit imperium Græcorum sub Alexandro Macedone. Quartum, & vltimum fuit Imperium Romanum.

Et hæc quidem omnia imperia adueniente Christo Domino singulatim corruerunt. Id quod fuit præfiguratum à Daniele per similitudinem, seu figuram illius lapidis, qui sine manibus abscissus percussit statuam, & contriuit: Qua statua præfatæ quatuor monarchiæ fuere præsignatę. Constat autem horum temporum historias percurrenti nullum ex his quatuor Imperatoribus fuisse Dominum totius vniuersi ut manifestè præ cæteris demonstrat Cassaneus in libro de gloria mundi: parte quinta, cõsideratione 28. et sequentibus. Sed ne longius exempla petamus Iulius Cæsar, qui primus apud Romanos fuit nũcupatus Imperator, & pręcessit aduentũ Christi annis ferme 51. nequaquam subiecit totum orbem, quinimmo nonnulli affirmant eũ solius Europę obtinuisse imperium, & dominium: Cui in imperio successit Octauianus Augustus, qui dicitur regnasse annis 56. & mensibus 6. quo tẽpore dubio procul erãt per vniuersum Orbem plerique Reges, & principes multa etiam dominia, & principatus, non erant subiecta Imperio Romano, vt refert Cassaneus loco iam pręallegato. immo manifestè testatur eo tempore Marcum Antonium possedisse, & suo sub dominio habuisse Asiam, Pontum, & Orientem, quamquam ego nõ libenter admitto de vniuersa Asia, cum regio Palæstinę, quæ & ipsa est pars Asiæ sub id tẽporis vigeret, sub potestate Romani Imperii. Multò veriùs hęc possunt affirmari de cæteris Imperatoribus, qui post aduentum Christi, & eius mortem, ac passionem, ordine ac seriatim successerunt. Verùm his omnibus omissis, seu pretermissis intueamur, & perspiciamus, hac nostra tempestate quale sit, & iam olim fuerit imperium Turcarum, quod quidem citra omnẽ controuersiam est valde latum, amplũ, & extensum, ut non vereatur illorum princeps, & dominus appellare se Regem Regum, & dominum dominantium. Quem tamen satis constat non

A occupare vniuersum orbem, neq; etiam maiorem ipsius Orbis partem, quamuis maximam. Quod si de Romanorum Imperatore, qui nunc est, & paulo ante fuit, quique futurus aliquando est, (nisi nos Deus adiuuet, & manum suã extendat) verbum aliquod hic velimus apponere, constat, & notum est apud omnes quam sit angustum, humile, & abiectum. Verum his non ob-

B stantibus nihil minus de eo sentiendũ est, quam de summis, & maximis illis Regibus, & Imperatoribus, qui iure, siue iniuria iam dudum fuerunt, & hæc nostra tempora præcesserunt, si huius gradus & dignitatis excellentia, & pręstantia consideretur: nemo enim re uera dubitare potest, ac debet Imperatoriam maiestatem, seclusa Pontificia dignitate, & authoritate, longè priorẽ, & præstantiorem fore cæteris dignita-

C tibus, & præeminentiis secularibus, & temporalibus. Vnde non iniuria cum primùm fuerint electi tribus coronis, ut supra diximus, dicuntur insigniri, & coronari. Quòd autẽ verè dicatur, & sit dominus, & imperator totius Orbis, hoc profectò fallissimum est, & manifesta rei experientia reprobatum.

At forte quis dixerit, verum est quidem nullum Imperatorem esse, aut fuisse dominum totius Orbis, si videlicet lo-

D quamur de facto; verum si de iure loquamur hoc forte poterit esse, & concedi. Sed ego ostendo neque de iure, neque de facto quemquam eiusmodi habuisse imperium siue loquamur de dominio proprietatis, quod nulli concedi tur, siue de dominio iurisdictionis, de quo ad præsens disputatur. Quòd quidem nullus Imperator, aut quiuis Princeps terrenus habeat supra subditos dominium, & ius proprietatis manifestũ

E est, quia si sic esset nõ possent homines suis opibus sustentari, & eiusmodi dominium esset maximè noxium ipsis subditis, et aduersus eum finem, propter quem Principes eliguntur. Solus enim Turcarũ Imperator dicitur hoc vti dominio, seu potius tyrannide, ut cunctas subditorum substantias tamquam suas proprias sic possideat, ut pro arbitrio uniuersa sibi dicatur posse tribuere

buere, & usurpare. Et licet contra asferatur dictum Hostiensis in tit: de præscript: vbi affert dictum Zenonis Imperatoris dicentis omnia esse Principis. Et aliud in authen: vbi habetur, quod Imperator potest aliquando aliquid accipere venerabilium domorum cũ noluerit. Nihilominus ista non concludunt, quoniam cum dicitur omnia esse principis, intelligitur de his, quæ fisco, aut publico ærario ipsi domino consueuerunt afferri; Sic etiam cum dicitur Imperatorem posse aliquid accipere uenerabilium domorum, intelligitur in casibus quidem occurrentibus, dum videlicet necessitas postulauerit subuenire Reipublicæ, seu conseruationi, aut defensioni ipsius Principis, seu reparationi locorum, quæ aliqua indigent instauratione, ut pontes, flumina, strata uiarum, propugnacula, & alia his similia. Quòd autem nullus Imperator, ut diximus ullum habeat ius, seu dominium iurisdictionis in totum orbem, iam ostendimus: quia nullo unquam seculo repertus fuit quisquam eorum, qui hoc munere, & titulo fuerũt insigniti, qui habuerit iurisdictionem, & potestatem super vniuersas, & singulas orbis partes. Quo autem iure quidam obtinuerint aliquem principatũ, siue dominium super aliquas urbes, & loca, videbimus infra, ne omnia simul recensendo confundamus. Nunc autem nobis satisfaciendum est rationibus à principio in contrarium adductis. Cum ergo prius dicebatur Imperatorem esse dominum totius Orbis per ea quæ leguntur Lucæ 2. videlicet. Exijt edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis; dicunt aliqui per totum Orbem eo loco intelligi eam dumtaxat partem, quę tunc Romano imperio subiacebat, quæ propter suam latitudinem, & magnã prouinciarum copiam, quæ Romano Imperio subiacebat, vocabatur uniuersus Orbis, vbi notandum per Orbem intelligendum esse totum hunc globum, & ambitum, qui complet, & continet totam terram, & quamcunq; aquarũ multitudinem, iuxtà illud psal. Orbẽ terræ, & plenitudinem eius fundasti: & Orbis hoc modo sumptus propriè accipitur. Accipitur etiam orbis aliquando pro aliqua designata parte ipsius mundi, quo modo hoc loco apud Lucam sumitur totus orbis; sic etiam dicuntur in mundo superiori esse plures Orbes, vt Orbis lunæ, orbis Saturni, & cęterorum.

Luc. 2.

Sic etiam dicimus orbẽ Christianũ, nouum orbem, orbem Italicum sic ẽt dicebat quidam, ut Lucanus in tertio. Ignotum vobis Arabes venistis in orbem. Non ergo inconuenit, ut Lucas eo loco acceperit totũ orbem pro una parte mundi. Aut postremo dicendũ Lucam fuisse loquutum more aliorũ, qui sic loqui consueuerant.

Ad Secundum cum dicimus Lucæ vigesimo, Dominum dixisse. Reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo, noluisse inferre æquam fore potestatẽ ipsius Cæsaris, & ipsius Dei, & ut inquit Dominicus Soto, nõ approbauit Christus per ea verba Cæsaris dominatum; sed eximere se volens ab illo iudicio, ius tantùm naturæ retulit, quasi diceret; Si quid Cæsari debetis, soluite, sed in primis Deo, quod illi debitum est.

Ad Tertium. Cum apud Danielem. 2. cap. vocatur Nabuchodonosor Rex Regum, respondetur, non ob id existimãdum esse eum habuisse dominium, vel iurisdictionẽ in vniuersum Orbẽ, sed dicitur Deum tribuisse illi imperiũ, quia permisit, ut bello, vel iure hæreditario eò potentiæ peruenisset. Verũ, ut reperi apud virum apprimè eruditũ, & versatum in historijs, hic Nabuchodonosor fuit maximus princeps, ut nõ ab re dixerit ei Daniel. Tu es Rex Regum, & sub ditione tua vniuersa constituit Deus: dicunt enim scriptores antiqui hunc Regem præter orientis prouincias Aegyptum quoq; et Africam, Hispaniam quoq; subiugasse; & asserũt animi virtute, & rerum gestarum pręstantia Herculem superasse: Et Tertullianus aduersus Iudæos, ait hunc Regẽ imperij sui terminos habuisse ab India vsq; Aethiopiam. Sed ut breuiter dicamus, quamuis Daniel dicat Deum constituisse

stituisse vniuersa sub eius ditione, possumus dicere in his verbis eum fuisse vsum hyperbole, quæ est figura satis frequens in sacris literis ad exprimendam rei magnitudinem.

Ad quartũ. Ex sententia sumpta ab his verbis 7.q.1.in apib⁹, vbi ad similitudinem apum, & gruum, infertur unum debere esse Principem in toto Orbe, dicimus non id sequi, sed hoc solum, quemadmodum in examine apum debet esse unus dux aliorum, sic in quacunq; Republica debere esse vnũ principem, & ducem, ut habetur Hieremiæ. 12.cap. Pastores multi demoliti sunt vineam meam. Non tamen ex hac similitudine sequitur vnicum debere esse regem, & caput in toto orbe, sicut neq; omnia examina apum uni subijciuntur Duci, sic etiam dicendum de gruibus.

Hier. 12.

Ad quintum: cum diuus Augustinus dicit Deum contulisse Romanis totius orbis imperiũm, iam diximus quomodo capiatur Orbis, maximam quidem orbis partem subiectam habebant, & re uera ego existimo, ut etiam aliqui dicunt, Romanum Imperium fuisse longè maius, quam cætera imperia.

Ad sextum: ex diuo Thoma, dicim⁹ id idem, quòd scilicet dicebatur Augustus habere dominium in toto orbe, in toto orbe inquam Romano, quasi in optima parte orbis; sic etiam reliqui Imperatores, qui illi legitimè constituti successerunt. Imperium autem, qđ habuerunt post aduentum Christi, & post eius fidei diuulgationem Persæ, Medi, & Turcæ, fuit per uim, & rapinã, & armorum violentiam.

Ad septimum cũ dicebamus ex Aristotele non esse bonam multitudinem Principatuum ad gubernationem vniuersi, verum est quidem, sed non ideò sequitur, vnum tantum debere esse principem in vniuerso: quia non posset unus tantùm singulis partibus vniuersi suis in angustijs, & necessitatibus prouidere. Qui enim fieri potest, ut un⁹ tantùm homo prouideret partibus remotissimis Indorum, Antipodum, & multarum Insularum, ad quas difficillimus est omnino accessus, seu per literas, aut per nuncios? minimè verò omniũ, ut quiuis Imperator ad tot uarias, ac diuersas, & maximè distantes regiones accederet. At in quacunq; Republica, seu regno multò magis confert vnius Principis, quam multorum regimen, & gubernatio.

A

Ad octauum penes opinionem quorundam iuristarum, qui mordicus hãc opinionem tuentur, hac similitudine moti, quòd quemadmodum sunt duo luminaria magna in cælo, videlicet sol, & luna, sic etiam in hoc mundo Summus Pontifex, & Imperator: quorum alter spiritualem potestatem in totum orbem, vt summus Pontifex, temporalem verò Imperator habere dicuntur. Respondetur non esse eandem rõnem de vtroq;, vt quemadmodum in vno, verbi gratia, summo Pontifice datur suprema potestas spiritualis, ita detur suprema temporalis in vno tantum residens Imperatore, & hoc duplici ratione. Primò quia potestas spiritualis est immediatè à Christo Domino instituta, & beato Petro tradita, & cunctis his, qui legitimè ei succedunt. Imperialis verò potestas, regalis, quamuis & ipsa sit à Deo, immediatè tamen est à Republica, & ab ipsa in Principẽ, quem ipsa sibi elegerit, transfertur. Præterea quosdam Reges, & Principes, quos sacrę literæ tradunt immediatè constitutos à Deo. Alia ratio est, quia summus Pontifex est custos, & magister fidei, & Christianę religionis, ac legis euangelicæ, unde sicut una tantùm est fides, una est Christiana religio, vna sola lex euangelica, & eadem sunt fidei sacramẽta; ita quoq; vnum tantùm debuit esse in spiritualibus caput, & princeps, in quo sũpma potestas resideat, ad aliosquè deriuet, & referatur. In temporalibus verò cum Respublicę sint adeò distinctę, mores gentium adeò diuersi, leges quibus gubernari debent diuersas quoq; esse oportet, hinc quoquè oportuit diuersos esse principes, & unã quamq; Rempub. priuatum sibi regẽ constituere, in quo suprema potestas singularis illius regni resideat.

B

C

D

E

Sed fortè quis dicet melius foret

vnum

vnum esse in toto orbe principem, & A Imperatorem, quam plures, ut nunc dicebamus penes spiritualia, quoniam legimus a principio vnum fuisse in Regimine Paradisi, vt Adam, in regimine Arcæ vnum tantùm, ut Noe, in ducatu filiorum Israel, ut Moyses, & post eũ vnus Iosue, & posteaquam filij Israel diuiserunt regnum suum in Roboam, & Ieroboam, facile postmodum utriquè ceciderunt, & hoc fuit peccatum eorum, hoc est ipsa diuisio, vt habetur 3. B Reg. 12. cap. Sed dicamus id quoq; cõtingere temporibus nostris, quòd vbi est diuisio, ibi est desolatio, quemadmodum Saluator apud Lucam. Omne regnũ in se ipsum diuisum desolabitur. Propterea ne orbis Christianus usq; quaquê dissoluatur, dicimus summum Pontificem Christi Domini Vicarium habere omnem potestatem, & omne dominium tam spirituale, quam temporale, iuxtà illud Math. vlt. Data est C mihi omnis potestas in cælo, & in terra. & Hieremiæ p. Ecce constitui te hodie sup gentes, & regna, ut euellas, & destruas, ædifices, & plantes. Quòd si dixeris Christus dominus Iohannis 18. d. Regnum meum non est de hoc mundo, dici potest hoc ideò dictum, ut demonstraret aliud regnum longe præstantius, & eminentius sibi fore ab æterno præparatum; Nec ideo tamen negauit in hoc regnum temporale se D quoq; habere ius legitimũ. Deinde, regnum meum (inquit) non est de hoc mundo, quo ad usum, & administrationem, non autem negauit, quin in eum haberet ius, & legitimam potestatem, quod confirmauit per id quod habetur Lucæ 22. cum Apostoli dixerũt Christo dicenti, qui non habet gladiũ vendat tunicam, & emat eũ. Ecce duo gladii hic, Christus respondit sufficit, & non tamquam superfluum vllum re- E iecit. Vtraq; ergo potestas, & dominiũ residet in Christo, & consequenter in eius vicario. Si verò quis dixerit Christum reprehendisse Petrum dum percussit seruum Põtificis, & abscidit eius auriculam, & præcepit dicens. Conuerte gladium tuum in vaginam, respõdemus Christum non precepisse Petro, vt abijceret gladium, sed ut in vaginam conuerteret, quasi prohibens exercitium, non auferens imperium. Potestas ergò, & dominium rerum temporalium principaliter, & authoritatiuè est penes Deum, & Christum filium eius dominum nostrum. In summo verò Pontifice, & suis successoribus est supremum ius administrandi, seu dispensandi; subalternum verò, & quasi immediatum est ipsorum hominum, quibus iure eiusmodi bona conferuntur, non ui, aut rapina, aut armorum violentia illa surripiunt, & possident, velut tiranni, raptores, & sicarij. Sic ergò respondemus ad id argumentum de duobus luminarijs. Sed ut quod rei veritas est in medium afferamus, unus profectò non potest imperare uniuerso Orbi, et singulis eius partibus, ut rerum experientia testatur. Et quamquã hoc fortè posset admitti, non conueniret; primò quidem quia post multiplicationem generis humani id non fuit vnquam perspectum, deinde, quia nullo videtur iure istud permissum, ut paulò post uidebitur. Postremo quia hoc non videtur cõgruere, aut deseruire paci totius orbis, cum id maximè pariat odium, atq; inuidiam, unde Augustinus 4. de ciuitate Dei. Melius (inquit) idest magis pacificè Respublica gubernabatur, qñ vni⁹cuiusq; Regnũ suæ patriæ terminis finiebatur. Dicamus ergo, quòd vnus tantùm non potest præesse, hoc est habere ius regendi in toto orbe, neq; etiam, & multo minus debet obesse habendo, seu fruendo proprijs bonis aliorum, nisi in casu, ut diximus supra, publicæ necessitatis, aut utilitatis principis, vel Reipublicæ.

Luc. 11.

Math. vlt

Hierem. 1.

Luc. 22.

Ad nonum argumentum fundatum ex dictis Imperatorum, non oportet respondere, quia se ipsos iactant, & aliis preferunt, quo ostendunt se habuisse malos vicinos, et paucos tutores.

Ad vltimum Bartholi, et Baldi, qui asserunt Imperatorem esse vicarium Dei in temporalibus et Heresim committere qui secus opinantur vbertim, vel nimis abundè sunt loquuti (et in commendando Imperatoris gradum) et dignitatem nimis, vt reor excesserunt,

runt, nec Catonis documentum meminerunt dicentis, parcè laudato. Sed rogo mihi parcant velut ego libenter illis parco. Et hæc pauca de presenti quæsito; hoc tamen certissimè, & cõstantissimè teneo, & substineo Imperatorem gradu, & dignitate præcellere quoscunque alios principes, reges, ac duces, & quoscunque temporaliter dominantes: tametsi non omnes sint eis subiecti quoad ius, et dominium, ut Reges Franciæ, Reges Hispaniç, quidã alii Reges, & Veneti. Quamuis nonnulli existiment Reges Franciæ, Hispaniarum, Britanniç, et omnes principes esse sub Imperatore, ut refert Lancellottus Corradus in opusculo suo, quod appellatur templum omnium Iudicũ: verum hoc non admittitur, et experientia testatur contrarium. Concedimus quidem omnes reges, & principes esse sub Imperatore, idest prçcedi ab eo quo ad locum, & dignitatem. Dubium autem est de Rege Romanorum electo in Imperatorem, nũquid ipse debeat prçcedere omnes alios reges, an non? & in hac quæstione, seu dubitatione sunt uariæ authorum sententiç, et adhuc sub Iudice lis est: verùm si uis hac in re aliquid notionis acquirere, vide Cassaneum in Catalogo Gloriç mundi. par. 5. 29. consideratione. vbi pro cõstanti videtur asserere, quod sic electus in Regem Romanorum, & postmodum futurus Imperator non potest priusquam fuerit approbatus per Romanum Pontificem exercere iura imperii, nec eadẽ est ratio de eo, & de summo Pontifice, qui quam primùm est electus, quamuis non consecratus, omnem habet iurisdictionem, ut refert Salicetus extra de elect. cap. licet. 23. distinct. cap. In nomine domini, & alibi.

Post imperatoriam maiestatem, atq; regalem sunt multæ aliç dignitates, & viri titulares, quibus regitur, & gubernatur mũdus. Sunt inquam Duces, Marchiones, Comites, principes, & quidã qui vocantur maiores, de quibus etiam loquitur Isaias in hoc ca. 32. vbi inquit. Non vocabitur vltra is, qui insipiens est Princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. Ducis appellatio apud Iureconsultos re vera multiplex est, primùm quidem latiori vocabulo Duces appellantur ductores exercituum, & nostri Ciues Perusiç cum primum obtinuerint officium ducendi, seu conducendi aliquam quantitatẽ militum, siue armatorum, communi vocabulo vocãtur duces militum. Vide l. 2. cap. de offi. præf. prætor. Secundo appellantur Duces, qui iam functi fuere aliqua administratione, neque amplius ea funguntur, & huiusmodi appellatio nõ multũ differt à priori l. Vnica. C. de Comit. & Archid. lib. 12.

Tertio sumitur hçc uox, et hæc significatio longè frequentior, & verior pro iis, quibus à sũmo Põtifice, vel Imperatore est concessum merum imperium et status, ut uocant, qui dicitur Ducatus, atque ex istis Ducibus quidam sũt temporales, quidam perpetui: temporales sunt qui habent ducatum in vita, neque illum ad posteros, et hæredes possunt deducere, seu transmittere: de quibus Ducibus loquitur titulus de feud. Marchiæ, vel Duca. in lib. Feudorum. Perpetui sunt qui transmittunt Ducatum ad liberos, et eiusmodi Duces ꝑpetuos dicunt õnia posse ĩ suo statu, q̃ Imperator in ea parte Orbis, q̃ ei subiicitur, ita Alex. Imol. cons. 2. vol. 1. Marchio dicitur qui de Marchia à principe inuestitus est. Dicitur autẽ Marchia quç ut plurimũ iuxta mare sit posita, ut in prçdicto titulo quis dicatur Dux ad Marchiã. Qui vult plura scire de appellatione huius nominis, videat precçteris Corradũ li. 1. ca. 5. Comes dicitur qui inuestitus est de aliquo comitatu, vt Imperator tradit loco citato, et istos Marchiones, et Comites habere, et transferre etiam posse merum imperium, tradidit Speculat. in tit. de iurisd. omn. iudi. vers. quæ autem. Et de his etiam potest fieri distinctio suprapo sita de Ducibus, quòd alii sint perpetui, alii temporales. Principis appellatio latissima est, et comprehendit quemcunque habentem dominium, uel potestatem in populũ, ut tradit glo. singularis in clem. 1. de baptismo, sed propriè loquendo, et strictè accipitur pro summo Principe

cipe, qui non recognoscit superiorẽ, ut est Imperator, ut cũ dicimus Principẽ esse solutum legibus l. princeps. ff. de legibus, & ut dicit Lancellotus Corradus cum solum nominatur Princeps, & nihil ultra additur, intelligitur Imperator: nos autem Itali, & presertim qui sumus propè Vrbẽ, per Principem absolutè dictum intelligimus Pontificẽ.

A

Tertio Principis appellatio refertur ad quasdam dignitates seculares speciali titulo sic vocatas, ut Princeps Salerni. Princeps Bisiniani, & de aliis. Vltimò hęc vox Princeps solet referri ad Regum filios primogenitos, qui proximè sint in Regno successuri, sicut Imperatorum filii dicuntur Cæsares, filius primus Regis Hispaniarũ uocatur Prīceps Hispaniarũ: & Glo. vult vt dicatur princeps quasi primũ locum capiat, quodq; sit nomen ordinis & dignitatis. Sunt etiam quidam tituli, seu voces dignitatum, quibus vocantur aliqui maiores, ut supra diximus, qui sola dignitate, et pręeminẽtia alias præcellunt, quamuis natu, & ętate sint lõgè minores: dicimus enim hac in re, me refero ad maiores, idest ad Prelatos, & gubernatores: sic apud Camaldulẽses Eremi qui pręest aliis, vocatur maior &c. De quo gradu, ac dignitate loquutus est & Isaias hoc loco, cũ inquit, quòd qui insipiens est non vocabitur Princeps, neq; fraudulentus appellabitur maior. Sunt præter istos gradus, ac dignitates alii quidam longè inferiores, vti sunt Barones, cum non habent omnimodam potestatem Principis, sed solùm inter nobiles computantur; præcellunt tamen alicubi simplices nobiles, quia scilicet ratione Baroniæ habent vasallos, cuius rei gratia magis honorantur, immò secundùm quosdam dicuntur habere maiestatem adeò, ut eorum subditi in eosdem conspirantes dicantur crimine lęsę maiestatis teneri, Sic Iohan. Fabri in prohem. insti. princ. Et quidam alij doctores. Et per Barones quidam intelligunt viros fortes Calep. Reperiũtur quidam alii alijs titulis decorati, de quibus non est nobis curæ per singula discurrere, satis sit occasione dictorũ Isaiæ Prophetę hæc pauca tetigisse. Inter hos autem Titulares à nobis enarratos, cõgruũest ordinẽ pscribere, qa sic innuit Propheta vbi dicit. Princeps ea quæ digna sunt Principe cogitabit, & ipse super duces stabit. Primũ quidẽ, nõ est in dubiũ reuocandum Imperiali titulo insignitum & præfulgentem præcedere Reges, & quoscunque alios principes, & dominatus: tametsi Reges, siue dignitas regalis fuerit prius introducta à Deo, quàm dignitas imperialis, cum eo tempore, quo in sacris literis, atque etiam profanis fit mentio de Regibus, & quo reges vigebant, nulla fiat mentio de dignitate imperiali: legitur enim apud Sapientem prouerb. 9. Per me Reges regnant: & psal. 71. Deus Iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuã filio regis: et in quatuor libris Regum vbiq; fit mentio de regibus, de imperatoribus autem nunquã, & in literis noui testamenti pariter fit mentio de regibus, de imperatoribus verò nusquam: prima Petri cap. 2 præcipitur, Deum colite, regẽ honorificate: & ibidem, subditi estote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Et paulò supra magis ad rem nostram .d. Apostolus: subiecti estote omni humanę creaturę propter Deum, siue regi tanquam pręcellenti, siue ducibus tanquam à Deo missis. Post reges verò dicuntur esse principes tertio modo accepta prīcipis appellatione. quarto loco sunt Duces, sequuntur Marchiones: post hos adsunt Comites, & Barones, & si qui alij alicuius insignis nominis titulares. Vbi manifestè patet iuxtà literam presentis textus, principes pręferri, & anteire duces. At quidam hoc loco hæsitant, & nescio quam partem veriorem existiment, & magis tueantur, quia. s. dantur Archiduces, ut Archidux Austriæ, dantur magni Duces, ut est magnus Dux Ethruriæ, quos ego existimo citra omnem controuersiam præcedere quoscunq; principes, quamuis magni sint, & opulenti, modo non sint primogeniti regum, aut Imperatorũ: Verũ huius rei absolutio, & determi-

B C D E

Prouerb. 9. psal. 71. 1. Pet. ca. 2.

tio sit apud iure consultos, & in his negotijs, & curis secularibus magis versatos. Sed ne quis forte principum per hęc verba Isaiæ prophetę existimet se iure diuino quoscunq; duces excellere, & pręcedere nouerit hunc textum alios secum intellectus pręferre, ut.s. cum dicitur Princeps super Duces stabit, non accipias ad literam duces pro his, qui ducatu funguntur; sed duces pro rebus magnis, præclaris, & verè dignis principibus, & uiris magni nominis. Princeps ergo ea, quæ sunt digna principe cogitabit, & super Duces stabit.i. magnifica semper, & honorabilia cogitabit, ac perficiet, neq; ab ijs unquã desistet, ita ut dictionem illam, duces, Hębrei secus accipiant, non pro nomine substantiuo, idest pro ducibus; sed pro nomine quodam adiectiuo significante res, & actiones magnas, præclaras & longè commendabiles. Sic exponit Franciscus Ferrerius hæbraicis literis apprimè eruditus. At si volumus ea verba ad sensum allegoricum deducere, dicemus vnà cum diuo Hieronymo principẽ, de quo hic loquitur propheta, referre, & pręmõstrare Christum Dominum: duces vero super quibus stabit, Apostolos ipsos designat, de quorum uno multo ab aliis dissimili loquitur ipse Christus per Prophetã dicens. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Vbi Iudam proditorem vocat ducem suum, quantò magis alios discipulos? Quare textus ille sic intellectus non ita fauet causæ principum, ut putabamus. Nunc superest uidere quomodo, & quando cæperunt istæ dominationes, & imperia, & quomodo aliqui dominati sunt alijs, ij quidem pluribus, ij verò paucioribus. Et primùm quidem patet cum primum à principio creatus fuit Adã, & postmodum ex eius costa formata Eua, dixit eis Deus; Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, et vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Genesis primo. Post diluuium quoquè idem præcepit Noe, dicens. Crescite, et multiplicamini, et c. Genesis 9. Et quemadmodum illi priores dominari cæperunt ipsi terræ, et cunctis animantibus, quæ sunt in terra, sic vicissim varijs temporum vicissitudinibus alij alijs sunt dominati; neq; enim unus tantùm posset tantam hominum multiplicationem gubernare, & regere, sed plures oportuit dari, qui dominarentur per vniuersam terram: quemadmodum etiam testatur Dauid psal. 113. Cęlum cęli domino, terram autem dedit filijs hominum; & alibi legitur apud eundem, quòd ipse Deus diuisit terrã filijs Israel in funiculo distributionis. Sed videamus seorsùm, quando, & quo modo fuit constituta hęc prima dignitas Imperatoria, & quando cępit. Scribit enim Corradus lib. 1. cap. 1. de Imperatore, primum cæpisse hoc nomen, & hanc appellationem ab exercitu honoris causa: Cum enim Imperator dicatur ab imperando, & regendo, qui olim belli indicendi, gerendiq; aut fœderis ineundi gratia deligebatur, & rẽ bene gereret, & aliquot millia hostium prosterneret, vel prostrauisset, primũ à senatu, deinde ab exercitu Imperator diceretur. Verùm Marcus Antonius Sabellicus Aenede. 6. lib. 7. de more eum Imperatorem appellatum dixit, cuius ductu decem millia hostium cæsa essent. Alij volunt Iulium Cæsarem fuisse primum, qui sibi asciuit hoc nomen, siue titulum Imperatoris: cum enim ipsi à cæde hostium reuertenti plebs Romana occurrens Regis titulum gratulanter offerret, ipse versutè admodum, ut opinari licet, Cæsarem se, non Regem esse respondit: propterea quòd regium nomen apud Romanos exacto Tarquinio odiosum remansit: verum est tamen, quòd postmodum apud Romanos permansit huius dignitatis appellatio, & Imperatores Christiani iusto titulo retinent hoc nomen, & hanc appellationem, & iure possident imperium, quia Respublica Romana post Iulium Cæsarem consensit in Augustum Cæsarem. cui deinde Imperatores Christiani succedunt, vel saltim, ut verius loquamur, dicamus Rempub. Romanam consensisse in Constantinũ ma-

Marginal notes: psal. 54 — Gen. 1 — Gen. 9 — ps. 113 — ps. 77 — Aenede. 6. lib. 7.

magnum, et reliquos subinde, qui ei A
successerunt, & eliguntur ab his, qui
legitimum habent ius illos eligendi,
in primis quidem fuit imperium apud
Græcos, deinde apud Germanos, ut ha
betur in cap. Venerabilem, de elect.
Post imperatoriam dignitatem recto
ordine constituimus Reges, qui quidē
fuerunt primùm constituti ab ipso
Deo, qui (vt supra diximus) præfecit
Saulem Regem in populo Israel, dein-
de Dauidem, postea Salomonem, quo- B
usquè regnum Israel fuit diuisum in
duas partes, idest in regnum Israel, &
& regnum Iuda, & quodq; eorum ha-
buit diuersos reges: qui tamen omnes
subiecti erant Imperio Romano paulò
antè aduentum Christi, & multo ma-
gis post eius aduentum, & cum destru-
cta fuit Hierusalem, & quanquam an-
tea Iudæi habuerint Reges ex suis tri-
bubus, quandoquidem fuit eis præce-
Deut. 17. ptum, ut habetur Deuteronomio. 17. C
Ne faciant Regē alienigenam: verum-
tamen ob eorum delicta permisit Deus,
vt haberent reges alienigenas, ut Hero
dem, & quosdam alios. Tradidit enim
Deus sæpè populum Israeliticum in
manus Philistinorum, & Caldæorum,
& aliarum quarundam nationum, ut
manifestè habetur in libris Regum, &
apud sanctos Prophetas. Dicimus ergò
quòd Imperatores Romanorum, pari-
ter, & Reges multarum nationum insti D
tuti fuerunt à Deo vel iubente, vel sal-
tem permittente, quemadmodum ha-
Prou. cap. 8. betur prouerb. cap. 8. Per me reges re
gnant, & legum conditores iusta decer
Rom. 13. nunt; & ad Rom: 13. dicit Apostolus,
Omnis anima potestatibus sublimiori-
bus subdita sit: non est enim potestas
nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei
ordinationi resistit, & Christus ad Pila-
Ioan. 19. tum dixit, Non haberes potestatem
aduersus me vllam, nisi tibi datum es-
Petrus. 1. cap. 2. set desuper. Et diuus Petrus 1. cap. 2.
Subiecti estote omni humanæ creaturę E
propter Dominum, siuè regi quasi prę
cellenti, siuè ducibus, tanquam ab eo
missis, & paulò infra. Serui subditi e-
stote in omni timore Dominis, non so
lùm bonis, & modestis, sed etiam disco
lis. Hoc autem fuit monitum, & prę-
ceptum à Petro non absq; forti ratio-
ne: quoniam in principio nascentis Ec
clesię omnes fermè principes infideli-
tate laborabant. Et quanquam, vt di-
ximus, fuerint aliqui Principes infide-
les, quia tamen erant instituti, vt popu-
los coercerent, & in officio continerēt,
Deus permisit illos regnare, & voluit il
lis obedientiam præstari. Sunt tamen
quidem Principes, et Reges quos tol-
lerat Deus, & permittit in pænam sub-
ditorum plus nimio à recto discedcn-
tium, quemadmodum de Nembroth,
& plerisq. alijs potest afferri exemplū,
qui quidem, vt dicebamus, non sunt à
Deo præcipiente, sed ab eo ob causam
iam dictam permittente, & hi sunt, de
quibus per Oseam loquitur Deus cap.
4. Regnauerunt, & non ex me, princi- *Ose. cap. 4.*
pes extiterunt, & non cognoui eos, &
Iob. 34. Deus regnare facit hominem *Iob. 34.*
hiporcitam propter peccata populi. Et
prouerb. 28. propter peccata terræ mul *Prouerb. 28.*
ti Principes eius. Dicimus ergo, quòd
Imperatores, & Reges à Deo sunt, vel
iubente, vel permittente, aut etiam dis
simulante, quo etiam modo dicendum
est alios Principes, & Dominos, Du-
ces, comites, Vicecomites, Barones, &
quoscunq; præfectos, aut præpositos a
Deo pendere. Sed rogo qua ratione, &
ob quam causam voluit eos dominari,
& superesse, aut pręesse alijs hominibus?
Cui quęsito dicimus iuxtà sententiam
multorum doctorum quòd Deus per
naturam singulis rebus dedit quandam
inclinationem (vt ita dicamus) & con-
sequenter facultatem, & animi prom-
ptitudinem se ipsos conseruandi, atq; à
cōtrarijs (quòad fieri potest) se ipsos tuē
di: cum autem id non satis commodè
fieri posset, ut singuli dispersi huc, atq;
illuc vagarentur, adiecit illis Deus spi-
ritum quendam in vnum coeundi & cō
ueniendi, vt sic facilius vitam degerēt,
& se inuicē iuuarent, suisq; necessitati-
bus prouiderent, & alter alteri opem
ferret: sic autem congregati non facilè
poterant se ipsos gubernare, hostes
propulsare, & malorum hominum au-
daciam compescere, nisi haberent qui
hoc onus subiret, & omnes in officio
contineret, & quæcunq, sunt necessaria

pro sua authoritate prouideret. Et hac ratione selecti fuerunt Consules, magistratus, duces, & consequenter alij prætores, vt necessitas, & vtilitas multorum populorũ exigebat, & hac ratione constituti sunt reges, Imperatores, & quæcunq; dominationes, principatus, & potestates. Vnde habetur Sapientiæ 14. loquens ad Deum. Tua Pater prouidentia ab initio cuncta gubernas. Quaré si quæras quo iure sint instituta ista dominia, dicimus omnino, & citrà controuersiam instituta fuisse à Deo mediatè, vel immediatè, tacitè, uel expressè, vel eo iubente, vel eo permittente, vt toties diximus. Postremò si fortè quæras quando inchoarunt ista dominia, dico quòd à principio creationis mundi habuere initium, & primus quidem omnipotens Deus cum primum creauit cœlum, & terram, angelos, & homines, & cæteras creaturas, ipse inquam primus omnium cæpit esse dominus, vel vocari Dominus, in cuius rei signum, vt refert diuus Augustinus, & pleriq; alij, cum Moyses scribit in principio Genesis Mundi creationem, nunquam Deum vocat dominum, nisi posteaquam retulit creationem hominis, & aliarum creaturarum, & hoc est quod dñt Theologi in primo. dist. 30. deus nō dicitur dominus vel creator nisi ex tempore: preterquam ipsius tẽporis cuius cępit esse Dominus, sed non ex tempore. Homo deinde fuit à principio suæ conditionis, factus dominus suarum actionum, honoris, & famę, & quęcunq; ab eius libera voluntate pendebant, nec rerum exter-

Sap. 14.

1. dist. 30.

A narum tunc habuisse dicitur vllum dominium ante peccatum. Post peccatũ verò fuit facta diuisio iure gentiũ, vt quisquis in sui commodum, & vtilitatem quod volebat acciperet, & inter ipsos duos fratres prior diuisio facta esse perspicitur, dum vnus Agricola, & cultum agrorum; alius verò pastor ouium, & curam gregum esse uoluit. Postmodum verò per successionem temporum, & multiplica-
B tionem populorum facta fuit manifestior diuisio locorum, terrarum, & Vrbium: Cain etenim (ut habetur Genesis 4.) construxit, & ædificauit ciuitatem, & alij fortè similiter. Triplex ergò hinc perspicitur facta diuisio, & consequenter dominium: primum quidem ante peccatum, dum unusquisque fuit dominus suarum actionum, & hoc dominium dicunt iure naturali fuisse constitutum: secunda diui-
C sio, atq; dominum coeptum fuit immediatè post peccatum, quod dicunt fuisse peractum iure gentium. Postremũ verò dominium cum diuisione latiori terrarum, iure ciuili fuit concessum. Quid aũt sit ius naturale, ius gẽtiũ, ius ciuile in principio decretorũ declarat; & præterea à multis doctoribus, hęc dicuntur excerpta, & presertim à Dominico Soto ordinis prędicatorij, & à Mi-
D chaele Salon, qui est meus consors iamdudum familiaris, & amicorum optimus, nec plura. De his satis.

Gene. 4.


CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

VAE qui prædaris, nonnè, & ipse prædaberis? & qui 1.
spernis, nonnè & ipse sperneris? cum consumaue
ris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus
desieris cõtemnere, contemneris, Domine misere 2.
re nostri: te enim expectauimus, esto brachium no
strum in mane, & salus nostra in tẽpore tribulationis. A voce An 3.
geli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.
Et congregabuntur spolia uestra, sicut colligitur bruchus, uelut cũ
fossæ plenæ fuerint de eo Magnificatus est dominus, quoniam ha 4.
bitauit in excelso: impleuit Sion iudicio, & iustitia. Et erit fides
in temporibus tuis: diuitiæ salutis sapientia, & scientia: timor
Domini ipse est thesaurus eius. Ecce videntes clamabunt fo-
ris, angeli pacis amarè flebunt. Dissipatæ sunt uiæ, cessauit transi 5.
ens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit Ciuitates,
non reputauit homines. Luxit, & elanguit terra: confusus est liba
nus, et obsurduit, et factus est Saron sicut desertum: et concussa est
Basan, et Carmelus. Nunc consurgam, Dicit Dominus: nunc exal- 6.
tabor, nunc subleuabor. Concipietis ardorem, parietis stipulã· spi-
ritus uester ut ignis uorabit uos. Et erunt populi quasi de incẽdio
cinis, spinae congregatae igni coburentur. Audite qui longè estis 7.
quae fecerim, et cognoscite uicini fortitudinem meam. Conterri
ti sunt in Sĩõ peccatores, possedit tremor hypocritas Quis poterit
habitare de uobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis
cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitiis, et loquitur 8.
veritatem, qui proiicit auaritiã ex calumnia, & excutit manus
suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinẽ
& claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habita-
bit, munimenta saxorũ sublimitas eius, panis ei datus, est aquae
eius fideles sunt. Regem in decore suo uidebunt oculi eius, cernent
terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem: ubi est litera- 9.
tus? ubi legis uerba ponderans? ubi doctor paruulorum? Populum
impudentem non uidebis, populum alti sermonis: ita ut non pos
sis intelligere desertitudinem linguae eius in quo nulla est sapiẽ-
tia. Respice Sion Ciuitatem Sollemnitatis nostrae: oculi tui uide 10.

bunt Hyerusalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquã transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternũ, & omnes funiculi eius non rumpentur. quia solũmodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuiorum riui latissimi, & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neque trieris
11. *magna transgredietur eum.* Dominus *enim index noster Dominus legifer noster, Dominus Rex noster: ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui, sed nõ preualebunt: sic erit malus tuus ut dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam. Nec dicet vicinus: Elangui: populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.*

EXPLANATIO IN TRIGESIMVM TERTIVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

VAE qui praedaris, nonnè & ipse praedaberis? & qui spernis, nonnè & ipse spernèris? cum consumaueris depraedationem, depraedaberis, cum fatigatus desieris contemnere, contemnèris &c.



Onueniunt ferè omnes quos hactenus mihi uidere licuit prophetam hoc in loco prædicere Assyriorum maximã cladem futuram, & comminari eis, ne velint tam atrociter persequi, & molestare eos à quibus nullam acceperunt iniuriam: Verumtamen sub typo, & figura huius cladis, & occisionis, vult innuere, & prædicere Demonis, & eorum qui persequuntur Christum, & Apostolos, ac ministros eius maximam deiectionem, ac destructionem; & quæcũque de Rege Assyriorum hoc in presenti capite interpretari videbimur, ad huius mundi Principem Sathanam, videlicet, ac satellites eius referentur. Dicit ergo. Væ tibi qui prædaris, omnia surripis, nihil intactum relinquis, quæcunq. sub tuam venerint cogitationem, tuam in potestatem, ac ditionem, cupis redigere, non nè & ipse quandoq; prędaberis? & qui quoscumq; alios spernis, nonnè & ipse aliquando spernèris? putas nè tibi semper omnia licere? fieri ne potest, ut tu semper sis immunis ab iniuria tunè semper es victoria potiturus? neque vnquam è solio sis deijciendus & in terram prosternendus? ita fiet certè, ut cum consumaueris deprædationem, sis & tu depredandus, tibi quoque tuum manet supplicium, & retributio, cum defatigatus fueris, et desierit alios contemnere

temnere, & tu etiam contemnêris. His dictis, & facta hac prædictione, ac impræcatione, propheta, uelut impatiens moræ, & tam diuturnę dilationis, eleuat mentem suam, & dirigit orationem ad Deum, supplex rogans illũ inter tot pericula, terrores, & minas, quæ suis inferũtur a Sathana, & ministris suis, pręstò sit illis, id quod ꝓphetis solẽne est, dũ volunt ostẽdere, quàm celeriter, & velociter his, q magnis afflictionibus uersantur, Deus afferat opẽ ut etiã Dauid ps. 6. pręcatur Deũ d. Erubescãt, & cõturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur, et erubescant ualdè velociter, sic itaque pręcatur Esa.

psal. 6.

Tex. 2. *Domine miserere nostri, te enim expectauimus, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.* Tu vere es brachium nostrum, quo cõditi sumus, quo recreati, & confirmati, & quo tandem sustentamur; tu es brachium nostrum, hoc est fortitudo, & præsidium nostrum, quo Demoni, & persecutoribus nostris, non modo uiriliter obsistimus, sed fortiter superamus, ac deiicimus, tu es refugium nostrum, & uirtus, & adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis: tu esto brachium nostrum in mane, idest non vno tantum ac semel, sed singulo quoque mane, & semper, & singulis diebus, quibus lux aderit, uel adesse cõsueuit, hoc est, numquam exoriatur lux neque vllum sit tempus, in quo tuam in gratiam nos non recipias, & nostri curam geras, quo magis in aliqua tribulatione versamur, & tu sis salus nostra in tempore tribulationis: summa est quòd tàm in prosperis, quã in aduersis nos iuuat, & pręsens nobis adest. Quod si feceris, non timebimus dum turbabitur terra; & trãsferentur montes in cor maris. Hac oratione, velut quadam parentesi opportùnè admodum hic adiecta prosequitur historiam, & sub quodam quasi compendio, tamquam præteritum quod in obsidione Ciuitatis Hyerusalem aduersus Assyrios erat futurum enarrat. d. *A uoce Angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersę sũt gẽtes,* Gentes (inquam) iuxtà historiam,

4. Reg. 19. ipsorum Assyriorum, & eorum, qui cũ

A illis erant. sic enim scriptum est. 4. Reg. 19. Factum est in nocte illa, qua decreuit Dominus liberare populum suum, venit Angelus Domini & percusit in Castris Assyriorum centum octoginta quinque millia: non legimus tamen ibidẽ vocem aliquam Angelos emisisse, verum per vocem Angeli possumus intelligere strepitum, & fulgorem armorũ & voces, eorum, qui occidebãtur, & se inuicem fugientes cõprimebant.

Clades Assyriorum.

B fulgura etiam, & tonitrua, quę ea nocte contigerunt, conuenienter voces Dei perterrefacientis, & per Angelos suos eosdem concutientis, & percutientis intelligi possunt.

Si autem volumus hoc factum referre ad tempus, quo Ciuitas Hyerusalem obsidebatur à Romanis, dicemus id etiam contigisse, quòd à voce Angeli fugerunt populi, quando Angelorũ voces auditæ fuerunt in templo dicentes. mi-

C gremus hinc, & relinquamus hãc vrbẽ & has sedes: qua uoce Iudæi fuere mirumimmodum exanimati, atque perterrefacti, & ab exaltatione tua, ò Deus dispersę sunt gentes, idest posteaquam in crucem fuisti exaltatus, atque eleuatus, obstupescere gentes, & Iudęi dispersi fuere in omnes partes orbis terrarum. Porrò ea verba quę nunc exponimus iuxtà quorundam sententiam dicuntur prioribus coniuncta & sunt

D voces Apostolorum quibus agunt gratias Deo quòd Iudæi desertores, & increduli, qui eos persequebantur fuerint de medio sublati, quæ autem sequuntur videlicet. *Et congregabuntur spolia uestra sicut colligitur bruchus uelut cum fossę plenę fuerint de eo.* Ad Assyrios facilè possunt referri, quos tanta facilitate, & tã paruo negocio esse vincẽdos asserit propheta, & spolia eorum congreganda, & coadunanda, quanta cum facilitate congregantur bruchi, & locustę, & in fossas proiiciuntur: & quemadmo-

E dum habet textus lxx. quemadmodum pueri ludentes, & inuicem iocantes colligunt locustas, & bruchos. & illa in fossas proiiciunt, sic fiet & de Assyriis, cũ ira Dei, et furor venerit super eos. Et quemadmodum eiusmodi animalcula uim maximam ad nocendum habere

uidētur, nullę tñ sunt illis vires ad resistendum: sic et de his putandum est, et quæ de Assyriis recensentur, multo verius tribui possunt Iudęis cū fuerunt obsessi á Romanis, et hæc verba congregabuntur spolia vestra etc. uolunt nonnulli in persona Dei dicta esse à propheta, dum per ea loqui intendit vastationem Hierosolymorum. Et lógè conuenientius de expugnatione Iudęorum à Romanis illata quam de clade Assyriorum intelligi debent. quandoquidem Assyrii non expugnarunt Hyerusalē quemadmodum Romani; quod si (ut à principio diximus, de principe tenebrarum, qui de imperio fuit deiectus hæc dicta uelis, nemo erit, qui non facilè assentiat. Similiter ex tot Assyriis instar locustarum captis, occisis cogitandum est, & firmiter tenendū tot hominum phalanges per Apostolos, homines imbelles, & parum eruditos Deum ad fidem pertraxisse, multisque spoliis insignibus, et opimis Ecclesiam suam ditasse: vnde non iniuria subdit immediate propheta. *d. Magnificatus est Dominus quoniam habitauit in*
Tex. 3. *excelso, impleuit sion iudicio, & iustitia. Et erit fides in temporibus tuis: diuitię salutis, sapientia, & scientia, timor Domini ipse est Thesaurus eius.* Magnificatus quidem est Dominus quoniam magnalia fecit, et quemadmodum Regius propheta eadem contemplans, et vocem extollens dicebat. Quam magnificata sunt opera tua Domine? nimis profundę factę sunt cogitationes tuę. et alibi. Dextera tua magnificata est in fortitudine. Coactę sunt omnes gentes eum timere, laudibus efferre, et mirabilia eius, opera, commendare, Quoniam habitauit in excelso, et excelsus est Dominus, et in excelsis habitans humilia respicit in cœlo, et in terra. Impleuit Syō, idest Ecclesiam suam in iudicio, et iustitia, idest fecit ut populi sui, et fideles sui quo iustè iudicāt gentes agnoscerent iudicium, et cum uiderint Dei potentiam, quemadmodum de suis hostibus iustam sumit vltionem, iustitiā agnoscent, et prędicabunt: nec solum incomparabilem hanc Dei potentiam, et rectissimum iudicium, et iustitiam

A agnoscent, sed et erit fides in temporibus tuis: namque cum Christus Dei filius Rex iustus aduenerit, fides erit tē poribus tuis: tuis inquam summè Deus pietatis, et clementię: erit inquam fides non modo qua firmiter, et constanter in eum omnem nostram cogitationem reiicere nouerimus, verum et fides, idest cōstantia in promissis, ac sermonibus nostris, aut etiam erit fides in temporibus tuis, quoniā securi
B erimus, quòd nobis seruis tuis olī fueras pollicitus te omnino seruaturum. Erunt etiā temporibus tuis diuitiæ salutis, hoc est diuitiæ salutares, firmę, et stabiles, quę certam nobis, & affluentem sunt salutem allaturæ, cuiusmodi sunt sapientia, quæ est agnitio diuinorum, et secretorum cœlestium, et sciētia quę quędāest notitia rerū humanarū ad salutem nostram pertinentiū.

Et hæc erunt vice spoliorum, opum,
C et diuitiarum, quibus ditanda erat Hyerusalem post cladem Assyriorum, quibus nunc vera Hyerusalem idest Ecclesia est ditata, et exornata, quòd si quęras diuitię istæ salutares, ut fides, sapientia, et scientia, vbi nam reconduntur et conseruantur? Respondetur timor Domini ipse est Thesaurus eius, ipse est locus, armarium, et penu ubi reconduntur opes istę pręstantissimę, et optatissimę. Sed aduerte ne forte confundaris, hoc
D nomen, Thesaurus, accipi quādoq; prò loco vbi reconduntur Thesauri, vt aurū argentum. et lapides pretiosi, ut habetur 2. Paralip. cap. 2 2. fecerat sibi thesauros pro auro, et argento: quandoq; verò sumitur pro ipsismet rebus, quę in loco recondi consueseunt: et deniq; Christus ipse est thesaurus omnium bonorū, in ipso quidē sunt omnes thesauri sciētiæ et sapientię absconditi, quamquam in textu habeatur. Quòd timor Domini
E ipse est Thesaurus eius. i. loc⁹ in quo requiescit spiritus Christi. Vnde nō immerito scriptū est. Habebis multa bona si Eccl. 15.
timueris Deum; et alibi. Qui timet Deum faciet bona. Et propheta regius. Nihil deest timentibus Deum. et rursum. Initium sapientię timor Domini. De Ps. 110.
inde sequitur. *Ecce videntes clamabunt foris, Angeli pacis amarè flebunt:*

Qui

Qui de clade Assyriorum uolunt hic loqui prophetam, & Iudæorum perturbationem, ac metum præscribere, dicũt hunc esse verborum sensum. Quod Iudæi videntes exercitum Assyriorum, & imminentem ciuitati aĩo ruinã ꝑpendentes, & in eminentibus locis consistentes, cum videbunt multitudinem exercitus, clamabunt foris .i. palàm, & coram omnibus sui timoris causam exponent, tùm, vt omnes se ad bellum ꝑpararent, tùm ut reliquos minus ad arma idoneos cohortentur, aut prouocent ad orationes, & sacrificia pro omnium salute obtinenda. Et Angeli pacis amarè flebunt, hoc est, legati missi ab Hierosolymis vt de pace agerent, dum pertinaces viderint hostes ad eorum excidium, amarè flebunt .i. vehementer contristabuntur, & fletibus, ac suspiriis conceptum dolorem explicabunt, & cum fuerint reuersi in Ciuitatẽ, & responsa Regis Assyriorum Regi, et Primatibus Iudçorum retulerint, narrabunt etiam quçcunq; tristia, acerba, et incommoda in eorum legatione cõpererint: Dicunt enim.

Tex. 4 *Disipata sunt uię, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Luxit & elanguit terra: confusus est libanus, & obsurduit: & factus est saron sicut desertum, & cõcussa est Basan, & Carmelus.*

Disipatę sunt uię, hoc est, ea est multitudo militum prætereuntium, et cócurrẽtium quòd nullus est, qui audeat per eas transire, quemadmodum fieri solet vbiq; locorum, cum latrunculi, et sicarii alicubi circumfluunt: dicimus enim uias esse disipatas, ac fractas: aut ubi prius erant plana et aperta strata uiarum, tunc omnia erant confusa, neq; poterant discerni, quæ esset uia, et qui essent agri, et loca seorsum posita: cessauit transiens per semitam, neq; est vllus, qui audeat transire per semitam, hoc est per uiam aliquanto angustiorẽ, sed breuiorẽ, adeò quòd neq; per uias, neq; per semitas ullus apparet trãsiẽs: irritum factum est pactũ: (pactum inquam) et foedus quòd aliquando cum Rege Assyriorum inierunt Reges Iuda, ut habetur. 4, Reg. 16. Aliqui uero dicunt pactum irritum factum esse, ꝙ .s. pepigit Deus cũ Abraham, et cum semine suo. Proiecit ciuitates, i. Rex Assyrius nõ reputauit homines, hoc est eos pro nihilo habuit, et Ezechiam regem contempsit. Vnde consequenter dicit Esaias luxit, et elanguit terra, terra inquam Iudæorum cum fuerit deuastata, et penè desolata. Confusus est libanus, qui dicebatur locus ualde sublimis, et amenus, et obsurduit, hoc est secundũ quosdam succisus est, et in quoddam quasi desertum redactus. et factus est saron sicut desertũ, et concussa est Basam, et Carmelus, per has regionum, et locorum appellationes, vult innuere ꝓpheta Iudeæ regionem omni ex parte dirutam, uastatam, ac desolatam, secundum omnes plagas terræ habitabilis: libanus enim uertit ad septentrionem. saron ad occidentem. Basam tendit ad orientem. Et carmelus ad Meridiem iuxtà Ptolemaidam, et est mons ingens in Iudęa situs, et densissia sylua compactus, ut inquit Cyrillus, et secundum omnes erat locus fertilissimus, et peramenus, qui vult melius horum locorũ positionem nosse, et illorum conditiones, et qualitates attigisse, legat D. Hierony. et alios Cosmographos, siue Geographos. sat sit nobis eorum appellatione indicari uniuersam circunquaq; regionem prædę direptioni, ac uastitati fuisse obnoxiam; et cum postea sequitur.

Nunc exurgã dicit Dñs, nunc exaltabor nũc subleuabor, cõcipietis ardorẽ parietis stipulam, spiritus uester vt ignis uocabit uos. & erunt populi quasi de incendio cinis spinę congregata igni comburentur &c. Tex. 5.

In tota hac litera mox proposita qui sectantur historiam, et volunt omnino de Assyriis sermonem haberi, dicunt ex illis uerbis indicari Dominum Deũ Ezecchiæ Regis præcibus, et totius populi commotum, in hæc uerba proru- pisse. Nunc consurgam, non diutius feram, neq, expectabo, ut populus meus hanc ruinam suis ab hostibus patiatur. satis (inquã sustinui) nolo amplius differre, nunc exaltabor, nunc magnificabor, et quis sim ego facile omnes intelligent, et unà cum seruo meo prophe-

ta Dauid dicent. Domine quis est qui A resistet tibi? ex tunc ira tua. Quare propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam: nunc subleuabor, nunc ostendam me non adeò fore impotentem, & imbecillem, quemadmodum hostes nominis mei fabulātur: vos enim Assyrij concipietis ardorem, parietis stipulam q.d. Vos etenim cogitatis, & decernitis aduersus populum meum, multa commoliri, vos existimatis vestrum imperium protendere, ac dilatare, & omnia vestrę ditioni subijcere; nihil tamen efficietis, parietis stipulā, & proinde erit vobis id idē, quod dici solet. Parturient montes nascetur ridiculus mus. Spiritus vester ut ignis vorabit uos, hoc est ingens desiderium, concepta cupiditas, & profundus fastus & superbia vt ignis deuorabit vos idest vos consumet, vos corradet, & in nihilum vestras has machinationes adducet. & forte voluit C innuere quòd futurum erat, quia .s. omnes Assyrij, qui illic erant obsidentes Ierusalem, combusti fuere, & in cineres eorum corpora redacta: & erunt inquit populi quasi de incendio cinis, qui quidem præ multitudine vniuersum orbē videbantur comprehendere, & occupare, nihil erunt, in cinerem omnes redigentur. Spinæ congregatæ igni velut fasciculus sarmentorum comburētur. Proinde dicit Deus, vel Propheta ex psona Dei, cum ea quæ prędixi, fuerint D in executionem reducta, & sola Dei omnipotentis manu ea cōtigisse, aduocat ipse Propheta omnes tàm qui longè, quàm qui propè adsunt, tam familiares, & domesticos, quam extraneos: & sic omnes alloquitur in persona Dei. *Audite, qui longè estis, quæ fecerim, & cognoscite uos uicini fortitudinem meam.*

Ps. 75. Psal. 11.

Tex. 6.

Cui quidem nulla est similis, nulla potest æquari: & quam ego infęlix homū- E culus quàm optime cognoui, & perbelle sum expertus. Nunquid omnes (ut par est) eam cognoscunt? minime quidem omnium. Nam sequitur in textu. *Conterriti sunt in Syon peccatores* cū .s. viderint una nocte tot millia hominum nullis eorum armis fuisse consumpta, *Possedit timor hipocrhitas dicentes intra se.* *quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Deus enim est ignis consumens, deuorans peccata, & peccatores; non est opus cum eo ipso illudere, quia Deus non irridetur, nec oportet quicquam facere: aut cogitare quod eum tantisper lædat? quæ verba dicunt nonnulli passim prodita, & dictata fuisse à quibusdam ex primatibus Iudæorum, qui dum ob illam insignem victo B riam in eorum subsidium, & gratiam collatam ad laudandum, & commendandum Deum, filialiq; timore reuerendum, atq; suspiciendum promoueri debuerant, & alijs consulere, & persuadere, hortabantur potius, & monebant quo à Deo velut à re execrabili, & prorsus euitanda cauerent. & hæc quidem quo ad historiam.

Quo verò attinet ad verum sensum, quodq; ad rem nostram spectat, dicimus negocium agi aduersus Demonē, & ministros eius, cuiusmodi sunt Iudęi, Gentes, & quicunq; pertinaciter Dei voluntati aduersantur ac obsistunt & seruos suos crudeliter psequūtur. Cū primum (inquit) quòd obsessa Ierusalē à voce Angeli fugerūt populi, diximus id omnino contigisse, dum ab exercitu Romano sub Tito, & Vespasiano fuit obsessa ciuitas illa: tunc enim constat ex historia quòd Angelorum voces auditæ fuere dicentes, cōmigremus hīc, & quòd spolia, vestes, ac thesauri facillime fuerunt arrepti à militibus Romanis, quemadmodum bruci, & locustæ minimo negocio colliguntur, & asportantur. Qua in re magnificatus est Dominus, & eius virtus, & potentia omnibus facile cognita, & perspecta, & quod post illā cladem, & paulo post eius crucem, & mortem sancta, & venerabilis eius Ecclesia velut legitima sponsa repleta fuit diuitijs salutaribus, sapientia, & scientia, & timore Domini, qui profecto est thesaurus eius, hoc est in quo reconditur, & continetur ipse dominus. Dum postea habemus in textu, quòd ipsi videntes clamabunt foris, id profecto de nulla hominum sorte, & conditione, præterquam de Apostolis, & Christi Iesu ministris intelligi potest: ipsi qui-

quidem videntes, & agnoscentes Christum Dominum à mortuis surrexisse, *Clamabunt foris*. i. publicè, & palàm cunctis audientibus prædicabunt, & manifestabunt Christi resurrectionem. Paulus enim Apostolus audacter prædicabat, & docebat Christum Dominum resurrexisse; unde 1. ad Thess. cap. 2. d. fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei, & quomodo existens Damasci fiducialiter prædicabat in nomine Domini, nihil extimescens. At cum inquit. *Angeli pacis amare flebunt*. dicunt nonnulli id significare tristitiam, atq; dolorem quem Angeli videntes Christum Dominum in eius passione à Iudæis tam crudeliter agi, seu tractari habebant, vel eos habuisse cogitandum est. Sed longè melius est dicamus. Angelos pacis. i. Apostolos, & prædicatores euangelij amarè, ac dolenter affligi, atq; flere, qui pacē annunciātes ciuitati Ierusalem, & cunctis Israelitis, & videntes eorum prædicationem nihil omnino profecisse, amare flebant, & magnopere cōpatiebantur, & condolebant, non solum materiali eorum desolationi, sed multo magis spirituali, & sempiternæ eorundem damnationi, quemadmodum D. Paul. vt ipsemet refert. Optabat esse anathema pro fratribus suis, qui erant cognati sui secundum carnem. & Ierem. Thren. 1. d. Viæ syon lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem. Et propterea inquit propheta Esaias. Dissipatæ sunt uiæ, cessauit transiens per semitas. Dicendum etiam angelos pacis amarè flere, i. premostrare quā maximè nos debere tristari dū non habemus pacem cū Deo. Et cū dicitur in textu. Cessauit transiens per semitas, hoc est, prædicato Euangelio, & recepta fide quasi per vniuersum orbem, cessauit transiens per semitas, q. d. nullus est amplius, neq; Gentilis, neq; Iudæus, qui vobis vltrà insidietur, ac uos eorum immanitatem fugiētes insequatur. & hoc est quod à principio huius capitis dicebatur. *Væ qui prædaris, nonnè & ipse prædaberis*? hoc est uos Iudæi, & Gentiles, qui prius Apostolos & seruos persequebamini, quiq; illis terrores, & minas perpetuò incutiebatis, non amplius persequemini, sed eos potius timebitis, ne nos persequantur, & offendant. Irritū factum est pactum, pactum inquam cum vobis Iudæis, quia alieni facti estis à consortio Dei, & extranei facti à suis promissionibus. Proiecit ciuitates, hoc est, repudiauit Dominus vrbes Iudeę, vel quia noluerunt ipsę recipere Christum. iuxtà illud Ioan. 1. cap. In propria venit, & sui eum non receperunt: & quemadmodum dixerunt Apostoli vobis oportebat primum loqui regnum Dei, sed quia repellitis illud, conuersi sumus ad gentes, vel quia non erat lex fidei, & doctrina Euangelij in solis Iudeę vrbibus restringenda, sed totius orbis finibus, & plagis concludenda. Non reputauit Iudæos homines: certum est enim quòd in ea obsidione, & expugnatione ciuitatis Ierusalem nulli Iudæorum, qui tunc aderant reputati sunt homines, sed potius ut viles fęminę, aut animātia bruta, adeò crudeliter, & atrociter fuere ab hostibus tractati. Sed misticè dicas, quòd ipsi Apostoli, & generosi Dei ministri non reputant homines, apostatas, & incredulos, & ipsissimos Dei contemptores homines, nullo præcio, ac existimatione dignos. De luctu, & languore illius terrę, & de cōfusione libani, & aliorum locorum, non est ut plura dicamus; satis enim constat quod quæ prius erat amœnissima, per quam florida, & cunctis bonis spiritualibus, & temporalibus referta, tristis, deformis, ac nuda, & priori pulchritudine destituta, nō solum pp obsidionē, ac deuastationem exercitus Romani, sed propter eius incredulitatem, & obstinationem in maximam turpitudinem, & fęditatem est reducta, quę totius Asiæ olim erat nobilissima. Verum in eius locum successit Ecclesia ex Iudęis, & Gentibus constituta, non enim vniuersus Israel periit, & exclusus est à Dei gratia, & hanc Ecclesiam veteres quidam exponentes iuxtà textum. lxx. comparant, seu conferunt cum Carmelo, qui mons est, ut aliàs diximus, mons sublimis, & densus: solet enim scriptura diuinitus inspirata frequenter Ecclesiam montibus Comparare. Proinde quemadmo-

admodum mons iste carmelus, mons est densus, & excelsus, talis est quodãmodo Ecclesia Christi: cõplures enim in ea floruerunt piam mentem haben tes, plenam omni bono in altum erectã, & à rebus hisce terrenis omnino seiun ctam. Et quemadmodum dicit Prophe ta. Dij fortes terrę vehementer eleuati sunt. Cum postea subdit. Nunc consur gam dicit Dominus. iuxtà sensum allegoricum, id voluit inferre, uidelicet. Nunc accipiam omnem potestatem à Patre, & uindicabo me de inimicis me is, iuxtà illud. Deuter. 32. reddam vltio nẽ hostib⁹ meis, & his qui oderũt me re tribuam. patientiam tantisper qua tã diu impietatem Iudęorum sustuli, remittere cogar: Inebriabo quidem sagit tas meas sanguine, & gladius meus de uorabit carnes. Aut vult innuere suã ab inferis suscitationem, cum inquit.

Deute. 32.

Nunc, idest cito post tres dies ma ne consurgam, & uiuens cunctis apparebo: vel ut inquit D. Hier. dicit se cõsurrecturum in cõsumatione sęculi, cũ postremum facturus est iudicium. Quo cunq. horum modorum hanc suam cõ surrectionem volueris intelligere, quæ consequuntur omnino patebunt; nunc inquam exaltabor, & nunc subleuabor, & uerè quidem dictum erat ab eo. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, & est constitutus caput super omnem Ecclesiam: & Magnificastis super omne nomen sanctum tuum. psal. 137. & apud Ioan. Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum. & Paulus ad Philip. Deus propter illius obedientiam exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Quæ autem sequuntur uidelicet. *Concipietis ardorem, parietis stipulam*, & quę ibidem sequuntur, nil aliud spiritualiter voluit innuere, nisi quòd Iudęi contra Christum, et eius Discipu los maximas iras, et odia concipient, multaq; mala aduersus eos molientur: verum nihil parient nisi stipulam, hoc est eorum conatus nihil erunt, nihil po terunt efficere, aut mauis officere, et erunt ipsi populo velut cinis, qui superest de incendio, cum aliqua domus cõ buritur, et combustione tota ruit, ac de

ps. 137.

A struitur, sic propemodum de Iudęis est futurum, ut uelut spinę simul coniunctę igne comburentur. Nec dubium, quod omnes hęreses, dogmata perditorum hominum, leges, et statuta contra legem Dei, tandem omnia absumẽtur, et unà cum suis auctoribus igne cremabuntur. Sic etiam cum propheta ex persona Dei hortatur eos, qui lõgè sunt, et qui propè, audiant, & cognoscant fortitudinem suam: nulli dubiũ per eos qui erant longè intellexisse gẽtes, que valde longè à Dei cognitione aberant, & per eos qui sunt uicini, & magis propinqui, proindeq; magis habiles, & idonei ad cognoscẽdam Dei fortitudinem, intelliguntur Iudęi, quorũ erant promissiones, leges, & pacta, & quorum patres, ad quos etiam missus fuit Dominus noster tamq; oues perditas, quibusq; se manifestauit partim doctrina supra legem vsus, partim diuinis signis supra omnem rationem, & naturam se ipsum admirabilem demo strans: At inutile fuit prorsus hoc beneficium, & mirabilium operum exercitium ipsis Iudęis ob incredibilẽ mentis eorum pertinaciã, ac peruersitatẽ. Christus docebat, at illi dicebant. Demonium habet, & insanit. Quid auditis illum? Demones è corporibus eijciebat, & illi dicebant in Beelzebub principe Demoniorũ eijcit Demonia. Propterea illis abiectis, & quide rectissime, aduocauit eos qui erant longè, hoc est ipsas gentes ad salutarẽ, & Euãgelicam prædicationem; & quoniam nonnulli ex Israelitis, qui iam in lege instituti fuerant, tanquam vicini, & propinqui Dei fortitudinem cognouerũt, & ita tàm eos qui longè, quàm eos qui propè, monet, quo audiãt, & cognoscãt, eius potentiam: illi autem ex Iudæis qui credere noluerunt cum viderunt Christum resuscitatum, & Apostolos cum fiducia prædicantes Dei verbum, conterriti sunt, & obstupefacti, quãquã fuerint in Syon, idest in eo loco quem peculiarem sibi Dominus elegit: *Demode timor possedit hipocritas*. Hipocritæ hoc loco nuncupãtur (ut puto) qui sub prætextu legis, & doctrinæ Mosaicæ damnabant Christi doctrinam, & conuitijs

B

C

D

E

Hypochrisa

nitijs incessebant, dum viderent quotidie illam augeri, et approbari, & multitudinem credentium indies crescere. Verum non solũ in Syon.i.in Synagoga facile erat inuenire peccatores, & hipocritas, qui Christi doctrinam contemnebant, sed & in Ecclesia Christi fidelium est videre plerosq; qui sub prætextu cuiusdã apparẽtis bonitatis, & falsę pietatis deridẽt aliqñ veros Xpi discipulos, & Dei ministros appellãtes eos Papistas, scenicos, & adulatores. Sed & hi quãdoq; perterrefiẽt, & timor humanæ pariter, & diuinę iustitiæ eos tandẽ possidebit. Et hi fortasse, ij sunt contra quos, vel de quibus loquitur propheta cum subdit. *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? aut quis poterit ex nobis habitare cum ardoribus sempiternis?* q. d. estis ne vos tam securi, ut ab igne deuorante neutiq̃ absumi, & deuorari possitis? aut vos estis tam liberi, & immunes ab omni culpa, vt cum ardoribus sempiternis, tanquam in proprio domicilio non sit uobis habitandum? respondeant illi si quid habent tuti, & securi. Alij aliter exponunt. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quibus verbis vult propheta nos mouere, ut uitemus irã Dei, quo pacto euitare poterimus etiã ignẽ deuorantem, & ardores sempiternos: id quod fiet per fidem, & charitatem, & alia iustitiæ, & pietatis opera: sic enim. d. ipse Christus apud Ioan. cap. 3. Qui credit in filium Dei, habet uitam æternã, qui autem incredulus est filio, non videbit uitam, sed ira Dei manet super eũ. Propterea cauendum nobis est, ne eiusmodi domicilium unq̃ habeamus: nullus enim est hominũ, qui possit habitare, aut sustinere illum ignẽ, & illos ardores sẽpiternos: qui sunt tot, & tanti, tamq; horribiles, & acerbi, ut nullus quis robustus, & ferox sit illis sustinendo. Hierony. sic exponit. *Quis de vobis poterit habitare cum igne deuorante?* Idest cum Deo, qui est ignis deuorans? aut quis poterit de vobis annunciare qualia sint futura supplicia? Et sequitur. *Qui ambulat in iustitijs.* Alij alias dant expositiones quę non sunt omnino irrationabiles, quas Nicolaus de Lyra, & quidam recentiores admittunt. Sic enim ille exponit. quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? .i. quis ex vobis Scribis, & Phariseis, qui hucusq; altari administrare solebatis, vbi uiget sempitern⁹ ignis, habitare poterit? quis erit tam idoneus minister, ut habitet cum ardoribus sempiternis? nam ut inquit ille, cum defecerit sobna, qui tamquam Pontifex ministrabat altari, quisnam poterit in eius locum substitui, qui ministret altari, & sustineat ibi ardores sempiternos? Videtur responderi in his quæ sequuntur, dum inquit. Qui ambulat in iustitiis. Hæc quidem expositio quamuis (vt diximus) videatur habere aliquam rationem, parum tamen significationi verborum potest aptari. Alii referunt hæc ad potentiã, & valorem exercitus Assyriorum, & ponuntur, tamquam dicta ab incredulis Iudæis, qui diffidentes de auxilio Domini ad seinuicem dicebant. Quis ex nobis superstes manebit ab exercitu Assyriorum, qui omnia loca nostra in fauillas rediget? quibus respondet Propheta, & inquit. *Qui ambulat in iustitijs & loquitur veritatem.* Hæc expositio tametsi magis textui iuxtà literalẽ respondeat, ad intellectum verò misticum difficile admodum potest referri. Multo melius potest admitti iuxtà sẽsum literalem expositio, quam à principio ferè adduximus, ut eiusmodi verba sint eorum, qui male affecti erga Deum ad se inuicem dicebant. Quis poterit habitare cum igne deuorante? q. d. quis vult se miscere cum Deo? cum eo quicquam agere, & secum habere commercium vllum, cum sit ignis deuorãs, cum sit maxime vindex, & qui sibi aduersantur, & obsistunt penitus absorbeat? Quibus nempè verbis facilè eorum impietas detegitur, qui perspecta Dei potentia in sui ipsorum gratiã, & beneficium exerta, potius tamen videntur innuere, vt caueamus à Deo, tamq̃ ab igne deuorante, quam ad eum sit nobis confugiendum, & in eo potius virtutem, & potentiam vlciscendi, quàm misericordiam in condonando intuendam nobis proponunt, ut sic Deo potius odium, & inuidiam, quàm obsequium

[Margin notes: Ioan. cap. 3. — Hierony. — Tex. 7. — Section letters A, B, C, D, E]

quium velint astruere: Veruntamen A iuxtà sensum nostrum allegoricum, quem nunc prosequimur, dicerem, sustinendo, et conseruando seriem verborum, nullum commodiorẽ hic posse sensum afferri, nisi dicamus: postquam Esaias dixit conterritos esse peccatores et hipocritas à tremore possessos, interrogat propheta dicens, rebus ita se habentibus. Quis poterit de vobis ò scribe, et Pharisei, ò vos hipocritę, quis (inquam) de uobis poterit habitare, hospi B tem secũ habere, et coniungi cũ igne deuorante? hoc est, cũ Deo, qui est ignis deuorãs ipsos peccatores & peccata absumens? quiq; peccata suo spũ delet, et consumit? Quis pariter ex vobis habitabit cum ardoribus sempiternis? hoc est, habebit secum in corde, et in mente spiritum sanctum, qui perpetuo nos inflammat, nos adurit, et incendit amore Dei? Hic enim spiritus adiuuat infirmitatem nostram, et postulat pro no- C bis gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. Et videtur eiusmodi prophatæ percũctatio similis ei quã facit regius propheta. psal, 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Huic interrogationi quæ fit per Prophetam ex persona Dei respondit idem propheta, et inquit. *Qui ambulat in iustitijs, & loquitur ueritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem,* D *& claudit oculos suos ne uideat malum. Iste in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aqua eius fideles sũt &c.*

Rom. 8.

Hæc oĩa sunt plena misterijs, & sãctis moribus ac documentis referta, nequè hic datur locus historię: sic enim consueuerunt isti sanctissimi vates, vt posteaquam de historia nonnihil tetigerunt ad misteria pariter, et mores reformandos nos traducant. Dicit er- E go. Qui ambulat in iustitiis. i. qui exercet omne genus iustitię, et nullã suis in action ibus iniquitatem admittit. et qui loquitur veritatem non semel, sed semper, ut etiam dixit Regius propheta, qui loquitur veritatem in corde suo, et non egit dolum in lingua sua: ambulare in iustitiis est non semel tantum facere iustitiam, sed progredi, et ambulare de uirtue in uirtutem. Loqui veritatem est abhorrere mendacium et detestari falsum, et qui proiicit auaritiam ex calumnia, vel rapiendo aliena; uel contra iustitiam loco muneris quicquam accipiendo d. Glos Auaritia ex calumnia dicitur, quando ex uni⁹ damno, ac detrimento, pecunię cumulantur. Proiicere auaritiam ex calumnia est amouere á se omnem appetitum bonorum temporalium, quę nõ nisi ex calumnia, et ingenti dedecore possunt obtineri, ut sic per innocentiã uitę homo proiiciat auaritiam. Glos. interl. et qui excutit manus suas ab omni munere ꝙ dicit quia tria sunt genera munerum: uerum id intelligitur de munere à Iudicibus suscepto, et non á quibuscunque. Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem. i. iudicium sanguinis. d. D. Hier. omnis enim iniquitas, et oppressio et iniustitia iudicium sanguinis est, et licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit. et propheta psal. 5. Virum sanguinum, et dolosum abominatur Dominus. et alibi uiri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.

Auaritia ex calumnia quę.

Psal. 5.

Psal. 14.

Quamquam per sanguinem hoc loco intelligit sanguinem innoxium, qui quandoq; á sicariis, et homicidis emittitur: aut etiam per sanguinem intelligit quodcunq; peccatũ iuxtà illud prophetę, libera me de sanguinibus. et q claudit oculos suos ne videat malum, ne aliquid concupiscat, quod sit malũ, uel afferat malum iuxta illud psa. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem, foelix ille nimirum est qui nec uidet, nec audit malum, ille scilicet qui non delectatur in malo proximi, ille obturat aures suas ne audiat sanguinem, qui quidem hęc fecerit habitabit in excelsis, et securus erit ab omni iniuria, neq; verebitur ab igne consumi, ac deuorari; quia sublimitas eius erit monimenta saxorum, hoc est altissimum erit refugium suum, et eo in loco cõstitutus, ut nullos impetus, tum uentorum, tum imbrium timere unquam possit, quẽadmodum, qui in altissimis, & abruptissimis rupibus, aut locis munitissimis

Psal. 50.

Ps. 118.

sunt

sūt collocati, cū pſertim nō desit eis ci bus, et potus. Per eos, qui obturāt aures ne audiant sanguinem, et claudunt oculos, ne videāt malū, nōnulli intelligūt eos, qui cauent, ne audiāt turpiloquiū, neq. uideant, aut intelligant quod malum est, ne forte, et ipsi quouis modo offendantur, et cadant. D. Greg. 31. mor. Satis diffusè hanc partē declarat. Vult enim per hæc verba Esaiam exprimere quaseunq; uirtutes ad actiuam uitā spectantes. Quamquam Nonnulli recentiores existimant in his uerbis noluisse prophetam explicare quamcūq; uirtutem, sed summum, et pręcipuum uirtutis studium, & uitiorum odium pfectisimum, ita scilicet ut nihil iustitiæ nostris in actionibus prætermittatur et in uerbis pariter nihil æquitatis, aut sinceri: auaritiam porrò penitus odisse, et iustitiam ita colere, ut omnes iniustitiæ, et iniquitatis origines, et occasiones pariter abscindātur. At cū huius actiuę uitę gradus utcūq; enarrauit ad contemplationis culmina gradatim ascendens dixit. *Iste in excelsis habitabit*, et quę sequuntur. In excelsis nāq; habitare inquit Greg. est cor in coelestibus constituere. *Munimenta saxorū sublimitas nostra est*, cum maiorū pręcepta, et exempla respicimus, atq; ab infima cogitatione separamur, cumq; corde, et animo choris coelestibus adiungimur, et insidiantes malignos spiritus stantes in arce cordis quasi subter positos expugnamus Tunc nobis panis datur, quia in supernis erecta intentio æternitatis contemplatione reficitur Dantur etiam ei aquę fideles, quia, quòd nobis hic per spem Deus promittit, illic omnino innumeras nobis exhibet. Datur etiam ei panis, et aqua, ut per panem, et aquam omne quod requiritur ad uictum hominis intelligatur. sed misticè possumus intelligere sacram scripturam, et Dei uerbum, de quo genere panis, et aquę loquebatur sapiens cum dicebat. Cibauit illum Dominus pane uitę et intellectus. et aqua sapientię salutaris potauit illum. Eiusmodi aqua uocatur aqua fidelis, et salutaris, quia uitam nobis affert, et salutem. Aquę uero huius mundi sunt in

Greg. 31. mor.

Habitare in excelsis.

Aquę fideles.

A fideles, & mortiferæ, & cito putrescūt: panis etiam quo cibatur iustus, dicitur esse ipse Christus, qui nobis se ipsum porrigit sub specie panis, q̄q̄ non sit verè panis, & aqua fidelis est sacrosanctum baptisma, quòd fideles, & stabiles efficit, quicunq; eo digni habentur. De hoc eodem pane loquebatur ipsemet Christus cū dicebat apud Ioā. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. Panis ergo subministra-
B tus est iusto, et præparatus, ut singulis temporibus cum necesse fuerit ei præbeatur, vnde merito. d. Dau d, & gloriabatur. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, super aquam refectionis educauit me animam meam conuertit. & præter hæc dicit textus. *Regem in decore suo videbunt oculi eius* .i. ipsius iusti, *cernēt terram de longe*. Præter alias immunitates & priuilegia quibus pij, & iusti fruuntur in hoc sæculo, hoc etiam
C adijcitur, quod regem in decore suo videbunt oculi eius. Postpositis nugis, ac deliramentis Iudæorum, & eorum, qui de Rege Ezechia prophetam loqui mordicus tuentur. Dicamus hic re uera prophetam non de alio rege, quàm de Christo Domino regum omnium rege, ac principe fuisse locutum. Dicit ergo. Quòd veri Israelitæ .i. homines pij, & iusti videbunt regem in decore suo .i agnoscent Christum esse verum
D Dei filium, & pro nobis hominem factum, cuius rei scala illa, quam uidit Iacob typus, et figura extitit, superq̄ scalā uidit Angelos ascendētes, & descēdētes & isti idem cernent terram a longe, terram utiq; viuentium, non terram hanc luctuosam, vbi degunt mortui, morientes, & moribundi. cernent (inquam) à longe, quandoquidem videbunt eam in spe, usuri postmodum in re, cum videlicet soluta erit anima ab hoc carcere
E corporeo. Et nota, quòd licet hæc omnia priusquam extremus dies adueniat sint omnino futura, & verisima esse cō probentur; veruntamen veriora esse existimantur post consumationem sæculi: quoniam in iudicio quod tunc fiet, oculi nostri in decore suo conspicient regem, quia redemptor noster in eo iudicio, & a reprobis seu damnatis homo

Ps. 22.

vide-

videbitur, sed ad diuinitatis eius intuédam celsitudinem, soli qui sunt electi subleuabuntur, qui quamdiu sunt in hac vita, quia illam viuétium patriam, sicut est, videre non possunt, idcirco rectè adiungitur. cernent terram de longè. Hęc. D. Greg. Nec pudet quosdã ex veteribus asserere quæcunq; hactenus dicta sunt, & tributa hominibus pijs, & iustis, tribuere Christo Domino, & Apostolis, quod .s. ipse ambulauit in iustitijs, locutus est veritatem, cum ipse met diceret. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? obturauit aurem suam, ne audiret sanguinem .i. cuiusuis hominis interitum, cum pro muliere adultera dixit. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. & cætera pijs hominibus conuenientia, quæ, & Apostolos fecisse nulli dubium esse debet: At ego, pace aliorum dixerim) non arbitror eiusmodi proprietates, & munia debere attribui Christo, vel dicta fuisse pro eo, cum constet, ipsum ab instanti conceptionis suę fuisse purum, & immaculatum, & ab omni labe peccati penitus immunem. Sequitur textus,

Greg.

Tex. 8. *Regem in decore suo videbunt, oculi eius cernent terram de longè, Cor tuum meditabitur timorem*, & quæret supple, *vbi est literatus? vbi legis uerba ponderãs? vbi doctor paruulorum?*

Hoc loco fit variatio personæ quòd frequens est in scripturis, præsertim apud prophetas: prius enim alloquebatur homines in tertia persona quos ob rei magnitudiné ostendendam monuit, vt audirent, tàm qui longè, quàm qui propè erant: nunc verò alloquitur quẽdam, hoc est hominem iustum in secunda persona, d. *Cor tuum meditabitur timorem*.

Horum verborum sensus est. quòd quando quis in se ipso discurrit, & cogitat, quid fieri oporteat, ne amittat gratiam, & fauorem principis, neue eius indignationem incurrat, ob quã multa mala, & incommoda facilè possunt eidem contingere. dicitur tunc meditari timorem, timorem, inquam quẽ nostri filialem appellant, cum quis abstinet a peccato, ne Deum offendat, aut

Meditari timorem.

A ei quouis pacto displiceat, propterea dictum est supra. Initium sapientiæ timor Domini; & qui timet Deum faciet bona, & Dauid. Beatus uir qui in lege Domini meditatur die, ac nocte. Itidẽ. Beatus uir qui timet Dominum. Aliqui ex modernis sic intelligunt hanc particulam. Cor tuum meditabitur timorem, i. tu præ metu, ac formidine, tu ipse quæres, & tecum ipse discuties quo pacto tam subito, & insperato cessauerint exactiones, q̃ a scribis, & Pharis. eis tempore obsidionis exigebantur a populo. sed longè melius exponunt illi, qui hanc admirationem referunt nõ ad cessationem exactionum, & vectigalium, sed magis ad subitam, & repentinam ipsius vrbis liberationem. sic itaque hanc particulam ad literam exponunt, dicentes. Cor tuum ò Israel, ò popule Dei meditabitur timorem, i. frequenter, & impense meminerit timoris, quem hactenus habuit memor magnitudinis periculi, in quo obsessa urbe vexabaris, & miraculum istud tam grãde, quòd diuinitus accidit de industria, ac studiosè meminisse curabis, ut ex inde discas me timere, & gratias agere: volunt enim quidam, meditari, nihil aliud significare, nisi vehementer, & studiosè alicui rei intendere, vel intellectum, ac mẽtem adhibere, quemadmodum legitur in Prouerb 8. Mens iusti meditabitur sapientiam, et Dauid de malignis & iniquis hominibus (inquit) Dolos tota die meditabantur. Alias habet significationes hoc nomen, pro quibus uide apud Grammaticos, sed nihil ad nos: Hoc enim credimus, & tenemus nobis perpetuò esse meditandum, ne quicquam faciamus quo diuina Maiestas fraudetur, & de beneficijs acceptis, summa cum laude, & admiratione ei gratias agamus. pro qua meditatione perpetuò habenda, lege ps. 76. & alibi sæpe apud Prophetas, & multum certe nostrę saluti confert, si meditemur ut columba: quemadmodum Esaias infra dicit: columba enim gemendo, & suspirando meditatur, ita nos facere oportet dum sumus in via, quia tũc nescimus quod & quale sit futurum nostrum habitaculum, donec simus

B C D E

Prouerb. 8. Psal. 37. Psal. 76.

plenè

plenè iustificati, sed quoniam non ab re posuit hæc verba Esaias.d.cor tuum meditabitur timorem, idest tecum ipse cogitabis, & cum timore (vt supra diximus) qui notat etiam reuerentiã, & admirationem, sic tecum ipse disceptabis, & quæres. *Vbi est literatus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum?* Quæ omnia aptare possumus ad scribas,& Phariseos,& ad quascunq; gẽtes,& nationes: quorum omnium fuit ingens admiratio,& nunc quoq; nullus potest satis admirari quo nam modo, qua ratione, quibus artibus fieri potuerit, vt vniuersum genus humanum, in expectato, & prȩter omnium opinionem, & contra omnem scientiam, & potentiam huius mundi fuerit à tam longa, & dura demonis potestate ereptum; sumpta occasione ab ea liberatione, qua Ciuitas Ierusalem fuit ab Assyriis erepta,ac liberata. d. ergo vbi est literatus? idest vbi sunt illi, qui literarũ notitia multum temporis consumpserunt, & in ea professione magnum sibi nomen conquisierunt? vbi legis verba ponderans? hoc est, vbi sunt illi,qui usque adeo legis erãt obseruatores,quòd singula eius verba ponderabant, & ne apicem quidem perperam appositum esse contendebant? vbi doctor paruulorum? hoc est vbi est ille, qui profitebatur se erudire, & educare paruulos,& insipientes,& veritatis uiam eisdem velut digito patefacere, ac demonstrare? accedant isti, & compareant coram omnibus,nobisq; insinuent, atq; ostendãt quo pacto tam ingens, & incredibile opus fuerit effectum, vt Christus primũ pauper, & egenus, quippequi neq; habuit, vbi reclinaret caput suum,& Apostoli eius,pariter ac discipuli simplices,& incompti, neq; ulla sapientia seculari eruditi vniuersum orbem ad se pertraxerint, & adduxerint, quod quidem misterium perpendens D Paul. 1. ad Corinth. 1. cap. inquit, sumens ex Esaia hoc in loco.d. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, nobis autem qui salui sumus dei virtus est, & inquit pdã sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo, quemadmodum supra cap. 29. scriptum est. et nũc

1. Cor. 1.

A assumit in sensu eadem verba, quȩ mox proposui,videlicet. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? laborant exponentes, quid hoc loco propheta intelligat per literatum, per eum,qui verba legis ponderat, per doctorem paruulorum; vt per literatum intelligamus eum, qui multarum rerum notitia, ac experientia est prȩditus: per eum qui legis verba ponderat, qui summo studio, ac diligentia verba B legis interprȩtatur. Sed ego nolo horũ verborũ prȩter D. Paulũ interprȩtem alium habere. Dicant ergo Mosayce legis doctores,et qui accuratè eius uerba perscrutantur. dicant huius mundi sapientes, vt Plato,et Arist: et quicunq; alij huius generis et farinȩ homines: dicant quicunq; in eruditione, et sapiẽtia seculari, et quauis eloquentia floruerunt, si huius rei causam ullam nacti fuere. Hic ergo mentem tuam ad- C hibe, in hoc meditare, et quȩ meditando fueris adeptus time Deum, et admirare potentiam, et bonitatem Dei. quẽadmodum ait propheta. Meditabor in omnibus operibus tuis,et in factis manuum tuarum medi tabor. et memor esse curabis mirabilium eius, quȩ fecit, prodigia eius, et iudicia oris eius: huc certe referuntur verba prophetȩ, hȩc est uera eorum intelligentia et non ad obsidionem Ciuitatis Ierusalem, et D ad eius mirabilem liberationem.

Literatus quis.

psal. 148.

Sequitur textus. *Populum imprudentem non videbis, populum alti sermonis ita ut non possis intelligere disertitudinem lingua eius in quo nulla est sapientia.*

Et in hoc etiam textu alloquitur propheta, vel ex persona Dei,aut ex se ipso permotus à spiritu santo, et alloquitur non Ciuitatem Ierusalem terrenam, ut plerique; autumant, sed ciuitatem spiritualem, atq. cœlestem idE est ecclesiam sanctam ex populis fidelibus coactam, et congregatam, et inquit. Populum imprudentem post hac non videbis, te cuius cor meditatur timorem, non uidebis populum alti sermonis, qui ita profundè, et abstruse loquitur, ita ut non possis intelligere disertitudinem linguȩ eius,quãdoquidem est in eo solus quidam uer-

runt flumina vocem suam, & eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum. *Non transibit super eum nauis remigum, neque trieris* .i. neque naues paruæ, neque naues magnæ, quæ dicuntur naues onerariæ .i. nulla potestas, siue parua siue magna, & quantuncunq; valida poterit, vel Christum, vel eius Ecclesiam summergere, aut quicquam incommodi, aut detrimenti afferre. Sic textus habet neque trieris magna transgredietur eum, & huius constantiæ ac firmitatis rationē affert propheta dicens. *Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos.* Sub eius tutela degimus, suo tātum tribunali sistere cogimur, ipse Dominus, rex noster. dicitur quidem Iudex quia in iudicio ferendo vindicat bonos à malis, & a malignorum iniuria nos eripit, ac defendit. Dicitur legifer noster, quādoquidem ipse solus viuendi formulā nobis præscribit: dicitur tandem Dominus & Rex noster qui solus nos regit, & gubernat; et pęnes quosdam, iudex noster dicitur habita ratione ad legem quam naturaliter nostris cordibus inscripsit, & dicitur legifer respectu legis Mosaycę: & Dominus atq; Rex noster habita relatione ad legem Euangelicam, quæquidem sunt magis ex ingenio, quam iuxtà rationem aliquam dicta. Iste ergo est Dominus et Rex noster, ipse saluabit nos, hoc est, ipsi est cura de nobis; nihil est quod timeamus, modo ab eo regi patiamur. Et p hęc verba seu titulos quos propheta tribuit Christo, stabilitur, & corroboratur doctrina concilij Tridenti Sess. 6. can. 21. si quis dixerit Christū Iesum datū hominibus. vt redemptorem cui fidāt, et non vt legislatorem cui omnes obediant, anathema sit. Cum his paucis verbis explicauerit propheta excellentiam Ciuitatis Syon, idest Spiritualis Ierusalem, idest catholicæ ecclesiæ, et prosperitates corū, qui admissi erunt

Alias per eū

Christus Iudex: & legifer.

In bibliis correctis, non ponitur ista copulatiua, &, v3. Dominus & rex noster: sed cūctis Dominus rex noster. sed hoc parum refert.

A intra hanc Ciuitatem spiritualem, et allegoricam, et sub hoc tabernaculo fouebuntur, et quiescent, nunc idem propheta alium sonum edit, et conuersus ad Ierusalem terrestrem, et materialem hunc in modum quasi tristis, et dolens alloquitur, et inquit. *O Ciuitas Ierusalem.* O diù fœlix olim synagoga, ò uis, et magnificentia tua Israel. *Laxati sunt funiculi tui,* facile dissoluentur, ac decident, et facias quicquid velis, nihil B efficies, *sed non praualebunt*, sustinere non poterunt quin summergatur, et uadat in interitum vestra nauis, et irreparabile naufragium patiatur. contra id, quod de nauicula nostra dictum est. *Sic erit: malus nauis,* i. tam debilis, ac tenuis erit arbor huius uestrę nauis, quòd *dilatare signum*, hoc est uelum, et extendere, *non queas*. aliàs text⁹ habet, sic erit malus tuus: qua metaphora, et locutione typica vult innuere propheta tā C leuem, et exiguam fore potestatē principis Demoniorum, et ipsorum Iudęorum, et quorumcunq; Ecclesiæ Christi hostium, ut nequaquam possit effugere, quin seuum, atq; perpetuum ipsi patiantur naufragium: tunc idest fracta naui. i. poīa demonis, et Iudæorum. *diuidētur spolia multarum prædarum,* non dico Assyriorum ut opinantur qui sectantur historiam tantum) sed diuidentur spolia Iudęorum ab ipsis Romanis, D *& Claudi diripient rapinam*: Claudi idest Gentiles, qui velut Idolatrę utroq; pede claudicabant, qui postea recepta fide, et uerbo veritatis *non dicet vicinus* .i qui est mihi proximus saltim p creationem, aut potius per fidei susceptionem, *elanguı*, q.d. infirmus sum, et impotens, quia iniquitas auferetur ab eo qui habitat in ipsa Ecclesia, aut intra Ecclesiam, et hoc est quod dicit textus. *Populus qui habitat in ea, auferetur ab* E *eo iniquitas.*

Tex. 20.

Et sic est finis huius cap: 33.
Esaiæ prophetæ.

CAP. TRIGESIMVMQVARTVM.

1. ACcedite gentes, & audite, & populi attendite: au-
diat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne ger
2. men eius. Quia indignatio Domini super omnes
gentes, & furor super vniuersam militiam eorũ:
interfecit eos, & dedit eos in occisionem. Inter-
fecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœ-
tor; tabescent montes á sanguine eorum. Et tabescet omnis mili-
tia cælorum, & complicabuntur sicut liber coeli: & omnis malitia
3. eorum defluet sicut defluit folium de vinea, & de ficu. Quoniá
4. inebriatus est in cælo gladius meus. Ecce super Idumæam descen
det, & super populum interfectionis meæ ad iudicium. Gladius
Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine
agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum victi
ma enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom:
5. Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus: ine-
briabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguiũ:
6. quia dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Syon. Et
conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur:
& erit terra eius in picem ardentem, nocte, & die non extingue-
tur, in sempiternum ascendet fumus eius: a generatione, in gene-
rationem desolabitur, in sæcula sæculorum non erit transiens per
eam. Et possidebunt illam Onocrotalus & Hericius: Ibis, & Cor-
uus habitabunt in ea, & extendetur super eam mensura, ut redi-
gatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. Nobiles
eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes
eius erunt in nihilum. Exorientur in domibus eius spinæ, & ur-
ticae, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum,
et pascua Struthionum. Et occurrent demonia Onocentauris,
& pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit Lamia, & inue-
nit sibi requiem. Ibi habuit foueam Hericius, & enutriuit catulos,
et circumfodit, et fouit in umbra eius: illuc congregati sunt Milui,
7. alter ad alterum. Requirite diligenter in libro domini, & legi-
8. te: vnum ex eis non defuit, alter alterum non quaesiuit. Quia
quod ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus ipse congregauit
ea. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in men
suram, vsq. in aeternum possidebunt eam, in generationem, & ge
nerationem habitabunt in ea.

EXPLANATIO IN TRIGESIMVMQVARTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Vers. 1. *ACcedite gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius. Quia indignatio Domini super omnes gentes, & furor super vniuersam militiam eorum: Interfecit eos, & dedit eos in occisionem &c.*



QVID velit Esaias, & quis fuerit eius scopus in præsenti capite non facile cõstat, neque omnes idẽ sentiunt. Clarum est & indubitatum, magnũ aliquid, & præter communem expectationem velle prophetam hoc in loco proponere, ac pronunciare, dum vniuersum mundum, & omne germen eius, hoc est, quicquid in mũdo oritur, & continetur conuocat, & inuitat ad notitiam eorum quæ est dicturus. Quidam enim ex quibus est Nicol: de lyra. existimant vaticinium fore de ruina ac desolatione Idumeæ cũ expressa mentio de ea hic habeatur. Sed plerisq; non videtur simile vero, neq; rationi congruum, tam ingentem apparatum pro sola vnius gentis incircuncisę, & reprobatæ iactura fieri debuisse: proinde alij dicunt prophetam hic respicere ad uastationem totiũs Iudeæ, quæ post occisum Dominum erat futura per exercitum Romanorum: nec mirum tam excellens fieri præconiũ, & vniuersi orbis attentionem desiderari quòd ea destructio, ac desolatio inter omnes omnium regnorum, quę unquã desolationes contigerunt fuit maximè insignis ac digna memoratu. At ego magis cum. D. Hiero. quàm cum alijs incedens existimo aduersus omnes gẽtes, & quascunq; nationes vniuersi orbis Esaiæ verba in huius capitis exordio

A esse pronunciata: sic enim habet textus. *Accedite gentes, audiat terra, & plenitudo eius, orbis terra, & omne germen eius.* Quod autem super omnes Gentes, & plenitudinem terrę, & vniuersum orbẽ voluerit propheta intelligere solam Iudęam, videtur mihi nimis durum, & insolens: propterea dicendum indignationem Domini nequaquam fore super vnam gentem tantum, sed super & cõtra omnes gentes, & super vniuersam B terram, quia omnes peccauerunt, & nõ est qui faciat bonum, nec vsq; ad vnum: & nemo mundus à sorde, neq; infans vnius diei: & ideo est Deus acriter incensus, & incitatus aduersus omnes gẽtes. Proponit ergo propheta, & prædicit cũ primis irã & furorẽ Dei, dũ sum in hac vita vertẽdũ, & exerẽdũ aduersus omnes Gentes, sed præcipue contra Iudæos qui in Christum Dominũ, & creatorem nostrum manus inijcere C fuerunt ausi, postremo eiusmodi furor & ira consumabitur in fine sæculi, dum oportebit omnes sistant ante tribunal Christi, ut referat vnusquisq. pro ut gesſit in corpore suo, siue bonum, siue malum. Et quoniam res tanta, tam grandis, & parum credita scitu, tamen quàm maxime necessaria nobis in hoc capite est proponenda: idcirco tot verbis, & tam magna emphasi, & verborum amplificatione cunctos excitat ad audien- D dum. 1. Accedite Gentes, & audite, & populi attendite, rursus audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen

eius; audi tu Thaddæe, & quicunq; estis A cum eo, neq; quisquam audeat suas aures obturare, ne audiat qd̄ hic, ꝓponit̃. d. D. Thom. his verbis, prophetam excitare attentionem & attentionis ordinẽ, vt. s. accedentes appropinquent, propinqui audiant, audientes attendant, & intelligant. Cyrillus etiam exponens primum illud verbum accedite gentes: accedite inquit, idest appropinquate, nam quamdiù estis in errore, & creaturę potius quàm creatori obsequium B præstatis, longè estis à Deo, quia longè à peccatoribus salus, at sublata causa, qua longè dicũtur esse à Deo facilè possunt ad ipsũ accedere, & participes fieri bonorum eius. Sed meo iudicio non est necessaria hæc huius verbi interpretatio, sed simpliciter intelligendum: vbi propheta aduocat vt diximus omnes gentes, vt non stertant neq; amplius obdormiant, & velut osciantes, & omnino securi sibi ipsis tantum iucum C bant: sed vt parum semotæ suis à voluptatibus, & commodis & peculiaribus negocijs, se se conferant ad pręconem, præuisorem, & magistrum, & aures adhibeant, & diligenter attendant quicquid eis dictum fuerit, & cum omni mentis tremore illud percipiãt, & secũ ipsi plusquam semel discutere ac ruminare non detrectent. Audiat terra, & plenitudo eius, terra (inquam) non quæ est purum elementum, sed ipsum elemẽ- D tatum hoc est habitantes in ea, & plenitudo eius quod idem est, quodq; repetit, vt magis excitet & prouocet ad audiendum, & considerandum id quod dicendum est: audiat orbis, & omne germen eius. i. quicquid oritur in eo, et cõtinetur in eo. d. D. Hier. *Audiat orbis, & omne germen eius.* i. cuncta genimina eius, tàm loca quæ habitantur, quàm quæ vix sunt habitabilia, vel ob nimietatem frigoris, vel ob excessiuũ ardo- E rem caloris: iubentur enim audire, et quæcunq; sunt, et quæcunq; sunt futura: non enim solum ad nos qui sumus præsentes, et qui nunc vitam degimus in hoc mundo, sed ad quoscũq; qui sũt per diuersa sæcula futuri, prædicitur, ac prænunciatur hoc Dei decretum. et quodnam est decretum istud?

Quia indignatio Domini super omnes gentes, & furor super vniuersam militiã eorum. Tex. 2.

Non enim super Assyrios tantum atq; Caldeos, non super Aegyptios, et Moabitas, et Ammonitas, ac Philisteos neq; etiam super Iudæos tantum, sed vt diximus contra omnes gentes, et super omnem militiam earum. Vnde satis apparet, quòd non de Idumæis specialiter loquitur; quia si sic esset, nequaquam diceret super omnes gẽtes, neq; de Iudæis solum, quamquam aliqui opinentur posse cõgruè fieri hanc locutionem, cum sermo esset de ea regione in qua degimus, et cuius negocium tractamus. neq; minus accipienda est opinio Nicolai de lyra, sed furor, et indignatio, ut palàm et apertè d. textus super omnes gentes et super omnem militiam earum indignationem Domini, et furorem futurum; et super omnem militiam, idest super omnem vim, et potentiam earum, siue in coelo siue in terra fuerit constituta: constat enim et ex prophanis auctoribus facilè est uidere quòd plerq; gentes ante Christi aduẽtum, et priusquam euangelica luce fuerint illustratæ non modo in huius sæculi principibus, ac potestatibus plurimum confidebant, verum etiam super militiam cœli, idest super virtutem, et influxum ipsorum syderum et aliorũ numinum, quę pro Dijs ipsæ colebant, et venerabantur: sed dicunt quidam moderni satis eruditi, hanc comminationem non posse intelligi de ea, quæ est in die iudicij, quia tunc nullus erit rex quem oporteat inuocare: et tamen in hoc capitulo post medium dicitur Regem potius inuocabunt, unde uolunt hanc comminationem fieri aduersus synagogam, quod non displicet. Dicũt quidam iram Dei futuram super militiam ipsarum gentium, quoniam ipse Deus subtrahet omnem uim, ac potestatem ipsis syderibus, et corporibus cœlestibus, ne quicquam influãt roboris, ac virtutis super creaturas inferiores: Id quod frequenter experimur cum ob nimios et excessiuos solis ardores; vel ob assiduos imbres et grandines, nunc humana corpora languescunt, et infir-

infirmantur; nunc terra magnam steri litatem patitur. Cuius rei causa plerūq; fiunt supplicationes ad placādā iram dei. Et sequitur. *Interfecit eos*, hoc est interficiet, more prophetarum vtentes præterito pro futuro *& dedit eos in occisionem*.i. maledixit eos, anathematizauit, et verè in occisionem dedit, hoc est, ut quicunq; eos inuenerit occidat, ac interimat. *Interfecti eorum proijcientur*, quemadmodum corpora putrida, et contagiosa, *& de cadaueribus eorum* B *ascendit fetor, & tabescent montes à sanguine eorum*, hoc est corpora eorum erūt usq; adeò infecta, & omnis terra sanguine occisorum madefacta, quòd mōtes ipsi tabescent. Dicunt quidam, hæc omnia ad cladem Iudæorum referentes quod in obsidione, et expugnatione Ierusalem innumera corpora Iudæorum erant strata per omnes vias et inhumata permanebunt, et omnia loca ipsius Iudeæ, ita vt colles Ierusalem, et C montes ipsius Regionis quæ montuosa est madebant sanguine. id quod nos conuenientius aptare possumus ad tempora Antichristi. Glos. Inter. inquit. tabescent montes .i. Tyranni vel principes mundi, aut etiam Angeli qui singulis gentibus præsidebant. Alij dicunt tabescent montes sanguine eorū, quia scilicet tantus erit fluxus, et effusio sanguinis, vt non homines solum, sed mōtes deficere, et liquefieri videantur; id D quod designat maximam tribulationē illis diebus futuram, usus propheta in hac oratione eleganti Hyperbole.

Et tabescet omnis militia cælorum, & complicabuntur sicut liber cæli; & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea, & de ficu. quoniam inebriatus est in cælo gladius meus. Super his verbis duo sunt explicanda primum quomodo militia cęli tabescet. deinde quomodo cęli complicabuntur vt liber: re E liqua sunt clara. Dicitur, quòd militia coeli tabescet, siue defluet, quia videlicet in die iudicij, & in consumatione sęculi, coeli ardentes soluentur, & elemēta ignis ardore tabescent, quia præter eorum naturam alterationes aliquas subibunt, vel (vt alibi dictum est) stellę coeli non dabunt lumen suum, & ut habetur Matth. 24. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de coelo, & uirtutes cœlorum commouebuntur, quod quidem non ita debet intelligi, quasi stellæ sint casuræ; sed non ita lucebunt ut prius, vel militia cœli tabescet, idest demones aerei amittent vigorem suum, cum defecerint eorum membra. Allegoricè verò sic intelligitur, quia omnis militia tabescet, seu defluet, quoniam adueniente vera luce, quæ est Christus, sol & luna videbantur obscurari, & spiritus mali amissa potestate in īferno recludentur. Tropologice verò sic exponitur, & talis expositio summopere mihi placet, et arridet, quod militia cœli tabescet, et quotidie tabescit, quoniam redditur frequenter inanis et friuola, quandoquidem multi hominum sunt, qui plurimum confidunt fatis, et constellationi, et influentiæ cœli, et sperant se futuros magnos, et habituros magnos honores, ac dignitates, iuxtà illud Virgili.

Sic te fata vocant, aliter nō viribus vllis. Vincere nec duo poteris conuellere ferro:

Qui tandem se falsos ac deceptos esse experiuntur: apud hos militia cœlitabuit, & defluxit, quoniam nullū produxit, quem indicare videbatur effectum, et pulcherrima quidem similitudine ostendit Esaias istius militiæ cœlicæ debililatem, ac impotentiam, cum dicit ipsam effluere, sicut defluit folium de vinea peracta vindemia, et de ficu adueniente autumno, breuius quidem, et clarius dicitur militia cœli tabescere quando eius virtus et influentia non respondet opinioni hominum, qui maxime illi confidunt: et dicitur moraliter tabescere quando quis professus rectā viuendi regulam ab ea facile decidit, et ruit. Cur autem ira et furor Dei debeat vsq; adeo in omnes gentes, et populos commoueri, et tantam rebus ab eo productis perniciem afferre, adducitur in textu. *Quoniam* inquit Deus, *inebriatus est in cælo gladius meus*. Dicitur autem metaphorice gladius Dei inebriatus sanguine in cœlo, idest apud ipsum Deum, quoniam sicut qui inebriantur vino, nihil nisi vino madent, et vini saporem, aut etiam fetorem emittunt, sic

Matth. 24.
Virg.
Tex. 3.
Gladius inebriatus.

ad præfigurandam sanguinis redundantiam in illa maxima totius mundi vastatione peculiari alicuius loci desolationem dicitur Dei gladius inebriatus sanguine. Alii secus exponunt quòd tanta erit in consumatione sæculi peccatorum vltio, et tam horribilis occisio, et sanguinis effusio, quòd vsq; ad cœlos pertingere uidebitur. D. Hiero. longe secus exponit, quòd gladius Dei dicetur inebriatus in cœlo. i. in aere, qui quandoq; vocatur cœlum, ut apud lucam. Volucres cœli habent nidos, qa scilicet potestas Dei maxime vigebit, et proferetur contra potestates tenebrarum harum, quarum sedes est in cœlo, idest in aere. Sed prior expositio mihi videtur satis cõueniens. Moraliter sic exponit D. Greg. inebriatus est in cęlo gladius meus, idest non peperci peccantibus in me, qui erant à me tam mirabiliter conditi, et creati in cęlo, multo minus parcam hominibus elatis de terra formatis Mor. lib. 32. cap. 10. exponenda est etiam alia similitudo posita in hoc eodem textu: vbi. d. Esaias *Quod ea die complicabuntur cœli sicut liber*. Quorum uerborum hic est intellectus. Quod sicut liber complicatus, et conuolutus non potest legi, quia literæ, et caracteres intus absconditæ non apparent; sic erunt luminaria cœli, quando Christus est uenturus ad iudicium. D. Augustinus videtur innuere quòd in consumatione sæculi cœli complicabuntur sicut liber, quoniam tunc nullum erit opus illis, quia beati videbunt faciem Dei, et sine literis et syllabis uidebunt totum, et pariter intelligent, unus tantum erit liber, qui nunquam plicabitur, qui est ipse Deus. Datur & alius sensus quòd cœli quandoq; idest ante consumationem sæculi, et in ipso aduentu Domini complicabuntur, et omnis eorum militia, exercitus, ac multitudo tabescet, quia non amplius erunt homines Idolatriæ dediti, neq; sydera colent pro numinibus, neq; pronosticari, aut quicquam ex respectu, uel situ stellarum diuinare audebunt.

Mor. lib. 32. cap. 10.

Sed ad literã. Hęc est melior, et uerior horũ uerborum intellectus, quòd cœli complicabuntur sicut liber, quia præ tristitia, et moerore tot perditorum hominum uidebuntur quodammodo cruciari, et affligi, et in se ipsos redacti, et conuoluti sicut liber, ita ut nullam uideantur habere uirtutem. Sic enim scribit D Petrus Epist. 2. cap. 3. Adueniet dies Domini ut fur in quo cœli magno impetu transient: elementa uerò calore soluentur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur, et hæc quidem maxime sunt futura in generali mundi destructione, postquam cœlos nouos, et terram nouam sumus habituri, et partim uerò maxima pars horum continget in plerisq; huius terræ uastationibus longe prius ante consumationem seculi.

Petr. 2. ca. 3.

Sed non uerentur quidam asserere hanc Domini indignationẽ super omnes gentes ad terrorem potius quàm ad futuræ rei euentum nobis esse propositã: dicunt enim Deum frequenter comminari impiis, et peccatoribus supplicium et interitum, non ut eos perdat, sed quo ad pœnitentiam uocet: nõ enim uult mortem peccatoris, sed magis ut uiuat et conuertatur. quòd faxit Deus ut sic reuera nobis contingat, ꝙ uidelicet ex huiusmodi minis, ac terroribus à peccatis retrahamur, et de commissis nos ex corde pœniteat, iuxtà illud. Fili peccasti? ne adiicias iterum, sed de pręteritis precare, ut tibi dimittantur. et sequitur textus.

Ecclesiast. 21.

Ecce super Idumeam descendet supp. gladius meus. *& super populum interfectionis meæ ad iudicium. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum de sanguine medullatorum arietum, victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom, &c.*

Tex. 4

Hic est locus, quo pleriq; exponentium putauerunt in hoc capitulo prophetam agere, et uaticinari aduersus Idumæam; sed reuera sunt maxime decepti, quia nullum erat opus hic agere aduersus eos, neq; tanti refert huius regionis euersio, ut pro eius uaticinio oporteret tam solemne prohemium nobis præponi (ut supra diximus). Hoc eodem loco quidam alii sunt opinati pro-

prophetam agere aduersus Iudæos, nequè impedit, eosdem appellare Idumęos, tum quia ab eisdem progenitoribus utriq; descendunt, hoc est ab ipso Isaac, tum quia parũ absimiles erãt Idumæis, et fortasse longe peiores illis: quemadmodum nos Christicolæ, dum de Hæreticis, aut certis hominibus dissolutis loquimur, dicere solem? isti homines sunt Turcæ, et quandoq; peiores Turcis; sic et hoc in loco sub nomine regionis Idumeæ uoluit ex arte Esaias denotare, et p̃signare Iudęos, quibus, hoc est peculiare, agnos, et hircos, arietes, et huiusmodi aĩaliũ genera pro sacrificiis offerre Domino, et hæc certe non est mala expositio, ut per Idumeam intelligamus uniuersam iudęam siue synagogam. propterea habetur in textu. *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorũ, &c.* Dicit ergo gladius meus sup Idumęã descẽdet, et super populũ interfectionis meæ ad iudiciũ. Sed ego (pace horum dixerim) persistens in priori intentione quam attuli, sustineo qđ .s. non super Idumæã tantum, neq; dumtaxat super Iudęam, sed super omnes gentes, et super omnes populos, qui Deum non agnouerĩt, siue in hoc sæculo, siue in eius extrema, et generali desolatione gladius Domini sit descensurus, & super populum interfectionis suæ, quem scilicet ipse interfici mandauerit, atq; decreuerit: nãq; hoc nomen Idumæa iuxtà propriam eius interpretationem significat terrã, siue rem terrenam. & Idumæi, homines habitantes in terra, quibus Ioan. in Apoc. cap. 8. minatur. d Væ, Væ, Væ habitantibus in terra, idest vę illis, qui corde, ore, & opere terræ inhiant, terram sapiunt, & terrena sequuntur. quemadmodum sunt omnes peccatores, & prę sertim ii, qui usq; adeò humi decumbunt, et iacent, ut ab ea subleuari ac erigi nequaquam possint. Rub. Abb. hunc locum exponit de triplici flagello, qđ pertulerunt Iudæi unà cum sempiterna damnatione. sup. 8. cap. Apoc.

Idumea quid significat.

Alii dicunt hanc repetitionẽ fieri solere à prophetis ad ampliorẽ exaggerationem, & mentis suæ clariorem expo-

A sitionem, qua instante magno periculo vocem doloris significatiuam exprimere consueuerunt. Gladius ergò Domini super populum huius miserę conditionis existentem descendet ad iudicium, hoc est destinatum, siue deputatum iusto Dei iudicio ad perpetuam condemnationem. Vbi nota id quod ab aliis opportunè admodum fuit consideratum, quod quemadmodum pii, & iusti homines dicuntur filii Dei, et

B electi, ac digni æterna uita, ita è contra peccatores, & impii dicũtur filii interfectionis, ac perditionis. Si verò per Idumæam velimus intelligere Iudęam, ut plerìq; omnes dicunt, iurè quidem poterunt Iudęi filii interfectionis nuncupari, siue populus interfectionis; quia ausi fuere interficere me Christum Dominum, creatorem omnium: Aut etiam populus interfectionis meę .d. Deus .i. quem ego sum interfecturus

C ad iudicium faciendum, & iustitiam exercendam. Cum verò .d. Gladium Domini esse repletum sanguine, nulli dubium, si de clade Iudęorum facta sub Romanis sermo habeatur, gladius Domini, qui in manibus Romanorum fuit constitutus, eorum sanguine fuit madefactus, & per sanguinem agnorum, & hircorum, & medullatorum Arietum intelliguntur cuiusq; conditionis, videlicet, maioris, minoris, &

D mediocris fortunę hoĩes. Quod si de quacũq; gente indistinctim loquamur (ut diximus) neq; in hoc seculo, nequè post illud cuiquam qui .s. fuerit Dei legem preuaricatus, nisi resipuerit, indulgebitur. *Victima enim Domini est in Bosra & interfectio magna in Edom.* Victima quidem Domini est, quoniam interfectio, & extinctio impiorum, est velut sacrificium, quod offertur ipsi Deo. gratum admodum, & acceptum, ut sci-

E licet impii, & peccatores, & Dei contẽptores iusto Dei iudicio extermine̅tur, ac deperdantur. Meminit loci in quo fieri debet hoc sacrificium, & hæc insignis interfectio, hoc est, Bosra, quę est Ciuitas Idumeæ, & Edom, quod est nomen ipsius Esau, à quo originem trahunt Idumęi ut supradictum est, ita vt perpetuò per Idumæam, Edom, &

Idu-

Idumæos, intelligas designare quascũque gentes Deo odibiles super quas indignatio Domini sit futura. Sequitur textus.

Tex. 5. *Et descendent Vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus, inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguiũ quia dies vltionis Domini*, dies inquam in qua sumere poenas de peccatoribus statuit Deus iuxtà illud ps. sepius adductum. Cum accepero tempus egò iustitias iudicabo, *& annus retributionum iudicij Syon*. Annus inquam & tempus quo Deus secundum iustum iudicium suum retribuet, prout quisq; gessit, hoc est, his qui bona egerint, vitam æternam, qui vero mala ignem ęternum, & in hoc quidem sæculo ignominiam, contemptum, & necem crudelissimã, & post huius uitæ exitum animæ cruciatum perpetuum, & iudicii extremi die peracto, vná cum corporibus animarum tormenta perpetuo duratura, hic est annus perfectę, & absolutę retributionis. Vocatur retributio iudicii Syon, non solum quod super Syon fiet istud iudicium, sed ab ipso Syon, hoc est ab eo qui habitat in Syon fiet istud iudicium, hoc est ab ipso Deo, qui dicitur habitare in Syon, & edificauit Syon. D. autem Hier. annum retributionis iudicii Syon arbitratur eum esse de quo loquitur ipse Saluator per Esaiam cap. 61. dum inquit Spiritus Domini super me, &c. cuius sententia non multum abest ab ea quam diximus, quia tunc incipiet fieri ista retributio. Per unicornes, Phinocerotes, & Monocerotes, & tauros intelligere debemus quoscumquè potentes, viros fortes, homines magnanimos, & qui multis opibus sũt affluentes omnes ad vnum, & fine vlla personarum acceptione omnes inquã pariter trucidabuntur, & terra erit sanguine repleta, iuxtà illud Deuteron. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine &c.

Annus retributionis.

Deut 32.

Tex. 6. *Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, et erit terra eius in picem ardentem &c.*

In toto hoc contextu propheta ostendit qualis sit futura ipsius orbis desolatio, cum extrema dies aduenerit, & A secundum alios, qualis sit futura desolatio ac destructio vniuersæ regionis Iudeæ, aut ipsius Sinagogæ quod. Etã magna erit adeò horribilis, quod tota redigetur in solitudinem neq; erit amplius hominum habitatio, sed volucrum, & bestiarum, quin potius ipsorum Demoniorum, quæ nobis describuntur per nomina istarum ferarum, & brutorum animantium: quamquam B non pudet quosdam hebræorum magistros, ac doctores hanc desolationem, & solitudinem referendam esse ad Ciuitatem Romanam, & ipsius impertũ; sed maxime falluntur, cum ipsius vrbis primatus, & imperium numquam fuerit tam latum, atq; amplum ut i nũc est ob Dei virtutem, ac potentiam, vt est videre apud Albertum pighium de Ecclesiastica. Hier. lib. 5. cap. 14. Deinde subdit.

C *Nocte, & die non extinguetur, in sempiternũ ascendet fumus eius, à generatione in generationẽ desolabitur, in secula seculorũ, nõ erit transiens per eam*. prosequitur Esaias describere ruinam, & desolationem totius orbis, & presertim ipsius Idumeæ, hoc est synagogę; et inquit (quòd ignis) quo ardebit terra, ita accẽdetur, & exardescet quod non extinguetur in sempiternum. Namq; si loquamur de igne inferni, dubio procul numquam D extinguetur, si loquamur postmodum de combustione ipsius sinagogæ, quandoq; extinguetur, sed per multum tempus perdurabit. Aliqui per torrentes intelligunt doctrinam Ecclesiæ quam dicunt tempore Antichristi, & longè antea, opera, & occasione prauorum hominum deducendam esse in contemptum, & vilitatem. Spero autem futurum quòd scientiæ, & inuentiones Demonum, & peruersorum hominũ cõ E uertentur in picem, & facile ardebunt, & postmodum extinguentur, & euanescent, & quamuis Esaias dicat quod nocte & die nõ extinguetur in sempiternum, vult innuere quod fetor, & putredo falsorum dogmatum non extinguetur quoniam in sempiternum cognoscetur, & conculcabitur eorum falsitas, & mendacium. Ascendet fumus eius à generatione in generationem, hoc est sem-

semper illius peruersitatis, & insaniæ perdurabit memoria, & a generatione in generationem, hoc est ab una ętate in aliam, ab vno seculo in aliud deueniet,& transferetur vanitas istarum opinionum, siuè hęresum. ut patet exemplo Arrianorum Anabaptistarum, Saduceorum, & nouissime luteranorum quorum hęreses, & blasphemiæ adhuc vigent, & versantur per ora hominum cum imprecationibus,& maledictionibus. Si volumus per torrentes conuertendos in picem,& c. vt uidetur litera textus innuere, nulli dubium quod penę, & flagella flagitiosorum hominum conuertentur in picem, & ignem ardétem, & reliqua quæ sequuntur incommoda. Cum postea subdit. *Quod non erit transiens per eam*, *hoc est* per illam terram, quæ conuertetur in sulphur, & in picem ardentem, multas habet interpretationes, quoniam si loquamur de combustione vniuersę terræ in consumatione seculi nullus haud dubiè erit transiens per eam, quoniam flagrabat igne perpetuo. Et si loquamur de loco damnatorum, neq. etiam vllus nisi violenter attractus transibit per eam, quia nullus compatietur damnatis, sed videbunt iusti, & lętabuntur, & super eum ridebunt, & dicent. Ecce homo qui nō posuit Deum adiutorem suum. Et præterea inter illos, & beatos magnum chaos firmatum est, ut neuter possit ad alterius regionem transire, si propheta intelligat de vniuersa regione Iudeæ nullus erit transiens per eam, quia desolata erit, & spoliata habitatoribus; Aut dicas tam magnus & intollerabilis foetor erit regionis illius, qđ nemo per illam, audebit facere iter, id quod nobis omnibus documento esse deberet, ut per ea loca nequaquam transire, aut quouis pacto adire deberemus, vbi est foetor, & conuersatio malorum hominum, & gētis putridę, & infamis, cuiusmodi sunt fornices, & lupanaria, & conuentus, seù conciones hęreticorum, & malignorum spirituum. Possunt hęc verba referri ad Ciuitatē Hierusalem, quod.s nullus transiens erit p eam, quia Romani decreuerunt ne quisquam ex Iudęis reuerterētur in patriā

Ps. 51.

A suam, & hac ratione vaticinium pręsēs intelligi debet nullum Iudęorum esse transiturum per eam, idest per Ciuitatem Hierusalem, neq; ad illam accessurum, postquam fuerit omnino desolata post passionem Christi, hoc est, qđ dicit propheta in his paucis, videlicet *nocte, & die non extinguetur in sempiternum, &c. & non erit transiens per eam.*

B Deinde subdit. *Et possidebunt illam Onocrotalus, & hericius, & Ibis, & Coruus habitabunt in ea, & extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum & perpendiculum in desolationem. Nobiles eius non erunt ibi, regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum, & orientur in domibus eius spinę & Vrticę, & Paliurus in munitionibus eius: & erit cubile Draconum, & pascua Struthionum, et occurrent Demonia, Onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit Lamia, & inuenit sibi requiē. Ibi*

C *habuit foueam hericius, & nutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in umbra eius: Illuc congregati sunt milui alter, ad alterum.*

Quid sit Onocrotalus, & Hericius & cetera quę hic ennumerantur animalia decreuimus primum exarare, & breuiter explicare, ne in reliquis residui huius textus partibus exponendis ulla subortatur confusio, et post modum exponemus iuxtà sensum literalem, & sē

D sum tropologicum, seu moralem. Onocrotalum quidem nonnulli existimāt esse pellicanum, quidam monedulam, alii fingunt esse auem quandam cigno similē, quę soleat rudere, ut Asinus, & loca solitaria habitare: & nonnulli opinantur esse quandam auem in maritimis locis solitam ut plurimum degere, & reperiri. Hębrei dicunt esse noctuam, quę noctu volitat. de hoc animali habetur leuit. vndecimo. Deuter.

E 14. hoc loco Esaię 34. & Sophonię cap. 2. de hoc animali loquitur Plinius lib. 10. de naturali histo. cap. 47 & dicit habere similitudinem oloris nec distare ab eo nisi quod faucibus ipsis inest alterius vteri genus, et quę sequuntur. Sequitur postea. Hericius siue herinacius quod est alterum animal hoc loco enumeratum, & est animal quadrupes

Onocrotalus quis.

Deute. 14

Arist. de histo. animaliu. ca. 34.

Hericiꝰ qs.

spinis

spinis armatum quas instar pilorum habet de hoc etiam loquitur Plinius libro 8. cap 37. vbi sic ait. Herinacei preparant hieme cibos, ac volutati supra iacentia poma affixos spinis, vnum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores, & cetera quæ ibi videre poteris, habitat iuxtà paludes, & in paludibus; de quo Arist. etiam nono de historia animalium cap. 6. loquitur: loquitur etiam Dauid psal. 103. cum inquit. Petra refugium herinaceis, et D. Gregorius tertia parte pastoralis cap. 12. describit formam, & figuram huius animalis iuxtà significationem quam habet penes proprietates, & ingenia quorundam hominum de quibus inferius loquemur.

Pli. lib. 8. cap. 37.

Arist. lib. 9. de hist. animalium.

psal. 103.

Ibis quis. Ibis est auis ciconię ualde similis, qui volucres pascuntur a serpentibus, & de hoc animali loquitur etiam Plinius libro 10. cap. 28. Sed prius cap. 12. Meminit etiam hoc loco Esaias ipsius Corui, qui est auis nigra habens rostrum robustum, & prędurum, quę solet pugnare cum miluo, quiquidem accipit ab eo quidquid tenet, quia unguibus, et uolatu est prestantior coruo, & est auis quę maximè odit prolem suam, et natam non educat, ut etiam refert Arist. lib. 9. de hist. animalium cap. 31 propterea dicit Propheta psal. 146. quod Deus dat escam pullis coruorum inuocantibus eum; de hoc animali pręter Esaiã habetur etiam Leuitic. 11. Sophonię. 2. & alibi: & ipse Plinius loquitur de eodem animali pluribus in locis, sed pręcipue lib 10. cap. 12. In hoc codē cap. loquitur Esaias de Onocentauro quiquidem est animal satis mostruosum dictum ab Asino, & tauro quod à parte superiori videtur habere speciem hominis, à parte uerò inferiori refert speciem Asini. Meminit etiam propheta hoc eodem loco cuiusdam animalis quem uocat Pilosum quod iuxtà nominis interpretationē dr̄ esse animal maxime pilis abūdās, & oppletū, quos non solum in capite, & barba, uerum etiam per totum corpus, et quascunq; eius partes gestare dicitur. Nominat etiam Esaias quandam Lamiam, quam dicit cubare, uel cubauisse in illis locis adeò desertis, & desolatis quam dicunt esse animal quoddã facie muliebrem, pedes uero equinos. Alii dicunt esse mulieres quasdam, quę uelut strigę, seù striges puerorum, et infantium sanguinem sugere dum possunt enituntur. Sunt etiam Lamiæ secundum Chrisostomum ferę quędam, seù animantes quę vt diximus habēt formam muliebrem; sed longè melius puto eos dixisse qui Lamias phantasmata demonū esse affirmant, quę Laruę appellantur, & lemures, & à nonnullis dicuntur Empusę; de qua re uide Cœlium lib. 19. ca. 5. & D. Gregorium 33. Mor. cap. 32. Meminit etiam hoc eodem cap. Esaias de Draconibus, & Struthionibus lib. 29. cap. 4. & alibi pluries, & Arist. lib. de hist. animalium lib. 9. cap. 6. vbi plurima de natura, & proprietate animalis loquitur.

Coruus quis.

psal. 146.

Onocentaurus quis.

Pilosus quis.

Lamia quid.

Struthio quid. De Struthione etiam loquitur hic Esaias cuius naturam describit Plinius libro 10. cap. 1. & D. Gregorius 7. Mora. cap. 15. dicit hoc animal habere speciem volandi, sed usum non habet, & designat naturam, & ingenium hipochritarum ut suo loco dicemus.

Descripta utcumq; natura horum animalium de quibus hic loquitur Esaias ne studiosis inferatur necessitas in hisce rebus immorandi, videre nunc oportet quorsum horum meminit Esaias, idcirco dicendum primum per hęc voluisse prophetam ostendere ea loca usq; adeò fore deserta, seù deserenda, ut bestiarum potius, et ferarum, quam hominum futura essent habitacula, nequè hominum tantum, sed potius demonum, & malignorum spirituum, & hic sensus est ualdè congruus penes intelligentiam nudam, & puram ipsius literę. At si hęc ad quorundam hominum proprietates, & consuetudines trahere velimus, dicemus omnifariam uerum esse quod prædicit Esaias, quòd uidelicet euersa Hierusalem, & ea regione desolata per exercitum Romanorū, habitabunt ibi Onocentauri, Onocrotali, Struthiones, & Corui, hoc est, expulso populo Iudæorum, habitabunt ibi Idololatrę, homines mundani, et uarus superstitionibus seruientes, uti nūc vide-

videmus Arabes, Mauros, & Turcas, homines quidem bestiales, et Christiani nominis contemptores, et persecutores indefessos eam regionem incolere, et habitare, et loco sanctarum scripturarum magno in precio habebuntur fabulę gentilium, et mendacia poetarum. Sed et si uelimus ad quemquè nostrũ pdictorũ animantiũ significationes abducere, dicemus plerosq; secũ ferre imaginem Onocrotali, Onocentauri, Ibis, et Corui namq. iuxtà D. Gregorium Onocentauri sunt, qui ex una parte sapiunt aliquid humani, ex alia uerò carnis uoluptatibus immerguntur, seù qui ob aliquas uirtutes eriguntur, et demum ita superbiunt ut nullum hominem uereantur, unde humiliari debuerant: his animantibus demonia occurrunt ut habemus in textu, quia maligni spiritus ualde eis ad uotum deseruiunt, quos de his gaudere conspiciunt, quę plurimum flere debuerant. Onocrotalus, qui est animal ualde rapax, et cupidus, designat hominem auarum, qui semper eget, homini enim auaro tam deest, quod habet, quam quod non habet, et quoniam dicitur istud animal habere ruditum Asininum designat hominem Idolatram, aut hominem hipochritam, qui suis in sacrificijs, et præcationibus rudere, et stridere dicitur. Ibis autem, quem diximus solere depasci à serpentibus, designat inuidos, et qui terrena affectant, et de rebus terrennis sunt nimium sollicití, quare non iniuria ista auis computatur inter aues inmundas. Coruus, qui est animal odio habens prolem suam, et natam non educat, ac nutrit, significat eos hoẽs q adeo sui ipsius, et propriorum cõmodorũ curã habẽt, filiorum et subditorum suorum parum admodum uideantur esse solliciti. D Greg. lib. 30. Mora. cap. 15. uult per hanc proprietatem coruorum, qua editis pullis escam prebere dissimulat priusquam nigrescant, designari egregium prędicatorẽ, qui magna uoce clamat, dum peccatorũ suorum memoriam, et proprię infirmitatis cognitionem, quasi quandam coloris nigredinem portat, nec uidetur ae-

Onocrotal°.

Ibis.

Coruus.

A ficì cura erga suos discipulos, nisi prius uiderit eos à peccatis pteritis fuisse auersos: et pullis coruorum tunc esca preparatur cum predicantibus Apostolis verbum Deũ ãnunciatur. Greg. c. 14. Sed nigredo in Coruo si fuerit accepta in malam partem, infidelitatem gentium pariter, et Iudęorum designat, et animã deniq; cuiusq; hoĩs peccatorũ caligine seù turpitudine offuscatam. Quòd si in bonam susceperis, humilia- B tionem, et hominis uerè contriti dolorem, et pœnitentiam demostrat. Sed prosequamur textum. *Et extendetur super ea mensura, ut redigatur ad nihilum & perpendiculum in desolationem,* Talis erit inquam ipsius regionis, aut urbis desolatio, ut quemadmodum mensura fuit opus, et perpendiculo ad eius constructionem, ut. s. perfectè, et rite construeretur, et nihil in eius ędificio appareret incomptum, ita nunc C extendetur mensura, ut omnino ad nihilum redigatur, et solo æquetur: et iuxtà Glos. huiusmodi mensura, et perpendiculum significat, seù representat diuinam iustitiam, quę non potest immutari, neq; uariari in indirectum: Propterea dicunt quidam prophetam hoc loco usum fuisse ironia, quasi dicat in destructione, ac euersione huius urbis. seù regionis mensura adhibebitur, nõ in construendo ędificio, ut ad rectam D normam redigatur, sed potius, ut euertatur, et penitus destruatur, et quidam uolunt per mensuram, et perpendiculum hic extendendum super eam, intelligamus Deum pro qualitate peccatorum pœnas irrogaturum, iuxtá illud, qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Dicit Deinde.
Nobiles eius nõ erunt ibi, regem potius inuocabunt. Vna est expositio horum uerborum maxime consona his, quę dicta E sunt, quod. s. in destructione, ac euersione Ciuitatis, non erunt nobiles. i. non agnoscentur, non se ipsos ostentabunt, prę alijs honorari, et suspici haud quaquam curabunt, cum apud hostes longè peius, quam ceterorum hominum uulgus tractari eos contigerit, et usq; adeò se ipsos despicient, quod nullus regnum ambibit seq; Regem fieri, et appellari

appellari concupiscet, sed omnes Regẽ inuocabunt, idest appetent, & percipient aliquem sibi asciscere in Regem, ac Principem. nullus erit qui ad vllum dignitatis gradum studeat euocari, sed omnes Principes eius erunt in nihilũ, quòd si de Iudęis loquimur, Scribę & Pharisei penitus eiicientur, ac delebuntur, & suorum scelerum & impietatis in Christum Dominum acerbissimas poenas luent: aut dicas nobiles ibi non futuros, quia ablatum erit à Iudæis sceptrum, quippequi dicebant non habemus Regem nisi Cæsarem. Vel nobiles non erunt ibi, quia scilicet omnes erũt interfecti. D. Hier. longè secus arbitratur per nobiles hoc loco intelligi debere Apostolos, atq; credentes, qui profectò non erunt ibi, hoc est non erunt recensendi; & annumerandi, in horum perditorum hominum colluuie, tum venerit tempus desolationis, ac destructionis eorum. Sed ipsi potius regem inuocabunt, hoc est Christum Dominum; Reliqui verò qui primates uidebantur inter eos, erunt in nihilum, idest ita habebuntur quasi nihil sint, qui quondam non solum videbantur esse aliquid, sed id totum, & id omne, quod apud eos esse poterant se esse, & futuras esse existimabant. Sequitur deinde aliud signum seù portentum maximę desolationis, ac destructionis, seù Ciuitatis Hierusalem, aut verius, totius orbis; cum inquit, erunt spinæ & verticę, & paliurus in munitionibus eius, vt supra ex textu vidimus. Mirum certe quod in illis domibus, vbi prius degebant homines cũ omni apparatu, splendore, & magnificentia, queq; ad horum conuictum erãt necessaria abundè suppetebant, erunt spinę, & urticę. Vbi per spinas, & vrticas Greg. lib. 7. mor. cap. 15 intelligit prurigines cogitationũ; quæ occupant mentes reproborum, & per spinas, vitiorum punitiones, & per paliurum qui vndiquè circundatus est spinis designantur defensores vitiorum, & vitiosorum, de qua herba vide Plinium lib. 24. c. 13. qui ait Paliurus spinę genus est, & semen eius contra scorpiones est efficacissimum: tem calculosis et tussi, & multa alia de hoc fructice proloquitur.

Qui uerè sint nobiles, & undè dicatur nobilitas uidebitur fortè in calce huius operis.

D. Hier.

Greg. lib. 7. mor. cap. 15.

Plinius lib. 24. c. 13.

Quòd etiam domus, & habitacula hominum, & uirorum sint futura cubilia draconum, & pascua structionum loco supra adducto iat s diffusè declarat ipse. D. Greg. Quidue per lamiam, et Hericium, et c. huiusmodi animalium genera tropologicè sit intelligendum abundè nobis ostendit, quidue per miluum debeamus intelligere per eundem satis constat. Cum verò subdit. In textu.

Clamabit alter ad alterum. hoc est huiusmodi monstra ita mutuo connectentur, & consortia inibunt, quòd illùc ferè omnia concurrent, quasi dicat. Vnũ post aliud, quod videlicet vbi nunc fuit Lamia, illuc postea aduenìet Hericiꝰ. Id ꝙ sũma loci habitabilis, hoc est ipsius Ciuitatis solitudinẽ subinnuit; erunt. n. domus illæ velut loca communia, et indistinctim singulis istis animalium monstris accommodata. Allegoricè verò sic intelligas, quòd impii facile ad seinuicem vniuntur, et alter alterum ad se trahit, et quemadmodum dicit Comicus ille suauissimus. Pares cum paribus facillimè congregantur. et velut dicit Arist. omne simile appetit suum simile. Sic etiam aues sua naturali proprietate rapaces clamabit alter ad alterum uti nos frequenter videmus multa eiusdem speciei animalia ad idem cadauer absumendum, ac deuorandum simul conuenire, hoc est quod dicit. Illuc congregati sunt milui alter ad alterum. Et quoniam præuidebat Esaias hęc eius vaticinia difficile admodum fore posteris credibilia, clamabit alter ad alterum, idest Iudas Scarioth interfector Christi capitis clamabit ad Antichristum, qui interficiet membra capitis huius.

Greg. 7. mo. cap. 15.

Greg. 7 mo. cap. 15.

Primum quidem super id quod ait propheta et erit cubile draconũ, et pascua struthionum et occurrent Demonia Onocętauris, et pilosus clamabit alter ad alterum. Ne hi, qui laborant inopia librorum sint destituti fructu eorum quę notat D. Greg. in lib. mor. iuxtà moralitatem, dicimus per dracones malitiam, per struthiones verò nihil aliud, nisi hipocrisim designari: struthio qui-

Expositio Tropologica.

D. Greg.

quidē volādi speciē habet, sed volandi vsū nō habet: sic, & hypochrisis de sesā ctitatis imaginem designat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat; in peruersa igitur mente draco cubat, & struthio pascitur, quia latens malitia callidè tegitur, & intuentiū oculis simulatio bonitatis antefertur. De Onocentauris etiā loquitur Greg. quo nomine lubrici figurantur, & elati: hi ergo sunt, qui subiecti luxuriæ vitijs, inde ceruicem erigunt, vnde humiliari debuerant, ut supra diximus. De Hericiis etiam loquitur hic sanctissimus Doctor, qui designat peccatorem, qui satis videtur quo initio, & qua occasione ad culpam accedit, & quibus vestigiis (tamquam pedibus hæricii) nequitia illius perpetrata cognoscitur, & tamen adductis repēte excusationib' impura mens ītrorsus pedes colligit, quia cuncta iniquitatis suæ vestigia abscondit, & hæc sufficiant de significatione huius animalis, qui dicitur hericius. At Beatus Augustinus super psal. 103. dicit hericios, siue herinacios designare peccatores. qui licet sint cooperti minutis, quotidianisq; peccatis, non tamen eis deest petra, idest Christus, quæ docuit illos dicere, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; & sic petra dicitur esse refugium herinaceis: optima quidem interpretatio, sed nō sic intellexit Esaias, quare, &c.

Greg.

August. sup. ps. 103.

Requirite diligenter in libro domini & legite vos, qui post me futuri estis, vos qui in futuris sæculis, quæ ego scripsi audietis, ne miremini, neq; diffidatis.

Tex. 7.

Requirite diligenter in libro domini, & legite. Requirite inquā in libro Domini, hoc est in hoc libro quem dictante spū Domini, ego conscripsi, uel in libro Dñi, hoc est in eo libro, vbi opera, & gesta Dñi conscribuntur, & legite, & cū̃cta perpendite: vel per librum Dñi intelligamus decretū & voluntatē Dñi. Vnū ex eis nō defuit, quæ, s. ego proposui. alter alterū nō quæsiuit, quia cuicunq; legenti sunt peruia, & nota,

Quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit & sps eius ipse congregauit ea, & in unum volumen reduxit. *Et ipse misit eis*

Tex. 8.

A *sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram usq; in sempiternum. possidebunt eam in generatione, & generationem habitabunt in ea, &c.*

Horum verborum sensus ad literam est. Alter alterum non quæsiuit, quia videlicet non casu, aut fortuna, sed Dei ordinatione factum est, ut in eiusmodi locis talia mōstra accubarent, *& quæ ex ore meo procedunt ille .s.* Deus *mandauit, & scio quid locutus est in* B *me Deus, & sps eius:* nō ego ista somnio, nec ex me ipso cogitò, Deus (inquam) mandauit ea mihi scribenda, & posteris patefacienda. Idem Spus congregauit ea, hoc est in vnū adduxit animalia hæc mōstruosa, & perniciosa: & misit eis sortem, & diuisit singulis in mensurā, hoc est singulis loca distribuit iuxtà qualitatē, & quātitatē eorū. Animalibus magnæ molis, & quantitatis ampliora loca, paruis autem tenuimus an- C gustiora: & usq; in æternum posidebūt ea in generatione, & generationē habitabunt in ea. Talia quidem mōstra nō aīalia rationem habentia, queq; rationis ductu viuūt, & gubernātur. iuxtà illud psal. fiat habitatio eorū deserta, & in tabernaculis eorū nō sit qui in habitet. psal. 68. Quæ quidem hactenus dicta si de hūi brutis animalibus ac monstris accipiantur, haud quaquā putandū est ea in eiusmodi locis ꝑpetuo mansura. Si ve- D rò ꝑ hūi mōstra & aīalia bruta intellexerimus (vti iam dictū est) homines prauos, atq; peruersos, et in moribus & actionibus eiuscemodi mōstris ꝑsimèles, cuiusmodi sunt Turcę, Saraceni, & hūi pestes infideliū; neq; ēt credendū est in generationē, & generationē habitaturos in ꝑfatis locis; qm̄ futurū est ut et ipsi qñq; dispereant, ac deꝑdātur. At si de Demonibus isthęc dicta sumātur, et de damnatis, nulli dubiū quod in æ- E ternū, et à gñatione, in gñationē habitabūt, nō in istis locis siluestribus, ac nemorosis; verū sua habebunt receptacula, et domicilia sempiterna in locis cauernosis, et in summis terrę profunditatibus cuiusmodi est locus proprius ipsorū Demonū, et quorūcūq; damnatorū. Verūtñ qm̄ existimādū est nō tā accurate ac diligēter oportuisse scribi

loca

loca dānatorū,& pditorū hominū; quē A admodum hoc in loco videmus hunc prophetam descripsisse,atq; etiā voluisse protestari hæc ab eo dicta Dei spiritu mandante fuisse literis mandata; Idcirco ego libenter subscribo opinioni eorum, qui volunt hæc non ad literam sed ad altiorem sensum omnino esse referenda. Et primum quidem cum habetur in textu. Posteaquam enumerauit varias animalium species, subdit in fine. *Illic congregati sunt Milui alter, ad* B *alterum*; quibus verbis nonnulli expositores volunt prophetam prædicere, ac vaticinari cætum & congregationem Apostolorum, qui quidem explosis Iudæis, & synagoga post habita, congregati sunt Apostoli Hierosolymis, alter alterum ad se vocans, & ad construēdā aliam synagogam longe meliorem, i. Ecclesiam sanctam mutuo se adhortantes; quemadmodum legimus apud Euangelistas, quòd aliqui ex eis primū C vocati à Christo vocauerunt alios, & adduxerunt ad ipsum. d. Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus, venite, & videte. Nec te perturbet eos Miluis iuxtà aliquas proprietates comparari. Miluus enim est auis rapacissima, & famelica, & numquam (vt aliqui dicūt) eiusmodi aues mortuorum carnibus vescūtur, iis conditionibus in spiritualem sēsum desumptis fuerūt discipuli Christi superinduti: fuere quidem rapacis- D simi, quoniam summopere humani generis salutem percupientes vniuersum orbem rapuere, & pertraxere ad fidem Christi: & usq; adeo famelici quòd nullo unquam temporis momento neq; vllis minis aut terroribus fuere detenti, quin modo hanc, modo illam regionem ad Christum conuertere conarentur: ipsi etiam cognouerunt Christi aduentum & ipsum esse filium Dei; quēadmodum Milui dicuntur præcognoscere veris aduentum, vt Hier. cap 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, E quod reuera sanctis Apostolis & Christi discipulis potest conuenienter tribui: dicuntur etiam hoc genus aīalia, seu volucres unq̄ vesci carnib⁹ mortuorū: sic & Apostoli, & veri X̄pi discipuli abstinent ab omni peccato mortali, &

Ioan 1.

Apostoli Christi velut Milui.

Hieremias. cap. 8.

vescuntur carnibus viuorum, & non mortuorum: propterea dictum fuit ipsi Petro. Occide, & manduca, non quidem corpora sed ipsas animas At quia fortassis videbitur alicui nimis durum atq; absurdum ipsos Christi discipulos animalibus tam sordidis, ac turpibus cōparare. D. Hier. imitatus textum lxx. Interpretum comparat eos Ceruis, quæ sunt animalia nobiliora, & præstantiora, de quibus loquebatur psal. d. Vox domini præparantis Ceruos; & plerīq; sancti Patres, ac veteres doctores non verētur per Ceruos in sacris literis frequenter nominatos, intelligere sanctos Apostolos: quandoquidem (teste Cyrillo) Ceruus hoc habet proprietatis, interficere serpentes, & spiritu narium extrahere eos de cauernis, & eos mactare & occidere: sic propemodum faciebant Apostoli, spiritu verbi Dei eiiciebant Demones, & de corporibus mortalium eos extrahebant, & peccata dimittebant. Isti ergo Cerui congregati fuerunt alter ad alterum i. mutuose cōspexerunt & Ierosolymis pariter conuenere ad eligendum alterum loco eius, qui cæciderat, ut numerus Apostolorum duodenarius integer omnino permaneret; hoc est quod innuit propheta sub his uerbis. d. *Requirite diligenter in libro Domini*, hoc est in hoc eodē libro iussu domini conscripto, uel alios libros ueteris testamenti, in quibus omnia de Christo futura misteria describuntur: aut etiam per librum domini possumus intelligere quamcunq; scripturam Dei spiritu, ac uoluntate nobis relictam: sed præsertim ne uideatur Esaias inania prophetare inquit. *Requirite diligenter in libro Domini, & legite* quæ uobis subindico de concilio Apostolorum Hierosolymis coacto pro eligendo Matthia, cum in libro Domini multa reperiantur quibus poterit quicunq; studiosus, & erga Deum bene affectus intelligere duodecim debere cōstitui Apostolos Christi, qui per uniuersum orbem ipsum annunciarent. Extat enim figura de duodecim fontibus Helim, de duodecim gemmis in tunica sacerdotali ipsius Aaron appensis, & de duodecim lapidibus ex fluuio Iordanis desum-

Act. 10.

Psal. 28.

Liber domini quis & qualis: & quotuplex. vi. infra.

1

desumptis, super quos construenda, & stabilienda erat Christi Ecclesia.

Vnum ex eis non defuit: ad constituendum scilicet numerum duodenarium non defuit quicquam, neq; etiam vnũ, cum loco vnius alius fuerit suffectus, vt diximus, vt sermo Christi apud Ioã. 18. verus esse comprobaretur cum dixit. Quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam: namq; licet Iudas Iscariot defecerit à Christo & Episcopatũ eius alter susceperit; dicimus tamen illum non fuisse à Deo datum, & præterea duodecim Apostolos, nec plures, neq; pauciores Christus sibi asciuerat, & præ alijs selegerat; propterea dicit, & verum dicit. Quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam: quamquam alibi postmodũ apponitur exceptio .d. Nisi filius perditionis; hoc est ergo qđ ait. *Alter alterum non quæsiuit*. i. non oportuit quærere quempiam absentẽ, aut deficientem, quia duodenarius Apostolorum numerus esset perfectus, & completus, quia nullus defuit, & idcirco, alter alterum non quæsiuit. Cæterum pro stabilienda certitudine huius vaticinij, inquit, hæc indubitanter probo, & confirmo, *quia quod ex ore meo procedit*, ille scilicet Deus verax & potens *mandauit*, *& spiritus eius*, videlicet Spiritus sanctus, *ipse congregauit ea*: vel omnia hæc vaticinia & cuncta hęc mysteria, quæ vobis edixero, vel congregauit ea, idest præcepit fieri ea quæ ipse docuit, scilicet, vt docerent omnes gentes, & baptizarent eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, aut planius congregauit ea, idest omnia concilia quibus Apostoli, & eorum successores de rebus fidei tractaturi conueniunt. Et cum .d. *Et ipse misit eis sortem*; clarum est quòd in electione Matthię duo fuerunt propositi in locum Iudæ, Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Matthias, & dederunt sortes eis, & cęcidit sors super Matthiam. hoc est qđ, ait. & ipse misit eis sortem, ipse inquam spiritus Domini, quẽ prius vnanimes Apostoli rogauerunt .d. Tu Domine qui corda nosti omnium &c. *Et manus eius diuisit eam illis in mensuram*, hoc est spiritus Dei diuisit eam. i. congregationem, & numerum hunc Apostolorum in mensuram, hoc est iuxtà necessitatem, et qualitatem loci, & personarum in diuersas prouincias, quia vnus ad Indos, alius ad Hispaniam, & sic de alijs, vel secundum mensuram donationis Christi, vt ait Apostolis ad Eph. 4. vel sicut mensuram fidei secundum quam vnicuiquè Deus diuisit & contulit dona sua. Rom. 12. soli enim Christo datus est spiritus non ad mensuram. Iohan. 3 *vsq; in æternum possidebunt eam*, hoc est ipsam Ecclesiam quam fundabunt suis prædicationibus & miraculis, *in generationem, & generationem habitabunt in ea*, quia scilicet nũquam deficiet fides à Petro, & ab Alijs Apostolis prædicata, & cordibus fidelium impressa. Amen.

Ioan. 18. — Act. 1. — Eph. 4. — Ioan. 3.

Discussio de libro Domini super caput xxxiiij. Esaiae.

QVONIAM Esaias Propheta in cap. xxxiiij. monet unumquẽquẽ requirat diligenter in libro Domini, & legat quæcunq; mandauit Dominus, & spiritus eius congregauit, neq; satis constat quis, & qualis sit iste liber Domini: consentaneum duxi super hac re paulisper discutere, & in mediũ aliquid afferre.

Primùm itaq; ut rem ab ouo inchoemus, videndum est quid sit liber in cõmuni, & vnde dicatur, & quot modis accipiatur, ne per æquiuocationem quis aliquando fallatur. Sciendum ergo librum, de quo loqui intendimus, nihil aliud esse, nisi corpusculum quoddam, confectum, & compactum ex pluribus folijs, seu pagellis, in quibus, vel in quo mens nostra, & conceptus noster prius in mente formatus, per quosdam characteres, ceu per quędam signa exprimitur, & manifestatur, & hoc ideò, quia quicquid concipimus, & in mente formamus, vel

Liber vnde dictus.

aliunde excipimus, facilè perit, ac dele tur, cum memoria nostra sit suapte natura valde labilis; idcirco oportuit quæ concipimus, aut ab alijs percipimus, si volumus memoria tenere, aut alijs patefacere, literis uteremur. Librum aũt sic acceptum dicunt olim fuisse genus corticis, satis tenue, quod in plures phylirias, seu membranas diuidi poterat, eiusmodi erant quæ papiris in Aegypto detrahebantur, chartæq; vsum prębebant. Vnde Cicero primo de natura Deorum dixit. Trunci obducuntur libro, aut cortice, quo sint a caloribus, & frigoribus tutiores, & Plinius lib. 13. de naturali historia cap. 12. Palmarum folijs (inquit) primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, indifferenter tamen pro quouis cortice positum inuetur, & quoniam libri (hoc est) tenuiores arborum cortices chartæ olim usum præbebant; codices quoq; qui ex his compaginari solēt, libri dicti sunt, obtinuitq; vsus, ut quamuis mutata re, alijsque inuentis cartarum generibus, pristinũ tñ nomē remanserit, librique dicantur, qui ex pluribus concinnati sunt chartis ex quacunq; materia præparatis. Alias habet significationes hoc nomen, pro quibus vide Calepinum, & alios authores, á quibus ille detraxit. Quis porrò fuerit inuentor literarum non facile potest sciri. Plinius in 7. naturalis historiæ cap. 56. refert multorum sententias, quamuis ipse senserit ab Assirijs, fuisse inuētas. Sed alii putant à Mercurio, alij à Cadmo, & alij alios putant fuisse inuentores, quos refert ibi Plinius. Eusebius de præparatione Euangelica lib. 20. cap 2. videtur sentire Moysem primùm Hebræis literas dedisse. Philo vnà cum quibusdam sentit fuisse Abraham, qui est longè antiquior Moyse. Sed nonnulli à filiis Seth inuentas fuisse literas putauerunt. Sed de inuentoribus literarum si vis aliquid copiosius ediscere, lege Polidorum lib. 1. cap. 6. vbi etiam reperies apud Aegyptios loco literarum, seu caractherum desumptas fuisse imagines aliquorum animantium, quibus quicquid mente

cap. 12.

A conceperant exteriùs prodebant. Verùm, vt scitè magis, & verè de inuentoribus literarum aliquid noscas, lege librum de Bibliotheca vaticana iam pridem editum per Reuerendissimum Patrem, ac doctorem in sacris, & prophanis literis optimè versatum Magistrum Angelum à Rocca Camertem nuper sacrario domini nostri Papæ, & palatii Apostolici incredibili omnium lætitia prefectum. Sed vtcunq; , vel B vndecunq; dicatur liber, nos in præsenti accipimus hanc vocem, pro eo, quod communiter accipi consueuit pro fasciculo multarum chartarum, seu foliorum, in quo aliquid scribitur, seu notatur: & liber sic acceptus multiplex est, & varius, ac diuersus, secundum varias ac diuersas rerum, & materierum, quæ scribi solent tractationes. Nonnulli multo latius accipiunt huiusmodi significationem, C vt videlicet quo nos possumus doceri, & aliquid addiscere, appelletur liber, & sic aliqui distinguũt librũ in librum naturę, seu creaturæ, in librum scripturæ, in librum diuinum, qui quandoquè appellatur liber domini, seu liber uitæ, & in librum humanum, qui est liber conscientiæ, qui est peculiaris, & particularis cuiuscunq; hominis, & penes istas huius nominis acceptiones dicemus, quòd solus liber scri D pturæ dicitur propriè liber, reliqui uerò dicuntur libri metaphoricè, & similitudinariè. Liber naturæ, seu creaturæ dicitur qui potest nos reducere in cognitionem Dei, & mirabilium operum eius, uti Paulus ad Rom. cap. 1. inquit. Inuisibilia Dei à creatura mũdi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles quicunq; supple, non cognoue E runt Deum. Et sap. 13. cap hoc idem habetur, uidelicet. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum uideri. Quare nisi simus omnino uecordes, & mente capti per hæc creata, & per uniuersum ipsum, cognoscere possumus potentiam, sapientiam, & bonitatem Dei, & admirabilem eius prudentiam, ac pro-

Angelus Camers auctor libri Biblio. Vatic.

Liber multiplex.

Greg. 26. mor. cap. 8. prouidentiam de rebus ab eo productis. Et D. Greg. 26. mor. cap. 8. clarius hoc dicit. Suspice cœlum, & intuere, & contemplare etherea, quòd altior te sit, ipsis enim rebus creatis, atq; corporeis agnoscimus quãtum à Creatoris nostri sublimitate distamus, vt quasi quædam sit lectio mentis nostræ species considerata creaturæ. De hoc libro creaturæ volunt aliqui hunc Prophetam fuisse loquutum, cum cap. 29. (cap. 29.) dixit vaticinando. Erit vobis visio omnium. s. creaturarum, sicut verba libri signati, quem cum dederit scienti literas, dicunt non possum legere, & nescienti literas pariter dicet. nescio literas, & re vera liber creaturarum potest dici liber signatus. i. clausus, & sigillis obstrictus, quia sub exteriorum rerum euidentia latent profunda naturæ secreta, & diuina misteria, quorum operibus si homines attenderent, cognoscerent quis, & qualis, aut quantus esset eorum artifex, ut innuitur Sapient. 13. (Sap. 13.) Sed neuter: neq; sciens literas, neq; nesciens idest neq; doctus, neq; ignarus potuit hunc librum legere: docti quidem, idest multi sapientes nequaquam quia cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, dicentes. n. se esse sapientes stulti facti sunt. nescientes verò non potuerunt intelligere, neque pertingere ad cognitionem secretorum, quia terrenis potius, quam cælestibus fuerunt rebus addicti, & commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum. Hoc autem illis obtigisse opinantur aliqui ob eorum peccata, ex quibus veluti nubes quædam processit, quæ ne Dei prouidentiam in creatione rerum, & gubernatione earum intelligerent, impediuit, & hoc est quod dicit Propheta, quod uiso harum creaturarum fuit & scientibus, & nescientibus quasi verba libri signati. Sed profectò vaticinium istud longè melius debet referri ad librum sanctarum scripturarum, de quo libro loqui, est principale nostrum institutum. (Secũda particula huius digressionis)

A Vnde cum inquit Propheta loco iam adducto, & erit vobis visio omnium, debet intelligi omnium, idest Prophetarum, sicut verba libri signati, qui quidem liber dicitur esse vnus tantùm; videlicet tota scriptura sacra. Vnus quidem, quia ab vno sancto spiritu prodita, & inspirata, quę ideò dicitur obsignata, quia nec qui legere poterant, & literas norant, quicquam in ea poterant intelligere, quia B ut inquit beatus Augustinus, mentis humanæ acies in tam excellenti luce figi non potest, nisi per iustitiam fidei emundetur multò minus poterant legere qui nesciunt literas, quia (ut diximus) rebus terrenis potius, quàm diuinis addicti literas nescierunt, & consequẽter legere non potuerunt. Propterea rectissimè quidem dixit Angelus apud. Io. cap. 5. Apocalip. quòd hunc librum signatum nullus, neq; in cœlo, neq; in (Io. cap. 5.) C terra, neq; subtus terram fuit dignus aperire, & soluere signacula eius, sed nec illum respiceret, nec uidere, nisi leo de tribu Iuda. s. Christus dominus radix Dauid. Vnde bene inquit Lyranus, fuit tandem apertus iste liber prędicatione Christi, & Apostolorũ, sicut etiam diximus supra in expositione hui⁹ tex. cap. 29. fortasse voluit Propheta hoc (cap. 29.) loco redarguere, ac sugillare tam sapiẽtes, quam insipientes huius seculi, vel D quosdam callidos, & sagaces, quosdam etiam rudes, & ignaros. Hi quidem nescierunt, neq; intellexerũt, in tenebris ambulant, nec voluerunt intelligere, ut bene agerent. Illi verò cum in sapientia huius mundi sibi ipsis videantur excellere, & alijs præstare, dedignantur in ijs scriptis metaphoricis, & parabolicis Prophetarum tempus insumere, tanq̃ prauo eorum iudicio in grauioribus studijs occupati. Propterea si quis roE getur ut legat hunc librum, dicit. Non possum, quia maiora me manent negocia: ille verò nescio literas, vtputa familiaribus curis intentus? Sed quid ait Propheta. Ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi, et stupendo, peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentũ eius abscondetur. Et post pauca;

Audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris, et caligine oculi cęcorũ ui debunt. De hoc libro scripturæ loquitur etiam Esaias hoc cap. 34. cuius causa hoc onus suscepimus, dum inquit, Requirite diligenter in libro Domini, et legite, vnum ex eis non defuit; alter alterum non quæsiuit. Id nulli dubiũ rationabiliter est inquirendum, quid scilicet per hunc librum, in quo præcipit nobis esse requirendum, propheta intelligat. Nonnulli volunt eum intellexisse hunc suum librum, in quo sua vaticinia describuntur, vbi de Christo Dei filio, de vocatione gentium, de perditionibus Iudęorum, et multa alia sacrę fidei mysteria, et sacramenta vaticinatur. De libro huic non absimili, sed valdè conformi loquutus est etiã Moyses Deuter. 31. cum dixit leuitis, Tollite librum, et ponite eum in latere arcę fœderis domini. In Esaia fit etiam mentio cap. 8. de quodam alio libro, qui vocatur grandis, de quo præcepit ei Dominus dicens, Sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis. Dubium inquam est, quid per hunc librum grandem intelligi voluit ipse dominus. Plerique dicunt hunc librum fore hunc eundem, in quo ipse fuit vaticinatus magnum illud, et ineffabile mysterium incarnationis dominicæ, et re vera magnum, et mirabile fuit istud mysterium, in quo innouantur naturę, & deus homo factus est, non commixtionem passus, neq; diuisionem, et virgo sine semine viri dicitur concepisse filium et peperisse. Et profectò grandem oportebat esse hunc librũ, in quo tam grandia, et tam excelsa scribenda erant mysteria. Quo pacto autem scribenda erant stylo hominis, dictum est in expositione huius loci. Alij, ut Epiphanius lib. 1 Tom. 2. ait per hunc librum grandem, in quo scripturus erat Esaias stilo hominis, intelligit vterum beatæ virginis, qui summo iure dictus est grandis, quia concepit, et comprehendit incomprehensibilem, hic accipit librum pro eo, de quo fit vaticiniũ, prior autem expositio accipit librum pro eo, in quo describitur uaticinium. De libro, in quo scribuntur mysteria diuina, et quæcunq; maximè spectant ad fidem catholicam. loquutus est etiam Propheta Dauid psal. 39. dum inquit in persona Christi: In capite libri scriptũ est de me, vbi nulli dubium, quòd locus est intelligẽdus de Christo Dei filio, de quo in capite libri, hoc est in libro psal. statim à principio loquitur de Christo Dei filio, cũ inquit. Beatur uir qui nõ abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, et quæ sequuntur. Diuus autem Hierony. per librum hoc loco intelligit vniuersam sacram scripturam, quæ iure optimo appellatur liber in singulari, tanquam vnus, quia ab vno tantùm authore, v3. spiritu sancto est dictata, et inspirata. Legitur etiam apud Hieremiam cap. 32. de quodam libro, in quo scribentur agri empti pecunia, et imprimetur signum, hic liber secundum Diuum Hierony. vocatur is liber, qui in sacris literis appellatur liber viuentium, de quo psal. 68. dicit Propheta, Deleantur de libro viuentium, et cum iustis non scribantur. Super quibus verbis dicit Augustinus, aliquos esse scriptos ĩ hoc libro, vel dici, non secundum rei veritatem, sed sm̃ opinionem, et spem, seu inanem fiduciam eorum. Non.n (inquit) credendum est, qui verè sunt scripti esse unq̃ delendos, quãdoquidẽ Deus nõ est minus ĩmutabilis, et inuariabilis, q̃ fuerit Pilatus, q dixit, qđ scripsi scripsi: Deus aũt est cõstãs, et firmus, ac fidelis in oĩbus verbis suis, qđ scripsit credẽdũ est illud oĩno, et citra oẽ dubiũ velit in opus deduci. Cæterũ apud Iohãnẽ Apocalips. 10. legitur de quodã alio libro, qui fuit ei datus ab Angelo, ut illum deuoraret, quem cum deuorasset, erat in ore suo tanquam mel dulce, sed amaricatus est venter suus. Per hunc librum dicit August. super ps. 43. Debemus intelligere vĩ, et cõditionẽ, q̃ apud varias hominũ proprietates hñt Dei pcepta, quia pcepta sũma, q̃ accipiũt spirituales, mœrore afficiũt carnales, verbi gratia; liber iste, ĩ quo scriptũ est, vẽde oĩa, quę habes, et da pauperibus, maximè dulcis est in ore Ecclesię, et eorũ qui uerè spirituales sũt, at homini carnali, liber iste est ualdè amar⁹; mel hẽt ĩ ore, fel

Marginalia: *Deut. 31.* — *Esa. cap. 8.* — *Epiphanius.* — *ps. 39.* — *Augustinus ĩ. psal.* — *Hierony.* — *Hierem. 32* — *Hierony.* — *ps. 68.* — *Aug.* — *Duplici ex causa quis dicitur scriptus in lib. vitæ.* — *Apoc. 10.* — *Aug. ĩ. ps. 43.* — *Dei precepta sunt dulcia & amara.*

fel in corde, vel in ventre. Aut breuiter dicas. Eloquia domini cum audiuntur, & percipiuntur, sunt valde dulcia, cum autem volumus in opus ea deducere, sunt valde amara, propter repugnantiam spiritus, & carnis. Hieremias etiã vbi supra loquitur de quodam libro signato, & posito in vase fictili, sed re vera per hunc librum nihil magis potest intelligi, quàm verbum Dei repositum in vase fictili, idest in vtero beatæ virginis, vt possit permanere diebus multis, idest in æternum. Potest etiam dici, & fortè melius librum positum in vase fictili esse verbum Dei.i. sacram scripturam positam in mentibus nostris, vt permaneat diebus multis, i. toto tempore vitæ nostrę, eam deuoremus, contemplemur, & eius præcepta, & monita perficere studeamus. Mens enim nostra, quanquam sit suapte natura spiritalis, & incorruptibilis, facilè tamen obliuiscitur, nisi frequenter idem repetatur. Loquitur etiam spiritus sanctus per Iohannem cap. 5. Apocalips. de quodam libro signato intus, & foris, quiq; habet sigilla septẽ. Hic liber signatus int⁹, & foris, dubio procul est sacra scriptura, quæ habet literã, & spiritum, & sic dicitur scriptus intus, & foris, vel dicit scriptus intus, & foris, quia verbum dei habet diuinitatem, & humanitatem, aut sic dicitur, quia cõtinet, & recenset præterita, præsentia, & futura. Habet sigilla septem, idest septem sacramenta, quæ sunt clausa, i. signata, & contenta in sacris literis, scriptis intus, & foris. Per septem sigilla possunt etiam intelligi, & designari septem præcipua Christi mysteria, videlicet, Incarnatio, passio, resurrectio, ascẽsio, missio Spiritus sancti in die Penthecostes, vocatio gentium, & aduentus Christi ad iudicium.

Hieremias cap. 32. *Petrus Berchorius i suo Dictionario.* *Ioan. cap. 5.* *Liber signatur intus & foris.* *Septem Sigilla.*

Pręterea Genesis. 5 fit mentio de quodam libro, qui appellatur liber generationis Adam, in quo citra controuersiam agitur de productione primorum parentum, & omnium creaturarum rationabilium, quę ab eo descenderunt, quarum omnium ideæ, & speciales rationes præextiterunt in Deo ab ęterno. Fit etiam mentio de quodam libro, seu volumine, quod appellatur volumen fœderis, in quo scriptũ est fędus, quod iniuit Deus cum humano genere. Quod quidem volumen, seu liber erat clausus, & inuolutus, seu complicatus, qui quidem præter vetus testamentum nullus alius potest intelligi, quod absq; lumine fidei, & ductu Spiritus sancti non potest ab vllo intellectu creato perfecte intelligi, vt verũ sit quod prædixit Spiritus sanctus per hunc Prophetam cap. 6. vt videntes nõ videant, & intelligentes non intelligãt. Meminit Ezechiel cap. 2. de quodam libro, qui & ipse erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, carmen, & Væ. Super quibus uerbis dicit Gregorius lib 26. Morali. cap. 11. Quid enim hoc libro nisi diuina elo quia figurantur? quę quia nobis lachrimas, luctusq; præcipiunt, lamentationes in eo scriptę referuntur. Carmen quoq; & Vę continent, quia etsi illic dulcia appetimus, prius necesse est, ut hîc amara toleremus. Carmen, & Vę discipulis pręedicabat dominus cum dicebat Iohannis. 16. discipulis suis. Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo autem pręssuram habebitis. Deinde super Ezechielem Homilia. 9. dicit idem Gregorius, quòd liber iste datus Ezechieli erat scriptus intus, & foris, intus quidem per allegoriam, foris per historiam. Intus per spiritualem intellectum, foris per simplicem literę sensum adhuc infirmantibus congruentem. Intus quia inuisibilia promittit; foris quia visibilia pręceptorum suorum rectitudine disponit. Intus quia cęlestia pollicetur, foris, quia terrena corruptibilia qualiter sint, vel in vsu habenda, vel ex desiderio fugienda pręcepit. Alia namq; de secretis cęlestibus loquitur, alia vero in exterioribus actionibus iubet. In hoc libro scripto intus, & foris erant scriptę lamentationes, carmen, & Vę. Lamentationes inquam, quia in eo scripta est pęnitentia peccatorum. Carmen vero, quia ibi pronunciantur gaudia iustorum. Væ autem, quia illic habetur expressè damnatio reproborum.

Gen. 5. *Volumen fœderis.* *Ioan. cap. 9.* *Rom. ca. 11.* *Ezech. c. 2.* *Greg. lib, 26 mor.* *Ioan. 16.* *Hom. 9.*

Vt ergo peccata punias, lege quæ in hoc uolumine scripta sunt lamenta, vt Iohelis cap. 2. scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Vt de promissione gaudij consequaris lætitiam. lege quę in libro psalmorum ps. 83. habentur. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Vis in hoc volumine cognoscere Vę, quod in eo scriptum est, lege quod habes Matthei. 22. vbi Veritas dicit de illo, qui ausus est intrare ad nuptias non habens vestem nuptialem, idest non habens fidem, & charitatem. Ligatis pedibus eius, & manibus mittite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium, & Matth. 15. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Et Esaiæ vltimo. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. In hoc itaquè libro reperies cuncta quę ędificant, omnia quę erudiunt, & cuncta quę ad peccata vitanda nos admonent. Rupertus etiam super Apocalipsim cap. 18. ferè idem dicit, quare diligenter intuendum est. Notanda sunt etiam verba Ezechielis, & non sicco pede pertranseunda, dum inquit. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris, et scripta erant quę iam nos diximus. Hunc quidem librum inuolutum veritas expandit, cum discipulis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas, quem & nobis quoq; singulis diebus expandit, modo aures prębeamus. Post hunc librum inuolutum ad Ezechielem manu domini missum extant quidam alij libri, qui & ipsi appellantur libri domini, ut Numeri vigesimo primo fit mentio de libro Bellorum Domini, quem librum diuus Augustinus dicit apud Aegyptios, siue Chaldeos reperiri. Alij dicunt hunc librum ad manus nostras non peruenisse, vel nondum fore trāslatum. Dicitur autem liber bellorum domini, quia scilicet iussu, & virtute Dei fuere peracta. De hoc libro loquutus est Moyses Exodi. 17. vbi apertè bellum contra Amalech uocat bellum domini. Secundo Regum cap. 1. fit mentio de quodam alio libro, qui vocatur liber iustorum, neq: hic fortasse ad nos hucusq. peruenit; sed aliqui dicunt hunc esse librum Geneseos, vbi pertractatur, & habetur sermo de iustis hominibus, & de rebus ab eis supra fidem omnium mirabiliter gestis, vt Abraam, Isaac, & Iacob, Ioseph, & quidam alij Alij dicunt hunc esse librum Regum, vbi fit mentio de Prophetis, qui verè iusti, & sancti fuere, vt Samuel, Nathan, Dauid, & quidam alij.

psal. 83. *Matth. 22.* *Matth. 15.* *Rupert Tuitien. cap. 18.* *Liber bellorum Domini.* *Exodi. 17.* *2. Regū c. 1.* *Liber iustorum.*

Post hos libros, de quibus hucusquè loquuti sumus, qui appropriatè possūt vocari libri domini, veluti, in quibus de domino creatore, et saluatore nostro multa ad salutem necessaria possumus addiscere. Datur quidam alius liber, qui peculiari quodam nomine appellatur liber Dei, velut ille, de quo loquitur Dauid psalmo 138. videlicet In libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, & nemo in eis. Et exodi 32. dixit Moyses ad Deum. Obsecro Domine, populus iste peccauit peccatum maximum, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Cui respondit Dominus. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Datur et alius liber, qui appellatur liber vitę, de quo loquitur Daniel cap. 12 vbi inqt, In tempore illo saluabitur populus tu*s*, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro, addunt aliqui in libro uitę. Videndum est igitur quis sit iste liber Dei, & quis liber uitę. Primùm quidem nolim hoc modo loquēdi existimes, Deū, aut Christum eius filium, librum vllū unquam scripsisse, ut ostendit Diuus Augustinus lib. 1 de consensu Euangelistarum cap. 7. qui dicit per librū Dei, quicquam aliud debere intelligi, quam librum scriptum, & signatum manu Dei literis, & caracteribus, quamuis legatur apud Iohannem aliquando digito scripsisse in terra, dum voluit saluare Adulteram. Dicebat enim Augustinus aduersus Paganos, qui profitebantur se libenter in Christum credituros, si quę nobis pręcepit, et docuit, ipsemet scripsisset, et non Apostoli. Dicit

Liber Domini. *Tertia particula presentis diffinitionis.* *Dauid. psa. 138.* *Exod. 32.* *Daniel. cap. 12.* *Liber vita Eccl 24.* *Christus nullum librum scripsit* *Aug. de consen. Euangelist.* *Ioan. 8.*

cit ergò Augustinus aduersus hanc eorum sententiam, seu desiderium, non fuisse minoris authoritatis, aut excellentiæ Christum dominum, quem ipsimet fatebantur sapientissimum fuisse, & sanctissimum, quam fuerit Pythagoras, aut Socrates, & quidam alij, quos patet nihil unquam scripsisse, eorum tamen dictis indubitata fides fuit adhibita. Quare si Christus, aut Deus nihil scripsisse dicuntur, quid ergo per librũ Dei intelligendum est? Huic quęsito respondemus multifariam. Primùm quidem liber Dei potest appellari quęcunq; nutu, virtute, vel dei mandato fuere in lucem edita, & nobis in nostrarũ animarum salutem, et euidentissimam vtilitatem proposita, et commendata: Deinde dicendum est librum Dei iure optimo posse nuncupari quicquid firmiter, et inuiolabiliter fuit ab ęterno in eius diuina mente pręfixum, ac determinatum, id quod postmodum per effectus, et opera nobis aperitur ac declaratur. Hic liber in sacris literis appellatur liber uitę, quem etiam diuinam pędestinationem, seu mentem diuinam, in qua sunt conscripti, seu designati quicunq; sunt re uera saluandi nuncupare solent. Notitia etiam, quam Deus habet de pędestinandis potest dici liber vitę, quę prædestinandorum notitia differt ab ipsa pędestinatione solùm secundum rationem. Alij volunt librum uitę dici notitiam, seu mauis instructionem eorum, quę ut consequamur uitam ęternam nosse oportet, et fieri, quę notitia, et instructio perfectè habetur per doctrinam traditam in vtroq; testamento, et ex aliis libris, qui inde proficiscuntur, approbati ab Ecclesia Catholica, iuxtà illud Apostoli 2. ad Timoth 3. cap. oĩs scriptura diuinitus inspirata, &c. et Ecclesiast. 24. habetur. Hęc oĩa liber vitę, et testamentum altissimi. Et liber uitę sic acceptus est ille idem liber Domini, seu liber scripturę, de quo supra diximus. Quidam putarunt librum vitę nuncupari librum illum, seu uitã illam gloriosam, qua Deus semper uiuit. Id quod non libenter admittitur, quia uita illa, qua Deus viuit, cum sit

Timoth. 3.
Ecclesiast. 24.

A ei naturalis, et per essentiam, non oportet per aliquem librum describi, seu nominari. Cum ergo dicebat Moyses Exodi. 32. ipsi Deo, Dele me de libro, quem scripsisti: & ipse Deus pariter dicebat, qui mihi peccauerit, delebo eum de libro meo: per hunc librum, in quo scripti erant, qui ex eo poterant aliquando amoueri, & deleri, dubio procul intelligenda est mens diuina, sed in
B ea scripti erant non solùm qui erant ordinati, & prædestinati ad gloriam, & uitam æternam, verùm etiam qui quãdoq; sunt participes gratiæ, & percipiunt aliqua dona ab ipso Deo, non sũt tamen ordinati ad vitam æternam: primi quidem sunt scripti in libro vitę irreuocabiliter; alij verò secundum tempus, & secundum quid. Sic docet diuus Thomas in 1. parte. q. 24. artic. 3. & Euthimius super psal. 68. & 138. dicit
C triplicem in sacra scriptura librum reperiri, vnus quidem satis vniuersalis, in quo omnes tam iusti quam peccatores scribuntur ut ait Dauid psal. 138. tàm perfecti, quàm imperfecti. Alius est liber magis particularis, & priuatus, in quo solum iusti scribuntur, de quo.d. Dauid. psal. 1. noui Dominus uiam iustorũ & iter impiorum peribit: & de hoc libro loquitur etiam Dauid psal. 68. Deleantur de libro viuentium, & cum iu-
D stis non scribantur. Tertius liber est in quo soli peccatores scribuntur de quo libro loquitur Daniel cap 7. Sed nota, (vt inquit Caietanus super hunc locum) quòd huiusmodi deletio non designat scripturę cassationem, sed mutationem de scriptis in non scriptos, vt v.g. qui heri numeratus erat inter scriptos, lapsus hodie in peccatum, mutatus est de scripto in non scriptũ, & hac ratione dicitur deleri de libro uitæ nõ
E ex parte Dei, sed ex parte sui, quia scilicet in veritate non stetit. Sed quoniã hęc responsio est valde difficilis, & non facile perceptibilis, idcirco mihi videtur sentia Diui Augustini super psal. 68. & psal. 38. satis probabilis & intellectus longè facilior. dicit.n. ꝙ in eo libro, qui nihil aliud est, quam mens diuina, omnes scribentur tàm perfecti, quàm imperfecti: perfecti quidem, ut

Exodi. 32.
psal. 68. & 138.
psal. 138.
psal. 1.
psal. 68.
Daniel. cap 7.
Aug. super ps. 68. & ps. 38.

persistant, & perseuerent in gratia, quā acceperunt: imperfecti verò, ut proficiant, adeò quòd quorumcumq; Deus habuit perfectam notitiam, & quantū sit ex se ipso, & ex eius voluntate primaria, vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et huic scientiæ videtur modo quodā respondere dictum Danielis 12. quòd in tēpore illo saluabitur popolus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam ęternam, alij in opprobrium, ut sē per videant. Ad ea verba Exodi. 32. Nicolaus de lyra dat alias responsiones sed hę sufficiāt. Diximus à prīcipio huius digressionis quòd de pluribus librorum generibus in sacris scripturis frequenter fit mentio. 1. de libro creaturarum, de libro scripturæ, qui propriè dicitur liber, de libro Domini, seu diuino, qui appellatur quandoq; liber uitę, quo nomine appellantur etiam alicubi libri Sanctarum scripturarum. Postremò diximus reperiri librum quendam humanum, vnicuiquè proprium, & peculiarem, qui quidem liber humanus dicitur esse liber cōscientię, de quo lib. Daniel. 7. & Apoc. 20 fit mentio, qui apud Ezech. cap. 5. vocatur volumen volans, & apud Malachiam cap. 3. hic liber appellatur liber monumenti, sic enim .d. Et attendit dominus, & audiuit, & scriptus est liber monumenti coram eo, timentibus dominum, et cogitantibus nomen eius. Per volumen volans, & per librum monumenti D. Hieronymus intelligit librū conscientię, vt est videre in locis præallegatis, Hic est ille liber de quo canit Eccl ā. in exequijs defunctorum. Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, vnde mundus iudicetur. Sicut etiam per libros apertos, de quibus loquitur Daniel cap. 7. & Iohan. Apoc. 20. cum inquit, & uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt. Et alius liber apertus est, qui est uitæ, idest secundum Augustinum, uitæ vniuscuiusq;, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: qui libri dicit Augustinus lib. 20. de ciuit. Dei cap. 14. nihil aliud sunt nisi quędā vis diuina, qua fit vt cuiq; opera sua bona, & mala in memoriam cuncta reuocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset scientia conscientiam, atquè ita simul omnes, et singuli iudicentur, et hæc uis diuina accepit nomen libri, quia in ea quodāmodo legitur quicquid à faciēte recolitur. Quidam breuiter hanc rem diffiniunt quod quemadmodum liber militię tribus modis intelligitur, vel in quo describuntur milites delecti ad pugnam, vel in quo traduntur precepta disciplinę militaris, vel in quo de scripta sunt militum tam bona, quam mala facinora atq; gesta, ita liber uitę, seu liber Dei trifariam accipitur. Sed nota quòd hi libri cum fuerint aperti coram Deo non erant omnes eiusdem caractheris, sed aliqui habebant caractherem bestię, ut habetur Apoc. ca. 16. aliqui verò libri caractherem hominis, sed longè varium, ac diuersum, quidam enim libri habebant caractherem ita lacerum, & obscurum, ut uix legi posit: quidam verò habebant caractherē, et literas adeò corruptas, ut neque etiam commodè legi possint. Erunt postea quidam alij libri, qui licet prius fuerint aliquibus erroribus, & mendis consperſi, vt et ipſi difficilè admodum potuerint legi, sed postmodū adeò fuerunt excussi, et expurgati, ut purissimi, et pulcherrimi appareant. Postremo libri quidam coram iustissimo iudice videbuntur in illo extremo die iudicij vsq; adeò diligenter, et fideliter impressi, vt nulla omnino macula appareat, ac videatur. Priores libri, q uix, aut nulla ten⁹ legi poterūt, sūt libri in quibus nihil fidei, neq; vllius legis est inscriptum, quales sunt libri infideliū, penes quos discutiēdos, et examinādos, nō oportet quicquā laborare, qm̄ qui non credit iam iudicatus est. Iohan. 3. Et Paulus ad Rom. 2. qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Alius liber est eorum, qui quamuis fidem fuerint professi, opera tamen fidei, pietatis, & misericordię nequaquam habuerunt. Et hos libros oportebit discutere,

Danielis 12.
4 particula huius digressionis.
Liber conscientiæ.
Daniel. 7.
Apoc. 20.
Malachias cap 3.
Volumē volans.
D. Hieronymus.
Daniel ca. 7. & Iohan. Apoc. 20.
Augustinus de ciuit Dei lib. 20. cap. 14.
Apoc. cap. 16.
Iohan. 3.
Rom. 2.

discutere, & secundum opera eorum A eosdem iudicare. Tertij generis libros, qui etsi quandoq; fuerint corrupti, & varijs erroribus inquinati, quia tamen fuerunt expurgati, & emundati, non oportebit iudicare, & cænsuris corrigere, & emendare, sed velut optimè correctos approbare, & iuxtà illorum puritaté, & excellentiam, conuenientem eis locum præbere: libri vltimo loco à nobis adducti, in quibus ne iota vnum, aut apex perperam fuerit inscriptus, B nequaquam discutientur, & examinabuntur, quia sunt absq; ulla macula, & tutò ac securè sunt ante thronum Dei. libri autem primę, vel secundæ classis, quales sunt libri, i. conscientiæ malorum Christianorum ligati erunt ad lapidem, & proiecti in modium Euphraten, quo ibi penitus demergantur, vt habetur Hierem. 51. & hoc est quod d. Iohan. in Apoc. quòd mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatū est de singulis sm̄ opera ipsorū. Reliqui uerò libri tertij, et quarti generis recondentur, et seruabū tur in bibliotheca auro, et lapidibus p̄ciosis exculpta, et exornata, quanq̄ aliqui, in gradu quodam superiori, alij verò in loco inferiori, vnum quidem, et eundem locum habebunt in perpetuū, sed aliqui præter primum, et essentialem locū, habebunt aliquid magis, quidā verò aliquid minus. Hoc est quod D dicebat Saluator noster. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Id qđ diximus penes distinctionem, et diuersitatem horum librorū desumpsimus ex diuo Greg. 26. moral. cap. 24. et 25. et ex alijs doctoribus, quod scilicet in in extremo iudicio omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonū siue malū. Sed aliqui sistent, nō ut iudicentur, sed ut pereāt, aut condē E nentur, et hi sunt infideles, ut diximus. Alij verò sistent, ut iudicētur, et pereāt, velut mali Christiani, quibus dicet ipse Xp̄s. Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est Diabolo, et Angelis eius, exuriui. n. et nō dedistis mihi manducare, etc. Vtriq; peribunt tam primi, q̄ secūdi, sed isti iudicis verba audiēt, quia eius fidei saltē verba tenuerunt, illi verò in damnatione sua æterni iudicis, nec verba iure percipiūt, aut pcipere mærētur, quia eius reuerentiā nec verbotenus seruare voluerunt: et si Paulus .d. Omnes qui in monumentis sunt audituros vocē filij Dei. Tertij generis sunt qui iudicātur et regnāt, qa. s. vitæ maculas lachrimis tergere studuerūt iudicātur qdē nō ut cōdēnētur, sed ut approbētur, et admittātur, sic. n. ait Xp̄us Iohan. 5. qui verbū meū audit, et credit ei, qui misit me hēt vitā æternā, et in iudiciū nō venit, sed trāsiet à morte in uitā. Sed dices nō vr̄ hoīes dānatos, et peccatores resurrecturos in iudicio cū Dauid ps. 1 ·dicat. Nō resurgēt impij in iudicio, neq; peccatores in cōsilio iustorū. Dicimus ip̄os ēē resurrecturos, ut iudicētur iudicio cōdēnationis, nō iudicio discussionis. Nec solùm peccatores adulti, uerū ēt infantes, qui C cū peccato originali discesserūt, resurgēt in iudicio, nec solū hi verū ēt infantes, qui in maternis vteris moriunť, et ēt qui in abortiuis fœtibus ex hac luce trāsferūtur, q̄ probať p̄ verba Iohan 5. Oēs qui in monumētis sūt, audiēt vocē filij Dei. Et Paul. 1. ad Corinth. 15. ait Sicut in Adā oēs moriunť, ita et ī Xp̄o oēs viuificabunť, vel uita corporali, vel spirituali. Sed dices qd cā est, q̄ in illo extremo die iudicij hoēs sint rursus iucādi, cū vnusquisq; post morté iudiceť, et deputeť ad vitā æternā, vel ad ignem inferni? et per Prophetā Naū scriptū sit. Deus non iudicat bis in idipsum vel non consurget duplex tribulatio, Dicendū q̄ post mortē vniuscuiusq; fit iudiciū quoad ea, q̄ sūt aīæ, ut vel cōdēneť ad pęnas æternas, vel ordineť ad uitā ęternā, et sic nō oportet facere aliud iudiciū, qa tūc aīa sortita est quēda immutabilē statū (q̄q̄ aīa, q̄ ordinať ad uitā ęternā nō statim ut separať à corpore fruať illo statu īmutabili, qa q̄nq; īpedit ista fruitia p̄ purgationē aliquorum delictorū ī locopurgatorij. Quę fruitio nō differť, ut tollať, sed ut suo tp̄e possideať. Quātū aūt ad ea, q̄ sūt corporis oportet iterū facere iudiciū, ut pfectè, et cōplete reddať vnicuiq; sm̄ opus suū, vel bene, vel male. Et hęc sufficiant.

Hierem. 51.

Greg. 26. Moral. cap. 24

2. Cor. 5.

Ioan. 5.

Dauid. ps. 1

Ioan. 5.

Paul. 1. ad Cor. 15.

cap. 1.

CAP.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

LAetabitur *deserta, & inuia, & exultabit so-*
1. *litudo, & florebit quasi lilium; Germinans ger-*
minabit, & exultabit lætabunda, & laudans:
gloria libani data est ei: decor Carmeli, & Sa-
ron, ipsi videbunt gloriam Domini, & deco-
2. *rem Dei nostri.* Confortate *manus dissolutas, & genua debi-*
lia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite time-
re: ecce Deus vester vltionem adducet retributionis: Deus
3. *ipse veniet, & saluabit uos.* Tunc *aperientur oculi cæcorum, &*
aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & a-
perta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, &
torrentes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnum, &
4. *sitiens in fontes aquarum.* In *cubilibus, in quibus prius dracones*
habitabant, orietur viror calami, & iunci; Et erit ibi semita, &
via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit
5. *vobis directa via, ita ut stulti non errent per eam.* Non *erit ibi*
leo, & mala bestia non ascendet per eam nec inuenietur ibi:
& ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti à
Domino conuertentur, & venient in Syon cum
laude: & lætitia sempiterna super caput
eorum: gaudium, & lætitiam
obtinebunt, & fugiet
dolor & gemitus.

EX-

EXPLANATIO IN TRIGESIMVMQVINTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *LAetabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.*

Intentio præsentis capituli.

PRAEDICIT Esaias multo apertius quam antea vocationem gētiū & summam fœlicitatem spiritualis Ierusalem, posteaquam prædixit reprobationem Iudęorum. & desolationem, ac destructionē terrestris Ierusalem, & vniuersæ Iudeę. & totum hoc capitulum præsefert gaudium, iubilum, & exultationem maximam, hortaturq; omnes, qui ad hanc sanctam Ciuitatem sunt habituri aditum, & quouis modo pertinere, forti animo futuros esse, & ab ipsorum cordibus omnem depellant metum. atq; tristitiam in secunda particula huius tex. ibi. Confortate manus disolutas. Inquit ergo. *Laetabitur deserta & inuia.* hoc est futurum est tempus, ventura est dies, quando scilicet aduenerit Christus, & cælestis illa, ac diuina lux mundo illuxerit, quo ciuitas illa, gens, aut regio quæ nunc est deserta, derelicta, ac destituta, neq; vlli spectabilis, & peruia, sed prorsus inuia, quia. s. nullus per eam graditur, *Lętabitur & exultabit solitudo*, locus inquam qui olim erat incultus, & inhabitabilis, & quæ prius erat arida, & sicca nullum habens humorem, florebit quasi lilium: Huiusmodi erat profecto ante Christi aduentum proprietas, & conditio ipsarum gentium, erant inquam ipsi homines deserti, ac destituti, nullum habentes decorem, neq; morum honestatem nisi secundum speciem & apparentiam, &

A erat gens illa verè quidem deserta, & inuia, quia nec dominus, neq; spiritus eius gradiebatur per eam, & lucem vllam afferebat. Dubitant hic nostri de sensu istorum verborum, nunquid sit literalis tantum, vel allegoricus. sed dubitatio est nulla, quoniam stultum esset intelligere, per desertum florere quasi lilium, velle prophetā innuere verè sic esse, quòd desertum quasi lilium debeat florescere nisi intelligas secundum

B varietates temporum, vt quod prius erat desertum, nunc florescat quasi lilium, sed quicquam aliud magis proprium sub his verbis intelligitur, quod poterit dici secundum literam intelligi, & poterit etiam lato quodam vocabulo, & secundum allegoriam accipi. Veteres exponentes, moti ex textu lxx Interpretum, existimant dum propheta loquitur de deserto, quod florebit, & exultabit, intentionem iuxta literam

C habuisse ad desertum illud, quod erat prope Iordanem, quia sic habet textus eorum. Florebunt & exultabunt deserta Iordanis. & tunc coepit exultare, & florere cum cœpit Ioannes Baptista prædicare, & annunciare Christum verum Messiam, & apud Iordanem fluuium ad se venientes baptizare: sic. n. habet textus, Venit Io. baptista p̄dicans in desertum Iudeæ & d poenitentiam agite, &c. & post pauca ait. Tūc Matth. 3.

D venit Iesus à Galilea in Iordanem ad Ioannem ut baptizaretur ab eo, & in calce eiusdem capitis inquit. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, et ecce aperti cœli; et vidit spiritum

tum Dei descendentem sicut columbã, et venientem super se, et ecce vox de cœlo dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: super quibus verbis .d. Euseb. Cesar. lib. 9. cap. 6. hanc solitudinẽ de qua loquitur propheta in hoc loco arbitror signum fore eius solitudinis quæ quondam ab omnibus bonis deserta erat, vt puta Ecclesia ex gentibus collecta, ipsum verò fluuium prope solitudinem purgantẽ omnes qui in ipso abluebantur, imaginem gerere verę purgationis quæ secũdum spiritum futura erat, de quo flumine loquitur ps. d. fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. *Et florebit* (inquit) *ipsa solitudo* in qua nulla uirebat arbor, nulla frutex delectabilis, et amena videbatur, sed erat aspera tota et inaspectabilis, *florebit sicut lilium*. Florebit inquam non ea tãtum ratione, quia in ipsa solitudine, hoc est in ecclesia degentibus collecta apparebit Christus qui est flos campi, et lilium conualliũ, verum etiam apparebit flos humilitatis flos innocentiæ, et flos sanctitatis, et deniq; flos, & splendor omnium uirtutum, quibus non Christus solus sed omnes eius Discipuli, et credentes in eum redolebunt; ut uerum sit quod ait Apostolus 2. ad Corinth. Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salui fiunt. Populus ergo, qui olim ob eius turpitudinem fętebat coram Deo, & Angelis, nec nisi spinas, & tribulos, hoc est, infinita scelera perpetrabat, accepta cognitione veritatis, & perspecta nequitia, ac turpitudine peccatorum, cœpit producere, & emittere flores odoriferos, & fructus suauissimos bonorum operum. & hoc est quod subdit propheta. *Germinans germinabit, & exultabit, lætabunda, & laudans*. Germinans germinabit, non (inquam) vt prius fructus, & opera malc oi ẽtia, sed fructus (ut dixi) vberrimos, & salutares, nec quidem semel aut aliquando, sed semper, & indies magis, ac magis, iuxtà illud ps. Benedicã dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. *Exultabit lætabũda, & laudans*, lætabunda quidem intus in corde, & animo, laudans verò ore penitus, & opere, iuxtà illud ps. 15.

Euseb. lib. 9. cap. 6.

ps. 45

2. Cor. 2.

ps. 33.

ps. 15.

A. lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, & caro mea requiescet in spe: sic ergo serui domini lętantur, & gaudent, & de gaudio, & exultatione in laudes domini prorumpunt, ac diffunduntur. Rursus hoc idem prosequitur dominus. Item. Germinans germinabit: & exultabit lętabunda & laudans. i. prius passim disponetur ad fidem & gratiã suscipiendam, & demum re ipsa apprehendet vtrunq; *Gloria libani data est ei,* B *decor Carmeli, & Saron. Ipsi videbunt gloriam domini, & decorem Dei nostri*. q. d. omnes immunitates, omnes prærogatiuæ, gratiæ, & perfectiones, ac dona q̃ populo Iudęorum fuerant iam olim concessa, subtrahentur ab eo, qui erat velut libanus et Carmelus, huic sanctę Ciuitati, hoc est, Ecclesiæ, et communitati credentium plenissime conferentur. d. autem Eusebius, quæ nam est hæc gloria Carmeli? certè non alia, C nisi quæ ex lege Moysi per sacrificia cęlebrabatur .i. ritus, quem posteaquam Deus repudiaut, in solitudinem Iordanis, transtulit gloriam Ierusalem, hoc est, posteaquam ratio pie uiuendi, ac religiose non in Ierusalem, sed in deserto, hoc est in gentibus consummari cepta est, id quod fuit post Ioannis tempora, etiam honor legis, et eorum quæ in lege corporaliter sancita sunt, huic solitudini datus est. Et alibi d. idem D Euseb. Carmelus, et locus qui vocatur Saron, externarum gentium loca erãt, licet alij sentiant oppositum, sed per hæc ipse interpretatur quod hi, qui prius animis excecati erant adeò ut ligna, lapides, et reliquam animæ expertem materiam, nec non et Demones circum terram versantes, aliosq; spiritus deprauatos loco summi Dei colerent, quiq; auribus intelligentiæ obsurduerant, et claudicantes, solutiq; omni E vita erant, his oĩbus malis, alijsq; et perturbationum, et ægritudinum generibus per saluatoris nostri Iesu Christi doctrinam sint liberati, et salutem, opemque sint cōsequuti. Alij dicunt, quòd Carmelus mons est amænissimus, vt pluries diximus, et tota pariter, Galilea cuius campus est Saron totus consitus arboribus, vineis, et lucis amęnis-

lib. 6. cap. 21.

Gloria Carmeli.

amęnissimis totus vernans; mons quo A Sequitur deinde. *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate: dicite pusillanimis, confortamini & nolite timere. Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit uos.* Tex. 2.

Penes horũ nominũ interpretationes sat est uidere. D. Hiere. post finem bibliorum, vbi de his omnibus poteris habere notitiam.

què libanus est valdè amænus, ac delectabilis. Dicere ergo gloriam Libani datam esse huic solitudini, nec non decorem Carmeli, & Saron esse eidem tributam, nil aliud vult innuere, ac denotare nisi (vt supra diximus) q̃d omnia bona, fauores, & priuilegia, aut potius beneficia, vt iustitia, sanctitas, cognitio dei, & reliqua huiusmodi, quę prius erant in eo populo, qui florebat apud omnes gentes, & magno erat in precio cunctis nationibus commutata sunt, & attributa Ecclesiæ Christi, quæ non ex gentibus solum; sed & ex omnibus populis, & nationibus, quæ sub cœlo sũt, collecta est, & congregata, & omnes isti qui credunt, & crediturì sunt in Christum Dominum, videbunt gloriã Domini, & decorem Dei nostri. Videbunt (inquam gloriam Domini) & saluatoris nostri cum ipse ascendit de aqua, & aperti sunt ei cœli, & viderunt spiritum Dei descendentem quasi columbam manentem super eu m: & c. Postremo videbunt gloriam Dei quicunq; ad lauacri mysteriũ legitimè, ac deuotè aut saltem non fictè accesserint, & notitiam de Christo veram, & salutarem acceperint, qui cum Paulo apostolo dicere possint. etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Videbunt ẽt gloriam Dei quicunq. viderint, & considerauerint multitudinem, & magnitudinem miraculorum, quemadmodum denunciatum fuit Io: Baptistæ. Ite, & nunciate Ioanni, quę vidistis, cęci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: quibus tandem miraculis, signis, & operibus, agnitus est Christus verus Deus, & is, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra:, ppterea .d. ipse Phariseis Si mihi non vultis credere, operibus credite, vt credatis, quia ego in p̃re, & p̃r in me est. qui ergo sic crediderint, videbunt gloriam Domini, & decorem, hoc est, magnificentiam, sublimitatem, & excellentiam Dei nostri, sic etiam D. Io. lætabatur .d. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriã eius, etc.

2. Cor. 5.

Matth. 11.

Hortatur propheta ipsos credentes ad sumendum vires, quæ potissimum in brachijs, manibus, & cruribus, si de viribus corporis non metaphoricè loquamur, potissimum consistunt, B quæ quidem ob inætum remitti, ac dissolui conspiciuntur. Hęc eadem verba suscepit Apostolus ad Hæbreos loquens, posteaq̃ enumerauit multa nobis à Deo collata beneficia, propter q̃d inquit. Remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret magis aũt sanetur: pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniã, sine C qua nemo videbit Deum: fusius autem, & latius exponitur ista pars, v3, manus dissolutas & remissas corroborate, non solũ s̃m spiritũ, verum ẽt s̃m corpus: sic .n. pleriq; ex ueterib⁹ exponũt, ꝙ aduenıẽte X p̃o, & pagrãte Iudęã, eiusmodi signa manifestissimè sunt visa, tum q̃n fuit oblatus ei paraliticus ĩ lecto iacẽs, quẽ statim vnico suo verbo suæ pristinæ sanitati restituit, tũ ẽt dũ innumerabiles cęci, & à Demonibus opp̃si: nec D nõ varijs ęgritudinibus, & lãguoribus affecti pariter & afflicti illius maximę, & saluberrimę virtutis b̃nficio ab oĩb⁹ morbis fuere liberati. Prętereo tãq̃ rẽ planè cognitã, & manifestã oĩbus, plures suo ĩperio à morte suscitatos, q̃ q̃dẽ omnia circa corpus duntaxat effecta quis posset cogitare? Verum nõ solum corporib⁹ medelã, & sanitatẽ adhibuit, sed innumerabilẽ hominum multitudinem, varijs malitię generibus impli E citam, & cum primis ignoratione supremi Dei refertam admirabliter, et supra omnem rationẽ doctrinæ suę medicamentis curat, & sanat. Hoc est ergo quod ait *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate*. Dubium est quos alloquatur Esaias sub his verbis: vbi duplex est expositio, una est, ipsum loqui, & adhortari quoscunque qui hucusq; manus dissolutas, & genua

Hab. 12.

debi-

debilia sustulere: nunc igitur adueniente medico, & eo, qui potest vos erigere, uires adhibete & animos vestros corroborate: confortate (inquit) manus dissolutas, curate manus vestras restringi, in seipsas reduci, & robur assumere qd quidem fiet si Christo nomen dederitis & in eo spem vestram constitueritis: spiritus enim Domini tenebras peccatorum dispellet, cœleste lumen vobis infundet manibusquè & pedibus uires adiiciet, quò actus uitæ euangelicę cõformes perficere, & huius itineris cursum fęliciter consumare posSitis. Altera expositio est, spiritum propheticũ inclamare, & verba dirigere ad ipsos Apostolos, & Euangelistas, ut .s. ipsi tamquam ministri, & instrumenta Dei confortent manus dissolutas, & genua debilia studeant roborare, ut .s. excitent gentes, & in primis Iudæos ad euangelicam uitæ institutionem suscipiendam, & amplexandam: Ad Iudæos quidem quorum manus, & pedes ex lõgo secundum legem Mosaicam circuitu elanguere, debilioresq; fieri iàm olim cæperant. Ad gentes verò tamquã ad eos, qui prius erant ignari, & expertes qua uia eos gradi oporteret. Præcipit ergo Esaias ipsis Apostolis, suis ut monitis ac documentis prębeant illis viam, qua suos gressus debeant dirigere: sic enim Dauid psal. 77. Narrantes laudes Domini, & virtutes eius & mirabilia eius quæ fecit. Subdit postmodũ filii, qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis, ut ponant in Deo spẽ suam & c. Et hoc est quod clarius dicit. Dicite vos, discipuli, scilicet pusillanimis, hoc est, Iudęis & Gentibus, confortamini, & nolite timere, resumite vires, fortes estote, sumite robur, audaces estote uos qui prius eratis pusillo animo, nullus deinceps vos capiat timore, quamquam sint multi, qui euangelicæ prędicationi resistunt: confidite ergo, & nolite timere.

psal. 77.

Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis, qui enim vobis astat, qui vobiscum est, Deus est, et dei verbum, nõ autem quispiam Moysi similis, et ne vllus quidam prophetarum huic est cõferendus, qui non solum miracula inusitata consueuit edere, uerum uobis ipsis, omnis fortitudinis, ac constantiæ auctor erit. Alii codices, & forte, nõ adeò correpti habent, non in casu datiuo, sed in nominatiuo, uidelicet dicite pusillanimes, sic construendum, (ut ait Glos. Int.) Dicite supple ò uos Doctores et magistri Gentium pusillanimes. Magistri gentium dicuntur pusillanimes quia non poterant credere nisi quæ sensu duce percipiebantur, idest uos miseri, et stulti homines, qui adeò pusillo, et modico animo olim eratis, et quęcunq; uobis aduersantia pertimescere solebatis, confortamini, uires assumite, conualescite, nolite amplius timere: Huius ratio est, quia scilicet

Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit nos: hoc idem capite pręcedenti nobis est pollicitus ipse propheta cũ dixit. Dies ultionis Domini, annus retributionis iudicii sion in proximo est. Sed hęc promissio potius ad Apostolos et credentes quàm ad gentes refertur. Sic propemodum his uerbis. Ecce Deus uester ultionem adducet. q.d. non longe abest, non est impotens, neq; immemor, neq; parum gnarus quęcunq; est facturus: duo (inquam) potissimũ expectari licet ab eo, unum quòd ultionem adducet retributionis. Vltionem adducet, quia puniet, ac delebit eos qui uos persequuntur, quiq; non receperint prædicationem Euangelii, et prohibuerint alios, ac detinuerint ne et ipsi recipiant. Et ita erit ultio retributionis, quia scilicet retribuet eis pro malis quæ gesserunt pœnas, et supplicia quę ipsi, et partes eorum meruerunt, ut ueniat super illos omnis sanguis quem fuderunt á sanguine Abel iusti usquè ad sanguinem Christi filii Dei, quem impudentissime, et crudelissime effuderunt; adducet quoq; retributionem, hoc est remunerationem, quietem, et consolationem ipsis fidelibus: quamquam difficile admodum meo iudicio ista possint coniungi, ut remuneratio ultio nuncupetur. Propterea persisterem in ea sententia quòd Deus aliquando adducet ultionem retributionis, cau3. pro malis, mala retribuet, id quod

erit

erit per ultionem male actorum, quem admodum in psal. legimus. *cap. 93.* Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis, & quæ sequuntur, vbi planè omnia indicant hanc eandem sententiam.

Alterum, quod in his verbis peropportune nobis considerandum occurrit cum dicit. : Deus ipse veniet, & saluabit vos, quasi velit innuere non est vobis vlla ex parte timendum. vnius. n. Dei metus vniuersi erroris timores expellit: magno. & forti animo vos esse decet: quia non soli estis ad procliãdũ, & ad pugnas, & verbera, & cruciatus obeundos, neque erit vobis perpetuũ bellum, quia Deus ipse veniet; & saluabit vos: & quis nam erit iste, qui venturus est? erit inquam Deus, magna quidem securitas est, habere Deũ protectorem. Quare cum expectetur Christus in carnem venturus, signa, & miracula prorsus humano captui imperceptibilia, facturus, ipse est omnino, & realiter Deus. super quibus verbis .d. Euseb. Cesar. si unquam aliàs, nunc maxime conuenit ipsum Christum constanter, & pertinaciter Deum confiteri, qñ & diuinæ, & re vera uirtutis deum cõplexæ opera edidit; si quidem vnius Dei, nec alterius cuiuspiam munus potuit esse corroborare dissolutos; uitæ reddere mortuos, prębere salutem ægrotantibus, cæcorum aperire oculos, auresq; sanare surdorum, & erigere claudos, & linguam impeditam habentibus facultatẽ loquendi restituere: quod his verbis ꝓpheta nobis manifestat. d.

Euseb. Cesariensis.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, Tunc saltet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. *Tex. 3.*

Hæc quidem (vt paulo ante diximus) in corporis beneficium factitata nullus est qui iure debeat in dubium reuocare, quippe quæ multorum testimonio, qui illa oculis viderunt, & scriptis mãdarunt, & per varia tormentorum genera confirmarunt, & ad mortem usq; certandi perseuerantia perstiterunt, indubitatam fidem suscepere. Sed quod spiritualiter etiam eiusmodi miracula contigerint, ut .s. qui corpore sanati fuerint etiam spiritu, & mente ad meliorem frugem reuocati non est ulla tenus ambigendum; constat enim per prædicationem filij Dei, & Apostolorũ, ac ministrorum eius, plerosq; non agnoscentes veritatem, neq. illam audire sustinentes, sed neq; vllum opus vere bonum exercentes, mentis oculos aperire, veritatis lumen intueri, & opera verè bona exercere cæpisse; Propterea Christus de seipso loquens dicebat. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen uitę. *Ioann. 8.* Hoc est ergo quod ait: tunc aperientur oculi cæcorum &c. Quod autem subdit. tunc saliet sicut ceruus claudus. Sic intellige, quod ij qui ad bona opera peragenda videbantur omnino debiles, & infirmi, qui .s. difficiles se præbebant ad eleemosinas erogandas, & remissionem iniuriarum, & ad alia pietatis opera exercẽda ita per Dei verbum ac Spiritus sancti donum erũt dispositi, vt velut Cerui. i. cum omni celeritate, festinatione, & iocunditate ad eadem facienda dispositi esse videantur tamquam Cerui. i. nõ minus quàm Apostoli, & primarij Christi discipuli, quos supra metaphoricè, & figuratiuè Apostolos dictos esse demonstrauimus: Aperta erit lingua mutorum, idest eorum qui prius erant muti, quemadmodum de multis legimus, & pręsertim apud Lucam cap. 11. Erat Iesus eijciẽs Demonium & illud erat mutum. Aperta erit lingua mutorum, idest eorum qui uix loqui poterant cuiusmodi erant pueri, qui in templo occurrentes Domino acclamabant .d. Osanna filio Dauid: *Luc. 11.* de quibus antea Dauid fuerat uaticinatus .d. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Aperta erit lingua mutorum, idest eorum qui habebant linguam balbutientem, & blæsam, *psal. 8.* qui videlicet non audebant loqui sed sub gutture loquebantur verbum Dei ob metum Iudæorum, & ob impiam, ac sęuam Tyrannorum persecutionem, repleti dono Spiritus sancti cum fiducia loquebantur, & annunciabant verbum Dei, non solum Apostoli, quibus peculiari quodam modo infusa

erat gratia Spiritus sancti. Verum, & mulierculę quędam, ut Lucia uirgo, & beata Agata audacter, & intrepide con fitebantur fidem Christi, neq; ullum ge nus tormentorum perhorrebant. Dicebat una ex his, Cum lanianda foret à satellitibus cuiusdam Tiranni. ò dire, & crudelis Tyranne non te pudet amputare in fęmina quod in matre suxisti; & paulo ante ausa est dicere et respondere Tyranno, multo pręstantiorem esse Christianam humilitatem, ac seruitutem omnium Regum opibus ac superbiam. Vos ergo pusillanimes, confortamini, nolite timere, Deus ipse ueniet vobis propitius, & adiutor, et saluabit uos, idest opem et salutem uobis adducet, et pro malis et tormētis, quę hactenus pertulistis, retribuet pręmium, hoc est uitam æternam: qua deinde uia, qua ratione, quo pacto tot mirabilia ediderint Apostoli, uidelicet, cęcos illuminare, leprosos mundare, affert, et monstrat Esaias sub his verbis. d *Quia scissa sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine*, iuxtà illud psal. percussit petram, et fluxerunt aquę, et torrentes inundauerunt, *& qua erat arida, erit in stagnum & sitiens in fontes aquarum*, in deserto, hoc est in Ecclesia quę pr us erat uelut desertum, exuberabunt aquę, idest dona Spiritus sancti, et complebunt fontibus, et riuulis uniuersam Ecclesiam, ut fideles qui sūt in ea producant fructus salutares.

psal. 77.

Aut sic dicas. Scissę sunt ī deserto aquę, et torrentes in solitudine, hoc est, aquę, quę prius erant in angustum locū collectę, et modicam tantum regionis particulam innūdabant, scissę sunt, hoc est discoopertæ, ac locupletatę sunt, et uniuersam regionem inundant, et loca prius arida, et sicca huiusmodi aquarū copia redundantia herbas uirides producunt, et flores, ac fructus germināt; sic et torrentes in solitudine consistentes: et que erat arida in stagnum, idest in congregationem, et collectionem aquę, & terra sitiens in fontes aquarum: quemadmodum psal. 106. d. Dauid posuit desertum in stagna aquarum, et terrā sine aqua in exitus aquarum; quibus locutionibus dubioprocul uoluit

psal. 106.

A pręsigurare sanctissimus hic uates abūdantiam doctrinę euangelicę, et donorum spiritualium, quę futura erat post Christi aduentum, et quoniam in hac expositione dictum est, non nihil aquarum prius extitisse in deserto, hoc est in uniuersitate gētium, quę postea seisse in fontes, et fluuios redundarunt, ea ratione dictum putes, quoniam apud gentes uigebat aliqua ex parte lumen rationis, sed erat ualdè modicum, et sa- B tis tenuē ad percipiendam doctrinam fidei, sed huiusmodi lumen fuit auctū, et irradiatū lumine supernaturali, hoc est dono fidei, quod fuit ei desuper infusum: sic quoq; Iudęi pręter lumen istud rationis natura nobis inditum adepti fuerant ex lege nonnullam dei cognitionem, qui dictis Prophetarum fidem addhibentes, facillimè poterant euangelicę ueritatis notitiam apprehendere, et donorum Cœlestium, ipsi C quoquè participes reddi, sed ob id non existimes ante lumen fidei, nullam de Deo gentes habuisse cognitionem, quia per se notum est deum esse, sed non eam habebant cognitionem quæ satis esset ad salutem. Propterea diximus ex uerbis prophetę quòd aquę, q̄ erant in deserto sunt scissę, et uniuersū desertum abluerunt, qua ablutione designatur infusio donorum Spiritus sancti, et gratia super omnes diffusa, mo- D do uocationi diuinę non restiterint. Deinde sequitur consequenter his quæ dicta sunt.

In cubilibus in quibus prius dracones habitabant orietur uiror calami, & iunci. Tex. 4.

Sensus est, loca illa, quę prius erant latibula, et pascua ferarum, ita purgabuntur, quod ibi orietur uiror calami, et iunci, hoc est, regiones illę, in quibus olim degebant homines feri, et im manes nullam honesti, et ęqui ratio- E nem habentes, ad eam formam reducentur, ut in eis, oriatur uiror iunci, et calami. hoc est, uigebit doctrina spiritus sancti, et bonorum operum exercitatio, et quę erant pascua, et nutrimēta bestiarum, hoc est, eorum, qui solum delitijs, et uoluptatibus nauabant omnem operam, erunt pascua sanctorum, et iustorum hominum. Diuus

Greg.

Gregor. 29. mor. cap. 18. Greg. p calamum, tropologice intelligit prędicatores, per iuncum, quod genus herbæ iuxtá humorem aquę semper nascitur, intelligit pusillos, & teneros sacri eloquij auditores. In cubilibus ergo draconum, hoc est in mente eorum populorum, quos antiqui hostis malitia possidebat doctorum scientia, & auditorum obedientia coacervatur. Et rectè quidem dicit, quod ista, quæ generaliter de gentilitate sunt dicta, si solerter inspiciamus, intra sinum sanctæ Ecclesiæ in singulis agi videm⁹. D. Hier. inquit quod calamo nos vtemur ad Dei beneficia, & opera eius mirabilia conscribenda, ut memores simus mirabilium eius quæ fecit. Iunci verò erunt nobis necessarij, vt in eis defessa membra quiescant. Rogandus est intimis cordis, & animi suspirijs, & vocibus clementissimus Deus, ut ex animis nostris procul abijciat, ac dipellat eiusmodi dracones, hoc est prauas cupiditates, & inexaustos appetitus rerum terrenarum, qui numquam dicūt sufficit, & eorum loco producat in nobis herbas virentes, idest sancta desideria, salutaris doctrinæ scientiam, & bonarum operationum exercitium, ne dicatur de nobis illud psal. Iniquitatē meditatus est in cubili suo, quod erat cu-
Ps 35. bile draconum, astitit omni uiæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. Quemadmodum ergo misericors, & miserator dominus operatus est in gentibus, & in reliquijs Israel purgando mentes eorum, quæ prius existentes cubilia draconum, & ferarum immaniū, hoc est ipsorum Demoniorum, effecit templa Spiritus sancti, ita nobiscum efficere dignetur qui fortè non multo sumus illis meliores. Tunc ergo *erit ibi semita, & uia, & uia sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa uia, ita ut stulti non errent per eam*; Vide ergo, & diligenter expende, quale sit futurum istud desertū, & hæc terra, quæ prius erat arida, & sitiens. i. ob aquæ penuriam magna siti laborans dum fuerit conuersa in fontes aquarum: erit (inquam) ibi semita, & uia, non erunt loca fragrosa, spinis, & vepribus oppleta, neq; saxis, & lapidibus obtecta, quòd prætereuntib⁹ difficilis, & angusta reddatur. Sed potius via lata, & plana luto, & lapidibus ac cæteris offendiculis expurgata, ita vt facile transiri possit per eam, nec vllo pacto aberrare, & aliorsum flecti, ac declinare. D. Tho. artificiose satis distinguit occasione sumpta ab hac oratione, varia quæ Deus pollicetur suis credentibus bonorum genera: primo quidem aquarum abundantiam, vndè sequitur fertilitas, & copia frugum. Secundo loco pollicetur loca, quæ prius erant cubilia, & receptacula ferarū futura culta, domestica, & habitacula hominum. Tertio promittit restaurationem, & accomodationem viarum vt facile transeuntes quò tendunt pertingere queant: erit quinetiam rectitudo viarum, ita vt stulti, & simplices per eam transeuntes errare non possint. Postremo promittit securitatem uiæ, quia scilicet non erit ibi neq; leo, neq; mala bestia, quæ impediat iter, aut metum incutiat prætereuntibus. Quibus promissionibus iuxtá sensum spiritualem respondent promissiones, & beneficia nostro intellectui difficile admodum perceptibilia, sed maximè necessaria: qd. n. nobis præmonstret aquarum copia satis abunde dictum est. Sic & de cubilibus draconum, & receptaculis ferarū. Superest nunc expendere, & scrutari quid per semitam, & uiam & per eius rectitudinem, ac sanctitatem sit nobis præostensum. Prius quidem notandū est prophetam hic loqui, & proponere duo genera itinerum, seu viarum: inquit enim, & erit ibi, idest in eo loco, vbi prius erat desertum, & terra sitiens semita, & uia, & uia sancta vocabitur, vbi per semitam intelligit illud genus uiæ quod est arctius, & difficilius commeatu, per quam dicuntur commeare & incedere qui arctiorem viuendi formulam complectuntur, cuiusmodi sunt cęlibes, & uiri, qui vltra præcepta etiam consilia perpetuò sibi obseruanda arripiunt: per uiam progrediuntur qui latiorem viuendi rationem suscipiunt, & obseruatione dumtaxat præceptorum sunt contenti.

D. Tho. super hunc locum.

Semita & uia.

Dubium ergo est quid Esaias per hāc semi-

semitam, & uiam quam sanctam, & directam hic appellat, & his titulis, ac nominibus circumscribit. Dicunt aliqui hanc uiam tot egregijs nominibus circumscriptam, aliam non esse quam Christum dominum: quippequi de se ipso dixit. Ego sũ uia, veritas, & uita, nemo venit ad patrem nisi per me. Io 14. Alij, eiusmodi uiam legem euangelicam putauerunt esse, ut quæ nobis tutum & facilem ad cœlum prębuat aditum, de qua via nobis à Christo præmonstrata, loquitur Paulus ad Heb. 10. d. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi, quem initiauit nobis viam nouam, & uiuentem per velamen, idest p carnem suam. Quidam alij etiam magni nominis uiri, crediderunt per hanc semitam, & uiam sanctam, & rectam subintellexisse propheram Ecclesiam pñtem ex varijs nationibus collectam, à Deo sanctificatam, & anulo fidei, suæ subarratam, quæ quidem vocatur via sancta, hoc est, selecta & segregata ab alijs cætibus & congregationib⁹: vel dicitur sancta, hoc est sanctificata per verbum Dei, & per quam ducimur ad Sanctam Ciuitatem, & prius sacri baptismatis aqua purificamur, & mundamur. Hæc est uia recta, & sancta, extra quam nulla potest esse salus, & redemptio; sed huic opinioni objicitur, per id quod subditur. quòd v3.

Ioan. 14.

Heb. 10.

Non transibit per eam pollutus, & stulti per eam non errabunt. Cum tamen constet ex dictis Saluatoris eiusmodi viam, idest Sanctam Ecclesiam, similẽ esse sagenę missę ĩ mare ex omni genere piscium congreganti. Propterea alij dixerunt hanc uiam sanctam, & rectam denotare, & præfigurare Ecclesiã triumphantem, per quam non transibit pollutus, quia nihil inquinatum ingreditur in eam, neq; etiam quis potest errare existens, & quiescens in ea. At hęc opinio nullo pacto iudicio meo potest admitti, quoniam qui sunt in Ecclesia triumphante, non sunt amplius in via, nec transeunt per viam, sed sunt iam in termino illis ab origine mundi constituto. D. Hier. inquit pollutus non trãsibit per eam, idest per Christum. Dicunt alij quòd hęc uia de qua loquitur Esaias, sancta, & recta dicitur esse fides, & misterium Sanctissimę trinitatis, per quam uiam, hoc est per quam fidem, quicunq; incedunt securè admodum & rectè incedunt, neq; ullum est periculũ ꝙ in sirtes, & scopulos ĩcidãt & tãtillũ aberrẽt, erit ibi uia alta, plana, uia sancta, via recta, nullam habẽs obliquitatẽ. Mouẽtur aũt ad hãc ferendã sẽtentiam, quoniam ter repetit Esaias in hac particula hanc eandem dictionem, via, Cum enim dicit, erit ibi semita, & uia, deinde .d. Et uia sancta vocabitur. Tertio. d. & hęc erit nobis directa uia ita vt stulti non errent per eam, & quoniam non absq; ratione talis repetitio p̃sumitur facta ab ipso propheta, quia nihil temere in sacris literis positum esse credendum est, & quemadmodum supra diximus ex. D. Chrysostomo, omnia in sacris literis posita, etiam ipsos apices, esse diligenter inuestiganda: Idcirco prænominati doctores existimant per hanc vocem ter repetitam intelligi Sãctissimam Trinitatem: & quoniam de ea loquitur in numero singulari, per hoc designatur vnitas essentię. Dicitur ergo eiusmodi fides sanctę Trinitatis esse uia plana, tuta, & directa per quam incedentes errare in reliquis fidei dogmatibus non facile poterimus, de qua fide D. Atha. loquens. d. Hęc est fides Catholica, quàm, nisi quisq; fideliter, firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit. Sed quoniam per hanc viam, quam ex sententia veterum patrum constituimus, non excluduntur alię, quas pręposuimus, quin potius omnes coeunt, & recidunt in vnam; idcirco tutò poterimus dicere unam tantum esse uiam primam, & pręcipuam qua rectè possimus tendere ad sanctã Syon. idest ad Ecclesiam, locum et sedem Beatorum, alię demum sunt uię nos deducentes ad illam primam. Proinde. d. Dauid. Vias tuas domine demõstra mihi, & semitas tuas edoce me, forte respiciens ad eas uias, quas mox recensuimus, cuiusmodi est Ecclesia, pręcatio Euangelij, doctrina ueritatis, sancta, & laudabilis conuersatio, et deniquè firma fides, et certa cognitio articul.

D. Hier.

Athan.

Ps. 24.

culorum fidei, atque Deus est auctor, A dux, et comes noster p huiusmodi uias. qui dixit, sine me nihil potestis facere. Esaias respondet ipsi dd. cap. 2. d. eamus ad montem domini, et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis suis. Dub. 1. At dices quo pacto hęc uia sancta uocabitur, et directa ut per eam non transeat pollutus, et stulti non errent per eam, cum pleriq; circa misterium Trinitatis et alios fidei articulos longissime aberrarint, ac fędissime? B Dub. 2.

Propterea dicebamus hanc uiam esse planam, facilem, et rectam, et ab omnibus offendiculis, et scandalis semotam, et abiunctam: cum tamen Saluator noster apud Matth. palàm dixerit. Arcta est uia quę ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eã, cõtra verò: spatiosa, et lata ẽ uia, q̃ ducit ad pditionẽ.

Solutio. His obiectionibus facilè potest responderi aliud esse loqui de Ecclesia absolutè accepta, hoc est de coetu fide- C lium quorumcunq; tám bonorum, quã malorum, et aliud esse loqui de Ecclesia dumtaxat electorum, hoc est, de ijs qui sunt boni, et electi à Deo. Sic quoquè aliud est loqui de homine in desideriis carnis curam faciente, et post suas concupiscentias ambulante, et aliud est loqui de hõie q dei spiritu gubernat, & ducit: dicimus ergo, q via, et conuersatio iuxtà Euangelica pręcepta, dura et difficilis, ac strictissima est D cuicũq; desideria carnis insequenti. At qui voluerit ea diuino spiritu adiutus reprimere, et quoad fieri potest abijcere, erit plana, facilis ac lata. iuxtà illud Saluatoris. Iugum meum suaue est et Matth, 11. onus meum leue: Sic etiam potest responderi ad alia obiecta, quòd pollutus non transibit per eam, idest per Ecclesiam electorum, quoniam Beati immaculati in uia; neq; potest quis in huius Ecclesię albo uel indice conscribi, nisi E purgatus per baptismum, et per spiritum Dei ab omni macula mortali. Secus deinceps erit in cœlesti patria, quò nihil omnino inquinatum introibit. Dicit ergo propheta. Et erit ibi semita et uias et uia sancta uocabitur, non transibit per eam pollutus, uti diximus: aut saltim non transibit per eam sacri baptismatis unda nondum ablutus; et hęc erit vobis directa uia, non obliqua, neq; tortuosa neq; etiam fallax, ita ut stulti non errent per eam, quę particula poterit sic ad literam intelligi, q. d. hęc uia erit usq; adeo directa, ita ut stulti, cæcutientes, & ebrij, seu mente capti non habeant vnde errent. Potest etiam sic dici. stulti non errabunt per eam, quia scilicet numquam licebit eis transire per eam: quemadmodum v. g. dicere solemus iste homo, ut quis timidus, & nequam nunq̃ morietur in bello, quia nunquam ibit ad bellum, vel ad locum certaminis. At D. Hier. multo melius hanc partem exponit, quod videlicet stulti atq; vecordes non errent per eam, de quibus loquitur sapiens in Prouerb. cap. 9. Si quis est paruulus ueniat ad me, et insipientibus locuta est Prou. cap. 9. ipsa scilicet sapientia. Venite comedite panem meum, et bibite vinum, quod miscui vobis, relinquite infantẽ, & uiuite, et ambulate per vias prudentiæ, et pręterea stulta mundi elegit Deus, quorum stultorum princeps loquitur in psal. d. Deus tu scis insipientiam meam. Ps. 68. et stultum Dei sapientius est hominibus, hoc est, quod homines mundi stultum iudicant, probatur à Deo, et quod homines sapiẽtius vocãt, apud Deum stultum est. Vnde dicebat Apostolis. I. Cor. 1. Nos prędicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scãdalum, Gentibus stultitiam, nobis verò vocatis uirtutem Dei, et sapientiam, qui ergo apud homines stulti reputantur, sapientes autem apud Deum, non errabunt per eam i. per hanc uiam quę sancta, et directa nobis à Deo proponitur. Et præter id, *Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi.* Tex. 9. Nulli dubium per leonẽ nobis intelligendus est aduersarius noster Diabolus, qui tamquam leo rugiẽs circuit quærens quem deuoret. Malæ bestię sunt satellites eius, neq; ascẽdent per eam, nec inuenientur ibi: non enim ibi Demon requiem inueniet. Vnde coactus erit redire in domum unde exiuit. D Gregorius. 6. Mor. cap. 21. attestatur hoc idem; Greg. 6. mor cap. 21. quandoquidem merito bestia nuncupatur Sathanas,

quia ad rapiendas tempore mortis pec- A catorum animas violentia crudelitatis effertur: Quos enim viuentes, blandiens decipit, morientes multos seuius rapit: quare non ab re dicit Propheta de Ecclesia electorum sermonem habens, mala bestia non transibit per eam. Sequitur deinde propheta, & inquit. *Et ambulabunt, qui liberati fuerint* à morsibus, hoc est, & persecutione Demonum, ambulabunt, scilicet, de virtute in uirtutem, & absquè vllo B impedimento per hanc uiam directā, & expeditam, securi peruenient ad patriam. *& redempti à Domino conuertentur, & uenient in Syon cum laude*, & redempti (inquam) à Domino, & erepti de tiramnide ipsius Sathanę, quem iam Christus sua uirtute proiecit, ut canit Ecclesia. Calcauit hostem fortiter superbum, ac satellitem; liberati pariter, ac erepti à timore mortis ab ipso Domino, qui morti mortem attulit: iux- C tá illud oseę. O mors, ero mors tua; liberati sumus, & erepti à mundi fallacijs, & blandimentis. iuxtá illud Saluatoris. Confidite ego vici mundum. Eripimur tandem, & liberamur à concupiscentijs carnis, quia sicut ait Apostolus. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs. Sic itaquè redempti à Domino conuertentur, in se ipsos redibunt, & vanitatibus reiectis, & profligatis ui- D tijs conuertentur ad Deum, & venient in Syon, hoc est, pertingent ad cœlestem ciuitatem, hoc est Ecclesiam triūphantem. *Et ibi erit lætitia sempiterna super caput eorum. Gaudium inextimabile, & lætitiam cordis, & animi obtinebunt. & fugiet dolor, & gemitus*: procul enim ibi euanescet omnis tristitia, & quæcunquè dolorem inijciunt, quæ quidem in spe obtinebunt, dum sunt in Ecclesia pręsenti, perfecte autem, & absquè ullo metu obtenturi in futura patria, de qua loquebatur Paul. ad Hęb. 12. Accessistis ad montem Syon, & ad Ciuitatem Dei viuentis cœlestem Ierusalem. *Heb. 12.* D. Augustinus super his uerbis. Aufugiet ibi dolor, & tristitia, & gemitus hunc in modum perbelle digreditur. Nihil inquit ea uita beatius *Ser. 85. de diuersis.* vbi non est paupertatis metus, non egritudinis imbecillitas, nemo lęditur, irascitur nemo, nemo inuidet; cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris pulsatio, aut potestatis ambitio, nullus ibi Diaboli metus, insidię Demonum nullæ, terror gehennę procul, mors ibi nequè corporis, nequè animæ, sed immortalitatis munere, uita iucunda. Ibi ergo lętitia sempiterna super caput eorum, &c. quę sequuntur. Vide ibi. Dicitur lętitia sempiterna super caput eorū, quia .s. eiusmodi lętitia occupabit totum hominem, & non partem corporis tantum.

Et in hoc terminatur expositio cap. 35. Esaię prophetæ.

CAP.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

ET factum est in quartodecimo anno Regis Eze- 1.
chiæ, ascendit Sennacherib Rex Assyriorum su-
per omnes Ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et
misit Rex Assyriorum Rabsacen de lachis in Ie-
rusalem ad Regem Ezechiam in manu graui, &
stetit in aquaductu piscinæ superioris in via agri fullonis. Et e-
gressus est ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat super domũ, et
Sobna Scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariys. Et dixit 2.
ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiæ. Hæc dicit Rex magnus, Rex
Assyriorum: Quæ est ista fiducia, qua confidis? aut quo consilio,
vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam,
quia recessisti à me? Ecce confidis super baculum arundineum
confractum istum super Aegyptum cui si innixus fuerit homo in
trabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharao Rex Aegy
pti omnibus, qui confidunt in eo. Quod si responderis mihi In
Domino Deo nostro confidimus: nonnè ipse est cuius abstulit Eze
chias excelsa, & altaria, & dixit Iudæ, & Ierusalem coram al
tari isto adorabitis? & nunc trade te Domino meo Regi Assyrio-
rum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere a-
scensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem Iudicis vnius lo
ci ex seruis Domini mei minoribus? Quod si confidis in Aegy-
pto in quadrigis, & in equitibus, & nunc numquid sine Domino
ascendi ad terram istam, ut disperderem eam? Dominus dixit ad
me. Ascende super terram istam, & disperde eam. Et dixit Elia
chim, & Sobna & Ioahe ad Rabsacen, loquere ad seruos tuos syra 3.
lingua intelligimus enim, ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus
populi, qui est super murum. Et dixit ad eos Rabsaces. Numquid
ad Dominum tuum, & ad te misit me Dominus meus, ut loque- 4.
rer omnia verba ista, & non potius ad viros, qui sedent in mu-
ro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum
vobiscum? Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaicè,
& dixit. Audite verba Regis magni Regis Assyriorum. Hæc
dicit Rex: non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos.

Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens:
Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur Ciuitas ista in manu
Regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. hæc enim dicit
Rex Assyriorum: facite mecum benedictionem, & egredimini
ad me, & comedite vnusquisq; vineam suam, & vnusquisq;
ficũ suã, & bibite vnusquisq; quã cisterna suæ, donec veniã, & tol
lã uos ad terrã, quæ est, vt terra uestra terrã frumẽti, & uini, terrã
panum, & vinearum. Nec conturbet vos Ezechias, dicens. Do-
minus liberabit nos. Numquid liberauerunt dij gentium vnus-
quisq; terram suam de manu Regis Assyriorum? Vbi est Deus
Emath, & Arphad? Vbi est Deus Sepharuaim? numquid libe-
rauerunt Samariam de manu mea? Quis est ex omnibus dijs ter-
rarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat
Dominus Ierusalem de manu mea? Et siluerunt, & non respon-
derunt ei verbum. Mandauerat enim Rex, dicens. Ne respondea-
5. *tis ei. Et ingressus est Eliachim, filius Helchiæ, qui erat super do-*
mum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs ad
Ezechiam scissis vestibus, & nunciauerunt ei verba Rabsacis.

EXPLANATIO IN
TRIGESIMVMSEXTVM CAPVT
ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ET factum est in quartodecimo anno Regis Ezechiæ ascendit Senacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas; & caepit eas, & misit rex Assyriorum Rabsacem de lachis in Ierusalem ad Regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæductu piscinae superioris in via agri fullonis &c.*



4. Reg. 18. APITVLVM istud A quasi ad uerbum habetur 4 Reg. 18. et 2. Paralip. 32. Intentio prophetæ, pariter et textus totius capituli satis est notus: Ponit enim propheta hoc in loco istud factum, et hanc rem gestã sub hoc Rege Assyriorum, et uaticinatur; id quod post aliquod tempus erat futurum, ut Iudæi fidem adhiberent vaticinijs de Christo venturo prędictis: quoniam ratio ipsa postulabat, ut si q̃ ante Christum prędicta euenire perspicerent, ea etiam dubio procul quæ de

de Christo pronunciata erant, ventura esse nequaquam dubitarent. Alia ratio, quæ fortasse potuit mouere Esaiã ad conscribendum hoc miraculum ea fuit vt palàm demonstraret, quæ ab eo dicta erant de obsidione Ciuitatis Ierosolymæ, & eius liberatione in cap. 33. non fuisse somnia, & commenta, sed vera, & diuina vaticinia, quemadmodũ postea rei exitus comprobauit. Exitus inquam acta probat: fuit etiam hoc in causa, vt ostẽderet deum non deesse ijs, qui tota mente illi confidunt. Huius autem obsidionis id fuit in causa (quemadmodũ explicatur 4. Reg. cap. adducto) quia Rex Iuda rebellauit contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei: & ob id posset aliquis opinari non iniuria, sed meritò Regem Assyriorũ coepisse arma aduersus Ezechiã, cum recesserit a fœdere, & conuenctionibus initis inter Achaz patrem suum, & Regem Assyriorum: Veruntamen si quis diligentius consideret conditiones belli, & rei exitum, iudicabit omnino bellum istud fuisse iniustum: nam què licet Achaz pater Ezechię in maxima necessitate constitutus, inierit foedus cum rege Assyriorum, miseritquè ad eum argentum, & aurum, non tamen singulo quoq; anno cogebatur ex pacto persoluere hoc tributum. Quare non est dicendum à conditionibus pacis Ezechiam recessisse, quòd si belli exitum intuearis, constat (Dei prouidentia satis ostensum) bellum illud Assyriorũ aduersus Ezechiã fuisse illicitum. Quoties autem & quando fuerit expugnata Hierusalem pariter & Samaria ab Assyrijs me refero ad ea quæ dicit. D. Hier. lib. 11 super Esaiam.

4 Reg.

D.Hier.lib. 11.

Præterea notãdum ꝙ ad tractanda, & conficienda magni ponderis negocia adhibendi sunt viri graues, & experti, quiquè summa rerum prudentia, ac dexteritate polleant: quemadmodũ hoc in loco, & in hac expeditione vtrunque regem fecisse legimus. Assyrius enim misit Rabsacem Ducem, & pręfectum militiæ suæ, uirum strenuum, & in re militari satis expertũ in Ierusalẽ ad regem Ezechiã in manu graui .i. magna cũ authoritate, & põpa: Ezechias verò

A misit tres alios viros suę domus pręfectos gradu, atq; dignitate p̃insignes, vt Eliachim, qui erat supra domũ regis, & sobnã, qui erat scriba & Ioahe filius Asaph à Cõmẽtarijs, qui.s. scribebat acta, vel historias sui temporis, aut quæcũq; pertinebant ad Regnum; vel ut alij dicunt, qui referebat regi, vel suggerebat quæcunq; regem scire oportebat. Aexistimo hunc fuisse Consiliarium regis, aut à secretis deputatum: Sobna

B autem, qui hic recensetur missus ab Ezechia rege nõ est ille Sobna de quo scriptum est supra. 22. capite qui fuit prępositus tẽpli, & ob eius scelera, fuit amotus à loco, quoniam qui nunc recẽsetur, dicitur scriba; neq; is est quem dicunt aliqui perterritum minis ipsius Rabsacis prodidisse Ciuitatẽ Ierusalẽ. Hunc autem Rabsacen, nonnulli existimant fuisse filium ipsius Esaiæ, & tanquam profugum, & patris, ac patriæ

C proditorem commigrasse ad Assyrios, & ad eius expugnationem ira, & indignatione commotum concessisse. sicut etiam apud nostrates, hoc est fidei Christianæ professores aliquando contingit nonnullos aliqua occasione data, vel accepta ad turchas deficere, vel ad Hereticos, & aduersum nos arma suscipere. Alij putant ipsum fuisse de tribu Israel iam olim captiuatum ab Assyrijs, sed re uera nullum habet fundamentum

D stabile, & firmum eiusmodi opinio, & fortasis non esset à vero valde aberrãs ipsum fuisse natione Iudęum. At Esaię filiũ nequaquã crediderim. Dicit tex.

Et dixit ad eos Rabsaces dicite Ezechiæ. Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum, quæ est ista fiducia in qua confidis? aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? Super quem habes fiduciam? quia recessisti a me? Notanda est in his verbis astutia, fastus, & superbia istius impij Ra-

Tex. 8.

E bsacis, qui ut ciues Hierosolymitanos in suam traheret sententiam atq; ad deditionem induceret multis vsus est cautelis, & rationibus: Primo quidem velut illudens, & deridens morem prophetarum qui cum aliquid prædicunt, ac præcipiunt, quo suis dictis prębeatur fides, et authoritas hęc primũ verba afferre solent, v3. Hæc dicit Dominus

Mos Prophetarum.

nus Deus. factum est verbum domini A
ad me. Hæc locutus est Deus , sic &
iste imitatus eorum consuetudinem,sic
est exorsus . Hæc.d.Rex magnus, rex
Assyriorum tanquam vellet impudens
homo regem Assyriorum conferre cũ
Deo verè maximo, & regum omnium
& totius orbis dominatore . Cum ve-
rò subdit , *quæ est ista fiducia qua confi-*
dis? q.d.nulla sese tibi ò Rex Ezechias
offert occasio, nulla est causa qua rece-
das à me,cum nullæ tibi sint uires, qui- B
bus regi potentissimo valeas umquam
obsistere, quæ verba dixit ipse Rabsa-
ces , vt eluderet ea quæ dixerat Eze-
chias bellatoribus suis in platea portę
Ciuitatis, vbi conuocauit vniuersos &
locutus est ad cor eorum d. Viriliter a-
gite,& confortamini,noli te timere,nec
paueatis regem Assyriorum , & vniuer
sam multitudinem quę est cum eo :
Multo enim plures nobiscum sunt q̃
cum illo. Cum illo enim est brachium C
carneum,nobiscum verò est dominus
Deus noster qui auxiliator est noster,pu
gnatq. pro nobis . Confortatusquè est
populus huiuscemodi verbis Ezechię
regis Iuda . Deinde cum.d. ipse Rabsa-
ces . *Super quem habes fiduciam quia re-*
cessisti à me? *Ecce tu forsitan confidis su*
per baculum arundineum confractum,
hoc est *super Regem Aegypti*? Volebat
in his verbis auferre , vel extrahere ab
eo,aut potius subtrahere nunquid à Re D
ge Aegypti,vel à quocũq; alio peteret ,
aut expectaret aliquod auxilium. Quã
doquidem falsum & à veritate alienũ
prorsus erat Ezechiam regem à Pha-
raone auxilium petijsse . Sed quod ille
dixerat, suspitio eius erat vel temeri-
tas, aut etiam tentandi occasio : Dice-
bat ergo , & suadebat ne Aegyptiorũ
viribus niteretur , quod perinde erat,ac
si quis arundineo baculo confracto,aut
scipioni contuso niteretur , quando E
non solum ipsum haudquaquam susti-
nere sit potẽs,sed manum potius ipsius
perforare , & vulnerare facile poterit :
& re vera stultus hic homo & diuinorũ
secretorum omnino ignarus non est lo
cutus verba, neq; sententiam futilem
& vanam ; quandoquidem nullæ uires
humanæ quantęcunq; sint (secluso Dei

oĩpotentis auxilio) poterũt nobis in qui
busuis actionib⁹,nedũ in magnis angu
stijs & calamitatib⁹ aliquas ferrẽ suppe-
tias. Cæterũ quia nouerat ipse Rabsa-
ces Ezechiam regẽ (vt iam diximus)
suam constituisse fiduciam in domino
Deo suo, eludit, et euertit, aut euerte-
re nititur, & penitus amouere suã hanc
fiduciam.d. *Nonnè ipse est cuius abstulit*
Ezechias excelsa & altaria? *& dixit Iu-*
dę,& Ierusalem coram altare isto adora-
bitis? Sensus est qua ratione , quo sub
pretextu dixit callidus iste serpens.po
testis uos in domino Deo vestro spem
vllam constituere , quem tantopere ad
iracundiam prouocastis ? & infensum
maximè , & subiratum vobis reddidi-
stis : Nonne deus vester ille ipse est,cu
ius excelsa,& altaria, loca sacra demo-
liti estis ? & ad unius solius loci angu-
stiam eius numen reduxistis? facto edi
cto Iudę & Ierusalem , coram altare
isto adorabitis, & non alibi? Quod qui
dem verum fuit , et rite factum , et ab
ipso Deo iam olim pręceptum , ne in
lucis, et montibus,et quibusuis alijs lo
cis pręterquam in templo , eius ipsius
Dei iussu constructo, et eius numini di
cato liceret cuiquam sacra facere. Vn-
de manifeste colligitur falsum protu-
lisse hunc Rabsacem Deum scilicet su-
biratum , et ad iracundiam prouocatũ ,
quòd Rex Ezechias iustus , ac pius et
verus Dei zelator abstulerit excelsa, et
euerterit altaria, quæ superstitiosi ho-
mines contra legem , et Dei mandata
perperam erexerant . At qui verũ quo-
què est, et ne utinam improbandum ,
quod ex verbis illius hominis impuri
colligitur,quod scilicet si Deus aduer-
sus Ezechiam , et populum Iudæorũ
esset aliqua indignatione cõmotus,fru
stra,et sine causa eius numen implora-
rent suoq; auxilio niterentur ; id quod
sępenumero nos miseri magno nostro
malo experimur,quàm grauia damna,
et detrimenta ab irato Deo ob scelera
nostra patimur, ac subimus: Neq; mi-
reris ab homine peccatore , et Deo odi
bili quandoq. veritas proferatur , cum
scriptum sit. Veritas à quocunq; dica-
tur à Spiritu sancto est . Verum est .n.
& sæpe repetendum impossibile fore
Deum

Deum habere propitium, si velimus in peccatis, & criminibus persistere & Dei maiestatem contemnere. iuxta illud Ioan: 9. scimus quia peccatores Deus non exaudit, sed si quis cultor est Dei, & veritatem facit, hunc Deus exaudit. Nec solum ex sacris literis hoc salubre documentum, seu doctrinam excipimus, verum ex auctoribus quibusdam prophanis, qui christianam veritatem magna ex parte emulati esse videntur, hoc idem elicitur. Dicit enim Seneca. Deu in prosperis rebus fore obsequio conciliandum non criminibus irritandum; & in aduersis cum fiducia, & alacritate ad eundem confugiendum, quo nobis præsto esse velit. Dum his rationibus, seu potius fallacijs sibi ipsi persuasus esset callidus Rabsaces, tantisper animos eorum qui missi erant ab Ezechia rege permouisse, tanquam re omnino confecta subdit. d *Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum nec poteris ex te præbere ascensores eorum. & quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus?* Quasi dixisset qd ergo facitis? quid cunctamini? cum has vobis rationes, & causas tam graues, & potentes adduxerim, ne amplius moremini, neq; ancipites, & perplexi quid vos facere oporteat cogitetis, sed omni cura postposita, omniuè cunctatione abiecta, trade te ô Rex Ezechias domino meo regi Assyriorum, cum præsertim nō sit vobis is numerus bellatorum, quo possitis vllo pacto resistere tam numeroso exercitui regis Assyriorum, id quod facile re ipsa cōprobabitur, quia si dabo vobis duo millia equorum, non poteritis ex vobis præbere ascensores eorum. q. d. non tot equites, aut uiros strenuos inter vos ipsos reperire poteritis, aut seligere, qui possint ascendere hunc numerum equorum, & sic equites armati & phalerati aggredi exercitum nostrum: Proindè non est quo amplius differatis, sed quantocius tradite uos domino meo regi Assyriorū, vel tradite vos domino meo, scilicet adiungite vos illi, & miscemini nobiscum. Quidam expositores existimant hæc duo millia equorum oblata regi Ezechiæ, eam ob causam dumtaxat fuisse eidem oblata, quo ipse Rex daret obsides, & pignora regi Assyriorum cui ipse vicissim ea duo millia equorum tradidissent, ad ineundum foedus, & amicitiam inter utrunquè: sed prior expositio mihi videtur longe melior: Cum præsertim ex verbis immediate sequentibus illa confirmetur, quibus enititur Rabsaces ipsius regis Ezechiæ impotentiam, & imbecillitatem patefacere dum inquit. Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex minoribus seruis domini mei? q. d. si non habes in vniuerso tuo exercitu & uiris bellatoribus tot homines, qui nouerint ascendere duo millia equorum, & consequenter sustinere faciem, idest præsentiam, & potentiam iudicis vnius loci. v. g. comitis vnius oppidi, aut alicui' paruulę regionis Ducis, aut principis, qui sunt ex minoribus seruis tanti regis, quo pacto, quibus armis, qua virtute poteris sustinere exercitū tam magni regis? & quomodo nouerat iste ipsum Regem Ezechiam non habere tot homines, qui possint ascendere, & urgere, ac agitare duo millia equorū? fortasis (ut inquit D. Hier.) nouerat hoc ex lege quam per Moysem pcepit ipse Deus ipsi Israeli. Deut. 17. d. Non multiplicabis tibi equos, nec reduces populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus, præsertim cum dominus præceperit vobis ut nequaquā amplius per eandem uiam reuertamini. Dicitur autem quis sustinere faciem alicuius, cum illum expectat, non timet aut retrocedit, seu fugam parat; sed sustinet viriliter impetum illius, siue Rex, aut princeps, & quiuis alius hostis, & quoad fieri potest obsistit, & illi negocium facit: & quoniam suspicabatur ipse Rabsaces, Iudæos ei responsuros, quamuis multos equites ad bellū instructos nequaquam habeamus, speramus tamen quàm citissime currus, & equites Aegyptios ad nos venturos, hanc eorum fiduciam remouet. d. Qđ si confidis in Aegypto in quadrigis, & in equitibus; & nunc dicit ipse. *Nunquid sine domino ascendi ad terram istā, vt disperderem eam? Dominus dixit ad me.*

Ioan. 9. — *Seneca.* — *Tex. 3.* — *D. Hier.* — *Deut. 17.*

me. Ascende super terram istam, & disperde eam. Vide quam vafer, & callidus fuerit iste homo edoctus, & instructus à Demone, quòd quamuis (vt dictum est supra) hæc fuerit eius imaginatio, aut suspitio, Ezechiam innixum fuisse presidio Regis Aegyptiorum, hoc tamen aliud diuerticulum sumit mendacissimum, ut perterreret miseros Iudęos, atq; omnino nulla temporis dilatione se traderent regi Assyriorum. d. se missum esse à Deo ad expugnandam Ciuitatem Ierusalem, & disperdendum eam.

Tex. 5. *Et dixit Eliachim, & Sobna & Ioahe Nuncij Regis, & præfecti ad Rabsacem. loquere ad seruos tuos Syra lingua, intelligimus n. ne loquaris ad nos Iudaice in auribus populi, qui est super murum, ne scilicet audiāt verba quæ dicis.*

Id autem dicunt, quia timebant ne populus qui erat super murum Ciuitatis audiens sermones Rabsacis partim cō minatoria, partim hortatoria, & multis pollicitationibus redundantia moueretur ad deditionem, & defectionem, dū præsertim id fieri nutu, & voluntate Dei, ab eo dicebatur, quandoquidem.

Virgilius. Cyrillus. Scinditur incertum studia in contraria vulgus & velut ait Cyrillus, vehementer tepidum est, ut plurimum, vulgus & procliue admodum ad contemptum maxime ingruente bello, & cede expectata, aut vrbis incendio. Quare satis prudenter rogabant ipsum Rabsacem, ne loqueretur eis lingua satis nota, & populis intelligibili, & preterea rationabile est, ut. d. Lyranus, quod oīs tractat⁹ foederis aut pacis sit secretus quousq; fuerit perfectus & conclusus. At ipse Rabsaces optime intellexit, nec ignorauit causam, cur prohiberetur loqui iudaicè; propterea inquit. *Nunquid ad Dominum tuum, & ad te.* v. g. princeps, aut orator *misit me dominus ut loquerer omnia uerba ista, & non potius ad viros qui sedent in muro, ut comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum.* Sensus horum verborū est, quę & ipsa plena erant insigni audacia, & temeritate, se. s. potius missum esse ad populū, qui maxima præmebantur egestate, & multo magis præmendi, & affligendi erant, si diutius sub imperio Regis Ezechię persistere decreuissent: quandoquidem miseri, & infoelices Iudæi (dicebat ille) nisi ab illo infœlici dominatu subtraxerint se, comedent stercora sua, & bibent vrinam pedum suorum, idest vrinam quæ cadit sub pedes eorum, & hoc est quod vult innuere cū dicit. Sum missus potius ad viros, qui sedent in muro, ut comedant stercora sua, scilicet ut sciant se comesturos stercora sua si in hac obstinatione perstiterint; aut missus sum ad uiros qui sedēt in muro, ut sciant tanta se laboraturos inopia famis, et sitis, ut comedāt stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum si non recesserint à fide, & obedientia regis Ezechiæ. Vide quęso quā contumeliosus fuerit homo iste, & quos ex impuro corde sermones eructet, dictitans & palam asserens propterea ipsū loqui velle iudaicè, ut qui sedent in propugnaculis ad custodiendam Ciuitatē eò necessitatis cogerentur adduci, ut propter inopiam panis, et aquæ faciāt sibi cibum et potum ex his quæ sunt omnino canibus inuisa, et mirum immodum molesta. Rabsaces autem ita loquębatur ut seditionem quādam popularem concitaret qua multitudo & metu perturbata, et spe salutis allecta repente conuerteretur. Sed in hac locutione, duo nobis ocurrunt annotanda, ne quid aliqua ex parte scitu dignū omittatur: ex eo namq; quòd iste Rabsaces dux Assyriorum exercitus iudaice loquebatur, colligunt nonnulli ipsū fuisse Iudęum, et quod deterius est, seu potius admirabilius existimant Esaiæ filium fuisse, quod quidem ego non admitto; vt paulò antè dixit nullum uideo incommodum, neque insuetum quemquam pluribus in locis versatum, pluraq; ac diuersa negotia versantem plurium nationum linguis commode posse loqui, et easdem intelligere cuius rei occasione eliciunt nonnulli, nihil fore admirationis, si plerunq, videmus aliquos à catholica religione maximè alienos, loqui verba catholica, et catholicæ veritati consona, quemadmodum nostra hac tempestate, et prioribus et sæculis, legimus multos Hęreticos in

suis dogmatibus Christianorum auribus inserendis, sententias sanctorum patrum tamquam proprias adduxisse: propterea monebat ipse saluator Discipulos suos dicens. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; & alibi. Cauete à fermento Phariseorum quod est hipocrisis: & quemadmodum mala, & impertinens consecutio erat, si dixeris. Rabsaces loquitur lingua Iudaica, ergo est Iudæus, tu loqueris lingua Hispanica, ergo es hispanus, sic non valet consecutio. Iste loquitur verba euangelij, vtitur auctoritatibus sacræ scripturæ, vtitur testimonio sanctorum patrum ergo, est catholicus, & verè Christianus, negatur cõsequẽtia: sed is est verè Christian⁹ dicit Chr̄s. Matth. 7. qui audit verba mea, & facit ea. Aliud hic notandũ numquã in conspectu hostium quicquam timoris, aut formidinis ostendendum esse, sed forti, & constanti animo oportet hominem esse, nihiluè omnino pertimescere, sed neq; ab eo aliquid expetere, quo ipse potentiorem se, & animosiorẽ fore sibi ipsi persuadeat. vnde Christus. Nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete & c.

Matth. 7.

Matth. 10.

Præter eas quas hucusq; adduxit rationes ipse Rabsaces, quo spem omnẽ Iudæis tollat & fiduciam omnem resecet, aliam rationem, quamuis mendacissimam, non modo ad persuadendum, quin potius ad compellendum quo se se Assyrijs dedant Iudæorum animos in medium adducit, satis improbè, & impudenter, affirmans se non sine Domino, imo ipsius iussu, & mandato, cum tam graui manu ascendisse ad Ciuitatem Ierusalem expugnandã, & disperdendam sic dicẽs. *Et nunc numquid sine domino ascendi ad terram istã, vt disperderem eam: dominus* (inquam) *dixit ad me. Ascende super terram istã, & disperde eam.* Et nunc quasi.d. prætereo, & omitto & tanquam silentio p̄terire volebam me.s. ex voluntate Domini vestri, & eius pręcepto ascendisse ad terram istam; putatis ne quòd Rex meus, quamuis magnus, & præpotens fuerit, hoc negocium aggressus, tot sumptibus, ac vitæ discriminibus, nisi Deus vester hoc illi mandasset? Certe hoc eius argumẽtum est multo, quàm cætera validius, & efficacius ad commouendos, ac perterrendos animos Iudęorum. Vnde quidam dicunt, Sobnam scribam ex nuncijs regis, & è Ciuibus primarijs Ierusalem ea ratione perterritum magnam partem ciuitatis proditione in Assyriorum manus tradidisse; sed vt supra diximus hoc nõ oĩno probatur Cum itaq; prohibitus esset Rabsaces, aut potius rogatus, ne talia uerba Hebraica lingua, sed Syriacè vellet effutire, ipse improbus, & effrenis magna voce clamauit iudaicè & dixit.

Audite verba Regis magni Assyriorũ. Hęc dixit Rex. Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos, & non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Dominum dicens. Eruens liberabit nos dominus, non dabitur ciuitas ista in manu Regis Assyriorum nolite audire Ezechiam &c. *Tex. 4.*

Frequenter in hoc capitulo detegitur improbitas, & mala educatio ipsius Rabsacis: loquitur quidem de Ezechia rege satis impudẽter, simplici dũtaxat appellatione, nõ addito Regis titulo, nec alia re quapiã uiris ea dignitate p̄ditis decẽtissima; sed regẽ Assyriorũ non hoc ipso cõtẽtus nõne simpliciter vocat, sed magnum ẽt appellat: Et re uera nõ leuis est iniuria, dũ quis aliqua dignitate insignitus, vel virtute prędit us nõ eo titulo ac nomine quid eius personę conueniat, vocitetur: is quidem abusus ęgrè admodũ fertur, quoniam sic videtur paruipendi. Quare & cet. Deinde cum inquit. Non decipiat vos Ezechias super domino. d. Eruens liberabit nos dominus, quandoquidem bellum non pręcibus, aut verbis, sed armis conficitur, & p̄pea nisi aliud consiliũ vobis dederit Ezechias actũ est de vobis. Idcirco subdit. *Hac dicit Rex Assyriorum. Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me ut comedatis vnusquisquè vineam suam &c.* vsq; ad illam partem. Nec conturbet vos Ezechias. dicens, dominus liberabit nos. *Facite inquit mecum benedictionem.* sensus horũ verborum est. Benedicite mihi, commen

Facere benedictionē quid. mendate me, date mihi hunc honorē, vt sine armis, et pugna vos pacifice obtineam. Vel facite mihi beneditionem idest benigne mecum agatis, & egredimini ad me, et comedat vnusquisq; vineam suam, et fruatur quisq; suis bonis, donec veniam sup. de Aegypto, et tollam vos ad terram, quę est ut terra uestra pinguis, et opulenta, terra frumenti, et vini, terra panum, et uinearū: non ausus est nominare hanc terram quia nulla erat similis terrę promissionis, aut saltem equalis: et pollicetur eos trasferre ad terram suam, vt tutius eis dominaretur. Vel tertio facite mecum benedictionē .i. cōcordate mecū, cōueniam⁹ simul, statuamus amicitiā, et foedus, ac pactū īter nos ineamus. 4. *4. Reg. 18.* Reg. 18. sic legitur. facite mecum qđ vobis vtile est, egredimini ad me, et vnusquisq; tutò, et liberè potiatur quicquid habet. Vnde et alij sic exponunt. Facite mihi benedictionem, idest facite, ut ego habeam uos benedicendi causam, et vos quoq; benedicatis mihi: uide quæso quam uafer fuerit homo iste, prius enim edixerat iussu domini cępisse hanc pugnam, cum tamen nullibi legatur id Deum pręcepisse: Deinde, nihil quo assequeretur quod iam proposuerat omisisse conspicitur, nulli rei pepercit, nullam prætermisit occasionem; sic quoq; plerosq; fieri videmus, qui dum quicquam concupiscunt, nullum flagitij genus omittunt, imo quādoquè tantum audent, ut sui facinoris non solum testem, sed principem, et au ctorē affirment esse Deum, quod quā graue sit peccatum nemo non uidet.

Tandem circa finem prosequitur iste mendax, et sceleratus homo. *Non conturbet inquit uos Ezechias .d. Dominus liberabit nos, nunquid liberauerunt Dij gentium unusquisq; terram suam de manu Regis Assyriorum &c.* usq; ad illum locum. *& siluerunt, & non responderunt ei verbum: mandauerat enim Rex .d. ne respondeatis ei.* Vide quęso quod argumentum infirmum, et inualidum addu xit iste homo uidelicet.

Dij gentiū, et aliarum ciuitatum nō potuerunt eruere ciuitates illas de manu Regis Assyriorum, ergo neq; Deus Hębreorum poterit liberare ciuitatem Ierusalem de manu eiusdem regis Assyriorum: huic homini blasphemo, & insigniter ignauo potest responderi negando consequentiam, & rationem adduco, quandoquidem dij aliarum Ciuitatum erant lapides, et ligna, et nihil aliud quàm humanæ manus opificia, at Deus Ierusalem imo Deus uniuersi est uiuus, et uerus non recens aut fictus, sed potius opifex, & factor omnium rerum tam visibilium quam inuisibilium, propterea nō sequitur istud fallax argumē tum. Vnde rectè dicit Hact. lib. 2. cap. *Hact. lib. 2. cap. 3.* 14. Quid maiestatis aut poiæ possunt habere simulachra, quæ fuere in hominis potestate, vel vt aliud fierent, vel vt omnino non fierent. Cum subdit. & siluerunt, & non responderunt ei verbum .s. Nuncij regis Ezechiæ: mandauerat enim Rex .d. Ne respondeatis ei. Saluberrimum quidem præceptum hominibus blasphemis, & contentiosis, & præsertim contra Deum insolescentibus nequaquam esse respondendum, iuxtà illud prophetæ. Ne respondeas *Prou. 26.* stulto iuxtà stultitiam suam, & Dauid ps. 38. Posui ori meo custodiam cum *ps. 38.* consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: Namq; imperitis sermonibus, & fastui barbarico, linguæq; contra Deū petulanti illacrymari potius quam reclamare oportet. & velut communiter, & vulgo dicitur. Contra verbosos noli contendere uerbis, & præsertim contra blasphæmos, iuxtà illud Eccles. 8. Ne succendas carbones peccatoris arguens eum. & ita factum est. Rab *Eccles. 8.* sacem illum ab ejs recessisse absq; ulla desiderij sui consequutione. qua re facile potuit cognoscere quantum regis Ezechię apud suos potuerit authoritas, ut ex eius præcepto nullus eorum, qui circumerat præsumeret quicquam blasphemo illi respondere. qui cum abscesserit. d. textus

Tex. 5. *Ingressus est Eliachim filius Elchię qui erat super domum, idest magister, & præfectus regiæ domus, & Sobna scriba,* Qui qđ ē vt ex hoc loco patet non erat is, qui metu perterritus prodidit Ciuitatem, & Ioahe

Ioahe filius Asaph à Commentarijs ad Ezechiam scissis vestibus, id quod signum erat doloris, ac tristitiæ, quæ eorum animos obsederat ob graues blasphemias in Deum, & in Regem suum ipsius Rabsacis, vel ob timorem, ne A fortè ciuitas ab hostibus quam primũ expugnaretur qui tandem sic affecti, nunciauerunt ei verba Rabsacis plena animositatis, & audaciæ.

Et in hoc terminatur expositio huius cap. 36. Esaię prophetæ. Laus Deo.

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

ET factum est, cum audisset Rex Ezechias, scidit 1.
vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intra-
uit in domum Domini: Et misit Eliachim, qui e-
rat super domum, & Sobnam Scribam, & Senio-
res de Sacerdotibus opertos saccis ad Esaiam filiũ
Amos Prophetam, & dixerunt ad eũ: Hac dicit Ezechias: Dies
tribulationis, & correptionis, & blasphemia dies hac, quia vene-
runt filij vsq; ad partum, & virtus non est pariendi. Si quo
modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex
Assyriorum Dominus suus ad blasphemandum Deum viuentem,
& exprobrandum sermonibus, quos audiuit Dominus deus tuus:
leua ergo orationem pro reliquijs qua reperta sunt. Et *venerunt* 2.
serui Regis Ezechia ad Esaiam, & dixit ad eos Esaias. Haec di-
cetis domino vestro. Hac dicit Dominus, ne timeas à facie ver-
borum, quae audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assy-
riorum me Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nuncium, &
reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in ter-
ra sua. Reuersus *est autem Rabsaces, & inuenit Regem Assyrio-* 3.
rum preliantem aduersus lobnam. Audierat enim quia pro-
fectus esset de lachis, & audiuit de Tharaca Rege Aethiopiae, di-
centes: egressus est, vt pugnet contra te. Quod cum audisset, mi-
sit nuncios ad Ezechiam, dicens. Haec dicetis Ezechiae regi In-
dae loquentes. Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, di-
cens. Non dabitur Ierusalem in manu Regis Assyriorum. Ecce
tu audisti omnia, & quae fecerunt Reges Assyriorum omnibus ter-
ris, quas subuerterunt, & tu poteris liberari. Nunquid eruerunt
eos dij gentium quos subuerterunt patres mei Goram, & Haram,

& Re-

& Reseph & filios Eden, qui erant in Talassar? Vbi est rex Emath
& Rex Arphad, & Rex urbis sepharuaim; Ana, & Auà,
4. Et *tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos,*
& ascendit in domum Domini, & expandit eos Ezechias coram
Domino. Et orauit Ezechiàs ad Dominum .d. Domine exerci-
tuum Deus Israel, qui sedes super cherubim tu es Deus solus om-
nium regnorum terrae, tu fecisti cœlum, & terram. Inclina Do
mine aurem tuam, & audi: Aperi Domine oculos tuos & vide,
audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemãdũ Deũ
viuentem. Vere enim Domine desertas fecerunt reges Assyrio-
rum terras, & regiones earum, & dederunt Deos earum igni:
non enim erant dij sed opera manuum hominum, lignum, & la-
pis, & cõminuerunt eos. Et nunc Domine Deus noster salua nos
de manu eius, & cognoscant omnia regna terra, quia tu es Domi-
5. *nus solus.* Et *misit Esaias filius Amos ad Ezechiam dicens. Hac*
dicit Dominus Deus Israel: Pro quibus rogasti me de Sennache-
rib rege Assyriorum hoc est verbum quod locutus est Dominus
super eum, despexit te, & Subsannauit te Virgo filia Syon, post te
caput mouit filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphe-
masti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem ocu
lorum tuorum? Ad Sanctum Israel. In manu seruorum tuorum
exprobrasti Domino & dixisti. In multitudine quatrigarum
mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga libani, & suc-
cidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introi
bo altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius. Ego fodi,
& bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos agge-
6. *rum.* Nunquid *non audisti quæ olim fecerim ei? ex diebus an-*
tiquis ego plasmaui illud, & nunc adduxi: & factum est in era-
dicationem collium compugnantium, & Ciuitatum munitarum.
Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi
sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascua, & herba te
ctorum, quæ exaruit antequam maturesceret: Habitationem tuã,
& egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & in saniam
tuam contra me. Cum fureres aduersum me, superbia tua ascen-
dit in aures meas: ponam ergò circulum in naribus tuis, & fre-
num in labijs tuis, & reducam te in uiam per quam venisti. Tibi
7. *autem hoc erit signum. Comede hoc anno quæ sponte nascuntur,*
& in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio semina-

te, &

te, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. Et 8.
mittet id quod saluatum fuerit de Domo Iuda, & quod reli-
quum est radicem deorsum, & faciet fructum sursum, quia de
Ierusalem exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Syon: Ze-
lus domini exercituum faciet istud. Propterea *hæc dicit Do-* 9.
minus de Rege Assyriorum: Non intrabit Ciuitatem hanc,
& non iaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, &
non mittet in circuitu eius aggerem. In via, qua venit, per
eam reuertetur, & Ciuitatem hanc non ingredietur, dicit
Dominus, & protegam ciuitatem istam, vt saluem eam pro-
pter me, & propter Dauid seruum meum. Egressus *est an-* 10.
tem Angelus Domini, & percussit in castris Assy-
riorum, centum octoginta quinque mil-
lia. & surrexerunt mane,
& ecce omnes ca-
dauera
mortuorum. Et egressus est, & abijt & reuersus
est Sennacherib rex Assyriorum, & ha-
bitauit in Niniue. Et factum
est, cum adoraret in
templo Nesroch
Deum
suum, Adramelech, & Sarasar filij eius per-
cusserunt eum gladio, fugerunt-
què in terram Ararath, &
regnauit Asaraddon
filius eius
pro eo.

EX-

EXPLANATIO IN TRIGESIMVMSEPTIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ET factum est, cum audisset Rex Ezechias, scidit uestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum Domini &c.*

CAPVT istud est satis prolixum, non ideo tamē longam & nimis accuratam postulat expositionem, solum verba quędam, & dicta aliquanto obscuriora duximus annotanda esse, ac consideranda, quæ quamquam ab alijs interpretibus fuerit diligenter exposita; nos tamen absq; ulla ui, & extorsione eadem explicare conabimur, & fortasse magis ad literam, Dicit ergo. *cum audisset rex Ezechias eiusmodi nuncios quos miserat ad Rabsacen scidit vestimenta sua.* Et hoc quidem prę nimio dolore, & tristitia, quæ inuasit cor suum, & vehementer afflixit, quēadmodum & nos facere consueuimus, dum aliquod triste, & afflictiuum ad aures nostras ex tempore, & præter expectationem affertur. Solemus, inquā in eo casu proijcere pileum, infulam, & quicquid aliud manu, vel in capite eo tempore gesserimus. & obuolutus est sacco, id quod erat vestitus ignobilis, & contemptibilis, mærorisq; ac tristitiæ signum manifestum; nec non argumentum satis euidens pœnitentiæ, & hominis contriti. Hęc autem fecit Ezechias tùm quia ferre non poterat animo pacato blasphemias Rabsacis erga Deum suum, tùm quia ex Nuncijs eundem nequaquam mitiorem effectum audierat, quin potius animo obfirmato, ac deliberato expugnare Ciuitatē, & eam prorsus euertere, aut tandem, quia existimabat ob sua, uel ipsius po-

A puli peccata, Deum illi fore infensum, & iratum, quod quidem fieri maximè necessum est, dum.s. cuiquè persuasum est sua ob peccata, ac preuaricationes Deum ad iracundiam prouocatum iri, & ideo quandoq; flagella nobis immittere: tunc enim uitæ emendatione, & delictorum ablutione placandus est Deus, ut suā nobis opem misericorditer largiatur; quòd si secus fecerimus & pertinaces, ac obstinati esse uoluerimus,

B nullus erit finis malorū, quousq; præcipites in tartarū deijciamur. Quare prudenter admodum, et religiose cum nullum in humanis viribus auxilium Rex preuideret, opere prętium fore duxit ad Deum supplex pręcibus confugere, cumq; de suis meritis nihil, aut parum admodum præsumeret, misit priores legatos, & quam plures alios Seniores, & uiros graues ad Esaiam filium Amos prophetam. Cuius consi-

C lio, præcibus, & suffragijs sperabat cū primis Deum placari, & fore ei propitium, tum res suas melius disponi. Vbi uidere licet quanta sit bonorum uirorum dignitas & existimatio, dum ad eos, quamuis aliquando pauperes, & abiectos rogatum mittunt. Id quod cunctis ferè temporibus apud probos, et cordatos viros, principes, & Magistratus hiscè occasionibus factitatum esse comperimus, et hi quoq; nuncij, et

D legati ab eo missi, saccis obuoluti, seu potius circumamicti, quemadmodum apud nos fieri solet ab ijs, qui in societatibus, et sodalitijs quibusdam cōfratres dicuntur: id autem fecere ad osten-

ostendendũ quo maxime præmebãtur dolorem,& afflictionem,atq; ut prophetam ad cõmiserationem facilius commouerent. Nos quoq; instar horum cũ timore belli,pestis,aut penuriæ, aut alijs ꝓmimur angustijs publicas orationes,& suffragia agere cõsueuimus quibus Deum ob scelera nostra grauiter offensum placare nitimur,& habere ꝓpitium, quãdoquidem in his difficultatibus nullum potest haberi pręsentius, & efficacius remedium. quod autem in quibusdam codicibus legitur Esaiã filiũ Amos prophetæ nõ est satis probãdum,licet nõnulli asserãt patres ꝓphetarum,& ipsos quoq; dictos fuisse prophetas. litera à nobis exposita, omnẽ excludit difficultatẽ,q̃uis aliqui dicant Esaiam humilitatis ergo,& causa iactationis uitãdæ,noluisse se hoc loco appellare prophetã. Verum in codicibus nuper emendatis sic legitur. Ad Esaiã filium Amos prophetam. & dixerũt ad eũ. Hęc dicit Ezechias,nõ appellant eũ titulo regis,tum ꝓp humilitatem,& deiectionẽ,q̃ volebant obstẽdere ipsius regis,qua s. nõ audebat se regem appellare coram propheta,tum quia in eo statu erant res ipsius,& ferè in eam conditionẽ adductę,ut non amplius Rex,sed priuatus homo uideri potuisset, & inqt ipse Ezechias. exponunt .s. ipsi Nuncij verba ipsius. Hæc dicit Ezechias. *Dies tribulationis,& correptionis et blasphemiæ, dies hæc quia venerunt filij usq; ad partũ, & virtus non est pariendi.* Iurè quidem dies hæc uocaẽ dies tribulationis, qua Ciuitas Ierusalem,& vniuersa Iudæa ꝓmitur,& conflictatur,quia vndiq; obsidetur,& magna uis & potẽtia est Assyriorum èquorũ manibus,nisi Deus adsit,uix elabi poterimus:dies ergo tribulationis dies correptionis, quo Deus iã nos corrigit,& flagellat ob multitudinem peccatorum nostrorum: Hęc dies blasphemiæ, qua impij, & infideles Assyrij Dei maiestatem impudenter & impunè blasphemant. Dies,inquam,blasphemiæ, qua diem hunc, quo tot malis efficimur,& tot in discriminibus versamur, blasphemare cogimur, & execrari, quia venerunt filij usq. ad partũ, & virtus non est pariendi.q.d. cuius conditionis nos sumus,cuius matres emissuræ, & producturæ partum maximis pręmuntur angustijs,& doloribus,dum fœtus ad uuluam, seu ad orificium matricis peruenerit, vbi propter angustiã loci violenter oportet cedere,in quo casu nõ alius plerunq; expectatur exitus, nisi ipsa mors, uelut contigit pauperculæ nepti meæ, eius filia quam pariebat dum egressura esset ex vterò,deficiente virtute pariendi,infoelix mater dolẽs, ac lugens mortem obiuit. qua similitudine vult innuere ꝓpheta maximas, & penè incredibiles angustias, quibus ille populus tenebatur. Hanc similitudinẽ pleriq; ad mores referentes dicũt. Quòd peccatores, dũ tribulationes, & angustię, ꝓmunẽ ꝓparãt se ac disponũt ad uitę resipiscẽtiã,sed peccatis assueti, ꝓceptis delitijs, ac voluptatib⁹ addicti, qđ cogitauerunt nõ exequũtur. Id qđ ꝑ optimè notauit Lactan: fir: lib.2.cap. 1. Quod siqua necessitas grauis presserit,si belli terror infremuerit, si morborum pestifera uis incubuerit,si alimẽta frugibus longa siccitas denegauerit, &c. mox ad Deum confugiunt, ab eo petent auxilium,ut subueniat, orantur &c. Postquã pericula recesserunt, Deũ non recordantur, & ad priora redeũt. Vndè non solum spiritu consilij, verũ, & spiritu fortitudinis nos muniri oportet,quia nec fortitudo sine consilio, neque consilium absq; fortitudine quicquam valet. Filij ergo, idest conceptus nostri, & animi cogitatus veniunt usq; ad partum,qñ cupimus efficere, quod cogitauimus,sed virtutem nõ habem⁹ ea faciendi,dum carnis illecebris multo plusquam decet acquiescimus. & ne fortassis importuna, & difficilis videretẽ illorũ seniorũ petitio,subdũt,siquo modo audiat Dñs Deus tu⁹ verba Rabsacis,quẽ misit Rex Assyriorũ dñs suus ad blasphemandum Deum uiuentẽ, & exprobrandum sermonibus,quos audiuit Dñs deus tuus.q.d. venimus ad te, & missi sumus à Rege te rogantes, ut depræceris Dominũ deũ tuũ,si quomodo audiat &c. Nunquid.s. velit ob tot blasphemias,quas efutiuit Rex Assyriorum contra dominum viuentem de eo vltionem sumere; Vocatur deus viuens

nulli morti, aut mutationi subiectus: quo circa poterit cum sit viuens, & perpetuò viuens vlcisci de blasphemijs aduersus eum illatis. Vocant homines isti vbiq. Deum dñm ipsius Esaiæ cum dñt. si quomodo audiat Dñs Deus tu' verba Rabsacis, tum quia Deus præcipuè, & peculiari quadam rõne iustorũ, & bonorũ virorũ videtur esse dñs, & ꝑterea quamquam Deus re uera sit dñs, & creator vniuersorũ, verũtamẽ cuiuscũq; particularis hominis iurè optimo põt vocari dñ', quemadmodũ Dauid. d. Deus, deus meus ad te de luce vigilo. Potest etiã dici uiros illos illustres missos ad Esaiam dixisse dñm Deum esse deũ suũ, non nostrum, quia fortassis existimãtes Deũ aduersus eos indignatũ, non audebant, & verebantur vocare eũ dñm suũ: Id quod ẽt facilè potuit eos mouere, vt sub cõditione de Deo loquerentur, cũ dixerunt. si quomodo audiat Dñs Deus tuus verba Rabsacis, quibus blasphemauit Deũ viuẽtẽ, & exprobrauit sermonibus eius. Petunt ergo ab Esaia eiuscemodi subsidiũ. leua inquiũt orationem pro reliquijs, quæ repertæ sunt, hoc est, præcare Deũ, & summis præcibus eum interpella pro reliquijs quæ ex Iudæis post tot clades, & post tam longam obsidionem repertæ sunt. Conuenienter autem vsus est hac loquendi formula. leua orationem, hoc est inchoa orationem, non dormias, neque dormites in hac magna tui populi necessitate. Subleua te, & ardẽter ad Deũ effunde orõnẽ, vt & ipse Deus leuet, & tollat in altũ ꝑces tuas; vel, vt inquit D. Hiero. Leua orationẽ tanq̃ rẽ iacẽtẽ debilem, & tepidã, & efficaciter ora, & importunis ꝑcibus ad Dei aures pulsa. Pro reliquijs quæ repertæ sunt: cõuenienter, inquit, quæ repertæ sunt, qm̃ dum alicuius loci magna pars multitudinis est dispersa, & dissipata, quod superest, & remãsit, verè põt dici repertũ esse. Quarè cũ tota Iudæa esset penè destructa, & magna pars Ciuitatis Ierusalẽ in hostiũ potestatẽ iã deuenerit, qui ex tot cladibus iã peractis remãserũt, reliquiæ repertæ dici pñt, & eiusmodi oratio sic cõposita, ad cõmouẽdũ ipsius Prophetæ animũ, ad cõmiseratio

Deus Domini Esaia.

Leuare orationem quid sit.

A nẽ erat maximè idonea, tanq̃ vellent īnuere rẽ fore indignã, ac maximè indecẽtẽ, quẽ Deus super arenã maris, & sicut stellas cœli multiplicãdũ populũ, ad tã exiguũ numerũ fuisse redactũ, ut reliquię dicerẽtur. Dicere quidẽ possumus huius prophetę ꝑces, ac suffragia manifesta, & aperta vaticinia extitisse paucorũ illorũ, qui post passionẽ Christi ex Iudæis credituri erãt, & cõsequẽter salutẽ adepturi, de quibus (vt sæpe
B diximus) loquebatur Apostolus dicẽs. Reliquiæ sm̃ electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. *Et venerunt serui Regis Ezechię ad Esaiam, & dixit ad eos Esaias. Hęc dicetis domino vestro*, hoc est ipsi Ezechiæ, qui est Rex, & dñs uester. Duo hic notare mihi licet. Primũ ꝙ Esaias quos antea vocauerat seniores, uiros graues, & primos apud Regẽ, nunc vocat seruos; & quidẽ nõ iniuria. Qm̃ quicunq; alicui seruiunt, & eius mãdatis obse-
C quũtur, serui dici pñt. Vnde, & dñs nr̃, qui venerat facere volũtatẽ patris sui, & q̃cunq; placita erãt ei facere sẽper, non est dedignatus aliqñ in sacris lr̃is seruus appellari. Nec obstat, quin & amici dicantur aliqñ serui, dũ adeò sunt propinqui apud Regẽ, vt ei' secreta nouerĩt, & cõsiliorũ participes efficiãtur. Velut Xp̃s Dñs dixit ad Discipulos suos. Iã nõ dicã vos seruos, sed amicos, quia q̃cũq; audiui à Patre meo nota feci
D vobis. Alterũ notãdũ est quia sic loquitur Esaias. Hæc dicetis Dño vr̃o, hoc est regi. Cur (inq̃) nõ dixit. Hæc dicetis domino nostro Regi? Id fortasse fuit ĩ causa, quia isti erãt nũcij missi speciãtim ab Ezechia rege ad illud negotiũ peragẽdũ, & ꝑpea vos tanq̃ eius ministri, & legati, ꝑcipuã, imo solã vobis curã habendã Regiũ mãdatũ exequẽdi, iurè, & peculiari quodã affectu ipsũ Regẽ vestræ fidei cõcreditũ, põt quis appella-
E re Dñm vestrũ, quia á vobis costodiendus, à vobis inseruiẽdus, & idẽ à vobis oĩbus, ꝑ alijs obseruãdus: & defendendus. Alij dñt ꝓphetã sic locutũ, vt eos magis aĩaret ad Regis mãdatũ exequẽdũ, qñquidẽ ipse est Dñs vester, prĩceps vester, & cui soli debetis morẽ gerere, eiq; in oĩbus ꝑsto esse. Hæc itaq; dicetis ei nõie, & iussu dei mei. Ne timeas à faciè

Ioan. ca. 8.

Ioan. ca. 15.

Dabo spiritum.

facie verborũ q̃ audisti quibus blasphemauerunt pueri,hoc est serui , & verè pueri,hoc est lactẽtes,& ignari propriȩ salutis regis Assyriorũ. Ecce. Ego dabo ei spiritũ,& audiet nũtiũ,& reuertetur ad terrã suã , & corruere eũ faciam gladio in terra sua. Ego dabo, inquit,ei spiritũ nõ meũ,sed aduersarium, dabo spiritum nõ bonũ,sed malũ, dabo spiritum ĩfensum,& pniciosum, & audiet nunciũ & c. Vel dabo ei spiritũ.i.volũtatẽ discedẽdi & fortasse horũ verborũ sensus est qualẽ vernacula lingua dicere solemus (*io li farò pensare ad altro che dar fastidio à me*) quia.s. audiet nũciũ quo maximè tristabitur, & aliud mẽte voluet. Hic verò nuncius is fuit,quo nũciatũ fuit regẽ Aethiopiȩ,è suis finibus egressum,ut pugnet cõtra ipsum ; qui nũcius dubio procul nõ parũ ipsius animũ pturbauit.& fortasśis ea mẽtis , & animi pturbatio,fuit ille spũs , quẽ sibi se daturum Deus pollicet̃ Et nõnulli p Nunciũ,quẽ audiet ipse Sẽnacherib est is,qui stat ĩ explicat̃ ꝙ.s. reuertet̃ ad terrã suã,& corruere eũ faciã gladio ĩ terra sua. quo respõso duos satis lætos, & gratos nuncios excepit Ezechias, ꝙ.s. Rex Assyrius reuertet̃ in terrã suam;& ꝙ ipse corruet gladio in terra sua.Hinc vide,& diligẽter expẽde,q̃ maxima ipsius Esaiæ ꝓfuerit,& ꝓfecerit oratio qui cùm primũ cæpit Deũ rogare, tũ Deꝰ oĩpotẽs,& misericors cępit cõcutere mẽtẽ ipsius regis,& demũ cõficere, ac destruere vniuersũ exercitũ. Vnde D.Iacobus cap.vlt. Epistolæ suæ catholicæ inquiꝫ. Multum valet dep̃catio iusti assidua.Elias homo erat similis nobis passibilis,& oratione orauit , ne plueret super terrã,& non pluit annos tres,& mẽses sex.& rursũ orauit,& cęlũ dedit pluuiã,& terra dedit fructũ suum.Nicolaꝰ de lyra notat hoc loco Regẽ Assyriorũ postq̃ cępit obsidere Ierusalẽ, bis in terrã suã fuisse reuersum, semel quidẽ cũ audiuit exercitum regis Aethyopiæ aduersus ipsum aduentantẽ.ut s.eã defenderet.& ab illo exercitu liberaret;& rursum cum interfecto toto eius exercitu, coactus fuit , arrepta fuga, in terrã suã reuerti , vbi tandem à filijs fuit interfectus. Sic nõnulli historiæ sacrę

A scriptores videntur asserere, v3. primũ omniũ, hunc regẽ Assyriorum processisse cum exercitu pugnatum Aegyptios,à quorum infestatione religionis cã discedẽs,qd Reges Aegyptij dicebãtur Sacerdotes Vulcani patriã reuersus,cæpit deinceps aggredi Iudæorum Ciuitates, quibus expugnatis, accesśit cum exercitu expugnaturus Ierusalẽ: & dum in ea obsidione psisteret , simul & eodem tp̃e occurrit Regi Aethyopũ
B aduersũ eum venienti,& misit literas ad Ezechiã, quibus cõminatur,ac denunciat se nullam ob causam Ciuitatis Hierosolymæ relicturum obsidionem,& hoc est ꝙ habemus ex hoc tex.

Reuersus est autem Rabsaces , & inuenit Regem Assyriorum præliantẽ aduersus lobnã; Audierat n.quia profectus esset de Lachis,& audiuit de Tharaca rege Aethyopia dicentes . Egressus est iste rex Aethyopia, ut pugnet contra te. Quod cum audis- Tex. 9
C *set Sennacherib,misit nuncios ad Ezechiã, dicens . Hæc dicetis Ezechia regi Iuda loquentes . Non te decipat Deus tuus in quo tu confidis dicens &c .*

Videtur D. Hier.in ea esse sententia, qđ Rex Assyriorũ,quãquam audiuisset Regem Aethyopiæ aduersus eum præliaturum cõuenire,nihil,vt apparet,ex eo nũcio perterrefactus misit eos nuncios ad regem Ezechiam,existimans se sermone terrere,quos non potuit uiribus
D superare . At ego existimo voluisse his verbis ostendere , q̃q̃ fortè ab exercitu recesśisset,quo regi Aethyopum se se opponeret,nolle ullo pacto, quod iam susceperat negotiũ, omnino infectum relinquere,& regi Ezechiæ omnẽ , quã ex hoc suo recessu poterat suscepisse securitatem,auferre , dicit ergo . *Non te decipiat Deus tuus,in quo tu confidis.d. Nõ dabitur Ierusalem in manu Assyriorum .* Et statim cępit enarrare uictorias suas, & res præclarè gestas ab eo,& impudẽter gloriari,& iactare magnitudinẽ , &
E uirtutem imperij sui, cui neq; etiã Dij, quarumcunq; gentium potuerunt obsistere.quare nec Deus Israel poterit efficere,ne capiat̃ Ierusalem,& euertatur. Homo impudentisśimus, & malè conscius diuinorum secretorum ; nec non differentiam , & incomparabilem quæ

 est

est inter hos Deos, ac Deū nostrum di- A uersitatē, & distinctionē, ignorabat .n. aut potius ignorare volebat, aut dissimulabat infinitum esse discrimen inter Deum nostrum, & reliquos Deos Gentium, qa illi sūt lapides, & ligna, nr autē Deus, est Deus viuēs, & verus, ꝙ si qñq; Deus nr nō liberet nos. & pmittit infidelium Reges, nō solum quoscunq; populos à Dei cognitione alienos, suos ēt seruos, & fideles affligi, & molestari, id fieri credēdū est, quo puniat, & aīaduer- B tat in nos pp scelera nra. & si Rex Assyriorum tot urbes, et populos quot ipse gloriatᷣ expugnauit, & uicit, Dei voluntate, ac pmissione factū esse dubitandū nō est. cōstat .n. Aphricā, & magnā partē Asię, & nris quoq; tēporibus nō modicas aut paruas Europę regiones, & puincias ab Infidelibus, & Hęreticis fuisse expugnatas, ac deuastatas; atq; id qdē nō nisi ob scelera nra, & flagitia multa.

Tex. 4 *Et tulit Ezechias libros de manu nunciorū, C & legit eos, & ascendit in domū domini, & expandit eos coram Domino, & orauit Ezechias ad Dominū. d. Domine exercituū &c.* vsq; ad illā partē. & misit Esaias filius Amos ad Ezechiā, Qui fuerint isti libri quos accepit Ezechias de manu nunciorum, nō satis cōstat; quidā .n. existimāt eos fuisse, lras, quas misit ad eum Rex Senacherib. Quidā verò fuisse lras, seu pagellas ī qbus descriptæ erāt blasphemiæ, & exprobrationes ipsius Regis As D syriorum aduersus Deum, quia 2. Paralip. cap 32. legitur ꝙ Senacherib misit Eplas plenas blasphemię cōtra Dnm ad ipsū Ezechiā. Nec desunt, qui existimāt huiusmodi libros esse qdā volumina paruula, in quibus erāt orationes, & suffragia, ꝗ principes, ac Reges Iudæorum solebant in huiusmodi angustijs, & tribulationibus proferre, & recitare corā Deo. Sed quodcunq; sit, sat est ꝙ acceptis his libellis, īgressus est in tēplū, E & expādit eos corā Dño, aperuit eiusmodi libros protulit, & proposuit corā Deo; In quibus si blasphemię, & cōtumelię aduersus Deum continebantur pposuit corā Deo, ut vindicet se de huiusmodi iniuria aduersᵘ se illata. Haud quaquā veritus cum Dijs Gentium eundem conferre, & multo inferiorem homine mortali ipsum efficere, cū tn̄ solᵘ ipse sit Oīpotēs, inuisibilis, īmortalis, & immēsu, neuè quicquā possit eius volūtati resistere, & effugere manus eius. Reliqui Dij à mortalibus facti, non solum, & ipsi dici pñt quodamodo mortales, cum frangi possint, cōteri ac penitus deleri. Verum qd lōgè peius est, nihil oīno sunt, ut ait Apostolus. Idolum nihil est. Idē fieri opere ꝓtium existimauit, si in huiusmodi libellis dscriptę erāt cōminationes eiusdē Regis Assyriorum, aut quemadmodum fieri assolet cōditiones, quas ab eo exigebat, ut libenter, & absq; ullo metu, se & Ciuitatē ipsi dederet, & sub eius ditione statuisset ppetuis tēporibus suā uitā ducere. Multò cōueniētius erat eiusmodi libros pādere, & coram Deo proponere, ac totos recēsere, qñ ꝑcationes, & suffragia pro sua, et totius populi salute haberentur. Præcatur itaq; Deū ut liberet populū suū de manu Assyriorū, ut cognoscāt oīa Regna, qa tu es Dñe Deus solus omnium regnorum terræ, & tu fecisti cœlū & terrā, &c. quæ ex se facilè patent, Sicut etiam præcabatur Dauid. d. libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

Libri Regis Assyriorum

Sequitur. *Et misit Esaias filius Amos ad Ezechiam. d. Hæc dicit Dominus Deus* Tex. 5. *Israel pro quibus rogasti me de Sennacherib Rege Assyriorum, hoc est verbū qd locutus est Dominus super eum. Despexit te, et subsānauit te virgo filia Syon, post te caput mouit filia Ierusalem.* En duabus vicibus cōsolatus est Esaias Ezechiā regē suum, prius quidem cum dixit, ne timeas à faciè verborum quę audisti &c. quia ecce ego dabo ei spiritum, *& reuertetur ad terram suam,* Reuertetur, inquam deo precipiente, qui huc venit deo permittente, & corruere eum faciam gladio in terra sua, nunc uerò ait. Hæc dicit dñs deus Israel super ipsum Regem Asyriorum. Despexit te, & subsānauit te filia Syon virgo, post te caput mouit &c. Sensus est, ò Sennacherib uide, et considera miseriam tuam, et profundum tuæ maiestatis abiectionē, ꝙ filia Syon, i. Ciuitas Ierusalem, quæ est virgo, nullis, vꝫ. Idolorum cultibus corrupta, & contaminata, sed uni, & soli

Deo

Deo viuo, & vero coniuncta, & copula- A
ta, quæ neq; usq; in hunc diem alium
Deum cognouit, & coluit, præter Deũ
viuum, & uerum. hæc itaq; virgo filia
Syon, quam tu ò sennacherib prostitue
re, & summis opprobrijs conaris affice
re, ipsa inquam despexit te, & subsanna-
uit, quando. s. nuncij Regis Ezechiæ nõ
responderunt nuncijs tuis, sed eos con-
tempserunt, & vacuos abire permise-
runt, aut despexit te & subsãnauit te,
quando totus penè Assyriorum exerci B
tus concidit, & Rex in fugam versus in
terram suam redijt, tunc protectò te
despexit, & subsannauit, post te mouit
caput, aut saltim mouebit quando quæ
prædixi suum sortientur effectum. Vn-
de Iob. cap. 12. Videbunt iusti, & læ-
tabuntur, & innocens subsannabit eos.
Sed vide hanc subsannationem, quam
Glos. Interli: & quidam alij dicunt fieri
ab ipsa filia Syon aduersus Regem As-
syriorum. Alij dicunt fieri ab ipso Re- C
ge contra Virginem filiam Syon, quã
reuera despexit, subsannauit, & mo-
uit caput, & exprobrauit per manum
seruorum suorum, sicut Iudæi fecerũt
contra Christum ut hic habes. Cui ex-
probrasti, et quem blasphemasti, et su-
per quem exaltasti uocem, eleuasti alti-
tudinem oculorum tuorum? in manu
seruorum tuorum exprobrasti Domi-
no, & dixisti in multitudine quadriga-
rum mearum ego &c. vsq; ad illam par D
tem. Nunquid non audisti &c. Dicit
ergo Deus, vel Esaias in persona Dei. O
infœlix, & plusquam stulte Sẽnacherib
cui exprobrasti? quem blasphemasti?
et super quem exaltasti uocem tuam?
quod est proprium hominum insolen-
tium, et superborum. Ad sanctum Is-
rael, idest ad Deum, quem populus Is-
rael pro sancto habet, pro sancto colit,
et velut Deum veneratur: ad ipsum (in-
quam) leuasti altitudinem oculorum E
tuorum, et super ipsum te extollere, et
exaltare præsumpsisti. Possunt hæc
omnia, quæ aduersus Sennacherib affe-
runtur, aptari, et referri ad principes Iu
dęorum, qui extulerunt caput contra
Deum Israel, idest contra Christum
Deum, Dei filium, et verum dominum
Israel secundum spiritum, et contra sã
ctam Ciuitatem Ierusalem, contra Ec-
clesiam sanctam illius sponsam, quæ
verè post acceptam fidem, potest ap-
pellari virgo pura, virgo intacta, et uir
go immaculata, quamuis antea dicere-
tur meretrix, et fornicaria. Huic san-
cto Israel exprobrauerunt Iudæi, et
blasphemauerunt dicentes coram Pila
to. Si hic non esset malefactor, non ti-
bi tradidissemus eum. Super hunc exal
tarunt uocem suam, quando alta voce
clamabant dicentes. Crucifige, Cruci-
fige eum. Leuauerunt altitudinem
oculorum suorum, cum dixerunt. Nos
discipuli Moysi sumus, hunc autem ne
scimus vnde sit. et sequere, quæ in hoc
textu subduntur. v3. In manu seruorũ
tuorum exprobrasti Domino, et reli-
qua, quę non minus in principes Iudęo
rum, in scribas, et Phariseos, quam in
Sennacherib Regem Assyriorum pos-
sunt referri commodissime. Sed reuer
tamur ad Dominum Deum nostrum.
Posteaquam Esaias recensuit iactatio-
nes, quas impudentissimus iste homo
de se ipso efutiebat, referens et commo
rans multas res præclaras, et admira-
biles, quas operatus est strenuè, quibus
videbatur ostentare se super hominem
esse, et tantum non super Deum: nunc
Esaias in persona Domini respondit, et
inquit. O ignare et insulse homuncio,
tu gloriaris, et superbis ob ea, quæ ha-
ctenus egisti? et quòd vestigio pedũ
tuorum siccasti omnes riuos aggerum.
inquit.

Nunquid non audisti, quæ olim fece-
rim ei, hoc est vniuersæ terræ, vel generi 2
humano, quod idem est, ex diebus anti-
quis ego plasmaui illud, hoc est ipsum vni-
uersum, & nunc adduxi, & factum est
in eradicationem collium cõpugnantium,
& ciuitatum munitarum.

Quibus verbis exprobrat ipse Deus,
ac detegit regis insaniam, et inanem
iactantiam, ostendens breuiter, et insi-
nuans, quęcunq; facta fuere per ipsum
Regem Assyriorum ab ęterno, ab ipso
Deo pręuisa, et præcognita extitisse, et
quandoquè etiam ab eodem ordinata;
nec absquè eius numine, et auctorita
te fuisse in effectum perducta: et hoc
innuit per ea verba; *Nunquid non au-*

disti, quæ olim fecerim ei? q. d. si terram constitui, et fabricaui, et hominem plasmaui, nunquid etiam potui quęcunq; effecisti prorsus tollere, et auferre? Quam partem alij secus exponunt. Opinantur enim non ad Sennacherib Deum alloqui, sed potius ad Esaiam prophetam; vt eum moneret, et animaduerteret, quam fidem, et authoritatem præbere deberet iactationibus illis, quibus Rex iste gloriabundus uidebatur efferri, et magnus fieri: proinde dicit Deus ipsi Esaiæ. Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei. i. Regi Assyriorum? vel quid sim facturus ei? vsus (more prophetico, pręterito pro futuro; vel nunquid non audisti q̃ fecerim ei. i. humano generi? et quemadmodum ex diebus antiquis, hoc est in principio plasmaui illud: in principio namq. creauit Deus cœlum et terram. Aut potius plantaui illud .s. malum, quod per Sannacherib factum est; Quod quidem non est malum simpliciter, quia iustum, sed malum huic. i. gẽtibus incredulis, Idolatris, et nominis mei contemptoribus, Et nunc adduxi eundem regem Assyriorum, vel nunc adduxi, hoc est in effectum deduxi, qđ ex diebus antiquis statueram. et factũ est hoc malum, et hęc plaga, siuè ruina in eradicationem collium compugnantium, et Ciuitatum munitarum, hoc est, ad eradicandos, et è medio tollendos principes quosdam inuicem dissidentes, mutuoquè pugnantes, nec ipsi quiescentes, neq; alios quiescere permittentes. Per colles enim qui super alias terrę plagas efferuntur, principes ac reges intelligũtur, qui alijs præesse, et superesse volunt, et in eradicationẽ ciuitatũ munitarũ, q̃ & ipsæ inter sese dissidebãt, & altera alterius fines occupare, & vsurpare nitebãt. adeò qđ gẽs cõtra gẽtem, & regnũ aduersus regnũ continuis armorum motibus vniuersum orbem infestabant. Et sequitur. *Habitatores earum abbreuiata manu contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt sicut fenum agri, & gramen pascua, & harba tectorum*, quæ s. super *tecta vltro nascitur, quæ exaruit antequam maturesceret.* Nulli dubium hæc omnia ipsi terræ, &

A habitatoribus eius necessario euenire, Deo manum suam extendente, pariter & contrahente. cum ipse solus uitæ, & ipsius esse sit author, & fons omniũ bonorum: quemadmodum dicebat Dauid. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. & rursus. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate, auertente autem te faciem tuam omnia turbabuntur, & in puluerem conuertentur. Possunt *Ps. 144* *Ps. 103.*

B hæc eadem ad vrbes Iudeæ non incõmodè etiam referri, quę volente Deo, & subtrahente, seu contrahente manũ suam deletę fuerunt, & penitus absumptæ. Contrahit Deus manum suam quando permittit arbores, & vineta desiccari, & hac eadem actione dicitᵘ manum extendere, quando id facit, vel permittit ob scelera nostra, ut nos puniat & castiget: verebantur enim inquit. D. Hier. impiæ gentes, & infructuosę ar- *D. Hiero.*

C bores, vt non solum per Assyrios, sed postremo per Romanos, quasi per securim, & serram Dei succiderentur, & caderent. Et fierent sicut fenum agri, & gramen pascuæ, & hęrba tectorum. Vbi D. Hiero. aduertit eiusmodi gentes, non oliuæ, et vineæ, fructuosisque arboribus comparari, sed feno, & gramini, hęrbisq; tectorum, quæ frugibus sunt impedimẽto. et priusquam ad maturitatem perueniant, marcescere so- *D. Hier.*

D lent. Cum deinde sequitur. *Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & insaniam tuam contra me*. Habitationem tuam, inquit Cyril. 1. requiem, mortem. s. intelligit. Videtur sermo ipsius Dei non amplius ad Esaiam, aut quemquam alium, sed ad ipsum Regem Assyriorum conuerti; vbi demonstratur, Deum omnipotentem nihil omnino latere, sed omnia antequam fiant sibi fore præsentia, nihil

E uè posse eius scientiam, & potestatem effugere. Propterea inquit. Habitationem tuam non eam tantum vbi manes, sed habitationem tuam, idest rẽ illam in qua tuam spem ponis, cui fidis, et quod est basis, et fundamentum omnium tuorum desideriorum, hæc omnia (inquam) cognoui, quicquid cogitas, quæcunq; imaginaris, et quęcunq; in o-

in opus ponere statuisti. hæc mihi ab æterno fuerunt notissima: Noui quidem egressum tuum, introitum tuum, initium, et finem operum tuorum, et denique insaniam tuam contra me, dum.s. verè insanus, et méte captus audebas pugnare contra me, & cum fureres more bestiarum aduersum me, superbia tua ascendit, et penetrauit ad aures meas, quæ omnia aliquandiu substuli, at nunc non est amplius differendum, & tua hęc insania, et ingens furor sustinendus. *Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis, & reducam te in viam per quam venisti.* Ponam inquam circulum in naribus tuis, quemadmodum reprimuntur, et in officio continentur ipsę bestiæ furentes, et indomitę, quo pacto boues quamuis indomiti circulo naribus apposito trahũtur quò volumus, et circumferuntur, et frenum quoq; in labijs et penè in faucibus equorum solet apponi, quo equi agitantur, et conducuntur quocunq; volumus, sic pariter, et muli, et huius generis animantia, quemadmodum etiã Dauid pręcabatur Deum.d. In camo, et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Camus enim genus quoddam freni est, habens circulum ferreum, quo pręmit nares, nec solum ora pręmit lupatis D. Greg. 33. mor. cap. 10. trahendo hanc sententiã ad mores sic ait. Tantundem est naribus nostris frenum apponere, seu circulum, ac si dicamus Deum ne insidias, et quę mala agere decernimus explere valeamus, sua virtute prohibere, ac impedire, v.g. Cum bonorum mortem ardentius anhelas, ab eorum uita vacuus redeas, et dum quid cogitando suspiras, illud opere complere non valeas: et subdit, quòd hic propheta circulum vocat. Ioan. in Apoc. cap. 14. falcem vocat.

Ps. 31.

D. Greg. 33. mor. cap. 10.

His dictis pro confusione, ignominia, ac digna poena ipsius Sennacherib, nunc conuertit sermonem ad Ezechiã, et populum suum, ne.s. desperet de salute, et conseruatione Ciuitatis, ne.s. ob agros desolatos, et terram vndiquè dissipatam timerent inopiam, & penuriam segetis, et fructuum prorsus deficere, et interire.d. ergo Deus ad Ezechiã, vel potuis ipse propheta Dei spiritu admonitus, atq; edoctus, *Tibi ò Rex Ezechias hoc erit signum*, quòd.s. cõprimendus est Rex Assyriorum, & cito reducendus in viam per quam venerat. *comede hoc anno, quæ sponte nascuntur, & & in anno secundo pomis vescere, in anno autem tertio seminate, & metite, & plantate vineas, & commedite fructum earum,* hoc quidem signum ad duo maxime opportuna, & necessaria deseruit: primũ quidẽ, vt certo sibi persuadeant, & absquè vlla hæsitatione credant quòd prædixit Esaias futurum, ut.s. Rex Sennacherib intra modicum tempus, sit rediturus in patriam, soluta obsidione, & exercitu penitus extincto. deindè ad maximam eius, & vniuersæ plebis consolationem suscipiendam, quòd scilicet fame, & siti non peribunt. Cum his verbis polliceatur Deum peculiarem curam de suo populo habiturum, qui propter obsidionem serere agros, & uineas colere nequaquam potuit, cui nõ defuit misericors Deus eam prębere ipsi terræ vbertatem, & fertilitatem, quod sine vlla cultura haberent ex his, quæ sponte nascuntur è terra, quibus possent sufficienter sustentari, nec penuriã pati. Tertio autem anno seminate, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum, libera enim, & secura erit vniuersa regio à quibuscunq; hostibus, ut nullum sit habitura impedimentum, quò minus terra queat producere quem olim consueuit fructum suum.

Tex. 7.

Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est radicem deorsum, & faciet fructum sursum, quia de Ierusalem exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Syon. Zelus Domini exercituũ faciet istud.

Tex. 8.

Ad literam sensus est, quòd Iudæi, qui post obsidionem superstites fuerint radicem deorsum mittent, hoc est alios parturient Iudæos, veluti plantæ quæ quanto profundiores radices habuerint, tanto vberiores fructus producent, vt est videre in hortulo meo, vbi nullus est fructus quoniam plantæ nõ habent radicem satis profundam: & sic

arbores illę sunt infructuosę, bis mortuę, sic Iudęi, qui fuerunt adeò humiles, & abiecti ob multa, quę passi sunt incommoda, nihilominus multos sursum fructus producent. Sed re vera eiusmodi verba aliò & longè congruētius sunt referenda: vult enim prophēta, vt egregiè declarat Euseb. 2. lib. demo. Euang. cap. 48. pręsignificare id quod sępenumero dictum est, quòd v3. ex multis Iudęis, qui ob incredulitatem periere, pauci quidem remanse- B runt, qui mittent radicem deorsum, hoc est, Euangelicam fidem, hic in terra prędicabunt, & multos ad Christum conuertent, & eorum doctrina, miraculis, & sanctis operibus quamplurimos ad Christum conuertent, & participes erunt regni cœlorum, hoc est quod dicit. *Faciet fructum sursum*, quia de Ierusalem exibunt reliquię, hoc est sancti Apostoli, *& saluatio de monte Syon.* hoc est de ipsa Ecclesia, quę est fundata C super montem Syon, idest super Christum, & Apostolos, de quo fundamento, siue fundamentis loquebatur propheta Dauid. cum dixit. Fundamenta eius, idest Ecclesię, in montibus sanctis, diligit dominus portas Syon, de qua loquitur hoc loco. Subdit. zelus domini exercituum faciet istud, hoc est nulla poterat esse alia virtus, & potentia, quę posset sustinere, & continere populum Israel ne penitus rueret, & con- D cideret nisi dominus exercituum, neq; etiam poterat esse alia virtus, & potestas, quæ contereret Assyrium, & conculcaret Demonem, nisi dominus exercituũ dux, et caput hominũ, & Angelorũ. Deinde sequitur. *Propterea hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum, non intrabit Ciuitatem hanc, & non iacet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, &c.* vsq; ad illud. *Et protegam Ciuitatem istam, ut saluem eam propter me, & propter E Dauid seruum meum &c.*

Psal. 86.

Tex. 9.

Quibus verbis palàm innuitur Deũ propter se i. propter manifestandam gloriam suam, atq; ut iustificetur in sermonibus suis, & vincat cum iudicatur, multas nobis gratias elargiri, & a multis malis nos eripere, nec non, & propter electos suos, tùm propter eos, qui A vitam hanc mortalem degunt, tum ob eorum merita, qui olim ex hac uita recesserunt, nostris in necessitatibus opportuno tempore nobis occurrit. Conuenit enim memorię sanctorum hoc beneficiũ pręstare, ut obliuiscantur malorum, quę posteri quandoq; admittũt. Asserunt nonnulli hanc declarationẽ, seu limitationem adiecisse prophetam, vel ne Rex Ezechias tam singulare beneficium nunquam satis admirandum suis tribueret viribus, aut etiam ad ostendendum ipsum haud quaq̃ tantam gratiã fuisse promeritũ: quippequi trecenta talenta auri, & totidem argenti demolitis templi valuis misit ad regẽ Sennacherib impium, & prophanum, vel etiam, ut ostendat inexpugnabilem esse pugnam iustorum post huius uitę consumationem: dum homo mortuus patrocinatur viuis.

Deniq; pro complemento huius vaticinij, & totius historiæ inquit propheta, & refert hoc mirabile factum, quod in plerisq; sacrę scripturę locis ob varias causas voluit Deus recenseri, & mentionem fieri. Inquit ergo.

Egressus est autem Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinq; millia bellatorum, & virorum fortium, quos peste interemptos, aiunt nonnulli. Dicit Lyranus ex sententia cuiusdã Rabini, quod exercitus ille nondũ appropinquauerat Hierusalẽ, sed fuit interfectus in Nobe, quę non multum distabat à Hierusalem. *Et surrexerunt mane, v3. Rex vnà cum paucis quibusdam relictis, aut plerisq; ex Iudæis*, ut multi opinantur, *& Ecce omnes, qui pridie erant viri fortes, & magnanimi, effecti erant cadauera mortuorum, & egressus est Rex, & abijt, & reuersus est Sennacherib Rex Assyriorum, & habitauit in Niniue sui regni Metropoli, & primaria Ciuitate, & tandẽ cũ adoraret in tẽplo sui ꝑcussus à filijs gladio, & regnauit quidã alius filius eius pro eo.* Voluit aũt Deus iustus, et sapiẽs, ut ipse post alios sup fuerit quo videret potẽtiã Dei, et admirabilẽ eius maiestatẽ cognosceret, & ꝑdicaret, quẽ ãtea tã ĩpudẽter blasphemauerat, et hic fuit finis, et exitus uitę eius. Et presentis capituli. Amen.

Tex. 10.

De hac eadẽ hystoria vide 4. Reg. 18. & 19.

CAP.

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias usq; ad mortẽ: 1.
& introiuit ad eum Esaias filius Amos propheta,
& dixit ei: Hac dicit Dominus: Dispone domui
tuæ, quia morieris tu, & non uiues. Et conuertit 2.
Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad
Dominum, & dixit, obsecro Domine, memento quæso quomodo
ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod
bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno.
Et factum est verbum Domini ad Esaiam dicens: Vade, & dic 3.
Ezechiæ. Haec dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui ora-
tionem tuam, & vidi lachrymas tuas: ecce ego adyciam super
dies tuos quindecim annos, & de manu Regis Assyriorum eru-
am te, & ciuitatem istam, & protegam eam. Hoc autem erit 4.
tibi signum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod
locutus est: ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas
descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis.
Et reuersus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat.
Scriptura Ezechiæ regis Iuda cum ægrotasset, & conualuisset de 5.
infirmitate sua. Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam
ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum meorum, dixi non videbo Dominum Deum in terra viuentium.

Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me: de mane vsq; ad vesperam finies me.

Sperabam vsq; ad mane, quasi leo, sic contriuit omnia ossa mea.

De mane vsq; ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro me; Quid dicam, aut quid respon-

respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam, vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te, non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie, pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus uitæ nostræ in Domo Domini.

6. Et *iussit Esaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur.*

7. Et *dixit Ezechias: Quod erit signum, quia ascendam in Domum Domini.*

EXPLANATIO IN TRIGESIMVMOCTAVVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & introiuit ad eum Esaias filius amos Propheta, & dixit ei. Hæc dicit Dominus. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viuẽs, & c.*



NOTA est intentio ipsius Prophetæ in presenti cap. quæ est explicare, & manifestare summam, & incomparabilẽ Dei virtutem, & clementiam, quam demonstrauit erga Ezechiam Regem Iuda, conferendo ei sanitatem, qui periculoso, atq; mortifero morbo vexabatur, & prorogauit eius vitam, quæ iuxtà causas secundas, & ordinem, ac dispositionem naturæ iam iam erat fermè absumpta. Dicit ergò Propheta. *In diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem*, vbi tria compendio facit Esaias, primum refert suã indispositionem, & uitæ periculum: dein-

deinde refert sanitatem mirabiliter ei collatam: Postremò ponit canticum eiusdem Regis Ezechiæ, quo gratias refert ipsi Deo ob sanitatem ei restitutã. Sed quoniam in principio huius capitis Esaias habet hæc verba, videlicet. In diebus illis ægrotauit Ezechias usq; ad mortem, & non explicat, qui fuerint illi dies, quibus ægrotauit, idest nunquid fuerit priusquam obsideretur à Rege Assyriorum, vel in ipsamet obsidione, dum scilicet haberetur, aut postea quã fuit penitus soluta. Qua quidem in re non idem sentiunt omnes. Pleriq; opinantur ipsum ægrotauisse antequã obsideretur, quando .s. Assyrij cæperunt mouere arma, & copias inferre aduersus alias vrbes Iudeæ, & cæperunt eas expugnare, & presertim cum expugnata, & deuicta ciuitate Lachis profecti sunt Iobnam. Tunc enim Ezechias timore correptus cæpit ægrotare, & eo presertim, cum audiuit Rabsacem ad eum accessisse, & multa illi commina tum, vt habuimus in textu. 36. Tunc enim vt habemus in tex. 37. cum audiuisset Ezechias verba Rabsacis, scidit vestimenta sua prę nimio dolore, ac metu, qui inuasit cor eius, & obuolutus est sacco, & intrauit in domũ Dñi, hoc est in tẽplũ: scidit et vestimenta sua, inquit D. Hier. quia peccatorũ suorũ, & populi credebat futurã esse illã ruinã. Fieri ergò potuit, & factũ est, (vt aliqui opinãtur) ut eo tp̃e cęperit ęgrotare: alij verò secus opinãtur, imaginantur .n. in ipsamet obsidione, & illis p̃cisis diebus, quibus ciuitas erat obsessa, q̃ toto integro biẽnio fuisse obsessã asseuerãt, ipsũ Regem ægrotasse: Quippequi ex nimio mærore, & afflictione animi, qua per totum illud tempus fuit affectus, & ex metu, ac pauore tam ingentis exercitus perculsus, facilè quidem potuit infirmari. Hoc autem probatur ex eo, quod hoc eodem cap. pollicetur ipse Propheta ex verbo Dei se, & ciuitatem eruendam esse de manu Regis Assyriorum, & à Deo magnopere protegendã. Qui sic opinantur, sectantur opinionẽ quorundam Rabinorum, qui asserunt Regem Ezechiam non solum ægrotauisse priusquam Rex Assyriorum fuerit extinctus, verùm etiam priusquam fuisset ab eo obsessus, & hoc Dei miraculo, quia nolebat vxorem ducere, vti tenebatur, quo linea Dauid in regno Iudeæ per ipsum continuaretur. Alij verò videntur longè alterius opinionis esse. Et primùm quidem D. Augustinus lib. de mirabilibus Sacræ Scripturæ lib. 2. cap. 28 habet hæc verba, Qđ Rex Assyriorum fugatus de terra Iuda cum paucis ad Niniuẽ Vrbem suam fugiens, vix euasit, vbi in idolorum phano repertus, ab vno filiorum suorum, quos ipse genuit, vulnere corruit. Sic etiam habetur. 4. Regum. 19. Deinde sequitur Augustinus, & inquit. Paruo .s. tempore interiecto Ezechias Rex Iuda, ne de tanta victoria esset eleuatus, & forsitan etiam gratiarum actione exiguus, in grauissimi languioris morbũ incidit. sic etiam sentit. D. Hier. vt est videre in eius expositione. Huius etiã opinionis videtur esse Nicolaus de Lyra, glos. interlinearis, cuius hæc sunt verba. In diebus, idest quibus mortu' est Senacherib, ægrotauit Ezechias usq; ad mortem. Suffragatur huic sententiæ quartus Regum, locis iam citatis, vbi prius describitur mors, & extinctio regis Assyriorum, & totius exercitus, & postmodum infirmitas, & ægrotatio regis Ezechiæ. Sic etiam in hoc eodẽ libro, Esaias prius describit extinctionem, & occisionem illius exercitus, postmodũ verò ipsius Regis Ezechiæ ægrotationem, Et hanc re vera ego existimo veriorem esse opinionem, verùm huic opinioni aduersatur, quòd in hoc eodem cap: vbi Propheta loquitur de hoc morbo letali ipsius regis Ezechiæ, ei pollicetur non modo sanitatem obtinendam; verùm etiam eundem de manu regis Assyriorum eruendum, & ciuitatem ipsam esse protegendam. Qui tuentur hanc postremam opinionem, seu sententiam, dicunt pollicitationem factã ab Esaia Propheta de liberatione ipsius Regis, & ciuitatis ab exercitu Assyriorum, non intelligi de ea liberatione, quæ iam facta fuit, antequam ægrotaret, sed de ea quæ futuris temporibus fieri potuisset, ut .s. ciuitas Hierusalem, & reges Iudeæ futuris

Marginalia: A; B; C; D; E; D. Hier.; D. August. Lib. 2 ca. 28.; 4. Reg. 19.; D. Hier.

ris temporibus sint futuri liberi, & im- A munes ab impugnatione, & infestatione Assyriorum. Quòd autem in hoc cap: Propheta meminerit sanitatis restituendæ, & uitæ prorogandæ ipsi Ezechiæ, pariter, & ipsum eruendi de manu Regis Assyriorum hoc ideò factũ esse putandum est, ut uno & eodem cõtextu plura à Deo recepta beneficia recensere voluerit. Quòd autem dicunt aliqui Ezechiam tertia die antequam exercitus perceuteretur, fuisse sanitati B restitutum, & tertia die sequenti, qua fuit facta illa percusio, iam sanatum ascendisse in domum domini, vt elicitur ex 4. Reg. cap. 20. non facile intelligo, cum manifestè aduersetur opinioni, q̃ tuemur, nisi dicamus eundẽ Regẽ ante pcusionẽ exercit⁹ aliqd ęgritudinis ptulisse, & post pcusionẽ exercit⁹ rursus grauius ægrotasse, quemadmodũ ostẽdimus ex sentẽtia tot Authorũ.

4. Reg. cap. 20.

At quia hoc non constat ex sacris li- C teris, haud quaquam est admittendum: Manifestum est enim ex serie, & ordine rerum, quæ hoc loco, & 4. Reg. habentur, & ex consensu ferè omnium doctorum Ezechiam in ægritudinem incidisse, posteaquam fuit exercitus Assyriorũ omnino extinctus & absumptus, & hoc ideo quia nimium in superbiam elatus, vel facilè poterat efferri, & quoniam non quas debuit Deo gratias egit. Quòd autem 4. Rreg. 20. legitur D Esaiam ad eundem Ezechiam dixisse. Ecce sanaui te die. 3. ascendes templũ Domini, nihil facit contra superius dicta. Hæc omnia contigerunt post extinctionem exercitus. i. ægrotatio Regis, illius pristinæ sanitati restitutio, & ascensus in templum. Sic etiam q̃ dicit Esaias hoc eodem loco. De manu Regis Assyriorum eruam te; dictum est supra quo pacto sit intelligendum, velut dicunt alij, quia nondum à metu E Assyriorum Iudæi erant omnino liberati, vel forte quia post illam maximã stragem adhuc aliqui supererant, quò l ægrè admodum percipio.

4. Reg. 20.

Tex. 2. Sequitur textus qui supra. *Et introiuit ad eum Esaias filius Amos Propheta, & dixit ei: Hæc dicit dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.*

Propheta quidem Isaias siue à Deo monitus, siue genuina pietate motus, & agnoscens ægrotationem Regis Ezechiæ esse lęthalem monuit eum, dicẽs, *Hæc dicit Dominus*. Quasi vellet innuere non à se tanquam temere pręsumente, & eidem pręcipiente, seu consulente quę sequuntur verba protulerit; sed iussu Dei, Deo pręcipiente, ac mandante, inquit. *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* 4. Regum 20. sic habetur. Præcipe domui tuæ, hoc est, prospicias rebus tuis, consule familiæ tuæ, dispone de regno tibi credito, ne te uita functo omnia ruant, dissidijs, & contentionibus cuncta agantur, & ut uno verbo dicam, Conde testamentum, accommoda res tuas, ne post tui ex hac uita decessum inter afines, & consanguineos, ac regni primates exurgant bellą, & seditiones. sic profectò fieri debet ab ijs omnibus, qui sunt sui iuris, & qui alijs pręsunt, ut cum fuerint valetudinarij, aut corpore imbecilli, suis rebus prouideant, quò tollantur è medio occasiones, & causæ litium, & contentionum, quarum quidem rarus, aut nullus est aliquando finis. Dicit ergo Isaias. Dispone ò Rex domui tuę, quia morieris tu, tu inquam, qui existimabas te, aut nunquam moriturum, aut saltem diutius, quam debueras, victurum. *Tu* inquam rex, quamquam opulentus, & diues, & florentis adhuc ætatis, morieris, & non viues. Propterea dispone domui tuæ, domui inquã, quæ est pręcipua sedes tua, vnicum tuũ domicilium, vbi perpetuò tibi manendum, & quiescendum, cuiusmodi est anima vniuscuiusq; cui profectò inprimis, & ante omnia est perpetuò, & intentissimè consulendum, & prouidendum. Hęc est illa domus, de quą dicebat Propheta ps. 114. Conuertere ps. 114 anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Debet quoquę quicunq; se videt propinquum morti, consulere quieti, paci, & incolumitati familiæ suę, quoniam, (vt inquit Apostolus) qui suorum curam non habet, & maximè domesticorum, hic fi- 1. Tim. 5. dem abnegauit, & est infideli deterior. Tertio loco debet homo disponere dę

domo

domo sua, hoc est de cęlesti patria quę quamuis propriè, & peculiariter dicatur domus Dei, nostra etiam quando cunquè voluerimus, esse, & dici poterit. De qua dicebat Dauid, Vnam petij à Domino hanc requiram ut inhabitem in domo Domini omnibus vitę meę, vel in longitudine dierum. Et re uera quicunq; habent curam animarum, cum primùm nouerint aliquem laborare ad mortem, priusquam destituatur sensu, ratione, & consilio, debent eum monere, consulere, atquè etiam quandoquè pręcipere, ut disponant domui suę, i. prouideant primùm saluti animę suę, & si quam in ea labem, aut maculam cognouerint, ope, & opera Sacramentorum Ecclesiæ, & aliorum ministerio enitantur illam expurgare, prorsus emūdare, vt in eo recessu tuta, blandiens, & & hilaris posśit accedere ante conspectum Dei. Monendus est etiam quisq; ægrotus documento huius Prophetæ, vt disponat domui suæ, hoc est familię suæ, subditis suis, ut post eius discessū regnet inter eos pax, & concordia. Sed videamus quid ex hoc præcepto fecerit Ezechias, inquit enim. *Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit. Obsecro Domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim, &c.* Conuertit inquit, faciem suam ad parietem, hoc est ad parietem domus, vel ad parietem templi. Cur autem hoc? Multi multa dñt, ego aūt existimo hoc fecisse, vt posset seorsum, & ex se ipso, non spectantibus alijs, deplorare statum suum, aut hoc factum, vt mentē magis liberam, & solutam, qua in Deum tendere, & ipsum precari, & lachrimas effundere liberius posset, haberet, quemadmodum contingit pijs hominibus, & mihi frequenter accidit, ne pro fluxu lachrimarum vllos testes habeā, atq; etiam cum orare voluero, sensu ob circunstantes, & mutuo loquentes distrahi queam; Et fortasśis voluit iste Rex conuertere faciem ad parietem, ne lachrimans videretur satis leuis, ac modicæ virtutis & constantæ, verum verba huius textus satis indicant, cuius rei causa fecerit hunc motum: inquit .n. quòd conuerterit faciem suam ad parietem, & orauit dominum, id quod fieri debet ab vno quoq; nostrum, dum versamur in angustijs, & afflictionibus huius seculi, & inquit, *Obsecro Domine memēto quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, corde perfecto, & quòd bonum est in oculis tuis fecerim.*

Psal. 25.

A

Dicitur aūt quis ambulare in veritate, & in corde perfecto, dum quod nouerit displicere Deo, procul effugiet, & quicquid boni fecerit lubenti animo refert in Deum, vel in ueritate ambulare, est eidem ex animo inseruire, neq; præter ipsum Deum, & eius gloriam quicquam aliud expetere: vel ambulare cum Deo in veritate est, quod quis ore profitetur re ipsa perficere. Dicitur ergo Ezechias ambulasse coram Deo in veritate, quia non claudicauit, neq; contorto pede visus est corā Deo incedere, vt. s. externè Deum viuū colere videretur, corde verò, vel animo venerarec idola, & fiduciam vllam in illis constitueret. Rex itaq; Ezechias obsecrat Dominū, & supplex rogat, velit meminisse, quomodo ambulauerit coram eo in veritate, & in corde perfecto. Et certè fœlix est, & iucunda eius conscientia potest nuncupari, qui in tempore malorum potest recordari bonorum, quemadmodū etiam Dauid Propheta dicebat. Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor. Memento inquam Domine, ne memoria excidat, neq; obliuiscaris mei, quippe qui nullum bonum relinquis irremuneratum. Memineris quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & quod bonum est in oculis tuis, idest te vidēte, te agnoscente, & approbante fecerī, nullum genus sceleris admittens. Atqui forte miraberis hunc regem tam pium, tam bonum, ac diuini nominis zelatorem, in hæc verba prorupisse, tū quia nō conuenire videtur, vt quis quātum vis bonus se ipsum extollat, & cō mendet, tum quia referente scriptura, nemo est, qui se gloriari posśit habere cor mundum, vt legitur Iob. 14. Nemo mundus à sorde, nec infans, cuius est vnius

B *Ambulare in veritate quid.*

C

D Psal. 25.

E

Iob. 14

vnius diei uita super terram, quin & ipse Dauid apertè protulit, omnem hominem esse mendacem, propterea dicebat Apostolus. Qui gloriatur in Domino glorietur. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quis fortè tueri posset Ezechiam per ea verba, quæ habet Gregorius. 12. Mor. cap. 16. vbi habet, quòd plerumq; iusti aliquibus necessitatibus afflicti, sua opera coguntur fateri, & sicut grauis culpæ est sibi arrogare quod non est, sic nulla culpa est, si quis humiliter dicat bonum quod est. Vnde hanc Ezechię perfectionis confessionem. Dominus non despexit, quem mox in suis præcibus audiuit. Et 22. Mor. cap. 7. habet (inquit) sancti viri proprium, vt bona, quæ agunt videant, ab eorum tñ memoria oculos auertant. Ezechias ergo non existimatur ea verba dixisse, quo laudaret se se, sed vt ostenderet se in Deo bonorum operum remuneratore spem suam locauisse: id quod plerosq; sanctorum egisse manifestum est, neq; tamen inde præsumuntur se ipsos de se ipsis fuisse gloriatos. Vnde Paulus Apostolus 2. Thimo. 4. Bonum inquit certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui, qui tamen de corona sibi parata præsumens, subdit, de reliquo reposita ē mihi corona iustitię quā reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, reddet, inquit, Dominus, ergo debet, non enim opere in specto potest negare mercedem, qui opus inspicit. Bonum certamen certaui opus est, cursū consumaui, opus est, fidem seruaui, opꝰ est, superest mihi corona iustitiæ, merces est. Sed inquit Augustinus hom. 14. cap. 2. In mercede tu nihil agis, in opere non solus agis. Corona tibi est ab ipso, opus autem, ab ste, sed non nisi ipso adiuuante; possunt ergo viri sancti de bonis operibus gloriari, verum gloriam, & laudem boni operis Deo acceptam ferre, & eo adiuuante quidquid boni egerint, se fecisse profiteri, quemadmodum ille dicebat, omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

Greg. 12. mor. cap. 16

22. mor. c. 7

2. Tim. 4.

Augustinus hom. 14.

Nemo igitur suam agnoscens infirmitatem, audebit dicere se mundum

A habere cor, & consequenter non poterit, ac debebit in se ipso gloriari, hinc dicebat Beatus Ioannes. si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, & Iob. cap. 25. inquit. Nūquid potest homo comparatus Deo iustificari, aut apparere mundus, natus de muliere; & Dauid psal. 142. non iustificabitur in cōspectu tuo omnis uiuens. Ambrosius tamen super Lucam cap. 1. B dicit ea verba Iob, quòd nemo mundus à sorde, quia teste Diuo Paulo, omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, sic debere intelligi, quod. s. Nemo nascitur sine peccato; sed potest vtiq; contingere, vt cum quis se correxerit, & se in aliam vitę rationem transformauerit, tutò dicere possit, se mundum habere cor, & immunem esse à peccato. D. autem Hieronymus dicit in eo forsam potuisse gloriari Regem Ezzechiam, ꝙ C idola destruxerit, templum Baal peruerterit, & cætera quæ scriptura. 4. Reg. 18 c. refert, non tamen inde sequitur eum fuisse omnino sine peccato, quamuis gloriari potuerit sine vllo peccato.

Ioan. 1. cap. 1.

Iob. 25. ca.

Psal. 142.

Ambrosius 1 Luc. cap. 1.

Post hæc statim subdit Esaias dicēs. *Et fleuit Ezechias fletu magno*, vsq; adeò quidem, vt ex illo nuncio fuerit perterritus Ezechias, & obstupuerit, ut in maximas lachrimas se totum profuderit; sed hoc loco expositores velut mirabūdi D quęrunt, cur tam abundè fleuerit Ezechias, & tot lachrimas emiserit, si nullius peccati cōscius erat? Multi multa dicunt. D. Hieronymus opinatur eum vsq; adeò fleuisse, quia sibi nimis asperum, & acerbum videbatur in ipso robore florentissimæ ętatis extingui. Et presertim quod videbat se moriente non posse adimpleri promissionem Domini ad Dauid, quod de semine suo Messias esset prouenturus, quan E do eo tempore nullos adhuc filios habuisset. Poterat etiam ea ratione fleuisse, quia nondum ad normam Reipublicę bene instituendę reduxerat, seù reuocauerat, quę vel impetu belli dirupta, atq; prostrata erant, vel nondum ritè inchoata. Nec dubium sibi maximè fuisse cordi cultum Religionis, & Dei gloriam, quam metuebat

bat ob intempestiuam illius mortem A impuris hominum conatibus fore im minuendam, ac penitus eleuandam. Possumus etiam imaginari, & rationabiliter credere ipsum tam abundanter fleuisse, quia noluisset mori eo cum primis tempore, quo post tot labores, & angustias aliquanto quietius viuere arbitrabatur, iuxta id, quod ait Apostolus. Nolumus spoliari, sed superuestri, quã doquidem timere mortem, & illã quo ad fieri potest euitare, non est malum, B sed propter eius timorem recedere à iustitia, hoc est malum, vt ait Thom. 2.2. q. 15. art.3 Nam Christus, etiam ut homo timuit mortem, cum dixit. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Matth. 26. Sed reuera sancti uiri haud quaquam mortem horrere, aut pertimescere deberent, cũ nouerint se post mortem cum Christo regnaturos. Sed D. Hierony. inquit eiusmodi uiros probos, ac sanctos quandoq; morte terreri C propter incertum iudicij diem, & ignorationem sententiæ Dei, & quam sedẽ sint habituri, sicut etiam quandoq; dicere solebat nobilis quędam matrona Perusiæ, se libenter morituram, neq; vllo pacto eam timere, modo sciret, quẽ post hunc finem, & soluto corpore, locum esset habitura, quandoquidem D. Hierony. attestatur diem mortis nulli fore præstitutam, quamquam nonnullis aliquando reuelatam, sed volunta- D te Dei quemcunq; viuere, aut mori, iuxtà illud. In manu Dei uita, & mors, & quemadmodum dicũt aliqui homines probi, ante Christi aduentum non optabant mori, sed diu uiuere, quousq; ad ueniret tempus, quo diuina uisione possent frui, at nunc longè diuersa est ratio, cupiunt enim dissolui, & esse cum Christo. Vnde D. Aug dum meminit martirij celeberrimi septem fratrum, quorum hodie festum colimus, inquit. E Omnes homines potius uiuere, quàm mori cupiunt, hi uero desinebant uiuere, ubi quandoq; fuerant morituri, & incipiebant uiuere sine fine uicturi. Et Basilius dicebat, talis est uita nostra, neq; enim ea quæ grata sunt, neq; tristia perseuerant, sed omnia finem habent, uita autem cęlestis patriæ, semper est dura-

Tho. 2.2.q. 15.

Matth. 26

D. Hiero.

D. Hier.

D. August.

tura, neq; ullum unquam habebit finẽ: propterea sancti, meo quidem iudicio, nõ possunt, nec debẽt horrere mortem, sed potius appetere, modò sciant se mũdum habere cor, & immunes esse à peccato, aut saltem nihil sibi sint conscij, quámuis in hoc non sciant se iustificatos esse, iuxtá illud Pau. 1. Cor. 4. *Paul. 1. Cor. 4.*

Et sequitur. *Et factum est verbum Domini ad Esaiam dicens. Vade, & dic Ezechiæ. Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lachrimas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos &c.*

Videndum est prius, ut ritè percipiamus gratiam, & beneficium collatum ipsi Ezechię, primum inquam oportet, uel expedit inquirere, & perscrutari, quo tempore factum est uerbum istud ipsi Prophetę: legitur enim 4. Reg. 20. priusquam Esaias exiret mediam partẽ atrij ipsius domus regis factum esse uerbum istud ipsi Esaię; ubi notanda est, & consideranda inexplicabilis Dei benignitas, & misericordia, & mente semel, ac iterum meditandum quanta sit Dei uirtus, & clementia. Vix enim compleuerat Ezechias breuem illum sermonem, quo precabatur Deum sui meminisset, & quod bonum est in oculis suis facere non dimiserit, priusquã recederet Esaias ex atrio, remittit eum Deus ad ipsum Regem orantem, dolentem, & lachrimantem, lectoq; decumbentem, cui affert lætissimum, & iucũdissimum, & fortassis non expectatũ nuncium, sicut est illud Dauidis ps. 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: inquit ergo Propheta. *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui.* Ezechias enim, ut constat, descendebat ex progenie, & semine Dauid; propterea uocat illum patrem suũ. Quid ergo dicit? Audiui orationem tuam, & uidi lachrimas tuas, Ecce ego adijciam super dies tuos 15. annos, & subdit, & de manu Regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegã eam. Hic est locus, & hęc sunt uerba, quibus aliqui moti fuere, ut dicerent Ezechiam fuisse infirmatum antequam exercitus Assyriorum foret extinctus.

Ps. 31.

Quos

Quos pluribus testimonijs sanctarum scripturarum, & authoritatibus sanctorum reprobauimus, declarantes quo pacto eiusmodi verba Prophetæ essent intelligenda. Subdit in tex. Hoc autē tibi erit signum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod loquutus est. Dubitat à quibusdam quisnā modus sit iste loqutionis, quòd videlicet, faciet Dominus verbum, quod loquutus est, quandoquidem verba loqui solemus, non facere, & hoc modo loquē B di videtur poni oppositum in adiecto, idest facere verbum, quod loquutus est; sed re vera facere verbum, nihil aliud esse putandum est, quàm quod qs pollicitus est, re ipsa præstare, & in effectum deducere, & vt planius dicam, non aliud loqui, & aliud efficere. Et quod nam est hoc uerbum? Hoc inquam. *Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis.* C *Et reuersus sol decem lineis per gradus, quos descenderat*, Ita ut oportuerit constituere illum diem per horas. 32. quēadmodum aliqui discurrentes, & singulas horas supputantes, citra controuersiam affirmant. Sed pleriq; negant istam solis retrocessionem per eosdem gradus, quibus iam ascenderat, hoc est ad decimum gradum, et ibi tam diu stetisse, quo progressus fieret p tot gradus, quos priùs ascenderat, quemadmo D dum legimus Iosue 10. Deum fecisse, dum ipse Iosue pugnaret contra quinq; reges, qui venerant pugnaturi contra Gabaonitas. Sed hæc opinio nullo pacto potest stare, quoniam Ecclesiastici. 48. Scriptum est, In diebus ipsius Ezechiæ retro redijt sol, et addidit regi uitam, ergo sol non perstitit in eo gradu, quo ascēderat, sed retrocessit. Quidā alij opinantur quinque gradus tantum retrocessisse, et rursus ad decimam li- E neam, siue gradum solem redijsse, et sic dies ille creuit Dei beneficio decem horas, et fuit viginti horarum, præter eas, quas communiter dies naturalis solet complere. At quoniam 4. Reg. 20. legitur. Esaiam petijsse à Rege; Nunquid uellet potius umbram decem lineis ascendere, an potius totidem re-

Iosue 10.

4. Reg. 20.

A trocedere, ipsum respondisse: facilē esse umbrā crescere decem lineis, nec hoc volo ut fiat, sed potiùs reuertatur deorsum tot gradibus, quot ascendit, idcirco melius, et tutius mihi uidetur dicendum, vt mox diximus ex sententia Nicolai de Lyra, ut. s. sol priùs ascēderit decem lineas, quandoquidem unaquæq; linea facit unam horā, et postmodum retrocesserit totidem lineis, et quò dies artificialis postmodum compleretur, et perficeretur, dicimus ipsū solem moueri super duodecim lineas tanquam super duodecim puncta, super quibus dicimus fundari unam quāque horam, et hoc pacto dies ille perficietur spacio, siue decursu. 32. horarū. Nec desunt, qui existimant hanc solis retrocessionem in temporis momento factam, neq; per vniuersum Orbem puagatam, seu perspectam, sed in horologio tantum ipsius Achaz, quod erat in palatio regis constructum. Sed hoc non potest admitti quia iam cōstat ex 2. lib. Paralipomenon hanc solis progressionem, et nouitatem ad Babilonios peruenisse, cum Rex ille misisset nuncios ad Ezechiam, ut interrogarēt de portento, quod acciderat super terram. Et mirum est, et summoperè notandum, quod legitur Iosue cap. 10. ubi habetur quòd steterit Sol, et non festinauit occumbere spacio unius diei, et hoc quidem obediente Domino uoci hominis, et pugnāte pro Israel. Hoc idem procul omni dubio dicere possumus de hoc mirabili facto super Ezechiam.

2. paralip. 32.

Iosue cap. 10

Quidam Hebrei, (ut refert Isidorus Clarius) fabulantur hos decem gradus, quib⁹ retrocessit sol propter Ezechiā, appositos fuisse, & superadditos alijs decem gradibus siue horis, qui fuere subtracti tēpore mortis Achaz Regis impijssimi, ne quis multum tempus insumeret in lugenda, ac deplorāda eius morte, cum fuerit impijssimus, et maximè Deo exosus; et ne temporum fiat confusio, restituti sunt illi decem gradus: sed hæc est fabula & somnium Hebreorum.

In 4. libro Reg. cap. 20. posteaquā Esaias, pollicitus fuit verbo Domini adde-

addere regi Ezechiæ diebus uitæ suæ.
15. annos,& eundem liberare de manu
Regis Assyriorum,apposuit quoddam
medicamentum vlceri, quo maximè
cruciabatur Ezechias, & sanatus fuit:
at quoniam de hoc fit mentio in calce
huius capituli, ideò ea de re tractabitur
ibi,nunc prosequamur declarationem
illius miraculi tam grandis, de quo lo-
quitur hic Propheta, quòd.s. sol retro-
cessit totidem lineis, seu gradibus,
quibus antea fuit progressus. Quòd si
quæras quo in loco constitutum erat
illud horologium, vbi effectum fuit
miraculum istud; dicunt ferè omnes
vt supra in palatio Regis Achaz fuisse
arte constructum, & in certo quodam
lapide diligenter insculptum, vbi de-
scriptæ erant lineæ iuxta pluralitatem,
& distinctionem horarum, & lapis il-
le, in quo descriptæ erant, vel inscul-
ptæ istæ lineæ,erat ita situs, & colloca
tus, vt radij solis ad ipsum pertinge-
rent, & iuxta motum, siue tactum
radiorum solis super eiusmodi lineas
agnoscebatur distinctio,& notitia,quo-
ta erat hora diei: cuius horologij for-
mæ, aut speciei,multas vbiq; terrarum
est videre consimiles. Quomodo au-
tem fieret ista solis retrocessio, iam di-
ctum est: non enim putandum est vl-
la hominis arte factam, seu confectam:
sed sola Dei virtute, & potentia: sic
ps. 60. enim scriptum est psal. 60. Dies su-
ps. 118. per dies Regis adijcies. & ps. 118.Or
dinatione tua perseuerant dies, quo-
niam omnia seruiunt tibi, & is est,
cui soli mare, & venti obediunt,& om-
nia quæcunq; voluit fecit in cœlo, & in
terra. Et profectò hoc signum, seu
prodigium valde fuit conforme rei,
quam facturus erat ipse Deus: nam
velut sol prima vice, qua incæpit mo-
ueri,non perfecit integrum diem, sed
iuxta imperium Dei relictis duabus
horis, inde retrocessit, & rursus eun-
dem diem à principio inchoauit; sic
nempe Rex Ezechias ægrotauit usq;
ad mortem, & parum abfuit, quia ha-
bita ratione ad secundas causas, suæ
uitæ cursum perfecerit, cuius postmo-
dum, fauore diuino, vitæ additi sunt
alij dies, quò suis rebus commode

A posset consulere, & prouidere. Sed
dicet quis, nunquid Propheta Esaias
venit arguendus, quòd fuerit menti-
tus, aut falso dixisset, dum Regi
ægrotanti ausus fuit dicere, Dispone
domui tuæ, quia morieris tu, &
non viues? quo nixus fundamento,
qua arte, quo consilio, vel iudicio
id tam liberè, ac promptè dixit ipsi
Regi. Morieris, & non viues? cum
teste D. Hieronymo præcisa dies mor
B tis nulli hominum sit præstituta, sed
à sola Dei voluntate dependeat. Et
Iob 14. constituisti terminos eius,
qui præteriri non poterunt. & hic i- Iob. 14.
dem Propheta dicit, Vitam nostram
esse velut quandam telam, cuius tex-
tor, seu texens dicitur esse ipse Deus,
quam dum velit, potest succidere,
& longiorem conficere, vbi Bern. in-
quit, profectus vitæ meę, non in mea,
sed in manu omnipotentis sicut tela
C in manu texentis consistit. Cui du-
bio pro tutela ipsius Prophetæ possu-
mus firmiter, & audacter respondere;
nihil eũ fuisse mentitum, neque eius
vaticinio subesse aliquid falsum: sed
dicimus quòd habita notitia, siue ra-
tione causarum naturalium, ipse ve-
rum potuit prędixisse, & nos possu-
mus frequenter iuxtà signa quędam
naturalia prędicere aliquem esse mori
turum, quemadmodum Medici, &
D alij astrologię scientiam profitentes,
qui tamen iuxtà Dei voluntatem ne-
quaquam morietur. Inquit D. Tho- D.Tho.
mas quòd cum omnium, quę fiunt
in toto decursu temporis rationes
fuerint ab ęterno in Deo, quędam
tamen fuerunt inditę rebus, quę ex-
plicantur per opus naturę, & volun-
tatis: quędam verò quas apud se tan-
tùm retinuit. Esaias itaquè loqu-
tus fuit secundum rationes inditas
E rebus, & hoc pacto verum dixit, di-
cens Regem moriturum. Sed quia
ignota erat ei diuina voluntas, ac prę-
scientia, propterea si secus euenit;
excusatur à mendacio, nec ob id po-
test dici suę prophetię falsum inesse,
multò minus dicendum est ipsum
fuisse mentitum. quoniam, ut inquit
Beatus Augustinus. Quicunquè sic cre-

Yy dit,

dit, vt loqtur, et si nõ uera loquat̃ fideli ter tñ loquitur. Sed fortè quis opponeret huic decisioni, qua dicitur Ezechiã loquutum esse iuxtà rationes inditas rebus, aut secundum ordinem naturæ, quoniam, cum ipse accessit ad Ezechiam ægrotantem, & in lecto decumbentem prædicens eum moriturum constat eum hæc verba protulisse, videlicet. Hæc dicit Dominus, Dispone domui tuæ. Igitur non iuxta ordinem naturæ fuit loquutus, sed ex verbo Dei; dicendum iuxta doctrinam D. Gregorij, quòd vtiq; loquutus est Esaias verbo Dei, sed ipse Deus mutat sententiã, sed non consilium, sententiam quidem, idest sensum verborum, consilium vero quod ab æterno dispositum est, & plerunq; Deus comminatur se aliquid facturum, quod tamen nunquam fiet, id quod agit, vt eiusmodi comminationibus terrorem populis incutiat, & ad pænitentiã conuertat. Quemadmodum legimus accidisse Niniuitis. Et si rursus obijcias dicens. Prophetas nihil ex se ipsis prędicere, sed ea tantùm, quę in libro vitę ipsi pręuiderunt. Dicendum secundum eundem, quòd aliqua ipsi prænoscunt, & prælegerunt in libro uitę, quæ tamen ipse Deus futura esse definiuit, qñ, & quomõ ipse volerit; neq; propterea dicẽdum est prophetiæ subesse, aut subijci aliquod falsum, sicut ij, qui ex quibusdam motibus astrorum volunt prędicere aliquid futurum sępè falluntur & errant.

D. Greg.

Vt autem quę prędicta sunt testimonio patrum confirmemus, occurrit locus D. Augustini lib. 6. de Genesi ad literam cap. 17. vbi dicit de Ezechia, qui secundum quasdam futurorum causas erat moriturus, cui Deus addidit. 15. annos ad vitam, id utiquè faciens, quod antè constitutionem mundi se facturum esse pręsciebat, & in sua voluntate seruabat. Non ergò id fecit quod futurum non erat, hoc .n. magis erat futurum, quod se facturum esse prescicbat, secundum aliquas igitur causas, vtputa inferiores, iam vitam finierat, secundum illas autem quæ sunt in voluntate præscientię Dei, tunc erat finiturus uitam, quando uitam finiuit. Idem super ps. 50. super illud. Incerta, & occulta sapiẽtię tuę manifestasti mihi. Nihil tam occultum, & tam incertum, quàm quod latet in voluntate Dei. Ad hoc incertum Niniuitę pęnitentiam egerunt: quamuis enim Propheta dixisset, Triduo Niniue subuertetur, dixerũt apud se pænitentiam agendam, & petendam esse misericordiam. De incerto pęnitentiam egerunt, certam misericordiam meruerunt, aliter videbatur hominibus, aliter uisum est Deo. Et D. Gregorius 12. Moral. cap. 1 inquit, Quómodo dixit Esaias Ezechiæ, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues? Dico per Prophetam dominum dixisse quo tempore mori mocrebatur ipse Ezechias, per largitatem verò misericordiæ illo eum tempore ad mortem distulit, quod antè secula ipse præsciuit. Nec propheta dicitur fallax, quia tempus mortis innotuit, quo vir ille mori moerebatur, nec dominica statuta conuulsa sunt. quia, vt ex largitate Dei anni uitę cresceret, hoc quoq; ante secula præfixum fuit, atq; spatium vitæ, quod inopinatè foris est additum sine augumento in prę scientia fuit intus statutum, vnde benè dicitur, Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. sic ergo patet Prophetiæ ipsius Esaiæ nullum subesse falsum, nec eundem ullo modo fuisse mentitum, adeò ut vera sit illa sententia, nihil certius morte, nihil incertius hora mortis. Et Augustinus homil. 11. & 13. dixit. Promisit nobis Dominus quacunq; die conuersi fuerimus obliuisci præterita nostra delicta, at nũnquam vitam crastinæ diei nobis promisit, tacetur vltimus dies, vt obseruentur omnes dies. Quid clarius, quid manifestius eo, quod proprio ore Saluator noster dixit? Vigilate (inq̃) quia nescitis diẽ, nequè horam.

Aug. lib. 6. de Gen. ad literã c. 17.

Aug. sup. ps. 50.

Greg. 12. mor. cap. 1.

Aug. Hom. 11. & 13.

Matth. 25.

Post hæc Sequitur textus, vbi describitur canticum Regis Ezechiæ cuius titulus hic est. *Scriptura Ezechiæ Regis Iuda, cum ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua. ego dixi &c.*

Per scripturam quidem ferè omnes intelli-

intelligũt carmẽ,aut cãticũ,seù oratio A nem, qua Ezechias beneficium illud, quo fuit à mortis faucibus ereptus voluit comemorare: vel vt inquit D.Hieronymus voluit gratias agere. Sed priusquã exponamus istud canticum. congruum mihi visum est non nihil spectans ad sensum misticum coram afferre ex his quæ hactenus dicta sunt: & primum quidem penes allegoriam mihi videtur posse dici, quod Sol iste retrocedens, dum Ezechias ægrotaret, facile B potest representare Christum dominũ, qui pro reparanda nostrarum animarũ incolumitate, & pro nobis liberandis, & eruendis ab Inferni faucibus, & morte æterna retrocessit decem gradibus, idest nouem Angelorum ordinibus, & assumpsit naturam humanã, in qua omnem infirmitatem, qua detinebatur humanũ genus, suscepit in se ipso, ut nos ab ea liberaret præter peccata. Quod vero attinet ad personam Regis Eze- C chiæ, certè mirandum est cum scriptura testetur eum fuisse pium, veri Dei cultorem, & Idolorum, & Idolatrarum hostem acerrimũ, cui non fuit ex Regib⁹ Iuda quisquam similis ante ipsum, neq; post ipsum, mirãdũ inq̃ est, qua ratione Deus permiserit tam graui, &, periculosa infirmitate eũ detineri. Hinc puto facilè posse elici, & prædisci, seù doceri Deum non solum homines impios & iniquos, verùm & homines probos, ac D pios quandoque flagris cędere, ac verberare, vel ne extollantur, uel ut per patientiam, & tribulationem exerceãtur, ut innuit Apostol⁹ ad Hebręos 12 Quẽ diligit dominus castigat, flagellat aũt oẽm filiũ quẽ recipit. Porrò quid per Esaiã cõsulẽtẽ, seu mauis p̃cipiẽtẽ Regi, ut cũ propediem sit moriturus, dispo nat domui suæ nobis indicẽ, nihil certè aliud præter id q̇d supra monuimus ut quicũque aliorũ curã gerũt, siuè cor- E poris, siue aĩæ, aut rerũ suarũ, quacũque occasione postposita, hoc genus officij nunq̃ p̃termittant, id q̇ p̃cipuè ministris Dei curã animarũ habentibus maxime conuenire necessum est. At quid aio? dico unicuique modo facultas adsit, id officij citra cõtrouersiã cõpetere, cũ scriptũ sit, Deũ mãdasse unicuiq; de proximo suo. Deinde illa cõuersio Regis ad parietẽ, illud nobis indicat, q̇ saluator noster aliq̃n p̃cepit, ut cũ orauerimus intra cubiculũ cordis nostri intrare meminerimus, atq; ibi cũ fletu, et lachrimis socordiã, & iniquitatẽ nostrã deploremus, ut unà cũ Regio Propheta uerè dicere possimus. Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei, quia nõ custodierunt legẽ tuã. Neque oĩno frustratoria fuit, & improbanda illa comemoratio bonorũ operũ, q̃ tã audacter, & libere fecit Ezechias. ea quidem nos docemur ut ita uitã nostrã studeamus componere, ut aliq̃n cũ fiducia, dum uersamur in angustijs, ante cõspectũ Dei cõparere possimus, iuxtá illud q̇ d: B. Ioãnes in epistola sua. Si cor nostrũ nõ rep̃hẽderit nos; fiduciã habemus ad Deũ, ut quicquid petierimus accipiamus ab eo. Postremo retrocessio solis, & p̱rogatio uitæ nobis mõstrat, ut cum post peccata quibus procul à Deo recessim⁹ ad eũ reuertemur, uita q̃ p̱pemodum erat extincta diutius progredietur. ut uerè dici possit de eo iuxta illud Ezechielis cap. 33. Vita uiuet, & Dauid itidẽ. 33. Quis est homo qui uult uitã, & diligit dies uidere bonos? diuerte à malo, & fac bonũ, inquire pacem, & p̃sequere eã Quæ eadẽ uerba refert D. Petrus epist. 1. cap. 3. Hæc ergo erat scriptura, q̃ p̱tulit Ezechias, dũ ęgrotaret, & postea cõualuisset de ĩfirmitate sua u5. *Ego dixi in dimidio dierũ meorũ, vadã ad portas inferi, &c.* Omnes deberent habere hãc scripturam, ut scilicet essẽt memores bñficiorũ Dei, ne d̃ nobis dicatꝰ illud ps. 77. Nõ sunt recordati manus eius in die, qua redemit eos de manu tribulãtis. Hęc (inq̃) scriptura duas uř cõtinere particulas à se inuicẽ abiũctas, altera quidẽ in qua refert, ac enarrat corporis molestiã, & animi afflictionẽ, q̃ dũ ęgrotaret, p̱tulit: altera recẽset bñficia, q̃ cõtulit ipsi Deus, & de eisdẽ g̃ras agit. Re uera cãticũ istud licet sit satis tritũ, & uulgatũ ĩ Ecclesia tãq̃ corpore mistico, ubi p̱petuò diuina officia celebrãtur, quo Ecclesia orat p̱ salute fideliũ, tã corũ qui sunt in p̃senti seculo, q̃ eorũ qui sunt in purgatorio, uerũtñ, ut uideo, nõ est satis facile, & ego (q̃uis pre-

Marginal notes: Hebręos. 12 — Matth. ca. 6 — Ioã. 1. cap. — ps. 77.

pertenui sim ingenio) in quibusdã eius A particulis ritè, & perspicuè enucleandis, haud parũ, sed satis multũ me laborasse scio. Dicit ergo Rex, iuxta cõmunẽ expositionẽ. *Ego* dũ ęgrotarẽ, lectoque decũberẽ, & uarijs cruciatibus afflictarer, dixi i. mecum ipse cogitaui, hęc uerba mẽte cõcepi, & in corde meo dolẽs, ac lugẽs protuli. O me miserum, & infoelicẽ, dũ putabã meis laboribus, & uarijs aĩi, & corporis pturbationibus B qñq; locũ dare, tãtisper qescere, & bonorũ meorũ, aliqua ex parte potiri. *In dimidio dierũ meorũ*, hoc est in ipso ætatis flore, & ꝑualido iuuẽtutis robore decidã, peribo, & vadã ad portas ĩferi, hoc est, cũ ad locum proficiscar, quo animæ corporibus solutæ ire coguntẽ, aut saltẽ ad Sinum Abrahę, quẽ ante Xp̃i aduentũ apud ĩferos cõstitutũ. oẽs affirmãt, Deo annuẽte deducar. Vel ad portas inferi, hoc est ad sepulchrũ patrũ meorũ C descẽdere necessum erit, qui quidẽ infern⁹ ĩ sacris literis aliqñ nuncupatur. In dimidio (inquit) dierũ meorum, qñquidẽ media pars ętatis vnicuique sm̃ naturã vr̃ esse ꝓstituta, q̃madmodum legimus apud *Dauidẽ*. Viri sanguinum, & dolosi, nõ dimidiabunt dies suos. Nõnulli asserunt hęc uerba dicta ab Ezechia cũ ira, & indignatione, ꝙ nõ debet admitti pp. uerba q̃ sequuntẽ, Quidam alij sic legunt. ego dixi in altitudine, siue in excelso dierum meorum, q. d. dũ D in maxima qete, & fęlicitate putarã me fore cõstitutũ, & sũmo *Dei* bñficio uiderer bonis oĩb⁹ esse locupletat⁹, uadã ad portas ĩferi, hoc est ex tã ĩsigni loco decidã, & occũbã. Theodoretus ꝑ altitudinẽ dierũ ĩtelligit iactãtiã, & inanẽ gloriã. q occupabat mẽtẽ eius, & à qua maximè detinebatẽ, & ferebatẽ, ut nunq̃ speraret se diuti⁹ uicturũ, neq; ẽt in terra uiuẽtiũ salutare *Dei* uisurũ, id ꝓpemodũ, ur̃ ei cõtigisse, ꝙ plerisq; solet ĩterdũ euenire, ut dũ quippiã maximè peroptãt, aut se obtinere cupiũt, sẽper illis tẽpus deesse uideatẽ; ut nunq̃ putẽt, se eũ diẽ uisuros, quo eis bonis, ad q̃ eorum mẽs mirũ ĩ modũ inhiabat, & anhelabat pfruantẽ. At ego existimo priorẽ expositionẽ esse meliorẽ, & uulgatæ editioni magis cõformẽ, ut s3. ꝑ dimidiũ E dierũ ĩtelligam⁹ dimidiũ ętatis cõiter unicuiq; obueniẽs, & nõ altitudinẽ mẽtis, ueluti iactãtiã, & inanẽ appetitũ rerũ mũdanarũ &c. Seq. tex. *Quęsiui residuũ annorũ meorũ*, hoc est cõcupiui, vt fere oẽs cõcupiscũt explere reliquũ uitę meę spatiũ; nõdũ.n. perueni ad pfectã ætatẽ, desũt mihi adhuc totidẽ anni, quot hucusq; supuixi. Dies.n. annorum nostrorũ sunt, vt plurimũ septuagintã anni. At ego miser uix expleui trigesimũ nonũ. ppea nõ immerito cõquerebar, & dolebã me tã cito iturũ ad portas inferi. Quęsiui ergo residuũ annorũ meorũ, optabã qđ mihi vitæ spatiũ deerat, illud attingere, & cõplere. Rursus dixi. s. mecũ ipse cogitaui, discussi, disceptaui, & cõdolui, magnopere fui cõtristatus, ꝙ si moriar, *nõ videbo amplius Dominũ Deũ in terra viuẽtiũ*; non erit ãplius mihi facultas tẽplũ sanctũ adeũdi, ibi sacra facere, Deo grãs agere, & sũmis ac debitis ipsũ laudibus excolere, quibus in rebus vehemẽter gestiebã, & magnopere oblectabar. Vel si per terrã viuẽtiũ velimus intelligere coelestẽ patriã, q̃ vere est locus & habitatio viuẽtiũ, iurè quidẽ & meritò tristari poterat Ezechias, quia nõ tã cito erat visurus Dñm Deũ in terra viuẽtiũ, quia nõ dũ erat solutũ pciũ, q̃q̃ neq; & si diuti⁹ vixisset, illum uidere potuisset. Propterea dñt aliq ꝙ Pr̃es Veteris testamẽti, nõ optabant mori, sed diutius hic viuere, quia habebãt opportunitatẽ laudandi Deũ, & eidẽ toto uitæ eorũ tp̃e inseruiẽdi; nũc aũt lõgè diuersa est rõ, quia Pr̃es noui testamẽti cupiũt dissolui, & esse cũ Xp̃o, ꝙ multo meli⁹ fore iudicãt, q̃ viuere in hoc sæculo. Alij exponunt. *Non videbo Dominũ Deũ in terra viuẽtiũ*. idest non amplius de semine meo Xp̃s nascetur, ut fuit olim promissum.

Tex. 4

Terra uiuẽtium quæ sit.

Nota.

Vbi per terrã viuentium potest intelligi hic vniuersus orbis, in quo degunt homines dum viuũt, & sm̃ aliquos tota Iudęa regio, in qua primum Christus carne assumpta oculis omniũ cõspiciẽdus erat, quę collatione ad alias mundi regiones, & oras iurè meritò dici poterat terra viuentium, cum in ea sola coleretur Deus viuus, & verus. iuxtà illud psal. Notus In Iudæa *Ps 75*

Deus

Deus, in Israel magnum nomen eius. A Item subdit. *Non aspiciam hominem vltrà, & habitatorem quietis.* primũ quidẽ ad literam. qui re uera sunt mortui, & qui presertim apud inferos detinentur non aspiciunt hominem vltra, quia nihil habent commune nobiscum; inter nos, & illos magnum chaos firmatum est. Vel dicas non aspiciam hominem vltra, i. non potero cuiquam amplius benefacere, mores hominum, iustitia, & æquitate ad normam dirigere, corda B hominum beneficijs deuincire, & miserorum inopiam subleuare. Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis. i. non potero meorum hominũ presentia frui, qui posteaquam fuerunt hostes deuicti, poterunt habitare, & possidere quietem, neq; amplius timere insidias & vires inimicorum. Profundius verò, & spiritualius sic possumus hanc particulam exponere, velut confirmationem præcedentis. Non aspiciam C hominem vltra, & habitatorem quietis, i. Christum verum Deum & hominem, qui est vere habitator quietis, qui solus quietem, & pacem desiderat, & qui ĩ solis cordibus quietis, & pacificis habitare dicitur, qui iuxtà prophetam

Psal. 131. Dauidem. d ps. 131. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam. & alibi. Factus est in pace locus eius, & habitatio eius ĩ Syõ.

Ps. 75. De hoc ergo tristabatur, & vehementer D cruciabatur Ezechias, quoniam si tunc mortem obijsset, non erat vltrà aspecturus habitatorem quietis, i. Christum Dominum, qui post aliquot annos ex suo semine venturus erat, vt habitaret in nobis. vt Io cap. 1. testatur. Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. D. Bern: sic distinguit. Non videbo dominum, i. Deum patrem. Non aspiciã hominem vltra. i. Christum Deum & hominem. Non aspiciam habitatorem E quietis. i. Spiritum sanctum, Nam esa.

Es. 66, 66. super quem requiescet spiritus meus. Sequitur deinde.

Tex. 5. *Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me quasi tabernacula pastorum. Præcisa est velut à texente uita mea dum adhuc ordirer succidit me, de mane vsq; ad vesperam finies me, sperabam vsq; ad mane &c.*

Hæc erat alia tristitiæ, & doloris occasio, quia, ut ipse inquit, si forte perijssem, generatio mea. i. progenies mea, & familia mea extincta erat, iam planè cessauerat, quia sine aliqua prole decedebam, & consequenter vacua erat, & vana Dei promissio, v3, ex semine Dauid oriturum esse Christum secundum carnem: *Erit (inquam) generatio mea ablata, & conuoluta*, sicut conuoluuntur, & complicantur tabernacula Pastorum, dum mutant locum dicuntur conuolui & complicari, vt commodius de loco ad locum transferantur, sic propemodum mihi accidisset, quòd promissio facta semini meo, & posteris meis deuoluta esset, et trãslata ad alios; et hanc eandem querimoniam sequitur dicens.

Præcisa est velut à texente uita mea: sic enim fieri solet cum vehementer angimur, sępius idem repetendo, et verba illud idem significantia adducendo: Sic ergo inquit. Præcisa est, & detruncata vita mea, quemadmodũ tela prius quam perficiatur, & ad finem usq; deducatur, à texente præscinditur, ac detrũcatur: quòd plenius declarans inquit. *Dum adhuc ordirer succidit me.* i. cum adhuc essem iuuenis, & satis feruens, multaq; meditarer, & multa me facturum decreuissem, succidit me, i. manus Dei, si cecidissem, me abripuisset; id quod mihi omnium sociorum meorum ferè miserrimo contigisse nemo est qui nesciat, & mihi non magnopere compatiatur, dum enim ordirer, idest multa auspicarer, & pararẽ, manus dei succidit me. Sed ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Hęc verò absq; causa placuit Spiritui sancto per os istius prudentissimi Regis conferre uitam, & generationem hanc temporalem tabernaculis pastorum; quandoquidem sicut pastores nullum habent locum stabilem, & firmum, sęd tabernaculis utũtur, quę de loco ad locum deferunt, & uelut tabernacula cito dissoluuntur, & complicantur, ita corpus nostrum qđ D. Paulus appellat tabernaculum facile dissoluitur separata anima, sic & nos non habemus hic Ciuitatem permanẽtem,

tem, sed futuram inquirimus. *Sperabam vsq; ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea, de mane vsq; ad vesperā finies me.* Affert, seu refert aliam doloris causam, & eam quidem grauissimam, quia scilicet, nulla vnquam parte diei securus erat de salute; si mane, aut diluculo dolore corporis augebat, non sperabat usq; ad vesperam se uitā transacturum, & si vespera cruciabatur, tam sæuus erat dolor, quòd mane se iam mortuum fore suspicabatur; qn̄ quidem quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. quasi leo dicebatur esse dolor mortis, aut potius timor eiusdem, vel corporis cruciatus, aut animi afflictio: & propterea inquit. quodcūq; istorum, vel omnia simul contriuerant omnia ossa sua. Et quemadmodum eleganter exponit D. Cyrillus tota nocte, & & die traditus sum (inquit) quodammodo cuidam leoni, qui ossa mea conteret, & istud à mane vsq; ad vesperam, & rursum á vespera vsquè ad mane me uitam finiturum sperabam: perinde est, acsi dicamus vernacula lingua.

(*Teneua la morte con li denti*) Sed quomodo sperabat, id quod tantum exhorrebat? Dicunt aliqui sperare hoc loco accipi pro mente reuoluere, anxium esse inter spem & metū dubiū esse. Alij dicūt quòd sperabat singulo quoq; temporis momento mortem oppetere, quoniam, cum morte sperabat etiam languoris finem habiturum, vel dicebatur sperare vsq; mane, quia s. tūc sperabat penes diluculum tantisper à morbo subleuari, ut frequenter contingit ægrotantibus. Adducit aliam similitudinem satis idoneam huic proposito. *Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.*

Sicut pullus hirundinis sic clamabo. Quidam sic exponunt, tantus est huius morbi cruciatus quòd cito finies me, ex hac vita post modicum tempus demigrabo, & ad inferos descendam. & sicut pullus hirundinis expectans cibū à Matre semper clamat, & quousq; mater pastura filium aduenerit, clamare nunquam desistit: sic ego clamabo per diem, & in nocte prænimio dolore vlce

A ris mei, neque donec veniat mors, aut morbus recedat, à clamore cessabo. Meditabor vt columba. vtrobiq; pro futuro præteritum saltem imperfectum accipias hoc loco. Meditabor inquit vt columba, i. meditabar, nam quando columba gemit, & conqueritur expetendo cibum, non emittit vocem, sed velut in gutture videtur loqui, vt potius meditari, & secum ipsa colloqui, quàm ingemiscere videatur: sic & ego faciam

B nimio dolore oppressus.

Alij longe secus hanc similitudinem exponunt, v3. sicut pullus hirundinis sic clamabo. q. d. cū fuero ab hoc morbo liberatus, & sanitati restitutus, imitabor hirundines, & hoc genus auium, quæ frequenter canere solent, & hilaritatem quandam commōstrare; sic & ego laudes perpetuo tibi decantabo, & gratias agam: & quemadmodū hirundines sunt prænunciæ ipsius ve-

C ris, & obseruant tempus eius, & modo quodam præcognoscunt: sic & ego sicut pullus hirundinis obseruabo, & expectabo tempus aduentus Christi: & meditabor ut colūba intra me ipsum, considerans vaticinia, & obseruans, ac expectans tempora, quibus illa sunt in actum deducenda.

Clamor hirundinis sm̄ D. Bern. repsentat eos qui versantur circa actiones: vt docere ignorantes: & pascere esurien-

D tes: Meditatio vō columbæ representat eos, qui contemplationi diuinorum incumbunt. Aut hirundo eos qui in Ecclesia publice orant, columba verò eos qui priuatim; vtriusquè figuram gerebat Ezechias ęgrotans.

Deinde sequitur. *Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.*

Sensus horum verborum duplex est: prior, eo vsq; s. leuo oculos in cęlum rogans, & expectans auxilium de cœ-

E lo, hoc est huius morbi liberationem, aut saltem aliquam relaxationem, seu mitigationem, quòd iam sunt attenuati ac debilitati oculi mei vsq; adeò, vt vix amplius horum beneficio vti possim. Alius sensus est. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. i. ne aspicerent in excelsum. i. ne spem ullam habere queam, Christum de mea

stirpe

ſtirpe naſciturum. Sed hic ſenſus re vera non ſatis videtur conſonare uerbis propoſitis. Prior ergo eſt longe melior quoniam per ea verba demonſtratur ingens deſiderium quo tenebatur diutius uiuere. Alij dicunt: attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum, i. in deum gratiam agens qui me eripuit, & abſtulit dolorẽ aı̃ç meç, D. aũt Bern. hãc attenuationem oculorum refert ad cõteplationem, quia. ſ. dicuntur oculi mẽtis attenuari, vel quia nimis intenſe cõtemplantur; uel quia cõtemplando ita reuerberantur, & ſoffenduntur diuino ſplendore, ut uideant imminui iuxta illud: defecerunt oculi mei in eloquiũ tuum. pſal. 118. Sequitur deinde.

Domine vim patior reſponde pro me, quid dicam? aut quid reſpondebit mihi cum ipſe fecerit.

Adductis, & ennarratis cauſis, quibus ipſe uidebatur iure torqueri, & lamentari, tũm ob grauitatem morbi, tũ ob nuncium inſtantis mortis ei allatũ, nec non, & propter eã q̃ prolis habẽdę
Pſ. 118. ſpem perdiderat. Nunc reſipiſcens, & beneficia Dei ſibi collata intimius cõſiderans alloquitur Dominum. d. *Domine vim patior.* hic petit auxilium q. d. difficile admodum ſuſtinere potero tot calamitates. Verum quidem eſt, quod
Eccleſ. 31. ſcribitur Eccleſ 31. u3. Infirmitas grauis ſobriam facit animam, quare, inquit ille, cum non ſim ſatis ad ferendas tot miſerias, neq. ullas habeam uires quibus poſsim potenti Dei manui quicquam reſiſtere, propterea uim patior, uires meæ non ſufficiunt ad tam graue pondus ſuſtinendum. Tu igitur Domine reſponde pro me. i. me excuſatũ habe, ſuſcipe quæſo defenſionem meã, ſis protector, & aduocatus meus, ſuſcipe partes meas; & quoniam alicubi legitur. *Sponde pro me* i. Sis meus fideiuſſor, & promitte pro me quòd ſi non potero tot calamitates ſufferre, non ex impatientia, ſed ex impotentia; & imbecillitate id fore cognoſcas, quia. ſ. morbus eſt ſupra uires. Quare quid dicam? aut quid reſpondebit mihi cum ipſe fecerit? q. d ſi uoluero Deum arguere, aut de eo conqueri, quid dicam?

A quid pro mea cauſa afferre unquam potero? & ipſe] quid reſpondebit mihi: cum ipſe fecerit, ideſt cum' ipſe hunc morbum in meum corpus inijci permiſerit? Vnde ſi uoluero contendere cum eo non potero reſpondere unũ pro mille. Si uerò legatur ut pleriq; legunt. Cum ipſe fecerim. Sic intellige. cum ego. ſ. Ezechias occaſionem dederim qua in huiuſmodi calamitates inciderem. Non enim potero de Deo
B conqueri, & meę huius infoelicitatis cauſam in eum referre. Sed quid ego faciam? ut eundem mihi propitium ac defenſorem adhibeam? *Recogitabo inquit omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*, recordabor omnium malorum quæ geſsi, percurram animo omnes transgreſsiones meas, & omnia peccata mea, quibus eum ad iracundiã prouocaui, & huiuſmodi recogitatio, & diſcuſsio, ac rememoratio ãnorũ meo- Tex. 5.
C rũ erit cũ amaritudine, & cum dolore, & compũctione aı̃æ meæ, qua ratione & uia dubio procul Deum mihi fore ꝓpitium ſperabo, & quoniam in quibuſdam codicibus legitur. Domini uim patior. Aliqui uolunt hoc referri ad Sanctiſsimam Trinitatem. ſ patrem, filium, & Spiritũ Sanctum, quia licet nõ ſint tres Domini, ſed unus Dominus, ratione tamen trium perſonarum appellantur Domini, quos aliqui iuxta hę-
D braicam dictionem malunt appellari Dominantes quam Dominos, & opinantur his uerbis Ezechiam petere auxilium, non ut mortem euadat, quaſi ipſam horreret, ſed ut uitæ tempus ei concederetur, quo prolem gignere, de qua Chriſtus eius ſemini promiſſus ꝓſtituto tempore naſceretur. Et hoc eſt quod dicit. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meę. Vbi notandum poenitentiam, ac dolorem male actorum non ſemel, aut aliquando nobis ſuſcipiendam, ſed toto
E uitæ noſtræ tempore firmiter retinendam. Quoniam ut. d. D. Chriſoſtomus, quemadmodum delictorum memoria una. ſ cum pœniteutia rite ſuſcepta iuſtificat, ita memoria bonorum operum cum iactantia deſtruit, ac tollit præmium D. Ber. recogitabo inquit, ideſt

iterum cogitabo, ne aliquid fortè oblitus sim, neque aliquid iniudicatum, & indiscussum remaneat. & D. Aug. 2. libro confess. cap. 1. inquit. Recordari volo, transactas fœritates meas, & carnales corruptiones animæ meæ, non qđ eas amem, sed vt amem te Deus meus amore amoris tui facio istud, recolens vias meas nequissimas in amaritudine animæ meæ. Postmodum sese præparat Ezechias ad explicandum Dei beneficium, & quam est consecutus ab eo misericordiam, & quasi se ipsum consolatur dicens.

D. Aug. 2. lib. cap. 1.

Domine si sic viuitur, & in talibus uita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me. Dicit hoc loco. D. Hier. quod ipse Ezechias tanquam securus de premio, & de salute quam expectebat incipit philosophari, & discutere de humano statu, & de conditione hominum in præsenti vita, & ideo inquit.

D. Hier.

Domine si sic viuitur. q. d. si vita nostra consistit, aut perficitur in tot angustijs, & calamitatibus, & in talibus. i. non secus quàm mihi euenit, vita peragitur, corripies me, & uiuificabis me. i. dabis mihi, hoc est, vitæ Spiritus mei ad correptionem, & probationem viriũ mearum, seu cordis mei, & patientiæ meæ tantum angustiarum, & afflictionum, quantum sit satis ad meam emendationem, & viuificabis me; spero enim te mihi daturum gratiam, qua possim sustinere, & preterea uitam concedes, & corporis, & animi salutem perfectam; & vt breuius dicam, sic intellige. ò Domine si sic viuitur. i. si hæc vita humana absq; miserijs, & afflictionibus transigi non potest, & in talibus, hoc est, in huiusmodi viuendi rationibus vitam spiritus mei trãsigi oportuit, corripies me, & viuificabis. Ezechias tandem fuit figura, & exemplar eorum qui crebris vicissitudinibus nunc per gratiæ collationem visitãtur ne deficiant, nũc tentantur per carnis suggestionem ne superbiant. Vel melius. Si sic viuitur. i. si non possumus vitam obtinere, & sanitatem spiritualem nisi mediantibus afflictionibus, & tribulationibus, quoniã per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum, corripies

A me, & viuificabis me. i. lubẽti, & prõpto aĩo eiusmodi tribulationes suscipiã, & postea viuificabis me, & erit ĩ pace, & qete, ac securitate amaritudo mea amarissima. Aliqui exponunt hãc partẽ magis ad literam, sic dicentes. Domine si sic viuitur. i. si communiter hominũ uita præterit hoc tempus, quod tu mihi præscribis v3. triginta nouem annorũ, fac ut vita spiritus mei, hoc est ego

B ipse quoq; possim inter eos annumerari, qui uitã longiorem traducunt. Corripies me. i dabis mihi hanc ægritudinẽ ista. s. ut postea me viuifices. s. longiorẽ vitam concedas. Verum hæc expositio meo quidem iudicio est nimis dura, & difficile admodum cum textu concordat. Alij alias dant expositiones, sed has adduxisse sufficiat. Cum deinde subdit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. D. Hiero. sic exponit

C Ecce in pace amaritudo mea amarissima, i. quamuis nunc sit reddita pax, & securitas mihi, & vniuerso populo, ista tamen pax est coniuncta cum amaritudine amarissima, quia crucior, & in eo sum metu, ac timore, vt dies mei mox sint finem habituri. quæ expositio locum habet penes illos, qui asserunt Ezechiam ægrotasse post solutam obsidionem, id quod verius puto, sed qui secus opinantur possunt admittere hanc

D expositionem, quasi ipse Ezechias referat tædium quo maxime vexabatur, quia & si sanitas ei fuerit restituta, & longioris vitæ facta pollicitatio ob quæ quandam habebat corporis, & animi pacem & quietem; quia tamen Ciuitas erat obsessa ab Assyrijs timore concutiebatur animus eius, & cõflictabatur, ne forte Ciuitas expugnaretur ab hostibus. & propterea dicit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima: dicitur

E quidem hæc eius amaritudo amarissima, tum quia nouerat se in multis deliquisse, q̃q̃ sup̃ dixerit se, quod bonum est in oculis Dei effecisse: Nam piarum mentium est agnoscere culpam, vbi nõ est culpa; vel amaritudo erat amarissima ob ingruens bellum Assyriorum, cuius causa mirumimmodum vexabatur, sed hæc opinio iã est reprobata. Quod si huiusmodi amaritudinem ad morbum

morbum quo laborabat referamus, dicebatur quidem amarissima, quia, (ut supra diximus) sicut leo discerpebat, & conterebat carnes, & ossa eius. Aut verius dicamus. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Ecce.i. præter omne meritum, & præter, & supra omnes facultates virium mearum: amaritudo mea amarissima.i. incredibilis animi afflictio dolor, & contritio ex perpetratis sceleribus proueniens, & grauans aiam meã in pace iã est, & in pacem conuersa, quandoquidem nulla potest esse maior, & iocundior conscientiæ pax, & trãquillitas quam cum quis nouerit, aut rationabiliter conieecrit se immunem esse à peccato, & veniam esse consequutum: quæ verba D Bern. trahens ad nostra tempora, dicit amaritudinem Ecclesiæ fuisse in pace amarã in nece martirum: amariorem in conflictu hereticorum, amarissimam in moribus & cõuersatione domesticorũ, & profecto quam sit amarissima vita hominum pñs, nulli est ignotũ ut optime notat hoc loco Iacobus de valẽtia.

Proinde sequitur. *Tu autem eruisti animam meam ut non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.* Tex. 8.

Hæc profecto maxima sunt, & inexplicabilia Dei beneficia, neq; ea verba profert Ezechias tanquam aliquid sibi ipsi arroganter persuadens, sed potius quo laudes, & gratias de tam singulari beneficio referat ipsi Deo. Ego quoq; miser & infelix peccator, ac indignus Sacerdos, & Dei administer, nihil aliud quæro, nihil expostulo, nisi ut misericors Deus proijciat post tergum suũ omnia peccata mea, neq; illa amplius aduertat, sed mei misereatur, ne contingat animam meam perire. Alij secus exponunt, v3. Tu eruisti animam meam supple, à morte, ne periret spes promissa mihi, & progenitoribus meis de Messia ex semine meo nascituro.

Subinde sequitur. *Quia non infernus cõfitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.*

Videtur hoc loco Ezechias Dei misericordiam commendare, & hoc eius opus summis rationibus efferre, quod si iure quodam Deus proiecerit omnia eius peccata post tergum suum, quia, inquit, non infernus confitebitur tibi neq; mors laudabit te: certum est enim qui latent in sepulchris omniq; spiritu uitæ, & intelligentia carent, non confessuros, hoc est, laudaturos nomen tuum multo minus qui degunt in inferno, & sunt mortui. Per mortem quidem hoc loco, & infernum. Glos. ordinaria cũ D. Thoma intelligunt homines damnatos, iuxtà illud In inferno quis confitebitur tibi? & alibi. Non mortui laudabunt te Domine, neq; omnes qui descendunt in infernum. Et rursus. Nunquid aliquis in sepulchro narrabit misericordiam tuam, & veritatem tuã in perditionem? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? Quibus quidẽ locis dubio procul per mortem, & per infernum, & per locum tenebrarum, intelligendus est locus damnatorum; nec non tumuli defunctorum, qui qua ratione mortui sunt, & vita destituti, neq; confiteri, neq; laudare possunt nomen Dei. Sic etiam per lacum intelligitur locus dãnatorum, at lacus de quo educti fuerunt sancti patres in sanguine testamenti, ut Zach: 9. erat limbus, in quo dormitabant quousque adueniret redemptor; qui educeret eos de tenebris & umbra mortis. Non autem per mortuos, et per infernum intelligẽdus est locus ubi degebant animæ sanctorum patrum; neq; animæ illorum, qui cum fide, & gratia decedentes expleto purgationis tempore ad cœlestes aulas transferuntur. Sic ergo intelligendus est iste locus. Non infernus cõfitebitur tibi, neq; mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in Lacum .i. in locum damnatorum, nõ expectabunt.i. non curabunt, & paruifacient ueritatem tuam.i. iustitiam, & misericordiam, & consequenter non prorumpent in laudem mirabilium operum tuorum. Viuens, viuens ipse cõfitebitur tibi, sicut & ego hodie qui adhuc dei beneficio sum uiuens: ego inquam viuens confitebor tibi, & laudabo nomen tuum. Repetit eandem vocẽ bis, quo demostret duplici vita uiuen-

Marginalia: A, B, C, D, E; ps. 6. D. Thom. ps. 113. ps. 87. Luc. 8.

tes esse qui confitebuntur tibi, vel dupli ci uita eos uiuere oportet ad confitendum Deo, & ad iugiter eum laudandū .s. uita præsenti, quæ est uita corporis, & uita gratiæ, quæ est uita spiritualis, quia non est speciosa laus in ore peccatoris: vel duplex vita requiritur ad digne, & salubriter Dei laudes recensendas u3. uita quæ est per fidem. Quia iustus ex fide uiuit, et uita operum, q. s. quis uirtuose operetur, quandoquidem fides sine operibus mortua est. & Leuit. 18, custodite leges meas atq; iudicia q̄ faciens homo uiuet in eis. Propterea quicunq; in fide operibus circumsepta, et uiuificata, quamquam corpore sint mortui, uiuentes tamen censentur, et sunt. Dicimus enim Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, qui quidē mortui sunt corpore, propterea quod eorum animæ sunt iam diu à corporibus seiunctæ. dicuntur tamen uiuētes, et uiui, quia Deus est Deus uiuorum et non mortuorum. Et sap. 5. Iusti in perpetuum uiuent et apud Dominum est merces eorū. Aliqui dn̄t fieri hāc repetitionē uiuens uiuens confitebitur tibi: ad maiorem declarationem et expressionem animi, qua Ezechias exprimere cupiebat affectum suum, et quo magis diuinam bonitatem ad miserendum, et conferendum ei longiorem uitam prouocaret, et quidem pro tot beneficijs animæ, et corporis nobis passim à Deo collatis, nil gratius nos facturos existimandum est ipsi Deo, quàm perpetuo eundem laudare, et gratias ei referre; quemadmodum se fecisse dicit Ezechias. d. *Sicut & ego hodie*. qui. s. post quam conualui, confestim ascendi in templum ad laudandum Deum. Nos autem non semel tantum, aut aliquando, sed semper id efficere curabimus: quemadmodum. d. Dauid psal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Abacuk. cap. 2.

sap. 5.

ps. 33.

Et ut magis ostendat, quàm oportunum fuerit quòd præter sanitatem, et longiorem vitam, fuerit ei data facultas procreandi prolem, his verbis ostēdit cum inquit. *Pater filijs notam faciet veritatem tuam* .i. hoc adijcietur commodi, quòd diutius viuens, & prolem

p.

A educens, faciet notam filijs veritatem tuam, i. iustitiam, sanctitatem, & misericordiam; & præter hæc viam præbebit agnoscendi veritatem, & verum Dei cultum exercere, iuxtà illud psal. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui, *ps. 50.* & spiritu principali cōfirma me, & ego docebo iniquos vias tuas. & psal. 77. *ps. 77.* Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera. & Deuter. 32. Interro *Deu. 32.* B ga patres tuos & annunciabunt tibi.

Tandem concludens canticum, & finem imponens actioni gratiarum, petit diuinæ benedictionis complementum. d. Domine saluum me fac, & psalmos nostros cōtabimus. i. laudes, hymnos & cantica cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini: hoc est in templo, quia hęc domus est verè locus ille, in quo nos orare oportet, & quisquis hoc tēplum beneficia petiturus ingre- C ditur, cuncta se impetrasse lætetur. & hoc est templum illud, in quo omnis qui petit accipit, quamquam verius, & & securius, quicquid petimus obtinebimus, si corde & mente pura quicquam petierimus: mens enim nostra dum fuerit purgata peccatis, est templū Dei, multo pulchrius, & speciosius quàm domus fabricata lignis, & lapidibus, iuxtà illud Apostoli. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Pro sensu D morali totius huius cantici, uide D. Bernard. sermone proprio super illud.

Postremo in calce huius capituli ponitur medela, quam iussit Esaias apponi super vulnus ipsius Ezechiæ, quamq̄ id quod ponitur hoc loco, fuit antequā daretur signum ipsi Ezechiæ recuperādæ sanitatis, uitæ protelandæ & occisionis exercitus Assyriorum. sed quia *De hac medela uide: 4. Reg. cap 20* Esaias primaria intentione non intendit describere historiam, sed prophe- E tiā, propterea priore loco posuit quod ad prophetiam pertinet. De qualitate morbi, & eius remedio non curo quicquam dicere, satis enim superq; de his alij scripserunt. sed duo tantum mihi notare libuit. Primùm quod solo verbo poterat curare ipsum Regem Esaias; voluit tamen adhibere medicamentum, vt sciamus quòd oīs creatura

Dei

Dei bona est, & nihil reijciendum, qđ cum gratiarum actione percipitur, & consequenter nulla remedia iure nobis pro sanitate tuenda, aut recuperanda à Deo præstita, sunt negligenda, inter quæ præcipuum est ars medicinæ, quãquam in hoc morbo Regis Ezechiæ tollendo dicũt aliqui vt supra diximus remedium ab Esaia allatum potius cõtrarium, quàm præsentaneum extitisse, qua in re suam quoq; voluit Deus ostendere uirtutem, & potentiam.

Aliud hic notandum est quod cũ Rex Ezechias tot à Deo beneficia impetrasset nullum aliud signum petit, nisi vt posset ascendere in domum Domini, hoc est, in templum ad laudandum Deum, quod fecit tertia die postquam conualuit 4. reg. 20 id quod facere debent omnes pij & viri timorati, sicut & A ego quamquam omnibus deterior absit uerbo iactantia, aliquando me egisse recordor, quippe qui non aliam ob causam corporis sanitatem vehemẽter expetebam, nisi quo possem adire templum Domini, sacra facere, & quod reliquum est temporis in studia sanctarum scripturarum die noctuq; totis viribus incumbere. Quidam moderni volunt hęc postrema verba dicta ab Ezechia, non vt interroget & petat; sed B vt admiretur: vt illud ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum? Ita hic. Quod erit signum .i. quam admirabile, vt ascendam in domum Domini? sed prior expositio est communior.

Et in hoc terminatur expositio cap. 38. Laus Deo.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

IN *tempore illo misit Merodach Baladan filius Ba-* 1.
ladan rex Babylonis libros, & munera ad Eze-
chiam: audierat enim quod aegrotasset & conua
luisset Lætatus *est autem super eis Ezechias, &* 2.
ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & au-
ri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas
supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius.
Non fuit verbum, quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua,
& in omni potestate sua. Introiuit *autem Esaias propheta ad* 3.
Ezechiam Regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & vnde
venerunt ad te? & dixit Ezechias: De terra longinqua venerũt
ad me de Babylone. Et dixit. Quid viderunt in domo tua? Et 4.
dixit Ezechias. Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit
res, quam non ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit Esaias
ad Ezechiam. Audi verbum Domini exercituum. Ecce dies
venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ

the-

thesaurizauerunt patres tui usq; ad diem hanc in Babylonem: non relinquetur quidquam dicit Dominus. & de filijs tuis, qui exibunt de te, quos genueris tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.
5. *Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Domini quod loqutus est. Et dixit: fiat tantum pax, & veritas in diebus meis.*

EXPLANATIO IN TRIGESIMVMNONVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis libros, et munera ad Ezechiam, audierat enim quod ægrotasset, & conualuisset &c. usq; in finem.*



CAPITVLVM istud est adeo clarum & perspicuum, ut nulla prorsus indigeat explanatione. propterea exactã, & peculiarem cuiusq; particulæ expositionem dimittemus, & verba quædam duntaxat annotabimus; & quædam ad nostram instructionem, & utilitatem documenta non parum conferentia subijciemus. Quo ad verba, primùm nota, quòd tempus illud quo rex Babylonis misit libros, hoc est literas, & epistolas, ac munera ad Ezechiam regem, fuit post mortem regis Assyriorum, & destructionem vniuersi eius exercitus, & posteaquã vt habes in litera, conualuit ab infirmitate tua. Nunquid autẽ rex ille Babylonis, fuerit tributarius regis Assyrij, aut è contra, mihi parum conducit, nec meo quidem iudicio, ad rem quam intendimus multum confert. Deinde nota, communiter in sacris literis, ut habes 4. Reg. 20. & apertius 2. Paralip. 32. Ezechiam regem fuisse reprehensum, & non leui nota sugillatum, cum ipse fuerit magnopere lætatus ob hanc legationem, et honorem illi delatum a Rege Babyloniorum. sic enim habes in textu.

4 Reg. 20. — 2. Paralip. 32.

Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum & argẽti, & auri, & omnes apotechas, & vniuersa quæ inuẽta sunt in thesauris suis. Apotecha. n. licet secundum veteres, dicatur cella vinaria vbi vinum conseruatur, et venditur, tamen ut habes 2. Paralip. loco citato Apotecha illa dicebatur locus vbi conseruabatur frumentum, vinum, et oleum, et ut vno verbo dicamus, apotecha dicitur locus siue statio ĩ qua res venales exponuntur, et crediderim ego apotecham dici id quod vulgo appellatur Magazino, sed non iuxtà hoc significatum sumitur hoc loco. Dicit deinde textus. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, et ĩ oĩ potestate sua. Vbi nota dictionẽ illam (verbum) summi hoc loco pro re, et non quacunq; sed pro rebus præciosis,

Res & verbum quò se habent inter se.

ciosis,& dignis laudibus, & visu, Nec A mireris quod hęc dictio verbum significet rem, quoniam hæ duæ dictiones res, & verbum mutuò sibi inuicem cõmunicant sua significata, quia res cui proprium est esse, aut fieri quandoquè, dicitur, vt habes 4. Reg. Si rem grandē dixissem tibi &c. & hæc dictio verbum cui conuenit dici, aut proferri, dicitur quandoq; res, vt illud Amos Prophetæ. Non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos B prophetas. Et secundum D. Tho. verbum dicitur res, quia id quod est, est dignum verbo, i. vt dicatur, & sciatur.

Præterea est notandum, quod alia nota fuit sugillatus Ezech. quoniam introiuit Esaias propheta ad eum, & dixit ei. *Quid dixerunt viri isti, & undè venerunt ad te?* At ille ad vnam tantum petitionem respondit, ad eam. s. qua maximè videbatur posse gloriari, & se ipsum extollere d. *Nuncios venisse ad eum* C *de terra longinqua*, hoc est de Babylone, quo responso haud dissimulanter præ se tulit maximam iactantiam, & leuitatem animi seque eum esse principem tanti nominis, & existimationis, vt nationes remotissimæ, ad eum uidendum, & colendum, cum literis, & muneribus accesserint, & non dedit laudē Deo. Cumq; retulisset ipsi Esaiæ se illis ostendisse quicquid erat in thesauris suis prædixit illi Esaias. *Audi verbum domini exercituum. Ecce dies venient,* D *& auferentur omnia quę in domo tua sunt.* & quòd logè deterius est, & valde ignominiosum, *filij tui, & qui exibunt de te, & quos genueris tu, & posteri tui tollentur, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.* Vbi nota non esse sensum prophetæ istos fore spadones, quemadmodum illi, quibus dicuntur præcisa virilia, sed dicuntur eunuchi aulici principum, & præsertim cubicularij, siuè cu E stodes cubilis ipsius principis, ac regis. & breuiter D. Th. dicuntur isti eunuchi mente, & officio, non autem corpore. Cum hunc malum nuncium, & triste vaticinium audisset Ezech. hæc tantum verba respondit. *Bonum verbum domini quòd locutus est*: id quod secun- quosdam ironicè dictum fuit, q. d. Bonus est nuncius, bona sunt verba per antiphrasim, quæ dominus locutus est. Veruntamen & dixit. *Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis*, q. d. & veniat quicquid velit modo diebus meis, & quoad vixero, & huius regni gubernacula habere concedetur. Fiat pax, & veritas i. quæ mihi hactenus sunt promissa conferantur, & fiant. Hæc expositio mihi certè multum arridet, sed nolo plus sapere, quàm oportet sapere. Glos. enim secus immaginatur, vult enim hoc esse dictum approbando, & laudādo sententiam domini, tanquam iustam, & rationabilem q. d. verè, & iustè locutus est dominus, i. quòd mea temeritas, & insipientia commeruit. patiētiam ergo me habere oportet, qu a imprudenter egi. Sed longè melius quidam moderni hanc particulam exposuisse uidentur, quod s. Ezech: nihil magis habebat in votis, neq; quicquam fuit ei antiquius, quam quod promissa sibi soboles nasceretur, & tantum temporis fuisset ei concessum, quo posset impubertatem prouehere sobolem suā ex qua Christus nasceretur, & hoc est verbum quod d. Bonum verbum domini, quod locutus est, fiat tantum pax, & veritas in diebus meis. Prior expositio mihi summopere placet. ex his instruimur, & monemur, ne in prosperis nimium extollamur, quandoquidem facilè est in his periclitari, vt experimēto comprobatur, quemadmodum prosperitas vt plurimū plus officit, quàm proficit, iuxtà illud ps. Cadent à latere *Psal: 90.* tuo mille, & decem millia à dextris tuis, & ideo dicit alibi ps. 15. Prouidebā *Psal. 15.* dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commo uear. Vnde lact. inquit: ex prosperitate *Lactant.* luxuria, ex luxuria verò, vt uitia omnia, sic impietas aduersus Deum nascitur. Deinde aduertendum ne ob iactantiā, & aīi elationē opes nostræ, & thesauri *Thesauri recondendi.* nostri, & quicquid diuino munere obtinemus, cuicunq; pateant, & palam fiāt, iuxta illud. Eccl. 11. Non inducas omnem hominem in domum tuam, quod si de bonis istis tēporalibus, & caducis faciundum esse monet scriptura: multò magis id fieri debet de bonis spiritualibus,

Eunuchi multiplices.

tualibus, de iustitia, de sanctitate, & de A quibuscunq; operibus, quibus nos credimus placere Deo, quemadmodum monet ipse saluator. Math. 6. d. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Finis & intentio quoruncunq; bonorum operum ea una esse debet ut placeam' ipsi Deo, & honorem tantum, & gloriã ipsius quęramus, nec velimus fieri sicut hipocritę tristes, qui exterminant facies suas, vt appereant hominibus B ieiunantes &c.

Math. 6.

Postremo nota prudenter admodum sãctissimum hunc vatem Esaiam fecisse, dum de hac leuitate seu iactantia reprehensurus regem Ezechiam, accessit ad eum: quemadmodum etiam eã ei attulit nuncium mortis, vt cognoscamus, & addiscamus in rebus tristibus, & funestis, qui quidem, non satis libenter audimus necessariam esse præsentiam alicuius viri boni atq; prudentis, qui nos fulciat, ac sustineat, ne prorsus animo consternemur, quemadmodum hoc loco factum esse perspicimus.

Et hæc pauca de capite 39. dicta sufficiant.

CAPVT QVADRAGESIMVM.



Onsolamini, consolamini popule meus, dicit
Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & ad-
1. *uocate eam: quoniam completa est malitia eius,*
dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Do-
mini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox
clamantis in deserto: Parate viam Domini, re-
2. *ctas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis uallis exal-*
tabitur & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua
in directa, & aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria Do-
mini, & videbit omnis caro pariter quòd os Domini locutum
est. Vox *dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis ca*
ro fænum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fæ
3. *num, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Vere*
fænum est populus: exiccatum est fænum, & cecidit flos: Verbũ
autem Domini nostri manet in æternum. Super *montem excel-*
sum ascende tu qui euangelizas Syon: exalta in fortitudine vo-
4. *cem tuam, qui euangelizas Hierusalem, exalta noli timere,*
dic ciuitatibus Iuda: ecce Deus vester: Ecce Dominus
Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce
merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut *pastor gregem*
suum pascet: in bracchio suo congregabit agnos, & in sinu suo le
5. *uabit, fætas ipse portabit.* Quis *mensus est pugillo aquas, & cæ-*
los

los palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terrae
& librauit in pondere montes, & colles in statera? Quis audi-
uit spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit
illi? Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum
semitam iustitiae, & erudiuit eum scientiam, & viam pruden-
7. tiae ostendit illi? Ecce gentes quasi stilla situlae, & quasi momen
tum staterae reputatae sunt: ecce insulae quasi puluis exiguus. Et
libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non
sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt
coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatae sunt ei. Cui er-
go similem fecistis Deum? aut quam immaginem ponetis ei?
Numquid sculptile conflauit faber? aut aurifex auro figurauit
illud, & laminis argenteis argentarius? Forte lignum, & impu-
tribile elegit: artifex sapiēs quaerit quomodo statuat simulachrū,
quod non moueatur. Nunquid non scitis? numqud non audistis?
numquid non annunciatum est vobis ab initio? numquid non
intellexistis fundamenta terrae? Qui sedet super girum terrae,
& habitatores eius sunt quasi locustae: qui extendit velut nihi-
lum caelos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitan-
dum: Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices
terrae, velut inane fecit: & quidem neq; plantatus, neq; satus,
neq; radicatus in terra truncus eorum: repente flauit in eos, &
aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui assimila-
8. stis me, & adaequastis, dicit sanctus. Leuate in excelsum ocu
los vestros, & videte quis creauit haec: qui educit in numero
militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: prae multitudine
fortitudinis, & roboris virtutisq; eius, neq; vnū reliquum fuit.
9. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel? Abscondita est via mea
à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit? Numquid
nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui crea-
uit terminos terrae: non deficiet, neq; laborabit, nec est inve-
stigatio sapientiae eius. Qui dat lasso virtutem: & his qui non
sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, &
laborabunt, & Iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem spe-
10. rant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut
aquilae, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non de-
ficient.

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *Consolamini, consolamini popule meus: dicit Deus vester. loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis & c.*



N quibusdā codicibus legitur, cōsolamini cōsolamini populū meū, sic habet textus. Lxx. Interpretum, & pleriquè exponunt illū, vt.s. verba fiant ad prophetas, & ministros verbi dei, vt.s. consolentur populum Dei. sed quia in meum iam induxi animum in hac mea elucidatione sequi vulgatam editionem, & ab ea ne latū quidem vnguem discedere: Idcirco exponam sicut iam communiter in Ecclesia legi solet. Consolamini inquam, consolamini popule meus: Glosa introducens hoc capitulum, in quo lætissimi nuncij nobis proponuntur, vt potè manifesta, & satis aperta de redemptione facta per Christum oracula, dicit. Prophetam Esaiam cum agnouerit regem Ezechiam non satis perpetrati criminis pœnituisse, nihil ultra ei respondisse, sed conuersum ad populum in hæc verba prorupisse. Consolamini, consolamini popule meus.q.d. Popule meus, popule fidelis, & salutis æternæ vehementer anxie, consolamini.i.accipite consolationem, ne demittatis animum, nolite prorsus fiduciam deponere. dicit Deus vester. Hæc enim sicut verba Dei non hominis, ipse præcipit vos consolari, neq; vllus prȩter eum potest securius hoc præcipere, & vobis indicere D.Cyrillus introducēs, D. Cyrillus

A & ipse, & afferens intentionem huius capituli.d. Clarum, & apertum in eo proponi vaticinium, & non tanquam propheta, sed verius vt Euangelista videtur illud aperire: quēadmodum.s.per gratiam Christi sumus liberati ab ergastulo legis, & peccati, & à seua tirannide, & captiuitate Demonis, & inferni; hoc autem oportunè factum est in hoc loco, postquam prȩdixit vltimam Iudaicæ terræ captiuitatem ante Christi aduentum; ut igitur post hæc aliquam af- B ferret consolationem, hæc verba subiūgit. Consolamini, consolamini popule meus; quibus verbis innuitur eum populum fuisse olim in maxima tristitia, & mȩrore, animiq; perturbatione constitutum. Cum autem nobis proponuntur, aut veniunt quibus tristitia, & mȩror expellitur, ac propulsatur, & aliquid gratum, & periocundum affertur, vndecunq; venerit, tunc proprie dicimur consolari, quando v3 animi af- C fectus ab aliqua tristi passione ad aliquam augustiorem, & optabiliorem dispositionem transmutatur. Bis candē vocem repetit.d. consolamini, consolamini, vel propter duos Christi aduentus, quorum vtroq; maximam consolationem populus fidelis dubio procul accepisse creditur; vel repetit eandem vocem, vt magis pium, erga nos Christi Domini affectum explicaret: Nosquè item magis animaret ac excitaret, vt consolemur, vel vt innueret cōsolationem

nem corporis, & animæ, quia liberati erimus à culpa, & pęna tam temporali quam ęterna, & tandem propter spē consequendæ gratiæ pariter, & gloriæ. Aut tertio dicamus eiusmodi vocē repetitam, vt ostenderet propheta consolationem fore propositam, atq; promissam vtriq; populo, Gentili, videlicet & Iudaico, propterea inquit. consolamini, consolamini, &c. Prima enim consolatio fuit potissimum Israelitis proposita, cum Christus ipse dixerit Matth. 10. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Postea verò fuit data consolatio his, qui ex gentibus venerunt ad fidem, cuius rei datur exemplum de veste aurea promissa nobili, postmodum verò data viro ignobili, sic & consolatio de qua loquitur Propheta in hoc loco promissà primitus Iudæis, data verò gentibus.

Matth. 10.

Dicit postmodum, loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam. Loquimini, inquam, vos prophetæ, vos Sacerdotes, & ministri Domini, loquimini intimius vos Angeli Dei ad cor Ierusalem. d D. Cyrillus loquimini vos præcones, & ministri noui testamenti ad cor Ierusalem, lex enim vetus, & ministri illius non loquebantur ad cor, quia non immittebant in animum eorum quos monebant quicquam quod re vera multum operepræcium conferret, neq; rem ipsam attingebant, sed solas vmbras, & figuras: At euangelica pdicatio attingit propensissimas quasq; hominis cogitationes, & meditationes, & penitissima animi penetralia accēdit, & inflammat; sicut dicebat Dauid. In corde meo abscondi eloquia tua, vt nō peccem tibi. De hac locutione ad cor loquebatur Hier. 31. cap. Ecce dies venient Dicit dominus, quibus dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam &c. & Paulus 2. ad Corinth. cap. 3. à principio. Epistola inquit nostra uos estis, scripta non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Alij per loqui ad cor, nihil aliud esse volunt, nisi loqui suauiter, & blandè, non acriter aut acerbè, quo quidem modo magis exasperatur, & irritatur hominis affectus, quàm ad

D. Cyrillus. *Loqui ad cor.* *ps. 118.* *Hier. 31.* *2. Cor. ca. 3.*

quicquam bene, aut hilariter agendum moueatur. Nam sermo mollis frangit irā, sermo durus excitat furorem: prouer. 15. Quidam alij exponunt loqui ad cor, est ea quæ placent, quæq; delectant, & grata esse præsumuntur homini fore proponenda. Iuxtà illud Esa. 30 loquimini nobis placentia.

Prouer. 15. *Esa. 30.*

Ego autem (saluis aliorum opinionibus) simpliciter, & purè huiusmodi propositionem exponens, dicerē loqui ad cor nihil aliud esse, nisi ea loqui quæ verè sunt proficua, & nobis salutaria, sed ita ea loqui, & proponere, & tali verborum formula, vt penetrent, & pertingant ad cor. i. vt re vera moueant, & excitent, & afficiant cor eius ad quem loquimur, & hoc facile potest contingere, quia vt inquit apostolus, viuus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti Hæb. 4. dicit igitur propheta loquimini ad cor Ierusalem, hoc est ad Ecclesiam collectam, & coactam ex Iudæis, & Gentibus, & aduocate eam. i. participem faciatis sermonum vestrorum; non eam excludatis à vestra concione, aduocate ipsam, & si fieri potest pertrahatis, & compellatis, & conueniatis omnes in vnum, idest omnes vnà congregemini, idipsum dicatis omnes, non sint in vobis schismata. 1. Cor. 1. conuentum facite omnes qui diligitis illā, nunciando, & indicando ei quæ sequuntur: & quæ nam sunt ista? hæc tria nimirum. *Quoniam completa est malitia eius. Dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.*

Hab. 4. *1. Cor. 1.*

O bone Deus, ò clementissime Deus, ò singularem, & inexplicabilem Dei benignitatem: qui quæso) & quales poterant gratiores, & iocundiores huic ecclesiæ nuncij afferri, quemadmodum isti tres? Ego quidem fateor me nullum habere sensum, neque intellectum, quo isthæc possim, vel tantillum meditari, neque vllum genus verborum, quibus aliqua ex parte, vel etiam minima possim explicare. Completam. s. esse malitiam nostram idest non amplius afflictiones, animi perturbationes, & inquietudines nos

esse pasturos : deinde dimissam esse iniquitatem nostram .i. nobis peccata esse remissa, Deum non amplius nobis irasci, & peccatum nostrum esse penitus absumptū. Postremo duplicia suscepimus de manu Domini pro omnibus peccatis nostris, hoc est vice, loco & præmio, seu compensatione peccatorum nostrorum: duplicia inq̄ accepimus beneficia.s.collationem gratiæ, & apertionem gloriæ, tanta .n. fuit benignitas, & clementia Dei ergà populū suum, de quo supra locuti sumus, quod vbi propter eius peccata, & scelera multa, multas, & perpetuas mærebatur pœnas, & supplicia, de misericordissima manu Domini innumerabilia suscepit beneficia: atq; id quidem non merito suo, sed, vt diximus, ex immensa Dei misericordia. D.Hierony. longè secus exponit hanc particulam: Vult enim hoc addiectiuū (duplicia) adiacere huic substantiuo v3. supplicia, adeo quod ꝓ omnibus peccatis suis præfatus populus Iudaicus de manu Domini suscepit duplicia, hoc est duo supplicia, vel bina supplicia; alterum à Babylonijs, reliquum à Romanis, & hoc quidem verum est, quod attinet ad historiam. At secundum spiritum alius est populus, qui præcipitur consolari per apostolos, & dei ministros figuratus & designatus per hunc populum Iudaicum, & hic est populus collectus ex Iudæis, & Gentibus; quippèqui de manu domini suscepit duplicia, vt mox videbimus, & de hoc populo loquitur Zacch. cap. 2. d. Gaude, & lætare filia Syon, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus, & applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum: & hic populus suscepit de manu Domini duplicia, i. multa, & pręsertim populus Iudaicus, quia qui scit voluntatem Domini (qualis erat populus ille) & quales sumus etiā nos, & non facit, plagis vapulabit multis: de hac duplici pęna loquitur etiam infra Esa. cap. 61. D. item Ambro: per duplicia subintelligit peccata .i. pœnas pro peccatis, & ea quidem non duplicia solum, sed multa, ut maius appareret reconciliationis augmentum cuius hæc sunt verba super psal. 118. ser. 19. Maius est reconciliationis insigne, quo numerosior fuerit pœna quam culpa. Iob (Inquit) tot grauatus incommodorum acerbitatibus, pio spem cumulabat affectu. Alij ex veteribus dicunt eum populum duplicem pœnam subijsse, v3. prauas animi cupiditates, & præterea pœnas, & supplicia, quę iustè pro illis nobis irrogantur. Nec debet ulli mirum videri prauas animi cupiditates inter supplicia computari, quia longe grauior est pœna, qua punimur, cū Deus nos derelinquit, & in maximos errores nos labi permittit, q̄, dū re ipsa nos punimur. Ob id.d. Dauid ps. 50. Ne auertas faciē tuā à me, & spiritū sanctum tuū ne auferas à me. tunc.n. deus auertit faciem suam à nobis, cum peccatū non delet, delet autem cum auertit faciem à peccatis. Aug. super ps. 50

D.Hierony. | Zach: ca. 2. | Esa. ca. 61. | Amb. super ps. 118. | ps. 50.

Plures aliæ dātur expositiones huic particulæ si per duplicia, duplicem pœnam, aut duplicem castigationem velimus ītelligere, quòd licet quis pro omnibus peccatis suis nō solum duplicia, sed multo plura de manu Domini suscepisset cū re uera męreatur, & in hoc seculo, & in futuro acriter castigari, & puniri, tamen hæc dicuntur, ut ostendatur quam suauis, & mitis sit misericors Deus omnibus eum inuocantibus, ita vt uideatur quasi ipse Deus more amātissimi Patris compati, & condolore, si populus suus pro quibuscunquè peccatis etiam grauissimis, & enormibus, sustinuerit poenam vllam quamtumuis leuem, & exiguam. Videtur.n. deus ipse longè maiorem quàm fuerit eam existimare, id quod per hæc verba insinuatur, cum per Prophetā.d. Suscepit populus meus duplicia pro omnibus peccatis suis i. maiorem pęnam quàm debuerit, non quidem ꝙ ita sit, quia Deus semper nos punit citra condignum. sed quod ita existimare videbatur ob immensum quo peccatorem ad se reuersum prosequitur amorē. Sed longè melius illos dixisse arbitror, qui per eum, qui suscepit duplicia de manu Dn̄i, Xp̄m Dn̄m Dei filium hominem factum intelligunt, quippèqui pro suis fidelibus, & in eum credentibus satisfactu-

facturus, & pro omnibus eorum peccatis in corpore suo pœnam subiturus, suscepit de manu Domini duplicia. i. multo plura, & maiora quàm nos umquam mereremur, sustinuit supplicia, tãta erat, & tam efficax eius passio, & satisfactio, ut non solum quæcũq; scelera iam perpetrata æquaret, sed quecũq; & quotcumq; poterunt ab uniuersis gentibus usq; ad consumationem seculi perpetrari, non solum æquare uerum lõgè superari, eius namq; passio fuit longè maius preciũ, quàm quecũq; malitia, & grauitas peccatorum. Alij dicunt, nos suscipere de manu Domini duplicia. quòd longè maior fuit gratia nobis à Deo per Christum collata, quàm fuerit pena, quam per peccatum merebamur, iuxtá illud pauli. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia, non enim sicut delictũ, ita, & donum, & sicut dicit Origenes, iusti non solum habebunt quod non regnabit in eis mors, quod ipsum summa est gratia, sed & alia duo conferuntur, unum quod pro morte regnabit in eis Christus, qui est uera uita: alterum quod regnabunt in alia uita per unum Iesum Christum: sed nota quod inquit D. Hiero. Aliud esse solui peccatum, aliud dimitti, quod n. dimittitur, gratis, & absq; ulla pena uidetur auferri, quomodo loquebatur Dauid cũ dixit; Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: & Beatus uir cui non imputauit Dominus peccatum; soluitur autem peccatum, cum per penitentiam, & aliquod afflictiuum purgatur, & reijcitur; hac ratione deleuit peccata nostra Christus pro nobis eorum purgationem faciens.

Tria igitur dona, & precipuos fauores, & inexpectata beneficia iubet Esaias loqui ad cor Ierusalem, quod. s. cõpleta est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, et quod suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis: sed quoniam ubi nos legimus cõpleta est malitia eius, aliqui textus habent, militia eius, ideò supra hoc uerbo egregia quedam non prætereunda duxi in medium afferre. Militia ergo hoc loco potest multifariam sumi. Quidam enim purè, simpliciter, & absolu-

Militia completa.

A te accipiunt hoc nomen pro continuo bello, & conflictu quem toto uitæ nostre tempore subire cogimur, uel in nobis ipsis in quibus carnalia desideria militant aduersus animam, & uelut inquit Apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem, quæ quidem sibi inuicem aduersantur, uel huiusmodi conflictus, & concertatio est unius aduersus alterum, quia inimici hominis domestici eius. & B Christus apud Mattheum. Aliud interius, aliud exterius nos passuros esse denunciat; est præterea & aliud bellum numquam terminabile aduersus principes, & potestates tenebrarum harum. Propterea non immerito dixit patientissimus ille Iob. illud axioma satis peruulgatum. Militia est uita hominis super terram; sed quonam pacto uerum est quod ait propheta iuxtà hunc textũ; completa est militia eius, cũ sit conti- C nua lucta inter nos, & demonem, sic quidem, quoniam adueniente Christo, & spiritu eius paraclyto nos facile poterimus euincere, et ab omni prefata lucta, & contentione liberari, & de eo uictoriam reportare. Sic enim pollicitus est Saluator Ioan. 14. Rogabo patrem, & alium paracletum, siue consolatorem, quemadmodum sum ego, dabit uobis, ut sit uobiscum in æternum spiritum ueritatis. & D. Paulus 2. ad D Chorinth. 1. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus, & nos consolari eos, qui in omni tribulatione sunt. Et alibi idem Apostolus, inquit, fidelis est Deus, qui non patietur nos tentari super id quod possumus, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Et item. Si Deus pro E nobis quis contra nos?

De hoc cõflictu uide Ber. in ser. Malachia.

Militia multiplex.

Matth. 21.

Iob. 7.

Ioan. 14.

2. Cor. 1.

1. Cor. 10.

Rom. 8.

Alio modo sumunt aliqui militiam hoc loco pro singulis prophetarum uaticinijs. q. d. completa est militia eius, idest complete sunt omnes prophetie que de Christo erant. Non erit amplius opus ut prophete laborent in diuinando ac prædicendo quod uenturum est. & præsertim dum multa pate-

rentur ab impijs, & profanis hominibus, vtitur præterito, pro futuro, more prophetico, completæ sunt omnes prophetiæ, idest complebuntur: nam non erit amplius propheta in Israel, postquam venerit Christus qui est finis, & complementum omnium prophetarum, non erit amplius rex, neq; sacerdos, multo minus illa Iudæorum congregatio, quam appellant synagogā, & nonnulli apud eos Ecclesiā militantem, vnde factum est, vt relicta & abiecta Synagoga, neq; amplius actu existente, dixerit propheta. Completā esse militiam eius .i. Ierusalem .i. eam cessasse, & finem habuisse omnem illius decorem, ornatum, pompam, & splendorem. Tertio modo sumitur militia in hoc loco pro illo exercitio, studio, & labore, quo præmebantur miseri Iudæi, velut eorum primores operibus duris luti, & lateris, omniq; famulatu, hoc est. operibus legis, & sacrificiorum, tabernaculorum, & aliorū huiusmodi ministeriorum, quibus magnopere vexabantur, vt vere dixerit Apostolorum princeps. Quid tentatis imponere iugū ceruicibus nostris, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerunt? Eiusmodi ergo labor, & exercitium quod erat sub lege. consumatum est, & perfectum; & non incongrue appellatur militia, tanquam opus cui erant addicti, & obligati, quēadmodum milites ad custodiam, ac defensionem alicuius vrbis, vel castri, sunt positi, & constituti, sicut etiam D. Paulus 1. ad Timot. 1. inquit. Hoc pceptum commendo tibi Timothee iux tà prophetias quæ de te præcesserunt, vt milites in eis bonam militiam. Tātundem est ergo dicere completa est militia eius .i. ipsius populi Iudaici, ac si dicamus, non amplius militandum est in tabernaculo velut prius, neq; amplius vexandus iste populus in tot ritibus, & ceremonijs legalibus velut antea; quia satis hucusq; passus est, & defatigatus, non est opus facere vlterius excubias, aut vigilias in templo, neq; ipsum custodire; ruet enim templum, & vniuersa Ciuitas cum omni populo. His ergo modis est exponenda particula illa, si sic legatur vt diximus.

Paul. 1. Timot. 1.

Sequitur deinde. *Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri &c.* *Tex. 2.*

Prædicit in his verbis Esaias aliud opus, & negocium futurum ante Christi aduentum, per quod implendum erat, & executioni mandandum quod à principio dictum est. Videlicet, Cōsolamini, consolamini popule meus: Nanq; potuisset quis vice populi sciscitari prophetā qua via, & qua rōne, & cā possumus consolari? idest consolationem accipere? Propterea quasi respondens, & satisfaciens propheta huic petitioni subdit.d. Vox clamantis in deserto q.d. En nunc, iàm, iàm videbitis, & audietis qua ratione valeatis consolationem suscipere; audite hanc vocem clamantis in deserto, & facile poteritis consolari. Alij subtilius introducunt hanc partem dicentes. Prophetam tanquam interroganti responsurum, quis tam magna, & præclara beneficia nobis affutura significabit? quis nos tutos reddet, ac certiores talia esse consequuturos? Proinde sic respondens, & omnem dubitationem euacuans, inquit. *Vox clamantis in deserto, parate viam domini &c.* Aut fingit propheta se audiuisse præclara quādam vocem suis auribus insonantem, & explicat quæ sit ista vox. Quis autem fuerit iste clamans, aut sit aliquando futurus, atque vbi clamaret, & quibus, aliqua ex parte hoc loco explicatur. Quod enim fuerit Ioannes baptista, qui in hoc deserto clamare asseritur, dubium non est ei, qui sanctorum Euangelistarum dictis fidem aliquam adhibuerit: omnes enim testantur eum fuisse, de quo scribit hoc loco Esaias, ut patet Matth. 3. Marc. primo. Luc. 3. Ioann. primo: & quamquam quibusdam in verbis sit inter eos nonnulla varietas; sensus tamen, & sententia eorumdem vna & eadem est. Et licet in hoc textu sic legatur. Vox clamantis in deserto, nemo tamen existimet se Ioannem vocem aliquam esse, dixisse; sed vtique se eum esse, de

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioann. 1.

de quo locutus est Esaias cum dicebat. A Vox clamantis in deserto.q.d.ego sum illa vox clamantis, de qua loquebatur Esaias;& secūdū expositionem quorundam antiquorum,ea vox dicitur fuisse Ioannes,quæ solet esse præconis,ut tibicinis,qui monet audientes vt audiāt, & dicenti, siue dicturo, attētè præbeāt aures,dum.s. Princeps, aut moderator est verba facturus: talis (inquiūt) vox fuit illa Ioannis quæ mundo silentium indixit,vt verbum patris æterni audiret,& diligenter attenderet:præmittitur itaq; beatus Ioannes tāquam lucerna ante solem,seruus ante dominum, & vox ante verbum. Et quamuis verbum corde conceptum præcedat ipsam vocem,vt verbum tamen iam corde cō ceptum foris producatur, & proferatur, necessaria est vox. quæ est quasi quoddam verbi vehiculum: fuit ergo Ioannes præco diuini verbi,& fuit etiā vox.per quam declaratum est verbum caro factum,cum dixit. Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Hic autem uir fuit tantæ virtutis, & sanctitatis,quod à quibusdam suæ illius virtutis opinione commotis,putabatur esse Angelus Dei; & ille idem de quo loquitur propheta cum dicit. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam,qui præparabit uiam tuam ante te: à quibusdam verò incredulis,& male affectis habebatur tanquam homo à Demone obsessus: quemadmodum Saluator noster, & ipse affirmauit .d. Venit Ioannes ad vos neq; manducans,neque bibens, & dicitis, quia demonium habet; credibile quidem est inquit Euseb. propter illud quo vtebatur vitę genus quosdam insanos talia in illum probra iactasse, sicut è contrario, qui illius virtutis sensu erant affecti,Angelum esse existimabant,imo refert Ioseph. lib.18 antiq. Nonnullos existimasse ideo Iudæos perijsse, quod Deus voluit iustissime vlcisci mortem ipsius quem occidit Herodes propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo viuenti vxorem. Sed quid plura? Vis vnico verbo scire quis fuerit iste Ioannes? Saluator noster explicat his verbis. Inter natos mulierum eo non surrexisse maiorem,Et hic ille est de quo Zaccharias pater prolocutus fuerat.d. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. præibis enim ante faciem domini parare uias eius. Quòd si quæras, vbi nam locorum prædicabat? dicit textus, in deserto,& in solitudine; huius autem rei causa,quod.d.s.non in vrbibus, aut oppidis, sed neq; in ipsa Ciuitate Ierusalem, sed in deserto,& in loco gentium concursu destituto,& loco magis idoneo ad feB rarum & bestiarum, quàm ad hominū habitaculum sibi ad prædicandum suggestum elegerit ea fuit, vt.s.ostenderet vniuersum ferè orbem desertum fuisse, ac destitutum lumine fidei,& cognitionis veri Dei,neq; Gentes solum, sed & Iudæi quamuis olim populus Dei, erāt retrorsum alienati, & extorres facti à consortio regni cœlorum. Præterea dicit Euseb. hoc ideo fecisse Ioannem ad designandum, & pronunciandum Ieru C salem,templum, & altare quod in ipso erat,fore cito euertendum,& ritus omnes qui secundum Mosaycam legem seruabantur penitus abolendos, quando non amplius per legitima sacrificia sed per purgationem lauacri remissio peccatorū erat ei conferenda. Cum autem dicit. *Parate uiam domini,rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.*

Malach. 3. *Matth. 11.* *Marc. ca. 6.* *Luc. 7.* *Eus. cesar.*

Quamquam per solitudinem nonnulli intelligant Gentes, quòd vz. D ipse Ioannes clamabat his, qui erant in solitudine i.Gentibus, quæ vt diximus erant destitutæ,ac orbatæ omni beneficio spirituali,possum' ēt dicere hoc verbum esse additum ad maiorem rei expressionem, vt sic dicamus. Parate viam Domini, vos qui estis in deserto; & rectas facite semitas Dei nostri,vos q estis in solitudine,hoc est ergo quod ipse prædicabat, & clamabat. Parate inquit viam Domini. Clarior esset sensus,si sic haberet.Parate viam domino, quandoquidem rationi est cōsentaneū, E vt quemadmodum alicui principi nuper accedenti, vel de longè venīeti uiæ, & semitæ rediguntur in ordinem, & præparantur,ita nempè,Christo regi,& principi super omnes Reges, & principes,& tandiu ab omnibus expectato ad nos iā m iam accessuro via omnino est

Parare uiā domino quō intelligēdū.

præparanda; Si verò legas vt habet pręsens textus. Parate viam domini. sic debet exponi, parate .s. & facilem, ac idoneam efficite viam, per quam transiturus est Dominus, & ad nos venturus; ad nos, inquam, visitandos, & liberandos à seruitute peccati, & ad illuminādos eos, qui erant in tenebris, & in vmbra mortis, sicut ille dixit. Visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui &c.

Alia est ratio qua nos monemur a Ioanne baptista parare viam domini, & rectas facere semitas eius, vt ponatur discrimen inter legem, & euangelium, & inter vetus, & nouum testamentum: Nam cum Dominus eduxit Israel de Aegypto non recta uia, sed per ambages, & circuitꝰ viarum illum deduxit, hoc est per legem, quæ veluti pedagogus erat, per vmbras, & ceremonias, & per prophetarum vaticinia, quę uix poterant intelligi: At Christus veniens, & volens nos deducere ad opimā & fæcundam, atq; omnibus bonis affluētem promissionis terram, cęlestem v3. Ierusalem, non per ambages, & decliuia legis, & ceremoniarum, sed per veritatem euangelicam relictis figuris, & tropis nos deducit, quæ uia recta est, & plana: & rursus parare nos oportet viam domini, & rectas facere semitas eius, vt. s. uitijs compressis, & reiecta infidelitate, & peccatis omnino reiectis, conuertamur ad dominum.

Quomodo autem hęc uia, & eiusmodi semitæ sint in ordinem redigendæ, & coaptandæ, demostrat ipse propheta, cum inquit. *Omnis vallis exaltabitur & omnis mons, & collis humiliabitur, & erūt praua in directa, & aspera in uias planas.* q. d. omnia adæqualitatem reducentur, nihil erit inuenire eminens, aut depressum: nihil asperum, vel tortuosum, sed ommia plana. & æqua, ut potè quæ nullum impediant iter, aut difficile reddant: sunt enim quædam publicæ uiæ, & semitæ minime peruiæ, sed asperę, difficiles, & obliquæ, vt aliquando assurgere oporteat ad montes, & colles; aliquando per eosdem descendere, nūc in pręcipitijs tāq̄ ruiturus pēdeas, nunc in colles, & valles satis imas, & profundas deferaris: At si contingat ut hæc eminentia, & prærupta loca subsidant, & quæ in cauo, & profundo loco, compleantur, tunc tunc, vndequaque recta erunt, quæ pridem obliqua erant, & quæ quondam erant aspera, & abrupta, erunt uiæ campestres planæ, & uię prorsus expeditæ. Hæc quidem omnia sua metaphoris, ac similitudinibus desumpta ad spiritualem intellectum deducta, nihil fermè aliud innuere volunt, nisi quod pusillanimitas vertetur in securitatem, superbia in humilitatē, nequitia in rectitudinem, crudelitas, & seuitia in mansuetudinem, vt bene colligit D. Thomas. & quidam satis elęganter dicunt, quod homines fracti, & abiecti summa spe salutis erigentur, & homines nimis elati & confidentis animi deprimentur: & iniqui ac fraudulēti se se ad studium æquitatis applicabunt. Hæc sunt dicta iuxtà sensum tropologicum. Et quemadmodum exponit D. Cyrillus manifestum est quidem, omnibus, vt ita dixerim, hominibus inaccessa erat uia ante Christi aduentum, quæ ducit ad uitam, quòd mens ferè omnium mundanis, & terrenis esset detenta cupiditatibus, ac subiecta carnis ijsquè foedis motibus: At postquam Deus homo factus aboluisset peccatum, & principatus, ac potestates, rectoresq; mundi huius esset demolitus æquabilem nobis, & ad currendum aptissimam uiam pietatis effecit. nihil habentem accliue, vel in altum sublatum, nihil profundum aut deorsum, sed in campos latos, & amplos stratam magis complanatam. Id expetebat regius propheta dicens. Legē pone mihi domine uiam iustificationū tuarum, & exquiram eam semper. Et post pauca subdit. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Sed uide ne forte fallaris, quoniā si iuxtà allegoriam montes, & colles, idest superbi, & arrogantes humiliabūtur, ac deprimentur, quòd propterea ualles, idest humiles, & abiecti debeant exaltari, idest in elationem, & superbiam prosilire, sic nulla esset uiæ domini preparatio, neq; ulla rectitudo semitarum: uerum intellige (ut diximus) omnia ad rectitudinem, iustitiam, & æqui-

Ps. 118.

æquitatem esse reducenda. iuxtá illud psal. Virga directionis, uirga regni tui. Aliqui per montes, & colles humiliandos intelligunt populum Iudęorum qui erat in sublimi constitutus, utpote populus, qui postea fuit humiliatus, & deiectus, & p ualles exaltandas & implēdas ipsas gētes; q erant in profundo miseriarū tāq destitutę à Deo, nullam illius cognitionem habentes secundum allegoriam. Vidimus hucusq; quis erat ille, cuius uox clamabat in deserto; uidimus etiam quid clamabat, & quo in loco clamabat: dictum est enim quod in deserto, & in solitudine clamabat, cuius rōnē quoq; adduximus. Supest nunc uidere quibus prędicabat, & ad quos suam hāc uocē dirigebat: Dñt.n. nōnulli exponētes q pdicabat, & clamabat his, q erāt ī solitudine. propterea quòd textus ita habet. Vox clamantis in deserto, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. q. d. uos qui estis in solitudine, idest uos Idolatrę qui in solitudine degitis, & immoramini, quique estis orbati, ac destituti omni cælesti pręsidio, ac omni ueritatis agnitione, rectas facite semitas Dei nostri: At ego existimo non solum Gentibus quę dubio procul erāt in solitudine, sed ad quoscunq; ad eum in deserto prædicantem, & clamantē accedentes, tam Gentium, quam Iudęorum, qui omnes tanquam reptilia in deserto commorantia exibant, ut ab ipso baptizarentur, id quod habetur ex. D. Matth. cap. 3. dum inquit. Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudęa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua, uidens autem multos Pharisęorum & Saduceorum, tanquam reptilia deserti uenientes ad baptismū suum dixit eis. Progenies uiperarum quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? hi ergo omnes erant quibus prędicabat Ioannes. Sed iure quidem oritur hic dubitatio, quid nam quęso erat in Ioanne, quo capta multitudo illa admiraretur illum, & prędicanti baptisma pœnitentię fidem haberet, quid uè in eo dignum erat, quod ducti omnes, rebus proprijs relictis, undiq;

Asperitas uita Io. bapt.

A ad eum confluerent in desertum, cum pręsertim nulla illius gesta fuerint perspecta, nec memoriæ prodita, vel quòd mortuos suscitauerit, aut aliqua miracula fecerit, quid igitur erat, q oēs admirabūdos redderet? Id forte pter diuinā prouidētiā fuit in cā, q illud uitę genus à cōi hominū usu maxime abhorreret: Procedebat.n. e x deserto inusitatū indutus habitum, omnemq; comunē consuetudinem, & conuictum homi-
B num declinans, nullum in uicum, aut oppidum, sed neq; in urbem, uel in cōmunem aliquem uirorum cętum commeabat, sed ne uictu quidem comuni uescebatur, quiq. etiam uestimentum gerebat, ex pilis camelorum confectum, & cibus ei erant locustę, & mel siluestre, quiq; post prędicationem rursus in solitudinem, & in latebras secedens, sine potu, sine cibo, abhorrens à multitudine solus perpetuo uitam de-
C gebat: ob id merito obstupebant, & ne hominem quidem illum esse arbitrabantur. Sed rursum dubitatur, quamquam ipse prędicaturus pęnitentiam, & annunciaturus regnum Dei fuerit missus à Deo: cur ergo clamabat. nonne satis erat eam uocem emittere quę facile posset ab omnibus audiri?

Respondetur primo ipsum clamauisse, & sic quidem fieri oportebat, quoniam cum desertum, & solitudo ubi p-
D dicabat, esset satis ampla, & spatiosa, & multa turba, & gentium multitudo cōflueret, necesse erat extollere uocem, & clamare quo ab omnibus illuc accedentibus posset audiri:

Deinde clamauit quo ostenderet gratiam euangelij fore dilatandam, & ad omnes partes orbis terrę communicādam, & quia magnus ualdè, & latus est orbis uniuersus, ideo oportebat exaltare uocem, et clamare fortiter, ut pos-
E set ab omnibus mundi partibus percipi, & audiri. Tertio clamabat & quàm maximè fieri poterat uocem extollebat, ut qui in tenebris erant, & in sepulchris latitabant, quiq; profundo somno dormitabant, uehementius excitaret & regni cœlorum participatione dignos efficeret. Sed quemadmodum ipse Ioā. alios hortaturus ad pœnitentiam clamabat

mabat in deserto, hoc est in Gentium A populo, ita uereor ne idem frequenter eueniat his, qui nostra hac tempestate utcunq; clamantes in deserto predicare dicantur, hoc est, ubi nullus sit auditor in loco. s. qui sit desertus, & destitutus cũctis habitatoribus, quod ut exp̃ssius dicamus, predicare Dei uerbum his, qui non obaudiunt neq; quę dicuntur exequi student, sed potius, aspernantur & contemnunt, nihil sit aliud quam prędicare, & clamare in deserto, ut uul- B go dici consueuerit, dum uerbi Dei pręcones nullum suę prędicationis fructum uel effectum inspiciunt, eos in deserto, uel ad desertum uerba fecisse. Sed non hi solum, qui non exequuntur uocem clamantis, appellari solent desertum, uel in deserto commorari, sed operepręcium est, ut ipsimet pręcones instar Ioannis baptistę in deserto prędicaturi existant, ut s. sint remoti ab omni cura, & conuersatione seculari, sint C omni cupiditate, & ambitione uacui, & expoliati, & nihil nisi laudẽ, honorem, & gloriam Dei studeant prae oculis habere, non opes, non gradus aut dignitates, neq; mundi gloriam sint appetentes, & praeter haec animarum salutem totis uiribus procurent.

Et reuelabitur gloria Domini, & uidebit omnis caro pariter, quòd os domini locutum est. Ex uoce clamante in deserto parate uiam domini &c. cumq; omnis D uallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, &c. quę dicta sunt cum inquam id factum fueri, reuelabitur gloria Domini: uel dicas quòd ea ratione iubebat uox illa clamantis in deserto praeparandas esse uias Domini, quia. s. confestim, & in proximo manifestabitur uirtus, potestas, & magnificentia domini, alludens ad illud tempus, quo gloria eius non nisi in nebula, uel in caligine uidebatur. iuxtá illud E
ps.96. ps. Nubes, & caligo in circuitu eius. tunc enim reuelata fuit gloria Domini, quãdo filius eius carnem accepit, quando per eum reconciliatus est mundus ipsi Deo, & ea opera, & miracula fuit operatus, quae nemo unquam alius fecit. Et uidebit omnis caro. i. omnis homo, qui uidere uoluerit, qui faciem non auertęrit, et diuinę gratiae oculos non clauserit: uidebit inquam omnis caro sic accepta salutare Dei. i. pharmacum illud praeciosissimum, quod solum affert salutem, & per quod, et in quo uno Deus attullit salutem mundo. Quod si quidã uideantur hui⁹ bñficij expertes, nõ est ex defectu uocantis, sed ex nequitia uocatorum, & hoc ꝑculdubio fiet, et iam factum fuit, nec potuit aliter esse, quia os domini locutum est. quia. s. hoc dixit, hoc reuelauit, & prędicare iussit per prophetas suos, qui solus uerax, quiq; mentiri non potest, et iustus est in promissionibus suis. Nec praetereunda est consideratio illius dictionis, pariter, cum dicit. Videbit omnis caro pariter quòd os domini locutum est, ad differentiam illius tẽporis, quo Deus loquebatur cum Moyse, quandoquidem solus ipse aderat, cum eo dũ taxat loquebatur, reliquum uulgus semotum erat, & seiunctum á Moyse, cum autem reuelabitur Christus, cum Deus fuerit factus homo, omnes indistinctẽ eum uidebunt: quod autem supra dictum est, uidebit omnis caro salutare Dei, desumptum est ex textu. lxx Interpretum, & adducitur á D. Luca cap 1.

Sequitur textus. *Vox dicentis: clama: & dixi quid clamabo? Oĩs caro fœnum,* Tex. 3.
& omnis gloria eius quasi flos agri &c.

Vt praeparet homines ad ueram Dei cognitionem, & ad eius beneficia suscipienda, & quo possint facilius ad quam hortabatur consolationem recipere, fingit propheta se audisse uocem clamantis, & praecipientis ei ut clamet, non amplius obdormiat, excitetur, & clamet, & fortassis nõ fingit propheta, sed uere fuit uox ista pręcipiens ut clamet, inspiratio diuina interna Dei commotio, fuit deniq; uox spiritus sancti excitantis interius, & commonentis eundem ut clamaret, hominesuè doceret quid credere, quid sperare, & in quo fiduciam constituere debuissent, ostendens quamcunq; aliam praeterquam in Deo hominis fiduciam uanam, et futilem esse, nulliusq; momenti, sed quicquid boni unquam haberi licet, à solo Deo proficisci: quare cum propheta ꝑcepisset uocem dicentis, clama. statim

respondi, & me confestim obtuli, et paratum fore me ostendi dicens. Quid clamabo? Quid noui? quid magni sum dicturus? quid rei nunquam auditæ? D. Hierony. d. ipsum petijsse quid esset clamaturus, ne velut antea increpans populum suum, & prædicans eius cæcitatem duriora pateretur. Veruntamen qui sunt predicaturi verbum Dei, & ei⁹ voluntatem alijs patefacere, prius rogare Deum, & præcibus expetere, quod sunt dicturi quocunq; metu seposito eos oportet adhibita cautela quam docet Greg. 13. mor. cap. 4. Et velut respõsum accepisset á spiritu sancto, quiduè clamare debuisset edoctus, & admonitus, in hanc sententiam prorupit. d. *Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est foenum*, propter calorem, et ardorem solis, aut etiã propter vetustatem, & cecidit flos, quia spiritus Domini idest ventus quidam vehemens sufflauit in eo, vel in eum, & ne fortè crederes prophetam hic loqui de fęno, & herba, & floribus, qui sua spõte nascuntur in campis, ipse propheta se ipsum declarans, ostendit eiusmodi locutiones, & verba dicta metaphorice Vnde inquit. *Verè foenum est populus. exiccatum est foenum, & cecidit flos, verbum autem domini manet in æternum:* Sed spiritus furoris Dei, atq; sententiæ sufflauit in ipsum foenum, hoc est in carnẽ ipsam fragilem, & terrenam, et uitijs deditam. Sed quomodo talis locutio potest dici metaphorica si ipsemet propheta dicit. Verè fęnum est populus. si verè ergo non metaphoricè. & similitudinariè, sed dicitur verè, hoc est apposite, & conuenientet facta est ista cõparatio, quandoquidem secundum ea, quæ iam sunt proposita, possunt quicunquè homines fęno comparari, quoniã quemadmodum fęnum cito, & facile deficcatur, & flos eius cecidit sic & omnis creatura, quæ vanitati subiecta est, facile, & cito cadit, & perit: Dicebat. n. ille Homo natus de muliere breui viuẽs tempore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodẽ statu permanet: verbum autem domini manet in æternum, & quomodo verè foenum sit populus, satis egregiè declarat D. Hieronymus quia siquis fragilitatem carnis intueatur, & quonam modo per horarum momenta crescere, & decrescere videatur, mox agnoscet quòd omnis caro fęnum, caro inq̃ quæ habet imaginem terreni: at quæ habet imaginem cęlestis, ea est, quæ videbit salutare Dei.

Greg. 13. mor. cap. 4.

Quidam exponentes, per verbũ, hoc loco, quod manet in æternum, non illud uerbum accipi volunt, quod erat in principio apud Deum, sed verbum domini: i. decretum suum, voluntatem suam, præscientiam, ac prædestinationem intelligunt, quæ omnia manent in æternum, quia firma sunt, & stabilia, & nullam vnquam mutationem admittunt. quemadmodum sæpissime dictũ est. Ego Deus, & non mutor. Quidam alij per verbum de quo hic est sermo, intelligunt Euangelium, quia in ipso sunt promissiones, pacta, & decreta ipsius Dei, quæ non sunt vana, & mutabilia quemadmodum nos, de quo verbo, videbatur loqui Petrus apostolus, cum dixit: hoc est verbum, quod euangelizatũ est vobis. Vbi paulo ante hãc eandem sententiam adduci, quia omnis caro ut fęnum, & omnis gloria eius tanquam flos fęni, exaruit fęnum, & flos eius decidit. At ego nullum existimo inconueniens per verbum Domini, quod manet in æternum, intelligere id, quod est vere Dei verbum, hoc est Iesum Christum Dei filium, qui fuit ab æterno vnum cum patre, & cum eo manebit in æternum, apud quem nulla est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; quin ob hanc rationem potest quis audacter homines cohortari, ne in ulla re creata spem suam constituere velint, & ab ea boni quicquam obtinere, quoniam est mutabilis, & vana, vt diximus: sed in solo Dei verbo sperandum, & conquiescendum, quia hoc solum verbum est, quod manet in æternum, & quod solum nos conseruat, & viuificat Sed vide quam maximum, & ingens beneficium sit humano generi collatum, quod cum simus & nos tanquam fęnum, quod cito decidit, facti sumus tamen participes æternita-

Verbum domini multiplex.

Pet. ep. 1. ca. 1.

nitatis, quia verbum caro factum, fuit ipsum prius particeps nostræ mortalitatis. Sed nonnulli expositorum volunt quicquid hucusq; dictum est, propter solum populum Israeliticum dictum esse, velut ipse solus, & cunctæ actiones, & omnia eius opera, quæ ex præscripto legis fiebant, essent veluti foenum, & stipula, & omnis eorum gloria, omnis fastus, & magnificentia haberet nescio quid viriditatis, & splendoris; at demum nihil soliditatis, & permanétię, quia, ut ait Apostolus ad Hęb. 10. lex illa vmbram tamen habebat futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum. Adueniente autem sole qui est Christus Dominus, recessit umbra, exaruit foenum, & cecidit flos, quádoquidem patefacta, ac detecta per prędicationem Euangelij imbecillitate, ac tenuitate illarum obseruationum legalium, cecidit flos, i. omnis illorum decor, & apparentia uenustatis, & si ita p foenum intelligamus u3 populum Israeliticum: uere dicendum est spiritum domini sufflasse in eum, quia uniuersum eius decorem, & sanctitatem abstulit, & euacuauit. Quidam alij per foenum exiccatum, & florem decisum, impios tantum, & peccatores intelligi uolunt, quemadmodum D. Greg. 17. mor. cap. 5. uidetur innuere. Inquit. n. iniquorum potentiam fęni floribus cõparari, quia nimirum carnis gloria dũ nitet, cadit, dum apud se extollitur repentino intercepta fine terminatur: sic namq; aurarum flatu in altum stipula rapitur, sed casu concito, ad ima reuocatur. Sed quid plura? nonne Dauid ps. 36. inquit. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum super cedros libani, transiui, & ecce non erat. & paulo ante inquit. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tanquam fęnum uelociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident. et post pauca in eodem psalmo inquit. et adhuc pusillum, et non erit peccator: et quæres locum eius, & non inuenies. De iniquis ergo temporalis gloriæ elatione tumẽtibus, sed tamen nullam soliditatem habentibus, eiusmodi similitudinem à propheta adducta, volunt specia- tim intelligi. Ego autem minimus quorumcunq; exponentium arbitror propositam similitudinem non de populo Israelitico tantum, neque de solis impijs, et peccatoribus, sed de quocunq; homine, imò de quacunq. creatura iuxtà sui naturam considerata posse ueraciter intelligi. Quæso, quænam est illa adeò excellens, et magnifica creatura sensibilis, et corporea, quæ non possit iurè meritò foeno, et floribus agri q statim decidunt comparari? Cuius est hominis conditio, cuius est ætas tam diuturna, quę tandem suo quęq; tempore non deficiat? Propterea. d. propheta psal. 102. Misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut foenum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. et D. Iacobus cap. 4. Quæ est, inquit, uita nostra? uapor est ád modicum parés, et deinceps exterminabitur. Quare concludamus, nos oẽs sm̃ carnẽ & secundũ corpulentam materiam esse ueluti foenum, at secũdum animam secus dicendum, quia cum sit immortalis nulli est corruptioni obnoxia, quãquam sit mutationi subiecta, cum sæpissime de una dispositione ad aliam, de uno affectu in alium transferatur, sed huic fęno, quod arescit, et siccatur, uerbũ domini, quod manet in ęternũ, dat aliquando immortalitatem.

Heb. 10.
Greg. 17. mor. cap. 5.
ps. 36.
Ps. 102.
Iacob. c. 4.

Sequitur deinde. *Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon: exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Ierusalem, exalta noli timere, dic ciuitatibus Iuda. Ecce Deus vester.* Tex. 4.

Compellat hoc loco propheta dei ministros, et præcones, et quicunq; habent curam animarum, aut fortassis dirigit sermonem ad ipsum Ioannem baptistam, et post. ipsum sanctis Apostolis, et Euangelistis præcipit ex persona Dei ut annuncient omnibus consolatorem uenturum; quemadmodum de ipso Ioanne legitur apud Matth. 3. Quod exibat ad eum Hierosolyma, et omnis Iudæa, et omnis regio circa Iordanem, et baptizabantur ab eo, etc. Et quòd ipse prædicabat pænitentiam, et remis-

remissionem peccatorum : imo apud alium Euangelistam legitur quòd ipse prædicabat, et digito ostendebat agnũ illum uenturum, iam aduenisse, qui tollit peccata mundi. Iubetur ergo ipsi Ioanni baptistæ, et omnibus dei ministris, qui fuerunt post illum, ut ascendant super montem excelsum, hoc est prædicent non in angulis platearum, neq; in cauernis petrarum, sed neq; in locis abditis, et à communi hominum coetu longe semotis, ut faciunt hac nostra tempestate Hæretici, sed super mõtem excelsum, non ita ut pergant ad montem Tetium, neque ad montem quem nos Perusini uocamus montem, Amabilem, sed in locum eminentem, locum perspicuum, et maximè patentem, et clara, facileq; ab omnibus uoce perceptibili euangelizet: et quid cuãgelizandum? quid annunciandum? qdue prædicandum? nihil profectò aliud nisi consolatorem aduenisse, nisi eum ad nos accessisse, qui remittat peccata nostra, et reconcilier nos Deo patri
Matth. 10. propterea dixit Christus, quod in aure auditis, prædicate super tecta. Matt. 10. Et nota quòd non solum oportet eos qui euangelizant ascendere in montẽ excelsum, hoc est in locum altum supereminentem, et omnibus conspicuũ, uerum oportet eos ascendere in montem excelsum, hoc est, uirtutibus, sanctitate, et religione fore illustres, et perinsignes. Dicit enim D. Greg. quod prædicator qui non facit quod prędicat, serit, et alius manducat: neq; debet propter contemplationis studium agẽda omittere, neq; propter actiones a cõtemplatione cessare. Vel ascende super montem excelsum hoc est imitare sanctos prophetas, sanctos Apostolos, sanctos Dei martires, et confessores, qui omnes omni iure montibus conferuntur, et montium nomine nuncupã
ps. 124. tur, iuxta illud psal. 124. Montes in circuitu eius, et dñs in circuitu populi sui.

Sed hic D. Hiero. dubitat quomodo præcipitur Apostolis, aut cuius alij qui euangelizat Syon, super montem excelsum ascendere, cum et ipse Syon sit
ps. 73. mons quidam, iuxtà illud ps. 73. Mõs Syon in quo habitasti in eo. Respon-

A det id nullum fore incõueniens, quandoquidem datur alius mons, quem iubentur ascendere Apostoli, longe altior, et eminentior monte Syon, qui quidem est doctrina Christi, et apostolorum, per quam deiectus est in tartarum princeps huius mundi, et idola, quibus colendis totus ferè mũdus erat subditus, & obnoxius, sunt abolita. Deinde subdit. *Exalta in fortitudine uocẽ tuam, qui euangelizas Ierusalem*, & mul
B tum quidem necessaria erat ista cohortatio, quoniam doctrinæ Christi, & apostolorum multa futura erant contraria; debebant enim duci ante præsides, & tribunalia principum, & multis minis & terroribus prohiberi, ne euangelizarent Dei verbum: propterea inquit. *Exalta in fortitudine vocem tuam*: exalta, noli timere; exalta, hoc est, palàm, & fortiter Dei verbum annuncia, nę submissè loquaris: & usq; adeo clama,
C & exalta vocem tuam, ut te cuncti audiant, omnes agnoscant immensum quod illis confertur beneficium: Noli timere, audacter prædica, dominus.n. tecum est: non enim decet eos qui prędicant euangelium; & Dei gloriam, & laudem quærunt, quicquam timere, quod Apostoli Dei cognoscentes præcabantur eum dicentes. Domine vide minas eorum, hoc est ipsorum Iudæorum, & da seruis tuis cum fiducia loqui
D uerbum Dei. Vnde dei Spiritu animati loquebãtur cum fiducia verbum illud, nec expauescebant minas illorum, hoc est quod ait. exalta in fortitudine vocẽ tuã qui euãgelizas Ierusalẽ: vbi quidã volunt ad Syon & ad hierusalẽ præfatam admonitionem dirigi, vt sit sensus. O Syon, qui euangelizas, & ò Ierusalem quæ etiam euangelizas, exalta in fortitudine vocem tuam &c. Sed mihi non placet ista expositio, licet, in
E textu hæbreo præponatur illis dictionibus relatiuum generis fęminini. Sed interprætemur, ut diximus, ut pleriq; omnes interprætantur, supponentes hoc loco prophetam Dei spiritum admonitum, & præmonitum præcipere, vt diximus in principio, Sanctis Apostolis, ac cæteris Dei ministris euangelizarent ipsi Syon, & ipsi Ierusalem,

qui-

quibus, vt inquit apostolus, primum oportebat loqui regnum Dei, deinde alijs. Sequitur textus. *Dic Ciuitatibus Iuda. Ecce Deus uester: ecce dominus Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dominabitur.* Volunt omnino quidam exponentes tum veteres tum moderni hæc verba referri, ut mox diximus, ad Io: baptistam, qui verè solus fuit, & primus qui dixit Ciuitatibus Iudæ. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, qui quidem non pertimuit hanc vocem exaltare, & vbiq; locorum illam expromere, & qui vere fuit executus præceptum domini, aut ipsius Ecclesiæ, qua dictum est noli timere, quando nullius, neq; etiam ipsius Herodis minas expauit.

Sed nolo verba prophetæ ad huiusmodi angustias reducere: persistamus in priori sententia, quod s. hoc præceptum, v3. dic Ciuitatibus Iudæ. Ecce Deus vester, fuerit datum antea prophetis, deinde, singulis apostolis, ac Dei ministris. & præconibus, ut annunciarent domini aduentum, non tanquam de longinquo venientis. sed iam iam in propinquo, & coram existentis. Vbi nota (vt bene aduertunt aliqui) præcipi Ciuitatibus Iudæ prædicari cum primis doctrinam Euangelij, & in his, ciuitati Ierusalem ante alias, tanquam primeuæ, & principali illius regionis vrbi. cui prædicationi in illa ciuitate peractę, debeant omnes aliæ vrbes, & oppida assentiri, & omni ex parte obedientiam præbere: sic omnes aliæ Ecclesię, & fidelium conuentus ab vna ecclesia romana pendere, & illius monitis. & iussionibus debent omnifariam obtemperare. Nec mirum quòd ciuitatibus Iudæ iubetur primum prædicari, & annunciari Christi aduentũ, quoniam, vt supra dicebamus, ex sententia Apostoli, vobis inquit, oportebat primum prędicare regnum Dei: & Dominus noster dicebat. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, principaliter s. Prætereo quod iuxtà allegoriã per Ciuitates Iuda intelligũtur cunctæ ocá, & vniuersæ nationes, quę apprehẽdent euangelium Christi, & confitebũtur Deum viuum, & verum: Iudas nãque confessio, vel confitens interpretatur. Deinde sequitur.

A *Ecce Deus vester, ecce dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.* Dixerat enim ecce deus vester, q.d. non longe abest, qui vos consolabitur, in ianuis est quem vos expectatis, opere quidem præciũ est vt cognoscatis deum vestrum, & venientem amplexemini, & firmiter tenere studeatis. est enim Deus noster, qui pro nobis venit, nos creauit, nos redemit, & pro nobis omnibus mortem suscepit: nec existimetis eum fore inermem, debilem, ac impotentem: veniet quidem in fortitudine, & brachiũ eius dominabitur, & quem olim in humilitate venientem contempsistis, nunc fortem, & potentem, & vigorosum videbitis, si de primo eius aduentu loquamur, quamquam semetipsum exinaniuisset formam serui accipiens: fuit tamen adeo fortis & potens, vt omnem penitus difficultatem euicerit: veniet quidem in fortitudine, hoc est in magna virtute, & potentia, & non sicut prophetæ, qui venerunt ante ipsum. Multa quidem miracula. & opera stupenda nunquam aliàs audita facturus. Quòd si prophetæ, & ipsi quædam miracula patrarunt, & opera mirumimmodum insignia non virtute propria, sed virtute & potentia Christi ediderunt: Christus enim Saluator, & dominus noster non præcario quicquam accepit, aut dedit, sed vt vere filius, hæres, & vnigenitus paterna bona credentibus in se pro dignitate filijs conuenienti distribuit, cũctaq; potestate, & arbitrio suo est operatus: Si verò de secundo eius aduentu eiusmodi verba intellexerimus, nulli dubium quòd in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: in primo quidem aduentu præliaturus cum Demone, & ipsum foras ejecturus, venit inermis, & seruili forma indutus.

B C D E

At quando veniet petiturus rationẽ à cunctis mortalibus de singulis eorũ operibus, & redditurus mercedem vnicuiq; pro vt quisque gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum, veniet in maiestate sua, & omnes Angeli eius cũ eo:

eo:&utriusq; hui⁹ rei, & actionis diuinę A fuit typus, & figura ipse Dauid, qui primo pliaturus aduersus Goliā virū fortem, & magnanimum, & sex cubitorum altitudinis, suisq; armis vndequaquè munitum, ipse autem solum deferens baculum, quem semper habebat in manu, cum quinq; lapidibus aduersus eum procedens, eundem percussit & interfecit: & ipse idem Dauid indignatus aliquando aduersus Nabal Carmeli, qui erat pastor ouium, & agri- B cola processit aduersus eum armatus, cum quadringentis viris: ita propemodum Dominus & Saluator noster se gessit præliaturus cum Demone in primo eius aduentu, & cum nobis vilissimæ sortis, hominibus, vtputà de limo terræ formatis; in secundo autē eius aduentu veniet magnificus, & potens, comitatus ab Angelis, & cunctis cœlestibus spiritibus. Cum dixit. *Brachium eius dominabitur*, quamquam p̄ C brachium Dei Christi humanitas possit intelligi tanquam id in quo, vel per quod ostendit Deus potentiam suam, vt egregie satis & prophetice in cantico suo cecinit beata virgo.d. de Deo patre. Fecit potentiam in brachio suo, & quæ sequuntur: mihi tamen videtur hoc loco per brachium intelligi debere virtutem, & potentiam, quæ Deo tribuitur. Et quoniam absq; dubio, & sine vllis ambagibus in hac particula lo D quitur Esaias de Christo Deo, & homine, quippequi solus dicitur venisse, & carnem suscepisse. dicit postea. *Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo* Posset quis dicere quid nobis vtilitatis, & commodi afferet eiusmodi Christi aduentus? R. Propheta.

Brachium domini quale.

Ecce merces eius cum eo. q. d. ipse secum adducet retributionem, non erit opus alium expetere, neq; expectare, qui nos consoletur, qui nos adiuuet, & præ- E mium aliquod sit allaturus: quoniam ipsemet erit merces nostra, sicut olim legitur dixisse ad Abraham. Noli timere Abraham, ego ero protector tuus, & merces tua magna nimis; & opus illius coram illo, hoc est ipsa merces, aut opera quibus eam consequimur, e sunt coram illo, quia mediante ipso, & vnà cum ipso illa facimus, & moeremur, quia Deus operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.

Hic notant aliqui propterea dixisse prophetam. & merces eius cum illo, ut innueret quo studio, vigilantia, & labore Christus dominus noster in opus redemptionis intenderet, & quàm maxime illud appeteret: nam qui præmiū præsens, & certum habent, diligentius, & auidius pro eo consequendo laborant: vnde D. Hiero. cum plerisq; sentit mercedem Christi aduentus, & passionis eius, & fructum fuisse redemptionem humani generis, & gloriam, & exaltationem nominis eius. iuxta id quod scriptum est Ioan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. & ibidem. Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum. Et D. Paul. Philip. 2. Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomē, &c. & Dauid. Omnes gētes quascunquè fecisti venient, & adorabunt te domine. Quare non inutilis & absquè fructu fuit hæc domini dispensatio.

Ioan. 12. *Philip. 2.* *Ps. 85.*

Super eadem verba ponit Origenes pulcherimum discrimen inter Moysem, & Christum dominum, quoniam (vt inquit) non poterat Moyses dicere cuiuis homini. Vade, & vende omnia quæ habes, & dà pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, quia non erat dispensator, & dominus ipsius thesauri, nequè ipsius aulæ cœlestis: at Christus dominus noster poterat vtiq; dicere hæc verba, & polliceri hanc mercedem, quia merces erat cum illo, tum quia ipse erat merces, vt diximus) tum quia ei incumbebat conferre hanc mercedem: dicebat enim. Pater volo ut ubi ego sū, ibi sit & minister meus. Deinde cum subdit.

Orig. *Ioan. 12.* *Ioan. 17.*

Sicut Pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetas ipse portabit. *Tex. 9.*

Ex his verbis facile potest colligi Christum dominum non solum esse mercedem operum ac laborum nostrorum, sed quod ipse facit, ut nos laboremus, & laborat etiam cum nobis, sicut

ſicut Paſtor gregem ſuum paſcit, ſic facit deus nobiſcum; paſcit enim pabulo verbi ſui, confert gratiam ſuam, dat in labore profectum, auget in infirmitate virtutem, & velut agnos rudes, & ineptos congregat in brachio ſuo, & in ſinu ſuo leuat, & oues grauidas, & pregnantes, nec per ſe ipſas potentes ad paſcua proficiſci ipſe portat.

A

Certe non potuit conuenientior ſimilitudo adduci ad explicandam nobis Chriſti domini erga homines proprietatem, & conditionem ſeu perpetuam curam, quàm conferre ipſum Paſtori, ſed non cuicunq; ſed paſtori bono, vt ipſemet inquit Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus; quandoquidem multi ſunt paſtores, ſed non boni; habent vtiq; nomen paſtoris, ſed ſunt velut lupi, Leones, aut Vrſi, paſcunt quidem non oues, ſed ſe ipſos. Sunt enim permulti parum fideles, & aliqui ſegnes, et moroſi, nonnulli rapaces, & cupidi, boni autem paſtores in brachio ſuo congregant agnos; & quicũq; hàc, atq; illàc, hoc eſt in hàc, vel illam hæreſim, aut ſectam ſeu quamuis turpitudinem labũtur, vel cadunt, neq; ſciunt quid loquantur, nec de quibus loquantur. Iſte bonus paſtor ſua immenſa pietate, & ſingulari ſtudio ac diligentia ad ſe uocat, congregat, et reducit ad caulas. In ſinu ſuo leuabit, et defert, hoc eſt, curam et protectionem particularẽ habebit, non exaſperabit, non percutiet, aut procul abijciet, Fœtas ipſe portabit, hoc eſt homines infirmos, imbecilles, et peccatis onuſtos patienter ſuſtinebit, neq; ſtatĩ

B

C

D

Luc. 15. a ſe proijciet, vt habemus Luc. 15. Vbi ſimilitudine ſumpta ab eo qui ex centum ouibus vnam perdiderit, illam requirit donec inueniat, et inuentam imponit in humeros ſuos gaudens, et iubilans. Aliqui legunt fœtus, non fœtas, et eſt ſenſus, quod bonus iſte paſtor portat fœtus ouium, id eſt agnos tenellos, debiles, et viribus deſtitutos: quemadmodum Paulus admonebat ad Rom.

Rom. c. 14. cap. 14. Infirmum in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationũ. Quòd ſi legi debeat fœtas, et non fœtus præter expoſitionem iam allatam, poſſumus etiam intelligere Apoſtolos, et viros apoſtolicos, oẽſq; Eccleſiæ Doctores, et diuini verbi pcones, qui repleti gratia Spiritus ſancti, et doctrina ueritatis, alios docent, erudiunt, et Chriſto parturiunt, uelut dicebat Apoſtolus Gal. 4.

Paul. ad Gal. 4. filioli mei quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis. Sed nota quod aduertit D. Hier. quòd Propheta dicit Dominum in brachio ſuo, et in virtute ſua congregaturum agnos, et oues, ſed non Tauros, et Arietes, et Hircos, et oues grandes, quibus per Ezechielem cap. 34. comminatur quòd lacte veſcantur etc. Ezech. 34.

Conuenienter itaq; dominus Chriſtus confertur hoc loco, et comparatur paſtori, nõ cuicunq; ſed bono; non comparat ipſum Principi, aut Regi, quia non venit miniſtrari, ſed miniſtrare; neq; Iudici comparatur; quandoquidem non venit cum primum mundo apparuit, ut iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum: neq; comparatur alicui uiro potenti, aut ſanguinario, quia eſt de pacis, et non diſſenſionis; ſed nec poteſt dici Mercenarius, quia Mercenarius cum vidit lupum uenictem fugit, et dimittit oues. Et ut bene D. Thom. ex his particulis elicit, multæ nobis innoteſcunt Chriſti ad nos venturi conditiones, quàmmaximè vtiles, et neceſſariæ. Dicit enim uenturum eum eſſe in fortitudine, vt .ſ. humani generis hoſtes debellet, ac depellat: deinde ad remunerandum eos qui laborant, et bene operantur: Inſuper veniet ad paſcendum famelicos et exurientes. Iuxtà illud Ezech. 34. In paſcuis uberrimis paſcam eos: præterea eius aduentus maxime conducet ad congregandum, et conciliandum eos qui à ſe inuicem diſſentiunt, ſicut ille pollicetur Ioan. 10. Ezech. 34.

Alias oues habeo, quæ non ſunt de hoc ouili, et illas oportet me adducere, et fiet unum ouile, et unus paſtor. Poſtmodum veniet ſalus erit, et refugium eorum, qui deficiunt, quos ille in brachio ſuo deferet, ac ſuſtinebit, et portabit in humeris ſuis: hæc quidem omnia et multo plura ſunt boni paſtoris officia. Et quoniam quis fortaſsis poſſet ſecum ipſe ambigere, quo nam pacto iſte conſolator tot, et tanta nobis Ioan. 10.

E

com-

commoda præstare potuerit, sequentibus particulis hic noster propheta ostendit.d.

Tex. 6. *Quis mensus est pugillo aquas? & cælos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ? & librauit in pondere montes, & colles in statera? quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? & cætera,* quæ sequuntur vsque ad finem capituli. quorum omnium summam exponemus: & si quæ erunt verba, aut propositiones, seu locutiones dubiæ, vel aliquantulum obscuræ, iuxtà Sanctorum patrum sententias explicare conabimur. Quamquam reliqui exponêtes varias afferant causas sequentis tractationis: mihi tamen sententiam D. Hieronymi videtur omnibus esse preponenda, vt.s.nemo putaret difficilem fore vocationem gentium, conuersionem Iudæorum, curam, & protectionem suorum, & cætera, quæ sub quadã breuitate, & obscuritate suprius indicauit, voluit sequentibus verbis seu locutionibus metaphoricis demonstrare eius .s. omnipotentiam, sapientiam, bonitatem & misericordiam; qui vero existimant per hæc verba responderi tacitæ obiectioni, præsertim in illis verbis. Quis adiuuit Spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit? cur, v3. si Deus est tam potens, quòd mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit, voluerit homo fieri, crucem subire, & alijs mortalium conditionibus subijci, non sunt omnino reprobandi; modò, hęc omnia primum referantur ad dei omnipotentiam. Si.n. Deus est omnipotens, fortis, & sapiens, vt nihil penitus in tota rerum vniuersitate possit ei tantillum obsistere, vel quouis pacto æquari, qua nam ratione, quo prætextu poterit quis in dubiũ reuocare quicquid ille fecerit, quasi vel necessitate compulsus, vel male cõsultus, aut insipientia ductus carnem susceperit, crucem subierit, mori voluerit, quo nos à morte redimeret, quasi cum sit Deus non id efficere potuisset commodissime, absq; eo quo tantopere se ipsum exinaniret. Imprudẽs ergo, & valde insipiens, & mente captus est quicunq; voluerit his difficultatibus circumuolui, & de Deo sic cogitare, & diuinis, & inscrutabilibus eius operibus legem afferre. Cum ergo dicit. Qui mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit, & quæ sequũtur, demostrat ipse propheta immensam eius potentiam; quod quemadmodum nos homunculi pugillo manus continemus modicum aquæ, ita ipse Deus metaphoricè loquendo omnes aquas maris, & quorumcunq; fluminũ paruula quidem mensura, quæ .s. minimum loci occupat, .i. suo intellectu omnia comprehendente mensurat, & cognoscit distinctissime, & particulatim quot guttæ aquę sunt in omni aquarũ congregatione, & concursu. Similiter etiam tribus digitis molem terræ appendit, & librat in pondere .i. ponderat montes, & colles in intellectu, & sapientia sua, quemadmodum nos ĩ statera ponderamus, & libramus ea quæ habent aliquid ponderis. Dicit specia tim tribus digitis appendere molem terrę. Vbi per tres digitos, vel intelligere possumus tres personas, quarum opera ad extra (ut dicunt Theologi) sunt indiuisa, & non minus filius quã spiritus Sanctus, nec minus hæ duæ personæ, quàm Pater, neq; magis ipse Pater quàm reliqui duo crearunt mundum, eundem conseruant, ac administrant. Vel per tres digitos quibus De[9] appendit molem terræ, intelligere possumus tres conditiones, aut proprietates, quæ requiruntur ad aliquod opus perficiendum, vt potentia, sapientia, & voluntas, quæ omnes superexcellẽter, & incomprehensibiliter in Deo reperiuntur, neq; re ipsa sunt aliud quàm ipse *Deus*. Tribus ergo digitis Deus appendit molem terræ, & creauit vniuersum mundum. Vbi notant aliqui ex sententia Salomonis, Deum omnia fecisse in numero, pondere, & mensura; in numero quidem quo ad multitudinem productorum; in mensura, quo ad determinationem, & constitutionẽ in proprio esse, quia. aliud est esse vni[9], & aliud alterius, vt u.g. alia est claritas solis, alia est claritas lunæ: Similiter alia est natura hominis, & alia

bonis:

bouis: In pondere verò quoad proprias inclinationes in finem, quoniam alius est finis in quem tendunt creaturæ rationales, alius in quem tendunt creaturæ irrationales, & insensibiles, quæ sæpe ducuntur ab intelligentia non errante. Itaq; in his primis verbis cum nota interrogationis appositis, voluit Esaias nobis proponere, & ob oculos obijcere, summam Dei potentiam diligenter, & impense considerandam. Cum postea subdit. Quis adiuuit spiritum domini? & quæ mox sequuntur: vult propheta innuere dei sapientiam fore imperscrutabilem, & ostendere Deum nulla cuiusuis creaturæ ope, aut opera ad quicquam faciendum indigere: neq; quemquam esse, quamuis profundi cordis, & alti ingenij, qui perspicere possit, aut penetrare Dei voluntatem: quæ verba desumpsit. D. Paulus ad Rom. cap. 11. d. Quis cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? &c. Sed vbi ipse dicit, quis cognouit, Esaias ait quis adiuuit. q. d. quis præmõstrauit ei. s. Deo spiritum domini? hoc est quis adiuuit eum tanquam impotentem ad creationem, & gubernationẽ vniuersi? q. d. nullus. Cum postea subdit. cum quo inijt consilium, & instruxit eum? ostendit Esaias Deum (vt diximus) nullo consultore, aut doctore unquam indigere, sed omnium habere perfectam notitiam, & cognitionem v lem, & particularem, tam practicam quam speculatiuam, omnem habere virtutem, omnia prospicere, & cuncta prudenter agere, & quæcunquè ad præfixum finem nullius adminiculo sapienter deducere, quæ quidem omnia cum cuiq; vel leui ratione prædito sint perspicua, & maximè nota, non oportet quibusuis argumentationibus præmõstrare, aut de his vllatenus ambigere. Eiusdem generis, & farinę sunt, quæ sequuntur, dum inquit.

Rom. ca. 11.

Tex. 7. *Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputata sunt. ecce insula quasi puluis exiguus &c.*

In quibus verbis ostendit propheta gentes omnes quæcunq; sint ad Deum collatas nihil esse propemodum, neq; vllam cum eo habere proportionem

A nisi forte quæ vocatur ordinis. imo reperi apud quosdã expositores Hebraicã phrasim, & locutionẽ attendẽtes, affirmare creaturas õnes quęcũq; & quomodocũq; sint, nõ solũ ferè nihil, deo cõparatas, sed plusquam nihil existimandas esse, & sic esse: vnde Hierem. 4. Aspexi terrã, & ecce vacua erat, & nihil. Per stillã situlæ sic intelligas, vt ipsæ creaturæ Deo comparatæ, sint velut parua guttula, quæ aliquando decidit, B & prodit ex aliquo vase aqua repleto, & velut aliquid minimum, & nullius ferè ponderis positum in altera parte stateræ: quibus dictis, & similitudinibus inspicere licet quàm ingens, quàm magna, & incomprehensibilis sit summi Dei maiestas, & ea quidem est tanta, vt omnia ligna libani, & cuncta animalia quæ sunt in quacunquè parte vniuersi, hæc quidem ad holocaustum, illa verò ad succendendum pro sacrificijs, & ob- C lationibus, pro eo, & coram eo habendis nequaquam sufficiunt. Cum etiam subdit. *Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* Re vera his verbis refellitur, & reprobatur hominum temeritas, & insania pariter & inscitia, qui audent effingere Deum, aut aliquam ei similitudinem adhibere, cũ inuisibilis sit, & incomprehensibilis Dei maiestas, et essentia. *Nunquid sculptile conflauit faber, aut aurifex signauit* D *illud? &c.* quorum verborum sensus est, quòd non debet quis sibi ipsi vllatenus persuadere, quod neq; auro, neq; argento, nec quauis re longe prætiosiori possit conflari, aut formari quicquam quod, vel minimum possit referre ipsum Deum, neq; suscipere lignum aliquod forte, durum, et imputribile, et sempiterno tempore duraturũ, quod possit aliqua ex parte similitudinem gerere ipsius Dei, cum ipse sit opifex E cœli, et terræ, et omnium quæ nascuntur, et mouentur in terra, neq; ea dicta quis putet ad refellendas sacras imagines dei, et sanctorum, sed hæc dicta sunt ad insinuandam dei maiestatem, quippèqui est tam sublimis, et excelsus, ut nulli cuicunq; rei possit comparari, vel quauis arte effingi: sed de hoc aliàs videbitur.

Hierem. 4.
Stilla Situlæ

Nunquid

A *Nunquid non scitis? nunquid non audistis? nunquid non annunciatum est vobis ab initio? nunquid non intellexistis fundamenta terra.* Increpat acriter Esaias hoc loco inscitiam, & stoliditatem eorum omnium, qui de Deo quæcunq; eius potentia, sapientia, & maiestate parũ digna sunt commenti, & presertim, eorum nequitiam, & impietatem qui idola colebant cum natura deus sit notus, illa verò nequaquam, Neq; poterunt facile reperiri causæ quibus valeant ex-

B cusari. Nanq; ab initio creationis mũdi, & formationis hominum naturali lege nos docuit, & postea per Moysen scripta lege testatus est Deus, idola esse nihil: & quod creator mundi esset ipse Deus, qui tam magnam molem terræ fundasset super maria, & super flumina statuisset eam: ita vt elementum grauissimum super tenues aquas Dei penderet arbitrio, psal. 135. Qui firmauit terram super aquas. (psal. 135.) Sed quis dixerit

C hæc referri ad Iudæos, vt qui certe nihil habebant excusationis, at cæteras gentes fortè quis opinabitur posse non nihil excusari, sed neq; ipse; Poterant enim cognoscere creatoré per ea, quę facta sunt, quandoquidem ex se ipsis esse & fieri, & à se ipsis dependere nequaquam posse, facilè poterant intelligere, sic.n. dicebat Sapiens. (Sap. 13.) A magnitudine speciei, & creaturæ visibiliter poterat horum creator agnosci. & D. Paulus

D cap. primo ad Rom. (Rom.c.1.) Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Poterant etiam ex lectione, vel auditu quorundam sapientũ id ipsum intelligere, quando & ipse Aristoteles philosophorum princeps hanc protulit sẽtentiã. A primo quidem ente communicatũ est oĩbus esse, his quidẽ clarius, (Arist. 12. Meth.) his verò obscurius. & alibi. à primo ente pendet cœlum, & natura. Poterant

E etiam quicunq; mundum hunc inferiorem incolũt, ex traditionibus antiquorũ (vt mox diximus) percipere Deum fore inuisibilem, incõprehensibilem, & nulli rei comparabilem. Propterea sequitur. *Qui sedet super girum terra, & habitatores eius sunt quasi locusta, qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.*

Insignis equidem fuit ignauia eorum qui non cognouerunt Deum, neq; eius maiestatem cõspexerunt: quippè qui sedet super girum terrę velut omnia continens, & cunctis terræ partibus vndequaq; præeminens, & supereminens; quicq; in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra, & habitatores eius relati ad magnitudinem, & immensitaté eius, atq; altitudinem, & sublimitaté sunt veluti locustæ, & animalcula nullius ferè magnitudinis, & quantitatis, & ea facilitate extendit cœlos tanq̃ nihil sint, & eos expandit, quemadmodum pastores expandunt taberuacula, hoc est tentoria ad inhabitãdũ quasi cõfestim sint amouenda, ac destruenda. & Dauid ps. 103. inquit de ipso Deo. qui extendit cœlum sicut pellem, qui tegit aquis superiora eius, & ponit nubem ascẽsum suum, hoc est scalam, & grad⁹; (ps. 103.) quibus ipse cœlum ascendit. D Ambrosius inquit quòd Deus extendit cœlum sicut tabernaculum, vel cameram ad inhabitandum, quia intra cœli ambitũ vniuersa clauduntur, quæ uel in mari, vel in terris geruntur, & continentur. Tunc vltra vt cognoscas omnipotentiam suam, & infinitam sapientiam. Inquit. *Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, derides eos Deus, & contemnit. Iudices terra velut inane fecit*: despexit, inquam, & non solum parui, sed nihili fecit ac ęxtimauit: vbi per scrutatores secretorum pleriq; intelligunt principes, & reges terræ, (Scrutatores secretorum.) qui sibi ipsis persuasum habent, omnia sibi subesse, & cuncta eorum imperio fieri, ac gubernari, qui tamen vnico flatu, & solo nutu diuinæ voluntatis decidunt, atq; pereunt. Iuxtà illud psal. Perijt memoria eorũ (ps. 9.) cum sonitu, hoc est, ita deficiunt quasi nihil unquam fuerint. iuxtà illud: vt nõ memoretur nomen eorum vltra: Nam vt inquit. D. Hier quantos reges, & græca, & barbara, Romanaq. narrat historia? Vbi Xersis innumerabilis ille exercitus? Vbi Israelitica in eremo multitudo? Vbi regum incredibilis potẽtia? sed ut ipse ait, prætermissis veteribus, præsentia exempla nos docent, principes esse quasi nihil, imo verè nihil: & Iudices terrę velut inane fecit. Decuit

enim locatum esse equale loco: Terra A enim dicebatur inanis, & vacua, sic & eam inhabitantes inanes, & vacuas esse oportuit. Per Iudices terræ intelligit eos, qui cæteros moderantur, qui alijs præsunt, & sub ferula tanquam subditos, & sibi subiectos regulare consuescunt. Alij per scrutatores secretorũ intelligunt eos, qui de rebus futuris diuinare præsumunt, & ex motu stellarũ, aut auium volatu aut quibusuis alijs signis, & operibus, quæ naturaliter fiunt B volunt augurari, & auspicari quę sunt euentura. Ego autem, (pace aliorum dixerim) intelligerem eos qui volunt scrutari causas rerum naturalium, quales sunt Philosophi & huius mundi sapientes, quorum stultam fecit Deus sapientiam, quiq; omnem laborem insumunt, & omne adhibent studium, ut eorum expiscentur notitiam, quæ sibi soli nota voluit ipse Deus. Hos ergo omnes Deus confundit, hos destruit, et in C nihilum redigit, nec secus illos exterminat, ac pendit quàm arbores, aut fruges quæ nunquam satæ, vel plantatæ seu radices emiserint, idest tam facilè eos excellit, & in ventum proijcit, ac si truncus nullam habuerit radicem, aut fundamentum stabile: qua in re manifestissimè, & absq; vllo negocio demõstratur incomprehẽsibilis dei omnipotentia: quemadmodum etiam sequentibus verbis indicat, cum inquit. *Repente flauit in eos*, quemadmodum ven- D tus vrens, & aruerunt, desiccati sunt, & vsq; adeò leues & inanes, vt quemadmodum turbo eleuat stipulã, ita Deus auferet eos, vt omninò cogaris cognoscere, & fateri eam, & tantam esse Dei potentiam, vt omnia quæcunq; voluerit fecerit, & facturus sit quotidie, & q̃ nequaquam esse velit, aut iam effecta mox corruere statim desinant. Nos autem, & cæteræ creaturæ facimus ali- E quando que possumus, non autem quęcunq; volumus. Solus autem deus facit, quæcunq; voluit in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abissis. D: Hier. (iuxtà opinionem quorundam) per Iudices terræ intelligit cœlos, qui nec sati sunt, nec plantati, nec firma radice solidati, & tamen sola Dei iussione ita repente auferuntur, & pereunt, quasi stipula, q̃ à turbine, & tẽpestate rapiatur. Iuxtà illud cœlũ & terra transibũt, verba aũt mea nõ p̃teribũt. Text⁹ emendatiores sic legunt: Iudices terræ uelut inane fecit, & qdẽ neq; plantatus, neq; satus, neq; radicatus in terra truncus eorũ, repẽte flauit in eos & aruerũt. quorũ verborũ sensus est, q̃ Principes, & Iudices terræ facti sunt velut inane, tanquam aliquid nullam habens soliditatem, neq; stabilitatem; & sunt veluti truncus qui neq; plantatus, neq; satus, neque radicatus in terra modico flatu statim arescit & dispergitur. sic facit Deus de illis sicut turbo de stipula, qui repentina Dei sententia, aufert eos & prolem suam, & quicquid erat sub eorum ditione ab hoc mundo. & sequitur. *Et cui assimilastis me, & adęquastis dicit sanctus?* optime quidem connecti sequentia verba dictis, hunc in modum. Cum tanta sit potentia creatoris, atq; maiestas, cui nulla unquam possit æquari, aut vllo modo conferri: cui ergo O viri insipiẽtes, & impudẽtes assimilastis me. & adęquastis dicit sanctus? i. Deus qui solus vere est sanctus, quiq; sãctificat oẽs quicunq; vere sancti sunt. Quã similitudinem ponetis ei? & psal. Deus quis similis tibi? potens es Dñe, & veritas tua ĩ circuitu tuo, tu dominaris potestati maris, motũ aũt fluctuũ ei⁹ tu mitigas, & q̃ sequũtur. *Leuate igitur ò miseri in circuitu oculos uestros, & circumquaq; diligẽter aspicite, & videte quis creauit hæc*, Vbi excitat oẽs ad cõsiderãdã immẽsã Dei potẽtiã, uirtutẽ & efficaciam, profectò non alius opifex, non alius author, non alius Deus præter illum vnum, qui est verus, & unus & sempiternus. Cæteri quos impudenter, stulte, & impiè vocamus Deos, nõ sunt Dij, sed simulachra, fictiones, & hominum inuenta. Quòd si quidã ex his aliquod insigne aliqñ fecisse prędicantur, si fuerint simulachra Deorum, quæ idola vocant, virtute Demonis, & Dei permissu istud fecerunt: At si fuerint Dei serui & eius voluntatis ministri, dubio procul Dei uirtute id efficere sunt dicendi. Iuxtà illud quod scriptum est Qui credit in me. Io. 14. opera quæ ego

Iudices terræ.

D. Hier.

Psal. 82.

Tex. 8.

ego facio, & ipse faciet, & maiora horum. Deinde sequitur Esaias ostendens omnipotentiā pariter et excellentiam ipsius Dei creatoris, & domini nostri d. *Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat, præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutisquè eius, neq; unum reliquum fuit.*

Per militiam cœli communiter intelliguntur spiritus cęlestes, & potestates cœlorum, ut Angeli. Archāgeli, & quæ sequuntur. Qui milites re vera sunt innumerabiles. Iuxtà illud Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei: nec solum Deus omnipotens eas vnico suę mentis nutu. idest quia sic voluit, eduxit, & creauit in tam ingenti, & penè infinito numero, & (vt ita dicam) numero innumerabili, sed nomina propria singulis indidit, & proprio quemq; nomine vocat, & huius ratio est, quia determinans vnicuiq; rei propriam, & specificam naturam, debuit etiam vnicuique propria, ac designata nomina tribuere. Alij per militiam cœli, vt supra quoq, diximus, intelligunt solem, lunam, & stellas, quas ut legitur sapien. 12. ex materia inuisibili Deus in actū deduxit; & de his ps. 146 d. Propheta. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Quidam alij non incongrue, neq; absq; ratione per militiam cœlorum intelligunt viros iustos, qui quidem sunt in Ecclesia, pariter & in toto orbe, velut stellæ & luminaria cœli, idest, ipsius Ecclesiæ militantis, quorum nomina scripta sunt in cœlo, iuxtà illud Lucæ. 6. Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælo. Cum verò subdit.

Daniel. 7.

Militia cœli qua.

Sapien. 12.
psal. 146.

Luc. 6.

Præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutisq; eius neq; vnum reliquum fuit.

Idest tanta est fortitudo, tantum robur, & virtus Dei, quòd nihil ex eis neque vnum superest, quòd ab eo non fuerit productum, non fuerit ante præcognitum, & consequenter in sua natura, & in suo esse consequatum: nihil tandem est, quod effugiat Dei potētiā, atq; sapiētiam, vel in tanto numero cęlestium spirituum, neq; vnum reliquum fuit. i. superabundans & ociosum. Ego non satis abhorreo ab eorum sententia, qui putant hoc loco per militiam eorum, Esaiam nō intellexisse exercitum cœlestium spirituū, neq; multitudinē stellarum, neq; etiam cœtum sanctorum hominū, sed militiā, & multitudinem principum, & regum terrę, atq; et multitudinem malorū spirituum, hoc est ipsorum Demonum, quos omnes Deus eduxit ex aula paradisi, & proculdubio vocat eos nominatim, quia exactissimè cognoscit vnumquemq;, nec pōt quisquam ipse latere, & quamuis sint multi tàm principes terræ, quàm principes tenebrarum harum, tanta tñ est virtus, robur, & fortitudo ipsius Dei, quod omnes ad vnum abstulit ab hoc mundo, & foras eiecit, neq; vnus tm̄ reliquus fuit, Iuxtà hanc expositionem præsens textus nullam videtur habere difficultatē. Nec existimes hæc tria nomina fore synonima, qm̄ fm̄ D Thomam. fortitudo est homini necessaria ad expugnandū aliquid: robur vero valet ad resistendū: at uirtus ad bene operandum: virtus. n. est operatio boni. Nicolaus de lyra d. Fortitudinē respicere magnitudinem, & correspondentiā membrorū: robur fortitudinē ossiū, & neruorū; virtutem verò magnitudinē effectuū. Sed quia nec membra, nec ossa neq; et nerui reperiuntur in Deo vere, & realiter, sed tm̄ metaphoricè, ac similitudinariè; idcirco talis distinctio parū cōfert huic negocio. Quanta sit dñi fortitudo prętér opera quæ quotidie cernūtur in hoc mundo sublunari. Moyses satis demonstrauit cum dixit. Quis similis tui in fortibus dñe? &c & alibi. Deus fortis & potens. & alibi sępe ī sacris literis demōstratur virtus & potentia Dei.

Fortitudo, robur, & virtus.

Post modum compellat ipse propheta, & sermonē vertit ad Iacob, & Israel, *Quare dicis Iacob, & loqueris Israel?* redargues eos, & cōuincens infidelitatis ac diffidentiæ, qñquidem eorū posteri, sic dicebant, aut saltim cogitabant. *Abscondita est uia mea à domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit,* quasi dicerent. Deus nō cognoscit, neq; intelligit res nr̄as, & cogitationes nr̄as, neq; ei ulla est cura de nobis, vel nostrarū actionū, neq; iudicat, seu discernit inter bonum

Tex. 9.

num & malum, neque si quid iniuste, vel contra rationem, & æquitatem pati mur ipse aduertit, id quod tantūdē est ac si dixissent Deum nullā habere rerū humanarū cognitionē. ꝙ quā grauis, & ītollerabilis sit blasphemia, facilè est cognoscere, p ea q̄ subdit dū īqt. *Nunquid nescis? aut nō audisti?* v3. ò miser, & infęlix homūcio, nonne inq̄ scis ꝙ Deus est dñs sempiternus? qui creauit terminos terræ, qui nec tempore, nec loco mensuratur? *Non deficiet, neq; laborabit, neque est inuestigatio sapientię eius.* Non deficiet inq̄, quia licet ab initio mūdi fuerit operatus, & continue operetur, nunq̄ tñ deficit, nunq̄ defatigatur, neq; vlla ex parte virtus eius minuitur. Nō deficiet ergo q̄q̄ nunq̄ ferietur, neq; cesset ī operando, *Neq; laborabit,* virtus .n. eius est indeficiēs, & īcorrupta, *neq; est inuestigatio sapientię eius,* hoc est, ne putetis ob diuturnū tēpus, quo Deus habet esse, & viuere amiserit sapiētiā suā, vt temporis progressu minus sciat, & cognoscat quàm ab initio cognouerit, quia eius sapientia est infinita, & est idem, ꝙ sua essentia, & ea tanta est, & tam profunda, quod nullus est qui possit eam inuestigare, ne dum apprehendere: propterea Paulus ad Rom. d. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. *Rom. 11.* Præterea hic est qui non solum nunq̄ defatigatur, & labascit, *Sed qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat, deficient pueri, & laborabunt,* hoc est qui sunt viridioris ætatis, & lōgioris uitę, & plus satis laboris patiētes, deficient, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate succumbent. *Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem,* hoc est robustiores euadēt, *assumēt pēnas ut aquilę,* currēt & nō laborabūt, *ambulabūt, & non deficient.* Quamquam postrema verba huius capitis sīt ex se satis manifesta, & à D Hie. tā luculēter, & egregiè sint exposita, ut superfluū sit aliquid addere, vel minuere, tñ vt & nos satisfaciamus negocio qd suscepimus, & nostrā intētionē exequamur, dicemus aliquid nō ingratū lectoribus. Cū ergò d. Esaias, ꝙ Deus

A cū sit sēpiternus, & creator oīū, & nūq̄ ferietur, neq; cesset ab opere, nunq̄ tñ in laborādo deficit ac defatigatur, quē admodū nobis cōtingit, quib⁹ vel speculantibus, uel quicq̄ operantibus, tandē senio cōfectis inres oīno deficiunt, nec quæ iuniores pstabamus, possumus in grādena ætate vllatenus efficere. Deinde sequitur qđ nō solū ipse Deus in operādo nō laborat, ac deficit, sed dat lasso virtutē, & his, q nō sūt, supple po

B tētes, & idonei ad laborādū, vel tenues hñt vires, dat fortitudinē, & robur multiplicat. Per lassū hoc loco. Quidā expositores intelligūt gētes, q̄ erāt lassę, & velut fame laborātes rerū spiritualiū: dedit ergo Deus illis virtutē, hoc est gratiā, qua vocati fuerūt ad fidē, & ne pp psecutiones principū, & ob alias difficultates deficerēt in fide, aut hæsitarent, robur multiplicauit .i. auxit virtutē & maiorē gratiā cōtulit. Ego aūt *Lassus qui.*

C non ad gentes solum hoc beneficium volo referri, sed ad quoscunque homines qui confidunt in domino. Hi enim dicuntur lassi, hoc est pręssi varijs tentationibus tum internis, tum externis: quandoquidem (teste D Paulo) qui volunt pie viuere in Christo persecutiones patiuntur. Non ergo dubium ꝙ eiusmodi, multis præmūtur passionibus, ob quas facilè laberentur, nisi Deus virtutē illis largiretur, quemadmodum Christus Dominus ipsi Pau *2 Thim. 3.*

D lo ter dominum roganti, vt stimulus carnis ab eo amoueretur, dixit. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Propterea Dauid eiusmodi homines, et vosipsos frequenter hortatur .d. viriliter agite, et confortetur cor vestrum, qui speratis in domino spes .n. non confundit. *2.Cor. 12.* *psal. 30.*

Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

E Quid quæso, his verbis vult innuere propheta? Purus sensus, et literalis est, quòd nulli vlla debet esse confidentia propter viriditatem ætatis, et robur virium, et prosperam valetudinem se perpetuo uicturum, neque Dei auxilio quicquam egere: quandoquidem et isti, qui florent ætate, et putant pueritiā pariter et adolescētiā esse

esse perpetua, cito concidunt, & corpora robusta marcescunt: quare nulla debet esse confidentia in uiribus proprijs, neq; in aliquo hominum præsidio, sed neq; aliarum creaturarum. Quidam verò trahentes hæc ad spiritualẽ sensum dicunt, prophetam his uerbis prædicere reprobationem Iudæorum, q.d. Iudæi qui propter peculiarem Dei cognitionem, & dona quædam supercœlestia illis collata, pueri, aut iuuenes uidebantur ætate florere, & nunquam posse deficere, neq; aliquod incommodum, & ruinam subire, deficient, & laborabunt, & in infirmitate cadent. hoc est. omne robur spirituale admittent: *Qui autem sperant in domino*, cuiusmodi gẽtes fuere, *mutabunt fortitudinem*, & præcipua Dei beneficia percipient, & gustabunt, vt uerum sit quod. d. Anna in Cantico suo. Dominus mortificat, & uiuificat, humiliat, & subleuat; & Beata Virgo. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes: dicamus ergo, & concludamus de omnibus indistinctim tam de Iudæis quã de Gentibus, quia apud Deum non est distinctio Iudæi, & Græci, diues est in omnes qui inuocant illum, hoc esse discrimen inter eos qui uiribus proprijs, aut cuiusuis creaturæ confidunt, & eos qui sperant in domino, quoniam illi deficient, & laborabunt, & in infirmitate cadent, hi uero mutabunt fortitudinẽ, si fuerint aliquanto debiles, & imbecilli fient fortes, & robusti, assument pennas sicut aquilæ, ut facilè cito perueniant ad locum ad quem anhelant, & ubi perpetuo inhabitare cupiunt. Current, & non laborabunt, hoc est cum maxima alacritate, gandio, & celeritate ingredientur uiam domini, & in ea current sicut.d. Regius propheta Dauid. Viam mandatorum tuorum cucurri; & non laborabunt, idest non defatigabuntur, non laxabuntur, ambulabunt, & non deficient, quia pane spirituali sustentabuntur, quem qui manducat, uiuet in æternum. Sed quomodo inquit Propheta, quòd isti non laborabunt neq; deficient, cum Saluator apud Matth. dicat. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, & inuenietis requiem animabus uestris? Dicitur eos qui sequũtur Christum, & uitam mandatorum eius currunt non laborare, non quia re uera non laborent, defatigentur, & sudent, sed quoniam sperant se requiem, & itineris præmium, qui est Christus dominus se aliquando consequuturos: idcirco dicuntur non laborare, neq; labor quicquam eis uidetur, nec alioqui durus, aut asper: id quod sępenumero solet euenire his, qui pro aliquo, uel p̃mio, uel amico, aut quouis dilecto negocium aliquod laboriosum & arduũ suscipiunt: consueuerunt enim dicere, iste labor mihi uisus est nullus, uel nõ uideor quicquam laborasse, adeo cum delectatione, & cum gaudio, ac libenti animo illud suscepi, ac pertuli.

Tex. 10.

1. reg. cap. 2
Luc. 1.

Est etiam considerandum quòd propheta comparat Dei seruos, ac sectatores ipsi aquilæ, quòd. s. ipsi assument pennas, ut aquilæ: namq; sicut aquila celeri volatu pertingit ad summitatem aeris, ita qui sperant in domino, et ei obnixe confidunt, spræto aut neglecto quocunq; alterius auxilio iuxtà illud carmen. Alterius non sit, qui meus esse uelit: et Deus per Moysen. non habebis deos alienos coram me. Isti ergo sic confidentes uolabunt sicut aquilæ. i. perficient cursum præsentis uitæ in dei gratia semper permanentes, neq; unquam ab eius reg[illegible], et mandato recedentes: uolabunt etiam, et peruenient absq; ullo impedimento ad gaudia cœli, et ad perpetuam requiem, et consortium beatorum: sed si quis fuerit antea ullis criminibus obrectus, et in uetustate uitæ fuerit progressus renouabitur ut aquila, deponens pristinam conuersationem, et ueterem hominẽ, qui corrumpitur secundum desideria erroris, et induet nouum hominem qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum, et hac ratione renouabitur, ut aquilæ iuuentus nostra: id quod Deus nobis concedat per gratiam suam. Amen.

Discussio super caput 40. Esaiæ Prophetæ.

Certè mirum est quomodo hoc loco, & alibi quoque detestetur, & damnet Esaias, qui ponunt imaginem ei, idest ipsi Deo, cum constet filiũ Dei esse imaginem eius. Dicitur enim ad Collos. primo. Christus imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis Creaturę. & ad Hæbreos primo. Figura substantiæ eius: & Homo quoque dicitur imago Dei, & factus ad imaginẽ Dei, quo titulo etiam & Angeli describuntur, & decorantur, velut postea dicem⁹. Præterea Deus visus est quandoque in specie corporea, sicut habetur Gene. 3. quòd deambulabat in Paradiso ad auram post meridiem: & Gen. 28. legitur Iacob vidisse Deum innixum summitati scalæ: & Exodi. 33. dixit ipsemet Deus Moisi, Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. & Esaias. 6. cap. huius operis, dixit, se vidisse Dominũ sedẽtẽ super soliũ excelsum, & eleuatum. Item describitur Deus à Daniele cap. 7. Senex, & antiquus dierum. Quarè non videtur vllum inconueniens Deum posse depingi, & aliquam imaginem ei poni, cum omnes ferè actiones, & membra ipsius corporis animati sacra scriptura in plerisq; locis ei tribuere videatur. Sic nimirum de filio, & spiritu sancto dicendum est. Quòd enim filius carne humana indutus & homo factus possit depingi, lapide, vel ligno insculpi, & eius imaginem fieri, nulla est difficultas, & controuersia, quando ipse in terris visus est, & cum hominibus est conuersatus, vt habetur Baruch. 3. & notũ est apud omnes; quin & postquam ascẽdit in cęlum legitur Stephanus vidisse eum stantem à dextris virtutis Dei. De spiritu sancto autem quòd & eius fieri possit aliqua imago non est in dubium reuocandum, cum Matth. 3. legatur ipsum descendisse super Christum in specie columbæ, & in linguis igneis super Apostolos in die Pentecostes Acto. 2. Sed dubium est an & ipse spiritus sanctus possit dici imago patris, quemadmodum & filius, & num dato quòd dicatur imago patris, possit dici imago filij. Sed re vera quãmuis Damascenus dicat spiritum sanctum esse imaginem filij, propriè tamen loquendo spiritus sanctus non potest dici imago, neque patris, neque filij, quia licèt sit eiusdem naturæ cum patre, & filio, sit etiã similis vtrique, hanc tamen similitudinem non habet ex ui, & ratione suę processionis, qua procedit ab vtroque, ut amor, sed habet hanc similitudinem ratione qua procedit, vt amor diuinus, & sic non potest verè, & propriè dici nec imago patris, nec imago filij, cum & Damascenus dicat spiritum sanctum esse imaginme filij, accepit imaginem pro perfecta similitudine, quàm habet spiritus sanctus ad filium, & patrem, in natura deitatis, & in essentialibus, nõ autem in notionalibus. Quòd etiam nõ dedeceat ipsi Deo poni aliquã imaginẽ probatur ex eo, quòd Angeli, quamuis sint inuisibiles, & incorporei, in veteri tamen testamento, pariter & in nouo depinguntur, & sculpuntur, & apparent quandoque in vestibus albis, & quandoque sub alijs vestibus, & speciebus; quarè & c. Sed fortè dices. Esaias non negat omnino Dei esse aliquam imaginem, sed negat fieri debere imagines in ligno, vel lapide, quæ repræsentent ipsum Deum, id quod esse non potest, cum Deus sit natura inuisibilis, & incorporeus, sed vtiq; (dicet ipse) possunt esse Dei imagines naturales, quæ aliqua ex parte repræsentant, ac exprimunt ipsum Deum, vt à principio dicebamus. est enim ipse Christus imago, & figura substantiæ Dei; & Angelus &, pariter & homo dicũtur imagines Dei, & ad eius imaginem creati. Sunt etiã, & creaturæ irrationales aliqua ex parte imagines Dei; sed inter has imaginum species, magna est differentia. Filius inquam Dei, Christus dominus est imago Dei perfecta, non ad imaginem Dei effecta, velut Angelus. & homo (namque fieri ad imaginem dicit quandam imperfectionem, vt puta accessum ad id quod non est, seù non habet) filius inquam Dei est vsqueadeo perfecta imago, quòd ibi est æqualitas, & simi-

Marginalia: *Collos. primo* — *Hab. primo.* — *Genes. primo.* — *Gen. 3.* — *Genes. 28.* — *Exod. 33.* — *Esa. 6.* — *Dan. 7.* — *Baruch. 3.* — *Act. 7.* — *Matth. 3.* — *Acto. 2.* — *Quo differt esse imaginem, & ad imaginem declarat. Aug. 7. de tri: cap. vlt.*

& similitudo omnimoda inter ipsum, & Deum, cuius est imago.

A

Angelus autẽ & homo sunt imagines Dei imperfectę, quia satis tenuiter, & exiguè representant ipsum Deum, quanquam Angelus aliquanto exprę∫sius, quàm homo, & inter Angelos, quanto quis est maior, & superior, tanto efficacius, & expræssius representat ipsum Deum. Homo verò dicitur & ipse imago Dei, sed magis ad imaginẽ eius, & longe minus quàm Angelus,

B

D. Aug. ser. 63.

quanquam D. August: ser. 63. de verbis domini d: Deum nulli alij creaturæ dedisse quod sit ad imaginem suam, nisi homini, propter quod dictum D. Thomas p: par. q. 93. ar. 3. d. hominem secundum quandam rationem, & pęnes quendam respectum, seù habitudinẽ dicitur esse magis ad similitudinẽ Dei, quam Angelus, quia scilicet homo est de homine, sicut Deus de Deo, & quemadmodum vnus et idem Deus, se habet ad vniuersum mundum, sic anima hominis est tota in toto, & tota in qualibet parte hominis, at secundum rationẽ imaginis dicitur magis propriè angelus quam homo imago Dei. Dicitur etiam & mulier esse imago Dei, quamuis Apostolus dicat p: ad Cor. 11. Vir est imago Dei, mulier autem imago viri. Nam cum ratio imaginis accipiatur in homine, quantum ad intellectualem naturam, & mulier etiam sit prędita intellectu, sicut & homo, potest & ipsa dici imago Dei, quanquàm secundario, & post hominem. Augustinus enim super Gen: ad literam libro 3. cap. 22. d. quod scriptura postquam dixerat ad imaginem Dei creauit illum, mox addidit, masculum, & fęminam creauit eos, non ut imago Dei secundum distinctiones sexuum attendatur, sed quia imago Dei vtrique sexui est communis, cum sit secundum mentẽ, in qua nō est distinctio sexuum, & quoniam diximus in Angelis esse gradus, quia vnus est perfectior altero, & expræssius representat Deum, quàm alter, sic inter homines quoque dicendũ est, & si quisque sit imago Dei, quatenus unusquisque à principio suæ creationis habet mentem, & intellectum,

D. Tho. p: par q. 93. ar. 3.

C

p: ad Cor. 11.

D

Gen: lib. 3. cap. 22.

E

quibus potest naturaliter cognoscere, & amare creatorem suum, iuxtà illud psalmi. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine: inter eos tamen, scilicet homines, dantur gradus, quia aliqui sunt imagines Dei ex creatione tantum, naturalem solum habẽtes aptitudinem ad representandum Deum: quidam alij, non solum ex naturali mentis aptitudine sortiũtur hoc donum, quod sunt ad imaginem Dei, verum vlterius progrediuntur, quia actu, vel habitu Deum cognoscunt, & amant, atque ad id summopere annitũtur, ac tendunt, sed cum sint in uia, non omnino perfectè feruntur in Deum. at qui perpetuò in ipsa Dei cognitione, & dilectione persistunt, ac resident, hi perfectè sunt imagines Dei, & ipsum Deum representant, exprimunt, ac fruuntur, quales sunt beati, qui cælestẽ gloriam sunt adepti, non tamen ita perfectè fruuntur ipso Deo & sunt imagines Dei, quemadmodum Christus Iesus est filius Dei, & imago Patris. Diximus etiam creaturas irrationales aliquo modo fore ad imaginem Dei, quo scilicet quęlibet creatura proficiscitur, & producitur ab idæa, in mente diuina existente. Vnde Boetius, referẽte Tho. secundo sententiarũ. d. 16. q. p. art. 2 d: formęquę sunt in materia pñt dici imagines, propterea quod ab illis formis prouenıunt quæ sunt sine materia, impropriè tamen, et valdè abusiuè irrationales creaturæ dici possunt imagines Dei sic enim dicit D. Tho: p: par. q. 93 Creaturas irrationales dici posse imagines diuinæ bonitatis, quoniam quælibet creatura est imago rationis exemplaris, quæ est in mente diuina & educitur ab ea, et quædam conueniũt cum Deo, et assimilantur ei in essentia, quia sunt, quædam verò assimilantur ei quia viuunt, nonnullæ verò quia sentiunt, sed quæ præter hęc tria etiã intelligunt, proprie loquendo sunt magis ad imaginem Dei.

Psal. 4.

Tho: secundo sententiarum. d. 16. q. p. art. 2:

Th p: par. q. 93 ar. 2.

At si quis iterum instaret, nolens admittere ullam Creaturam, quæcunquæ sit illa, esse, vel dici imaginem Dei, cũ inter Deum, et creaturam nulla possit esse æqualitas, quæ necessaria est ad

 perfe-

perfectam rationem imaginis, concedimus utique nullam creaturam esse, uel dici perfectam imaginem Dei, quia solus filius dictus est esse perfecta imago Dei: uerum ut saluetur aliqua ratio imaginis inter Deum, & creaturam dicimus inter eos esse æqualitatem quandam analogicam, quia scilicet unaquęque creatura iuxtà rationem suam habet quandam proportionem ad Deum, ut nunc nunc diximus, uel in esse, aut uiuere et c. uel habet proportionem quandam ordinis, uel imitationis, quoniam unaquæque creatura ordinatur ad Deum, imitatur eum, et dependet ab eo, iuxtà modum suum. Nostra autem intentio erat ostendere non solum Dei filium, et quamcunque creaturam rationalem, uel intellectualem posse dici imaginem Dei, sed quæ arte, aut opera, uel studio hominis peraguntur posse dici, et fieri imagines Dei, et repræsentare ipsum, quamquàm sit natura, et essentia sua inuisibilis, et incorporeus, quemadmodum supra dicebamus *Deum* quandoque in specie corporea, quibusdam apparuisse, et alicubi uocatum senem, et antiquum dierum: inimò Dionisius Areopagita cap. 10. de diuinis nominibus uocat eum antiquum dierum, et iuuenem, seù iuniorem. Diximus etiam spiritum sanctũ in specie columbæ descendisse super Christum, dum baptizaretur à Ioanne baptista. Math. 3. et in linguis igneis super Apostolos in die Penthecostes, quin et Angelos in effigie hominũ frequenter apparuisse: si ergo Deus, et Angeli in rebus, et signis corporeis sese hominibus demostrarunt, cur prohibemur eos depingere in parietibus, statuas, in lapide, uel ligno, auro, uel argento effingere, et efformare? cum præsertim uideamus ubique receptas imagines Dei & sanctorũ in Ecclesijs, sincera Christi fide imbutis, et resplendentibus. Id quod et concilium Tridentinum, nostra hac ætate celebratum uideatur eas approbare? Non ergo debuit Esaias insurgere, ac detestari, et arguere eos, qui uolunt ponere ipsi Deo imaginem, cum inquit. Cui similem fecistis Deum? aut quam imaginem

Dionisius Areopagita. cap. 10.

Matth. 3.

ponetis ei?

Nulli profectò dubium, quòd si quis uellet ponere imaginem Deo, et imaginari quòd illa imago, siue in pariete depicta, siue ligno, aut lapide insculpta, et quomodocunque formata exprimeret perfectè naturam Dei, aut esset Deus, iste proculdubio maximè falleretur, et toto aberraret cęlo, et dignus foret, ut e hominum cœtu prorsus tolleretur, et funditus periret: at si quis istis imaginibus uellet aliquo modo insinuare, et præmonstrare aliquas Dei proprietates, ut excellentiã, uetustatem, robur, ac magnitudinem, hic (mea quidem sententia) non aberraret. Si quis etiam depingeret, uel effingeret Deum aliquid efficere aduersus hominem, ut cum arguebat Adam, qui transgressus fuit præceptum suum, de non edendo de ligno scientiæ boni, et mali, ut habetur Gen. cap. 3. et dum etiam expulit ipsum de Paradiso, et cętera huiusmodi, quibus alicuius rei historiam insipientibus saltim commõstraret, hunc profectò non existimo fore arguendum. Dicit enim D. Tho. p. parte q. 3. ar. 1. quòd ipsi Deo scriptura sacra attribuit quandoque partes corporis, et membra ipsius, ut manus, brachium, oculos et c. tribuit etiam differentias situs, ut sedere, stare; attribuit item quandoquè omnes partes dimensionis, ut longitudinem, latitudinem, et profunditatem, ut Iob. 2. excelsior cęlo est, profundior inferno, longior terra, et latior mari etc. Vide ipsum loco citato. Hæc autem dicit ipse, deo tribuuntur, non ut quis putet, eiusmodi situs, et qualitates re ipsa in Deo reperiri, uerum id quod per eas significatur, et indicatur: similiter cum dicebatur spiritum sanctum in specie columbæ super Christum descendisse, non existimes, quòd illa columba diceretur substantia spiritus sancti, neq. quod foret assumpta in unitate personæ spiritus sancti. non enim spiritus sanctus dici poterat columba, quemadmodum filius Dei, dum assumpsit naturã humanam dictus, et factus est homo. neq; etiam sic spiritus sanctus uisus est in specie columbæ, sicut Ioannes dicit

Gen. cap. 3.

D. Th. p. parte q. 3. ar. 1.

Iob. 2.

Apoc.

Apoc. 2. se uidisse Agnum occisum, quia re vera nunquam Ioannis vidit Agnum occisum, quia uisio illa facta fuit in spiritu, per spirituales imagines corporum: at illa columba in cuius specie descendit spiritus sanctus, fuit vera columba, & verum animal, quod statim ex nihilo formauit ipse Deus. & peracto ministerio propter quod formata fuerat, statim euanuit. Cur autem spiritus sanctus in specie columbæ voluerit super Christum apparere, non est nostrum scire, verùm doctores, plures adducunt causas, & præ cæteris D. Tho. 3. p. q. 39. ar. 6. ad 4. tres videtur assignare causas, quas videre poteris apud eũ. Sic etiam dicimus de linguis igneis, in quibus apparuit super discipulos in die Penthecostes, vt habetur Actorum 2. Dicebamus apud Danielẽ cap. 7. Deũ appellari antiquũ dierum, cuius etiam describit vestimenta, & capillos; quarè si Daniel ita figurat ipsum Deum, cur & nos non poterimus ipsum tãquã senem, & summè veterem, & antiquũ depingere, & figurare? & Dionisius libro de diuinis nominibus cap. 10. sic ait. Hora autem est, sermone multiuocum Deum, vt omnipotentem, & antiquum dierum laudare: & paulò post inquit in sacris theophanijs, & vetus, & nouus formatur Deus, seniore quidem antiquum & existentem à principio. Iuniore verò non senescentem significante: q. d. dicitur antiquus dierum, & senior, quia ante oẽs dies fuit; dr̃ iunior quia nunq̃ senescit. & ineodẽ capite dicit idem Dionisius ꝙ Deus laudatur antiqꝰ dierũ ꝓ oĩum ipse sit, & æternũ. & tempꝰ, & ante dies, & ante æternũ, & ante tẽpus, et infra dicit Deũ esse seniorẽ, quod primum in tempore, iuniorem verò quod secundum numerum est antiquiꝰ habẽre. Quidam moderni dicunt hoc nomen posse tribui Deo, uel accipiendo simpliciter, quatenus ipse est unus, & trinus, vel propriè, ut supponat tantum pro Deo patre, & Deum sic acceptum magis congruere huic uisioni Danielis existimant. Hoc autem ideo putant, quia paulo infra habetur, quemdam quasi filium hominis uenisse vsque ad antiquum dierum, & regnum ab eo accepisse. Bona quidem, & rationabilis opinio. Verùm si intelligatur antiquus dierum Deus ipse simpliciter acceptus, verè quidem dicitur antiquus dierum, quia uidelicet est ante omnes dies, & præcedit omne æuum, multoquè magis omnia tempora, cum sint posteriora æuo: vel dicitur antiquꝰ dierum, quia re vera Deus est author, & conditor omnis antiquitatis, & vetustatis dierum, & temporum, vel eminẽter, atque excellenter in se ipso continens omnem, et quamcũque temporis antiquitatem. Quòd si uis hæc subtilius videre, perlege D. Tho. p. par. q. 10. vbi per multos articulos declarat ac demostrat quid sit æternum, et quomodo et qualiter Deus sit æternus. Quòd autem Deus simpliciter acceptus dicatur etiam iunior, quia scilicet nunquã senescit demostrat ipse Dauid, dum ait. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes sicut vestimentum ueterascent. et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur, tu autem semper idem ipse es, et anni tui non deficient. Si uerò Deus hoc loco, qui nuncupatur antiquus dierum accipiatur solum pro persona patris; potest etiam conuenienter dici Deus pater, antiquus dierum, uel habita ratione ad natiuitatem filij temporalem, dum in plenitudine temporis assumpsit naturam humanam, uel relatus ad eundem, quatenus originẽ ducit, & procedit ab eo, per modum naturæ, et intellectus, concomitante uoluntate; sic enim dicit D. Tho. p. par. q. 41. ar. 1. ad primum, quod scilicet duplex ordo originis potest attribui Deo, unus quidem secundum quod creatura ab eo progreditur, et hoc est commune tribus personis, et alius ordo originis ibi attenditur secundum quod vna persona procedit ab alia: et quia filius ęternaliter procedit à patre, sic dici potest, pater antiquus dierum. Alij dicũt nullam esse inter personas diuinas prioritatem, nisi secundum modum intelligendi, sed bene ordinẽ, nõ quo unus est prior altero, sed quo unꝰ est ex altero, et hæc opinio non differt à præcedenti. Sed hæc opinio quibusdam non placet, ut sit ibi prioritas tantum

Marginalia: Apoc. 2. — Tho. 3. p. q. 39. art. 6. ad 4. — Deus quò dicatur antiquus dierũ — Dion. c. 10. — Tho. p. par. q. 10. — psal. 101. — Tho. p. par q. 41. ar. 1.

tum secundum modum intelligẽdi, qñ nullo intellectu considerante processio filij adhuc esset prior processione spiritus sancti, secundum hanc prioritatem originis. Quod autem pater origine sit prior filio, probant per Augustinum, in libro de triplici habitaculo cap. 6. vbi dicit. Quid interest inter nasci quod ad filium pertinet, & procedere quòd ad spiritum sanctum? excepto quod vnus ex vno natus sit, alter ex duobus processit. & quomodo pater non præcessit filium tempore, sed origine, nec spiritum sanctum.

Aug. cap. 6.

Scotistæ autem ponunt quatuor signa originis, siuè naturæ quemadmodum sunt quatuor generationes, duæ internæ, & duæ externæ, in primo signo pr̃ producit filium, in secundo spiritum sanctum; in tertio creaturam in esse cognito, in quarto signo creaturã in esse reali. Si verò capiatur ordo inter personas originantes habet duo signa, vnum in essendo, quod est inter patrem, & filium, in quorum primo est pater, in secundo est filius. in tertio est spiritus sanctus. Datur aliud signum in obijciendo, quod quicquid sit non est mihi curæ: satis sit illud accepisse, quod sumpsimus ex D. Tho. de ordine originis p: par: q: 41. ar. 1. Posteaquam vidimus quopacto, & qua ratione Deus dicatur antiquus dierum, vt non sit inconueniens, aut absurdum eum depingere aliquando maximè senem, & canum. Videamus nunc qua ratione dicebatur deambulare post meridiem in Paradiso; D. Aug: lib. 11. de Genesi ad literam cap 33. d. hoc factum, quòd scilicet Adam, & Eua audierunt vocem Dei deambulantis in Paradiso, non fuit nisi per creaturam visibiliter factũ, ne substantia illa inuisibilis, & vbique tota, quæ est patris, & filij, & spiritus sancti, corporalibus eorum sensibus localí, & temporali motu aparuisse credatur. At si volumus intueri misteria q̃ in his verbis, & in hac dei actione cõtinentur, multis verbis esset opus, sed hoc erit præter nostrum institutũ. sic etiam dicere possumus de illa visione qua dicitur Gen. 28. Iacob vidisse Deum innixum scalæ. Nec secus illud

Tho. p: par: q. 41. ar. 1.

Aug. 11. 7. Gen. ca. 33.

Gen. 28.

A quod habetur Exodi 33. quòd dixit ipse Deus Moysi. Posteriora mea videbis, faciem autem meam uidere non poteris. cuius dicti sensum aliás nos declarasse meminimus. Quòd autem Esaias dixerit aliquando in hoc eodem libro, se vidisse dominum sedentem, prę ter ea, quæ diximus in expositione illius loci, dicimus nunc vnà cũ D Tho. q. 3. p. par. ar. 1. quòd sessio tribuitur ipsi Deo methaphoricè, & secundum

Exod. 33.

B quandam similitudinem, vt scilicet demõstretur immobilitas, & authoritas incompræhensibilis tantæ maiestatis. Quòd etiam D. Stephanus dixerit, se vidisse Iesum stantem à dextris Dei, non est adeò mirum, ac difficile, cùm Christus corpore glorificato ascenderit in cœlum; & præterea stare demõstrat, vel designat eius fortitudinem, & se esse præparatum, & probè accinctũ ad custodiendum, & defendendum,

C qui pro eius nomine persecutionem patiuntur. Sic propemodum intelligendę sunt actiones, quæ fiunt à nobis per diuersa corporis membra, ut videre, audire, olfacere, & cætera huiusmodi tribuuntur ipsi Deo, non verè ac propriè, ut scilicet Deus habeat nares, oculos, & aures, sed habet superexcellenter, & supereminenter actus similes his quæ fiunt per corporis membra, & sensus illius. Quòd etiam Angeli uisi fuerit

D aliquando in vestibus albis, & corporali effigie non est satis mirandum, quoniam ad eiusmodi actiones peragendas assumunt corpora, & in corporibus assumptis exercent opera vitæ, & diuersorum membrorum. Quarè non videtur esse aliquod incõueniens quòd & ipsi quandoque depingantur; Quando legitur ipsum Deum præcepisse depingi Cherubim, & fieri imagines eorum super arcam. Exodi 25. & Nume

Exod. 25.

E ri 21. præcepit fieri serpentem Aeneũ, & aliorum animalium statuas, & simulacra. Sed dices. Exodi 21. scriptum est, & præceptum à Deo. Non facias tibi sculptile, nec simulacra, & non adorabis ea, neque coles. Diximus supra nõ esse faciendas imagines, & simulacra Dei, & sanctorum, ut quis existimet illa esse vera corpora eorum, quæ reprę-

Nũ 21.

Exo. 21.

sen-

sentant, sed esse tantum figuras, & similitudines eorum, quos verè colere, & adorare debemus. Gentiles autem, & infideles duplici nota inurebantur; primum quia faciebant simulacra, & imagines eorum, qui non erant Dij, nec unquam fuerunt; deinde quia venerabantur illas imagines, ac si Dij essēt; id quod vanissimum erat & stultum quandoquidem teste D. Paulo Idolum, nihil sit. Neque ego in hac parte necessariam puto distinctionem illam, quā faciunt aliqui satis eruditi inter Idolū, simulacrum, & imaginem, quia si facias imaginem alicuius, vt adoretur, vel ipsam imaginem adores, re vera hac ratione ea imago nihil est. Non quidē quod omnino nihil sit, quia est lignū, vel lapis, aut paries coloratus: neque dicitur nihil, quia nihil representet, sed dicitur nihil, quia non est Deus, & quia nihil potest afferre subsidij. Quod autem expediat imagines facere in Ecclesijs ad erudiendum, & instruendum ignaros, & insipientes, qui nesciunt legere, atque etiam ad excitandum mentes, & animos eorum, qui sunt tardi corde ad credendum, vel etiam vt inflamentur ad amorem Dei, & eorum, qui multa passi sunt tormenta, vt securi peruenirent ad palmam martyrij, non est meo quidem iudicio in dubium reuocandum. Dicit enim D. August: libro 2. de visitatione infirmorum cap. 3. quòd licet fides, ac memoria passionis, & resurrectionis Christi, atque etiam futuri Iudicij sufficere valeant ad salutem, tamen sunt quædam exteriora signa pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria, & quasi quandam compūctionem, cordis penetralibus efficientia, quæ & Christiana Religio vult obseruari, & deuotio gaudet adimpleri: vbi profectò loquitur Aug. de imagine crucis Christi, & aliorum sanctorum, & apponit quædam carmina, quibus demōstratur quàm sint vtiles, & proficuæ eiusmodi sanctorum imagines, & loquitur in his carminibus signanter de Cruce, & imagine Christi, & sunt hæc.

Aug. lib. 2. de visit. infirmorum.

Nec Deus est, nec homo, præsens quam cerno figura.
Sed Deus est, & homo, quem signat Sacra figura.
Verus homo, verusque Deus, tamen vnus vterque
Probra Crucis patitur, mortem subit, & sepelitur.
Viuit idem, crucis hac per signa triumphat ab hoste.
Id notum vobis Cuius huius litera reddit
Scilicet ipsius nota, sunt Crux, & Crucifixus.
Hæc & ego veneror, Iesum quoque semper adoro.

Diximus aliàs de sanctę Crucis imagine, qua ratione coli debeat, & honorari: alia namque ratione, & ritu debet adorari crux illa cui fuit affixus dominus noster, & alio aliæ cruces, quæ sūt imagines & figuræ illius sanctissimæ crucis. qua de re scripsimus alibi non nihil copiosius, sed de imagine crucis Christi, & ipsius crucifixi, non est quod dubitemus, sicut, & de imaginibus martyrum, & aliorum sanctorum, quod s. fieri expediat ipsas imagines. At de hisce non est nostra intentio præcipuè loqui; sed numquid ipsi Deo possit poni aliqua imago, ne insipientiæ, & impietatis nota possimus inuri. Diximus. n. & hoc nunc quoq; repetimus, ipsi Deo secundum se, & propriam eius naturā considerato nullam posse fieri imaginem, & qui secus opinatur, insipiēs est, & mente captus; at ipsi Deo possunt fieri imagines, iuxtà illas figuras, quibus eum describit Sacra scriptura; Et quoniam Dan. 7. describitur, & nominatur antiquus dierum, ideò potest figurari, & depingi tamquam senex, et plenus dierum. Atqui, si quandoq; oriatur suspicio erroris, uel idololatriæ, erudiendus est populus; imagines verò debere prorsùs aboleri non iudico, sed aliorū esto iudicium, & sententia. Sed quid ad Moysem, & Esaiam prohibentes fieri sculptilia, & imagines? iam dictum est, non debere fieri imagines eorum, qui non sunt dij, neq; umquam fuerūt, neq; esse possunt, quoniam vnus tantum

Dan. 7.

tum est Deus, non dij multi; multo minus imagines ipsæ habendæ sunt pro Dijs; quòd autem fiant, non prohibet Esaias, neq; ulla scriptura, sed ita, vt non adorentur, neq; pro Dijs habeantur. Quo autem cultu, seu ritu, imagines Christi, et sanctorum atq; imaginis ipsius Dei, venerari debeamus, videbitur infrà in expositione Cap. 44. Nunc autem dictum sit in tantum; ipsi Deo scilicet imagines fieri posse, nec vltra quare, &c.

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

1. TAceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudi-
nem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iu-
2. dicium propinquemus. Quis suscitauit ab orien
te iustum vocauit eum, vt sequeretur se? dabit
in conspectu eius gentes, & Reges obtinebit: da-
bit quasi puluerem gladio eius sicut stipulam vento raptam ar-
cui eius. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus
eius non apparebit. Quis hæc operatus est, & fecit vocans gene-
rationes ab exordio? Ego Dominus, primus, & nouissimus ego
sum. Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupue-
3. runt, appropinquauerunt, & accesserunt. Vnusquisq; proximo
suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare. Conforta-
uit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc tem-
poris dicens; Glutino bonum est: & confortauit eum clauis, vt
4. non moueretur. Et tu Israel serue meus Iacob quem elegi, semen
Abraham amici mei: in quo apprehendi te ab extremis terræ,
& à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi. Seruus meus es tu,
5. elegi te, & non abieci te. Ne timeas, quia ego tecum sum, ne
declines quia ego Deus tuus: Confortaui te, & auxiliatus sum
tibi, & suscepit te dextera iusti mei; Ecce confundentur, & eru
bescent omnes, qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint,
& peribunt uiri, qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inve
nies viros rebellos tuos: erunt quasi non sint, & velut consum-
ptio homines bellantes aduersum te; Quia ego Dominus Deus
tuus apprehendens manum tuam dicẽsq; tibi. Ne timeas, ego adiu
ui te. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel: ego
auxi-

auxiliatus sum tibi, dicit Dominus. Et redemptor tuus Sanctus
Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens ro-
stra serrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi
puluerem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo di-
sperget eos, & tu exultabis in Domino in Sancto Israel lataberis:
Egeni, *& pauperes quarunt aquas, & non sunt. lingua eorum* 5.
siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non dereline-
quam eos. Aperiam *in supinis collibus flumina, & in medio* 6.
camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum & terram
inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum & spi-
nam, & myrtum, & lignum oliua: ponam in deserto abietem,
vlmum, & buxum simul, vt videant, & sciant, & recogitent,
& intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus
Israel creauit illud. Propè *facite iudicium vestrum dicit Do-* 7.
minus, afferte si quid forte habetis dixit Rex Iacob. Accedant,
& nuntient nobis quacunq; ventura sunt: priora qua fuerunt
nuntiate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum,
& qua ventura sunt indicate nobis. Annunciatè qua ventu-
ra sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos, benè quoq; aut
malè si potestis, facite, & loquamur, & videamus simul. Ecce
vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est, abomina-
tio est qui elegit vos. Suscitaui *ab Aquilone, & veniet ab* 8.
ortu Solis. vocabit nomen meum, & adducet magistratus qua-
si lutum, & velut plastes conculcans humum. Quis *annuncia-* 9.
uit ab exordio, vt sciamus: & a principio, vt dicamus, Iustus
es? non est neq; annuncians, neq; pradicens, neq; audiens ser-
mones vestros. Primus ad Syon dicet. Ecce adsunt, & Ieru-
salem euangelistam dabo. Et vidi & non erat neq; ex
istis quisquam, qui iniret consilium, & interroga-
tus responderet verbum. Ecce *omnes iniu-* 10.
sti, & vana opera eorum ventus,
& inane simula-
chra eo-
rum.

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMPRIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *TAceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus, &c.*

DVM ego percurro quæ in hoc habentur capitulo, & diligẽter postmodum mecum ipse considero quæ sit præcipua ipsius prophetæ intentio, non alia certè mihi esse videtur, nisi quòd dominus Deus noster vult cum quibuscunq; populis, & nationibus discutere, & suæ potestatis magnificẽtiæ, ac bonitatis rõnẽ reddere, & cõsequẽter eos cõuincere, & de insigni, atq; inexcusabili ĩgratitudine eosdẽ arguere, & increpare. Propterea petit à principio singularem attentionem, rogatq; vt patienter audiant, atq; interim dum ipse loquitur, & suas affert rationes, taceant, neuè suis ipsi responsionibus, & interlocutionibus sermonem suum interrumpere velint, aut impedire. Dicit ergo primum. Taceãt ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem: Insulæ, idest Insularum habitatores, & quicunq; in locis à terra semotis, & qui magis à communi hominum consortio sunt segregati taceant, idest tacitè, silenter, & quietè me loquẽtem audiant: Vel hic erit sensus. Taceant ad me insulæ, i. nullus audeat coram me loqui, & in conspectu meo, & me præsente, sed omnes taceant, cũ nihil habeant quod afferre possint aduersum me: & gentes, quæ. s. terrã firmam incolunt, & facilem cum cæteris hominibus societatem inire quærunt, mutent fortitudinem, idest, si hactenus fuerunt aliquanto imbecilles resu-

A mant uires, & fortiores reddantur; aut mutent fortitudinem. idest præter eas vires, quas hucusq; habuere, alias, & nouas, & quidem maiores studeant recipere. Vbi per gentes nonnulli intelligũt ipsã gentem Iudæorum, quos hortatur propheta, ut audiant, & ne per imbecillitatem pristinam Dei non possint audire sermonem, mutent fortitudinẽ. idest. fortiores, & firmiores reddantur. Per Insulas verò volunt gẽtes. i. Idolola B tras intelligi; quoniam quemadmodũ insulæ sunt semotæ à terra, & Sursum eleuatæ ab aquis, ita gentes, & Idololatræ sunt semoti, & segregati à Iudęorũ consortio, & ab eorumdem moribus ac institutis, maiorem inmodum seiuncti, ac alieni. D. autem Hier. per Insulas, intelligit quascunq; gentes, quæ in hoc sublunari mundo vitam degũt. Nam sicut insulæ, quę sunt in mari cõtinuè ferè maris fluctibus concutiun C tur; ita gentes, & terræ huius habitatores, siue terram firmam, siue insulas propriè dictas inhabitent, salsis, & peramaris huius mundi fluctibus perpetuò agitantur. Ne autem huius nominis equiuocatione fallamur, est sciẽdum (iuxtà expositionem. D. Cyrilli) hoc nomen insula multa significare. Primo quidem nulli dubium quod insulæ ea loca appellantur, quæ sunt intra ipsum mare constituta, vel à natu D ra, vel ab arte. quæ verò sunt propè mare, & ex parte ipsius maris aquis abluũtur, vocantur Peninsulæ, quia non tota eorum moles, & constitutio sita est in mari, sed pars, id quod etiam contingit

Quid per gẽtes.

Quid per insulas.

Insula multipliciter.

git in plerisq; fluminibus: Dicuntur et insulę ipsæ Ciuitates, oppida, et villæ, quæ habent circumcirca terram amplam inaratam, et incultam, quales dicunt esse Ciuitates Idumæorū, et Moabitarum ut putà in deserto sitas, et ędificatas: nec ciuitates, et oppida duntaxat eo in loco constituta dici possunt Insulæ, sed et in una, et eadem ciuitate, uel oppido, si ullæ domus, et prædia à reliquis domibus, ædificijsq; circum circa seiuncta, ac expedita reperiantur, ut plurima facilè est reperiri, insulæ quoq dici consueuerunt. Allegoricè uerò, et spiritualiter loquendo Insularum nomine significantur Ecclesiæ: non hæ tantum quæ propriore uocabulo sunt ex Iudæis, & gentibus collectæ; sed et Synagogę Iudæorum poterant aliquandò insulę nuncupari, sed omisso isto exotico, et non iam amplius usitato significatu, dicamus magis uerè, et propriè per insulas hic, et alibi sæpè in sacris literis Ecclesiam ex varijs gentibus collectam designari. Iuxtà illud Dauid. psal. 96. Dominus regnauit exultet terra, lætentur insulæ multę, hoc est regnante domino per vniuersum mundum, Ecclesiæ iam dispositæ, & erectæ lætentur, quæ, quia mundi fluctibus ambitæ circum latrātium psecutionum numerositate tunduntur, iurè merito Insulis comparantur. Et quemadmodum insulæ sunt in mari sęuientibus fluctibus nesciunt lædi, ita nec sanctæ ecclesiæ perturbationibus Aduersariorum probantur imminui, quin potius illos suis cautibus frangunt, qui in eas vndosis culminibus irruerunt. Sed licet ecclesiæ nomen de Synagoga Iudæorum quandoquè in sacris literis sumptum legatur, verius tamen & conuenientius de Ecclesia ex gentibus congregata quę mūdi huius varias, & multas sustinet tempestates, & timet dominum, intelligi debet. Vnde super illud Esaię. 49. inferius exponendū vbi dicitur. Audite Insulę, & attendite populi de longe. D. Hier. vult per insulas eo loco intelligi Ecclesias de gētibus congregatas, nulla ratione de Synagoga populi Iudęorum, cum dicat. attendite populi

Dauid. 96.

Esa. 49.

D. Hier.

A de longe. & cap. 60. inquit idem propheta gerens Dei personam. Me insulę expectant. i. Ecclesię gentium, quę iuxtà vaticinium prophetarum expectabant dominum Iesum. Postremò hoc nomen insula potest etiam accipi ad significandum animas nostras, quę ut dicit D. Hier. varijs cogitationibus, quasi varijs hinc inde tunduntur fluctibus, et ubi in hoc eodem capite habebimus, dicit idem propheta in persona B domini, conuertentur ad me insulę multę. i. multę aīę, quę prius erant sub potestate diaboli: Dicit ergo. Taceant ad me insulę. i. ecclesię Christi sanguine constructę, & ędificatę: taceant ad me. i. patienter, & attente me audiant, vel taceant ad me. i. si mihi cōferantur, si vllam mei rationem habeant, taceāt, obsequantur, & quiescant. Ecclesię in quam quę singulis diebus excipiunt psecutiones, & tempestates, & mundi C huius difficultatibus, & angustijs obsidentur, & premuntur: veruntamen nō colliduntur, sed firmę & immotę permanent, quoniam fundatę sunt supra firmam petram, quæ est Christus dominus. Cum verò subdit, & gentes mutent fortitudinem; si loquamur ad Iudęos, hortemur eos, ut de imbecillitate, & tenuitate legis Mosaycę transferantur, & transeant in legem Euangelicam, & accipiant robur spiritus: si lo D quamur ad Gentes redemptas sanguinem Christi, mutent & ipsę fortitudinem. i. se pręparent ad maiores hostiū impetus, & congressus, & ad maiora certamina & pręsertim cum principe tenebrarum congressuri; quemadmodū fuit dictum de Apostolis. estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente. & verè de Apostolis, & de alijs Christi fidelibus conuenienter intelligenda est hęc huius vatis adhortatio, qa E v3 necessarium est mutent fortitudinem, hoc est optimè se muniant, vt Demonis tentationibus, & tyrannorum persecutionibus, & infestationib⁹ viriliter obsistant. At si velimus hunc locum exponere penes eam quā à principio posuimus intentionem, dicēdum est Deum monere gentes, & insulas, & quoscūq; Dei contemptores, ut attēte

audiant

audiant dominum loquentem, & suam met ipsius causam tuentem, velint mutare fortitudinem, si velint secum disceptare, & simul cum eo ad iudiciũ, et ante iudicem aduersus eum pariter sub sistere, si velint suam impietatem, & stultitiam, & detestabilem pariter ingratitudinem tueri, propterea subdit. *Accedant, & tunc loquantur simul ad iudicium appropinquemus.* q. d. simul congrediamur, & discutiamus vter nostrũ vllam habeat causam querimoniæ. O benignum, & clementem Deum nostrum. Cum ipse quidem sit verus omnium pater, & dominus, cum ipse propter nos sit omnia operatus cumq; nulli unquàm debeat, neq; sit bonorum nostrorum indigus, dignatur tamen pro nostra omnium salute, & emendatione nobiscum in iudicio contendere, & suã nobis bonitatem ostendere, quemadmodum etiam à principio cum dixit. Venite, & arguite me. At si hæc referamus ad Christum, & ad eius apostolos ac sui verbi ministros, sic dicamus. Accedant, & tunc loquantur, idest, veniãt ad fidem gentes, & loquantur simul, audiant apostolos, & Dei verbi ministros, eandem fidem prædicent, eandem veritatem fateantur, conueniant nobiscũ, idem sentiamus, idem dicamus, nec sint in nobis scismata, simul ad iudiciũ propinquemus, legem Euangelicam, quæ hoc loco uocatur iudicium amplectamur. Vel (iuxtà priorem intellectum) simul ad iudicium propinquemus i. conferamus nos ipsos ad iudicium, vt absoluta fiat discussio, & absolutio quidnam credere, aut sentire debeamus. Et sequitur ipse propheta proponens dubia, et exquirens eorum solutionem, et interrogatione (dicit. D. Hier.) doceat quod ignorant. Primo ergo quærit, *quis suscitauit ab oriente iustum? vocauit eum ut sequeretur se?* Incipit hoc loco proponere, & enarrare, quæ contulit omnibus gentibus beneficia, & præsertim populo quẽ elegit, & quæcunq; per istum Iustũ quem suscitauit ab orientẽ mirabilia fecit, per quem iustum pleriq; exponentes intelligunt ipsum Abraham, qui dictus est iustus, quia re vera sic fuit, ut sacræ literæ attestantur, ut habetur Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: hic profectò secutus est Deum, quia dicenti egredere de terra tua, & de cognatione tua, & ueni in terram quam mostrauero tibi, non est cunctatus quicquam, neq; hæsitauit diffidentia: dedit in conspectu eius gẽtes, & obtinuit reges, contra quos bella gelsit, & de quibus triumphauit: Dedit quasi puluerem gladio eius, hoc est, tantam contulit ei Deus fortitudinem, ut gladio suo ad terram deijceret, non secus atq; puluerem, atq; stipulam uẽto raptatam, hostes suos gladio, & arcu suo. Persecutus est eos. s. reges; eos inquam qui inuaserant fratrem suũ loth, seu filium fratris sui, & persecutus est eos usq; *Dan*, cumq; fuerit persecutus eos transiuit in terram Chanaam in pace absq. ullo impedimento et molestia; nec semita in pedibus eius apparuit, uel quia non potuit multum temporis insumere in profligandis hostibus: uel non apparuit semita in pedibus, quia non ambulauit per semitas, & per diuerticula, sed plana, & regia uia ambulauit: hęc quidem omnia dicta uolunt de Abraham patre gentium; aliqui uerò de Cyro Rege Persarum. Sed profectò eadem longe melius tribuuntur Christo Dei filio; hic enim est ille iustus, quem suscitauit Deus, idest quẽ Deus pater misit in mundum propter iustificationem nostram, ipse inquam est ille iustus, imo ipsa iustitia, qui ut inquit Apostolus, factus est iustitia, redemptio, & sanctificatio nostra, & cum hæc iustitia fuerit uocata, & iussa sequi Deum uocantem, oportuit eam fore animatam: non poterat enim uocata non ambulare, nec sequi ipsum uocantem, nisi fuerit animata: Christum itaq; uere iustum, & uerius ipsam iustitiam uocauit pater, ut ob nostram salutem ad nos iter faceret, & ad nos de cœlo descenderet. Nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo: uocauit ergo Deus, aut suscitauit iustum. i Christum ab Oriente, idest à Deo, á se ipso unde oritur sol iustitiæ: uocauitq eum ut sequeretur se i. ut faceret uoluntatem patris

Margin notes: A; B; C; D; E; D. Hier.; Tex. 2.; *Iustus suscitatus ab oriente quis*; *Gen. 15.*; Rom. 4.; *1. Cor. 1.*; *Io. 3.*

tris sui, quemadmodum ipse dixit, nõ
veni vt facerem voluntatem meam,
sed voluntatem eius qui misit me: vo-
cauit vt sequeretur se. i. ut sequeretur
Ioan. cap. 9 vestigia eius. iuxtà illud Ioan. 9. Me
oportet operari opera eius qui misit
Ioan. cap. 5. me. & alibi: à me non facio quicquam
sed quæcunq; facit pater, hæc filius simi
liter facit. *Dabit i cõspectu eius gẽtes* vt s.
adorent eum, & eum timeant iuxtà il-
Esa. 49. lud Esaiæ Dedi te in lucem gentium, ut
sis salus mea usq; ad extremum terræ.
Ps. 97. & psal. 97. Notum fecit dominus salu-
tare suum, & in conspectu gentium re
uelauit iustitiam suam. Deinde *reges
obtinebit*, quia. s. sub imperio, & ditio-
ne sua habebit, & quicquid de eis effice
re voluerit absq; vllo negocio dubio
procul efficiet. *dabit quasi puluerem gla
dio eius, & sicut stipulam vento raptam
arcui eius*, hoc est. amouebit è solio, &
nomen eorum delebit, ac si nunquam
aliàs extitissent. *Persequetur eos*, qui. s.
fuerint eum persequuti, & sones eius:
transibit in pace, hoc est euangelij præ-
dicatio per vniuersum orbem diffunde
tur; in pace. i. absq; armis, & bellorum
strepitu: *semita in pedibus eius non appa-
rebit*: nemo quidem poterit unquam
satis admirari quo pacto Apostoli qui
dicuntur Christi pedes, de quibus ipse
loquitur psal. 17. Perfecit pedes meos
tanquam Ceruorum, per vniuersum or
bem profecti Dei verbum annuncian-
tes. At dicas semitam in pedibus eius
non apparuisse, quia scilicet nunquam
laborem viæ sentit, nec tædium aliqđ
aufugit, perambulans vniuersam Iu-
dæam, Samariam, & Galileam, an-
nuncians verbum Dei, & exortans om
nes ad pœnitentiam. Dicitur etiam in
pedibus Christi nõ apparuisse semitã,
quoniam si de ipso loquamur, celeri-
ter, & veloci gressu exultauit ad cur-
rendam uiam, & fuit uia eius, sicut
uia colubri super terram: sic & Aposto-
li nunquam cessauerunt ab officio prę-
dicationis, & à ministerio eis deman-
dato. Nouimus enim, quanta fuerit
passus D. Paulus dum euangelizaret
regnum Dei, & cæteri Apostoli auxi-
lio Dei, qui docuit manus eorum ad
prælium, & digitos suos ad bellum.

A & cum his omnibus semita in pedibus
eorum non apparuit, multo minus ip-
sius Christi, quia corpore, & anima ele
uatus est in cęlum, & nubes suscepit
eum ab oculis eorum. &c. Et sequitur
textus vbi Deus velut expostulans, &
quærens quis fuerit operatus hæc, & fe
cerit, quæ mox enarrauit, neq; adsit
quis possit, aut sciat conuenienter re-
spondere, ipse met suæ ipsius petitioni
satisfacit: & quemadmodum aliqui o-
B pinantur non absq; aliqua animi indi-
gnatione perpendens eorum ingratitu
dinem, respondisse videtur, & qui exi
stimant eum superius de beneficijs col-
latis Abraham fuisse locutum, volunt
& hoc loco per illud pronomen demõ-
stratiuum, hæc eadem intellexisse. q. d.
quis fuit ille qui suscitauit ab oriẽte iu-
stum? quis fuit ille qui dedit ĩ cõspectu
suo gentes, & reges illi subiecit, quodq;
ipse, licet nunquam fuerit præliatus, in
C columis tamen, & victor euasit ex præ-
lio, & alia sibi fuere collata beneficia?
Quis inquã hæc fecit? *quis est operatus?*
quis ei cõtulit gratias & immunitates?
quis est vocans generationes ab exordio?
quis præuidit res antequam fiant, &
est causa, & principium omnium quæ
fiunt? quiq; vniuersorum prouidentiã
habet? Respondet. *Ego Dominus pri-
mus, & nouissimus*: primus, ante quem
nullus, nouissimus postquem nullus,
D & deniq; ego sum, qui sum, quippequi
nullam temporis differentiam concre-
tam, & limitatam habeo. Non ea ra-
tione sum, ut antea non fuerim. neq; ita
fui, vt nondum sim, neq; post hec ero
quin, & mox non sim. sum inquam is
cui nomen est esse. ego itaq; primus, &
nouissimus. α. & ω. quæ duæ literæ
vniuersum alphabetum Græcum con-
tinent, & claudunt, quemadmodum er
go Deus suscitauit ab oriente iustum,
E sic etiam fecit quæcunq; postea narran
tur. *Viderunt insulæ, & timuerunt* ob
rei magnitudinem, & difficultatem, *ex-
trema terræ obstupuerunt*, & velut de re
dubia volentes homines fieri certio-
res, *appropinquauerunt, & accesserunt*,
ad eas regiones, vbi tot mirabilia con-
tigerunt, nihilominus *vnusquisq; proxi-
mum suum hortabatur*, ut in veteri cul

tu, & in Idololatria persisteret, non obstantibus quibuscunq; : sic quidẽ exponunt hanc partem qui de Abraham propheta opinantur eum esse locutum, & hæc eorum opinio mihi certe non videtur à vero sensu quicq̃ aberrare, modo intelligamus sub huius historiæ veritate latere ministerium de his quæ contigerunt tempore legis euangelicæ, quemadmodum pleriq; veterũ exponũt: *D*icamus ergo, & repetamus quæ superius dicta sunt. *quis inquam suscitauit ab oriente iustum*? idest Christum Dominum, & cętera quæ ibidem sunt enarrata. Deinde quis hęc operatus est? & fecit? & vocans generationes ab exordio? i. quis vidit, & præuidit, atq; etiam prædixit Dei filium esse incarnandum? quis nam misit filium suum in mundũ in similitudinem carnis peccati? quis misit illum in mundum, ut omnis qui credit in illum habeat uitam ęternam? quis operatus est hæc, & fecit quæcũq; de Christo domino futura erant opera, & mirabilia? ego inq̃ dicit Dñs primus, & nouissimus. Viderunt quidem insulæ. i. gẽtes quęcũq; à nobis remotissimæ, & eę ad quas non facilis ac tutus datur accessus: viderunt inq̃ gentes, & timuerunt non timore quidem qualis est seruorum, sed eo, quo aliqui ob reuerentiá, & maiestatẽ alicuius eundẽ obseruant, ac reuerentur, quamq̃. D. Hier. existimet eum fuisse timorem seruilẽ, & facile potest esse vt gẽtes illæ timuerint, ne. s. offenderent, ne & ipsę grauiter læderentur. *Extrema terræ*, qui sunt in vltimis habitabilis terræ finibus obstupuerũt, audiẽtes mirabilia quæ fecit dominus per Christum filium suũ hominem factum, & per Apostolos suos *appropinquauerunt* quo magis in fide firmarentur, *& accesserunt*, quò magis instruerentur in his, quæ fieri eos oportebat, vt saluarentur.

Tex. 3. *Vnusquisq; proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet. confortare.*

Particula ista re vera satis obscura est ac difficilis, & variè exponitur ab interpretibus, sed ego duas tantum affero expositiones, quæ mihi magis ad elucidationem textus videntur accedere. Prior expositio est vt Esaias referat hoc loco studium, zelum, & diligentiam quam se habere ostendebant habitatores insularum penes cultum idolorum. Inquit enim textus quòd huiusmodi Insulani videntes, & considerantes mirabilia quæ fecit Deus per ipsum Abraham, & propter ipsum; timuerunt, & obstupuerunt, & velut certiores fieri cupientes, nec tam facilè enarrantibus fidem adhibentes, appropinquauerunt, & accesserunt; vel vt inquit D. Thom. accesserunt quo facilius obsisterent ijs, qui fortassis eorum cultum explodere voluissent: sic etiam legimus ps. 76. Viderunt te aquę Deus, & timuerunt. &c. Vel dicas, & forte melius, quòd eiusmodi Insulani appropinquauerunt, & accesserunt. idest sibi inuicem coniunxerunt, congregati sunt, & simul conuenerunt, non quidẽ quo de virtutibus & operibus Abrahę discerent, & certiores redderentur, sed quo de manu tenendo, & conseruando veteri idolorum cultu consultarent, & aliquid decernerent. quemadmodũ, vt quidam rectè aiunt) contigit Phylisteis, dum archa fęderis delata fuisset in exercitum Israelis: tunc enim ipsi Phylistei timuerunt, & mutuo colloquentes, dicebant. Venit Deus in castra, & ingemuerunt dicentes, vę nobis, quis non seruabit de manu Deorũ sublimium istorum, qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto? nihilominus confortamini, & estote uiri ò Phylistijm ne seruiatis Hębreis, sicut et illi seruierunt nobis, confortamini et bellate. vide 1. Reg. 4. Sic propemodum et isti appropinquauerunt, ac accesserunt dicentes alter ad alterum, et unusquisq; proximo suo opem ferens, et auxilium dicet. *Confortare, confortabit faber ararius pecutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis* .i. ea hora qua conficiebant imagines, et simulachra Deorum suorum. d. *Glutino bonũ est*, q. d. bonum est, conuenit quidem, et opere prætium est vti glutino, hoc est, vt partes, et membra conglutinentur, et cohereant, et conuenienter aptentur, et lãmina aurea, vel argentea rite, et diligenter extendatur, et suo queq; loco superponatur, et ut idolũ, siuè

ps. 76.

1. Reg. 4.

sinè simulachrum immobile sistat, et fixum. clauos afferri oportet, et illud eis configere, aut firmiter compingere vt non moueatur: sicq; huiusmodi opifices alter alterum fouebat, & confortabat, ac hortabatur ad simulachrum diligenter, et artificiose conficiendum: quibus dictis propheta Dei personam gerens, sermonem vertit ad populum Israel, ad populum suum fidelem, seruum, et amicum ut eundem ad emulationem prouocaret, et ad obsequium veri Dei promoueret. Alia expositio est sed non multum diuersa, Esaiam hic enarrare conuersionē Gentium, et presertim earum, quę preter omnem spē videbantur ad verum Dei cultum accessisse, et se inuicem confortasse, et iures addidisse, vt relicta Idololatria ad Deum conuerterentur: viderunt inquam omnes gentes oculis mentis ipsum Christum, et gloriam ipsius, & appropinquauerunt, et accesserunt per fidem et baptisma, et expiationem peccatorum ad ipsum Christum. Et unusquisq. proximo suo auxiliabitur, et dicet. confortare, et statim subdit. Confortauit faber ęrarius percutiens malleo eum qui cudebat et commendabat artificem, et approbabat, nec non commendabat, et venerabatur illud simulachrum clauis affixum, vt nec ambulare, nec moueri quicq̄ potuisset: et nos qui vidimus gloriam Christi quasi vnigeniti à patre plenum gratię et veritatis, erimus deteriores, et tardiores istis Idololatris, et idolorum confictoribus, quorum alter alterum fouet, adiuuat, et commendat. vult igitur Esaias per ea verba nos qui sumus veri Israelitę conferre ad gentes, quę. vel mutuo se iuuant et confortant ad persistendū in idololatria. vel diuerso modo, quę se mouent, et excitant alter alterum ad apphendendā fidem, id quod facere debebant Iudęi: et nos multo magis. Hęc reuera mihi videtur planior, et verior horum verborum expositio. Quare debet vnusquisq; Christi fidē adeptus, et eius gratiam, benignitatem, et misericordiam expertus, auxiliari fratri suo, et adhortari proximum suum ad amplectendam fidem, et ueritatem,

A hoc est enim precipuum charitatis munus, et officium, vt Apostolus docet 2. ad Corint. 13. vbi inquit. Charitas non ęmulatur, non agit perperam, non inflatur etc. quibus habes charitatis proprium esse alios fieri participes bonorum spiritualium, quę quidem charitatis officia fieri debent aduersus quemcunq;, sed multo magis erga eos quos in fide debiles, ac infirmos, et nonnihil hęsitantes agnouerimus, ut monet

B Paulus ad Rom. 14 et alibi, et hoc quidem munus quamuis spectet ad vnumquemq;, quia vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo, multo tamen magis ad eos qui alijs presunt, et curam habent animarum. Sequitur textus. *Rom. 14.*

Et Tu Israel serue meus. Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terrę, & à longinquis eius vocaui te, & non abieci te. Ne timeas &c. Vsquè ad illud punctum *Tex. 4.*

C *egeni & pauperes quarent aquas*. In his autem particulis, nulla (mehercle) videtur inesse difficultas, sed verba tantum nonnulla penderare oportet, et perlibrare, et primum dubium est ad quos loquatur ipse Deus; et pleriq; nihil vltra, preter ipsa verba expendentes, dicunt eundem loqui ad populum Israeliticum quem nunc seruum, nunc electum, siue dilectum, et deniq; amicū appellat; et profectò hęc omnia de po-

D pulo Israel palàm dicta in sacris literis facile est videre. Sed nota (vt inquit Diuus Paulus) populum Dei, siue Israel, aut Iacob, vel semen Abrahe bifariam dici, vel secundum carnem vel secundum Spiritum: ego quidem existimo, et subscribo eorum sententię, qui asserunt prophetam hic loqui de Israel secundum spiritum: vocat n. eum, et nos omnes qui Christi Domini fidem suscepimus, seruos, quia prius

E spiritum seruitutis in timore accepimus: sed nota vt aliàs diximus, quod duplex est timor seruilis, alius quidem pure seruilis, qui remouet tantum effectus prauos, non autem purgat affectum. alius est timor seruilis aliquando permixtus, qui purgat vtrumq; sed satis leuiter, et imperfectè: deinde vocat electos quia ab alijs nationibus iam

secreti, & seiuncti amici Dei sumus esse A cti. Quod autem de Israele sm̃ spiritum hic loquatur propheta, et non de Iudęis, nisi de his, qui secundum electionem gratię saluati fuere, hinc conijcitur quoniam habemus in hoc textu. *Ego apprehendi te ab extremis terrę, & à longinquis eius uocaui te.* Cōstat enim Iudęos non fuisse apprehensos, et vocatos ad fidem, et ad Dei consortium ab extremis terrę, nisi dicamus cum à principio de Aegypto, et in terram pro B missionis fuerunt adducti: pręterea dicit. Seruus meus es tu, elegi te, et non abieci te. Id autem quis non videt valde alienum à veritate? cum palam constet universo orbi, Iudęorum gentem prorsus à Deo abiectam, et eius gratia omnino destitutam; propterea dicēdum hic sermonem haberi de Israele secundum spiritum. Posthęc dicit Deus. confortaui te, et auxiliatus sum tui, et suscepit te dextera iusti C mei, et paulo ante hortatur et monet. d. Ne timeas, quia ego tecum sum, ne declines. i. solidus esto, nec permittas te decipi, et male suaderi. quia ego Deus tuus. Quis (inquam) tam vesanus unquam dubitaret per iustum Dei quicquam aliud pręter Christum intelligi? diximus enim supra, quòd Christus est verè iustus, imo ipsamet iustitia. Huius iustitię uel iusti dextera

Dextera iusti.

suscepti sumus, et protecti, atq; etiam D sustentati: uocatur enim Christus dextera Dei patris, iuxtà illud psal. 117. Dextera domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Dextera ergo Dei, quę dextera est iustus suus, qui est Christus Dominus, suscepit te, cuius effectus, et opus est quod absq; vlla temporis dilatione, et sine aliqua difficultate aduersarij nostri, et omnes qui pugnant aduersum nos, confundentur, et erubescent, et peri- E bunt quasi non sint, idest nulla eorum perstabit memoria, neque eorum nomen vltra recordabitur; hoc est quod dicit. Ecce idest cito, non post multum tempus; vel ecce, idest manifestum erit, omnes hoc uidebunt, nullius notitiam pręterebit.

psal. 117.

Quęres eos &c. Post hęc dicit. *Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam.* Q. d. ne timeas, quia ego appręhendi manum tuam. Securus enim et tutus esse potes te non casurum, non ruiturum, neque mali quicquam habiturum, quia appręhendi manum tuam, id quod fieri solet, cum quempiam volumus iuuare ne cadat, appręhendit ergo manum Deus cum certum prębet auxilium, idest gratiam confert ne in aliquod peccatum labamur. Deinde sequitur.

Noli timere vermis Iacob, & qui mortui estis ex Israel, ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israel. Dixit enim prius quòd Dominus Deus appręhendet manum suam, dicitquè ipsi Israeli. Noli timere, seu ne timeas, ego adiuui te. Certè non poterat melius exprimi, & explicari modus, quo Deus nobis auxiliatur quam his verbis. v. g. *Ego Dominus Deus tuus apprehendi manum tuā.* nanquè dum volumus alicui ferre auxilium, vel ne labatur, aut quia iam est lapsus, & in aliquā foueam cęcidit, manū ei porrigere, & ex eo discrimine seu periculo, in quo versatur, eundem subleuare, Et ne de diuinis pollicitationibus contingeret vnquam dubitare quòd pauci & inermes, ac viribus destituti essent filij Dei, & multa esset hostium virtus, & potentia, ideo subdit in persona Domini idem propheta dicens. *Noli timere vermis Iacob,*

Qui es tamquam vermis, vilis & exiguus, & quicunq; ex Israel spirituali ducitis originem, *quiquè mortui estis*, hoc est, velut mortui, nullas habentes vires, nequè potentiam. Noli inquam timere, securus esto; & qua ratione? *Quia scilicet ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israel.* Sanctus (inquam) Israel, quia sic dictus est, quia sanctificat Israel, & velut sanctus colitur, & adoratur in Israel. Nec mirum filios Dei, & sanctos Apostolos, & quicunquè sunt vere filij Dei vermes appellari, quoniam Dominus & præceptor eorum de se ipso dixit. Ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. & reuera si con-

Sancti D.i vermes.

ps. 21.

& conferamus Christi sermos, & præser tim sanctos apostolos, & quotcunquè in illa primeua Ecclesia versabantur cæteris nationibus, erant quo ad numerum, & vulgi opinionem tanquam vermis: quemadmodum & Dauid cõparatus Sauli se nominat pulicem unũ. & Iob comparatus Deo stipulam siccã, & longe minus se vocari non veretur: neq; absq; misterio dominus noster voluit se vermem vocari pariter & Apostoli, quoniam (ut inquit D. Hiero.) sicut vermis terram penetrat, & lignum corrodit, sic sermo Dei penetrauit gentium Ciuitates, & ingressus est, & quotidie ingreditur corda durissima, & stimulo conscientię ea corrodit, & impuras cogitationes studet euellere. Dicit etiam Christus Dominus vermis, ratione suæ natiuitatis, aut conceptionis: quoniam sicut vermis absque mixtione seminum nascitur, ex pluuia solum, & terra, ita Christus Dominus, ex Virgine quæ est terra benedicta, & ex pluuia, hoc est ex rore spiritus sancti, qui dicitur pluuia, dicitur esse natus. Eutimius. Dicuntur etiam mortui, quia re vera sunt mortui huic mundo, nec ea solum ratione quia passim internitioni erant subiecti, et erant sicut oues occisionis; verum quo ad mores, et actiones huius sæculi mortui dici poterant; quemadmodum Paul. ad Gal. 1. inquit Viuo ego, iam non ego, uiuit verò in me Christus: et ad Collos. 3 mortui estis, inquit, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Deinde cum dicit.

Eutimius.

Gal. 1.

Collos 3.

Ego posui te ò Israel quasi plaustrum triturans nouum habens rostra serrantia triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem pones. Facilis est intellectus, quemadmodum enim plaustrum dentatum dentibus ferreis, & serratis, siue in modum serræ confectis, triticũ nouum potest triturare, & paleas ab eo subtrahere, et seligere; ita Apostolorum prædicatio, et diuini uerbi audax, et prompta denunciatio, conteret mõtes, et comminuet colles, et eos quasi in puluerem redigét: montes, iquam. i. diabolicas potestates, reges, ac duces poterit subigere, et è terra penitus abo

A lere, et præter hæc *ventilabis eos, & ventus tollet*: ventus inquàm non superbię, et elationis, sed spiritus diuinę uirtutis, ac maiestatis; *& turbo*, hoc est ventus seu tẽpestas irruens disperget eos, ita ut nullus ex eis ulterà appareat. *Tu verò Iacob*, tu popule mi fidelis, et cõstans in fide, *exultabis in domino, & lætaberis in sancto Israel*. Præterea *egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit*. Hic locus habet Tex. 5.
B plures sensus. D. Cyrillus per ægenos, et pauperes qui quærunt aquas, et non sunt et præ nimia siccitate arescunt, et nullum inueniunt refrigerium, intelligit philosophos, et alios sapientes, qui querebant aquas sapientiæ, et non erat qui eos doceret. Aquæ, quas inuenerunt, erant aquæ putridæ non uiuificæ, quę nequaquam poterant eorum sitim extinguere, hoc est implere eorum desiderium. D. etiam Hieron. hanc expo-
C sitionem videtur admittere; quippequi per ægenos, et pauperes intelligit populos nationum, qui non habebant sciẽtiam veritatis, et pdiuersos magistros, ac pręceptores, et per varia philosophorum dogmata aquas salubres exqrentes non inuenerunt, quia non sunt; lingua eorum siti aruit, ut putà sine lege, ac prophetis uitam degebant, et huiusmodi populus designatus erat per illam mulierem quæ duodecim annis sã-
D guinis fluxu oppressa erogauit in medicos omnem substantiam suam; nec ab vllo potuit curari, sic et iste populus à cruore idololatrię, et sanguine uictimarum non potetat liberari; uerum tamen clementissimus Deus non est passus illum omnino perire. Alij per ægenos, et pauperes intelligunt filios Israel, qui cum per desertum commearent, nihil habere dicebantur, quo refrigerari, et sitim extinguere potuissẽt.
E Verum horum sententia facile refellitur, quia non defuerunt illis aqua, neq; panis de cœlo, et loco arborum quę eos ab æstu tuerentur, aderat columna nubis, quæ à solis ardore eos protegebat. unde nonnulli eliciunt quod desertum illud non fuit illi populo desertũ, sed tanquam paradisus delitiarum: Propterea melius dicunt illi, qui per

egenos, & pauperes intelligunt prio- A re loco sub quodam typo Christum dominum, qui uerè dicebatur pauper, & egenus, iuxtà illud Lucæ. filius hominis non habet vbi reclinet caput suum: & non immeritò dicebat Dauid de eo, Ps. 40. & propter eum. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, & vere beatus habendus est ille, qui intelligit, & cor suum apponit, & in nullo alio spem suam collocat, quam super hunc egenum, & pauperem. Posteriori loco egeni, & pauperes dicendi sunt Apostoli; quippequi nihil habebant, quod suum esse diceretur; Quærebant aquas & non sunt, hoc est, quærebant fidem, & virtutem in populis & non sunt, Nihil à principio nascentis Ecclesię repererunt, & lingua eorum siti aruit, summopere tristabantur, se non inuenire fidem, & mentes dispositas ad suscipiendum dei verbum; Veruntamen Deus magnus, & laudabilis nimis, nihil illis deesse permisit: quemadmodum apud Lucam interrogati à Christo domino dicente. Quando misi vos sine sacculo Luc. 22. & pera, nunquid aliquid defuit vobis? Ipsi concordes responderunt nihil, qđ quidem quis poterit intelligere de his, quæ ad eorum uitæ subsidium pertinebant. Sed loquamur de supercœlestibus donis, & egregijs uirtutibus, quibus erant abunde suffulti, ac decorati; ita ut oēs mirarētur ī respōsis eorū, & sapiētia & signis q̄ faciebāt. Propterea quamquā meritò quidē subdit propheta. d. discipuli, & serui ac ministri mei pauperes essent, & egeni, & lingua eorū siti aruerit; uerumtn̄. *Ego Dominus exaudiam eos, dabo eis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes eorum aduersarij*, & cum fuerint tribulati, & uarijs persecutionibus vexati, *ego Deus Israel non derelinquam eos*. Sed dices quo pacto verum est eiusmodi seruos, et Dei ministros fuisse ꝓtectos à Deo, & nequaquam derelictos? cum tot millia martyrum fuerint occisa, et in profundum maris proiecta, aut in puluerem redacta? facilè respondetur eos re vera multa fuisse passos ab hostibus fidei, et quotidie aliquos pati, sed hęc omnia cedūt eis ad perpetuam gloriā, & immortale triumphum. et propterea subdit.

Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dauid autem (inquit) terram sine aqua in exitus aquarū, vt. s. dei sectatores, et eius bonitati, atq; potentiæ plurimum confidentes ne pertimescant, aut vereantur prę- Tex. 6. Ps. 106. B siti arescere, pollicetur illis Deus aperire flumina in supinis collibus, hoc est in locis aridis, & inaccessis; et in medio camporum fontes aquarum et c. quasi dicat nihil enim difficile, aut impossibile apud Deum, tantum abest, ut vobis aquæ sint defuturæ, et siti unquā perire debeatis, quod quidem contigisse populo Israelitico, dum per desertū commearet (vt supra diximus) nemo est qui dubitet: Verum hoc ipsum verius C accidisse post Christi aduentum. i. cum apparuit gratia Dei, & Saluatoris nostri erudiens nos, et hoc voluisse prophetam innuere testis est vniuersus orbis, et quicunq; non habent oculos lippos, & lusciosos, et mentē omnino deprauatam. Aperta sunt quidem in mōtibus flumina, quando uiri sancti diuino et superno spiritu ditati instar fluuialiū riuorū, fidei doctrinam sitientibus abunde effundebant: per desertū D conuersum in stagna aquarum intelliguntur etiam gentes, quæ iam pridem omni gratia spirituali destitutæ, consecutæ sunt postea abundantiam donorum cœlestium. Et quoniam ambulātibus per loca arida, et arboribus destituta, intollerabilem solis calor pręstet molestiam; pręuidit etiam summa Dei prouidentia, ut sicut in eo deserto arbores frondosæ, et uirides succrescerent; sic hominibus in noua lege pro- E gredientibus protulit arbores pulcherrimas, et optime, et suauiter olentes, queq; nunquam putrefiant. cuiusmodi sunt *cedri, spina, myrthus, & lignum oliua, ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul*: arbores inquam diuersi generis, arbores densissimę frondibus, et opportune facientibus umbrā, vt videant et sciant, et recogitent, i.

semel

semel atquè iterum quę Deus contulit beneficia mente reuoluant, et intelligant pariter, quia manus domini.i.uirtus eius, potentia eius, et eius bonitas, et clementia fecit hoc, et sanctus Israel creauit illud.

Nec te moueat, aut tedio afficiat tot uerborum inculcatio seu amplificatio: vult enim propheta ostendere, debere homines rite, ac diligenter expendere, et totis animi uiribus opera domini ad mirabilia animaduertere, et singularē eius potentiam, ac bonitatem perpetuo summis laudibus commendare, et prędicare. Vide super hoc psalmos. 104. 105. 106 et in priori quidem nos hortatur propheta .d. Confitemini domino, et inuocate nomen eius, annunciate intergentes opera eius. cantate ei, et psallite ei, et narrate omnia mirabilia eius. et in altero Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? In postremo; Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus cōgregauit eos. *Videant ergo & sciant, & recogitent, & intelligant pariter quia manus domini fecit hoc.* et quid fecit? fecit inquam quod Iudęi olim populus Dei cœlestibus donis magnopere ditati, exaruerint: contra verò gentes, quę more pecudum uitam degebant quocunque spirituali munere destitutę, fuere postmodum in dei filios coaptatę, et regni cœlestis participes effectę: Hác tam magnam, & incredibilem duorum populorum mutationem nullus unquā imaginari, ne dùm facere potuisset nisi Deus. Quòd si uis postmodum clarius intelligere, & melius nosse quos fluuiorum riuos, quos fontes aquarū, quæ flumina in supinis collibus, & in medio camporum Deus aperuerit, attollas fidei oculos in Petrum, Paulum & reliquos Apostolos, qui tanquam exuberantia flumina spiritus sancti gratiā mentibus hominum profuderunt. & hi prius quam dono spiritus sancti essent imbuti, & præmoniti, erant veluti còlles supini, aridi, & inaccessibiles. Sed cum hęc secum ipse Deus cogitauerit, aduocat, & citat ad iudicium quascunq; gētes incredulas, & pręsertim Iudęos,

psal. 104. 105. 106.

A vt his omnibus diligenter expensis & probè consideratis, si quid rationis aduersus eum habeant, qua moti eum refugiant, & suis in erroribus pertinaciter velint consistere, & obfirmari, afferant. sic dicit Rex Iacob, qui solus vere potest nuncupari Rex Iacob, cum solus ipse regimen, ac protectionem ipsius Iacob. & ab eo descendentium peculiariter habuerit. Dij verò gentium nequaquam, ut facile est videre, Nomi-

B nat Deum, Rex Iacob, vt exprimat discrimen inter ipsum, & Deos gentium qui non possunt nominari reges.

Dicitur etiam Deus vocare ad iudicium ipsos Iudæos, vel iudicium eorū appropinquare, vt habet alius textus, vt debitam suæ incredulitatis, & pertinaciæ referant punitionem, vel saltem ruborem, pudorem, & ignominiam; Sancto enim calculo Dei, & iusto iudicio puniri possunt, ut potè qui orbem

C terrarum deceperint, & consilia non uera attulerint: vnde eorum consilia iàm appropinquauerunt, et ad finem vsquè peruenerunt excutiente errorem, & ignorātiæ tenebras dissipante Deo. Deo inquam non ex illis falso nuncupatis Dijs, sed Domino, & Deo, vere, & rege Iacob, idest eorum rege, et duce, qui sunt ex sanguine Israel.

Quamquam per ea nomina diuersarum Arborum, & plantarum sacri in-

D terpræxtes communiter intelligant quales futuri essent Apostoli, & reliqui Dei ministri, qui in ea gentium, & Idololatrarum solitudine erant plantandi; nihilominus aliæ etiam possunt causæ adduci, cur arbores illę signatim, at nō aliæ fuerint in figuram adductæ. Cedrus enim quæ est prima arbor in hoc textu adducta, significat aliquando excellentiam gloriæ cœlestis, ut illud psal. Iustus vt palma florebit; sicut cedrus libani multiplicabitur: volēs innuere, quòd aliqui Dei gratia adiuti,

E erunt, vsq; adeò cęlebres, & clari, quòd velut cedri libani sublimabuntur ad regnum. Cedrus etiam, quæ est arbor imputribilis denotat spem resurrectionis, et incorruptionis futuræ, quales erunt quicunq perfectè crediderint in Christum. Spina secundum. D. Hic. est

Cedrus. *ps. 91.* *Spina.*

est genus arboris nascentis in eremo A habens similitudinem spinæ albæ, ex qua arbore dicit confecta fuisse omnia ligna arcæ, & instrumenta tabernaculi, quod lignum imputribile dicitur, & leuissimum omnium lignorum tam in fortitudine, quam in nitore superat soliditatem, & pulchritudinem, quæ quidem conditiones quàm optime cōueniant cunctis Christi fidelibus, & pfecte in eum credentibus nemo est qui non videat: Sed hic aliqui notant Diuū B Hieronymum, quia si spina est arbor, quæ nascitur in deserto, non oportebat illam Deus nouiter in deserto creare. Dicitur quòd hic voluit spinam meminisse propter allegoriam, vt ostenderet diuersa genera virtutum, in homine iam reparato posse reperiri Myrthus tertio loco hic positus arbor est præcipuę, & insignis virtutis dicitur enim esse naturæ & conditionis temperatiuæ, & iuxtà sententiam Medicorū C est vtilis valde, & idonea curandis infirmitatibus. Vnde nonnulli scriptores asserunt mirtheta nihil aliud significare nisi sanctas, & vere salubres legis, & prophetarum scripturas. Oliua 4. loco enumerata quid significet in promptu est omnibus, significare.s. pietatē, & misericordiam: vnde. D. Hieronymus exponens illud Zacchariæ 4. c. & ecce candelabrum aureum, post multa inquit. Quod per lucernas quæ erant po D sitæ super ipsum candelabrum vult intelligi grās spiritus sancti, p quas oleū misericordiæ Dei, cū ctarū quę virtutū ecclesia suscipit, & sicut.d.D.Hier. lignū oliuæ est nutrimētum lucis, & laborantium requies, est postmodum alia arbor, quæ vocatur abies per quam designantur qui inter sanctam Ecclesiam adhuc in terris positi iam cœlestia contemplantur; quicq; una cum Paulo Apostolo confidenter dicunt, nostra conuersatio in cœlis est: & quemadmodū ista arbor valde crescendo ad aeris altitudinem substollitur, ità planè sunt hi, qui hoc loco per abietem significantur. Vlmus autem est arbor, quæ re vera, nullum ex se fructum producit, verū &si fructum proprium non habet, portat tamen, & sustinet uitam cum fructu; sic propemodum sunt quidam in ecclesia uiri sæculares, qui quāuis spiritualiū uirtutū dona nō habeāt, dū tamen sanctos viros donis spiritualibus refertos, sua largitate sustentant, quid aliud quàm uitem cum botris portant? Quare nec isti sunt prorsus inutiles in ecclesia Dei, atq. ideo in ipsa solitudine, hoc est in Ecclesia Gentium olim deserta, & solitaria, voluit etiam hoc genus arborum reperiri. Postremo ponitur buxus, quę in altum non proficit, nec erigitur, quæ quamuis & ipsa fructum non habeat, viriditatem tamen perpetuo habet, per quam illi facilè designantur, qui intra sanctam ecclesiam ex ætatis infirmitate nondum bona opera ferre valent, sed tamen fidelium parentum fidem, ac deuotionem sectātes perpetuæ viriditatis & ipsi, fidem tenent. Id aduertit. D. Greg. hom. 20. in Euangelia ex quibus omnibus hic enarratis quisq; potest agnoscere, pariter & admirari profundū, ac propè diuinū intellectū huius sanctissimi vatis. Voluit .n. has oēs arborum species in pfata solitudine pariter inserere, ne ulla virtus gratiarū videretur ecclesiæ p hāc solitudinē denotatæ deesse: atq; ut oēs intelligant, & mente cognoscant, q manus Dñi fecit hæc oīa, & in ariditate gētiū inuenirentur fluenta virtut. Tex. sic habet, *vt uideant, & sciant, & recogitent, & intelligant*. Hac verborū inculcatione voluit propheta ostendere q manus dñi fecit hæc oīa, & sanctus Israel creauit illud, & nulla vnq Creatura: Postquæ Esaias cōuertit sermonē suum in psona dñi loquēs ad ipsa idola, q insensibilia sunt, nec audiendi, nec respondendi possident facultatem, & sūt ea de quibus loquebatur David dicens. Symulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Os E quidem habent, & non loquentur. oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient. &c. Probat ergo propheta, & ostendit nequaquam esse Deos, nec posse tali titulo, siue nomenclatura eos unquam dignos reddi, & inquit. *Accedant inquam, & coram nobis instent*, hæc idola siuè symulachra, quæ vos miseri homines, & insani pro Diis

Marginalia: Myrtus. Oliua. Zach. 4. D. Hier. Abies. Vlmus. Buxus. Greg. hom. 20. in Euāg. Tex. 7.

Dijs colitis. *enuncient nobis*, ac signifi- A
cent, *quæcunq; ventura sunt: priora quæ
fuerunt nunciate, & ponemus cor nostrū*,
& cedemus, & quiescemus, nihil vltra
quærentes, *& sciemus nouissima eorum*,
& quæ ventura sunt indicate nobis. No
uissima, inquam, idest quæ in fine sæcu
lorum erunt, ac quomodocunq; fient.
Et rursus repetit *annunciate, quæ ven-
tura sunt in futurum*, bene quoq. aut ma
le si potestis, facite, & loquamur, & vi-
deamus simul: ex quibus oībus duas ef B
fingere possumus, & formare rationes:
vide 7. his q̄ dic. Lact. li. 2. vna est, quòd illi sunt Dij, vel pro Dijs
verè habendi, qui cognoscunt res an-
tequam fiant, & quæcunq; sunt præte-
rita; imo etiam nihil eorum quæ præ-
sentia sunt latere potest. & ut uno ver-
bo dicamus, ille meretur nomē Dei,
& est verè Deus, cui nihil est abscondi-
tū, & cuius oculis oīa sunt nuda & aper
ta. At Dij gentiū nunq̄ potuere cogno-
scere aduētū filij Dei, nec fidē gentiū, C
neq; propriu eorū interitū, igitur Dij
nō pn̄t dici: pterea q sunt Dij pn̄t bene
facere, aut male, bene quidem præmiā
do bonos, male autem, & bonis, & ma
lis pœnam inferendo: is est enim mos
& consuetudo dęmonis, non solum
malis, verum & bonis vt plurimum,
malum, & pœnam inferre: At Deus
quia Deus est, seruat, beneficijs afficit,
& omni uoluptate spirituali replet, qui
ipsum colunt, metuunt, & bene operā- D
tur; mala autem, & supplicia attulit ijs
qui eum contemnunt, & bene operari
dedignantur, ac renuunt, et si quandoq;
bonos malis affici pmittit, in eorū cō-
modū ac vtilitatē agit. At lapides isti
exanimes nihil horū pn̄t efficere, sed
ab alijs accipiunt & qđ sint, & qđ stēt. &
quòd solum videantur, minime autē
videant. Hoc est, quod dicit Esa. *An-
nunciate quę uentura sunt in futurum,
& sciemus quia Dij estis uos*, Hoc est ar- E
gumētū, quod ego sumo aduersus Gno
sticos, & diuinatores qui de rerum euē
tibus certo prędicere audent. Sed quis-
piam dicet. Nulli dubium quòd eius-
modi idola cum sint lapidea, saxea,
aut lignea. vel ex quo uis metallo con-
fecta, non possunt nosse, nec præteri-
ta, nec præsentia, minimeq; omniū

ea quæ sunt futura: At qui Dæmones
& mali spiritus, qui in illis consident,
vel assistunt, & per ea velut oracula,
sua responsa emittunt, poterunt vtiq;
cognoscere præterita, præsentia, atq;
futura: quemadmodum quotidie ferè
experimur in quibusdam, qui futura p̄-
dicunt, & vera prænunciant, quæ infal-
libiliter eueniunt, & præterea quæ dif-
ficultas potest speciatim Dæmonibus
inesse, ut & ipsi non possint quemad-
modum & homines præterita cogno-
uisse? Respōdeē primū, nullū incōue-
niens fore ipsos Dæmones aliquod fu-
turum præscire, & ea quandoq. Dei nu
tu, ac voluntate prędicere, sed plerūq;
cum ex se ipsis loquuntur, vel falsum,
vel aliquid anceps, aut dubium loquun-
tur, & hac ratione ferè semper miseros
homines decipiūt, & (vt inquit D. Hier.)
quamuis multa ab idolis quandoque
fuerint prædicta, nihilominus menda-
cium semper fuit admixtum veritati,
& cū sint maximè omnium vecordes,
& callidi, suas sententias ita contexūt,
atq; confingunt, vt quicquid acciderit
fatui homines existiment ab eis fore p̄-
dictum, veruntamen duo sunt certissi-
ma, quæ à Dæmonibus nunquam sci-
ri potuerunt, u3. nec ea quæ fuerunt an
te mundi constitutionem, nec ea pari-
ter quæ sunt futura post mundi consu-
mationem. Origenes etiam dicit, re-
rum initia à natura mortali inueniri Origenes.
non posse, sed neq; ab his quæ quam-
uis diuiniores sint factę, cum tamen
sint & ipsæ creatæ, neque ab his natura
possunt unquam sciri. Quare optimè
dixit Esaias Quòd nec Idola, nec
Dæmones illis assidentes possunt in-
ter Deos recenseri, cum nec benefa-
cere, nec male, nec futura cognosce-
re certitudinaliter possint, dico certi-
tudinaliter, quoniam effectus, qui pro-
cedunt à causis naturalibus possunt vti
què non solum à Dæmonibus, & ab An
gelis, verum & ab hominibus aliquan
do cognosci: verum cum omnia sub-
sint diuinæ uoluntati, & nihil absq; ei⁹
nutu, & numine in effectum producea-
tur, possunt quandoq; intercipi, aut im
pediri, & consequenter non possunt ab
intellectu creato certitudinaliter co-
gnosci.

gnosci. Et tandem, si futura contingentia, quæ à libera hominis voluntate dependent, interdum, ut fuerunt à Dæmone prædicta, eueniant, hoc euenit, vel quia sic Deus uoluit, aut pmisit: aut tandem quia sic accidit (ut supra diximus). Quare non est dicendũ Dæmones, & simulachra eorum præscia fore futurorum; neq; uires illas habere benè aut malè faciendi, quòd si possunt, faciant, et nos idipsum dicacamus, et uideamus simul: Vnde palàm sequitur eos non esse Deos. Quocirca his positis manifestè concludit Esaias uelut eos alloquens, et cum eis sermonem conferens inquit. Ecce rebus ita se habentibus, et rite constitutis, *vos Dij gentium estis ex nihilo*, quia et uos de nihilo creati estis, uel estis de nihilo, quoniam quamuis secundum naturam ex nihilo creati sitis à Deo, tamen secundum animi uestri prauitatem, et tanquam Dæmones, et inimici Dei, estis ex nihilo, quia estis ex peccato, quod est nihil, et peccatum, ac nequitia qua recessistis à Deo, pater uester est, *& opus vestrum ex eo quod non est*. quoniam quicquid facitis quicquid cogitatis, et quicquid operamini, *ex eo quod non est*, quia.s. ex malo procedit, et nullum est, quia ad nihil utile est: qui enim uos colunt, et uenerantur, et ipsi nihil sunt, et ex eo quod nõ est exoriuntur. uos enim ex patre Diabolo estis. *Abhominatio est, qui elegit vos*, habita semper relatione horum uerborum ad ipsos Dæmones, & ad cultores Idolorum: qui enim uos elegit, qui uos in hunc errorem induxit abhominatio est coram Domino: ipse enim Dæmon fuit primus idololatriæ inuentor, & uoluit primos parentes nostros efficere Idololatras, idest adoratores. et cultores idolorum: uel ipsos fieri Deos, cum dixit. eritis similes Dijs scientes bonum et malum. Quin ẽt ausus fuit ipse Dęmon aggredi, & tentare Dominum nostrum, & curare ut & ipse Idololatriæ crimine macularetur, cum dixit, ostendens ei omnia regna mundi. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Cum ergo Idola sint ex nihilo, & quemadmodum

Matth 4.

A dicit D. Paulus. Idolum nihil sit, cõsequenter nihil habet numinis, sed sola fictione, aut stulta, & vana quorundam hominum imaginatione nomen & honor, & Dei cultus illis tribuatur; hoc dubio procul non solum est graue piaculum, sed abhominatio pessima, Cum deinde sequitur.

Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Oriente solis, vocabit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. Tex. 8.

B Ostendit propheta quis nam sit verus Deus, quisnam ille sit, cui fidere, quẽ suspicere, & quem iure optimo colere & venerari debeamus, asserens eum esse qui fuit vocatus ab Aquilone, quiq; veniet ab ortu solis. Hic citrá omnẽ controuersiam non Abraham, non Cyrus, non Zorobabel, vt nonnulli exponentium crediderunt, sed fuit Christus Dominus, qui vocatus fuit à patre ab Zach. 7.

C extremis regionib⁹, hoc est à sũmo cęlo, á summis Aedibus, & à sinu Dei, patris omnipotentis, fuit suscitatus, & veniet ab ortu solis; de quo scriptum est. Ecce vir, oriens nomen eius. Dicit ergo propheta Dei psonam gerẽs. *Ego Deus magnus excelsus, terribilis super omnes Deos, suscitaui ab Aquilone, suscitaui*, idest dedi ipsum in lucem gentium, vt qui prius erat ignotus, & absconditus, ab omnibus videretur, &

D coleretur. Nec tibi videatur absurdũ per eum qui suscitatus est ab Aquilone intelligamus Christum Dominum, cũ ab Aquilone pandatur omne malum: Dicitur enim vocatus ab Aquilone, i. á locis remotissimis, & asperrimis cognitus, & adoratus á gentibus vbi nulla sui nominis erat cognitio. Vocabit nomen meum, idest nomen meum annunciabit in gentibus. iuxtà illud psal. Psal. 95.

E Annunciate inter gentes gloriam eius, & in omnibus populis mirabilia eius, quoniam dominus excelsus, terribilis rex magnus super omnem terram, & quod omnes Dij gentium demonia solus autem dominus cœlos fecit. & alibi psal. 21. nunciabo nomen tuum fratribus meis in medio Ecclesiæ laudabo te. *Vel vocabit nomen meum* quia.s. vocabitur De⁹ vnus, & idem in essentia: quemadmodum

dum ego sum Deus: *Et adducet magistratus*.i.principes, & magnates, & quicunque alijs præsunt, & pro Dijs haberi volunt. *quasi lutum: & erit velut plastes*, idest figulus *conculcans humum*.
ps. 17. Iuxtà illud psal. Vt lutũ platearũ delebo eos. & psal. 2. Tanquam vas figuli
psal. 2. confringes eos: sic nempe factum est in aduentu Christi, principes, & reges, & idolorum cultores, quin & ipsi Dæmones sunt in terram deiecti, & uires, & cultus eorum ad nihilum redactus. Et rursus prosequitur Esaias deridens, ac deludens, & prorsus abijciens idolorum vanitatem, ostendens, seu confirmans quæ hactenus dicta sunt, ea.s. nihil omnino habere viriũ, præsertim si per ea intelligamus statuas, & imagines perperam & falso dictorum Deorum. dicens.

Tex. 9. *Quis annunciauit ab exordio ut sciamus, & à principio, ut dicamus iustus es? non est, neq; annuncians, neq; prædicens, neq. audiens sermones vestros.*

Q. d. quis nos docuit vt sciamus q̃ facta sunt? quemadmodum s. in principio creauit Deus cœlum, & terram? quis nos docuit vt dicamus Deo, tu iustus es? imò tu solus, non solum iustus, sed iustitia ipsa? tu vere Deus, tu es omnino verax; tu cui mare, & venti obediunt; tu cui tanquam vero Deo omnis honor, omnis laus & gloria pleno iure debetur? *Non est neq annuncians, neq. prædicens, neq: audiens sermones vestros.* q. d. præter Deum nullus est, qui vel queat annunciare quæ facta sunt à principio neq; prædicere quæ futura sunt, neque est quisquam, ò idola muta, & vana, audiens sermones vestros: quandoquidem os habent, & non loquuntur. Quod si hæc (vt quidam volunt) referantur non ad ea ipsa idola, sed ad Idolorum cultores, ipsi pariter deridentur, ac refelluntur, cum neq; inter eos sit qui, vel præterita scire, vel futura prædicere, aut eorum sermonibus fidem adhibere facile possit inueniri: & volunt nonnulli hæc verba sic exponi. Nullum nos docuisse, & præmonstrasse, vt verè dicamus ipsi idolo, iustus es, quasi ipse, vel ipsum ab exordio nos docuerit, sic de eo sentire, ut iustum appellemus. Vnde consequitur inaniter ac temerè falsos deos adorari, cum nullus annunciauerit, uel prædixerit, aut docuerit, illos esse deos, Aut per hæc uerba uolunt innuere cultores idolorum iustos nequaquã appellandos, sed magis, & propriè iniustos, & impios dici debere, utpotè qui nos decipiunt, non eum qui uerè Deus est nobis proponentes, sed quem ipsi volunt, & confingunt. atq; ita sunt iniusti, quia non reddunt cui debent diuinum honorem. Postremo subdit amouens à nostris cordibus, & auellens omnem difficultatem d. *Primus ad Syō dicet. Ecce; adsum, & Ierusalem Euangelistam dabo*; nam cum mox dixerit, quòd non est neq; annuncians, neq; prædicens, neq; audiens sermones uestros, hoc est, non sit quisquam qui uos doceat, qui audiat uestras petitiones, & præmonstret ea, quę sunt uobis ad salutem necessaria, primus ad Syon dicet, hoc est ipse Deus, qui est primus, & nouissimus dicet. Ecce adsum. Ego inquam docebo uos; ego uos erudiã; ego ostendam uobis, quid uos facere oporteat, non quisquam idolorum cultor, nec ullus eorum, qui falso Dij nũcupantur. Ecce adsum; prope est dominus omnibus inuocantibus eum, uoluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. *Et Ierusalem Euangelistam dabo*, hoc est, faciam, & constituam in Jerusalem.i.in ecclesia & cõgregatione bonorum Euãgelistam.i.uirum qui annunciet eis, ac demonstret uiam salutis, et uera, ac sempiterna pręmia præparata his, qui per hanc uiam perambulant, non displicet eorum sententia qui iuxtà tex. hębreum legunt. Ecce adsunt, hoc est primus i.deus dicet. *Ecce adsunt*.s. filij tui.i. sancti Apostoli qui fidẽ meã, & salutis uiam, tibi pręmonstrabunt, Et Euangelistam dabo, ipsi Hierusalẽ, ut re uera contigit. Vel Ierusalem dabo *Euangelistam*.i.faciam, ut Ierusalẽ, idest qui de ea proficiscuntur, annuncient nomen meum, et prędicent euangelium, iuxtà illud quod toties supra dictum est, De Syon exibit lex, & uerbum Domini de Ierusalem. et rursus

ps. 144

repentes,

repetẽs,& cõculcãs eorũ,qui Dijs alienis credũt & cõfidũt uanitatẽ,ſtultitiã, et deteſtabilem impietatem .d. et uidi, diligenter animaduerti, & undequaq; circumſpexi, & non erat, neq; ex iſtis quiſquam i.nullus omnino, neq; Idolorum, neq; ſuorum cultorum, qui iniret conſilium, et interrogatus reſponderet uerbum, hoc eſt, aliquid afferret in eorum tutelam, & corroborationẽ: Cum itaq; nullus eſſet ex Dijs alienis, neq; ex his, qui eos uenerabantur,& adorabant quicquam pro eorum defenſione coram adduxiſſet, in hanc ſenten tiam, firmam, ſtabilem, ac abſolutam

A deliberationem ueni, & dixi. *Ecce omnes iniuſti, & uana opera eorum, ventus & inane ſimulachra eorum.* Tex. 10. Hæc poſtrema uerba quamquam nõnulli tribuãt tanquam dicta ab ipſo Deo. ego tamẽ exiſtimo poſſe referri etiam ad ipſum Eſaiam. Vnde conuenienter admodũ una cum Lactantio poſſumus proclamare illud Perſianũ dictũ. O curas hominum, o quantum eſt in rebus inane, o curuę in terris animę, & cęleſtium

B inanes lib. 2. cap. 2.

Et hęc de 41. cap. dicta ſufficiant.

CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

1. *E*Cce *ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus meus,*
complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum
meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet.
Non clamabit, neq; accipiet perſonam, nec au-
dietur vox eius foris. Calamum quaſſatum non
conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate edu-
cet iudicium. Non erit triſtis, neq; turbulentus, donec ponat in
2. *terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt.* Hęc *dicit Do*
minus Deus, creans cælos, & extendens eos: firmans terram,
& quæ germinant ex ea: dans ſtatum populo qui eſt ſuper eam,
3. *& ſpiritum calcantibus eam.* Ego *Dominus vocaui te in iuſti-*
tia, & apprehendi manum tuam, & ſeruaui te. Et dedi te in
fœdus populi in lucem gentium: Vt aperires oculos cæcorum, &
educeres de concluſione uinctum, de domo carceris ſedentes in te-
4. *nebris.* Ego *Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam*
alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. Quæ prima fue-
runt, ecce venerunt: noua quoq; ego annuncio: antequam orian
5. *tur, audita vobis faciam.* Cantate *Domino canticum nouum,*
laus eius ab extremis terræ, qui deſcenditis in mare, & plenitu-
do eius inſulæ, & habitatores earum. Subleuetur deſertum, & ci
uitates eius; in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores
petræ,

patra, de vertice montium clamabunt. Ponent Domino gloriã
& laudem eius in insulis nunciabunt. Dominus *sicut fortis egre-* 6.
dietur, sicut uir praliator suscitabit zelum: vociferabitur, &
clamabit: super inimicos tuos confortabitur. Tacui, semper
silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absor-
bebo simul: Desertos faciam montes, & colles, & omne gra-
men eorum exiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna
arefaciam. Et ducam cacos in viam, quam nesciunt, & in se-
mitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tene-
bras coram eis in lucem, & praua in recta: hac verba feci eis,
& non dereliqui eos. Conuersi *sunt retrorsum: confundantur* 7.
confusione, qui confidunt insculptili, qui dicunt conflatili: vos
Dij nostri. Surdi audite, & caci intuemini ad videndum. Quis
cacus, nisi seruus meus? & surdus nisi ad quem nuncios meos
misi? quis cacus nisi qui venundatus est? & quis cacus nisi ser-
uus Domini? Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas
habes aures, nonnè audies? Et *Dominus voluit, vt sanctifi-* 8.
caret eum, & magnificaret legem, & extolleret. Ipse autem
populus direptus, & vastatus laqueus iuuenum omnes, & in
domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam,
nec est qui eruat: in direptionem, nec est qui dicat.
Redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat,
& auscultet futura? Quis dedit in direptio-
nem Iacob, & Israel vastantibus? nonne
Dominus ipse, cui peccauimus? &
noluerunt in vijs eius ambu-
lare, & non audierunt
legem eius. Et effu-
dit super eum
indignatio-
nem fu-
roris
sui, & forte bellum, & combussit eum in
circuitu, & non cognouit, & suc-
cendit eum, & non
intellexit,
&c.

EX-

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMSECVNDVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ECce seruus meus suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet.*



OSTEAQVAM in capite immediate præcedente reiecit Esaias ex doctrina sibi à Deo reuelata, falsos Deos, idola, & eorum cultores, ostendens neq; ea, neq; aliquod opus eorũ quicquam esse, & qui eligũt eos, & amplectuntur esse abhominabiles, & contemptibiles; nunc ostendit, & ob oculos ponit, quem colere, cui fidere, & spem omnem in quo collocare debeamus, indicans, quòd is est seruus Dei electus iam diu nobis promissus, in quo sibi maximè cõplacuit ipse Deus. Dicit ergo in primis, introducens ipsum Deum patrem nobis proponentem, & quasi digito corã ostendentem. hunc filium nobis promissum.d. Ecce seruus meus, suscipiã eum, electus meus, (Alicubi legitur) ecce puer meus, vt Matth. 12. Sed vtrobiq; sermo est de Christo dei filio, qui tamen á propheta vocatur hoc loco seruus; primo quidem ratione humanitatis assumptæ, quippèqui semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: Potest etiam dici seruus ratione cultus, venerationis, & obsequij quo Deum patrem prosequebatur, dicebat enim alicubi. Ego honorifico patrem meum, vos autem inhonorastis me. vocatur etiam seruus ob ministerium, ad quód fuit missus á Deo, cum & ipse dixit aliquando. Filius hominis venit ministrare, & non ministrari: dictus est etiam puer velut is qui instar puerorum fuit subditus parentibus, vt legitur apud Lucam. & hic est ille puer de quo beata Virgo in cantico suo.d. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordię suæ, & hic est ille puer de quo dicebat dd psal. 85. da imperium puero tuo. Et hic est ille puer qui habebat quinq; panes ordeaceos, & duos pisces. Ioan cap. 6. quamquam aliás ego reiecerim hanc sentẽtiam, de hoc ergo puero, & seruo dicit ipse Deus. *Ecce seruus meus suscipiam eum*. Et quoniã textus lxx Interp. sic habet. Ecce Iacob puer meus, Israel electus meus, quamquam, iuxtà sententiam omniũ veterum, & modernorum, per Iacob, & per Israel intelligi velint Christum Dominum, notat tamen D. Hier: vbi propheta de Apostolorum choro loquitur, Iacob, & Israel nominat: At cum de Christo aliquid pdicit, legitur absq; Iacob, & Israel, & absolutè uocat Dominum, filium, seruum, aut puerum. Suscipiam eum (inquit) idest trabam apud me, & penes me tenebo eum, & nullo vnquam tempore dimittam eũ; & suscipiam eum in consortium meũ: loquitur.n. de eo solo táquã de eo, qui solus ex diuinis personis carnẽ suscepit. Suscipiam quoq; eum ut in opus redemptionis sit mihi consors coadiutor, & præcipuus minister, & cooperator. Alij sic exponunt. suscipiam eũ, idest seruabo, & sustentabo, & exaudiam præces eius pro genere humano exhibitas, & oblatas; quemadmodum D. Paul. ad Hæb. 5. dixit. Qui in dieb⁹ carnis suæ præces, supplicationesquè ad

Margin notes: A; B; C; D; *Luc. 2.*; *Christ⁹ dei filius seruus*; *Ioan. 8.*; *Matth 20.*

ad eum, qui posset illum saluum facere á morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia: Vel sic Suscipiam eum, & á mortuis suscitatum, e terris ad cœlum deducam. Præterea alio solemni, & præclaro titulo núcupat ipsum De⁹. d. Electus meus, quia. s. præ alijs omnibus fuit non solum electus, verum et magnopere dilectus, qui est ille verus sponsus, qui electus est ex millibus, hoc est ex infinitis si qui sunt tales: ex his facile colligimus quod Christus in quā tum homo, fuerit ille speciosus forma prę filijs hominum, in cuius labijs diffusa est gratia, quiquè fuit plenus omni benedictione spirituali. Ipse est de quo dixit Deus *Complacuit sibi in illo anima mea:* quemadmodum testatus fuit ipse Deus, dum baptizaretur á Ioāne, vbi audita fuit vox illa de cœlis. d. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Dicunt aliqui quod complacuit sibi in illo anima mea, inquit Deus, quia propter ipsum, & eius causa reconciliatus sum hominibus: vel complacuit sibi in illo anima mea qui hic solus perfectè pleneque satisfecit. Et rursus existens in monte excelso cū Moyse, & Elia, vox pariter de nube audita fuit. d. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Subdit. *Dedi spiritum meum super eum*, & hoc fuit, quando missus est spiritus sanctus in columbæ specie super ipsum: & aduerte non particularem aliquam gratiam, seu speciale donum huic puero fuisse collatum, sed totum spiritum suum dedit illi Deus, omne bonum, & cumulum omnium virtutum, non solum inquit Deus dedi, sed effudi in eū omnis gratiæ plenitudinem, perpetuū mihi domicilium construxi. Sic enim scribit Ioannes Euangelista. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, et veritatis; de cuius plenitudine omnes nos accepimus, gratiam pro gratia. Et caue ne credas filium ob id esse minorem patre secundum diuinitatem, quamquā dicatur ipsum participem fuisse spiritus sancti, et à patre eum accepisse, quando et ipse quoq; spiritum dedit,

Io. cap. 1.

A et sanctificet creaturam; sicq; pro mēsura humanitatis tempore quo fuit baptizatus spiritum sanctū recepit: neq; enim quo Deus est, sanctificatus est dū spiritū accepit, sed quaten⁹ apparuit homo, ob illam desponsationem à tota diuinitate eo tempore peractam. His dictis propheta recenset actiones, quæ proficiscentur ab eo, dum fuerit adultus, & exercebit opera patris sui, qui misit eum, & super quem dedit spiritum

B suum.

Primum inquit. *Iudicium Gentibus proferet, Non clamabit neq; accipiet personam, nec audietur vox eius foris: Iudicium gentibus proferet*, hoc est, iudicabit omnes gentes, erit Rex, et Imperator super omnes: pater enim dedit omne iudicium filio. Neq; vllus potest rite iudicium ferre, neq; iustitiam exercere, nisi in Christi legem prius oculos cōijciat, quod tamen iudicium quotidie e-

C xercetur in Ecclesia p ministros suos, qui nūquam poterunt iustum iudicium exercere, nisi in Christum respexerint: ipse enim iustum iudicium proferet, proponet, et declarabit. D. Hier. Iudicium, inquit. Gentibus proferet, quod antea nesciebant. q. d. nullus ante Christum poterat iustum exercere iudiciū, quia quale esset prorsus ignorabatur. Vnde psal. 98. Tu parasti directiones, iudicium, et iustitiam in Iacob tu feci-

Iudicium quale profert nobis Christus. psal. 98.

D sti. Eusebius. d. Iudicium protulit ipse Christus, qui se ipsum tacite in vitam hominum insinuauit: atq; in terra iudicium posuit. Aliqui per iudicium hoc loco intelligunt prædicationem euangelicam: tunc (inquam) iudicium proferet quando annunciabitur, et prędicabitur euangelium. Nec volo præterire opinionem illorum qui per iudicium intelligunt diem illum extremum, quo Deus iudicabit vniuersum orbem, et ipse est futurus iudex, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua, sed

E huiusmodi iudicium usq. ad tempus illud erit omnino occultum. Nec erit penitus dissonum, si per iudicium hoc loco intelligamus actionem qua Christus eiecit diabolum ex hoc mundo, de hoc iudicio et iustitia dei quomodo fuerit facta inter gētes alibi dicem⁹

De-

Deinde cum dicit. *Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris*: non clamabit (inquam) quia velut homo mitis, humilis, & mã suetus non erit contentiosus, neq. loquax, aut verbosus, vti sunt pleriq; iudices, qui præ tumore superbiæ, & quò terrorem incutiant audientibus, voces tollunt, rixantur, & clamant; quod genus clamoris amouet hoc loco *Esaias* à Christo Domino. At propheta non damnat eum clamorem, qui fit in oratione, ad impetrandas gratias, & liberationem, à miserijs, angustijs, & calamitatibus nostris, aut quodcunque aliud bonum: sic enim Deus clamabat, vt ait propheta. Voce mea ad Dominũ clamaui, & exaudiuit me: & Paulus ad Hebræos. 5. Cum clamore valido, & lachrimis ad Deum orauit ipse Christus, & exauditus est pro sua reuerentia, neque reijcit Esaias clamorem qui fieri solet ad excitandas gentes, quo Dei verbum audiant, quemadmodum Christus Dominus in die magno festiuitatis, clamabat in templo & dicebat. Si quis sitit veniat ad me. & bibat: & Esaias in præcedenti capite habet. Vox dicentis clama, & cap. 58. inquit. Clama ne cesses, et exalta vocem tuam: aut dicas quòd non clamabit iste puer, & seruus meus, cum ducetur ad supplicium, non conqueretur, non emittet stridores, aut eiulatus, sed potius hortabitur mulieres, quæ ipsum sequebantur dicens. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, non itaq; clamabat, aut vociferabatur, sed velut agnus coram tondente se, ad occisionem ducetur, sic non aperuit os suum: aut etiam dicas, non clamabit, idest non se iactabit, non de se ipso gloriabitur, vt ipse dicebat apud Ioannem. 8. Ego gloriam meam non quero, nec permittet ut alij mirabilia eius opera passim prodãt, ac diuulgẽt. Legimus enim apud Math. 17. cum præcepisse Apostolis, ne visionem quã viderunt, cuiquam dicere præsumerent donec filius hominis à mortuis resurgat, & cap. 12. cum curasset multos infirmos præcepit eis, ne manifestum eũ facerent, & ibidem adducit euangelista

Psal. 76. *Hebr. 5.* *Ioan. 7.* *Esa. cap 40.* *Esa cap 58.* *Luc. 23.* *Esa. cap. 53.* *Ioan 8.* *Matth. 17.* *Matth. 12.*

A vaticinium quod habetur hoc loco, vt mox dicemus: Neque etiam ex tot operibus mirabiliter, & præclarè gestis auram popularem captabit, sic etiam ait Tex: nec audietur vox eius foris, vbi mira taciturnitas, humilitas, ac modestia denotatur. D. Hieronymus ita exponit. Non audietur vox eius foris, quia scilicet, non extra Galileam, atq; Iudæam suum euãgelium prædicabit, exceptis paucis quibusdam vrbib' Gentilium, ut Tyro, & Sydone, et alicubi B penes confinium Cesareæ philippi, ut vere dicere potuerit; non sum missus nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. Allegoricè verò dicunt aliqui. Non audietur vox eius foris. i. non percipietur eius prędicatio, nisi ab his, qui sunt vocati ad nuptias, hoc est ad regnum cęlorum: id quòd cum grano salis capiendum est. Non audietur vox eius foris: ab ijs enim qui foris ab eius corpore sunt pręcisi non fuit auditus. Au- C gust. 20 de ciui. vlt cap. Sed antequam vlterius progrediamur notanda est differentia inter hos textus, quos nũc exponimus, quoniam vbi nos legimus in principio capitis. Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus & c. D. Matheus cap. 12. sic habet Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Textus septuaginta interpretum sic habet. D Iacob puer meus, suscipiam eum; Israel electus meus assumpsit eum anima mea. In Textu aut Hebraico ut refert Eusebius Cesariensis, non sunt ista nomina Iacob, atque Israel, & apud reliquos interpretes hęc ipsa nomina sunt silentio præterita. Huius autem ratio est ut scilicet intelligamus, et cognoscamus hoc Esaię vaticinium populo ad circuncisionem spectanti nequaquã posse accommodari, sed tantum vni E Christo Dei filio, cui & ipsa euidentia, et euentus rerum, fidem indubitatã facit, ut videbimus. Post hęc subdit ꝓpheta. et proponit aliud opus sũmopere dignũ memoratu, et iugi meditatione ꝓsequẽdũ, ubi ĩquit de hoc puero, siue seruo, quem Deus elegisse dicitur. Calamum quassatum, non conteret, et linũ fumigans non extinguet, in veritate edu-

Matth. 15. *Sic forte August. 20. de ciui. Dei cap. vlt.*

educet iudicium. Quæ verba multifariam exponũtur. Prior expositio est, quòd iste puer, aut seruus Dei electus, erit vsque adeo mãsuetus, & pius, quòd Iudæos, & si tanquam linum fumigãs posset extinguere, nõ tamẽ extinguet, id quod D. Hierony. ad peccatores, qui possunt facilè deleri, & non delentur, videtur referre. D. Aug. libro quæstionũ Euangel. q. 3. d. per calamum, siue arundinem quassatam intelligi debere Iudæos, quia vnum sunt, hoc est vnus populus, & tamen magnopere ad inuicẽ dissentiunt, quique vocantur linum fumigans, quia cum linum esset desertũ, ac destitutũ lumine, putorẽ emittit, sic nimirũ Iudæi cũ sint destituti lumine si dei non nisi fętorem, ac putorem possunt emittere. libro 20, de ciuitate Dei cap. vltimo. d. Iudæos esse velut calamum quassatum, quia perdiderunt integritatem. Dicuntur etiam linum fumigans quia amiserunt lumen; Deus autem non contriuit calamum, neq; extinxit linum, quia pepercit eis, nondũ enim venerat iudicare, sed iudicari, at cum venerit iudicare, in veritate proferet Iudicium. Refulgebit, & non cõfringetur, donec ponat in terra iudiciũ, & in nomine eius gẽtes sperabũt. Crediderunt enim Iudęi ipsum conterere, & penitus delere, vel extinguere cum dicebant ps. 40. Quando morietur, et peribit nomen eius? non est itaque confractus, neque contritus, quia neque in se, neque in ecclesia sua, vt esse desisteret, quod inimici eius dixerunt, vel dicunt. Hæc Aug. 20. de Ciui. cap. vltimo. Sunt qui hæc verba referunt ad Christum, quòd scilicet ipse calamum quassatum, non conteret, et linum fumigans, non extinguet, quia cum videret Iudæos velut calamum quassatum, iam exasperatos, in furorem adijcere, & omnino perdere; quod fecisset, si cum indignari eos videbat aduersus eum, in occasione persisteret, ut magis eos commoueret, neque inde abiret. Subtilis, & ingeniosa est hęc expositio, sed non facilè videtur posse huic literę accomodari. Facilius exponunt alij, qui dicunt calamum quassatum esse Iudæos, quos tamen, cum

August. 20. vlt. cap.

A ob eorum demerita posset Deus conterere, & omnino extinguere, ob eius immensam humanitatem, & incredibilem mansuetudinem omnem illorum furorem, et iram accensam, quę sunt velut linum fumigans ob eandem causam non extinguet. Tandem Nicolaus de Lyra, sic interpretatur, Esaiam hoc loco describere misericordiam, & pietatem, qua vsus est Deus aduersus gentes, quę sunt velut calamus quassatus, idest fide vacuę, & varijs erroribus

B refertę, quas non contriuit, sed magis resarciuit; atque etiam erga Iudęos, qui sunt tanquam linum fumigans eandem mansuetudinem demonstrauit, quia non sunt omnino extincti, sed reliquię saluę fuerunt. Sed quid vltrà moror? fuimus et nos, aliquando, velut calamus conquassatus, idest abruptus, ac deiectus, tanquam is, qui nunquam esset amplius visurus Dominum

C in terra uiuentium, neque aspecturus vltra habitatorem quietis, veruntamen Deus optimus max: sua immensa gratia, & benignitate noluit me penitus absumi, et omnino extingui, sed permisit me diutius uiuere, et de mea fortitudine ac patientia, reliquis aliquod exemplum ac testimonium ferre, non ergo me contriuit, neque tanquam linum fumigans, penitus extinxit, quamuis in multis deliquerim,

D quemadmodum in multis offendimus omnes, quare etc *Iacob. 3.*

Euseb. refert hoc ad quascunq; nationes, in quibus si quæ fuerint infirmę, debiles, et suę ipsius curationis indigentes non despiciet ipse Deus neque quos prioris vitę pęnituisset condemnabit, aut conteret. At si qui fuerint, qui in malis perseuerent, aut prauis animi affectibus incendantur, neque etiam extinguet: vel ne proposito, suaquè ipsorum libidine, vel arbitrio agant, prohibebit: nequè uerò prę-

E ter tempus vnquam aliquem eorum supplicio afficiet, quippèqui talibus in peccatis obstinatè persistentes, debitas, pro meritis pœnas in tempus communis iudicij reseruat: hoc est, quod dicit Esaias, linum fumigans nõ extinguet. Quidam expositores moderni, secus intel-

legem nouam, legem spiritus & vitæ, & libentissime complectentur: vel sic. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, idest patienter expectabit Christus Dominus omnes peccatores, & præ cæteris Iudæos, donec ponat iudicium in terra, idest quousquè statuat, & stabiliat verum modum, ac rationem propriam, & formam quam homines dum morantur in terra, viuere debent: veniet enim nox in qua nemo poterit operari. & Ioann. cap. 9. Quandiu sum in mundo lux sum mundi, dicebat Saluator: & ibidem ait. In iudicium in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant: Alij sic dicunt non erit tristis, nequè turbulentus, idest non erit in eo tristitia quæ obnubilet, & perturbet rationem. Cum verò ex hoc mundo recesserimus, aliud iudicium fiet, & tunc fortasse Christus apparebit tristis, & turbulentus, videlicet, durus, & ferox, & quàm maximè tremendus ijs omnibus, qui eum contempserunt. Et nota quod in his paucis verbis tribus vicibus Esaias meminit iudicij. dicit enim primum. *Iudicium gentibus proferet*, & hoc accidit, cum veritatem gentibus manifestauit, quemadmodum ipse dixit. In hoc veni ut testimonium perhibeam veritati. Postmodum dicit. *In veritate educet iudicium*, quæ verba licet aliqui velint esse dicta ad confirmationem, & corroborationem priorum, possumus tamen opinari hoc dixisse prophetam, quo ostenderet non solum fieri iudicium gentibus, verum in veritate illud fieri, dum falsitas, & ignorantia è mentibus hominum depellatur. Postremo inquit, *Non erit tristis nequè turbulentus donec ponat in terra iudicium*, Idest dum venerit ille dies quo Christus iudicet omnes, & deponat iudicium suum non amplius mundum iudicaturus. Verum est tamen quod Christus fuit etiam tristis, & lugens, ac mœrore affectus, dum ob nostra crimina instaret tempus suæ passionis, vt ostenderet se vere hominem fore, quo in

Ioan. 9.

A casu ratio præcipiebat sensui, vt tristaretur, tæderet, ac paueret. Dicunt alij ex sententia Hylarij 10. de tri. quod fuit vtiquè timor & tristitia in Christo, sed non ita vt mentē perturbaret, quia hæc omnia erant in Christo secundum arbitrium, & Iudicium rationis decernentis sic timendum esse. Et nequis existimaret prophetam ex se locutum subdit. d. *Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos, firmans terram*, Iuxtà illud psal. Qui extendis cœlos sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. quiquè firmat terram super aquas, & mari posuit terminum suum, & legem aquis, ne transirent fines suos. *Dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.* Hic ergo Deus est qui locutus est hæc. Qui est firmans terram, & quæ germinant ex ea, & ex illa producuntur. Qui dat flatum, idest spiritum, & animam hominibus è limo formatis, vnde flare possint, ac viuere, & respirare: dat etiam spiritum, & virtutem calcantibus eam, scilicet terram tanquam eius hęreditariam possessionem, quam etiam vsquè adeò firmauit super stabilitatem suam, ut non inclinetur in sęculum sęculi, ut nequè calcantibus eam sit timendum, ne deorsum cadant, aut in pręceps ruant, ac si super aerem, & aquam deambularent. Sed uiri probi meminisse debent eos habere uires, & facultatem conculcandi terram, & sub pedibus eam detinere, non autem uersa uice permittere debent, ut ipsi a terra conculcentur, & sub ipsa terra subsistant, & proterantur; id quod dubio procul euenit his, qui adeo terrena sapiunt, & terrena sectantur, ut non homines, nequè spiritus rationales, sed bestiæ, & terrestria animalia debeant nuncupari: quemadmodum conqrebatur ipse Dauid dicens. Adhęsit pauimento anima mea, uiuifica me domine secundum uerbum tuum: & alius propheta dicebat. Fili hominis sta super pedes tuos, idest ne permittas, ut tu, idest anima tua sternatur sub pedibus tuis. Et Ouidius

Tex. 2.

Ps. 103.

Ps. 118

Ezec. b. 2.

Ccc 2 Pro-

Pronaq; cũ spectẽt ãĩalia cætera terrã. Os homini sublime dedit. cœlũquè uidere iussit & erectos ad Sydera tollere uultus: sic & Lactantius libro secũdo cap. 2. dum inquit. Nos terræ submittimus humilioresquè efficimur, ipsi nos ultrò ad inferiora mergimur, ad mortemquè damnamur, qua nihil terra inferius, & humilius, nisi mors, & inferi. quæ si effugere uolumus, subiectam pedibus nostris terram contemnere, & oculos, ac mentem cum eo, qui fecit eam conferre debemus. Dedit ergo Deus & firmauit terram ut populus esset super eam, & calcaret eandem, & non ut ab ea calcaretur; sic etiam dominus nos admonuit dicens. Nolite thesaurizare thesauros in terra, ubi fures effodiunt, et furantur, sed thesaurizate thesauros in cœlo. ubi fur non appropriat et c. ubi enim est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. et D. August. Si terram amas, terra es & c. Sed idem Aug libro de anima, et eius origine, per flatum hoc loco intelligit spiritum sanctum, nec inconuenit idem sępius repetere, quia hic mos est in scripturis, ut sententię fortius imprimantur.

Lact. 2.c.2.

Rursus introducit hic vates Deum Patrem loquentem.d. *Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te: & dedi te in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum. & c.*

Tex. 3.

Hic quidem dubium est, quem alloquatur Dominus Deus dum inquit. Ego uocaui te. plerìquè omnes autumant hęc uerba fieri à Deó patre ad ipsum filium, qui pro humani generis redemptione missus est in mundum, quem dicit in iustitia uocatum, et abductum ut sit in fędus populi: dicit ergo uocaui te, idest constitui, et ab ęterno decreui mittere te, uel tua opera uti in iustitia, qui iustus es, et ipsamet iustitia, ut iustitiam ostenderes et exerceres in mundo, faceresquè iustos quicunq; in me credunt. *Et apprehendi manum tuam*, ut sustinerem te, ac subleuarem, et auxiliarer tui. Nam pater in me manens ipse facit opera. Io. 14. *& seruaui te*, hoc est liberum te, et

Io. 14.

A immunem feci à corruptione corporis. iuxtà illud psal. Non dabis sanctũ tuum uidere corruptionem: seruaui inquam te, & eripui à mortis imperio, & redemi à calumnijs hominum, qui quidem ausi fuerant te nequaquam esse filium Dei, sed purum hominem, legis transgressorem, affirmare, nequè etiam à mortuis resurrexisse, ex his verbis, & alijs similibus plerìquè iuniores existimant Christum dominum seruatorem potius, quàm saluatorem esse nuncupandum. sed meo quidem iudi- Ps. 15.

B cio vetus, & prisca consuetudo est potius retinenda, cum et in plerisquè locis sacræ scripturæ legatur, Christum saluum fecisse populum suum: unde et saluator dici potest, et iuxtà hanc expositionem potius habetur filium Dei seruatum, quam seruatorem dici debere.

Cum verò subdit *dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cęcorum, & educeres de conclusione*

C *vinctum, & de domo carceris sedentes in tenebris*, Ostendit hunc de quo loquebatur esse Dei filium, et Deum ipsum, nequaquam verò purum hominem. Quandoquidem nullus erat inter homines eius naturæ, uirtutis, & potentiæ, qui præter ipsum posset inire fœdus inter Deum, et hominem et hic est ille arcus quẽ promisit Deus

D se positurum in nubibus cœli, hic nempè arcus est signum, quod datum fuit inter Deum et hominem. Porrò hic verè fuit datus in lucem gentium, vt videlicet, illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, quiquè de se ipso dicebat. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ: fuit ergo lux gentium per quam homines in quibus, et Ioan. 8.

E quantis tenebris ipsi versarentur facile agnoscerent, quam vitę regulam, ne rursus aberrarent, essent apprehensuri: deniquè vt auxilium gratiæ illis impenderetur, quo bonum iam planè agnitum sectarentur, nec sinerent vnquam è manibus illud auelli, et deniquè æternam uitam assequerentur. Hae sunt causae ob quas

obquas Deus misit filium suum in mũ- A dum, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam, vt.s. aperiret oculos cæcorum, & educeret de conclusione.i.de loco, vbi conclusi, & vincti tenebantur homines, vel de domicilio dæmonum, aut de limbo, vbi tanquam in carcere patres antiqui tenebantur inclusi, & de domo carceris sedentes in tenebris; quemadmodũ

Luc. 1.cap. dicebat Zacharias pater Io. baptistæ. Quod uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare eos qui in tenebris, & vmbra mortis sedent & ante Christi aduentũ, et huius luminis infusionem sedebant omnes, eramus inquam, cõclusi uinculis peccatorum: propterea cum Deus peccata quæ nos ligant delet, nos de cõclusione educit, et cum ignorantiæ tenebras, quæ impediunt, ne uideamus quem finem sumus adepturi, sed neq; uiã per quã possimus ad eum peruenire, depellit de domo carceris, vere quidem dicere possumus nos esse liberatos. Cum postea subdit. *Ego dominus,*

Tex. 4 *hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus*, est diligenter aduertendum. Primũ nõ sine causa ĩtroducit Esaias dominũ loquentem, & sic dicentem. *E*go dominus.q.d. non sit vllus qui mea hæc verba contemnat, neq; sit vllus qui existimet ea quæ dixi, quæq; prædixi, & quęque prædixi, & quæ sum pollicitus inania esse, & nunquam futura: *E*go quidem dominus, & non est alius præter me: ego occidam, & viuere faciam, pcutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere: Ego inquam sum ille, qui vocaui, & adduxi ho

Deut. 32. minem Deum in iustitia, vt aperiret oculos cæcorum, sensibiliter quidem, & spiritualiter: & hoc est nomen meum scilicet Adonay. Ego sum qui sum, & hoc nomen nulli rei subsistenti immutabili & permanẽti præter me potest vere attribui. *Gloriã meam alteri non dabo, & laudem meam sculptibilibus*.i. nullo modo admittam, & perferam deitatis, & essentiæ simplicis, & pure nomẽ, gloriã & laudẽ cuiq̃ tribui, præterq̃ mihi, & pſertim sculptilibus.i. lapidibus, & lignis inanimatis, & quocunq; sensu re

ipsa & natura destitutis: Quòd si aliqui sint, qui dicãtur Dij, siue in cœlo, siue in terra: si quidem (vt inquit Paul.1.ad Corinth.8) Sunt Dij multi & Dñi multi, *1.Cor. 8.* nobis tñ vnus deus pater ex quo oĩa, & nos in illum, & vnus dñs noster Iesus Christus. Et vide q̃ sapienter fuerit locutus Deus per prophetam. Gloriam meã alteri non dabo, & non dicit. gloriã meã nulli dabo, quia si hoc dixisset (vt inquit D. Hier.) exclusisset ẽt ipsum B filium, cui tñ gloriã suã dedit, & quicqd habet ṗter ipsam paternitatẽ, & quicquid relatiue dr̃. sic.n. legimus apud Ioan.cap.17 Cum filio dicẽti pater glo *Ioan. 17.* rifica me gloria q̃ apud te habui priusq̃ *Clarifica* mundus fieret, ipse respondit & glorifi- *me.* caui, & iterum glorificabo ꝑpea.d Glo- *Ioan. 12.* riã meã alteri nõ dabo, nõ dicit alij, cũ ipsã dederit filio qui est alius à patre, nõ alter aut aliud. *Cum postea subdit. Quę prima fuerunt, ecce venerũt noua quo* C *què ego annuncio antequã oriantur audita vobis faciam.* q d. uulla ratione vobis ẽ ambigendum me verũ, solum & vnum Deũ esse, neq, alium pręter me eum q̃cunq; à principio vobis prædixerim iã euenerint, & quæcunq; ẽt sunt futura, & q̃ nuper ego faciã anteq̃ oriantur annuncio; & hæc oĩa vobis audita faciã.p prophetam.s & per Angelos, ac ministros meos, qualia sunt prædicatio euãgelij. Iudæorum exclusio, subuersio Ie D rusalem, & tandẽ cõuersio Gentium. Proinde quasi nouo exordio suscepto, inquit. *Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis terra, qui descenditis* *Tex. 5.* *in mare, & plenitudo eius, insula, & habitatores earum.* Existimant quidam exponentes, prophetam hoc loco inuitare omnes ad laudandum Deum, & gratias ei agendas, ꝗ eum antea creaturã pro creatore coluerint, & tenebras mẽtis circumtulerint, & procul omnino à E Deo abfuerint, per fidẽ, quæ est in Christum, sint vocati, & vniuersorum regẽ, atq; Dominum tandẽ agnouerint. Quidam alij opinantur prophetam spiritu Dei afflatũ, immensum Dei beneficiũ nobis per Christi aduentum prętuidentem prorupisse in laudẽ Dei, & quasi Lętabundus conuocet omnes gentes ad eam laudandũ. Diuus autẽ Hiero. hãc

videtur in his verbis habuisse intentio- A nem, q.s. cum prius dixerit prophesa. quæ prima fuerunt, ecce venerunt, noua quoq; fore annuncianda anteq̃ oriãtur, nūc velit ipse propheta referre quæ sint illa noua, quę promiserat se esse dicturū d. *Cãtate domino cãticū nouū &c.* Cantate inq̃ dño creatori nr̃o, & perpetuo totius orbis dominatori, canticum nouū. & quodnam, vel quale debet esse istud canticum? dicunt aliqui nullū cer B te maius, aut iucūdius intelligi potest, q̃ laus, & gratiarum actio. quòd liberati sumus à seruitute peccati, à vinculo mortis, & Diaboli tyrannide, per Christum Dei filium nobis ab æterno promissum. Quod genus cantici vere est nouum, quia non amplius auditum; nō enim est velut illud canticū, quondam olim redempti ex Aegyptiorum tyrannide, & ex labore laterum, & seuitia operis prefectorum, canere solebāt filij C Israel: & quemadmodum per medium mare transierunt, & comederunt manna in deserto, et biberunt aquam ex petra, et cęteris hūi beneficijs fuerunt ditati et affecti. Sed longe alterius generis sunt causę, et beneficia, quibus nos canere, & Dñm perpetuo laudare tenemur: nō enim carnali, sed spirituali ser uitute sumus liberati, neq; transiuimus per mare medium, sicut illi, sed transiuimus hoc mare magnum. i. huius mū- D di, et præsentis uitę fluctus, aut tumultum, neq; mãna, è cœlo sensibiliter descendens, sed manna mentis, & intelligentię, et panem cœli, qui dat vitā mū do, nos comedimus: & deniq; ob noua facinora nouum hymnū cantari oportuit. Alij breuius istud cāticum nouū, nouum testamentum intelligunt, et ueteris hominis innouationē, q̃ fit per fidē, et charitatē, et canticum verè nouū pōt appellari, quia in eo, ut dictum est, E noua sunt oīa, et ubi nā cãtari debet cã ticū istud? Laus eius ab extremis terrę: nullus inq̃ debet esse locus, nulla terrarum spatia, quis ab oculis nr̃is remotissima dñt esse vacua et destituta hūi can tico suauissimo. iuxtá illud psal. A solis ortu vsq; ad occ sum laudabile nomen dñi; et non in sola Iudęorum regione: quamuis .n. olim notus erat in Iudęa Deus, et in solo Israel magnum nomen eius; verūtñ postq̃ vocati sum per Christum ad agnitionem veritatis plena est oīs terra gloria eius: Sed rursus videndū est, quibus nã precipit ipse propheta, vt cantent canticum nouum? D. Hier. vī asserere Apostolis, et viris Apostolicis factum esse hoc preceptū, ut canãt canticum nouum, vt. s. prędicent nos haudquaq̃ vetustate lr̃ę, sed in nouitate spiritus; deinceps nos ambulare oportere. Cyrillus inquit eos debere canere canticum nouum, qui descendunt in mare, et plenitudo eius, et habitatores earum: q. d. qui descēdunt in mare, et plenitudo eius, idest quicqd mare circuit, et ambit, insulę pariter, et habitatores earum, sunt qui iubentur cantare canticum nouum; sed cur potius, qui descendunt in mare? quia facilius est eis Dei potentiam et maiestatē cognoscere, et proinde illis potissimū cōuenit Deum ppetuis laudibus efferre: insulę pariter, et habitatores earum, ad quos non tam facile potest attingere cognitio veritatis, et fidei. quemadmodum nos haud dubie testari possumus, et asserere quantum, quęso, temporis fuit insumptum, priusquā insulæ orientales, et occidentales quę sunt apud Indos acciperent verbum Dei? et ad veritatis cognitionem deuenirent? verūtñ tanta fuit Dei prouidentia, benignitas, et clementia, ut proximis temporibus uiros quosdam industrios, et prępotentis animi Deus prouideret, q perlustrarent nouum orbem, nouas regiones ab orbe iam diu gentibus familiari, et domestico remotissimas, et penè olim prorsus incognitas: quę propterea generali vocabulo nuncupatur mundus nouus, quod nouiter productus et creatus. Neq; abest à uero per eos, qui descēdūt in mare Apostolos intelligere, cum uidens eos Iesus in littore iuxtà mare Genezaret, reficientes retia sua uocauerit, et miserit in mare, hoc est in mundum ut de piscatoribus piscium, faceret piscatores hominum: qui de Ierusalem usq; ad Illyricum et Hyspanias euangelium prędicarent, capientes in breui tempore ipsam quoq; Romanę urbis potentiam; Possumus etiam

Cãticum nouum quale

etiam per eos qui descendunt in mare, & nauigant illud, intelligere tempestates, & persecutiones huius sæculi sustinentes. Per insulas verò, & habitatores earum, vel diuersitas gentium vel multitudo ecclesiarum potest conuenienter intelligi: ecclesiæ nāq; hoc mare spiritualiter intellectum non solum cingunt, & malorum spirituum fluctibus iactatos recipiunt, verum etiam multos Dei ministros, & cultores complectuntur. Nec tibi videatur quid nouū, & insolitū ecclesias vocari insulas, qm̄ non solum, quæ in medio mari sunt sita loca & promōtoria insulæ dñr; verū ēt villę, seu vrbes quæcunq; magnæ, & latæ in medio alicuius solitudinis positę. & sm̄ probatos authores insulæ dñr ēt domus in vrbe consistentes ab alijs separatæ, & vicos. seu angiportus vndiq; habentes. Quòd sicut insulæ sunt loca in mari vndiq; ambita, atq: vndis discreta, & seiuncta á continēti, ita domus nollis connexæ ædificijs cohærentib⁹, insulæ nominantur, vti de hoc supra quoq; diximus. Sed reuera Insulę dñr hoc loco regiones difficile accessibiles, neq; tuto practicabiles. Deinde subdit. *Sublenetur desertum & Ciuitates eius: in domibus habitabit cedar.* Iam satis constat in omnibus ferè locis huius scripturæ, per desertum designari gentilitatem, & quoscunq; Dei cognitionē apprimè destitutos. Cum ergo dicit. *Sublenetur desertum* hoc quidem significat, quòd gentilitas non amplius obdormiat vel fossa humi iaceat, sed exurgat ad fidei Christianæ statum: cum maximè mira oportunitas ei tribuatur, per eos qui in mare descendunt, hoc est per ipsos Apostolos, qui eos excitaturi, & veritatem ostensuri ad eos properabūt: hoc est ergo quod dicit. *Sublenetur desertum, & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar.* Cedar iuxtá D. Hiero. erat quōdā regio inhabitabilis trans Arabiam saracenorum, quæ cum prius inculta foret, et penitus deserta, habitabilis deinceps erit, & in ea domus construentur vbi erit habitatio hominum, & non amplius bestiarum. Cedar enim fuit filius Ismaelis vt habetur. Gen. cap. 25.

Insulę quę

Cedar quid

A qui fuit vir ferus & barbarus, & significat gentem illam barbaram & idololatram de qua gente loquebat' Dauid Habitaui cum habitantibus cedar. Nisi dicamus præfatam regionem fuisse vtiquè cultam, & habitatam, at non ab hominibus, sed á feris, & bestijs. i. ab idolatris, & Dei osoribus, qui non minoris erant quàm leones, & vrsi, & bestiæ Syluestres. Dicunt aliqui, quòd huiusmodi habitantes in domibus Cedar dicun

B tur Agareni, siue Saraceni, qui re reuera, non habitabant in domibus aptè constructis, & ædificatis; quemadmodum communiter homines habitare solent' sed habitabant in tabernaculis, siue tentorijs de loco ad locum obambulātes: vti faciunt hi quos vocamus Zingaros, nunc verò habita cognitione veritatis, & Euangelij habitant in domibus, hoc est in Ecclesijs fidelium collaudantes Deum. Duos autem sensus capit ista

C propositio, vel quòd Cedar, quæ erat antea regio inhabitabilis, & inculta locus duntaxat ferarum, & animalium syluestrium post agnitam veritatem, erit habitaculum & domus ipsorum hominū, aut quòd ipsum Cedar, hoc est, homines syluestres, & agrestes, et paulominusquam bestiæ irrationales, habitabūt in domibus hoc est in ecclesijs, & locis fidelium qui sunt homines ratione vtētes. Prima expositio est ad literā: reliqua

D secundum allegoriam. Et cum sequit'. *Laudate habitatores petra: de vertice mōtium clamabunt.* Per habitatores Petrę. D. Hiero: vnà cum D. Cyrillo intelligit eos, qui incolunt vrbem quandam sic dictam, sed. D. Hier. vult eam esse vrbem Palestinæ: Cyrillus autem sitam esse in Arabia, & fortassis ea est, quæ vocatur Arabia Petreia, de qua etiam supra diximus. Vult ergo propheta, qui in more habet dum sermo

E nem saluatoris nostri contexit, plerunquè mentionem facere uocationis gentium, cum Christus sit earum expectatio. Vult inquam innuere, quòd tam qui habitant in domibus Cedar, quàm qui habitant in ea urbe, quæ uocatur Petra, *De uertice montium cl. mabunt, & laudabunt Deum.* de uertice montium

Petra quę

tium, idest de locis excelsis, & de cacu A minibus terræ uoces tollent ad cœlum usquè, et gloriam eius in insulis nunciabunt. Allegoricè uerò sic dicas: de uertice montium clamabunt, idest de tam grandi, & excelso cœlestis doctrinæ beeficio laudes dabunt in Ecclesijs, et gratias agent Deo, id quod fecerunt Apostoli, quibus præceptum fuit super cap. 40.

Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon: exalta in for- B titudine uocem tuam qui euangelizas Hierusalem De uertice ergo montium clamare dicuntur, qui prius incolebant prealtam, et excelsam regionem, ac ciuitatem, quiquè hymnos,& laudes congerebant Demonibus et Dijs falso nominatis: uel iuxtà allegoriam dicuntur sancti Apostoli, et discipuli Domini, qui profectò summa fiducia,et intrepido corde prędicabant, neminemq; mortalium latere cupiebant, C sed erant ubi uis gentium omnibus cõspicui, uelut Ciuitas in monte posita, nec sermo eorum absconditè, et clanculum habebatur, sed summa cum libertate, et fiducia: quemadmodum præcepit illis Deus.d. quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis prędicate super tecta. Nec omnino reprobanda est illorum opinio, qui per habitatores Petrę intelligunt eos, qui habitant in turrib⁹ D & castris munitis ex fortissimis lapidibus constructis, vsq; adeo uirtus, & potentia domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi erit per uniuersum orbem, et quæcunq; loca abdita, seu inaccessibilia inuulgata,& patefacta, quòd etiã hi de urtice montium clamabunt laudantes, & glorificantes Deum. vt immediate subdit. *Ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nunciabunt*; Quasi velit innuere quòd nul- E la erit pars orbis, aut plaga mundi in qua non laudetur Deus. Sed dicet quis, qua ratione propheta volens innuere, aut potius prædicere Gentium conuersionem meminit ipsius Cedar, & Petræ? quasi hæ solæ nationes sint ad Christum adducendę.

Matth. 10.

Respondet huic quæsito Cyrillus, quòd non erat satis commodum tam innumerabilem multitudinem quæ orbem terræ implet adeò subtiliter, & minutim applicare, vt ominum nominatim, & sigillatim faceret mentionem, sed regiones illas duntaxat quæ Iudæę satis notæ erant, vt potè valde propinquæ, & Idololatrię deditissimæ; & nihilominus ex parte totum voluit innuere; hi namq; populi Arabes, & Saraceni, aut hi qui secundum D. Hiero. sunt in ea Ciuitate quę est vrbs Palestinæ superstitiosissimi erant, & in totum prolapsi in apostasiam, & defectionem à Deo. vt potè qui impuros spiritus colebant. Cum autem propheta præuideret hos fore participes diuinæ vocationis, & salutis quæ est per fidem in Christum, tanquam pulchros pedes habens euangelizat bona, & velut in altum eleuans vocem præ nimio gaudio, & lætitia, inquit.

D. Hier.

Subleuetur desertum, & ciuitates eius, laudate habitatores Petræ, & de uertice montium clamabunt &c.

Post hæc sequitur. *Dominus sicut fortis egredietur, sicut uir prœliator suscitabit Zelum, uociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confortabitur.*

Tex. 9.

Nonnulli expositores opinãtur hoc versu,& paucis quibusdam sequentibus prophetam explicare canticum illud nouum quod cantari iubebat, quorum sententia mihi profectò non displicet. Quidam alij volunt causam, qua debeat cantari canticum istud his verbis afferri, cui sententiæ vr̃ adherere. D. Cyrillus, qui dicit prophetam animare,& corroborare ministros Christi misteriorum, & quicunq; erant prædicaturi eius virtutes, & mirabilia,& de his apud omnes,& vbiq; locorum verba facturi, qui quidem cogitare debebãt,& sibi ipsis persuadere vndecúq; vel vndequaq; habituros veritatis hostes, qui huic eorum studio,& alacritati totis viribus resistere conarentur. Vult ergo propheta ex eorum animis omnẽ amouere timorẽ,& fiduciã illis apponere,& cõfirmare: idq; his verbis ostẽdit &

Deus-

Dominus sicut fortis egreditur, sicut vir prælliator suscitabit Zelũ; proptereaq; fore ut eius ministri haud caperentur ab hostibus neq; quemquã eos superaturũ Deo protegente. Egredietur inquam quãdocunq; necessitas incũbet suos ipsius seruos protegendi, & custodiendi, quandoquidẽ custodit dominus omnes diligentes se, & õnes peccatores disperdet. Aliàs dicimus fuisse egressum Dei filiũ, quãdo .s. egressus fuit à Patre, & venit in mundũ quamquam neq; tunc ab eo discesserit, hoc de egressu loquatur Dauid ps. 18. d. à sũmo cęlo egressio eius, tunc quidẽ fuit egressus tamquam prçliator vt scilicet debellaret aereas potestates, & inferni phalanges. propterea prius dixit Exultauit ut Gigas ad currendam viam, atq; ideo dicitur fortis.

Psal. 18

Alius erit eius egressus, quando veniet in maiestate sua ad iudicandũ uiuos, & mortuos, sed re uera loquit hic propheta de primo egressu, quando scilicet sumit pœnas de his, qui obsistunt euangelio; quemadmodũ manifestum est eum fecisse, & tamquã præliatorem fortem, & robustũ sumpsisse pœnas de Iudæis post eius passionẽ ministerio Romanorum, & aliarũ gentium, quæ euiusmodi gentẽ penitus debellarunt, & auerterunt; nec solũ contra Iudęos iste præliator fuit egressus; at cõtra quoscunq; qui peruerso, & obstinato animo illi contradicunt, & eius maiestatẽ aspernantur. Sed & contra vnumquemq; nostrũ acerrimè præliatur, & præliabitur, nisi post multas vocationes, & inspirationes, ad eũ cõuertamur. *Domin⁹ ergo sicut fortis egredietur, & sicut uir præliator suscitabit zelũ*. idest zelo, & ęmulatione commouebitur. Exod. 15. legitur Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomẽ eius, currus Pharaonis, & exercitũ eius proiecit in mare. Vide quomodo suscitauit zelũ, & Deut. 32. loquens Moyses de Hębreis in psona Dei inquit. Ipsi me prouocauerũt in eo qui non erat Deus; & irritauerunt in vanitatibus sui; & ego puocabo eos in eo qui nõ est populus. Sed hic est notandum quemadmodum zelus multifariam sumitur, ita multipliciter dicendum est hunc fortem suscitasse zelum zelus enim (vt alibi

Exod. 15.

Deut. 32.

ut dictum est, sumitur pro intenso amore quo quis aliũ prosequitur, qua ratione dicimus filium Dei zelo sic accepto à summo cœlo fuisse egressum. Deinde sumitur zelus pro ira, & indignatione, quæ nõnumquã ex amore nascitur, & hoc zelo commotus egreditur quandoque aduersum nos iste uir prçliator, puniendo nos, & flagellis cedendo, ut ab eo auersi ad eundem tãdem reuertamur. Postremo sumitur zelus pro ira, & furore, qui oritur in aliquo ex contemptu, quia scilicet se videt contemni, & hoc zelo commotus dominus puniuit Iudęos, vsq; ad internitionem, & puniet quoscunq; in extremo iudicio, qui prius non se conuerterint, quàm veniet extrema dies, aut potius nox, quando nemo potest operari sic ergo dicit hoc loco quòd Deus sicut fortis egredietur, & sicut uir præliator suscitabit zelum idest ad æmulationem prouocabitur, & ad iustam indignationem: *Vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confortabitur*: vociferabitur inquam, & clamabit, palam faciens suam iustam indignationem, videlicet, vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret &c. Item esuriui, & non dedistis mihi manducare; & quæ deinceps. Vociferabitur, et clamabit, hoc est ita fortiter, et acriter clamabit vt vox eius tremebunda ab omnibus audiatur, qui placidam, et suauem eius vocem audire contempserunt. dicens. Ite maledicti in ignem æternum, et tunc *Super inimicos suos confortabitur*. tunc enim quis super inimicos suos consolationem accipit, et refrigerium, quando aduersus eos obtinet victoriam aut quãdo uidet eos flagellare aut si quando per flagella eosdem ad se allicit, et conciliat: At cum id nequaquam potest obtineri, tunc animus principis exacerbatur: quem in modum Dominum exacerbatum aliquando fuisse ostendit Esaias Christi personam gerens cum inquit. *Tacui, semper silui, patiens fui sicut parturiens loquebar: dissipabo, & absorbebo simul*, et quæ sequuntur. Dicitur etiam quis confortari super inimicos quãdo opera, & ministerio suorum inimicorum

Zelus multipliciter.

rum vtitur ad puniẽdum alios eius inimicos, vt alibi dictum. Vindicabo me de inimicis meis cum inimicis meis, vti frequenter legimus egisse dominũ aduersus Iudæos & plerosq; alios Dei contemptores.

Vociferabitur, & clamabit; vociferabitur inquam hoc est cum dolore & indignatione maxima, magnam vocem emittet; id quod potissimum solet accidere dum quis super hostes iam penè deuictos, ac debellatos furibundus irruit: B Et quamquam hoc loco habeamus ipsum vociferaturum, & clamaturum nil tamen obsistit his quæ à principio legimus, quod scilicet nõ clamabit nec audietur vox eius foris: namq; dum fuerit Christus dominus oppugnatus, & flagellis cæsus, non clamabit, aut obsistet, vel conqueretur, sed humilis & patiens omnia substinebit, sicut & Paul. omnia inquit substineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur. C At quando quis voluerit oppugnare Deũ, & eius mandata contemnere, tũc omninò vociferabitur, & clamabit quẽ admodum legimus Christum Dominum aduersus Scribas, & Phariseos frequenter vociferatum esse, & horribiles voces emisisse, imo flagello de funiculis confecto eiecisse de templo ementes, & vendentes, & cathedras vendentium columbas euertisse, sic propemodum aduersus Iudæos hoc loco fecisse D demostratur: suscepit inquam zelum, vel suscitauit quasi antea dormierit, vel quodammodo insensibilis extiterit: At posteaquam taciturnitas, silentium, seu potius conniuentia quædam, & patientia nihil profuerunt inquit, & rectè quidem dicitur suscitasse zelũ, non suscitatus à Deo, quia eiusmodi passiones non afficiebãt eius animum, vel dicitur suscitasse zelum in aliis, ut contra eius desertores arma caperent aut E dicitur suscitasse zelum, quoniam uis inclusa, & studium, seũ affectus, sui honoris, & æstimationis, qui vsque in eum diem, quasi reconditus, & ignotus existebat, fuit ab eodem excitatus, & ostensus, & ut vno verbo dicamus, voluit tandem ostendere quis esset, & quantus esset, & quantum posset. *Tacui semper, silui, patiens fui, nunc autem quasi parturiens loquar,* ut videlicet volens, nolens, & maximo in præcordiis dolore concepto loquar, idest indignationem meam, iustissime susceptam non amplius verbis, & terroribus, sed flagellis, & suppliciis eam proferam, & ostendam; & quid facies Domine mi rex, & conseruator omnium? *Dissipabo, & absorbebo simul.* i. nihil amplius ex eis reliquum erit, nullum amplius vestigium extabit. *Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exiccabo, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam,* spoliata inquam erit hęc terra omnibus bonis: super his verbis. Tacui, & semper silui. Dicit Aug. libro de ouibus cap. 3 quod tacet Deus, dum nos substinet, dum non iudicat, loquetur autem, & audiri se faciet cum nos iudicabit, & sententiam feret, loquitur autem nunc in præceptis, in sacramentis, & in scripturis, postmodum loquetur in sententijs: hoc idem dicit libro de decem cordis cap. 1 D. Grego. 10. mor. ca vltimo inquit. Quos diù cõuertendos expectat dominus, nõ cõuersos sine retractatione cruciat, & sicut parturiẽs cũ dolore eicit, qđ in intimis longo tempore gestauit, sic uenturus Iudex, cũ feruore examinis, quasi cum dolore mentis, animaduersionis sẽtentiã quamdiù intus seruauit, tãdẽ ostẽdit. *Et ducã cę. os in viam quam nesciunt & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. Hęc verba feci eis & non dereliqui eos.* Hęc ipsa verba nõnulli uolunt referri ad Gentes quę colla submiserunt diuinę uocationi, & tandem ueritatem fidei apprehenderunt, quæ quidem omnibus prędictis beneficiis & fauoribus à Deo ditatę, & decoratę, quibus nescio planè quę maiora potuerint unquam conferri, ne dum desiderari. Hæc inquit feci eis idest hęc magna & inexplicabilia beneficia præstiti eis: uel hæc uerba feci, ea (dicunt aliqui) idest quę olim fui pollicitus, feci ea .i. in actum deduxi; usus prę terito pro futuro pro certitudine rei. Quidam alii existimant hęc postrema verba ad Iudæos referri, & re uera

mihi

mihi magnopere satisfacit, ut scili A cet postquam Deus omnia quæ contulit in Iudæos beneficia recensuit, & eos tandem ob eorum peruicaciam dissipauit, & absorbuit, & omnem eorum decorem, & magnificentiam substulit, pollicitus se desertos facturum montes, & colles, & omne gramen eorum & omnia eorum flumina arefacere, quę singula sunt spiritualiter intelligenda, atque etiam ex parte corporaliter, & sēsibiliter (vt sæpe diximus) nunc Do- B minus quasi se ipsum excusans, & apologiam faciens refert quæcunque aliàs beneficia illis concessit cum inquit. *Ducam cæcos in uiam quam nesciunt*, & quę sequũtur. hoc est duxi, & sic de aliis & postmodum hæc verba feci eis, & nō dereliqui eos. quæ omnia certissima sunt, & verissima quamdiù nō penitus abscesserunt Huic autē expositioni conueniunt verba quæ sequuntur videlicet

Tex. 7. *Conuersi sunt retrorsum*. idest quamquam C tot beneficia in eos contulerim, atq; dũ mecum persistere, et mihi obtemperare debuissent: conuersi sunt retrorsum ad idola defecerunt, et obliti sunt domini creatoris sui. Propterea sequitur *Confundantur confusione, qui confidunt insculptilis, qui dicunt conflatils vos Dij nostri* iure quidem, qui Deos suos vocant quæ digiti eorum fecerunt sunt confundendi. longè enim congruentius dici possunt dij, vel simulacra Deorum, D qui fecerunt ea, quam ipsa eadem quæ sunt facta, et velut inquit Lactantius. Homo potius qui sentit, et uidet, et multas habet actiones, simulacrum dici potest quàm Idolum, quod ex ligno vel lapide cōficitur, et fabricatur, quod quidem non uidet, nec sentit, neq; moueri potest, quæ quidem simulacra, si quid sentirent, aut intelligerent potius adorarent homines, à quibus sunt formata, et exculpta, quàm ab illis se per- E mitterent adorari. Vnde nonnulli ponunt differentiam, inter Idolum, simulacrum, et imaginem, quod scilicet imago est vera rei similitudo vt cum pingimus hominem, aut equum. Idolum autem est falsa similitudo, cum scilicet repræsentet id quod re vera non est. Simulacrum verò de troque dicitur. Qua

Differentia inter idolū simulacrũ, & imaginē.

re ò *surdi audite, & cæci intuemini ad uidendum*. et quo magis explicet quibus impræcatur quos monet, ac hortatur, ut audiant, et uideant interrogans sciscitatur. *Quis nam cæcus, quis nam Surdus?* et inquit. *Cæcus est seruus meus*, idest populus hæbreus, qui mihi soli, et nō Diis alienis se perpetuo seruitutem, et obedientiam præstiturū legibus astrinxit. *Quis surdus nisi ad quem nuncios meos misi*, idest tot prophetas, et ministros qui eosdem hortarentur admonerent, et variis comminationibus, pariter, et pollicitationibꝰ ad normā redigere, & pertrahere niterentur. *Et quis cæcus, & surdus nisi qui venundatus est? & quis cæcus nisi seruus domini?* Dicebatur (inquam) populus Hębreus venundatus, quia se ipsum tamquam seruum mancipauit idolis, ac demonibus, qui verè fuit primum venundatus sed sub peccato, & postmodum fuit in captiuitatem abductus, et uenundatus à Romanis. Sed heu miser, fuit quidem uenundatus a principio idest obligatus Deo, quem ipse sibi in peculiarem populum elegit. Qui referunt hæc ad Christum dominum (mea quidem sententia) toto aberrant cœlo, et contorquent literam. Deinde sequitur. *Qui vides multa beneficia* pariter, et supplicia quæ immittuntur a Deo, *nonne custodies? qui apertas habes aures nonne audies? Et Dominus uoluit* hęc, supplle, facere, *ut sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret*: uoluit quidem Deus magnificare populum suum, et ipsum super omnes alias nationes extollere, et magnificum reddere. *Ipse autem populus direptus, & vastatus*. et quæ sequuntur usq; in finem, quæ omnia sunt plana, & millies repetita. Verba dumtaxat quędam sunt exponenda. Dicit enim *laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt*. Vna expositio est quod Scribę, et Pharisei, et Seniores populi fuerunt laqueus iuuenum, quia scilicet uerbo, et exemplo corruperunt omnes, & suam in sentētiam, traxerũt et ne viderent lumen, in domibus carcerum absconditi sunt, quia in tenebris ignorantiæ, et peccatorum permanserunt, et suum diem obierunt, et Tex. 8.

merito

merito quidem poterant dici corruptores iuuentutis, non correctores. *Facti sunt in rapinam, nec est qui eruat, neq; qui dicat redde quod rapuisti.* Alij per laqueum iuuenum dicunt, quod propter peccata populi, omnes iuuenes ad bella apti in captiuitatem ducti sunt, vel ducentur per exercitum Romanorum, *& ibunt omnes in direptionem.* Denique notanda sunt vltima ferè verba, & vnusquisque nostrum audiat, non solum Iudæi vel Græci, sed quicunq; fidem profitentur, & deniq; qui sunt aliquo sensu prædití: dicit enim Deus *Quis est in uobis qui audiat hoc? attēdat & auscultet futura?* respondere possumus, paucissimi

A admodum. Deinde petit *quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus?* nonne dominus ipse? cui peccauimus? Attende, & vide D. Thom. super hunc locum dicit Iudæos trifariam peccauisse, primo quia fuerunt ingrati Dei beneficijs: deinde fuerunt duri, ac difficiles ad obseruantium mandatorum: postremo fuerunt obstinati, & peruicaces quia non timuerūt flagella cōtra quos non immerito dicit propheta psal. 88.

B Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Hic est finis 42. cap.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

1.



T nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus dedi propitiationem tuam Aegyptū Aethiopiam, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te,
2. *& populos pro anima tua. Noli timere quia ego tecum sum.* Ab
Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni: Da: & Austro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: Surdum, & aures ei sunt. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectae sunt tribus, quis in vobis annunciet istud, & quæ prima sunt audire nos faciet: dent testes eorum, iustificentur, & audiant, & dicant: Vere. Vos testes mei dicit dominus & seruus meus, quem elegi: ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis

gatis, quia ego ipse sum. Ante me non est formatus Deus, & post
me non erit. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absq; me
Saluator. Ego annunciaui, & saluaui: auditum feci, & non fuit
in vobis alienus: vos testes mei dicit Dominus, & ego Deus. Et
ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat, operabor,
& quis auertet illud. Hæc dicit Dominus redemptor vester, Sā- 3.
ctus Israel: Propter vos emisi in Babylonē, & detraxi vectes vni-
uersos, & Chaldeos in nauibus suis gloriantes. Ego Dominus
Sanctus vester creans Israel rex uester. Hæc dicit Dominus, qui 4.
dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam. Qui
eduxit quadrigam, & equum agmen, & robustum, simul obdor-
mierunt, nec resurgent, contriti sunt quasi linum, & extincti
sunt. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini:
Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea: pō
nam in deserto viam, & in inuio flumina. Glorificabit me bestia
agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flu-
mina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo. Popu-
lum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Non me in 5.
uocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. Non obtulisti mihi arie
tem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me; non te
seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.
Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tua-
rum non ebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis
tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego
sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccato-
rum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam
& iudicemur simul: narra si quid habes, ut iu-
stificeris. Pater tuus primus peccauit, & in
terpretes tui præuaricati sunt in me.
Et contaminaui principes sā- 6.
ctos, dedi ad internicio-
nē Iacob, & Israel
in blasphe-
miam.



EX.

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMTERTIVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *ET nunc haec dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel. Noli timere quia redemi te, & vocaui te nomine tuo meus es tu &c.*



DIVVS Hieronym. vna cũ plerisq. alijs expositoribus, volens assignare intẽtionem ipsius prophetæ in præsenti capitulo, & aperire verum, & proprium intellectum horũ verborum, distinguit populum Israelis, & Iacob in eum qui secundum carnem, & in eum qui secundum spiritum, & vult prophetam in præcedenti capitulo prædixisse ruinam, ac destructionem Israelis secundum carnem in hoc verò prædicere, ac pronunciare fœlicitatem, gaudium, & exultationem Israelis secundum spiritum.

Sed nec uelim existimes per Israelem secundum spiritum, hos tantum qui ex Gentibus credidere, designari, uerũ & plerosq. ex Iudæis, qui etsi secundũ carnem ex Hæbreis sint, & ex eis secũdum carnem duxerint originem, quia tamen abiectis superstitionibus legis, & Pharisaicis traditionibus Christi fidem apprehenderunt, dicuntur & ipsi Israelitæ secundum spiritum. D. Tho. perbellè satis, & egregiè secat capitulum istud in tres partes, in quarum prima, pollicetur Deus per prophetam multa suis fidelibus beneficia, quo suã ergà eos dilectionẽ facilè demostret: in secunda commemorat beneficia iã illis exhibita, quo eos tutos, & securos faciat de alijs ꝓmissionibus iam olim allatis & cito complendis: in tertia, & vltima excludit merita ad tollendam præsũptionem & inanẽ gloriam. Hoc autem apposité quidem, & non absquè

A ratione factum est, nam cum in præcedenti capitulo populi Iudaici ruinam prædixerit, ac deuastationem, nequis putaret Deum omnino repulisse populum suum, & plebem suam, quam præsciuit, prædicit hoc loco futuram illius prosperitatem, in quo quidem argumento comprehenduntur & Gentes, quæ crediderunt in Christum tanquam eæ, quæ, & ipsæ pertineant ad semen Abrahæ, & inter veros Israelitas annu-

B merentur, quandoquidẽ (teste D Paul.) non qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in carne circuncisio, sed qui imitatur fidem Abrahæ, & habet spiritum Israelis verus Israelita est nuncupãdus. Primum itaq; propheta inducit Deum alloquentem Semen Iacob, & Israel, recolitq. præcipua quædam beneficia in eos collata. d. Creaui te Iacob, & formaui te Israel: primum ergo beneficium fuit creationis, quod quamquam om-

C nibus alijs creaturis fuerit communicatum, peculiari tamen, & mirabiliori modo fuit communicatum Abrahæ & Iacob, vt patet legenti librum Geneseos: & quemadmodum Deuter. 32 legitur, Nonne ipse scilicet Deus est pater tuus qui possedit te, fecit, & creauit te? Deut. 32. Secundũm beneficium fuit formationis, hoc est instructionis, et educationis, quia dedit illi populo legem, et præcepta in quibus ambularent. Tertium

D fuit beneficium redemptionis, quia scilicet à seruitute Pharaonis, & à plerisq; aliis difficultatibus, et periculis eos redemit, et propriè quidem dicitur redemisse, quoniam iam videbantur esse detenti, et captiui, nisi Deus eos

manu

manu sua subtraxisset. Quartũ demũ fuit beneficiũ singularis dilectionis, quia vocauit eum nomine suo: dicunt enim hoc maximæ dilectionis fore argumentum, & egregiæ familiaritatis indicium cum quis vocat aliquem nomine suo, nomine inquam sibi à principio imposito.

Et propterea cum quis nominat aliquẽ nomine, quo consueuit ab alijs nominari, ostendit se illius memoriam, aut peculiarem curam habere: quemadmodum legimus apud Luc. 6. Nomina eorum, qui fuerint á Deo dilecti, et præelecti scripta esse in cœlo. Contra verò dum aliquem haudquamquam cognoscimus, aut cognoscere nolumus, vel minus cognoscere dissimulamus, vt qui sit nobis parum gratus, aut alioqui intensus vel obscuri nominis & conditionis, aut mali moris non vocamus eum nomine suo, sed nomine quodam communi vt quidam homo, iste homo, vel ò tu, aut similibus nũcupationibus, quibus re uera ostendimus nos illius, aut nullam, aut modicam cognitionẽ vel rationem habere, uel parum nos curare, seu referre quis nam sit, et quo uocetur nomine. Sic enim de impiis, et malis hominibus dicit. Non noui uos. At cum Deus opt. max. ostenderit se utiq. meminisse Iacob, et Israel atq; eos paterna dilectione prosequutũ uocauit eos nomine illis proprio, ut genesis scriptura multis ĩ locis patefacit. Et in hoc eodem libro non semel vidimus fieri mentionem de Iacob, et de Israel, ut legenti patet.

Luc. 6.

Dicit ergò á principio *Et nunc hæc dicit Dominus* q. d. commutemus sermonem, non amplius quæ iamdudum sumus prolocuti prosequamur, alia sit intentio nostra, aliud agamus, de negocio longè diuerso nunc pertractemus: postquam enim egimus de rebus funestis ac luctuosis, perge, uel age loquamur de rebus iocundis, & quam maxime festiuis quo mirari nũc oportet (inquit Cyrillus, quàm pius, et misericors sit Deus, qui cum quandoque quodammodo cogatur pro ablutione scelerum in iustam seueritatem incidere, transit tamen quám citissimè ad misericordi-

Cyrillus.

A am, & quem percussit etiam sanat, et aufert flagellum, et in pristinum statũ restituit: propterea uelut oblit⁹ delictorum, et scelerum nostrorũ adiecto quasi alio principio temporis, et aliam nactus occasionem, qua correctos ad trãquillitatem adduceret, inquit *Et nunc* quemadmodum in psal. 94. dicimus: hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra et quemadmodum ponitur ibi illud aduerbium tamquam

B principium aliorum temporum, sic & hic cum dicit, & nunc q. d. omittamus ea quę hucusque diximus, & obliuioni tradamus, nunc aliud aggrediamur, & nouum instituamus principium aliarum rerum quæ a Deo futurę sunt: Et quamquam hæc verba uideantur referri ad eos tantum, qui ex semine Abrahę secundum carnem descenderunt, cum illis præcipue quæ hic recensentur beneficia collata esse nouerimus, nihil ta-

C men minus (vt diximus à principio) ad quoscunq; se extendit, qui fuerint Israelitę secundum spiritum, figurati tamen & præsignati per Iudæos secundũ carnem: Israelitę quidem secundum spiritum hi sunt, qui non modo creati, ac formati; verum etiam redempti, & proprio nomine vocati esse dicuntur.

Sed cur usus est his duobus verbis, siue dictionibus creans, & formans, cum ferè nihil sit aliud formare, quàm ali-

D cui formam imprimere, et id apud quosdam sit idem, quod creare .s. quod prius non erat, facere: non enim dicendum est qđ prius creauerit, idest de nõ esse ad esse produxerit, & postea formã idest animam infuderit, quia creando infundit, et infundendo creat: dicimus ergo ut supra: quòd per creationem intelligit productionem rei secundum substantiam, per formationem uerò, aut peculiarem quendam & mira-

E culosum modum creationis, uel instructionem, aut educationem iuxtà determinatam rationem uitę, & morum, ut sic dicamus, aliquos creari, quando de non esse producuntur ad esse: formaliter uerò, quando nouum quoddam uitæ genus auspicantur, quemadmodũ nos Christicolæ dicimur creari, siue generari quando nascimur: ducimur uerò re-

rò re-

rò regenerari, quoniã baptismate abluimur, vel sacris ordinibus initiamur. Et ob eãdem causam vsus est etiam his duobus nominibus videlicet, Iacob, & Israel, cum tamen fuerit vna & eadem persona, sed Iacob dictus in prima sui productione secundum substantiam. Dictus postea Israel hoc est vidẽs Deũ, dum particulari munere, & gratia fuit insignitus à Deo: sic Abraham prius fuit dictus Abram, deinde iussu Dei vocatus Abraham, sic & Paulus Apostolus antea dictus Saulus post susceptum baptisma fuit vocatus Paulus: sic & nos Religiosi dum regularem vitam assumimus, & vestitum huic vitæ congruentẽ induimur haud nomine prius nobis imposito nuncupamur, sed aliud de more nobis inditur, sic & Iacob prius creauit, idest hominem fecit, et postea formauit, i. spiritum intelligentiæ dedit, nec sine misterio populum suum electum vocat Iacob & Israel, vt sciant se non futuros vnquam Israel, i. deum. i. visuros, nisi fuerint prius Iacob. i. nisi uitia suppresserint, & sumplatauerint. Dicit ergo textus. *& nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob*, idest qui creauit te Iacob, et continue manu tenet et cõseruat. & formans te Israel. *Noli timere quia redimi te, & vocaui te nomine tuo, meus es tu:* quæ quidem oĩa sunt efficacissima signa præcipuæ dilectionis, & curæ. quare nulla tibi debet esse anxietas, nulla te formido capere debet vel obsidere: *meus es tu* ego. s. te peculiariter elegi in filium, & seruum meũ, & quicunq; descendunt ex semine tuo; vel meus es tu, i. Christianus es; nam qui Christi sunt, Christiani dicuntur, & sunt: meus es tu quare alterius nõ sis neq; n habeas Deos alienos corã me; me⁹ es, quia te creaui, te vocaui, te redemi. Quare tu es mei iuris, sub mea potestate, ac ditione degis, cui tamen seruire regnare est: Si meus es nullus tibi negocium ullum poterit facessere, non te ipsum prodas, neque ad quemquam aliũ deficias: hoc verbo vel dicto quod cũ quadam emphasi debuit proferri, denotat spiritualem coniunctionem, & cognationem cum Deo: Quare qui Dei sunt nullam debent cum peccatis, et cum Demone habere societatẽ, deturbat n et auellit à societate, et coniũctione quę cum Deo, ad res malas procliuitas, & consensio. Post hęc explicat Esaias promissiones quas optatissimas, et maxime expetibiles Deus facit populo suo dum inquit. *Si transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te, cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel Saluator tuus.* Vocatur aũt Deus, Dominus, Sãctus Israel, saluator noster: Nec absq; ratione tot nominibus voluit nuncupari, nec sunt nomina synonima; quodq; illorum suam habet significationẽ, et intelligentiam: uocatur Dominus, ut ostendat se habere dominium, et potestatem super omnia, sanctus Israel, quia. s. illum peculiariter amat. Deniq; saluator, quia non permittet ipsum ab aliquo ledi, et perditum iri; uel ego Dominus, quia possum. Ego Deus, quia scio, ego sanctus, quia purus. Ego saluator, quia uos protego. Per aquas .n. et flumina, per ignem, et flãmam quidam interpretantur gladium, et persecutionem inuectã populo Hębreorũ per Aegyptios, p Babylonios, Macedones, et Romanos: vult ergo Esaias innuere quod nullus harum gẽtiũ furor, nulla uis, aut potẽtia poterit illis multũ obesse et quicq̃ afferre detrimenti. Neq; mirum quia ego Dominus Deus tuus, ego inquam Saluator tuus cingã te, et protegam ne quicquã horum patiaris.

Quòd si uolumus persistere in plano sensu literę pręter Israelitas, qui uirtute Dei ambulauerunt per siccum in medio mari, multa habemus exempla in noua lege, et in statu gratię de multis pręclaris, et Deo gratis hominibus, qui transierunt per aquas, et nihil eis (protegente Deo) obfuerunt, ut Beatus Clemens, qui alligata ad eius collum ancora Ieiectus in mare, non fuit eo submersus: sic etiam Beatus Appollinaris martir captus ab Idolorum sacerdotibus præcipitatus in mare, inde erectus, liber euasit. et nouissimis temporibus legitur de gloriosissimo, et nunquam satis laudato Beato

B. Clemens *B Appollinaris.* *B Frãcis.⁹ de Paula.*

D. Francis. de Paula. Beato Francisco de Paula, ordinis minimorum fundatore, qui volens pertrāsire Siciliæ fretum, cum nihil haberet, quod pro naulo solueret, strato fluctibus pallio suo, in eo quasi pedibus nixus, vnà cum socio transmeauit: vnde satis fuit adimpleta Dei promissio, facta ipsi Iacob, & suis hæredibus, cum dixit. Cum trāsieris per aquas, tecū ero, & flumina non operient te. Adimpleta quoq; fuit sequēs promissio cū inquit. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Hoc quidem fuit præter illos tres pueros, qui proiecti fuere in fornacem ignis ardentis impletum in Beatissimo B. Lauren. Laurētio Martire, de quo canit Ecclesia. Si transieris per ignem flamma nō nocebit tibi, & odor ignis non erit in te. Cum enim fuerit positus in craticula, te Deum non negauit, & ad ignem applicatus te Dominum Iesum Christū confessus est: quique dum vreretur, dicebat. Carbones hi nō dolorē, sed refrigeriū mihi præstant, cuius corpus licet fuerit combustū, anima tamen sēper mansit Ianuarius. illæsa. Quid dicem⁹ de B. Ianuario martire? q iussu Timothæi Cāpaniæ Præsidis in ardentem fornacem coniectus, ità illęsus euasit, vt ne vestimentum quidem, aut capillum flamma violauerit. Agap. Mar. Sic etiam contigit de Agapito Prænestino quindecim annos nato, cuius capiti cū ardētes carbones fuerint impositi, & feruens aqua in eius ventrem infusa, nunquam tamen à fidei confessione recessit, & indè viuus abscessit, qui postmodum securi percussus mortem obiuit. Nec volo præterire aliud insigne miraculum, quod omnipotēs Deus B. Francis. de Paula. fuit operatus ī B. Frācisco de Paula, paulo superius nominato, qui, & ipse cū in fornacē Calcariam, flāmarum vi efferuescentem fuisset ingressus, ignem repręssit, & inuiolatus euasit, manibusq; ardentes prunas, ac titiones attingens illęsus abscessit. Sic itaque verum est quod Deus per prophetam dixit. Cum ambulaueris in igne, non combureris.

Sed longè tutius, et multo magis ad rem nostram per aquam et ignem, et reliqua huiusmodi nomina quę significāt res horribiles, et portentosas intelligimus omnia genera periculorum, tentationum, et persecutionum quas serui, et amici Dei continuè patiuntur in hoc seculo, et quamquā pleriq; et ferè innumerabiles viri Dei, multa tormenta passi sint; nihil tamē se passos esse, neq; damnum ullum recepisse firmiter est credendum, quia fortes extiterunt, et permanserunt in fide: uti in Epist. ad Hæb. 11. D. Paul. ostendit. Etenim spęs illorū immortalitate plena est: Et quemadmodum dixit saluator noster Matth. cap 7. quod u3. oīs qui audit verba mea, & facit, ea assimilatur uiro sapienti, qui ædificauit domū suā supra petram: & descendit pluuia, venerūt flumina, flauerūt venti, & irruerūt in domū illam, & non cæcidit, quia fūdata erat supra firmam petram: & bene quidem, ac iure optimo dicere possunt isti. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Heb. c. 11. Matth. cap. 7. Psal. 65.

Dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam, & Saba pro te. vsq; ad illud pūctū. *Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te &c.* secundū quosdā interpretes verba præsentis particulæ coniungūtur cum verbis immediatè præcedentibus vt sic dicamus Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel, qui videlicet sanctifico Israel, quiq; me pro sancto colit, ac veneratur, saluator tuus q te ab omnibus malis, & periculis eripui, & saluaui. i salū te, & incolumem reddidi, dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiā, & Saba pro te, dedi inquā ista regna propitiationē tuam. i. ego puniui, & variis flagellis, et cędibus percussi, vteorum exēplo correctus, me propitium habere potuisses: vel potius Aegyptus, & Ethyopia fuerunt propitiatio populi Dei, quia per eos illum Deus puniuit, qua punitione meliores effecti, meruerunt habere Deum propitium: vel dedi ea propitiationē tuam, ut scilicet in ea sęuires, eorum populos occideres, & mactares, quo me propitium, fautorem, & benignum haberes: quemadmodum enim

sacrificiis, & immolationibus animalium expiantur peccata: & propitius redditur Deus nobis sacrificantibus, ita propemodum occisione, & extinctione impiorum fit gratum sacrificium ipsi Deo. etenim vulgo dum aliquis improbus, & malefactor, et præsertim homines seditiosi perimuntur, dici solet peractum esse sacrificium Deo: dum enim impii tolluntur è medio, dubio procul homines probi, et innocentes quietius multo, et tranquillius vitam degunt. Hæc eadem uerba dixit olim mihi fœl. record. Pius V. cum semel ex officio cõmendarem illi quosdam noxios et delinquentes, vel etiam dicere possumus. Dedi propitiationem tuam Aegyptum etc. hoc est neci, occisioni eos tradidi, ut tu popule mi dilecte, fieres mihi propitius, me coleres, me amares et præter me aliũ sequereris nemině, neq; ullus tibi foret impedimento: potest etiam dici si que olim peracta fuere meminerimus, nulli dubium Deum multa intulisse damna Aegyptiis, et vicinis eorum Aethyopibus, et Sabeis propter Israelitas: Percusit enim Deus primigenita Aegypti ab homine vsque ad pecus, et misit signa et prodigia in Pharaonem, et in omnes seruos eius, qui percusit gentes multas, et occidit Reges fortes etc. Omnes hæ expositiones meo quidě iudicio sunt perpulchræ, et satis rationabiles, et textui vulgatę editionis plurimum conuenientes. At si consideremus, et expendamus textum LXX. Interpræetum. psal. 134.

Alia et quidem facilis datur expositio iuxtà allegoriam, sic enim habet eorum textus, feci commutationem tuã Aegyptum, et Aethiopiam, et Syenem pro te q.d. non debes popule mi fidelis ac dilecte conqueri, vel indignari, quoniam quamuis plerisq; ex genere tuo á cognatione Abrahæ ceciderint ob impietatem, quam exercunt in filium meum Iesum Christum, cuius homicidę extiterunt, horum tamen loco, ac vice dedi Aegyptum, Aethiopiam, et Syenem per quæ tria genera locorum, siue nationum intelliguntur, et comprǽhědũtur omnes aliæ nationes gentium.

A Hoc etiam prædixit Dauid psal. 72. Reges Tharsis, et Insulæ munera offerent Reges Arabum, et Saba Domino Deo adducent. Saba fortassis est illa regio cuius Regina percelebri Salomonis fama commota perrexit ad eum videndum, colendum, et variis summisq; muneribus afficiendum. Quod si ad futura tempora Christi, et Apostolorum (vt par est) ea conferamus, nullam prorsus habent ambiguitatem. Psal. 72. 3. Reg. 10.

B Dedit enim Dominus Deus Ecclesiæ suæ sponsę ex omnibus gentibus collectę, et congregatę, in propitiationem et expiationem præteritorum delictorum, et loco eorum qui desciuerunt ab eo Aegyptum, Aethiopiam, et quascumque vniuersi orbis regiones, et populos, quos omnes acquisiuit prætio sanguinis sui, et suorum Apostolorum: qui quidem non prædicatione solum, et miraculis; sed eorum C Martyrio, cæterisque rebus ab eisdem mirifice gestis quam plurimos ad fidem Christi pertraxerunt, ex quorum numero fuere Processus, et Martinianus cum aliis quadraginta, qui (vt refert historia) Apostolorum prædicatione, et miraculis commoti, fidem Christi susceperunt, et diris cruciatibus vexati, mortem obierunt nihil vnquam dicentes et in ore perpetuo habentes, nisi; Sit nomen Domini benedictum. D Processus & Martinian.

Alii sic exponunt. Dedi propitiationem tuam. Aegyptum, et Aethiopiam etc. idest ero propitius Aegypto, et Aethiopię, et cęteris nationibus, quemadmodum et tibi, dum per veram fidem mihi fuerint incorporati. Aethiopia quidem per Matheum Euangelistam fuit Christo incorporata, Macedonia pariter et Iudæa, ut inquit Isidorus lib. de vita, et obitu sanctorum E cap. 78. Metaphrastes verò Syriam Superiorem iuxta Eufratem refert illi tributam. Et ne functiones et numina Apostolorum enarrantes primarios omisisse videamur, dicim⁹ quod D. Petrus princeps Sanctorum Apostolorum post Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, et prædicationem dis-

dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderunt in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bythinia, secúdo, Claudii anno pro expugnando Simone Mago Romam petiit, ibique viginti quinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuit, & pro fidei Christianæ denunciatione, & defensione, tandem in crucem actus mortem obiuit. Ioannes Zebedęi filius frater Iacobi migrauit in Asiam minorem, easque prouincias, in quibus etiam, & Petrus Euangelium prædicauit, Euangelicæ veritatis prædicationem exercuit. Andreas ad Scythas missus, deinde in Græciam, & Epirum venisse dicitur, & quidam alii referunt eundem in Cappadociam, Galatiam, & Bythiniam, & in plerasque alias prouincias deuenisse. quibus omnibus in locis longo tempore, prædicationibus, & miraculis intendens, tandem à proconsule Aegea in crucem est actus. Philippus Asiam superiorem Euangelio traditur excoluisse, demum Hieropolim profectus annos natus octuagintaseptem martyrium subiit. Thomas Apostolus, quamquis aliquando incredulus, & infidelis haberetur certior factus de filii Dei resurrectione, & eius diuinitate, ad Parthos profectus, ad Indos penetrauit, in Aetipiam quoque perrexit, & Persas, Medos, Bracmanos, aliasque nationes finitimas Christi Euangelium prędicando in locum Iudęorum, qui à Christo defecerunt, substituit, & suffecit. Bartholomeus in maiorem Armeniam profectus, Lycaonas eius prouinciæ populos ueritatem euangelicam docuit, & ad vitæ puritatem instituit, Albanos quoque fide Christiana imbuit, ceterioremque Indiam penetrauit. Iacobus Alphei frater Domini, idemque iustus appallatus non legitur in externas Prouincias fuisse profectus, sed cum creatus esset Episcopus Hirosolymorum, tandem & ipse ob confessionem verę fidei è pinna templi præcipitatus cõfractis cruribus, & fullonis fuste in cęrebro percussus interiit. Iacobus uero frater Ioãnis Baptistę ab Hærode Aggrippa cum fue-

A rit necatus nusquam gentium uidetur obiisse hoc munus prędicandi euangelium exteris nationibus: aliqui tamen dicunt eum in Hispania profectum, & illis, & occidentalium locorum populis euangelium prædicasse. Sed alii quidam hoc difficile admittunt, cum eius martyrium fuerit ante diuisionem Apostolorum. Quod autem profectus fuerit in Hispanias, dicunt hoc forte potuit esse immediate post necẽ D. Steph.

B Simon chananeus, qui, & Zelotes dicitur in Mesopotamiam profectus populis illis Euangelium nunciauit: In Persidem quoque abusse traditur: & quidam alii dicunt eundem Aegyptum, Affricam, & Britanniam petiisse, & ibidem Euangelium prædicasse, & quamquam inter Scriptores ueteres sit aliqua contradictio penes Affricam, Diuus tamen Augustinus alicubi affirmat affricanos ab Apostolis Euangelium accepisse. *Rom. ca.* [illegible]

C Iudas verò qui Thaddeus dicitur, ipse quoq; ĩ Mesopotamia Euãgelium prædicasse fertur, multaq; egisse in Arabia, & Idumæa, aliisque regionibus conterminis, & adiacentibus. Matthias uero, qui in locum Iudæ proditoris fuit subrogatus in Aethiopiam posteaquam primum in Iudea Euangelium prædicauit huius rei causa profectus esse traditur. *Tex. 5.* De Paulo autem uase electionis, non est quod quicquam dicamus deficiet. n. tẽpus si uolumus singulatim enarrare quæcumq; loca quascũq; regiones, & vrbes, quas ipse peragrauit, ut Christi fidem, & Euangelium prædicaret, non enim absque causa Doctor gentium fuit nuncupatus.

D Marcus autem Euangelista primus Alexandrię Christum nunciauit, ibique constituit Ecclesiam, qui etiam post prædicationem uerbi Dei martyrio fuit coronatus. ut Eusebius lib. 2. historiæ cap 14 testatur, & Nicephorus lib. 2. cap. 43.

E De Luca verò Euangelista hoc scriptum inuenimus, quod posteaquam Roma discessit, quo cum Paulo uenerat, primum in Dalmatia, ac Gallia, & in Italia pariter ac Macedonia Euangelium prędicasse legitur, & aliqui uolunt eundem Roma

eum discessisset in Orientem esse reuersum, rursumque Lybiam petiisse, Thebanos Christiana instituisse religione, atque in ultima senectute Deo reddidisse spiritum: nec desunt, qui eum corona martyrii decoratum esse voluerunt.

Quare quàm maxime potest gloriari populus Dei electus, quòd in locum eorum, qui ceciderunt, dominus Deus dedit propitiationem, Aegyptum, Aethiopiam, & Saba, idest, vniuersas ferè totius orbis regiones: Sed vehementer admiror in tot variis, ac diuersis, & maxime semotis, ac distantibus locis, & regionibus non habeatur quemquam discipulorum adijse vllam ex his, quę in nouo orbe nuper reperto inueniuntur, cum aliquę legantur tam latæ, tam amplę et spatiosę, & bonis omnibus fœcundæ illic reperiri, ut est regio Synarum, & ea quam vocant Chinam, & eæ insulæ quas uocant philippinas. Quamquam memini me legisse in quodam libello vbi agitur de situ, & moribus vnius regionis ex earum numero de quibus nunc loquimur, alicubi fuisse repertam, & perspectam imaginem statuariam cuiusdam mulieris in sinu, uel in græmio puerulum quendam gestantis, id quod nonnulli interpretantur fuisse imaginem Beatissimę Dei Genetricis, & alii volunt quodam in loco præfatę regionis sanctissimæ crucis signum reperiri, neque impossibile quicquam admittunt, aliquem ex discipulis Christi Iesu ad eas regiones peruenisse. At quia de re hac non habetur vllum efficax, aut apparens testimonium, Idcirco non est simpliciter, & absolutę admittendum. Verum nullus debet de hac re vehementer admirari, quandoquidem nondum est consumatum seculum, neque extremum finem habuit prædicatio euangelii, quod quidem Dei gratia, & benignitate, & quorundam hominum studio, ac diligentia multis in locis ante hęc tempora cæptum est prędicari, ac diuulgari, & notabile incrementum suscipere.

A Sequitur textus. *Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus, ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua &c.* q.d. tanti te faciam, & eo in prætio te, & res tuas habebo, ut reliquos omnes comptemnam, abiiciam, & nihili faciam, & quoscumque homines tibi collatos pro nihilo habebo, et pro quiete ac tranquillitate tua disperdam eos de terra, ut nomen eorum non memore-

B tur amplius. Sic quidem exponunt aliqui, ubi uidere est quanti referat esse uirum bonum, & totis viribus studere apud Deum gratiam promoereri.

Quidam alii secus exponunt, dabo (inquit Deus) pro te, & pro anima tua, pro tui conseruatione, & perpetua salute, dabo homines probos, ingenuos, & diuini verbi administros, ut te doceant, instruant, & manuducant, licet hic ponat dile-

C ctionem, tamquam effectum honorabilitatis, & existimationis, ac gloriæ, reuera tamen est causa, nisi pro dilectione velis accipere effectus ipsos dilectionis. Dicitur populus ille factus honorabilis in oculis Dei, per honestam conuersationem cum cæteris gentibus præbens exemplum bonorum operum, quod maxime decet, ne blasphemetur nomen Dei. Factus est gloriosus in oculis Dei per

D conscientiæ puritatem, unde de huiusmodi dicitur. Gloriosus apparuisti in conspectu Domini.

Nec sine mysterio primo Cant. Sponsus commendans sponsam suam, & magnificans eam, idest animam iusti. d. ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, pulchra videlicet interius, & exterius. Dicitur etiam populus Dei factus honorabilis, & gloriosus in oculis Dei per fidem, & ob

E seruantiam mandatorum eius. Et quid rogo erit incommodum, & parum concinnum pauca hæc verba tot laudibus, & encomiis referta in Christum Dominum ratione humanitatis assumptæ reiicere? namque de Christo homine verè dici potest à Patre ex quo honorabilis factus es in oculis

meis

meis, & gloriosus coram Deo iuxtà il lud psal. Gloria, & honore coronasti eũ Domine, & alibi propterea decorem induit te dominus ego dilexi te de quo supra dictum est. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.

psal. 8.

Et dabo homines pro te, & populos pro anima tua, hoc est adimpletum cum dixit ipsum audite: et Propheta ps. Constituisti eum super opera manuum tuarum, & alibi: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, & plurima huius generis loca testantur omnia subiecta fore sub pedibus eius, & eundem esse constitutum caput super omnem Ecclesiam. *Dabo homines pro te, & populos pro anima tua*, dabo, inquam homines, & quidem primarios, ac per multos in occisionem, ac internitionem, pro te, idest pro multiplicanda ecclesia, & fide catholica.i.ne ĩpediãt. Vel *dabo homines pro te*.i. qui tibi auxilientur, & faueant; *dabo homines pro te*; i. apostolos, & alios qui tibi prædicent, & annuncient veritatẽ. *Vel dabo homines pro te*.i. situ me adeò deserueris, & abnegaueris velut iumentũ et animal rationis expers; dabo homines.i. gentẽ quæ magis erit capax rationis, & iustitiæ. *Noli timere quia ego tecum sum, non te derelinquam.* Ego ero vobiscum (dicebat ipse) vsq; ad consumationem seculi. ero inquam tecum, vt comes, vt ductor, & adiutor: & præter hoc explicat aliud singulare beneficium ipsi eidem Christo, & sponsæ eius ecclesię à cælesti patre promissum.d. *Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te, dicam Aquiloni da, & Austro noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas*, idest animas quas ego creaui. meas .i. in obsequium meum; fecit enim Deus rationalem creaturam. ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Cur dicit Aquiloni da, & Austro noli prohibere? quia facilius qui premũtur aduersitatibus per Aquilonem designati à Deo cõuertuntur. Contra verò qui prosperitatibus affluunt per Austrum figurantur. Propterea inquit filios meos, & filias meas vt notaret qui sunt filii adoptionis, & sanctificationis, hi sunt filii Dei

Ibidem

Christus dedit homines pro Ecclesia.

Dabo homines pro te.

Tex. 2.

A effecti. Nota etiam considera in verbis, vniuersi orbis partes hic enumerari, p̃cipiens vnicuiq; istarum partium, et quicumq; degunt in illis, et versantur vt afferant, non prohibeant, non contradicant, aut detineant populos suos vtriusq; sexus conditionis, ac ętatis, quin possint accedere ad Christum Dominũ nullo prorsus hominum genere ab hac vocatione, seu accessione excepto, seu detẽto siue sit Iudæus, siue Græcus, quia
B nõ est acceptor personarum ipse Deus: Nam quemadmodum ipse Deus est indistinctim creator, & conseruator omnium, ità est pater, & Dominus omniũ, & singulorum hominum: nam idem Dominus in omnes, qui inuocant illũ. Notant aliqui satis eruditi, & in Geographia tantisper experti plagam Aquilonarem adduxisse in Ecclesiã Germanos, Gothos, Liuonios, & Moscuitas, & nonnullos ex Scytis: Australem regio-
C nem Aegyptios, & Aphros: Oriens quidem, & Occidens suos, & ipsi dedere sequaces: & famulos Christo Domino, & ipsi Ecclesiæ: ex Oriente iam patet quot homines prodierint, & prodeant quotidie, qui Christum Dei filium confitẽtur & eius fidem apprehendunt. Sed heu miseri, ò tempora calamitosissima, ò regiones perpetuo deplorandas, maxima quidem pars vniuersi orbis, et cuiuscumque ipsius mundi plagæ a Christi fi-
D de defecit, et per varias hæreses nunc Arrianam, nunc Sabellianã, nouissimè uerò Lutheranã Caluinianam, Anabapusticam, & plerosq; alias diabolicas nouitates gloriam et honorem iam pridem amiserunt, et abhominabiles factę sunt coram Deo Sed cur de Austro et Aquilone dicit Deus Aquiloni da, et Austro noli prohibere? ut scilicet ostendat se nunquam permissurum feros, et malos spiritus ad se venientibus
E impedimentum fore allaturos. Dum postea subdit. *Et omnem qui inuocat nomẽ meũ*, vide etquæso, & diligẽter cõsideras dicit omnẽ, qui dicit omnẽ nullũ excludit: omnem igitur qui inuocat nomen meum qui scilicet ex corde inuocat *in gloriam meam creaui eum.* gloria enim patris est filius sapiens, et preterea sũt creati, in gloriam Dei vt scilicet per

Rom. 10.

 eos

eos glorificetur Deus: creaui inquit eũ, formaui eum, & feci eum: quamquam inter ista uerba posit aliquid distinctionis admitti (ut supra diximus) verumtamen hic existimo ad maiorem expresionem, seu amplificationem diuinæ erga nos benignitatis posita esse. Sic enim Deus explicat in nos suã charitatem, & misericordiam, in eos inquam qui inuocant nomẽ suum, hi.n. sunt creati, formati, & facti, idest bonis omnibus ditati. qui verò contra, perpende quid dicat. *Educ foras popu'um cęcum, & oculos habentem, surdum, & aures ei sunt.* q.d. qui me videre, & intelligere detrectarunt, quiq; aures habẽt & me audire noluerunt, sed potius voci meę, & uocationi restiterunt, educ foras, idest eiice extra Ecclesiam, & societatem meam, & tandem à Beatorum consortio: habent enim oculos, & nolunt videre: iuxtà illud psal. 35. Noluit intelligere, vt bene ageret: sunt eis aures, & tamen nolunt audire.

psal. 35.

Dicuntur quidem oculos, & aures habere, quia optime intelligunt, & norunt quid eis facto sit opus, sed malitia, & iniquitate correpti quod norunt facere detrectant: & ob id dicuntur habere oculos, & tamẽ cęci nuncupantur, quod quidem non sint oculis, hoc est intellectu destituti, manifestum est ex verbis Saluatoris apud Ioannem. d Si cæci essetis non haberetis peccatum, sed quia dicitis quia videtis, ideo peccatum vestrum manet. Hanc eandem particulam Diuus Hieronymus, & Cyrillus, & quidam alii longe secus exponunt. Dicunt enim. Educ foras, idest depelle errorem, & cæcitatem illorum, neque vlterius permittas eos in tenebris delitescere: ob id inquit: educ foras populum cęcum, & oculos habentem, hoc est gentes, quæ hactenus fuerunt orbatę ac destitutæ lumine fidei, & veritatis. Nec solum de gentibus, verum, & de Iudæis hoc præceptum fieri opinatur Diuus Hieronymus qui quidem vocati fuere per Apostolos: primique ex omnibus crediderunt, & ad eos primum veritatem ostendi pręcepit Christus Matth. 10. d. Ite ad oues perditas domus Israel. Sed cuinam sit hoc pręceptum, & à quo? Dicit Glos. quòd verba sunt Dei patris ad filium, & consequenter ad Apostolos Christi socios, atque discipulos, & quamquam ista expositio facile posit admitti, mihi tamen videtur parum commodè huic textui posse aptari, propterea dicunt aliqui Deum loqui ad humanum genus ex quoquicumq; prodierint primo sunt cæci et surdi ad ea que spectant ad verbum Dei, quamuis habeant nares, & oculos.

Io. 9.

Matth. 10.

Osorius.

Sequitur deinde. *Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus.* Qua particula, Diuus Cyrillus vult prophetam cuidam dubitationi obuiam ire. Dictum est enim ab Oriẽte & ab Occidente, & à quacumq; mundi plaga congregandas esse gentes, & ab extremis terræ accessuros homines cuiusque status, & conditionis ad ipsum Christum: nihilominus iure dubitari poterat de tempore quo vaticinium istud fuerat adimplendum. Respondet, & occurrit huic dubitationi propheta his verbis. *Omnes gentes congregatę sunt simul* q. d. nondum aduenit tempus illud quod vaticinium istud est impiendum, sed futurum est quãdoque, vt omnes congregentur simul, & fiat vnum ouile, & vnus Pastor. Sed hoc erit in fine seculi, nunc verò congregatæ sunt omnes gentes, idest de omnibus gentibus aliqui accesserunt ad christum. Nec te perturbet prophetam vti verbo temporis præteriti, quoniam quæ penitus sunt futura, scriptura prophetarum, quasi iam sint facta nobis proponit: quemadmodum Esaias in persona Christi dicebat. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus verumtamen nihil horum factum est, nisi tempore pasionis, & cum ducebatur ad crucem.

Tex. 3.

Omnes itaque Gentes congregatę sunt simul, idest tempore præstituto congregabuntur, & reducentur in vnum, hoc est in vnam fidem, & in vnam spem, in quam vocati fuerint, nec solum

lum Gentes quæcunque, & cuiuscum que sint coditionis, verum, & tribus, idest duces, & capita aliorum: sic enim dicit Diuus Cyrillus. Congregabuntur inquit omnes gentes, nec id solum verum & ex his principes, ac populi duces, & misteriorum antistites, & qui olim errauerunt, & in profundis tenebris iacuerunt, diuinam lucem his qui per ipsos misteriis fuerint initiati præferent; cuiusmodi est quod Ecclesię Gentium dixit psal. 138. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius: Nam quemadmodum in maximis, ac profundis tenebris versati sunt tempore erroris, sic earum Ecclesia eximiè resplenduit, & supra naturam candida facta est, & illustris, vt verum omnino fuerit, quod dixit Paul. ad Rom. quinto. vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia.

Psal. 138

Rom. 5.

Deinde sequitur. *Quis in verbis annunciet istud? & quę prima sunt audire nos faciet*? idest quæ olim, & ab antiquo tempore prætererunt, & facta sunt? dent testes eorum, adducant testes fide dignos, & iustificentur, et com probetur eos esse preuios futurorum, & veraces dictorum; *& audiant, & dicant* q.d. si hoc fuerit euidenter ostensum, ut scilicet Dii gentium nouerint quæ á principio facta sunt antequam fierent, præuiderint etiam certitudinaliter quæcunque ex contingentibus futura sunt, afferant testes qui huius rei fidem faciant, & qui eos audiunt et sequuntur, iustificentur, idest iusti, & veraces habeantur, & audiant eos, hoc est Dæmones, & culto res idolorum, suosque prophetas, atq; diuinos, & dicant: vere. hoc est, hęc Idola, hæc symulachra verè sunt Dii, quod si non viderint hoc, & pro certo com pertoq; compererint, audiant, & dicant verè: verè quidem sumus decepti, verè fuimus allucinati cum hæc hucusque in persona Dei protulerit Esaias. nunc idem Deus pater conuerssus ad fideles, & in primis ad Christum seruum suum, et ad cæteros vates ab eo missos, et eius spiritu, ac numine afflatos, dicit hæc verba. *Vos testes mei* (dicit Dominus) vos inquam

A quos elegi, vt eatis, & fructum afferatis: vos quos proposui testes mihi futuros in Hyerusalem, & in omni Iudæa, et Samaria, vsque ad vltimum terrę, & seruus meus quem elegi, vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, *quia ego ipse sum, ante me non est formatus Deus, & post me non erit.*

Sensus horum verborum est, et prę B cipuus scopus ipsius prophetæ ostendere Deos gentium esse Deos fictitios, mendaces, nullam omnino quæ verè, & proprie Deo tribuitur proprietatem habere, & ea præsertim quæ soli Deo conuenire probatur, vt certitudinaliter futura præuideat & prædicat: propterea introducit Deum patrem alloquentem prius eiusmodi idolorum cultores, tam ex gētibus quam ex Iudęis: quandoqui- C dem (vt apud Hieremi. et Ezechielem facile videri potest) populus Hæbreorum non minus quam populus Gentium uenerabatur idola, & illis fidem adhibebat; quamquam multo plures ex gentibus quam ex Iudęis idola coluissent: propterea aduersus vtrosque eiusmodi sermo, seu potius querimonia per modum expostulationis dirigitur. d. *Quis unquam in nobis enunciet istud*? q.d. quis unquam D credidisset, aut imaginari potuisset hanc maximam rerum mutationem ut scilicet Gentes quæ erant alienæ á Deo, conuenerint, et accesserint ad eum, et fuerint coaptati in populum suum; et populus Iudæorum, qui erat sors Dei, et populus eius peculiaris debuerit aliquando esse abalienatus à Deo. Quis (quæso) uestrorum Deorum potuit unquam eiusmodi motationem præuidere: aut aliquando prædicere: propterea si nullum eo- E rum tale quid prædixisse noueritis, eos omnino abiicite, et eosdem nequaquam pro Diis uenereminí, sed ipsos, et eorum cultores ac ministros ueluti profanos, seductores et scurras habetote. Est profectò insignis fatuitas opinari simulachra Deorum aliquid posse cum ille qui fecit non habeat hoc posse, quique

nec illa quę habet, potest illis conferre, ut uidere, audire, loqui, et moueri, et consequenter turpissimum est illa uenerari, genuflectere, uictimas cedere, gratias, et auxilium petere, et qui illa fecerunt contemnere, et aspernari. Seneca in moral. sed dicet quispiā, nōne et nos imagines diuorū colimus, et veneramur, et corā illis genua flectimur? Sed diuersa est ratio, qua de re aliàs dicturi sumus. et conuersus postmodum ad fideles, profert ea verba quæ iam vos audiuistis, uidelicet. Vos testes mei etc. Et seruus meus quē elegi. vbi per seruū diximus intelligi Christū Dominū de quo aliàs dixit. Ecce seruus meus quē elegi posui super eū spiritū meū; et ca. 49. Magnū est (inquit Deus ad filium) magnū, inquā, tibi est vocari seruū meū licet nonnulli velint hoc loco intelligi ipsū prophetā Esaiā; cum postea dicit. *Vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipse sum.* nō absq; ratione fit ista uerborum inculcatio. nā vt dicit Cyrillus, per cognitionem habetur fides, & per fidem habetur cognitio, et intelligentia. iuxtà illud ex superiori capite. Nisi credideritis non intelligetis. quod autem per testes intelligendus sit Christus. et Apostoli, nulli debet esse dubiū. Christus n. apud Ioannē ita fatur. Ego testimoniū phibeo de me ipso, et testimoniū perhibet de me qui misit me, pater: dignus profectò est cui fides adhibeatur uox, et sermo Dei, et eius testimonium citrà omnē cōtrouersiā religiosè probandum, et suscipiēdum: prętere in rebus dubijs, ac difficillibus et nostro intellectui reconditis Christo loquenti firmam, & indubitatam debemus fidē adhibere propterea. d. Vt sciatis, et credatis mihi, et intelligatis, quia ego re uera ipse sum. de quo locutus est idem Deus Exod. 3. Ego sum qui sum, et qui est misit me ad uos. quòd verò veri prophetę, & Apostoli fuerint tęstes electi et ap̄pbati à Deo satis notum est: dixit. n. Christus apud Ioa. Vos testimoniū perhibebitis quia ab initio mecū estis. Cum postea ibidem subdit. *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit* Equidē certū est ante Deum viuum et æternum nullum esse formatum et

Exod. 3.

Ioan. 15.

A institutum Deum, et post me neq; etiā erit. Sed quomodo congruus est iste sermo et præsens locutio, qua dicitur ante me nō est formatus Deus, quasi velit innuere Deum esse formatum, siue factū, aut aliàs productū, siue constitutū: At sciēdum est primo hoc verbum, et hāc dictionem latius sumi, q. d. Nullus fuit ante me, qui me formare, aut producere potuisset, neq. ullus ante me potuit formari, & produci, quia ego sū primus
B et nouissimus: aut possumus hęc uerba referre ad Christum dominum, qui uidelicet ratione qua procedit à patre dicitur genitus, nō factus neq; creatus, et ante ipsum nullus dicitur genitus a patre, et solus ipse, secundum diuinam generationē, vel per modū intellectus, et naturę dicitur ab æterno genit⁹, et unā & eandē naturam cum patre habēs, et essentiam, et quæcunq; sunt in Deo, pręter ingenerationem, generationem, et
C processionem. At si Christus Dominus consideretur a nobis iuxta humanitatē assumptam, dici potest utiq; factus, et formatus, quamquam non ea ratione qua cęteri homines formantur, et fiūt, sed opera solum ac uirtute spiritus sancti, qui tamen secundum naturam diuinam est idem quod Deus, et unus Deus: Et quoniam ante ipsum nullus est ea ratione factus, neq. productus, ut Deus homo fieret, et uerbum carnē assumeret,
D neq; etiam ullis temporibus, et sæculis alius est futurus q̄ sic formetur, ut Dei filius. propterea si de ipso loquamur, uerissimum est quod dicitur ante me nō est formatus Deus, et post me non erit. Deinde sequitur idem ferè repetens, & confirmans.

Ego sum et ego sum Dominus, et non est absq; me Saluator. Hæc eadem uerba de eodē Christo Dei filio uerissime dici possunt quippequi est idem quod Deus
E imo ille ipse Deus, et vnus tantum De⁹ et non est absq; me saluans; quo dicto suam, et patris deitatem, et essentiam unā esse demōstrat, alioqui pater et spiritus sanctus nō saluaret, et si ipse quoq; non saluaret non esset Deus, quia saluare Dei proprium est. Et sequitur. *Ego annunciaui, & saluaui, auditum feci* idest iussi, et præcepi, aut potius

quo-

quorundam mentes, & animos dispo- A sui, vt audirent, dictis fidem adhiberent, & præstarent obedientiam, *& nō fuit in nobis alienus*, idest non fuit alius Deus, qui vobis annunciaret, & prædiceret quod futurum est, & ad uitam vocaret nisi ego: vel non fuit in uobis alienus. q.d. qui vobis veritatis, & salutis uiam præmōstrauit, qui vos saluauit, qui vobis legem dedit, non fuit in vobis alienus, non fuit inquam Deus recens, & quisquam, quem aliàs haud B agnoueritis, & cuius verba nunquam audieritis, qui multifariam multisquè modis locutus sum vobis in patribus: nouissime verò locutus sum in filio. loquitur hic Deus pater: At loquitur etiā & filius in quantum homo, & propriè quidem de se ipso dicit: non fuit in vobis alienus, naturam vestram assumpsi, & vobiscum sum conuersatus, & vestrarum passionum & infirmitatum, præter peccatum, particeps fui. Quare cū C non sim in vobis alienus, libenter & facile reiectis idolis mihi potestis credere, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt credatis, & cognoscatis quia ego in patre, & pater in me est: *vos testes mei dicit Dominus, & ego Deus, & ab initio ego ipse*, videlicet sum, *& nō est qui de manu mea eruat: operabor & quis auertet illud?* ab initio quidem, idest ante omnem diem, & post omnē diem sum, & nulla temporis, aut loci dif- D ferentia circumscribor. Non est qui de manu mea eruat, quia scilicet si voluero quemquam perdere, & è medio tollere, si quem etiam voluero saluum facere, & de manibus impiorum eripere, nullus poterit quibuscunquè iuribus, aut machinis impedire, aut auertere, quoniam omnia quæcunq; voluit dominus fecit in cœlo, & in terra, ut habetur in psal. 113. Et rursus eadem

psal. 113. verba repetit, & quasi contestatur Iu- E dæos, & quoscunq; rebelles, & incredulos, qui praua, & peruersa opinione imbuti, existimant præter vnum Deū viuum, & verum alios esse Deos: Pro

Tex. 3. pterea. d. *Hæc dicit Dominus redēptor vester sanctus Israel*, qui. s. sanctificat populum Israelem. & pro sancto & pro numine sacro olim habebatur a populo

Israel. Vt autem facilius ab eorum opinione qua tandiu fuerunt detenti, & miserabiliter seducti, quæant amoueri, cō memorat ipse Deus singulare quoddā iam pridem in eos collatum beneficiū, ut eius recordatione confundantur, & in eorum peruicacia erubescant, & obstinatione persistere, & quam citius reuertantur ad Deum, ne tanquam perduelles, & ingrati ab eo seuerissime puniantur: Dicit ergo, *Propter vos, ò Iudæi emisi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Caldeos in nauibus suis gloriantes.* His verbis duo magna, & vehementer admiranda commemorat Deus beneficia: Primum quidem quo Babylonem euertit, & de illa dura captiuitate populum suum liberauit. Reliquum dum submersit Pharaonem, & Ps. 106. exercitum eius in mari rubro, & adduxit populum suum per desertum, vt iret in ciuitatē habitationis, pro quo suscepto beneficio hortatur eos propheta. d. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. & psal. 135. vbi manifeste satis, Ps. 135. & sine ullis ambagibus, explicat propheta immensa, & inexplicabilia eius beneficia ob eius pietatem, & misericordiam præfato populo toties collata, & demōstrata: propterea monet ibi propheta. d. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius: confitemini Deo Deorum, & Domino Dominorum, qui diuisit mare rubrum in diuisiones, & eduxit Israel per medium eius, & qui traduxit populum suum per desertum, & quam plurimos eiusmodi fauores, & beneficia apposito semper hoc epiphonemate, quoniam in æternum misericordia eius: Dicit hoc loco D. Thomas maius miraculū, & multo mirabilius fuisse, de Aegypto populum extrahere, & eumdem per mare rubrum absq; vllo incommodo, & uitæ periculo educere, quam eiusdē liberationē de captiuitate Babylonica: minus tamen beneficium præponitur maiori, quoniam potentiores fuerunt ipso Pharaone reges, de quorum potestate liberauit populū suum: quemadmodum constat ex historia, quæ habetur in sacris literis: ex-

citauit.n.regẽ Persarũ, & Regẽ Medorum, vt obsiderent Babyloniam, quam ita expugnarunt, & euerterunt, ut principes omnes, & hi quibus maxime confidebant Babylonij, interierint. & quæ pro illius vrbis defensione munitiones, & propugnacula extructa fuere, ad terram deiecerunt: similiter, & Caldei qui in multitudine, & apparatu magno suarum nauium, & triremium gloriabantur, fuerunt è suis sedibus deiecti, & gladio perempti: hoc voluit innuere propheta in Dei persona loquens, cũ inquit. *Emisi in Babylonem, & Detraxi vectes vniuersos, et Caldeos in nauibus suis gloriantes*: nam quemadmodum vectes muniunt, & claudunt portas, ne vllus domum ingrediatur: sic principes, et uiri fortes sunt quasi vectes, quibus muniuntur urbes, & in tuto statuũtur. Per caldeos in nauibus gloriantes iuxtà sensum allegoricum intelligimus ipsos Dæmones, qui ĩ nauibus gloriãtur, hoc est in uolubilitate, et instabilitate hominum, qui facile hac, atq. illac à uarijs uentorum pulsibus impelluntur et se iactari, & tãdẽ aliqñ ꝓsterni patiũtur Quæ oĩa si referãtur ad tẽpora nouæ legis, qđ qdẽ fieri debet, qm̃ oĩa ĩ figura cõtingebãt illis, extimem⁹, et credamus Deũ opt: max. alloqui Apostolos, & quoscũq; hoẽs ĩ Xp̃m crediturος, quasi dicat, pp uos ò Apostoli, et fideles mei emisi in Babylonẽ Medos, & Persas, & detraxi vectes vniuersos, hoc est fregi & ad terrã deieci portas Babylonicas, & deleui Caldeos, qui potentissima classe, & magno imperio gloriabãtur, i. fregi, ac deuici dæmonũ potẽtiã, ut qui erant ab eo in captiuitatẽ ducti, & subeius tyrãnide detinebant᷑ mea virtute liberati, & vestris p̃dicationibus, ac hortationibus admoniti ad Dominum suum conuertantur. *Ego Dominus, sanctus vester, creãs Israel, rex vester*: ego. s. qui vos sanctifico, & creans Israel rex vester sum: Quòd si dicas Israel rex vester per Israel, vel intelligas ipsũ Christum, qui de semine Israel descendit secundum carnem, vel quòd Israel dicitur rex populi Dei, non quidem ita quòd Israel, qui vocatus est Iacob fuerit unquam Rex populi Dei, sed quod ex his qui ab eo descenderunt aliqui regnauerunt in Israel; sed longe meli⁹ est per Israel hoc loco intelligere Christum Dominum, qui de se ipso dicit. Ego constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius. Sed ualde mirum quòd toties propheta ex persona Dei repetit eadem verba, v 3. Ego sum Deus, ego sum Dominus, ego sũ, non est alius ante me, neq. post me; & mox dixit. Ego dominus sanctus vester creans Israel &c. Dicunt quidam fuisse intentionem ipsius prophetę imprimere in mentibus quorumcumq. & pręsertim Iudæorum nullum alium esse Deum pręter ipsum, neq. in quouis alio numine, quodcunque sit illud confidẽdum, & vtitur figura que vocatur diasaphasi, cum scilicet volumus non solum imprimere, sed modo quodam audientem cogere, vt velit nolit intelligat, & credat quæ dicuntur, neque possit vllo modo non credere, aut intelligere quæ sibi proponũtur, sic facit hoc loco noster Esaias. Et verè quidem magna, & valdè detestabilis est cordis nostri durities, & socordia, qui toties admoniti, & certiores facti nullum alium esse Deum, ac Dominum nostrum creatorẽ, et benefactorem nostrum, in aliis rebus vanis, & caducis spem nostrã collocamus, neque ipsum, vt par est veneramur, & colimus: Quare etiam hoc loco eandem protestationem adducit, ne quis decipiatur, aut detrectet quę dicuntur credere: sic enim dicit. *Hæc dicit Dominus qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam; qui eduxit quadrigam, & equum, agmen, & robustum simul, obdormierunt, nec resurgent, contriti sunt quasi linum, & extincti sunt.* Tex. 4. Hęc recenset propheta, quo ostendat ipsis Iudęis ipsum Deum eum esse, qui tot mirabilia in eorum commodum fuit operatus, quique etiam longè maiora poterit operari q d, non sum ex eo tempore quo hæc feci, factus quicquam impotens, nec minus ea præstare possum quam fecerim à principio, nec noua est hęc mea cura, qua vos seruem, & pro vestrum omnium salute meam vniuerso orbi virtutem, ac potentiam demõstrem. Et quamquam his temporibus in

in mari viam, & in fluminibus, ac impe A tuosissimis torrentibus semitam videre non liceat, nec manna de cœlo nutriamini, neq; de petra aquam scaturire quis videt, aliis tamen rationibus longe potioribus suam nobis Deus virtutem, ac misericordiam ostendit, cum dicit. *Omnes simul obdormierunt*, Idest fluctibus maris immersi periērūt, *nec resurgent*: bifariam potest intelligi, vel quia perpetuo, & sempiterno somno defuncti non resurgent, idest erigi B non poterunt vt.s. possint amplius Israelitis negocium facere, vel non resurgent. vz. ad vitam cœlestem, & beatam, non autem, vt nunquam omnino resurgant, oēs quidem resurgemus inquit Apost. Cum postea dicit. *Contriti sunt, & extincti quasi linum*: in breui quidē temporis spatio, & in puncto, atq; tēporis momento exciderunt: linum enim nec dum igne correptum pro leuitate substantiæ suæ statim extinctum in fa- C uillam dissoluitur Vbi nota omnem iram vel indignationem hominum, rabiem, & furorem apud Deum lino fumiganti comparari, quia tam facile hominum ardor extinguitur, quàm linū fumigans modica aqua respersum, sic etiam omnis eorum prosperitas, & fauor cito extinguitur, & truncatur velut linum; Vide vltimū caput Iosue. Et ne quis (vt dixi) existimet Deum aliquanto post priora tempora impotentiorē, D aut imbecilliorem effectum: subdit, & inquit. *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc*.i. non diu, neq. longè post hoc tempus: citius multo quàm mens humana queat cogitare, quæ facio noua orientur, vtiq; cognoscetis ea: *ponam in deserto uiam, & in inuio flumina*. Varias habet hæc particula expositiones, sed tandem omnes in idem recidunt. Prior ergo expositio est, qua fit compa- E ratio mirabilium operum, & prodigiorum, quæ fecit in terra Aegypti, in terra Caldeorum, & aliorum potentatum ad ea quæ facturus est in nouo testamēto, volens innuere, se nouas leges instituturum, & nouos ritus in Ecclesia gentium positurum, quandoquidem lex, & prophetæ duntaxat usq; ad Ioannem.

Sed cum ipsemet explicet quæ postmodum est facturus cum inquit. *Ponam in deserto uiam, & in inuio flumina*, non est opus aliud quærere, & circa alios sē- sus perperam vagari, hoc est illud mirabile quod se nuper facturum pollicetur, quòd vz. ponet in deserto uiā.i. in cordib⁹, & mentib⁹ gentiliū qui sunt veluti quoddā desertum oī vera bonitate ac virtute destituti, & in quibus nullus apparet transitus, nec expeditum iter ad veram patriam accedendi: ponam igitur inquit Deus viam, idest præbebo modum, & rationem, qua & ipsi possint salutem adipisci, iuxtá illud. ps. 50. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur: Hæ autem uiæ sunt probitas, iustitia, & sui ipsius abnegatio, quas quidem vias non ex nobis ipsis, sed ex Dei gratia, & spiritus sancti ductu reperimus & ambulamus: *& ponam inquit in inuio flumina*, hoc est in regione arida, & inaquosa, solisq; ardoribus adusta fontes, & flumina prorumpent, & omnes agros inundabunt: quēadmodum saluator dixit, & spopondit, vz. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius iam pridem arido, & exiccato fluent aquæ viuæ, hoc autem interpretatur Euangelista dictū de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: sic quidem ista capiuntur, & non vt perfidi Iudæi falso imaginantur, cum pertinaciter asserunt hoc vaticinium fore adimpletum cum Domin⁹ Deus traduxit populum suum per desertum, & percussa petra fluxit aqua, & torrentes inundauerunt; quandoquidē hæc sunt beneficia antiqua, & priora; quorum non amplius meminisse, ac intueri monemur, quoniam multo maiora sunt, quæ postea futuris temporibus Deus nobis cōtulit beneficia; interquę primo omnium loco dominicæ incarnationis misterium est collocandum: quandoquidem per desertum, hoc est per locum inusitatum, & itinere penitus deuio, Deus venit in terrā, vt.s. nasceretur de virgine, & nobiscum versari dignaretur: nec dicas, ò Iudæe prophetam fuisse mendacem, quoniam dixit quæ nuper est vaticinatus nunc oriri, & nunc esse futura, & quòd ipsi vtiq; cogno-

Ps. 50.

Ioan. 7.

cognoscent ea; sic enim habet textus, *Ecce ego facio noua, & nunc orientur*, idest non multum temporis intercidet, & vos vtiq; cognoscetis ea, quoniam tametsi post multum tempus debuissent oriri & in actum deduci, quia tamen mille anni apud Deum sunt tanquam dies externa quę præterijt, & quæ prędicit Deus sunt omnino futura, nec aliter esse potest: dat enim Deus virtutem voci suę ideo uerè dixit propheta nunc orientur, & vos cognoscetis ea.i.filij vestri qui ex vobis nascentur. Et vos quoq; præsentes cognoscetis ea, si prophetarum vaticinijs attentiori animo, & puriori corde volueritis fidem adhibere. Aliqui secus exponunt, sed hoc satis. Deinde prædicit Esaias ex persona Dei cætera quæ sequuntur, v3. *Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones; quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo &c.* Nulli dubium harum bestiarum nomina metaphoricè capi, ut per bestiam agri intelligamus homines feros, & inhumanos, qui nullum habent pietatis, & humanitatis affectũ, velut exleges, & sine Deo, & hi rectè bestiis agri cõparantur velut hi, qui solitariè degũt, & nihil n. si fruges, & herbas depascũt, hoc est cibos insalubres, & crudos, idest scientias, ac doctrinas nullum spiritualem fructum afferentes instruuntur, & erudiuntur. Per Dracones & structiones intelligendi sunt homines maligni, insidiatores, & hipocritæ, qui sunt semper ad mala proclines, & malorum inuentores. Alias habent hæc nomina similitudines, & transumptiones, sed hæc nobis in proposito videntur esse satis. Verum enimuerò eiusmodi homines, qui erant iamdudum velut bestiæ agri, & quemadmodũ Dracones, & structiones; per prædicationem Euangelij mirumimmodum assuescent cibis spiritualibus, reiectis, & prorsus abnegatis doctrinis Demoniorum, & mansueti reddentur, & delectabuntur in multitudine pacis. Dedit ĩ deserto aquas, & flumina in inuio, quæ quidem non corpora, vt prius, sed animas sitientes reficient, & implebitur illud quod supra dictum est. Bibetis aquas de fontibus saluatoris: adimplebitur etiam, quod alibi aliàs dictum est. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes; ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiã in riuos aquarum &c. quæ dicta sunt capite 41. & ps. 16. Ps. 16.

Si quis fusius, & apertius huius metaphoræ, & similitudinis significatum velit accipere, legat D. Greg. lib. 31. Mor. cap. 5. vbi loquitur de structione, de Dracone, & cæteris animantibus, quibus planè erant in moribus valde similes ipsi Gentiles ante receptam fidem.

Dedi inquam, *in deserto aquas, flumina in inuio, ut darem potum populo meo electo meo*. dedi inq̃ potũ. i. abundantiã donorum spiritualium populo meo electo meo, idest populo quem elegi. iuxtà illud Ecc. Cibauit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum; & qui biberit ex hac aqua non sitiet in æternum. Nec fallantur Iudæi, et quicunq; Iudęorum fantasijs arrident: non sunt enim populus ille electus, quia non sunt omnes ipsius Dei neq; etiam populus gentium, sed quicunq; fuerint ab eo iustificati, et ad ęternam vitam electi, illi sunt populus Dei, de quo populo loquitur nunc ipse propheta (sicut diximus ex persona Dei; *populum istum inquit, formaui mihi, laudem meam narrabit*: populum in quam istum, quem præ cæteris mihi formaui, idest erudiui, et coadoptaui, et iuxtà votum, et voluntatẽ meam institui, formaui inquam, hoc est similitudinem virtutis meæ in eius mente impressi, ac eum deduxi in fidem et credulitatem omnium operum, et actionum earum quas ego in gloriam meam, et ipsius salutem sum operatus, et iste populus sic electus dispositus atq; instructus laudem meam narrabit, me glorificabit. iuxtà illud ps. laudationem Domini loquetur os meum: hoc autem dicit Dominus vt excludat tacitam obiectionem, & murmur Iudæorum, quo conqueri possunt, et dicere nullum esse opus alias gentes ad Christum afferre, et eidem coniungere, cum adsit populus ille, quem tu à principio elegeras, quem tu pro tua voluntate formaueras

Eccl. 10. Ps. 144

maueras

maueras, cuiuè legem dedisti, et cuius tot sunt promissiones factæ patribus antiquis; cui murmuri obuiat ipse Deus, et satisfacit. d.

Tex. 5. *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel*, q. d. etsi quandoq; me fueris deprecatus, & tuas orationes ad me direxeris, nihil tamen profuerunt, neque me tantillum commouerunt. *Non obtulisti mihi Arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me*. i. q̃uis hostias & oblationes afferres, nullum B tamẽ honorẽ inde excepi, quia scilicet non erant facta in fide, neq; cum puritate et sinceritate cordis. *Non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi prabui in thure; non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non ebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, prabuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis*.

Pulcherrima certè, et iustissima est hęc querimonia, et exprobratio, quam C facit hoc loco Deus aduersus Iacob, et Israel secundum carnem. q d. ó popule Israel; non est quòd conquęraris, neque susurres, quòd populum mihi formauerim, qui narret laudem meam, propterea quòd tu Iacob, et Israel nõ inuocasti me, non collocasti fiduciam tuam in me, sed in ritibus, et ceremonijs legalibus, et plerũq; etiam in Idolis, et symulachris, et nonnunquam, imò sępè, ac frequenter in viribus, et virtuti- D bus tuis, ac sapientia tua, quòd si quandoq; inuocasti me, non id ex fide, ac recta intentione, sed ob tua commoda temporalia egisti; neq; vt mihi inseruires, aut me diligeres, et coleres, nequè magno in pręcio haberes id fecisti: uel non inuocasti me Iacob, idest me solũ et vnum, verumetiam mundum, et carnem, et quod his deterius est, Dæmonẽ ipsum in idolo latentem, id quod fa- E ciunt qui Deo simul, et mammonę inseruire uolunt. Non ergo me inuocasti Iacob, nec elaborasti in me Israel, idest non multum es defatigatus, nec multũ opere prębuisti in me colẽdo, mihi inseruiendo, et precepta mea custodiendo; hoc ipsum est quòd vulgo dici solet, dum alicui plus debito suum obsequium, et seruitutem inaniter ia-

A ctanti in faciem volumus resistere, sic etiam dicit Deus per prophetam, quamuis hostias et oblationes offerres, nullum tamen honorem, ac suauitatis odorem inde excepimus, quia non erant factę in fide, et sinceritate cordis et animi.

Quòd si ad altiora misteria uolumus hæc uerba, et hanc Dei exprobrationẽ referre, sic erunt exponenda. *Non me inuocasti Iacob*, idest cum mihi bestiæ agri benedicerent et nomen meum, laudarent. i. cum Gentes quę velut bestię agri prius habebantur, ad me confugerent, et á me auxilium expeterent, tu non me inuocasti, sed potius me aufugisti, et prorsus te alienare noluisti. *Nec laborasti in me Israel: Tu Iacob*, qui posteaquam mecum luctatus fuisti alio te nomine nuncupaui, et non absq; misterio dictus es Israel, quasi Deum uidens, non laborasti in me, idest noluisti ob nominis mei defensionem quicquam pati, et martirium subire, sed potius contra me erexisti faciem tuam, et uoces aduersũ me extulisti, clamãs alta uoce. tolle, tolle crucifige eum: nõ igitur me inuocasti, nec in me, siuè propter me quicquam laborasti, usus præterito pro futuro.

Deinde *non obtulisti* inquit Deus *Arietem holocausti tui*. & cętera usq; ad illud punctum: *Ego sum ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me*. His verbis, & hac oratione Deus exprobrando, & expostulando cum Iudæis, qui gloriabantur se esse populum Dei electum, & sacrificijs & oblationibus diu inseruiuisse in templo Dei. demõstrat ipse Deus non accepisse eorum victimas, & sacrificia, quemadmodum primo cap. huius libri dictum est Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum, holocausta Arietũ, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, &c. quæ in eo capite habentur, poteris huc in huius intelligentiam affere, & alibi: sacrificium, & oblationẽ *ps. 39.* noluisti, aures autem perfecisti mihi: holocaustũ pro peccato non postulasti, & ps. 49. Nunquid manducabo carnes *ps. 49.* Thaurorum, aut sanguinem hircorũ potabo?

potabo: immola Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo uota tua. & ps. 50. Si voluisses sacrificium, dedissem vtiquè, holocaustis non delectaberis. sacrificium Deo gratum est spiritus contribulatus, non spiritus tumens, & inflatus, & de suis meritis quicquam præsumēs: neq; oportebat laborē, & operā ī thure mihi adolēdo īsumere, quoniam incensum abhominatio est mihi. Cum postea subdit. *Non emisti mihi argento calamū, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me.* i. non fuere tot sacrificia, neq; tot adipes pinguium, neq; multas pecunias insumpsisti, quo odores, & suffitus coram altari meo faceres, vt eorum fumo me inebriares, & satiares, sed obedientiam quæ est supra sacrificium, & humilitatem illa volui, illa quæsiui. Quid per calamū hoc loco Esaias intellexerit non satis constat. Quidam enim per calamum à parte totum intelligūnt omne genus aromatis, quo vna cum thure, & storace, & alijs huiusmodi suffimentis in sacrificijs vti solebāt; quidam verò pro tota illa cōmixtura olei, quæ deseruiebat ad tabernaculū, & archam foederis īungenda. Glo. per calamum hoc loco intelligit surculū, siue ramusculum cuiusdam arboris aromaticę, quo vtebantur in sacrificijs.

Ps. 50.

Calamus quid.

Lyranus opinatur calamum unam de quatuor speciebus aromatis, quæ ponebantur in thymiamate prophetam intellexisse. Alij putarunt calamum esse illud genus aromatum, quòd nos vocamus, cānella, aut etiam saccarum, cum calamus sit species quædam arundinis, vel cannæ de quo sumus loquuti in præcedenti capite, Mistice tamē his loquitur Christus & conqueritur, quòd ille populus olim electus non emerūt ex argento calamum, i. non eius virtutem, gratiam, & benignitatē cognouerunt, & prędicarunt. Renuit ergo omne genus sacrificij thuris, & incensi, & cuiuscunq. operis, & officij, quo ipsi utebantur ad placandum Deum · quoniam ob rationes iam dictas Deo non placebāt. Propterea d Deus Vos mecū non egistis ea ratione, quam a uobis exposcebam veruntamen inquit ipse, *seruire me fecisti* ò Iacob, ò populle Hæ-

A breorum *in peccatis tuis; præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* q. d. non solū ego uos nō coegi, nec institui, vt mihi seruiretis in huiusmodi sacrificijs, sed nec uos ea obtulistis, & perfecistis, quēadmodum fieri oportebat. veruntamē me seruire fecisti in peccatis tuis. i. tantum & taliter, ac tam diù me offendistis, et peccata super peccata addidistis, quòd velut seruum emptitium fecistis me seruire, hoc est cum labore, et patientia magna illa sufferre, et sustinere,

B quousq; ad uos ipsos reuerteremini, et nihilo minus in eadem semper duritię, et mentis pertinacia permansistis. De hoc eodem labore, et negocio, conquerebatur Deus primo cap. d. Sacrificia vestra facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens, idest magno cum labore, ac difficultate sustinui tot scelera, et peccata uestra. Hæc quidem est expositio horum uerborum quo ad literam, sed

C interius speculantes, volunt hac exprobratione Deum, non solum aduersus Iudęorum ingratitudinem grauiter inuehi, et indignationem ostendere, sed innuere veteris legis exclusionem, & legis nouę tempus affuturum: possumus etiam eadem verba interpretari, quòd non Iudęi solum, sed et nos omnes, coegimus Dominum seruire in peccatis nostris: quandoquidem ipse vulneratus est propter peccata nostra,

D et attritus est propter scelera nostra, et hoc pacto prębuimus ei laborem in iniquitatibus nostris penitus abolendis, et amouendis. Nec nisi de Christo Domino suū carnem isthęc sunt intelligenda, qui quidem formam serui accepit, et in passione sua sustinuit laborē pro expiandis peccatis nostris, et Hierem. Threnorum 4. inquit. Dominus captus est ī peccatis nostris, hoc est deprehensus est ita ut non potuerit effugere, aut se excusare, quin pati debuerit, cum propter nos, et propter salutem nostram, humanam carnem susceperit, cuius imperiū super humerum eius, idest qui super humerum suum suscipere voluit ac ferre peccata populi. Potest etiam dici quòd Iacob, et Israel idest populus Iudęus secundum carnē seruire fecit Christum in peccatis eorum,

Tren. 4.

E

rum, quia fuit affectus ab eo, et sublatus in crucem, quę pœna erat seruorum, et vilissimorum mancipiorum: vel dicitur seruiuisse in peccatis Iudęorum, quia sicut ouis ad occisionem ductus, et quemadmodũ seruus traditus Romanis se eorum potestati subiecit: quemadmodum ipse respondit Pilato .d. Nõ haberes in me hanc potestatem, nisi data tibi esset desuper: veruntamẽ hęc est hora vestra, et potestas tenebrarũ. Seruiuit ergo Christus Dominus ĩ peccatis nostris, et prębuimus ei laborem in iniquitatibus nostris, vt rectè dixerit per proph. psal. Pauper sum ego, et in laboribus à iuuentute mea humiliatus sum & conturbatus: ipse inquam per tot annos, vsq; ad mortem patienter tolleranit tot labores, miserias, et afflictiones, et contradictiones, vt nos à morte liberaret. et ego vnus ex illis sum, qui cum Sacerdotio fungar, non ea veste sum indutus, quam Deus per prophetam nos indui aliquãdo pręcepit .d. Sacerdotes tui induantur iustitiam: at ego sum hac veste prorsus nudus, ac denudatus, et iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, et sicut onus graue grauatę sunt sup me. Neq; me q̃so, quisquam reprehendat quod peccata mea tam libere confiteri audeam, quoniam ut inquit D Ambrosius lib. 2. de pen. cap. 6. Delictorum nostrorum memoriam recensere tanquam opprobrium, non erubescamus, nõ uelut quãdam gloriam prędicamus, sed tanta fiat conuersio, ut qui Deum non agnoscebamus ipsi eum alijs demostremus, et c. Propterea rogo te clementissime Deus, me quoq; patienter sustineas, & peccata mea deleas, nanq; si iniquitates obseruaueris, domine, quis sustinebit? quare præcor cor mundum crees in me Deus, & spiritum rectum innoues in visceribus meis; nequè proijcias me à facie tua, neq; spiritum tuum auferas à me Non enim est alius præter te: tu enim dixisti. Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud.

Propterea ad te confugio, & supplex rogo, posteaquam per Esaiam prophetam dixisti. *Ego sum. Ego sum ipse, &*

Tex. 6.

A *non alius præter me, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum nõ recordabit.* Quare non est putandum quòd neq; Idola, neq; victimæ, & sacrificia neq; priscorum patrum sanctitas sufficere queant ad expianda eorum peccata, sed sola Dei bonitas, & misericordia: & propterea repetit, & ĩculcat eadem verba .d. *Ego sum. ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas &c.* ne quis fallatur, & existimet aliunde fore

B ablutionem peccatorum. dicit. ego deleo non simpliciter absoluo, & remitto, sed deleo, penitus aboleo, ut nullum prorsus remaneat vestigium: abolere namq; est id quod dicimus rudiori uocabulo, scancellare, abradere, nam q̃n nos peccamus, & vel, cogitatione, verbo, aut opere contra legem Dei quicquam admittimus, nos facimus pagellam, seu Chirographum quo Demoni deuouemus animas nostras, & donec

C fuerit Chirographum istud deletum, semper obnoxi sumus, et obligati ipsi Demoni, et consequenter damnationi mortis æternę: Hoc autem Chirographum, et hanc pagellam seu instrumentum quo nos ipsos Demoni vẽdidim⁹, Deus, et Dominus noster sua passione deleuit cruci affixum. Vnde et Paulus Apostolus. ad Eph. 2. hoc singulare, et inexplicabile beneficium commemorans sic habet. Deus qui diues est in mi *Ephe. 2.*

D sericordia propter nimiam charitatem suam, non propter victimas, et sacrificia, qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis, et conresuscitauit, et consedere fecit in coelestibus in Christo Iesu. quibus verbis q̃dam arbitrantur ostendi gratiam nobis factam per Christum, ut à triplici morte liberemur. v3, à morte qua anima separatur à corpore, et qua anima separa-

E tur à Deo, et qua vtrumq; v3. corpus, et anima detruduntur in infernum. Et propterea inquit. Deleo iniquitates tuas propter me. i. non ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed ut .d Paul. propter nimiam charitatem suam, uel secundum suam misericordiam; vel propter me. i propter gloriam meam: quandoquidem videbatur valde indecorum

eorum, et à diuina uirtute et maiestate A satis alienum creaturam tam nobilem utpotè factam ad imaginem, et similitudinem suam sub seruitute Dæmonis fore constitutam: propterea dicit. Ego sum. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. ego sum. ego sum velut agens principale, et primum efficiens et ex me ipso operans, qui deleo iniquitates tuas propter me, et non alius sub hoc titulo, et forma. Sacerdotes namq; delent, et ipsi iniquitates, & peccata B nostra, sed non ut agentes principales, et primariam authoritatem habentes; sed velut ministri domini, quorum uerba in sacramentis tanquam instrumenta operantur in virtute diuina, quę ea est, quę interius operatur, in omnibus signis sacramentalibus, siue sint res, siue uerba, ut ex D. Tho. multis locis habetur, et pręsertim tertia parte, q. 84. Deinde quis dicet. Si Deus est qui delet iniquitates nostras, quomodo ergo C dicitur Apoc. 1. quod Christus lauit nos à peccatis nostris ī sāguine suo? Dicas quod Christus, secundum quòd homo, et ratione qua humanitas erat instrumentum diuinitatis, et unita diuinitati, habuit uirtutem dimittendi peccata. Cū ergo fuerit deletum istud Chirographum quod erat contrarium nobis, conuertamur nos ab omnibus iniquitatibus nostris, ne rursus deprehendens in nobis Demon maculas D peccatorum, expostulet aliud Chirographum, quando & securi sumus, eorum peccatorum quæ iam sunt deleta, Deum non amplius memoriam vllam habiturū: sic.n.dicit. *Et peccatorū tuorū non recordabor*, quod quidem maximā nobis debet afferre consolationem: nō enim Deus tantum delet iniquitates nostras, vt nos puros reddat, & immaculatos, quod omnium certè maximum extat beneficium, sed diuinæ etiam natu E ræ nos facit esse participes.

D. Tho. 3.p.q 84

Apoc. 1.

Deinde sequitur. *Deduc me in memoriā, & iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificeris.* q.d. tu Iacob. vel Israel existimatis me vobis grauem iniuriam inferre, quòd vobis reiectis, & abscissis, Gētes ad me trahā, *reduc me in memoriā*, idest fac ut mihi suggeras, & in memoriam reuoces, si quid est quod facere potueram vobis & non feci, vel mihi efficaciter demonstres, si quis alius est, q tibi peccata cōdonare quæat, aut si qua alia est uia, qua præter me tu possis iustitiam adipisci, & iustificari, aut iustus haberi; iudicemur simul, ad iudicium conueniamus pariter, & *tu si quid habes ut iustificeris*, vt rationem videaris habere, narra, deprome, & in medium adducas; quæ verba nonnulli opinantur dicta per Ironiam, ut s. propheta eos illudat, & ostendat eos nihil usquam habere quo causentur erga Deum: sed cū vocētur ad iudicium, periculum est ne ipsi succumbant, graue quidem est Dominum ex se ipso, & de se postulare, & exquirere contra hominem iudicari. Quid enim respōdeas ei qui tibi vniuersa contulit? qui te creauit, & condidit, & te suo sanguine redemit, tu autē tradis te Demoni ut seruias, tui pariter et eius inimico? ille tibi omnia peccata dimisit, & tu grauiora committis? vocaui te in iudicium & veniens quid quęso, poteris respondere? Propterea rogandus est Deus ne intret in iudicium cum seruo suo, quia non iustificabitur in conspectu tuo oīs uiuens. D. Greg. 25. mor. c. 6. sic habet, Narra si quid habes vt iustificeris, quia .s. debet unius cuiusq; mens, & causas suas apud Dominum, & causas domini contra se solicita iniquisitione discutere, & diligenter perspicere, vt quæ ab eo bona perceperit, vel quę mala bonis illius peruerse viuendo responderit. sed vbi noster textus habet reduc me in memoriam, satius esset dicere reduc te in memoriam, sicut habet alius textus. Tu .s. homo peccator, memor esto q̄ grauiter Deum offenderis, quot scelera perpetraueris, & dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris, si tu memor eris peccatorum tuorum, & veniam petieris, Christus non recordabitur peccatorū tuorum: soluit enim inquit D. Ambrosius, criminum nexus verecunda confessio peccatorum. Multa sunt quidē quorum nos meminisse debemus: primo quidem peccatorum qūæ fecimus, vt corrigamur. Id enim satis perutile ac necessarium fore inuenimus. Sic. n. dicit

D. Greg. 25 mor. c. 6.

lib. 2. de pe nit. cap. 6.

dicit Dauid. Iniquitatem meam ego A annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Meminisse ergo peccatorum oportet,& ea confiteri nec pudeat confiteri peccatum, sed illud sponte, et cum verecundia cōfiteri oportet, nō sicut fecit ille Pharisæus. Luc. 18. deinde beneficiorum Dei, iuxtà illud Eccles. vlt. Memor ero misericordię tuę, & operationis tuę, q̄ a sęculo sunt, q̄n tu eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiæ: tertio meminisse debemus man B datorum ipsius vt obseruemus ea, iuxta illud ps. 102. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Postremo Memores esse debemus mirabiliū eius quæ fecit: Mementote mirabiliū eius quæ fecit. Tandem quoniam poterāt excusari hi qui descendunt de Iacob, & de Israel, quòd eorū prędecessores fuere grati, & accepti coram Deo, propterea debebat eorum aliqua ratio haberi vt.s. propter permissiones factas patri- C bus antiquis, vt Abraham, & semini eius, ipsi forent omnino seruandi & non penitus reijciendi, dicit Deus. Pater tuus primus v.s. Adam peccauit quamuis multis honoribus & donis à Deo cohonestatus, & interpretes tui pręuaricati sunt in me. Interpretes tui i. scribæ, & Pharisei, qui interrogati ab Herode, vbi Christus nasceretur, interpretati sunt loca scripturarum. Alij per interpretes intelligunt Moysem, & Aar- D ron, qui irritauerunt Deum ad aquas contradictionis: Interpretes autē hoc loco non solum hi dicuntur, qui rectè & bene, sed qui perperam & sinistrè alterius dictum vel factum interpretantur. sic enim meliꝰ hębraice dicitur. Et contaminaui principes sanctos. i. principes sacerdotum, & ministros. i. permisi eos cōtaminari, & delinquere, aut contaminaui. i. deleui principes sacerdotum, & ministros templi, E qui sancti habebantur: qui. n. ad ministerium electi erant, sapientes, & legisperiti, quiq. populum sibi commissum erudire debebant, principes, & duces appellari poterant; isti ergo qui in loco Patrum sunt positi, & qui alijs præfuerūt, impij fuerunt in me. & signáter, inquit, in me, ostendens, quæ turpiter, & impie patrata fuere, non in unum aliquem nostræ sortis hominem facta fuisse, sed contra ipsam maiestatem Dei, qui est super omnia, puta cum quis proximum iniuria affecerit, vel auaritia, & insolentia, aut alio modo circumuenerit, peccat quidem verum in hominem suæ naturæ similem, & non in Deum. *Contaminaui inquit principes sanctos, dedi ad internicionē Iacob, & Israel in blasphemiā*, fuerunt nanq; Iudæi, trucidati à Romanis, & Israel in blasphemiam, seú in opprobrium. i. omnibus ignominijs, & opprobriis expositi, & mundus cognoscet eos, velut ingratos, & immemores beneficiorum Dei, & sic vniuersus mūdus damnabit, & blasphemabit eos: vel dicitur datus in blasphemiam, quonīā, vt dicit D. Hieronymus. fuit eiectus de sua prouincia, & totius orbis exul, atque peregrinus: vel dicitur datus ī blasphemiam, quia velut anathema fuit habitus ab vniuerso. Procopius autem satis acutè, & ingeniosè exponens hūc textum d. Esaiam hoc loco ponere tres gradus, siuè ordines hominum quorū cuiq; Deus pro demeritis diuersa intullit supplicia. Sunt. n quidam principes, & duces, quorum munus est imperandi. Sunt quidam alii, qui sunt doctores, & interpretes, quorum munus est alios docendi, & scripturas interpretandi. Sunt demum quidam alii seniores, & grandeui, qui sunt patres aliorum, & eos præcedunt ætate, & hi omnes errauerunt, & præuaricati sunt, & singuli horum pro diuersitate culparum, dederunt diuersas poenas, & supplicia. Principes enim ut Dauid, Ezechias, & quidam alii, quoniam aliqua scelera perpetrarunt, contaminati fuere Dei permissu, & conniuentia, quoniam fuerūt habiti, vt adulteri, Sacrilegi, raptores, & aliis criminibus contaminati. Interpretes verò cuiusmodi fuerunt scribę, & Pharisei, qui falso verba prophetarum interpretati fuere, & verba legis corrupere, ad internicionem, & occisionem, per Assyrios & Romanos fuerunt à Deo traditi. Seniores vero, ut Adam, cuius peccatum traductum fuit in posteros, fuit datus in blasphemiā, & in opprobrium, & hoc est quod dicit Esaias,

Israel datus in blasphemiam.

Procopius.

Tres ordines hominū

eos glorificetur Deus: creaui inquit eū, formaui eum, & feci eum: quamquam inter ista uerba posit aliquid distinctionis admitti (ut supra diximus) verumtamen hic existimo ad maiorem expressionem, seu amplificationem diuinæ erga nos benignitatis posita esse. Sic enim Deus explicat in nos suā charitatem, & misericordiam, in eos inquam qui inuocant nomē suum, hi.n. sunt creati, formati, & facti, idest bonis omnibus ditati. qui verò contra, perpende quid dicat. *Educ foras populum cęcum, & oculos habentem, surdum, & aures ei sunt.* q-d. qui me videre, & intelligere detrectarunt, quiq; aures habēt & me audire noluerunt, sed potius voci meę, & uocationi restiterunt, educ foras, idest eiice extra Ecclesiam, & societatem meam, & tandem à Beatorum consortio: habent enim oculos, & nolunt videre: iuxtà illud psal. 35. Noluit intelligere, vt bene ageret: sunt eis aures, & tamen nolunt audire.

psal. 35.

Dicuntur quidem oculos, & aures habere, quia optime intelligunt, & norunt quid eis facto sit opus, sed malitia, & iniquitate correpti quod norunt facere detrectant: & ob id dicuntur habere oculos, & tamē cęci nuncupantur, quod quidem non sint oculis, hoc est intellectu destituti, manifestum est ex verbis Saluatoris apud Ioannem. d Si cæci essetis non haberetis peccatum, sed quia dicitis quia videtis, ideo peccatum vestrum manet. Hanc eandem particulam Diuus Hieronymus, & Cyrillus, & quidam alii longe secus exponunt. Dicunt enim. Educ foras, idest depelle errorem, & cæcitatem illorum, neque vlterius permittas eos in tenebris delitescere: ob id inquit: educ foras populum cęcum, & oculos habentem, hoc est gentes, quæ hactenus fuerunt orbatę ac destitutæ lumine fidei, & veritatis. Nec solum de gentibus, verum, & de Iudæis hoc præceptum fieri opinatur Diuus Hieronymus qui quidem vocati fuere per Apostolos: primique ex omnibus crediderunt, & ad eos primum veritatem ostendi pręcepit Christus Matth. 10. d. Ite ad oues perditas domus Israel. Sed cuinam sit hoc pręceptum, & à quo? Dicit Glos. quòd verba sunt Dei patris ad filium, & consequenter ad Apostolos Christi socios, atque discipulos, & quamquam ista expositio facile posit admitti, mihi tamen videtur parum commodè huic textui posse aptari, propterea dicunt aliqui Deum loqui ad humanum genus ex quoquicumq; prodierint primo sunt cæci et surdi ad ea que spectant ad verbum Dei, quamuis habeant nares, & oculos.

Io. 9.

Matth. 10.

Osorius.

Sequitur deinde. *Omnes gentes congregata sunt simul, & collecta sunt tribus.* Qua particula, Diuus Cyrillus vult prophetam cuidam dubitationi obuiam ire. Dictum est enim ab Oriēte & ab Occidente, & à quacumq; mundi plaga congregandas esse gentes, & ab extremis terræ accessuros homines cuiusque status, & conditionis ad ipsum Christum: nihilominus iure dubitari poterat de tempore quo vaticinium istud fuerat adimplendum. Respondet, & occurrit huic dubitationi propheta his verbis. *Omnes gentes congregatę sunt simul* q. d. non dum aduenit tempus illud quod vaticinium istud est implendum, sed futurum est quādoque, vt omnes congregentur simul, & fiat vnum ouile, & vnus Pastor. Sed hoc erit in fine seculi, nunc verò congregatæ sunt omnes gentes, idest de omnibus gentibus aliqui accesserunt ad christum. Nec te perturbet prophetam vti verbo temporis præteriti, quoniam quæ penitus sunt futura, scriptura prophetarum, quasi iam sint facta nobis proponit: quemadmodum Esaias in persona Christi dicebat. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus verumtamen nihil horum factum est, nisi tempore passionis, & cum ducebatur ad crucem.

Tex. 3.

Omnes itaque Gentes congregatę sunt simul, idest tempore præstituto congregabuntur, & reducentur in vnum, hoc est in vnam fidem, & in vnam spem, in quam vocati fuerint, nec solum

lum Gentes quæcunque, & cuiuscum A que sint coditionis, verum, & tribus, idest duces, & capita aliorum: sic enim dicit Diuus Cyrillus. Congregabuntur inquit omnes gentes, nec id solum verum & ex his principes, ac populi duces, & misteriorum antistites, & qui olim errauerunt, & in profundis tenebris iacuerunt, diuinam lucem his qui per ipsos misteriis fuerint initiati præferent; cuiusmodi est quod Ecclesię

Psal. 138 Gentium dixit psal. 138. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius: Nam quemadmodum in maximis, ac profundis tenebris versati sunt tempore erroris, sic earum Ecclesia eximiè resplenduit, & supra naturam candida facta est, & illustris, vt verum omnino fuerit, quod dixit Paul. ad Rom.

Rom. 5. quinto. vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia.

Deinde sequitur. *Quis in verbis annunciet istud? & quę prima sunt audire nos faciet?* idest quæ olim, & ab antiquo tempore præterierunt, & facta sunt? dent testes eorum, adducant testes fide dignos, & iustificentur, et comprobetur eos esse preuios futurorum, & veraces dictorum; *& audiant, & dicant* q.d. si hoc fuerit euidenter ostensum, ut scilicet Dii gentium nouerint quæ á principio facta sunt antequam fierent, præuiderint etiam certitudinaliter quæcunque ex contingentibus futura sunt, afferant testes qui huius rei fidem faciant, & qui eos audiunt et sequuntur, iustificentur, idest iusti, & veraces habeantur, & audiant eos, hoc est Dæmones, & cultores idolorum, suosque prophetas, atq; diuinos, & dicant: vere. hoc est, hęc Idola, hæc symulachra verè sunt Dii, quod si non viderint hoc, & pro certo compertoq; compererint, audiant, & dicant verè: verè quidem sumus decepti, verè fuimus allucinati cum hæc hucusque in persona Dei protulerit Esaias. nunc idem Deus pater conuersus ad fideles, & in primis ad Christum seruum suum, et ad cæteros vates ab eo missos, et eius spiritu, ac numine afflatos, dicit hæc verba. *Vos testes mei* (dicit Dominus) vos inquam quos elegi, vt eatis, & fructum afferatis: vos quos proposui testes mihi futuros in Hyerusalem, & in omni Iudæa, et Samaria, vsque ad vltimum terrę, & seruus meus quem elegi, vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, *quia ego ipse sum, ante me non est formatus Deus, & post me non erit.*

Sensus horum verborum est, et pręcipuus scopus ipsius prophetæ ostendere Deos gentium esse Deos fictitios, mendaces, nullam omnino quæ verè, & proprie Deo tribuitur proprietatem habere, & ea præsertim quæ soli Deo conuenire probatur, vt certitudinaliter futura præuideat & prædicat: propterea introducit Deum patrem alloquentem prius eiusmodi idolorum cultores, tam ex gętibus quam ex Iudęis: quandoquidem (vt apud Hieremi. et Ezechielem facile videri potest) populus Hæbreorum non minus quam populus Gentium uenerabatur idola, & illis fidem adhibebat; quamquam multo plures ex gentibus quam ex Iudęis idola coluissent: propterea aduersus vtrosque eiusmodi sermo, seu potius querimonia per modum expostulationis dirigitur. d. *Quis unquam in nobis enunciet istud?* q.d. quis unquam credidisset, aut imaginari potuisset hanc maximam rerum mutationem ut scilicet Gentes quæ erant alienæ á Deo, conuenerint, et accessèrint ad eum, et fuerint coaptati in populum suum; et populus Iudæorum, qui erat sors Dei, et populus eius peculiaris debuerit aliquando esse abalienatus à Deo. Quis (quæso) uestrorum Deorum potuit unquam eiusmodi motationem præuidere: aut aliquando prædicere: propterea si nullum eorum tale quid prædixisse noueritis, eos omnino abiicite, et eosdem nequaquam pro Diis ueneremini, sed ipsos, et eorum cultores ac ministros ueluti profanos, seductores et scurras habetote. Est profectò insignis fatuitas opinari simulachra Deorum aliquid posse cum ille qui fecit non habeat hoc posse, quique

nec illa quę habet, potest illis conferre, ut uidere, audire, loqui, et moueri, et consequenter turpissimum est illa uenerari, genuflectere, uictimas cedere, gratias, et auxilium petere, et qui illa fecerunt contemnere, et aspernari. Seneca in moral. sed dicet quispiá, nõne et nos imagines diuorũ colimus, et ueneramur, et corá illis genua flectimur? Sed diuersa est ratio, qua de re aliàs dicturi sumus. et conuersus postmodum ad fideles, profert ea verba quæ iam vos audiuistis, uidelicet. Vos testes mei etc. Et seruus meus quẽ elegi. vbi per seruũ diximus intelligi Christũ Dominũ de quo aliás dixit. Ecce seruus meus quẽ elegi posui super eũ spiritũ meũ; et ca. 49. Magnũ est (inquit Deus ad filium) magnũ, inquã, tibi est vocari seruũ meũ licet nonnulli velint hoc loco intelligi ipsũ prophetã Esaiã; cum postea dicit. *Vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipse sum.* nõ absq; ratione fit ista uerborum inculcatio: nã vt dicit Cyrillus, per cognitionem habetur fides, & per fidem habetur cognitio, et intelligentia. iuxtà illud ex superiori capite. Nisi credideritis non intelligetis. quod autem per testes intelligendus sit Christus. et Apostoli, nulli debet esse dubiũ. Christus n. apud Ioannẽ ita fatur. Ego testimoniũ perhibeo de me ipso, et testimoniũ perhibet de me qui misit me, pater: dignus profectò est cui fides adhibeatur uox, et sermo Dei, et eius testimonium citrà omnẽ cõtrouersiã religiosè probandum, et suscipiẽdum: prçterea in rebus dubijs, ac difficillibus et nostro intellectui reconditis Christo loquenti firmam, & indubitatam debemus fidẽ adhibere propterea. d. Vt sciatis, et credatis mihi, et intelligatis, quia ego re uera ipse sum. de quo locutus est idem Deus Exod. 3. Ego sum qui sum, et qui est misit me ad uos. quòd verò veri prophetę, & Apostoli fuerint tęstes electi et approbati à Deo satis notum est: dixit. n. Christus apud Ioa. Vos testimoniũ perhibebitis quia ab initio mecũ estis. Cum postea ibidem subdit. *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit* Equidẽ certũ est ante Deum viuum et æternum nullum esse formatum et

Exod. 3.

Ioan. 15.

A institutum Deum, et post me neq; etiá erit. Sed quomodo congruus est iste sermo et præsens locutio, qua dicitur ante me nõ est formatus Deus, quasi velit innuere Deum esse formatum, siue factũ, aut aliàs productũ, siue constitutũ: At sciẽdum est primo hoc verbum, et hãc dictionem latius sumi, q. d. Nullus fuit ante me, qui me formare, aut producere potuisset, neq, ullus ante me potuit formari, & produci, quia ego sũ primus B et nouissimus: aut possumus hęc uerba referre ad Christum dominum, qui uidelicet ratione qua procedit à patre dicitur genitus, nõ factus neq; creatus, et ante ipsum nullus dicitur genitus a patre, et solus ipse, secundum diuinam generationẽ, vel per modũ intellectus, et naturę dicitur ab æterno genit⁹, et unã & eandẽ naturam cum patre habẽs, et essentiam, et quæcunq; sunt in Deo, prçter ingenerationem, generationem, et C processionem. At si Christus Dominus consideretur a nobis iuxta humanitatẽ assumptam, dici potest utiq; factus, et formatus, quamquam non ea ratione qua cęteri homines formantur, et fiũt, sed opera solum ac uirtute spiritus sancti, qui tamen secundum naturam diuinam est idem quod Deus, et unus Deus: Et quoniam ante ipsum nullus est ea ratione factus, neq; productus, ut Deus homo fieret, et uerbum carnẽ assumeret, D neq; etiam ullis temporibus, et sæculis alius est futurus q̃ sic formetur, ut Dei filius. propterea si de ipso loquamur, uerissimum est quod dicitur ante me nõ est formatus Deus, et post me non erit. Deinde sequitur idem ferè repetens, & confirmans.

Ego sum et ego sum Dominus, et non est absq; me Saluator. Hæc eadem uerba de eodẽ Christo Dei filio uerissime dici possunt quippe qui est idem quod Deus E imo ille ipse Deus, et vnus tantum De⁹ et non est absq; me saluans; quo dicto suam, et patris deitatem, et essentiam unã esse demõstrat, alioqui pater et spiritus sanctus nõ saluaret, et si ipse quoq; non saluaret non esset Deus, quia saluare Dei proprium est. Et sequitur. *Ego annunciaui, & saluaui, auditum feci* idest iussi, et præcepi, aut potius

quo-

quorundam mentes,& animos dispo- A sui, vt audirent, dictis fidem adhiberent, & præstarent obedientiam, *& nõ fuit in uobis alienus*, idest non fuit alius Deus, qui vobis annunciaret, & prædiceret quod futurum est, & ad uitam vocaret nisi ego: vel non fuit in uobis alienus. q.d. qui vobis veritatis, & salutis uiam præmõstrauit, qui vos saluauit, qui vobis legem dedit, non fuit in vobis alienus, non fuit inquam Deus recens, & quisquam, quem aliàs haud B agnoueritis, & cuius verba nunquam audieritis, qui multifariam multis què modis locutus sum vobis in patribus: nouissime verò locutus sum in filio. loquitur hic Deus pater: At loquitur etiã & filius in quantum homo, & propriè quidem de se ipso dicit: non fuit in vobis alienus, naturam vestram assumpsi, & vobiscum sum conuersatus, & vestrarum passionum & infirmitatum, præter peccatum, particeps fui. Quare cũ C non sim in vobis alienus, libenter & facile reiectis idolis mihi potestis credere, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt credatis, & cognoscatis quia ego in patre, & pater in me est: *vos testes mei dicit Dominus, & ego Deus, & ab initio ego ipse*, videlicet sum, *& nõ est qui de manu mea eruat: operabor & quis auertet illud?* ab initio quidem, idest ante omnem diem, & post omnẽ diem sum, & nulla temporis, aut loci dif- D ferentia circumscribor. Non est qui de manu mea eruat, quia scilicet si voluero quemquam perdere, & è medio tollere, si quem etiam voluero saluum facere, & de manibus impiorum eripere, nullus poterit quibuscunquè iuribus, aut machinis impedire, aut auertere, quoniam omnia quæcunq; voluit dominus fecit in cœlo, & in terra, ut habetur in psal. 113. Et rursus eadem *psal. 113.* verba repetit, & quasi contestatur Iu- E dæos, & quoscunq; rebelles, & incredulos, qui praua, & peruersa opinione imbuti, existimant præter vnum Deũ viuum, & verum alios esse Deos: Pro- *Tex. 3.* pterea. d. *Hæc dicit Dominus redẽptor vester sanctus Israel*, qui .s. sanctificat populum Israelem, & pro sancto & pro numine sacro olim habebatur a populo

Israel. Vt autem facilius ab eorum opinione qua tandiu fuerunt detenti, & miserabiliter seducti, quæant amoueri, cõmemorat ipse Deus singulare quoddã iam pridem in eos collatum beneficiũ, ut eius recordatione confundantur, & in eorum peruicacia erubescant, & obstinatione persistere, & quam citius reuertantur ad Deum, ne tanquam perduelles, & ingrati ab eo seuerissime puniantur: Dicit ergo, *Propter vos, ò Iudei emisi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Caldeos in nauibus suis gloriantes*. His verbis duo magna, & vehementer admiranda commemorat Deus beneficia: Primum quidem quo Babylonem euertit, & de illa dura captiuitate populum suum liberauit. Reliquum dum submersit Pharaonem, & *Ps. 106.* exercitum eius in mari rubro, & adduxit populum suum per desertum, vt irẽt in ciuitatẽ habitationis, pro quo suscepto beneficio hortatur eos propheta. d. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. & psal. 135. vbi manifeste satis, *ps. 135.* & sine ullis ambagibus, explicat propheta immensa, & in explicabilia eius beneficia ob eius pietatem, & misericordiam præfato populo toties collata, & demõstrata: propterea monet ibi propheta. d. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius; confitemini Deo Deorum, & Domino Dominorum, qui diuisit mare rubrum in diuisiones, & eduxit Israel per medium eius, & qui traduxit populum suum per desertum, & quam plurimos eiusmodi fauores, & beneficia apposito semper hoc epiphonemate, quoniam in æternum misericordia eius: Dicit hoc loco D. Tho. maius miraculũ, & multo mirabilius fuisse, de Aegypto populum extrahere, & eumdem per mare rubrum absq; vllo incommodo, & uitæ periculo educere, quam eiusdẽ liberationẽ de captiuitate Babylonica; minus tamen beneficium præponitur maiori, quoniam potentiores fuerunt ipso Pharaone reges, de quorum potestate liberauit populũ suum: quemadmodum constat ex historia, quæ habetur in sacris literis: ex-

citauit

nec illa quę habet, potest illis conferre, ut uidere, audire, loqui, et moueri, et consequenter turpissimum est illa uenerari, genuflectere, uictimas cedere, gratias, et auxilium petere, et qui illa fecerunt contemnere, et aspernari. Seneca in moral. sed dicet quispiā, nōne et nos imagines diuorū colimus, et ueneramur, et corā illis genua flectimur? Sed diuersa est ratio, qua de re aliàs dicturi sumus. et conuersus postmodum ad fideles, profert ea verba quæ iam vos audiuistis, uidelicet. Vos testes mei etc. Et seruus meus quē elegi. vbi per seruū diximus intelligi Christū Dominū de quo aliàs dixit. Ecce seruus meus quē elegi posui super eū spiritū meū; et ca. 49. Magnū est (inquit Deus ad filium) magnū, inquā, tibi est vocari seruū meū licet nonnulli velint hoc loco intelligi ipsū prophetā Esaiā; cum postea dicit. *Vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipse sum.* nō absq; ratione fit ista uerborum inculcatio. nā vt dicit Cyrillus, per cognitionem habetur fides, & per fidem habetur cognitio, et intelligentia. iuxtà illud ex superiori capite. Nisi credideritis non intelligetis. quod autem per testes intelligendus sit Christus. et Apostoli, nulli debet esse dubiū. Christus n. apud Ioannē ita fatur. Ego testimoniū phibeo de me ipso, et testimoniū perhibet de me qui misit me, pater: dignus profectò est cui fides adhibeatur uox, et sermo Dei, et eius testimonium citrà omnē cōtrouersiā religiosè probandum, et suscipiēdum: preterea in rebus dubijs, ac difficillibus et nostro intellectui reconditis Christo loquenti firmam, & indubitatam debemus fidē adhibere. propterea. d. Vt sciatis, et credatis mihi, et intelligatis, quia
Exod. 3. ego re uera ipse sum. de quo locutus est idem Deus Exod. 3. Ego sum qui sum, et qui est misit me ad uos. quòd verò veri prophetę, & Apostoli fuerint tęstes electi et apꝓbati à Deo satis notum est:
Ioan. 15. dixit. n. Christus apud Ioa. Vos testimoniū perhibebitis quia ab initio mecū estis. Cum postea ibidem subdit. *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit* Equidē certū est ante Deum viuum et æternum nullum esse formatum et

A institutum Deum, et post me neq; etiā erit. Sed quomodo congruus est iste sermo et præsens locutio, qua dicitur ante me nō est formatus Deus, quasi velit innuere Deum esse formatum, siue factū, aut aliàs productū, siue constitutū: At sciēdum est primo hoc verbum, et hāc dictionem latius sumi, q. d. Nullus fuit ante me, qui me formare, aut producere potuisset, neq, ullus ante me potuit formari, & produci, quia ego sū primus
B et nouissimus: aut possumus hęc uerba referre ad Christum dominum, qui uidelicet ratione qua procedit à patre dicitur genitus, nō factus neq; creatus, et ante ipsum nullus dicitur genitus a patre, et solus ipse, secundum diuinam generationē, vel per modū intellectus, et naturę dicitur ab æterno genit⁹, et unā & eandē naturam cum patre habēs, et essentiam, et quæcunq; sunt in Deo, prę ter ingenerationem; generationem, et
C processionem. At si Christus Dominus consideretur a nobis iuxta humanitatē assumptam, dici potest utiq; factus, et formatus, quamquam non ea ratione qua cęteri homines formantur, et fiūt, sed opera solum ac uirtute spiritus sancti, qui tamen secundum naturam diuinam est idem quod Deus, et unus Deus: Et quoniam ante ipsum nullus est ea ratione factus, neq. productus, ut Deus homo fieret, et uerbum carnē assumeret,
D neq; etiam ullis temporibus, et sæculis alius est futurus q̄ sic formetur, ut Dei filius, propterea si de ipso loquamur, uerissimum est quod dicitur ante me nō est formatus Deus, et post me non erit. Deinde sequitur idem ferè repetens, & confirmans.

Ego sum et ego sum Dominus, et non est absq; me Saluator. Hæc eadem uerba de eodē Christo Dei filio uerissime dici possunt. quippe qui est idem quod Deus
E imo ille ipse Deus, et vnus tantum De⁹ et non est absq; me saluans; quo dicto suam, et patris deitatem, et essentiam unā esse demōstrat, alioqui pater et spiritus sanctus nō saluaret, et si ipse quoq; non saluaret non esset Deus, quia saluare Dei proprium est. Et sequitur. *Ego annunciaui, & saluaui, auditum feci* idest iussi, et præcepi, aut potius

quo-

quorundam mentes, & animos dispo- A sui, vt audirent, dictis fidem adhiberent, & præstarent obedientiam, *& nõ fuit in uobis alienus*, idest non fuit alius Deus, qui vobis annunciaret, & prædiceret quod futurum est, & ad uitam vocaret nisi ego: vel non fuit in uobis alienus. q.d. qui vobis veritatis, & salutis uiam præmõstrauit, qui vos saluauit, qui vobis legem dedit, non fuit in vobis alienus, non fuit inquam Deus recens, & quisquam, quem aliàs haud B agnoueritis, & cuius verba nunquam audieritis, qui multifariam multis què modis locutus sum vobis in patribus: nouissime verò locutus sum in filio. loquitur hic Deus pater: At loquitur etiã & filius in quantum homo, & propriè quidem de se ipso dicit: non fuit in vobis alienus, naturam vestram assumpsi, & vobiscum sum conuersatus, & vestrarum passionum & infirmitatum, præter peccatum, particeps fui. Quare cũ C non sim in vobis alienus, libenter & facile reiectis idolis mihi potestis credere, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt credatis, & cognoscatis quia ego in patre, & pater in me est: *vos testes mei dicit Dominus, & ego Deus, & ab initio ego ipse*, videlicet sum, *& nõ est qui de manu mea eruat: operabor & quis auertet illud?* ab initio quidem, idest ante omnem diem, & post omnẽ diem sum, & nulla temporis, aut loci dif- D ferentia circumscribor. Non est qui de manu mea eruat, quia scilicet si voluero quemquam perdere, & è medio tollere, si quem etiam voluero saluum facere, & de manibus impiorum eripere, nullus poterit quibuscunque iuribus, aut machinis impedire, aut auertere, quoniam omnia quæcunq; voluit dominus fecit in cœlo, & in terra, ut habetur in psal. 113. *Et* rursus eadem *psal. 113.* verba repetit, & quasi contestatur Iu- E dæos, & quoscunq; rebelles, & incredulos, qui praua, & peruersa opinione imbuti, existimant præter vnum Deũ viuum, & verum alios esse Deos: Pro*Tex. 3.* pterea. *d. Hæc dicit Dominus redẽptor vester sanctus Israel*, qui .s. sanctificat populum Israelem. & pro sancto & pro numine sacro olim habebatur a populo Israel. Vt autem facilius ab eorum opinione qua tandiu fuerunt detenti, & miserabiliter seducti, quæant amoueri, cõmemorat ipse Deus singulare quoddã iam pridem in eos collatum beneficiũ, ut eius recordatione confundantur, & in eorum peruicacia erubescant, & obstinatione persistere, & quam citius reuertantur ad Deum, ne tanquam perduelles, & ingrati ab eo seuerissime puniantur: Dicit ergo, *Propter vos, o Iudei emisi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Caldeos in manibus suis gloriantes.* His verbis duo magna, & vehementer admiranda commemorat Deus beneficia: Primum quidem quo Babylonem euertit, & de illa dura captiuitate populum suum liberauit. Reliquum dum submersit Pharaonem, & *Ps 106.* exercitum eius in mari rubro, & adduxit populum suum per desertum, vt iret in ciuitatẽ habitationis, pro quo suscepto beneficio hortatur eos propheta. d. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. & psal. 135. vbi manifeste satis, *ps. 135.* & sine ullis ambagibus, explicat propheta immensa, & inexplicabilia eius beneficia ob eius pietatem, & misericordiam præfato populo toties collata, & demõstrata: propterea monet ibi propheta. d. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius; confitemini Deo Deorum, & Domino Dominorum, qui diuisit mare rubrum in diuisiones, & eduxit Israel per medium eius, & qui traduxit populum suum per desertum, & quam plurimos eiusmodi fauores, & beneficia apposito semper hoc epiphonemate, quoniam in æternum misericordia eius: Dicit hoc loco D. Thomas maius miraculũ, & multo mirabilius fuisse, de Aegypto populum extrahere, & eumdem per mare rubrum absq; vllo incommodo, & uitæ periculo educere, quam eiusdẽ liberationẽ de captiuitate Babylonica: minus tamen beneficium præponitur maiori, quoniam potentiores fuerunt ipso Pharaone reges, de quorum potestate liberauit populũ suum: quemadmodum constat ex historia, quæ habetur in sacris literis: excitauit

citauit.n.regẽ Persarũ, & Regẽ Medorum, vt obsiderent Babyloniam, quam ita expugnarunt, & euerterunt, ut principes omnes, & hi quibus maxime confidebant Babylonij, interierint & quæ pro illius vrbis defensione munitiones, & propugnacula extructa fuere, ad terram deiecerunt: similiter, & Caldei qui in multitudine, & apparatu magno suarum nauium, & triremium gloriabantur, fuerunt è suis sedibus deiecti, & gladio perempti: hoc voluit innuere propheta in Dei persona loquens, cũ inquit. *Emisi in Babylonem, & Detraxi vectes vniuersos, et Caldeos in nauibus suis gloriantes*: nam quemadmodum vectes muniunt, & claudunt portas, ne vllus domum ingrediatur: sic principes, et uiri fortes sunt quasi vectes, quibus muniuntur urbes, & in tuto statuũtur. Per caldeos in nauibus gloriantes iuxtà sensum allegoricum intelligimus ipsos Dæmones, qui ĩ nauibus gloriãtur, hoc est in uolubilitate, et instabilitate hominum, qui facile hac, atq. illac à uarijs uentorum pulsibus impelluntur et se iactari, & tãdẽ aliqñ ꝓsterni patiũtur Quæ oĩa si referãtur ad tẽpora nouæ legis, qđ qdẽ fieri debet, qm̃ oĩa ĩ figura cõtingebãt illis, extimem⁹, et credamus Deũ opt: max. alloqui Apostolos, & quoscũq; hoẽs ĩ Xp̃m credituros, quasi dicat, pp uos ò Apostoli, et fideles mei emisi in Babylonẽ Medos, & Persas, & detraxi vectes vniuersos, hoc est fregi & ad terrã deieci portas Babylonicas, & deleui Caldeos, qui potentissima classe, & magno imperio gloriabãtur, i. fregi, ac deieci dæmonũ potẽtiã, ut qui erant ab eo in captiuitatẽ ducti, & subeius tyrãnide detinebant̃ mea virtute liberati, & vestris p̄dicationibus, ac hortationibus admoniti ad Dominum suum conuertantur. *Ego Dominus, sanctus vester, creãs Israel, rex vester*: ego. s. qui vos sanctifico, & creans Israel rex vester sum: Quòd si dicas Israel rex vester per Israel, vel intelligas ipsũ Christum, qui de semine Israel descendit secundum carnem, vel quòd Israel dicitur rex populi Dei, non quidem ita quòd Israel, qui vocatus est Iacob fuerit unquam Rex populi Dei, sed quod ex his qui ab eo descenderunt aliqui regnauerunt in Israel. sed longe meli⁹ est per Israel hoc loco intelligere Christum Dominum, qui de se ipso dicit. Ego constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius. Ps. 2. Sed ualde mirum quòd toties propheta ex persona Dei repetit eadem verba, v 3. Ego sum Deus, ego sum Dominus, ego sũ, non est alius ante me, neq. post me; & mox dixit. Ego dominus sanctus vester creans Israel &c. Dicunt quidam fuisse intentionem ipsius prophetę imprimere in mentibus quorumcumq. & pręsertim Iudæorum nullum alium esse Deum pręter ipsum, neq. in quouis alio numine, quodcunque sit illud confidẽdum, & vtitur figura que vocatur diasaphasi, cum scilicet volumus non solum imprimere, sed modo quodam audientem cogere, vt velit nolit intelligat, & credat quæ dicuntur, neque possit vllo modo non credere, aut intelligere quæ sibi proponũtur, sic facit hoc loco noster Esaias. Et verè quidem magna, & valdè detestabilis est cordis nostri durities, & socordia, qui toties admoniti, & certiores facti nullum alium esse Deum, ac Dominum nostrum creatorẽ, et benefactorem nostrum, in aliis rebus vanis, & caducis spem nostrã collocamus, neque ipsum, vt par est veneramur, & colimus: Quare etiam hoc loco eandem protestationem adducit, ne quis decipiatur, aut detrectet quę dicuntur credere sic enim dicit. *Hæc dicit Dominus qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam: qui eduxit quadrigam & equum, agmen, & robustum simul, obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & extincti sunt.* Tex. 4. Hęc recenset propheta, quo ostendat ipsis Iudęis ipsum Deum eum esse, qui tot mirabilia in eorum commodum fuit operatus, quique etiam longè maiora poterit operari. q d, non sum ex eo tempore quo hæc feci, factus quicquam impotens, nec minus ea præstare possum quam fecerim à principio, nec noua est hęc mea cura, qua vos seruem, & pro vestrum omnium salute meam vniuerso orbi virtutem, ac potentiam demõstrem. Et quamquam his temporibus in

in mari viam, & in fluminibus, ac impe A tuosissimis torrentibus semitam videre non liceat, nec manna de cœlo nutriamini, neq; de petra aquam scaturire quis videt, alijs tamen rationibus longe potioribus suam nobis Deus virtutem, ac misericordiam ostendit, cum dicit. *Omnes simul obdormierunt*, Idest fluctibus maris immersi perierũt, *nec resurgent*: bifariam potest intelligi, vel quia perpetuo, & sempiterno somno defuncti non resurgent, idest erigi B non poterunt vt.s. possint amplius Israelitis negocium facere, vel non resurgent. v3. ad vitam cœlestem, & beatam, non autem, vt nunquam omnino resurgant, oẽs quidem resurgemus inquit Apost. Cum postea dicit. *Contriti sunt, & extincti quasi linum*: in breui quidẽ temporis spatio, & in puncto, atq; tẽporis momento exciderunt: linum enim nec dum igne correptum pro leuitate substantiæ suæ statim extinctum in fa- C uillam dissoluitur Vbi nota omnem iram vel indignationem hominum, rabiem, & furorem apud Deum lino fumiganti comparari, quia tam facile hominum ardor extinguitur, quàm linũ fumigans modica aqua respersum, sic etiam omnis eorum prosperitas, & fauor cito extinguitur, & truncatur velut linum; Vide vltimũ caput Iosue. Et ne quis (vt dixi) existimet Deum aliquanto post priora tempora impotentiorẽ, D aut imbecilliorem effectum: subdit, & inquit. *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc*.i. non diu, neq. longè post hoc tempus: citius multo quàm mens humana queat cogitare, quæ facio noua orientur, vtiq; cognoscetis ea: *ponam in deserto uiam, & in inuio flumina*. Varias habet hæc particula expositiones, sed tandem omnes in idem recidunt.

Prior ergo expositio est, qua fit compa- E ratio mirabilium operum, & prodigiorum. quæ fecit in terra Aegypti, in terra Caldeorum, & aliorum potentatum ad ea quæ facturus est in nouo testamẽto, volens innuere, se nouas leges instituturum, & nouos ritus in Ecclesia gentium positurum, quandoquidem lex, & prophetæ duntaxat usq; ad Ioannem.

Sed cum ipsemet explicet quæ postmodum est facturus cum inquit. *Ponam in deserto uiam, & in inuio flumina*, non est opus aliud quærere, & circa alios sẽsus perperam vagari, hoc est illud mirabile quod se nuper facturum pollicetur, quòd v3. ponet in deserto uiã.i. in cordib⁹, & mentib⁹ gentiliũ qui sunt veluti quoddã desertum oĩ vera bonitate ac virtute destituti, & in quibus nullus apparet transitus, nec expeditum iter ad veram patriam accedendi: ponam igitur inquit Deus viam, idest præbebo modum, & rationem, qua & ipsi possint salutem adipisci, iuxtá illud. ps. 50. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur: Hæ autem uię sunt probitas, iustitia, & sui ipsius abnegatio, quas quidem vias non ex nobis ipsis, sed ex Dei gratia, & spiritus sancti ductu reperimus & ambulamus: *& ponam inquit in inuio flumina*, hoc est in regione arida, & inaquosa, solisq; ardoribus adusta fontes, & flumina prorumpent, & omnes agros inundabunt: quẽadmodum saluator dixit, & spopondit, v3. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius iam pridem arido, & exiccato fluent aquæ viuæ, hoc autem interpretatur Euangelista dictũ de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: sic quidem ista capiuntur, & non vt perfidi Iudæi falso imaginantur, cum pertinaciter asserunt hoc vaticinium fore adimpletum cum Domin⁹ Deus traduxit populum suum per desertum, & percussa petra fluxit aqua, & torrentes inundauerunt; quandoquidẽ hæc sunt beneficia antiqua, & priora; quorum non amplius meminisse, ac intueri monemur, quoniam multo maiora sunt, quæ postea futuris temporibus Deus nobis cõtulit beneficia; interquę primo omnium loco dominicæ incarnationis misterium est collocandum: quandoquidem per desertum, hoc est per locum insuetatum, & itinere penitus deuio, Deus venit in terrã, vt.s. nasceretur de virgine, & nobiscum versari dignaretur: nec dicas, ò Iudæe prophetam fuisse mendacem, quoniam dixit quæ nuper est vaticinatus nunc oriri, & nunc esse futura, & quòd ipsi vtiq; cognoscerent

Ps. 50.

Ioan. 7.

coguo-

cognoscent ea; sic enim habet textus, *Ecce ego facio noua, & nunc orientur*, idest non multum temporis intercidet, & vos vtiq; cognoscetis ea, quoniam tametsi post multum tempus debuissent oriri & in actum deduci, quia tamen mille anni apud Deum sunt tanquam dies externa quę præterijt, & quæ prędicit Deus sunt omnino futura, nec aliter esse potest: dat enim Deus virtutem voci suę ideo uerè dixit propheta nunc orientur, & vos cognoscetis ea.i.filij vestri qui ex vobis nascentur. Et vos quoq; præsentes cognoscetis ea, si prophetarum vaticinijs attentiori animo, & puriori corde volueritis fidem adhibere. Aliqui secus exponunt, sed hoc satis. Deinde prædicit Esaias ex persona Dei cætera quæ sequuntur, v3. *Glorificabit me bestia agri, dracones, & structiones; quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo &c.* Nulli dubium harum bestiarum nomina metaphoricè capi, ut per bestiam agri intelligamus homines feros, & inhumanos, qui nullum habent pietatis, & humanitatis affectũ, velut exleges, & sine Deo, & hi rectè bestiis agri cōparantur velut hi, qui solitariè degũt, & nihil n. si fruges, & hęrbas depascũt, hoc est cibos insalubres, & crudos, idest scientias, ac doctrinas nullum spiritualem fructum afferentes instruuntur, & erudiuntur. Per Dracones & structiones intelligendi sunt homines maligni, insidiatores, & hippocritæ, qui sunt semper ad mala procliues, & malorum inuentores. Alias habent hæc nomina similitudines, & tranśumptiones, sed hæ nobis in proposito videntur esse satis. Verum enimuerò eiusmodi homines, qui erant iamdudum velut bestiæ agri, & quemadmodũ Dracones, & structiones; per prædicationem Euangelij mirumimmodum assuescent cibis spiritualibus, reiectis, & prorsus abnegatis doctrinis Demoniorum, & mansueti reddentur, & delectabuntur in multitudine pacis. Dedit ī deserto aquas, & flumina in inuio, quæ quidem non corpora, vt prius, sed animas sitientes reficient, & implebitur illud quod supra dictum est. Bibetis

A aquas de fontibus saluatoris: adimplebitur etiam, quod alibi aliàs dictum est. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes; ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiā in riuos aquarum &c. quæ dicta sunt capite 41. & ps. 16. *ps. 16.*

Si quis fusius, & apertius huius metaphoræ, & similitudinis significatum velit accipere, legat D. Greg. lib. 31. Mor. cap. 5. vbi loquitur de structione, de Dra-
B cone, & cæteris animantibus, quibus planè erant in moribus valde similes ipsi Gentiles ante receptam fidem.

Dedi inquam, *in deserto aquas, flumina in inuio, ut darem potum populo meo electo meo*. dedi inq̃ potũ i. abundantiā donorum spiritualium populo meo electo meo, idest populo quem elegi. iuxtà illud Ecc. Cibauit illum pane vitæ & *Eccl. 10.* intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum; & qui biberit ex hac a-
C qua non sitiet in æternum. Nec fallantur Iudæi, et quicunq; Iudęorum fantasijs arrident: non sunt enim populus ille electus, quia non sunt omnes ipsius Dei neq; etiam populus gentium, sed quicunq; fuerint ab eo iustificati, et ad ęternam vitam electi, illi sunt populus Dei, de quo populo loquitur nunc ipse propheta (sicut diximus ex persona Dei, *populum istum inquit, formaui mihi, laudem meam narrabit*: populum in-
D quam istum, quem præ cæteris mihi formaui, idest erudiui, et coadoptaui, et iuxtà votum, et voluntatē meam instituī, formaui inquam, hoc est similitudinem virtutis meæ in eius mente impressi, ac eum deduxi in fidem et credulitatem omnium operum, et actionum earum quas ego in gloriam meam, et ipsius salutem sum operatus, et iste populus sic electus dispositus atq; instructus laudem meam narrabit, me glori-
E ficabit. iuxtà illud ps. laudationem Domini loquetur os meum: hoc autem dicit Dominus vt excludat tacitam obiectionem, & murmur Iudæorum, quo conqueri possunt, et dicere nullum esse opus alias gentes ad Christum afferre, et eidem coniungere, cum adsit populus ille, quem tu à principio elegeras, quem tu pro tua voluntate for- *ps. 144*

maueras

maueras, cuiuè legem dedisti, et cuius tot sunt promisiones factæ patribus antiquis; cui murmuri obuiat ipse Deus, et satisfacit. d.

Tex. 5. *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel*, q. d. etsi quandoq; me fueris deprecatus, & tuas orationes ad me direxeris, nihil tamen profuerunt, neque me tantillum commouerunt. *Non obtulisti mihi Arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me*. i. quis hostias & oblationes afferres, nullum tamē honorē inde excepi, quia scilicet non erant facta in fide, neq; cum puritate et sinceritate cordis. *Non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure; non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non ebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis*.

Pulcherrima certè, et iustissima est hęc querimonia, et exprobratio, quam facit hoc loco Deus aduersus Iacob, et Israel secundum carnem. q d. ó popule Israel; non est quòd conquęraris, neque susurres, quòd populum mihi formauerim, qui narret laudem meam, propterea quòd tu Iacob, et Israel nō inuocasti me, non collocasti fiduciam tuam in me, sed in ritibus, et ceremonijs legalibus, et plerūq; etiam in Idolis, et symulachris, et nonnunquam, imò sępè, ac frequenter in viribus, et virtutibus tuis, ac sapientia tua, quòd si quandoq; inuocasti me, non id ex fide, ac recta intentione, sed ob tua commoda temporalia egisti; neq; vt mihi inseruires, aut me diligeres, et coleres, nequè magno in pręcio haberes id fecisti: uel non inuocasti me Iacob, idest me solū et vnum, verumetiam mundum, et carnem, et quod his deterius est, Dæmonē ipsum in idolo latentem, id quod faciunt qui Deo simul, et mammonę inseruire uolunt. Non ergo me inuocasti Iacob, nec elaborasti in me Israel, idest non multum es defatigatus, nec multū opere prębuisti in me colēdo, mihi inseruiendo, et precepta mea custodiendo; hoc ipsum est quòd vulgo dici solet, dum alicui plus debito suum obsequium, et seruitutem inanitet ia-

A ctanti in faciem volumus resistere, sic etiam dicit Deus per prophetam, quamuis hostias et oblationes offerres, nullum tamen honorem, ac suauitatis odorem inde excepimus, quia non erant factę in fide, et sinceritate cordis et animi.

Quòd si ad altiora misteria uolumus hæc uerba, et hanc Dei exprobrationē referre, sic erunt exponenda. *Non me inuocasti Iacob*, idest cum mihi bestiæ
B agri benedicerent et nomen meum, laudarent. i. cum Gentes quę velut bestię agri prius habebantur, ad me confugerent, et á me auxilium expeterent, tu non me inuocasti, sed potius me aufugisti, et prorsus te alienare noluisti. *Nec laborasti in me Israel: Tu Iacob*, qui posteaquam mecum luctatus fuisti alio te nomine nuncupaui, et non absq; misterio dictus es Israel, quasi Deum uidens, non laborasti in me, idest noluisti
C sti ob nominis mei defensionem quicquam pati, et martirium subire, sed potius contra me erexisti faciem tuam, et uoces aduersū me extulisti, clamās alta uoce. tolle, tolle crucifige eum: nō igitur me inuocasti, nec in me, siuè propter me quicquam laborasti, usus præterito pro futuro.

Deinde *non obtulisti* inquit Deus *Arietem holocausti tui*. & cętera usq; ad illud punctum: *Ego sum ego sum, qui*
D *deleo iniquitates tuas propter me*. His verbis, & hac oratione Deus exprobrando, & expostulando cum Iudæis, qui gloriabantur se esse populum Dei electum, & sacrificijs & oblationibus diu inseruiuisse in templo Dei. demōstrat ipse Deus non accepisse eorum victimas, & sacrificia, quemadmodum primo cap. huius libri dictum est Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum, holocausta Arietū,
E & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, &c. quæ in eo capite habentur, poteris huc in huius intelligentiam afferre, & alibi: sacrificium, & oblationē ps. 39.
noluisti, aures autem perfecisti mihi: holocaustū pro peccato non postulasti, & ps. 49. Nunquid manducabo carnes ps. 49.
Thaurorum, aut sanguinem hircorū

potabo?

potabo: immola Deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua. & ps. 50. Si voluisses sacrificium, dedissem vtiquè, holocaustis non delectaberis. sacrificium Deo gratum est spiritus contribulatus, non spiritus tumens, & inflatus, & de suis meritis quicquam præsumẽs: neq; oportebat laborẽ, & operã ĩ thure mihi adolẽdo ĩsumere, quoniam incensum abhominatio est mihi. Cum postea subdit. *Non emisti mihi argento calamũ, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me.* i. non fuere tot sacrificia, neq; tot adipes pinguium, neq; multas pecunias insumpsisti, quo odores, & suffitus coram altari meo faceres, vt eorum fumo me inebriares, & satiares, sed obedientiam quæ est supra sacrificium, & humilitatem illa volui, illa quæsiui. Quid per calamũ hoc loco Esaias intellexerit non satis constat. Quidam enim per calamum à parte totum intelligunt omne genus aromatis, quo vna cum thure, & storace, & alijs huiusmodi suffimentis in sacrificijs vti solebãt; quidam verò pro tota illa cõmixtura olei, quæ deseruiebat ad tabernaculũ, & archam foederis ĩungenda. Glo. per calamum hoc loco intelligit surculũ, siue ramusculum cuiusdam arboris aromaticę, quo vtebantur in sacrificijs.

Ps. 50.

Calamus quid.

Lyranus opinatur calamum unam de quatuor speciebus aromatis, quæ ponebantur in thymiamate propheram intellexisse. Alij putarunt calamum esse illud genus aromatum, quòd nos vocamus, cãnella, aut etiam saccarum, cum calamus sit species quædam arundinis, vel cannæ de quo sumus loquuti in præcedenti capite, Mistice tamẽ his loquitur Christus & conqueritur, quòd ille populus olim electus non emerũt ex argento calamum, i. non eius virtutem, gratiam, & benignitatẽ cognouerunt, & prędicarunt. Renuit ergo omne genus sacrificij thuris, & incensi, & cuiuscunq. operis, & officij, quo ipsi utebantur ad placandum Deum: quoniam ob rationes iam dictas Deo non placebãt. Propterea. d Deus Vos mecũ non egistis ea ratione. quam a uobis exposcebam veruntamen inquit ipse, *seruire me fecisti* ò Iacob, ò popule Hæbreorum *in peccatis tuis; præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* q. d. non solũ ego uos nõ coegi, nec institui, vt mihi seruiretis in huiusmodi sacrificijs, sed nec uos ea obtulistis, & perfecistis, quẽadmodum fieri opportebat. veruntamẽ me seruire fecisti in peccatis tuis. i. tantum & taliter, ac tam diù me offendistis, et peccata super peccata addidistis, quòd velut seruum emptitium fecistis me seruire, hoc est cum labore, et patientia magna illa sufferre, et sustinere, quousq; ad uos ipsos reuerteremini, et nihilo minus in eadem semper duritię, et mentis pertinacia permansistis. De hoc eodem labore, et negocio, conquerebatur Deus primo cap. d. Sacrificia vestra facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens, idest magno cum labore, ac difficultate sustinui tot scelera, et peccata uestra. Hæc quidem est expositio horum uerborum quo ad literam, sed interius speculantes, volunt hac exprobratione Deum, non solum aduersus Iudęorum ingratitudinem grauiter inuehi, et indignationem ostendere, sed innuere veteris legis exclusionem, & legis nouę tempus affuturum: possumus etiam eadem verba interpretari, quòd non Iudei solum, sed et nos omnes, coegimus Dominum seruire in peccatis nostris: quandoquidem ipse vulneratus est propter peccata nostra, et attritus est propter scelera nostra, et hoc pacto prębuimus ei laborem in iniquitatibus nostris penitus abolendis, et amouendis. Nec nisi de Christo Domino sũ carnem isthęc sunt intelligenda, qui quidem formam serui accepit, et in passione sua sustinuit laborẽ pro expiandis peccatis nostris, et Hierem. Threnorum 4. inquit. Dominus captus est ĩ peccatis nostris, hoc est deprehensus est ita ut non potuerit effugere, aut se excusare, quin pati debuerit, cum propter nos, et propter salutem nostram, humanam carnem susceperit, cuius imperiũ super humerum eius, idest qui super humerum suum suscipere voluit ac ferre peccata populi. Potest etiam dici quòd Iacob, et Israel idest populus Iudęus secundum carnẽ seruire fecit Christum in peccatis eorum,

Tren. 4.

rum, quia fuit affectus ab eo, et sublatus in crucem, quę pœna erat seruorum, et vilissimorum mancipiorum: vel dicitur seruiuisse in peccatis Iudęorum, quia sicut ouis ad occisionem ductus, et quemadmodũ seruus traditus Romanis se eorum potestati subiecit: quemadmodum ipse respondit Pilato .d. Nõ haberes in me hanc potestatem, nisi data tibi esset desuper: veruntamẽ hęc est hora vestra, et potestas tenebrarũ. Seruiuit ergo Christus Dominus ĩ peccatis nostris, et prębuimus ei laborem in iniquitatibus nostris, vt rectè dixerit per proph. psal. Pauper sum ego, et in laboribus à iuuentute mea humiliatus sum & conturbatus: ipse inquam per tot annos, vsq; ad mortem patienter tollerauit tot labores, miserias, et afflictiones, et contradictiones, vt nos à morte liberaret. et ego vnus ex illis sum, qui cum Sacerdotio fungar, non ea veste sum indutus, quam Deus per prophetam nos indui aliquãdo pręcepit. d. Sacerdotes tui induantur iustitiam: at ego sum hac veste prorsus nudus, ac denudatus, et iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, et sicut onus graue grauatę sunt sup me. Neq; me q̃so, quisquam reprehendat quod peccata mea tam libere confiteri audeam, quoniam ut inquit D. Ambrosius lib. 2. de pen. cap. 6. Delictorum nostrorum memoriam recensere tanquam opprobrium, non erubescamus, nõ uelut quãdam gloriam prędicamus. sed tanta fiat conuersio, ut qui Deum non agnoscebamus ipsi eum alijs demostremus, etc. Propterea rogo te elementissime Deus, me quoq; patienter sustineas, & peccata mea deleas. nanq; si iniquitates obseruaueris, domine, quis sustinebit? quare præcor cor mundum crees in me Deus, & spiritum rectum innoues in visceribus meis; nequè proijcias me à facie tua, neq; spiritum tuum auferas à me. Non enim est alius præter te: tu enim dixisti. Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud.

Propterea ad te confugio, & supplex rogo, posteaquam per Esaiam prophe-

Tex. 6. tam dixisti. *Ego sum. Ego sum ipse, &*

A *non alius praeter me, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum nõ recordabit.* Quare non est putandum quòd neq; Idola, neq; victimæ, & sacrificia neq; priscorum patrum sanctitas sufficere queant ad expianda eorum peccata, sed sola Dei bonitas, & misericordia: & propterea repetit, & ĩculcat eadem verba. d. *Ego sum. ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas &c.* ne quis fallatur, & existimet aliunde fore

B ablutionem peccatorum. dicit. ego deleo non simpliciter absoluo, & remitto, sed deleo, penitus aboleo, ut nullum prorsus remaneat vestigium: abolere namq; est id quod dicimus rudiori uocabulo, scancellare, abradere, nam qñ nos peccamus, & vel, cogitatione, verbo, aut opere contra legem Dei quicquam admittimus, nos facimus pagellam, seu Chirographum quo Demoni deuouemus animas nostras, & donec

C fuerit Chirographum istud deletum, semper obnoxi sumus, et obligati ipsi Demoni, et consequenter damnationi mortis æternę: Hoc autem Chirographum, et hanc pagellam seu instrumentum quo nos ipsos Demoni vẽdidimꝰ, Deus, et Dominus noster sua passione deleuit cruci affixum. Vnde et Paulus Apostolus. ad Eph. 2. hoc singulare, et *Ephe. 2.* inexplicabile beneficium commemorans sic habet. Deus qui diues est in mi-

D sericordia propter nimiam charitatem suam, non propter victimas, et sacrificia, qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis, et conresuscitauit, et consedere fecit in coelestibus in Christo Iesu. quibus verbis q̃dam arbitrantur ostendi gratiam nobis factam per Christum, ut à triplici morte liberemur. v3, à morte qua anima separatur à corpore, et qua anima separa-

E tur à Deo, et qua vtrumq; v3. corpus, et anima detruduntur in infernum. Et propterea inquit. Deleo iniquitates tuas propter me. i. non ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed ut .d Paul. propter nimiam charitatem suam, uel secundum suam misericordiam; vel propter me. i propter gloriam meam: quandoquidem videbatur valde inde-

corum

dicit Dauid. Iniquitatem meam ego A annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Meminisse ergo peccatorum oportet, & ea confiteri: nec pudeat confiteri peccatum, sed illud sponte, et cum verecundia cōfiteri oportet, nō sicut fecit ille Pharisæus. Luc. 18. deinde beneficiorum Dei, iuxtà illud Eccles. vlt. Memor ero misericordię tuę, & operationis tuę, q̄ a sęculo sunt, q̄ñ tu eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiæ: tertio meminisse debemus man B datorum ipsius vt obseruemus ea, iuxta illud ps. 102. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Postremo Memores esse debemus mirabiliū eius quæ fecit: Mementote mirabiliū eius quæ fecit. Tandem quoniam poterāt excusari hi qui descendunt de Iacob, & de Israel, quòd eorū prędecessores fuere grati, & accepti coram Deo, propterea debebat eorum aliqua ratio haberi vt. s. propter permissiones factas patri- C bus antiquis, vt Abraham, & semini eius, ipsi forent omnino seruandi & non penitus reijciendi, dicit Deus. Pater tuus primus vz. Adam peccauit quamuis multis honoribus & donis à Deo cohonestatus, & interpretes tui pręuaricati sunt in me. Interpretes tui i. scribæ, & Pharisei, qui interrogati ab Herode, vbi Christus nasceretur, interpretati sunt loca scripturarum. Alij per interpretes intelligant Moysem, & Aar- D ron, qui irritauerunt Deum ad aquas contradictionis: Interpretes autē hoc loco non solum hi dicuntur, qui rectè & bene, sed qui perperam & sinistrè alterius dictum vel factum interpretantur. sic enim meliꝰ hębraice dicitur. Et contaminaui principes sanctos. i. principes sacerdotum, & ministros. i. permisi eos cōtaminari, & delinquere, aut contaminaui. i. deleui principes sacerdotum, & ministros templi, E qui sancti habebantur: qui. n. ad ministerium electi erant, sapientes, & legisperiti, quiq. populum sibi commissum erudire debebant, principes, & duces appellari poterant; isti ergo qui in loco Patrum sunt positi, & qui alijs præfuerūt, impij fuerunt in me. & signāter, inquit, in me, ostendens, quæ turpiter, & impie patrata fuere, non in unum aliquem nostræ sortis hominem facta fuisse, sed contra ipsam maiestatem Dei, qui est super omnia, puta cum quis proximum iniuria affecerit, vel auaritia, & insolentia, aut alio modo circumuenerit, peccat quidem verum in hominem suæ naturæ similem, & non in Deum. *Contaminaui inquit principes sanctos, dedi ad internicionē Iacob, & Israel in blasphemiā*, fuerunt nanq; Iudæi, trucidati à Romanis, & Israel in blasphemiam, seù in opprobrium. i. omnibus ignominijs, & opprobriis expositi, & mundus cognoscet eos, velut ingratos, & immemores beneficiorum Dei, & sic vniuersus mūdus damnabit, & blasphemabit eos: vel dicitur datus in blasphemiam, quoniā, vt dicit D. Hieronymus. fuit eiectus de sua prouincia, & totius orbis exul, atquè peregrinus: vel dicitur datus ī blasphemiam, quia velut anathema fuit habitus ab vniuerso. Procopius autem satis acutè, & ingeniosè exponens hūc textum d. Esaiam hoc loco ponere tres gradus, siuè ordines hominum quorū cuiq; Deus pro demeritis diuersa intulit supplicia. Sunt. n quidam principes, & duces, quorum munus est imperandi. Sunt quidam alii, qui sunt doctores, & interpretes, quorum munus est alios docendi, & scripturas interpretandi. Sunt demum quidam alii seniores, & grandeui, qui sunt patres aliorum, & eos præcedunt ætate, & hi omnes errauerunt, & præuaricati sunt, & singuli horum pro diuersitate culparum, dederunt diuersas poenas, & supplicia. Principes enim ut Dauid, Ezechias, & quidam alii, quoniam aliqua scelera perpetrarunt, contaminati fuere Dei permissu, & conniuentia, quoniam fuerūt habiti, vt adulteri, Sacrilegi, raptores, & aliis criminibus contaminati. Interpretes verò cuiusmodi fuerunt scribę, & Pharisei, qui falso verba prophetarum interpretati fuere, & verba legis corrupere, ad internicionem, & occisionem, per Assyrios & Romanos fuerunt à Deo traditi. Seniores vero, ut Adam, cuius peccatum traductum fuit in posteros, fuit datus in blasphemiā, & in opprobrium, & hoc est quod dicit

Israel datus in blasphemiam.

Procopius.

Tres ordines hominū

Esaias, cum inquit. Pater tuus primus peccauit, & interpraetes tui praeuaricati sunt in me. Et contaminaui principes sanctos, dedi ad internicionem Iacob, & Israel in blasphemiam: & nota quod Iacob, & Israel vnum & idem est, sed vt diximus supra, vocati diuersis nominibus ob causas ibidē adductas. Sed D. Hier. aduertit quod simplici, & A puro nomine eos vocat Deus: non n. nominat seruos meos, aut electos meos, vt alibi fecisse legitur, vt ostendat & arguat eos, qui descendunt ex Iacob aut Israel fuisse peccatores, & ideo &c.

Et in hoc terminatur Expositio 43. cap.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVARTVM.

1. ET *nunc audi Iacob serue meus, & Israel, quem*
elegi: Hac dicit Dominus, faciens, & formans te,
ab vtero auxiliator tuus; noli timere serue meus
2. *Iacob, & rectißime quem elegi.* Effundam *enim*
aquas super sitientē, & fluenta super aridam; ef-
fundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionē meā
super stirpum tuam. Et germinabunt in te herbas, quasi sa-
lices iuxtà præterfluentes aquas: Iste dicit: Domini ego sum, &
ille vocabit in nomine Iacob. & hic scribet manu sua: Domino:
3. *& in nomine Israel aßimilabitur.* Hæc *dicit Dominus rex Is-*
rael, & redemptor eius, Dominus exercituum: Ego Primus, &
ego nouißimus, & absq; me non est Deus. Quis similis mei: uo-
cet, & annunciet, & ordinem exponat mihi, ex quo constitui po
pulum antiquum, ventura, & quæ futura sunt annuncient eis.
Nolite timere neq; conturbemini: ex tunc audire te feci, & an-
nunciaui: vos estis testes mei: numquid est Deus absq; me, & for-
mator, quem ego non nouerim? Plastæ *idoli omnes nihil sunt*
4. *& amantißima eorum non proderunt eis, ipsi sunt testes eorum.*
quia non vident, nec intelligunt vt confundantur. Quis forma-
uit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce omnes
participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: cō-
ueniunt omnes, stabunt, & pauebunt, & confundentur simul.
Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleis for-
mauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet,
& deficiet, non bibet aquam, & lassescet. Artifex lignarius ex-
tendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angu-

laribus

laribus,& in circino tornauit illud,& fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit illicem, & quercum, quæ steterat inter ligna saltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. Et facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est, & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est Deum, & adorauit: fecit sculptile,& curuatus est ante illud. Medium eis combussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum,& saturatus est, & calefactus est,& dixit, vah, calefactus sum,vidi focum; Reliquum autem eius,Deum fecit, & sculptile sibi: curuatur ante illud,& adorat illud, & obsecrat dicens. Libera me, quia Deus meus es tu.Nescierunt, neq; intellexerunt; obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo. Non recogitant in mente sua, neq; cognoscunt,neq; sentiunt, ut dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes; coxi carnes, & comedi,& de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidam? Pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud,& non liberauit animam suam, neq; dicet: Forte mẽ-
dacium est in dextera mea. Memento *horum Iacob, & Israel,* 5.
quoniam seruus meus es tu. Formauit te seruus meus es tu Israel,
ne obliuiscaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi
nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te. Lau 6.
date *cœli,quon iam misericordiam fecit Dominus: iubilate extre*
ma terræ,resonate mõtes laudationem,saltus, & omne lignũ eius,
quoniam redemit Dominus Iacob,& Israel gloriabitur. Hæc di- 7.
cit Dominus redemptor tuus,& formatur tuus ex utero. Ego sũ
Dominus,faciens omnia,extendens cœlos,solus,stabiliens terrã,
& nullus mecum. Irrita faciens signa diuinorum,& ariolos in fu
rorem vertens.Conuertens sapientes retrorsum: & scientiam eo-
rum stultam faciens. Suscitans verbum serui sui,& consilium
nunciorum suorum complens. Qui *dico Hierusalem: Habitabe-* 8.
ris,& ciuitatibus Iuda: Aedificabimini, & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo: desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico cyro: Pastor meus es,& omnem voluntatem meam complebis Qui dico Ierusalẽ: Aedificaberis,& templo fundaberis.

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMQVARTVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

ET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi. Hæc dicit Dominus faciens, & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem eligi.



LLOQVITVR hoc loco benignus, & misericors Deus per prophetam suum Esaiam veros Israelitas, qui credituri erant in Christum, & consolatur eos, tãquam ad quos non sint peruenturę, quas paulo ante prædixit, calamitates, & miseriæ. Et inquit. Et nunc audi Iacob serue meus. q. d. Nolo prosequi, aut proferre, quos antea cępi sermones aduersum te, quibus merito perturbari, et dolore affici cogebaris: Alium sermonem, aliud nouum, & iocundissimam cantionem sum tibi præcinturus: & perinde est uti aduerbio illo nunc, quemadmodum ps. alibi dicit. hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: quemadmodum obseruauimus in precedenti cap. ex D. Cyrillo; nam tempore iam præterito grauissime in te ò Israel, et penè semper ob tua ingentia demerita, iuste conclamatum est: nunc audi, ausculta, deprime supercilium, agnosce Dominum deum tuum, obedientiæ iugum subeas, & cogites te meum esse puerum, et hoc titulo à me vocatum, et nominatum: tu inquam Israel quem ex omnibus gentibus, et populis, qui degunt in terra peculiariter elegi; audi inquam fauores, et beneficia, quæ in te contulit *Deus*; hoc modo, et hac forma locutionis, vt plurimum vti consueuimus cum dolentes, et afflictos, animoq; vehementer perturbatos consolari volumus: vt sic dicamus. Audi fili mi, seu frater, aut quicunq; mihi beneuolentia seu affinitate coniuncte, audi inquam, quæ tibi denuncio, quę tibi significo, noli tristari, noli conflictari, neq; velis ante tempus toto animo deijci, consternari: et nota, ut supra quoq; diximus, quòd vocat Esaias ex persona Dei populum suum duplici nomine, v3, Iacob et Israel, quorum alterum est naturale, hoc est in ipsa natiuitate impositum, reliquum verò super naturale, ut putà ab Angelo eidem impositum. Vocat etiam Iacob, et Israel primum vsus priuilegio nominis. Deinde priuilegio dignitatis cum dicit serue meus, et notat D. Hieronymus quod quando Deus vult arguere, et demonstrare impietatem, et incredulitatem Iudæorum vocat Iacob, & Israel simplici nomine. Cum autem vult innuere, fidem, et pietatem illorum. i. prophetarum, et Apostolorum uocat Iacob, et Israel seruos suos. Et vide quòd in pręcedenti capitulo alloquẽs Iacob, et Israel secundum carnem, non appellat quemadmodum in hoc capitulo seruum, et electum; habet etiam illud aduerbium, nunc, peculiarem quandam vim penes respectum ad præcedentia, q. d. olim patres tui fecerunt quod fuit eis libitum, verum Deum non verebãtur, eius legem non custodiebant, flagitia multa perpetrabãt, obquę iure optimo traditi sunt in interitum, et opprobrium, ita ut dominentur eis nationes: nunc autem erit tempus, quos. s. erga Deum secus ambulabis, eius mandata custodies, et quò eum ad iracundiam prouoces nihil unquam efficere, aut tẽtare

tare curabis: propterea nunc audi, et ausculta (vt supra diximus) Hęc dicit Dominus faciens, et formans te ab vtero, auxiliator tuus. repetit quod supra dixerat faciens, et formans: fecit inq̃ nos de nihilo producens, et corporeã substantiam nobis afferens, et deinde animam corpori iam rectè disposito, et suis organis mirificè constructo coelitus infundit; ob id dicitur faciens, & formans. Aut etiam dicamus Deum non facere solum nos, et creare, verum etiam formare, hoc est instituere, et ordinare quales esse debeamus, et in quẽ finem creati simus: Dicit se fecisse Iacob, et formasse, et ab vtero auxiliatorem suum extitisse, ut agnoscamus nõ distulisse Deum eidem ferre auxiliũ, nec expectasse aliquod eius meritum, quo eum produceret, daret illi esse, et foret auxiliator suus, sed ab utero, hoc est antequam nasceret, dum ausus fuit arripere plantam fratris ut habetur Gen. 25. et in lucem esset productus id quod indicauit etiam Paulus vsus testimonio Malachiæ, cum ad Rom. 9. inquit Cum nondum Iacob, et Esau nati fuissent, aut aliquid boni uel mali egissent, scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui; loquitur autem hoc loco Dominus Deus Iacob, et uocat seruũ suum, et Israel electum suũ, quem etiam uocat rectissimum tamq̃ pręseferentem, et significantem sacratissimum chorum Apostolicum, uel sãctam Ecclesiam, quam iure omni uocat rectissimam, quippequę rectissima est, nullam habens rugam, neq; maculam, quęque etiam sit columna, et firmamentum veritatis: etiam uocat Iacob rectissimum, ut qui ne transuersũ quidem unguem à recto discedit, sed iuxta fidem literarũ, Israel secundum Hier. dicitur, sed in sono uocis dicitur uidens Deum. lxx. uocant dilectissimum. Nota etiam (ut sepe etiam dixisse meminimus) uerissime, et proprijssime Deum opt. max. uocari Dominũm, quia ipse solus oĩa regit, omnia seruat, et nihil ab eius potestate et dominio secluditur; quemadmodum in psal. 118. legitur. Ordinatione tua perseuerant dies quoniam omnia ser-

Gen 25.

ps. 118

A uiunt tibi: quare nos eidem uelut patri qui nos format, et creat ex debito, et officio omniq; obsequio, et dilectione debemus esse subiecti, et eidem tanquam Domino, nos uelut serui iugiter, et ex affectu omnem timorem, et reuerentiam debemus exhibere, et quamquam ipse dicat, noli timere seruus meus Iacob, uult excludere timorem illum seruilem, quo serui per uim, et metum alicui principi siue tyranno

B seruire coguntur; quamquam et nos hac ratione serui etiam dicimur ipsius Domini, cũ sit alioqui benignus, et misericors, quandoquidem dum nos peccamus sub iugo, et sub ferula eius nos fore, et uelimus, nolimus sistere ante eius tribunal optimum. Et sequitur.

Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Tex. 2.

C Loquitur citra omnem controuersiã Dominus deus, Iacob, & Israel secundũ spiritum, & pollicetur eis copiose admodum, & superabundanter se daturum aquas super sitientem, & fluenta super aridam: Vult enim innuere, quòd super mentes, & corda discipulorum suorum, tantam spiritus sancti gratiã infundet, vt & ipsi omnem sitim sint expleturi, & ij pariter quibus verbum prędicationis ministrabunt eiusmodi gra-

D tia spirituali replebuntur; præsignificans, ac demonstrans ꝙ gentes q̃ nunc sunt aridæ & omni gratia destitutę, ita spiritus sancti gratia molles reddentur, & dociles, ut facile recipiant verbum: propterea præposuit verbum illud. noli timere seruus meus Iacob. i. nolite timere vos Apostoli, & ministri mei euangelicum semen serere, & vndequaque diffundere. nequè existimetis negocium vos habituros cum eis,

E quibus cum versabimini, & fidei veritatem annunciatum ibitis nanq; vires, & fortitudinem vobis impendam quibus resistere possitis cuicunque vobis obsistenti. & afferenti molestiam, non obstantibus præmissis Per Iacob igitur, & Israel hoc loco non solum chorus Apostolorũ, & gentes quæ in Christum sunt credituri, possunt designari,

verum & Iacob, & Israel secundum carnem, quandoquidem ex illis nonnulli (vt supra dictum est) sunt credituri vt præter Apostolos, pleriq; etiam velut quædam reliquiæ salux factæ fuerint, vt quasi videatur propheta eos quodam modo subleuare, & significet non omnino, & totaliter eos esse perdendos, ne.s. quis eorum existimet postquam viderit vrbes Iudeæ deletas, Dominū penitus dereliquisse Israelem, sed multò magis ipsi fore auxiliatorem, ipsi inquam qui fuerit imitatus Israelem secundum spiritum, & non secūdum carnem: quod quidem re ipsa factum est, cū pro vna Iudæa reddidit Israeli vniuersum orbem terrarum: namq. in omnem terram prodiuit sonus, & prædicatio Apostolorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Hoc est quod dicit. *Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam:* id quod manifestius declarat cum inquit. *Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionē meam super stirpem tuam.* Apostoli nāquè domini vsq; adeo repleti erunt spiritu sancto, & vsquè adeo gratuitorum donorum participatione superabundabunt, vt facile multos sint parituri filios in eandem fidem, & veritatis agnitionem: potest etiam intelligi hanc diuinam promissionem de effusione spiritus super semē Iacob, & Israel futurā esse super eos ipsos, qui descendent ex Israel secundum carnem, qui tamen vocati, & excitati à Deo, admittentur ad consortium aliorum fidelium. Et sequitur dicens. *Et germinabunt inter herbas quasi salices iuxtà prater fluentes aquas.* eleganti quidem, & perpulchra vtitur Esaias metaphora quos nam fructus, quæuè dona, spiritus sancti gratia in his quibus confertur producere cōsueuerit. inquit n. quòd qui fuerint eo dono imbuti, & superinfusi germinabunt inter herbas, hoc est inter gentes, quæ hoc loco herbis comparātur, quēadmodum salices iuxtà aquas non mortuas, seu permanentes, sed præterfluentes prope salices: Hæc enim arbor virescit semper, & fluminibus libenter adnascitur, hunc in modum, qui gratię donis, ac muneribus fuerint ditati & in

Salices & herba.

illis perstiterint nunquam emarcescēt, neq; à bonis operibus unquam cessabunt, sed semper in officio continebūtur. Hi Salices, hoc est uiri boni, & diuino spiritu repleti, sunt illud lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius nō defluet, & omnia quæcunq. faciet prosperabuntur. Sed nota quòd per aquas hoc loco non solum dona spiritus sancti, ut timor, fides, Charitas, robur, & iustitia intelligi possunt, verum et nonnulli sacri baptismatis aquam volūt intelligi. Nulli quidem dubium quòd gentes, pariter, & Iudæi erant maximè sitientes et aridi, vtputà nullam habentes verā virtutem, neq; rationē vllam qua Deū sibi propitium habere potuissent, propterea vocabantur aridi, & siti consūpti: postquam igitur renati sunt ex aqua, & spiritu sancto expleuerunt omnem sitim, & benedictionibus sunt repleti: vnde in Euangelio quòd hodie prædicari audiuimus clamabat Iesus in templo, & dicebat. Qui sitit veniat ad me, & bibat. flumina de vētre eius fluēt aquæ viuæ. Hoc autem inquit Ioannes (dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: certissimū est enim & ab omni dubitatione prorsus alienum, quòd his donis, & benedictionibus repleti germinabunt inter herbas quasi salices iuxtà præter fluentes aquas: hoc est de eorum ventre, de eorum doctrina, ac conuersatione procedent exempla bonorum operum, ꝓlucebit castitas, pudicitia, fides, timor, & obedientia, & quodcunq; aliud opus bonum. Quidam (teste D. Hier.) ponunt discrimen inter herbas, & salices, ut per herbas intelligant populum Gētilem, per salices vero eos, qui ex Israel crediderunt. Verum hoc parum ad rē spectat: pro intellectu morali horum verborum vide. D. Greg. lib. 33. cap. 5. vbi nomine salicum aliquando boni ratione viriditatis, aliquando reprobi pro sterilitate designantur. Dum postea subdit. *Iste dicet: Domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua domino, & in nomine Israel assimilabitur:* vult ostendere propheta nō

Ioan. c. 7.

solum

solum varietatem credentium, verum, & pluralitatem, seu multitudinem, qa non vna gens tantũ, sed plures, & variæ confitebuntur nomen Christi, vocabuntur Christiani, se & suas animas Christo domino commendabunt: vota vouent domino Deo, & filio eius Iesu Christo, quamquam nationes istæ longissime inter se se loco, & viuendi ratione discrepent, ac dissentiant. ut Aphri, Asiani, Itali, Galli, Germani, & quæcunq; aliæ nationes, ut verum sit B quod prędixit ipse Dominus apud Matth. Multi ab oriente & occidente uenient, et recumbent cum Abrahã, Isaac, & Iacob. Quidam ex Procopio notant his uerbis indicari multos Christianos in manib⁹, & brachijs signa crucis, sibi curauisse inuri, & insigni: sed uerius puto eos dixisse, qui dicũt aliquos manu sua, idest palám, & aperte, fuisse professos fidem Christi: & forte etiam designant hæc uerba uarias hominum C societates, quę sub uarijs regulis, ac rationibus uiuendi Christum Dñum sunt secuti. Aut dicas hic describi tres hominum status. u3. Laicorum, Clericorum, & Religiosorum. *Hæc dicit Dominus rex Israel, redemptor eius, & Dominus exercituum.* usq; ad illam partem. *Plasta idoli omnes nihil sunt* &c. Ne quis fortè putaret eas gentes quę relictis idolis ad uerum Deum confugiẽt fore deceptas, Esaias in confirmationẽ D ueritatis, & corroborationem fidei, hęc addit. *Hęc dicit Dominus rex Israel. & redemptor eius Dominus exercituum:* Rex inquam Israel, non cuiuscunquè, sed Israel secundum spiritum, & redemptor eius, quia ipse tanquam frater & propinquus eius, redempturus uenerat eundẽ, & in libertatem uindicaturus: uocat Dominum exercituum, quia re uera est Dominus uirtutum. & totius militiæ cęli, ut sæpè aliàs dictum est. Qui ergo hęc dixit, atq; prædixit, hoc est prędicationem Apostolorum, uocationẽ E gentium, saluatoris aduentum, & effusionem spiritus sancti, quem cũctis credentibus se daturum promisit, non est credendus se quemquàm decepturum, cum sit Dominus, rex, & redemptor; quibus titulis, & inscriptionibus ueri-

Matth. 8.

A tas, virtus, & potentia eius declaratur. Dicit ergo. *Ego primus, & ego nouissimus, & absq; me non est Deus*, & quãquam Christus dicatur puer, seruus & filius eius, tamen et ipse est Deus, & nõ est alius Deus, licet sit alia persona. Et per notam, siuè signum interrogantis quærit num sit alius Deus similis ei, qui si sit demonstretur, ac designetur, & ille vocet quæ nondum sunt, & annũciet quæ futura sunt, & ordinem exponat, ex quo constitui ego Deus populũ antiquum; ventura, & quæ futura sunt annuncient eis: eis inquam qui illos Deos tenent, colunt, venerantur, & credunt. dicit D. Hier hoc in loco prophetam insurgere, & inuehi contra idolatras, qui tempore quo ipse ventura populis nunciabat, magni habebantur, & præualebant. Dicere Deum esse primũ, & nouissimum. vsq; adeo manifestum est, vt ridiculum sit illud comprobare. Cum inquit. ordinem exponat mihi; ex quo constitui populum antiquum. Dicunt aliqui. ordinem exponat mihi. i. sigillatim, & vnum post aliud eorum quæ facta sunt non confuse, aut præpostere, sed seriatim, ac distincte mihi declaret. Alij sic declarant hanc particulam. ordinem exponat mihi. i. modũ, conuenientiam, & connexionem partium totius mundi, qua eas deuinxi, & obligaui, & cuiusq; limites & terminos præfixi, & constitui, vt præteriri nõ possint. q. d. nullus poterit ex his qui fuerunt à principio constitutionis mundi vsq; in finem, qui possit annunciare vẽtura, & quæcunq; sunt futura, quiq; etiã vocet ea quæ non sunt, tanquam ea quę sunt. Per populũ antiquum à Deo constitutum, nonnulli intelligunt populum Israeliticum, sed longe melius eos dixisse opinor qui per populum antiquum intelligunt gẽtes ab initio mũdi constitutas, vt Adam, & Euam, et reliquos, qui in primeua illa ætate in orbem fuerunt adducti. Nec prorsus renuo illorum sententiam, qui per populum antiquum intelligunt legiones Angelorũ in principio ipsius creationis, quod est principium temporis à Deo creatas. Nullus inquam potest exactè, & speciatim cognoscere, & exponere

Christus Dominus: Rex, & Redemptor, & gentium & Iudaeorum.

D. Hier.

Populus antiquus quis?

Futura & ventura quo differunt.

quonam facto fuerint Angelicę phalãges à Deo productę. Dicit ventura, & futura.secundum Isidorum. Ventura dicuntur, quæ propius, & citius adueniunt: futura verò quæ post longum tempus. quare futura contingentia, de quibus supra diximus, non possunt ab aliquo pręterquam à Deo euidenter cognosci, & ab his quoq;, quibus Deus reuelari decreuerit. Proinde sequitur, cum hæc ita se habeant quod.s.sim primus, & nouissimus, & nullus sit similis mei, neq; quisquam possit annunciare quæ ventura sunt, & futura, *nolite timere, neq; conturbemini* si.s vos videtis sub his tẽporib⁹ regiones vestras perturbari, populum varijs flagitijs, & criminibus inquinari, omnia susq; deq; moueri, propterea quod hæc omnia prædixi, ex tunc audire te feci, i.antequam fierét te commonui, & annunciaui: *vos estis testes mei*, non potestis decipi, neq; excusari, neq; ego videor mentiri. vos inquã, prophetę quibus quæ facturus eram reuelaui *Nunquid est Deus absq; me, & formator quem ego non nouerim?* Certè nullus. neq; esse, neq; potest reperiri: cur autem hæc adiecerit ipse Deus, & repetierit, iam supra ex D. Hiero. explicuimus.

Tex. 4.

Sequitur textus. *Plasta idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis*, vsq; ad illam partem. *Memento horum Iacob, & Israel.* In qua quidem præsenti particula mox exponenda insurgit propheta (vt dixim⁹) aduersus idolatras, & execratur eos, & grauiter condemnat, hoc autem ideo facit vt auertat populum suum à cultu Idolorum, & à uitijs quę eo tempore, vti diximus, magnopere vigebant, & ad agnitionem veritatis efficacius adduceret. & summatim quatuor in hoc capitulo conclusiones, seu dogmata continentur, quæ omnia sigillatim explicabimus, & postmodum verba quędã nõ nihil ambigua declarabimus.

Prima conclusio.

Prima ergo conclusio sit ista. v3. quòd Neq; idola, neq; plastes, seu formatores Idolorum, neq; Dæmones illis assidẽtes & per ea dantes responsa, & homines decipientes, nec non, & idolorum cultores sunt vlla ratione quicquam, & sunt penitus inane quoddã, & vanitas.

A Hæc conclusio per ea, quę in priori capitulo sunt allata facile probatur, quia, uidelicet Deo comparata nihil sunt, & consequenter nihil agere, aut pati possunt: & quoniam uanum est cuius operatio nulla est, quare cum eiusmodi idola nihil operentur, aut possint, nihil omnino esse dicuntur. Dicuntur etiam esse nihil, quia nullius rei nomine digni sunt, qui sic desipiũt, ut sermonibus suis formare Deos

B arbitrentur. Vnde Orig. Idolum inquit, nil aliud est, nisi figmentũ merũ, in quo nihil numinis, nihil honoris inest, & D. Paulus. 1. Cor. 8. scimus, quod idolum nihil est in mundo: & cap. 10. idẽ confirmat. d. Dico ne ꝙ idolis immolatum sit aliquid, aut idolum sit aliquid? Non quidem (supple) sed quæ gentes immolant, demonijs ĩmolant, non Deo.

Secunda cõclusio.

Secunda conclusio. Idololatræ sunt

C fatui, & insipientes, quia colũt pro Deo, id quod ipsi manibus suis fingunt, formant, & efficiunt, & lignum, quo idolum conficiunt, si quid fuerit residui ad coquendos panes, & alia cibaria impudenter assumunt. & hoc quidem ex se manifestum est.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Idololatrę sunt uani admodum, & imprudentes, quia diuinos honores, ijs à quibus nec boni quicquam recipiunt, nec mali tribuere

D non uerentur. Malum quidem eos recipere dicendum est, quia dũtaxat Deum offendunt, et sibi ipsis turpitudinem inurunt.

Quarta conclusio.

Quarta conclusio Idololatrę sunt blasphemi, quando quidem mendacẽ faciunt Deum, quasi ipse fuerit mẽdax, cum dixerit se liberasse populũ de Aegypto. se manna de cœlo pluisse, et cętera quæ hoc in libro eum fecisse legimus. Nec ista conclusio cõtradicit pri-

E mę, Idololatræ quidem sunt aliquid, et sunt nihil: sunt aliquid, quia sunt in rerum natura: sunt nihil, quia nullius sunt pręcij ac existimationis, sed uasa irę. Quod attinet ad uerba cum dicit. Amantissima eorum non proderũt eis. Quid per amantissima sit intelligẽdum uarie exponitur. Aliqui dicunt amãtissima fore idola ipsa, quia magna arte

Amantissima Idololatrarum quę.

arte elaborata, & subtili opere confecta, auro, & argento uermiculata; quæ saltem ratione ornatus, & materię ualde ab illis cara seu magno in pręcio habebantur. D. Hier. per amantissima intelligit pulchra: quia quanto imago fuerit pulchrior, tanto putatur augustior. Alij per idola interpretantur desideria; quę uerè dicuntur amantissima, ut quę ab uno quoq; uehementer expetuntur. & desiderantur, & unusquisquè formabat Deum iuxtà suum desideriũ, dum aliqui ardenter cupiunt & exoptant honores: quidam uerò opes, & nonnulli uoluptates, quæ oĩa pro Dijs uenerantur, & colunt, quęq; huius mũdi homines magnopere expetunt, & amant: & cõgruè quidẽ uocãtur amãtissima, qa oẽ qđ est in mũdo, aut est cõcupiscẽtia carnis, aut cõcupiscẽtia oculorũ, aut superbia uitæ. 1. Ioan 2, cap. & hęc ea sunt, quę uocantur amantissima, quę tamen nihil proderũt eis, ut bene testatur Apostolus. d. quem fructum tunc habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? nã finis illorum mors est. *ipsi sunt testes eorum*, hoc est ipsi cultores uel ipsi formatores, aut plastæ idolorum sunt testes eorum, quia .s. bene cognoscunt & attestari possunt, ꝙ Dij eorum non uident, neq; intelligunt, ut cõfundantur, ut .s. iure debeant confundi ea adorãtes, cũ ipsi sciãt, ꝙ in eis nõ est uirtus uisiua, aut ulla uis sensitiua. Vel dicendum, quòd ipsi cultores idolorũ non vident, nequè intelligunt. i. nolunt videre, aut intelligere, & huic veritati fidem adhibere, ut hac ratione confundãtur, & idolorum cultum omnino reijciant, ac detestentur. Quidam alij satis rudem afferunt huic propositioni intelligentiam, dicentes, ipsi sunt testes eorum, quia non uident neq; intelligunt, ipsi v3. Dij falsi, & fictitij sunt testes eorum, sibi ipsis sunt testes, quia .s. non videnti, neq: intelligunt, ut confundantur; quasi velit dicere. Si idola uiderent aut intelligerent utiquè cognoscerent quòd ipsi non sunt Dii, & hoc pacto pudore afficerentur, se velut Deos haberi, cum nihil sint. Proinde non est data eis facultas ut videant, aut intelligant, vt aliquando confundantur. *Fa-*

A *bri enim sunt ex hominibus, conuenient omnes stabunt, & pauebunt, & confundentur simul*. Demonstrat Esaias per hæc verba insaniam, & insipientiã idololatrarum, quoniam adorant, & supplices uenerantur quod est eis deterius, & conditionis multo inferioris, nam fabri, & fictores idolorum sunt homines, et ex hominibus orti, & ducti, conuenient omnes, possunt inquam mutuo conuenire, colloqui, & negocia inter se tracta- B re, & perficere, stare, pauere, et huiusmodi passionibus commoueri, quibus nequaquam idola ab eis confecta possunt affici nec eorum misereri. Et proinde sunt longe deteriora hominibus, atquè ideo ualde absurdum est, & inopinabile ea ab hominibus tanquam Deos excipi, & honorari cum homines ea facientes & construentes sint ijs longè præstantiores, & potentiores. Aliter exponitur ista particula, ut illa dictio ex ho- C minibus, cum sequenti particula coniũgatur in hunc modum. Ex hominibus conuenient, omnes stabunt, & pauebũt & confundentur simul q.d. futurum est ut qñq; homines facientes idola, simul conueniant, congregentur, et confundantur pariter, cum cognouerint se tã stultos, et stupidos fuisse ut lapides, & ligna tanquam Deos colerent, et uenerati fuerint, atquè mutuo colloquentes, et alter ad alterũ sub rubore dicet, D O nos miseros, et fatuos, quid fecimus, quid putabamus, quam imprudentes et ignari fuimus? Verum planior horum uerborum sententia est, quòd .s. conuenient omnes, et congregabuntur, tam fabri, et fictores Deorum, quã qui eas colunt, et uenerantur, et facile pudefient cum nouerint se et indicauerint ex hominibus esse, et Deum se fabricare conspiciant. Magna certè ignominia, et ingens pudor est ea non aduerte- E re. Cum postea dicit. *Faber ferrarius operatus est in brachio fortitudinis suę, esuriet, & deficiet, non bibet aquã, & lacescet.* His uerbis alia ratione demonstrat inscitiam horum hominum, qui colunt idola, et ea confingunt, quia artifex, qui in fortitudine brachii sui operatus est idolum, defatigatus est, et laborauit; proinde esuriet, et sitiet, et deficiet, et

non

non bibet aquam, et infirmabitur: De⁹ autem ille pro quo laborat, et infirmatur nullum ei subsidium præbet. Quare vanus, & impotens est iste Deus. Aut dicas quod illi Dij esse non possunt, qui ope tamen, & opera, ac arte humana conficiũtur, cum tamen *Deus* verus, & viuus nullius hominis arte, vel studio, quo sit & operetur indigeat. Vides ergo quales sunt isti Dij quos impuri homines, rationis tamen aliquanto participes venerantur, & colunt, cum tamen nec proprie lignũ aut lapidem, aurũ, & argentum, sed potius, opificium proprium, & artem suã venerentur & colãt: opus inquã manuum suarum, cuius vilitas necessitate famis & sitis ipsius artificis demonstratur. Et re vera magnum dedecus & infamia est quæ Deus condidit, & fieri iussit in vsum & beneficium hominum, vt lapides, & ligna quæ crescunt, & nutriunt pluuia de cœlo nobis immissa, pro falsis numinibus, & Dijs nunquam propitiatoribus excipere, & honorare; nec secus mehercle nobis etiam contingit, quibus dat Deus intellectũ, memoriã, industriam, ac fortitudinem, vt iis bonis in laudem, & gloriam ipsius, & in beneficium nostrum utamur, nos verò vtimur ad explendas cupiditates nostras, & ad seruiendum Diabolo, & pompis eius. Dicit deinde. *Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina, fecit illud in angularibus*. Dubitant exponentes quid per runcinam intelligat Esaias, neq; idem omnes sentiunt: fabrile quidem instrumentum esse omnes fatentur, quale verò sit non satis cõstat. dum alij existimant genus esse serræ maioris, qua fabri materia secent arborum moles subiectis canterijs. Alij vero, rustici ferramenti genus esse opinantur, ad dumeta excidenda accomodatum, quod nos lingua vernacula appellamus (il falcino): Alii verò putant runcinam eam esse, quam vulgus hodie planulam vocant, qua fabri assamenta radunt, & leuigant: id quod Plinii testimonio lib. 18. cap. 42. potest cõprobari. Vbi sic habet. Firmissima ad tectum abies, eadem valuatum repagulis, & ad intestina opera aptissima cramẽtorum crinibus pampinato, sem

Runcina quid.

Plinij lib. 18. cap. 42.

A per orbe se se voluens, ad incitatos rũcinarum raptus. Nota etiam super illud quod immediate dicit, *Iste artifex lignarius fecit imaginem viri quasi hominem speciosum habitantem in domo.* & ante illud lignũ, vel lapidẽ impuri homines se prosternebãt, & diuinũ cultũ exibebant, & in domo collocabant tãquã aliquod præciosum & carum, vel in tẽplo tanquam aliquod numen; etsi nonnulli existiment hæc dicta esse per ironiam. Paulò infra habet hæc verba.

B *Nescierunt, neq; intellexerunt*. Esaias velut compatiens his miseris, & insanis hominibus qui ex eodem ligno conficientes idolum, et partim accendentes ignem, & coquentes pulmentum, ante illud lignum fabrefactum se curuantes, & adorantes obsecrabant illud dicẽtes. *libera me quia Deus me⁹ es tu.* O fatuitatem stultissimam, & insaniam nunquam satis deplorandam ex vno, &

C eodem ligno partem capere ad formãdũ Deum iuxtà eorum beneplacitum, & voluntatem, reliquam verò partem super ignem apponentes, vt ex eo calefiant, & coquant carnes, & non erubescant lignum illud interpellare, & obsecrare ut liberet eos, quia Deus eorum sit. Vnde Lactantius lib. 2 cap. 2. inquit aduersus huiusmodi simulachrorum cultores. Qui sentiunt, adorant insensibilia, qui sapiunt irrationabilia,

D qui viuũt exanima, terrena, qui habent ortum e cœlo: sed hæc proclamatio iusta est aduersus eos qui lapides & ligna adorant, non qui in ipsis imaginibus ipsarum prototypa contemplant. Idcirco inquit propheta *nescierunt neque intellexerunt*; & quemadmodum dixit Dauid. ps. 81. in tenebris ambulant, & in maxima obscuritate versantur. Nec mirum, obliti enim sunt, vel potius obliniti ne videãt oculi eorum,

E & ne intelligant corda sua, & cætera quæ sequuntur, quæ omnia de se patẽt, & magna ex parte sunt iam declarata. Qui enim fieri potest, vt quandoquè non se ipsos excitent, non aduertant, & non secum ipsi cogitent, quale nam sit idolum istud, qualis Deus, cuius uirtutis, ac potẽtię potest esse illud numẽ, cuius pars cinis est; certe non nisi cor insi-

Lactant. lib. 2. cap. 2.

Ps. 81.

insipiens adorabit illud, & non liberabit animam suam. Postremo num possibile est, ne aliquando dicat iste faber. *forte mendacium est in dextera mea?* sunt ne homines isti usq; adeò vecordes, & capti, ut quandoq; non recolant, neq; in corde suo recogitent, quis scit si forte decipior? si frustra laboro? & si dextera mea.i.manus meæ perperam laborent & fatigentur? eisdem manibus.s. multoq; labore ac difficultate idolum conficiam, quòd nihil sit? idest nullam vtilitatem nobis afferat? Et re vera mirum est in mentes horum hominum eiusmodi cogitationes non aliquando irrepere: verum hanc particulam longe secus interpraetantur alii, vt.s. per dexteram Dei, intelligant filium Dei, qui vere dicitur dextera, & brachium patris æterni, vti cœlestis pater, quasi mirabundus in se ipso dicat, forte mendacium est in dextera mea. q. d. ego dixi me liberasse populum meum de Aegypto, me eduxisse illum per mare rubrū summerso Pharaone, cum exercitu ei⁹ in mare, me de petra aquam eduxisse, & alia multa me fecisse: quis scit, quòd ea quæ dixi me fecisse in dextera mea, idest in Christo meo, qui locutus est in prophetis fuisse mendacia? & propterea fortasis isti in me non credunt, nec me sectantur, & colunt alios Deos.

At quia scio me non esse mendacem, impossibile est me falsum dixisse, quia solus Deus verax omnis autem homo mendax, potius credendum est istos homines ignaros, & turpissime á Demone captos, & illusos hoc aliquando fuisse opinatos mendacium fuisse in dextera mea, hoc est meos prophetas, et vates, qui ex ore meo sunt locuti, mēdacia illis contexuisse, quod quidem est maxime omnium impossibile, & prorsus inexcogitabile. Sed re vera melior est hæc expositio.s. forte mendacium est in dextera, ut sint verba ipsius artificis, qui perpendens Idola fore ab eo plasmata, et ea non uidere, neque intelligere, neq; ullū pbere ei auxiliū dicat, in seipso fortè mendacium est in dextera mea, Lact: lib 1. cap. 15. Atqui non mireris dæmonem talia corū cordibus immisisse, quoniam ipse mendax est, et pater mendacij, estq; perpetuus, et implacabilis humani generis hostis. Si verò cupis intelligere, vnde habuerit initium tam magnus, et frequens cultus idolorum. Scias ex Euseb.Cesar. et plerisq; aliis doctoribus, non nisi à voluptatibus, et vitiis ac libertate viuendi originem traxisse, cum enim ferè à principio omne genus hominum quam maxime voluptati deditum esset, cepit colere Deos authores, et fautores libidinum, ut Venerem, Plutum, et quosdam alios, quos modestiæ et honestatis causa prætereo. Huius autem nostræ opinionis, ac sententiæ non alium volumus testem habere, q̄ D. Paul. Apostolum, qui in Epist. ad Rom.cap.1. et alibi sæpè hoc aperte declarat. Sed reuera quæ.d.hic Esaias de fabris, et sculptoribus Idolorum melius dici possunt de principibus hereticorum, qui dogmata sua, atq; mendacia, velut simulachra artifici corde componunt et venerantur ea, quę sciunt à se fuisse inuenta, et simulata: Nec solum ipsi errore labuntur; sed simplices quosq. ad eundem errorem trahere nituntur. *Memento horum Iacob, & Israel, quoniam seruus meus es tu, formaui te, seruus meus es tu Israel, non obliuiscaris mei &c.* Ne quis tædio afficiatur, aut fortasis admiretur toties eadem à propheta esse repetita, usq. adeo quidē zelabatur Deus salutem populi sui, ut nullam unquam prætermiserit occasionem qua eos ad rectitudinem perduceret, et in officio contineret. Quare cum hactenus ostenderit idola hominum fore figmenta, et nullum alium esse Deum præter eum, qui creauit cœlum, et terram, et qui eduxit illum de Aegypto, et cui tot, et tanta contulit beneficia, monet igitur hoc loco et hortatur Deus prophetam vt meminerit, neque vnquam permittat è memoria excidere tam præcipuum, et singularem ipsiusmet Dei erga eundem populum amorem, zelum, et ineffabilem bonitatem, et misericordiam: propterea dicit ò Iacob, et Israel, memēto horū, horū inq̄ q̄ mox prædicta sunt, Idola.s. nihil esse, hoc est ad nihil omnino con-

Lact. lib.1. cap.15.

Rom.ca.1.

Tex.5.

conferre, neque vtilitatis quicquam,& commodi vobis allatura? Memento et & memor esto beneficiorum Dei,& memor esto virtutis,& potentiæ suæ. Tu qui es seruus meus, & dilectus meus, quē ego formaui,in lucē deduxi,& legibus,ac præceptis instruxi,& erudiui,loquor ad te Iacob,& Israel,q imitamini ipsum Israel sm̄ fidem, & alias virtutes & dona quibus ille prǽditus erat,ac decoratus. Vide,non obliuiscaris mei dicit Deus. Turpissimum quidem scelus est diuinæ maiestatis obliuisci,& ad tā tam insaniam homines deduci,ut vero, ac viuo Deo mortuos,& lapides insensatos audeant præferre, terrenosque iā in terra sepultos eidem præponunt, qui fundator terrę fuit, & præterea parens ille noster, & creator cum fingeret hominem,idest animam intelligētē,& rationis capacē ex humo subleuauit,& ad eius contemplationem euexit. Non ergo debet ipse homo rursus ad terram deijci,& in ea prosterni,ac Dei Saluatoris obliuisci. Lactan. lib.2.cap.1. quemadmodum propheta Dauid conqueritur dicentes. Obliti sunt Deum, qui saluauit eos,qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cam,terribilia in mari rubro. Qui quando fuerint Dei beneficiorum recordati, non ibūt post Deos alienos vt fecerunt gentes, q̄ ignorant Deum, contra quos imprǽcatur idem regius propheta ps. 9. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum, Dei autem profectò obliuiscuntur, qui pietatem quæ erga Deum esse debet contemnunt, aut prorsus ab eo recedunt. Quòd autem penes hoc obliuio erga Deum facile demonstretur,ostendit idē ipse Esaias cap. 65. cum dicit. Vos qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam. Quare obliuio denotat,& significat defectionem quandam pariter & insignē ingratitudiuem: memoria uerò est fortitudo quędam & stabilitas dilectionis, & obsequij erga eum de quo quis bene meeretur. Quare & nos,qui sumus creati à Deo, & recreati, ac reformati, non secus quam Iacob, aut Israel per gratiam spiritus sancti, cauere oportet, ne unquam Dei obliuiscamur, ne quando rapiat,& non sit qui eripiat. Quibus aūt debeamus causis commoueri,ne unquā Deum obliuiscamur Esaias sic adducit continuè in persona Dei loquens.

Lact. lib. 2. cap. 1.

ps. 9.

Deleui (inquit) *vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.* Delet inquam Deus peccata nostra tamquam nebulā, quoniam non solum peccata amouet à nostris animabus; verum pudorem, & turpitudinem quandam ipsorum peccatorum. deleui inquit iniquitates tuas, & redemi te: vsus quidem (vt moris est) præterito pro futuro ad insinuandum certitudinem, & constantiam promissionum; quarum rerum recordatione, & cōtemplatione ductus Esaias, & quodāmodo in spiritu raptus, & præ lætitia inenarrabili gestiens, & iubilans in hęc verba prorumpit

Tex. 6. *Laudate inquit cæli, quoniam misericordiam fecit dominus, iubilate extrema terra, resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius, quoniam redemit dominus Iacob, & Israel glorıabitur.*

Quamquam creaturas insensibiles, & inanimatas alloquatur propheta, veruntamen ad summam lætitiam,& gratulationem prǽmonstrandam, alloquitur eiusmodi creaturas. quasi velit dicere. Non solum ob tam singulare, & inexplicabile beneficium, quo sumus redempti à seruitute Demonis, & quo sunt nobis peccata remissa,& iniquitates deletæ, rationales creaturæ lætari debent, & exultare, verum & oīs creatura quæcunq. sit illa usq; ad extrema terræ. Nec dubium quòd per cœlos quos laudare iubet, Angelos uoluit innuere,& alios cœlestes spiritus,quibus terrę fundamenta portantur.aut etiam Apostolos, & prophetas, qui dicuntur Ecclesiæ fundamenta; per montes,colles,& siluas varia hominum genera secundum varia spiritus sancti dona, qui omnes iubilare, & tuba canere præcipiuntur ob Dei beneficia humano generi collata: propterea inquit. *Quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel glorıabitur*, *siue in Israel glorıabitur*, vt dicunt aliqui. Rursus eadem,quæ supra repetit,

tit uidelicet. *Hæc dicit Dominus redemptor tuus & formator tuus ex utero*, idest, dum adhuc esses in vtero, *Dominus suscepit te, & formauit te*, utramque tui peculiarem, & protectionem habuit, ut supra declaratum est.

A

Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælos solus stabiliens terram, & nullus mecum. Cum dicit ego solus, & nullus mecum, non intelligas, excludi filium, & spiritum sanctum, quia opera Dei ad extra sunt indiuisa, & præterea filius, & spiritus sanctus, non sunt cum Deo patre, sed sunt in eo Quidam mirantur cur Esaias frequenter eadem repetit. Hoc enim facit secundum Hieronymum ne ulla blasphemandi Christum hereticis detur occasio. Deinde sequitur. *Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens suscitans uerbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens.* Habemus per hæc uerba adducta, & confirmata a Paulo Apostolo. 1. ad Corinth. 1. Cũ postea inquit. *suscitans uerbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens.* Per seruum suum plerique intelligunt Esaiam prophetam, cuius spiritum suscitauit, ut prædiceret, & pronunciaret ea quæ Deus est facturus, ut incarnationem filii sui, & uocationem gentiũ. Alii vero per seruum suum hoc loco intelligunt Christum Dominum, & per nuncios suos intelligunt Apostolos, & quoscumque Dei ministros, qui voluntatem Christi præceptoris sui gentibus nunciabunt, At quidam iuniores male habent ut Christus Dominus, cum sit Dominus omnium, dicatur seruus, nisi cum adiectione, uidelicet ut homo. Preterea breui, & consequenti sermone qui hactenus prædixit se tanta facturum, suam eius potentiam rursus proponit, & inquit.

B

C

D

Trex. 8. *Qui dico Hyerusalem habitaberis, & Ciuitatibus Iuda ædificabimini, & deserta eius suscitabo.* Ego inquam qui hoc dico iubeo, & præcipio, hæc omnia suis temporibus certissime complebo, quę quidem iuxtà spiritualem intelligentiam non de rebus corporeis, ac sensibilibus sed uerè, & proprie de Gentibus, & Iudeis conuersis ad Christum accipi debent. Itidem, *qui dico profundo*, per quod ferè omnes intelligunt Babyloniam, quæ appellatur profundum tum quia propter eius magnitudinem, estue lut mare profundum dicta profunda, uel quia sita est pro maiori parte in uallibus, & prope flumina ubi est multitudo aquarum *dic igitur profundo desolare* q. d. destruaris, nihil sis amplius, euanesce, *& flumina tua arefaciam.* Et certe nulli dubium iuxta literam, et ueritatem historiæ Babyloniam, quæ tam magna, & potens erat, fuisse desolatam, & flumina, quę ipsã ambiũt quodãmodo arefacta, & exiccata. Verũ hæc uerba altiorem postulãt intellectũ. Postremo aliud dictum, & mandatũ explicat ipse Deus per prophetã d. *Qui dico Cyro Regi Persarum, & Medorum. Pastor meus es*, idest ouium mearum, & populi mei curam tibi committo, et omnem uoluntatem meam complebo, seu cõplebis, *& tandem qui dico Hierusalem ædificaberis, & templo dico*, sup. et predico *fundaberis*, Quæ omnio in sequenti capite iuxtà sensum spiritualem explicabuntur.

Additio ad Quadragesimum Quartum Caput.

SED per ea quæ dici in hoc capitulo Esaias, uereor ne forte eadem nobis obiiciantur, et iure de nobis conqueratur Deus, quod sculptilia imagines, et simulachra hominũ Deorũq; struere faciamus, atque eadem ueneremur, et colamus, quandoquidem nõ desunt apud nos sculptores Idolorum Artifices lignorum, ac Pictores, qui depingunt imagines diuersorum hominũ quas et nos collocamus in templis in domibus, et locis, tùm publicis, tùm priuatis, et diuinos honores illis quandoque tribuimus.

E

Extat et apud nos faber ferrarius, qui lima operatur, quique in prunis et malleis format statuam, et operatur in bracchio fortitudinis suæ, ut dicit hic Esaias; est et Artifex Lignarius, qui extendit, et format statuam in runcina.

na. Faciunt imaginem uiri, aut mulieris non secus atq; hominis speciosi, habitantis in domo. & refert. D. Chrisost. in quadam oratione, quòd vnus sit legislator veteris, & noui testamenti, se fusilem ex cera picturam pietate plenam plurimum adamasse, ita vt verum esse appareat, quod dicit hoc loco Esaias, quod plastæ Idoli confecerunt idola, q̃ erant amãtissima ipsorũ idololatrarũ, quę tamen nihil proderunt eis. Nec dubium est, plerosq; nostrorum artificiũ excidere lapides, succidere cedros, & quercum, & alia lignorum genera pro conficiendis statuis: & quod his omnibus fortè damnabilius est, & minus tollerabile, quod ex eodem ligno, vel lapide quispiam faber, aut sculptor, facit statuam alicuius beati, & viri sancti, ac gloriosi, & ex eiusdem lapidis, aut ligni parte aliqua decisa, ac subtracta, seu residua cõstruet latrinã, aut quic q̃ aliud minus decorum; & si fuerit lignum ex residuo coquet pulmentum. Quid ergo dicemus ad hęc? nũnc multo minoris sumus nos quam illi?

Dicendum ad hæc, quòd aliud est loq de Idolis, quatenus Idola sũt, et aliud est loqui de imaginibus, ac statuis quarumcunq; rerum siue sensibilium, siue insensibiliũ, siue et rerũ imaginabiliũ. Itẽ aliud est loqui de hũi quarũcũq; rerũ indistinctim, & aliud est loqui de statuis, et imaginibus dei, et beatorum hominum, & q̃ est frequentius de imagine sanctissimæ crucis, & de imagine Christi Iesu Domini nostri. Postremo aliud est colere, & venerari aliquem hominem, aut eius imaginem, siue eorum qui in cœlis, siue eorũ qui in terris sũt, aliud est eosdẽ, vel eorũ imagines pro Dijs habere, & eosdẽ colere, & adorare.

Dicimus ergo quòd imagines, & simulachra Martis, & Veneris, & falsorũ Deorum quæ miseri, & plusquam insani olim homines incolebant, & nunc quoq; pleriq; sub eadẽ ferula à Demone detenti venerantur, & colunt, nullo pacto sunt pro sacris numinibus habẽda, aut pro Diis ulla ratione colenda, vel adoranda. quoniam vt inquit Apostolus 1. ad Corint. 8. & 10. *Idolum nihil est in mundo, & si quid est, nihil est*

Paul. 1. ad Cor. 8. & 10.

A aliud, nisi figmentum quoddam, & inane. Vnde quidam veteres, & magni nominis Auctores ponunt discrimen inter idolum, & imaginem siue similitudinem; nam quæ designant aliqd existens, ut hominem, serpẽtem, aues, & quæcunq; re vera in rerum natura sunt, ac reperiuntur, similitudines, & imagines dici queunt. Quæ verò in rerum nr̃a non sunt, & nunquam fuerunt, vt Mars, & Venus, & similes, eorum ima- B gines idola nuncupantur. Quare idolum vt ait Paul. nihil est in mundo; & velut ait Orig. nihil est aliud, quam merum figmentum, in quo nihil numinis, & dignitatis inest. Sed dices. Quomodo idolum nihil est, cũ constet ex materia, & forma, vt lapide, vel ligno, & lineamentis corporis, distinctionibus membrorum, & cæteris accidentibus. Præterea dicit Apostolus loco superius citato, quòd participantes de sacrificijs C idolorum participes sunt demoniorũ, & comunicant idolis, seu Demoniis, ergo idolum est aliquid, & non est omnino nihil. Dicitur quod idolum Veneris, aut Iouis, quatenus est Deũ representans, dicitur omnino nihil, quia nullus est Dues nisi vnus, & hic per simulacrum illud non representatur, & propterea idolum qua ratione talem Deũ representat, nihil omnino est. Ad illã obiectionem de participantibus eorũ D quæ sunt immolata Demoniis. Respõdit Gaiet. subtiliter, & docte, quòd ex parte rei, & secundum se participantes de sacrificiis idolorum, nullius rei vel bonæ vel malæ sunt participes, quia in illis sacrificijs nihil est eius quod participant. i. nihil est ipsius Dei, viui & veri, nisi quatenus Deus est vbiq; secundũ essentiam, præsentiam, & potentiam; sed ex parte ipsorum participantium, siue immolantium est aliquid, quia ipsi E imaginantur, & credunt illic esse Deũ, & est Demonium. Quarè dicendum idolum esse aliquid in mundo, & esse nihil. est quidem aliquid ex parte ipsorũ imolantium, & est nihil ex parte rei, qa representat id, quod ibi non est, neque vsquam est, licet ipsi secus opinantur.

Procopius

Supra cap. 42.

Origenes.

Est ergo satis magnum discrimen inter nos, qui verum Deum colimus, & sacras

eras beatorum imagines veneramur,& A inter eas gentes, quæ tanquam Deum Martem, aut Venerem, vel eorũ simulachra venerantur,& adorant. Contra quas iure optimo insurgit Isaias cap. 43. & 44. & alibi sępe. fatemur utiquè apud nos quoq; sculptores, pictores,& uarii generis fabros reperiri, qui extra hunt, & faciunt imagines diuersorum hominum,& mulierum, quorum, vel quarum animę in manu Dei sunt,& inter sanctos sors illorũ est. Verum hũi B statuę,& imagines nõ sunt dicenda idola,quia aliquid quod est, vel fuit in rerum natura,dubio procul repręsentant: Neq; eas veneramur,vt Deos, sed bene colimus,& veneramur quatenus ij,quorum sunt imagines dum viuerent, templa fuere spiritus sancti, & præterea tãquam membra Christi, filios Dei, amicos ipsius,& nostros intercessores veneramur: similiter nõ solũ imagines eorum,verum multo magis corpora ossa, C & quæcunq. ad eos attinet venerari debemus,& præcipue dicimus eorum corpora,inquit D.Tho. q.25. 3.p ar.6.tùm quia(vt diximus)fuerunt templum spiritus sancti,habitantis in eis, & organa eiusdem,per quæ fuit operatus signa,& prodigia,& quotidie operatur. tum tertio quia sunt configurata corpori Christi; & postremo si Deus illorum corpora,reliquias,& ossa honore prosequitur, in illis,& per ea miracula faciendo,cur D non & nos eadẽ,vel easdam honorare, & iugiter venerari debemus? Ad quorum tumulum membra languentum modo sanitati quolibet morbo fuerĩt grauati restituuntur. Quod verò attinet ad statuas, & imagines beatorum, quas nos venerari tenemur. Nullus existimet perperam eas fuisse institutas,quamquam nonnulli hæretici, nos calumniati fuerunt, & easdem debere pænitus è medio tolli existimauerint. E Fuerunt inquam institutæ sanctorum imagines,multas ob causas,sed præsertim vt eorum vitæ sanctæ, & feliciter peractæ perpetua in nobis vigeret memoria, atquè etiam vt per eas idiotæ instruerentur,et subinde animi nostri ad pietatem,ac deuotionem excitentur,atquè inflammentur. fuit enim decretũ

D.Tho.3.q 25.

in 2. Synodo Nicena act. 4. parietes tẽpli hinc inde repleri,picturis, & imaginibus ex historiis vtriusq; testamẽti, ut hi qui literas non norunt, neq; sacram scripturam legere queunt,contemplatione picturæ in memoriam reducant quàm constanter Deo maiores nostri per fortiora facta seruierint; et in eadẽ synodo vbiq; passiones, Christi misteria depingi statutum fuit,quo continuo contemplantibus nobis, hæc in mentẽ veniant, et non obliuiscamur Domini Dei nostri,& Damasc. lib.4.Orth. fid: c. 17.monet,ut conspecta Christi crucifixi imagine,in salutiferæ passionis memoriam redeamus,ac prostrati non materiam,sed eum cuius imago effingitur adorem',de qua adoratione paulo post aliqua dicemus. et Greg. Niss. testatur de se ipso,cũ videret inscriptiones imaginum,frequenter fuisse lacrimatus, id quod et mihi sæpenumero contigit. non ergo sine causa fuerunt institutæ et receptæ huiusmodi imagines in Ecclesia:sed aduertendum (vt salubriter statuit sancta synodus Tridẽtina Sess. 25. nemini licere vllo in loco, uel ecclesia etiam quomodolibet exempta,ullã insolitam ponere, vel ponendam curare,aut iubere imaginem,nisi ab episcopo fuerit approbata, nulla etiam admittenda esse noua miracula,nec nouas reliquias recipiendas (multo minus honorandas) nisi eodem Episcopo recognoscente, et approbante etc. vide ibi. De statuis autẽ, et imaginibus hæc pauca sint sũmatim annotanda. Primum quidem nulli dubium quòd imaginem Christi Domini nostri crucifixi, atq; ẽt in alia forma, vel situ vt stantis, uel sedẽtis depicti adorare tenemur; similiter et crucem, non eam duntaxat, in qua ipse pependit, uerum et quamcunquè eam repræsentare videtur. Verũ, clauos,lanceam, uestes, et præsepe in quo iacuit dum nasceretur, nec non et sepulchrum in quo mortuus quieuit,nobis adoranda præcipiuntur: at non imaginem istorum, quemadmodum adorare iubemur imaginem crucis in quacũquè materia, uel ex quocunquè fuerit confecta:cauendum est tamen (vt aliquando fuit prohibitum) ne in puluere, aut

Conc. Nic.

Greg Niss.

Conc. Trid. Sess. 25.

Crux adorãda.

re, aut

uere aut pauimentis defigatur. Reperitur etiam imago Angelorum, qui alati consueuerunt depingi, & non absque causa, ut plerique Doctores adnotarunt, consueuit etiam spiritui sancto aliqua effigies, vel imago ascribi, puta in specie columbæ, in qua specie descẽdit supra Christum dominum nostrum; vt habetur Matt. c. 3. atque id ob varias causas, quas affert. D. Thom. 3 p. q. 39. art. 6. Hoc dubitarunt aliqui Deo patri omnipotenti aliquam similitudinem impingere, verum non ita liberè, atq; securè quemadmodum aliis duabus personis sanctissimę Trinitatis: dicit namque Damascenus, extremæ impietatis, atque clementiæ fore diuinum numen fingere & figurare. Et D. Aug. lib de fide & symbolo cap 7. d. simulachrum hominis Deo nefas est in téplo collocare, multo magis in corde nefarium est, vbi vere est templum Dei, si a terrena cupiditate atq; errore mundetur. Sed de his omnibus supra fusius locuti sumus. De statuis verò, ac imaginibus Beatę Virginis Dei genetricis & Sanctorum, non est quod quicquam dubitemus. Nec timendum est nos eas venerãtes, & colẽtes inter Idololatras recenseri, & ab Esaia tot uerbis sugillari ac reprendi. *Beatæ* .n. virginis imaginem quodam maiore cultu, quam reliquorum sanctorum, & aliquanto minore quam sanctissimam Dei crucem, & eius imaginem venerari iubemur. Sanctorum autem imagines venerari tantum, & honorare debemus nullo autem pacto adorare quatenus (vt supra diximus) dum viuerent fuerunt viua Christi membra, & templa spiritus sancti, per quæ item multa beneficia à Deo hominibus pręstantur. Nec refert quod aliquando ex eodem lapide uel ligno fiat statua alicuius sancti, & postmodum cum fuerit corruptum, aut confractum ex illius frustis, seu partibus, vel dum conficitur ex parte aliqua à toto concisa, vel subtracta fiat

Matt. c. 3.

lib. 4. Orto. dox. fid. ca 17.

A aliquod vas, aut instrumentum ad prophanos vsus deputatum, similiter ex eodem metallo, auro, vel argento conficiatur aliqua crux, & ex parte eiusdem metalli, aut quandoque ex eodem confracto vel immutato, fiat anulus, aut quicquam aliud parum decens, & honestum. Quod autem aliqui, ex eo quod legitur Leuit 26 abhorrent, ac detestãtur imagines, toto cœlo aberrant, non enim facimus imagines, & statuas ut B adoremus eas, & habeamus tamquam Deum, scimus .n. & asseueranter fatemur vnum tantum esse Deum viuũ, & verum, quem solum piè colere, & adorare debemus. Statuas .n. & imagines, atque etiam crucis imaginem non adoramus, neque ei genuaflectimus, quatenus est lignum, vel lapis, sed quatenus representat ipsam crucem in qua Christus verus Deus olim pependit, quin & ipsãmet crucem in qua ipse pependit, C non ut purum lignum veneramur, & colimus, sed ratione qua tetigit Christum ipsum, cuius caro fuit unita diuinitati Quod insuper aliqui dicunt Christum Dominum pręcepisse Ioan 4. Deum esse adorandum in spiritu, & veritate. Dicimus huiusmodi sententiam nihil facere contra catholicam nostrã determinationem, non enim illic prohibet culturam imaginum (vt nos diximus) sed ponit discrimen inter statum D veteris legis, & noui testamenti, ut facile est videre. Non ergo nos reprehẽdit Esaias in præfato capitulo, sed reprehẽdit eos, qui idola colebãt, & opinabãtur esse Deos.

Leuit. 26.

Et hic est finis additionis trigesimi quarti cap. E

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM.

HAEC dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius 1.
apprehendi dexteram, vt subiiciam ante fa
ciem eius Gentes, & dorsum regum ver-
tam, & aperiam coram eo ianuas, & por-
tæ non claudentur. Ego ante te ibo: & glo-
riosos terræ humiliabo: portas æreas conte-
ram, & vectes ferreos confringam. Et da-
bo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, ut scias
quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israel. Propter
seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te no-
mine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me. Ego Dominus 2.
& non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non
cognouisti me: Vt sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occi-
dente, quoniam absque me non est: Ego Dominus, & non est
alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, &
creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc. Rorate cæ- 3.
li desuper, & nubes pluant iustum. aperiatur terra, & ger
minet saluatorem: & iustitia oriatur simul: ego Dominus creaui
eum. Væ qui contradicit fictori suo, testa de samiis terræ: num
quid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absq;
manibus est? Væ qui dicit patri: Quid generas? & mulieri
Quid parturies? Hæc dicit Dominus sanctus Israel plastes eius: 4.
Ventura interrogate me super filios meos, & super opus ma-
nuum mearum mandate mihi. Ego feci terram, & hominem
super eam creaui ego: manus meæ tetenderunt cælos, & om-
ni militiæ eorum mandaui. ego suscitaui eum ad iustitiam, &
omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit Ciuitatem meam, &
captiuitatē meā dimittet, non in pretio, neq; in muneribus di 5.
cit Dominus Deus exercituum: Hæc dicit Dominus: Labor
Aegypti, & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri sublimes
ad te transibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti
manicis pergent: & te adorabunt, teq; depracabuntur; Tan-

tum in te est Deus, & non est absque te Deus. Vere tu es Deus
absconditus, Deus Israel Saluator. Confusi sunt, & erubuerunt 6.
omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.
Israel saluatus est in Domino salute aeterna: non confundemini, & non erubescetis usque in seculum seculi. Quia hac dicit Dominus creans cœlos ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: ut habitaretur, formauit eam. Ego Dominus, & non est alius. Non in abscondito locutus sum in loco terrae tenebroso: non dixi semini Iacob:
frustra quaerite me. ego Dominus loquens iustitiam, annun- 7.
tians recta. Congregamini, & venite, & accedite simul, qui saluati estis ex gentibus: nescierunt, qui leuant lignum sculpturae suae, & rogant Deum non saluantem. Annuntiate, & venite, & consiliamini simul, quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc praedixit illud? numquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absque me? Deus iustus, & saluans non est praeter me.
ter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines 8.
terrae: quia ego Deus, & non est alius. In memetipso iuraui egredietur de ore meo iustitiae verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ergo in Domino dicet meae sunt iustitiae, & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.



EXPLA-

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMQVINTVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *HAEC dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum uertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur.*



MAXIMA certè controuersia penes intentionẽ præsẽtis capituli versatur inter sanctos, & vetetes patres, ac expositores sanctarũ scriptutarum. Et in primis quidem huius capituli verbis, ac dictionibus magnopere dissentiunt. dum quidam uolunt hic uaticinium fieri de Cyro Rege Persarum, & Medorum, de cuius uirtute & potentia, & imperii amplitudine Xenophon teste D. Hier. octo libros dicitur edidisse, in quibus præsens Esaiæ uaticiniũ apparet omnino fuisse adimpletum: & huius opinionis, ac sententiæ prę cæteris est D. Hier. & nulla ratione uult aliorum sententiam esse recipiendam. Ex aliis uerò quamplures uolunt hic de Christo Dei filio duntaxat sermonem haberi, & quæcumque hic dicuntur ad eum solũ debere referri. Ego autem inter utrosq; constitutus post multam cogitationem, ac rei discusionem spiritu meo nequaquam rebelle ita me ducẽte, ac mouente, in hãc sententiam deueni, vt re uera hic propheta spiritu Dei afflatus uaticinium ferat de Cyro futuro rege Persarum, cuius opera & ministerio prędicit usurum esse Deum ꝑ liberando populo Iudęorum de captiuitate Babylonica. Cumq; Esaias præcesserit eundem Cyrum per ducentos decem annos, facile poterant

Intẽtio præsentis particulę

Iudæi, & ipse Cyrus credere Deũ Israelis esse uerum Deum, neque alium esse præter eum; poterant etiam, & Iudæi rebelles, & increduli, credere, & fidẽ adhibere uaticiniis prophetarum de Christo Domino in hunc mundum uenturo, & humanam carnem suscepturo posteaquam uiderunt, & manibus contrectauerunt alia, quę ante Christũ fuerant à Prophetis prędicta, fuisse in actum deducta, & apprimè completa. Quamquam ego existimem de Cyro hic manifeste sermonem haberi, non arbitror tamen eos inficiari qui uolunt sub typo, & nomine ipsius Cyri, ipsum Christum Dei filium designari, & multa eius misteria seorsum, & speciatim hic pertractari.

His positis conueniamus omnes, siue de Cyro siue de Christo Dei filio propheta hoc loco loquatur, illud tamen in primis asserẽdum, beneficia summatim quæ contulit Deus in populum Israel hoc loco explicari, ut hinc pateat Dei bonitas, & patientia erga illum, et uicissim eiusdem erga eundem Dominum patrem, et protectorem suum detestabilis ingratitudo. dicit ergo propheta. *Hęc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram ut subiiciam ante faciem eius gentes.* Hic primum lis, et contentio inter præfatos authores, ac Doctores exoritur; quoniam aliqui uolunt ita debere legi conformiter hębreo textui. Hæc dicit Do

minus Christo meo Domino; ubi com munis textus habet. *Christo meo Cyro*, alii legunt, *Christo meo Domino*, ut hæc litera sit conformis, et ferè eadem cum ea quę legitur in psal. 109. ui psal. 109. delicet. *Dixit Dominus domino meo*; et cum hic habetur, *cuius apprehendi dexteram*, consonum esse illis uerbis quæ sequuntur, sede à dextris meis. At Diuus Aug. uult hanc literam legi. Κυρῳ, idest Cyrum, Κυρίῳ idest Dominum. Sed ego in hoc non multum B insisterem, quoniam ut diximus tametsi de Cyro iuxtà nomen proprium loquatur, sub hoc nomine possumus intelligere Christum, qui verè dicebatur vnctus, quales dicebantur Reges. iuxtà illud. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Christum autem Dominum fuisse tamquam regem omnium spiritualiter vnctum, testatur propheta cũ inquit. Propterea vnxit te Deus, De- C psal. 44 us tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quare & Cyrus cum fuerit a Deo designatus Rex, & pastor populi sui, qui scilicet curam esset habiturus ouium suarum. poterat & ipse nuncupari Christus. Vocat autem Dominus Deus ipsum Cyrum Christum meum, hoc est regem, & ministrum meum, qui etsi non uere ob vnctionem Christus esset appellandus, dignitate tamen, qua pollebat regia, poterat ei hoc nomen D attribui, & dicit meus, quia videlicet futurus erat minister, & seruus Dei, instrumentum iustitiæ eius, & quicunque nobis fauent, & curant res nostras, Dii modo quodam appellari solent, iuxtà illud Virg.

Ille mihi Deus semper illius aram:
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Nec est quid nouum, & insolitum in sacris literis appellari seruos Dei qui- E cumque sunt ministri maiestatis eius ad ulciscendum, & puniendum eos qui illi aduersantur, quamquam, & ipsi fuerint homines impii, & infideles; quemadmodum supra legimus de Assur, quem dominus appellabat virgam furoris sui. & de Attila rege Gothorum qui etiam fuit nuncupatus flagellum

A Dei: non ergo inconuenit ut hoc loco Cyrus fuerit appellatus à Deo Christus meus et in calce pręcedẽtis capituli, dicit Deus. dico Cyro pastor meus es, & omnem uoluntatem meam com- *apprehendere dexterã quid sit.* plebis, de quo postea dicit. *Cuius apprehendi dexteram, ut subiiciam ante faciem eius gentes.* Apprehendere dexteram alicuius est eum suscipere, & manu tenere, et sustinere ne cadat, aut ab illo secedat. Aut sic eius manum apprehendere, ut nullus ei negocium ferat. Alii ex hac locutionis forma volũt innui, quòd fœdus quoddam, & amicitia ineatur inter eos vt fieri solet in similibus quorum dexterę mutuo iunguntur *ut subiiciam ante faciem eius gentes*, hoc est, ita secum ero, ita me iungam ei, & presẽs adero, ut subiiciã ante faciẽ eius gẽtes, & nullus ualeat ei manum obiicere; & dorsa Regũ uertam, idest efficiam ut quicumq; eius aduentum audierint, & aduersus eum arma capere presumpserint, arripiant fugam & nullo pacto uelint secum congredi. *Et aperiam coram eo ianuas, & portæ ante eum non claudentur.* q.d. omnes vrbes, quascumque arces, & loca munita absque ullo negocio in manus eius tradam, & sicubi portę Ciuitatis fuerint clausę, statim eas aperiri, & amoueri faciam, neque vltra claudentur donec ipse uelit, quo facilis, & tutus pateat sibi, & uniuerso exercitui ingressus, hoc autem facit frequenter Dominus Deus, dum uult aliquas urbes, & gentes corrigere, et punire, immittens illis pauorem, et terrorem, et omne auferens cõsilium: Propterea ne quicquam impedimenti, aut sinistri casus obueniat, quo magis tutus, et audax ad expugnandas alias gentes progrediatur, hoc etiã pollicetur Deus. di: *Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conterã, & uectes ferreos cõfringã.* Ego ante te ibo. i. dux tuus ero ò Cyre, ego pręueniam te, & curabo nequid tibi obstet quò minus liberum conducere possis, et reducere exercitum tuum. Gloriosos terræ humiliabo, idest deprimam, et conculcabo: ad terram prosternam quicũq; in fortitudine, & in multitudine equorũ, et curruũ, & in abundantia opum

opum, & diuitiarum gloriantur, & fiduntvt verè tibi dicere posśimus, in multitudine gloriç tuæ deposuisti aduersarios tuos. exod. 15 *Portas areas conteram, & vectes ferreos confringam.*

Exod. 15.

Psal. 106.

Hoc etiam fuit prædictum à propheta Dauide psal. 106. Qui contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, & propter iniustitias suas humiliati sunt. Præterea alium nihilominus quàm alii, fauorem, & auxilium pollicetur dominus, cum inquit, *& dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israel.* Thesauri absconditi, meo quidem iudicio vocantur opes, & prçsertim nummi, gemmæ, & lapides prætiosi, vasaque aurea, & argentea, & reliqua his similia quç facilè possunt abscondi, & in locis abditis recondi, ne cuiquam innotescant, & facile possint surripi ac deprædari. Thesauros inquã istos quantumuis absconditos, ego patefaciam, & tuas in manus libere, ac libenter tradam, á quibus verò fuerint eiusmodi Thesauri absconditi, non est opus quçrere, siue à regibus ipsis, & prçpositis regnorum, siue à priuatis hominibus, ne fortasśis à Persis, & Medis asportarentur, siue etiam, ut plerumq; fieri solet, ab hominibus plus nimio auaritiæ, & cupiditati deditis, ne opulentiores uideantur, prçter ea quç ad communem usum sunt necessaria, quçcumque alia in fossis & cauernis terrç, aut locis abditis recondunt. Per arcana secretorum. Ego intelligo libellos, & pagellas in quibus sunt descripta, & nõtata ea omnia, quæ spectant ad gubernationem ipsius regni: quemadmodum sunt quæ in archiuijs asseruantur v. g. quot reditus, quot pedagia, quos foeudos rex ipse posśideat. Existimo etiam per arcana secretorum intelligi debere conuentiones, siue conspirationes, & tractatus aliquorum principũ inter sese, & fçdera aduersus quemuis alium. Ista re uera mihi magis videntur arcana secretorum, quæ omnia Deus pollicetur se gratiosè daturum, & manifestaturum ipsi Cyro cuius gratiæ, fauoris, & beneficii mox adducit rationem d. *Hæc supple faciam, ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israel* q. d. Hinc facilè poteris cognoscere, & intelligere me esse verum Deum, & Dominum vniuersi, qui voco nomen tuũ, antequam fueris eductus in lucem, imò neque etiam conceptus in vtero, & vix etiam in rationibus seminalibus contentus; potes inquam, facilè suspicari, imò certisśimè fateri me esse Dominum vniuersæ terrç, cum videas me dominium illud tibi tradidisse, quod tua virtute, ac tuis opibus vel industria nequaquam potuisses obtinere: quandoquidem ita fuit Cyrus adiutus à Domino, & ita locupletatus, quod Cresũ regem potentisśimum, & opulentisśimum captiuum duxit, id quod nequaquam potuisset efficere, nisi Deus opt. max. eius dexteram apprehendisset, quem dicunt Hçbrei, propterea suam ipsorum protectionem suscepisse: quia nouerat Dominum Deum de ipso nominatim fuisse locutum, & tot bona ei promisisse, quò facile poterat cognoscere Deum Israelis esse verum Deum, propterea d. vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum: ego inquam, qui hoc facio, sum Deus Israel: per archana secretorum quidam intelligunt ipsos Babylonios & prçsertim insigniores quosdam, & primores vrbis, qui post captam ciuitatem in speluncis, & locis tenebrosis absconditi ut mortem euaderent, postmodum facibus accensis ibidem reperti, atque inde extracti grauisśimis suppliciis fuere affecti.

Thesaurus absconditi.

Archana secretorum.

Particula hæc, ut diximus à principio secundum quosdam tota refertur ad Christum dominum: secundum quosdam verò refertur ad Cyrum regem Persarum, qui ideo vocatus est Christus, quia fuit rex à Deo constitutus, & vnctione, & suffragio ad regnum euocatus: quandoquidem in more positum fuerat, vocatos à Deo ad regnum etiam si non fuerint sancti, & insigni aliqua virtute colendi, oleo inungere. Si ergo hçc, quç dicta sunt de Cyro intelligãtur, sic exponi possunt ea verba. O Cyre ego Deus vniuersi, qui sum Deus Israel voco nomen tuum, idest te assumo, te eligo, & magnifacio, ut scias quia ego sum Dominus: aut sic

dicas. O Cyre ego Deus omnipotens & omnia sciens multò antea quàm fiant, voco nomen tuum, quod quidem nomen est hoc, & hoc tibi impono Deus Israel, quia scilicet tu vocaberis, Deus Israel; quia meo numine, & auspicio liberabis Israelem de seruitute, qua captiua detinetur. Si verò præfata verba referantur ad Christum Dominum vt multi ex veteribus opinantur, sic debent exponi.

Ego inquam Deus dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum, vt scias, idest scire facias, & manifestes, quia ego Dominus qui uoco nomen tuum, cuius nomen est Deus Israel: de quo etiam superiora verba longè facilius intelligi possunt. v.g. cum dicit. Cuius apprehendi dexteram: quemadmodum etiam in libro psal. dixit Dauid inducens Christum loquentem ad patrem. *psal. 72.* Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Apprehendisti (inquam) dexteram meam, ut mihi gentes auscultent, & subiiciantur mihi gentes, & regna, & dorsa regum vertam; & aperiam coram me ianuas, & corda hominum, & portæ non claudentur, & cętera quæ ibi dicta sunt, quæ omnium maxime Christo tribuuntur v.g *Ego ante te ibo, gloriosos terrę humiliabo, portas areas conteram, et vectes ferreos confringam.* Nemo existimet *Quomodo Christus sit dextera patris,* cum dicitur Christus sedere à dexteris quin & dextera patris nuncupari Deũ, quasi humana forma circumscriptum, dextrum, aut sinistrum habere; ut inquit Aug. cap. 7. de fid. & symb. *Et dabo tibi thesauros absconditos, et archana secretorum.* Ego inquam ante te ibo, dicit Deus, quia pater qui est vnus & idem Deus cum filio, semper ipsum comitatur: Ego enim. dicit filius, sum in patre & pater in me est. & alibi. Pater non reliquit me solum, quia quę placita sunt ei, facio semper. Dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuam, & portæ non claudentur, quoniam ante ipsum omnium ciuitatum portæ sunt apertæ, & cui nullæ sunt clausę, quo volet ipse intrare ante quem ferreæ seræ sunt comminutæ, & valuę ęreæ sunt apertæ,

idest pręcordia singulorum variis modis à Diabolo obsessa fide Christi sunt reserata. Dorsa regum vertit, quoniam manifestum est eos reges, qui antea persequebantur Christianos, nunc Christianos esse, et qui prius persequebantur Ecclesiam, nunc Ecclesiam ingredi, & eius protectionem, ac defensionem suscipere. Deinde quod dictum est: dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, nullo quidem negocio de Christo domino intelligi possunt. Christus enim thesauros absconditos, & arcana secretorum intelligere potuit, et alios reddere participes. Nõne de ipso legitur quòd Apostolis aperuit sensum ut intelligerẽt scripturas? *Ps. 77.* Nonne, et per prophetam. d Aperiam in parabolis propositionem meam? Thesauri inquam absconditi, sunt misteria quæ latent in sacris literis, quæ nemo potest animo percipere, neque intellectu capere, nisi fuerint nobis reuelata: quemadmodum Christus Dominus Deo patri gratias egisse legitur apud Matth. cap. 11. Confiteor tibi Domine pater cœli, et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus & reuelasti ea paruulis, et ibidem. *Matth. cap. 11.* Nemo nouit patrem nisi filius, et cui voluerit filius reuelare. Quæ deinde sequuntur possunt etiam absque ullis anfractibus Christo Domino Dei filio conuenienter attribui, dum inquit. *Propter seruum meum Iacob, et Israel electum meum.* sup. tu, ego Deus pater tibi Christo meo. et Domino meo secundum humanitatem, præfata dona, & cœlestes gratias cõtuli, et vocaui te nomine tuo, nomine inquam proprio, quo vocari debueras, tu es enim qui pręnunciatus ab Angelo antequam nascereris, vocatus es Iesus, vt saluum faceres populum tuum a peccatis eorum. *Assimilaui te* multis prophetis meis, quibus ego prophetiæ donum contuli, et multis nominibus decoraui: uel vocaui te nomine tuo. idest clarificaui te, et iterum clarificabo, ut legimus apud Ioan. cap. 11. *Io: cap. 11.* *Propter seruum meum Iacob, et Israel electum meum*, idest propter Apostolos, & alios fideles, qui credituri sunt in me, inter quos nequaquam excludi volumus

mus quicunque fuerint ex domo Israel, siue Iacob secundum carnem, modo & ipsi sectentur fidem; quemadmodum & ipse, Cum autem dicit. *Et non cognouisti me.* hæc quidem particula nullo pacto potest Christo Domino nostro attribui, verum potius ad Iacob, & Israel secundum carnem, ad eos inquam qui noluerunt, aut contempserunt imitari Iacob, & Israel secundum spiritum, de illis equidem potest affirmari, quod dictum est, & non cognouisti me, hoc est tanta fuit ô hæbree tui cordis stupiditas, & hæbetudo, ut non cognoueris, aut cognoscere nolueris quam maxime fuerim tibi beneuolus, & beneficus: noluisti inquam credere me esse solum, & verum Deum: pos sunt etiam eiusmodi verba tribui christo ratione membrorum.

Tex. 2. *Ego inquam Dominus, & non est amplius, extra me non est Deus. Accinxi te, & non cognouisti me*: accinxi (inquam) te ô popule Israel, confortaui te, & occasiones plurimas præbui tibi, ut me cognosceres: accinxi te, idest te communiui, vires dedi, & aptaui, & nihil ommisi, quo te ad fidem amplectendam deduceres, & præparares. Misi quidem spiritum sanctum, vidisti filios tuos loquentes variis linguis, edentes tot miracula; & nihilominus quamquam res tam admirandas in nomine meo fieri vidisses, & tanta charysmatum dona eis conferri, non cognouisti me, *ut sciant hi qui ab ortu solis & qui ab occidente*, hoc est ubiq; terrarũ, *quoniam absq; me non est*· non est quidẽ aliquid absq; me, uel absq; me non est, idest nullum est aliud numen præter me. *Ego dominus & non est alter*· sum enim Deus exercituum, & omnis gentis ac nationis dominus, & quocumque voluero corda eorum, qui interris habitant, dirigo, & inclino, ut etiam si mei non sint, voluntates tamen meas exequi cogantur. *Ego inquam Dominus & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc*. formans lucem. & creans tenebras. idest qui facit diem, & noctem uel lucem redemptis, tenebras per-

A ditis: ego sum qui constituo pacem, & creo mala, non mala culpæ, sed mala pœnæ, & cum bellũ sit quoddam malum, & quoddam afflictiuum, ideo dicit Deus faciens pacem, & creans malum. Simile huic habet Apost. Roma. xi. Vide bonitatem, & seueritatem Dei· bonitatem cum dicit, faciens pacem, seueritatem, cum inquit creans mala. Sic Aug contra Adimantum cap. 27. & contra epi. funda-

B menti cap 39. & alibi Diuus Gregorius 3. mor. cap. 7, inquit, quod mala quæ nulla sua natura subsistunt, nequaquam à Domino creantur, sed dicitur creare mala, cum res bene conditas nobis male agentibus in flagellum format, vt ea ipsa per dolorem quo feriunt, delinquentibus mala sint. & per naturam, qua existunt, bona sint.

Si verò de Cyro hæc ipsa, quæ exposuimus intelligantur, nulla mehercle

C est in illis difficultas, iam diximus illa verba videlicet *ut scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Israel*, bifariam posse exponi, videlicet, Ego dominus qui sum Deus Israel voco nomen tuum, idest explico, & aperio nomen quo vacatus es, quamquam non dum sis natus: vel ego voco nomen tuum, & impono tibi hoc nomen Deus Israel, ob causam iam assignatam, quã manifestius adducit cum inquit: *pro-*

D *pter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo*, idest eo nomine, quo tu vocaberis dum fueris in lucem eductus; vel vocaui te nomine tuo .i. Christum, quia iam Rex es, & multorum regnorum Imperator; at reges vngi dicebantur. Asimilaui te Christo meo, vnigenito meo, cuius typum, & imaginem geris, vel assimilaui te multis aliis pueris, & seruis meis, quos ego vocaui pro *Cyrus cui fuerit assimilatus*

E priis nominibus, antequam nascerentur, & posteaquam nati fuere, ut Abraham, Isaac, & Iacob. Accinxi te, fortem atque robustum te reddidi, & multarum gentium victorem te constitui; & nihilominus *tu non cognouisti me*

Dici potest Cyrus assimilatus Christo non solum quia fuit rex, idest vnctus dignitate non vnctus ea vnctione, qua

Christus filius Dei, & sicut Christus fuit hæres paternę hæreditatis, ita Cyrus fuit hæres auunculi sui. Duabus vicibus hanc eandem orationem repetit, exprobrando, & exagerando huius hominis ingratitudinem, & impietatem. Non desunt tamen qui affirment ipsum Regem Persarum cognouisse Deum Israel, & per omnia regna sua edicto præcepisse, ut omnes colorent Deum Israelis, quippequi nouerit ipsum esse verum Deum: ob id ea verba cum dicit. tu autem nō cognouisti me, sic uolunt exponi, uidelicet. Dum ego uocaui nomen tuum, & designaui te principem, ac regem futurum tot regnorum, non cognouisti me, idest non dum eras: uel posteaquam fuisti in lucem productus, & priusquam potentiam meam, et uirtutem agnouisses, non cognouisti me, idest non me colebas ut Deum, sed uenerabaris Idola. Sed de hoc aliàs. Et propterea non absque ratione repetit ipse Deus per prophetam eadem verba, quæ toties dixit. *Ego Dominus, & non est alter formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum* q. d. ego idem ipse Deus qui tibi Cyro tot contuli beneficia, totidem etiam pœnas, & supplicia possum inferre. Et quamquam omnino verum sit Deum in principio creasse lucem et tenebras, dum creauit cœlum, & terram, uoluit tamen propheta meminisse lucis & tenebrarum, ut per has uoces indicaret omnia, siue prospera siuè aduersa, calamitates, & beneficia ab eo proueuire uel iubente, uel permittente, aut etiam conniuente, ut etiam mox diximus.

Tex. 3. Deinde sequitur. *Rorate coeli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul Ego Dominus creaui eū.* In expositione huius uersiculi optarem profectò habere copiam sermonis, & grādem eloquentiam, cum eximia eruditione coniunctam, quo posem aliqua ex parte explicare tantum misterium, et ingens desiderium, quo unà cum cæteris patribus et prophetis, Esaias ferebatur, et uellem unà cum eo acclamare, et laudare benignitatem

A Dei, quemadmodum hoc loco propheta: posteaquam explicauit, quæ facturus erat Deus populo suo in Babylonica captiuitate detento per Cyrum regem Persarum ab ea liberando, raptus in spiritu in considerationem maioris illius beneficii, et numquam satis commendandi quo Deus omnipotens per Christum suum Cyrum uerum Dominum, et dominatorem omnium liberaturus erat hominum genus, erecto B uultu, & eleuatis oculis ipsius mētis ad summam, et incomprehensibilem triadem per cœlos hoc loco designatam in hæc uerba prorupit; *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum.* Miror quosdam interpretes uiros religiosos, & maxime uenerandos, qui non erubescunt asserere eiusmodi prçcationem ad eos referendam, qui in captiuitate constituti, agnoscebant peccata sua, et rogabant Dominum, ut iusti- C tiam, et libertatem illis conferre dignaretur. et per terram cuius apertionem se propheta plurimum desiderare ostendit, dicunt quod intelligit ipsos homines suscipientes iustitiam: nonne uniuersi ueteres, et moderni exponentes hunc locum, et communis Ecclesiæ consensus celebrant hunc locum, et referunt ad illud ingens misterium, quo Deus aliquando dignatus est mittere filium suum in mun- D dum, et ex purissimis sanguinibus beatę, et incorruptæ semper Virginis formare, et creare hominem sanctum, iustum, et innocentem, qui nos a seruitute Demonis sua virtute liberaret, & iustos nos efficeret, et cœlestis regni participes?

Dicit ergo. Rorate cœli desuper, hoc est vos inclytæ, et summis laudibus excolendæ, et adorandæ unius, et eiusdem deitatis personæ, quæ su- E per cœlos, hoc est cœlestes spiritus, et purgatissimas mentes consideratis, queque uniuersum mundum, et quę cœli ambitu continentur uestro imperio regitis, et sustentatis, rorate, quæso desuper, hoc est emittite rorem illum candidissimum, qui nos tandem recreet, et refrigeret: et nubes pluant

pluant iustum, hoc est eum qui verè iustus est, & ipsamet iustitia, hoc est vnigenitũ Dei filiũ: & iure quidem præcatur coelum, & nubes, vt emittãt hũc iustum, & desuper ad nos venire, ac descendere iubeant, quoniam ex ore altissimi prodijt iste primogenitus omniũ creaturarum, quin potius factor, & productor omnium creaturarum, qui quidem, quò de muliere natus, & ex purissimis eius sanguinibus compactus, ac formatus est, dici potest primogenitus omnium creaturarum, vt paulo post videbimus, cum dicitur. *Ego Dominus creaui eum*. Alij hunc in modum distĩgunt huius orationis particulas, vt cũ dicitur. Rorate cęli desuper, & nubes pluant iustum, denotetur descensus, & emisio verbi æterni de sinu patris, & virtus Spiritus sancti. Cum verò subdit. *Aperiatur terra, & germinet saluatorem*, demonstretur sola Virgo, quæ obumbrata virtute spiritus sancti se aperuit incorrupta, & incorrupta peperit: & propterea dicit propheta, aperiatur terra, & non dixit à quo, vel quomodo, vt ostenderet se ipsam terram aperuisse, & extra vterum produxisse filium iam conceptum, quo etiam significaretur ipsam Virginem fuisse intactam, & à nullo omnino corruptã. Qui quandoque fuerunt opinati, quòd in natiuitate filii ex vtero Virginis matris fuerint aperta claustra præfatę virginis, facile potuerunt ex hoc verbo fore decepti, cum dicitur. Aperiatur terra. Cum autem communiter teneatur Dominũ Iesum ex vtero virginis clauso in lucem produsse, propterea vana & falsa est huiusmodi opinio, & prorsus refellẽda: Neq; ob illud verbũ est vllo pacto admittenda, sed piè interpretanda. Dicit enim Gregorius quòd quẽadmodum corpus Domini per natiuitatem suam exiit clauso vtero virginis, sic intrauit ad Discipulos ianuis clausis Proinde cum dicit textus. *Aperiatur terra, & germinet saluatorem*, sensus non est ipsam genitricis vuluã fuisse quouis modo apertam, sed ut habetur Exech. 44. porta illa semper fuit clausa. & nõ aperietur: sic enim legitur. & dixit Dominus ad me, Porta hæc

Ezech. 44

A clausa erit, non aperietur, & uir nõ trãsiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, & erit clausa principi. Cum ergo dicitur. *Aperiatur terra*: locutio est metaphorica, & secundum aliquorum sententiam, vult innuere qđ virgo mater, quæ fuit huc usq; clausa, & constipata, nullum proferens extra se fructum salutiferum aperiatur, idest humiliet se, & se ipsam præparet, ac se se exhibeat, & promptã

B reddat ad suscipiendum hunc rorem, hoc est virtutem spiritus sancti sibi pollicitam per Angelum Gabrielem dicentem ei. Spiritus sanctus superueniet in te &c. Et quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. Id quod ipsa præstit eum. d. Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Luc. 1. hoc est quod dicit Esaias. *Aperiatur terra, & germinet saluatorem*; & quoniam textus. lxx. Interpretum sic habet Lætetur

Luc. 1.

C tur cœlum desuper, & nubes spargant iustitiam; quidam sic exponunt. lætetur cœlum sursum, i. cęlestes spiritus, qui in supera ciuitate versantur, lętẽtur & exultent, quoniam terra. i. habitatores illius, qui prius errabant, & auersi erant à Deo, per Christum saluatorem nostrum ad Deum conuertantur: nãq; si gaudium est in cœlis super vno peccatore poenitentiam agente, quãto magis fas erit eos gaudere, & lætari cum

D orbem terrarum seruari conspicient. Præterea sequitur, & inquit. *Et iustitia oriatur simul*. sed mirum est quòd Esa. volens prædicere incarnationem filii Dei, vtať hac metaphora de rore & lu uia: sed vide quod ait Lyranus, quod quidem non approbo, nec reprobo. Si n. desuper nubes pluant iustum, consequens est vt simul, & eodem temporis momento oriatur & iustitia: per nubes autem hoc loco intelligimus angelicas

Nubes qua

E potestates, à quibus spirituales consolationes instar pluuiæ demittuntur, & fluunt, & in corda credentium distillãt, & imprimuntur; vel per nubes intelligẽdi sunt qui Dei verbum administrãt, quorum primitiæ fuerunt sancti Apostoli, & discipuli Christi, qui vniuersam terram peragrantes, diuinum, & sacrosanctum sermonem vbiq; diffuderunt,

& di-

& diuinis præceptis, ac institutis orbē terrarum irrigarunt, quò velut ex bono semine fructus producerent salutares: vnde superius dictum est. Mandabo nubibus desuper, ne pluāt super eos imbrem, super eos (inquam) qui in Dominum ipsum datorem riuorum, & spiritualium donorum debaccati fuere. Ego autem per nubes, simpliciter exponens, non cęlestes spiritus, non prophetas, aut Apostolos, sed solas diuinas p sonas, quę velut nubes demittūt aquā, sic dignentur mittere iustum.

Cum verò inquit. *Et iustitia oriatur simul.* Non ea tantum iustitia hoc loco intelligenda est, qua nos iusti efficimur; rationi enim cōsonum erat, vt posteaquam nubes pluerant iustum, & nostri causa fuerit ad nos demissus, quòd iustitia pariter fuerit in nobis, alioquin frustra, et perperam viderentur nubes hanc pluuiam demisisse; verum et per iustitiam ex terra nascentem, et prodeuntem, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum debemus intelligere; quippequi factus est nobis a Deo patre iustitia, et sanctificatio: siquidem accepta remissione peccatorum, verum est nos in ipso, et per ipsum fore iustificatos, et ab illo iustitiam suscipere, quæ nos in sortem omnium bonorum potest adducere, et cœlestis gloriæ participes efficere. Ne autem videatur inutilis repetitio, per iustitiam hoc loco intelligere congruet, iustitiam, qua nos iusti sumus, non qua Christus iustitia dicitur. Cum postea subdit. *Ego Dominus creaui eum.* his verbis volunt nonnulli prophetam ex persona Dei respondere tacitæ petitioni: sancti enim summopere cupientes hunc iustum cito venturum, possent expetere, quis nā dabit nobis hunc iustum liberatorem, et saluatorem? respondet Deus. ego Dominus creaui eum. Aut dicas his verbis amoueri omnē dubitationem, qua quis posset ambigere. qui fieri potest vt nubes pluant hunc iustum, et terra germinet hunc saluatorem? respondet Deus. q. d. nemo dubitet, ne quis animo angatur, et quærat, vnde, et à quo fieri potest, ut è nubibus demittatur iustus, et terra germinet saluatorem, quia ego

A Domnius, qui sum verus, et viuus existens Deus, et in effectum producens omnia, et mortem non efficiens, sed ad incorruptionem omnia creans, ut exponit Cyrillus, et postremo hominis naturam honore afficiens, ego inquam Dominus adeo fortis, et potens, creaui eum; creaui, inquam, iuxtà humanitatem, quia eius corpus formaui in vtero uirginis ex purissimis eius sanguinibus. Dicit Hieronimus, nō dedignatur filius dei creatura nuncupari, qui

B voluit uermis appellari. At si respicies eius esse diuinum, nūquam creatus, sed ab æterno à patre genitus. Cyrillus existimat præfatis verbis afferri causā, ob quam Deus cum sit natura filius .i. cum verbum patris sit natura Deus, et Dei filius se ipsum exinaniuerit, voluerit q; pro nobis pati, et animam suam in prætium redemptionis nostræ profundere, et summam gloriam humanæ

C naturæ paruitate sustinuerit commutare. Dicit ergo. *Ego Dominus creaui eū.* q. d. ego qui creaui hominem, nolo ipsū deserere, qui vȝ. creaui hominem, nolo ipsum in aliorum potestatem redigi, et mea ope fore destitutum: sed prior expositio est longe melior ut. s. illud pronomen demonstret, et referat Christū dei filium non hominem naturaliter productum. Sequitur deinde. *Væ qui contradicit fictori suo &c.* Quid uelit

D per ea quæ sequuntur innuere propheta, difficile quidem potest excipi, et ut bene inquit Cyrillus, profundus est hic sermo, et multa obscuritate adumbratus: veruntamen nos afferemus multas expositiones, ut quisq, accipiat quā crediderit esse meliorem. Dicunt ergo quidam exponentes hæc uerba minatoria aduersus eos iactari, qui u idebantur arguere Deum, et eius actiones, atq; opera insolenter oppugnare, illud pręsertim, quod uelit suscitare nouum hominem, et tribuere ei regnum, et imperium quo reduceret populum Dei, de

E captiuitate Babylonica detractum, in patriam suam, quasi non possit aliunde ipse Deus, qui est uirtutis infinitæ, et immensæ potentiæ, vel ex se ipso, uel per alios præsides, et ministros istud agere. et impręcatur ipse propheta huiusmo-

iusmodi hominibus curiosis, & audacibus malum omen, & grande malũ, aut ét minatur incredulis, qui nõ credunt hæc fieri, nec posse fieri, ĩ quorũ numero sunt ét reponẽdi, qui criminãtur Deũ, vt qui longè melius egisset si populum iam olim in fidem receptum, & in peculiarem sibi delectum, non permisisset exulem vnquam fieri, aut multo citius ab exilio iussisset reuocari: neq; tot, & tantos ex eodem populo, in seruitute mori permisisset. Horum certè magna fuit temeritas, & audacia. & summa, ac detestabilis petulantia, seu mauis arrogantia aduersus Omnipotentẽ Deum. propterea dicit propheta. *Vę qui cõtradicit fictori suo, qui nõ secus est, quã testa de samijs terræ:* Aut dicas prophetam insurgere aduersus Iudæos, quos male habebat, Deum velle excludere ab eius consortio populum suum iam diu pręelectum & dilectum, atq; in eius locũ gentes, & Idololatras fore surrogãdas, quibus minatur & prædicit multas tribulationes. & angustias affuturas, quibus quidem hunc in modũ videtur se ipsũ opponere q.d. Tu Iudæe, & quicũquè sis huius prauæ cõditionis vt velis mihi obijcere, quòd suscitauerim gẽtes, & mihi in obsequium substituerim, nonne putare debueras, me esse Dominum, qui creaui te? nonne possum facere quæ volo? & quoniam videbantur Iudęi eiusscemodi rõnibus conqueri, & moueri aduersus Deum quasi, dicerent. tu Domine finxisti tanquam figulus ex luto populum hunc, cur ergo destruis hoc tuum vas iam per te confictum, & formatum, vt aliud effingas? quibus è contra respondet Dominus. Nulla est hæc vestra quærela, nulla est causa, qua conqueri debeatis, et commoueri, quia vas luteum, quod ego iam olim effinxi, destruo vt melius reformem; quemadmodum. D Paul. ad Rom. 9. tollit è medio hanc eandem quęrelam. d. Nonne habet potestatem figulus ex eadẽ massa facere aliud vas in honorem. aliud verò in contumeliam? sed clarius hoc habetur apud Hierem. cap. 18. vbi habet quod vidit in domum figuli dissipatũ esse vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis, conuersusq; fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret: & in textu lxx. Interpretum habetur, quod ipse Dominus creator fecit, et formauit melius. Et velut optime d. Cyril. quia grauatè nimis, et iracundè hoc tulerunt Iudæi, qui adhuc in figura, et vmbra consistentes, Christo se opponebant: Idcirco Deus illos deijcit ostendens se meliorem populũ formaturum quàm antea fecerit, propterea d. Væ qui contradicit fictori suo; Alij textus habent factori suo: est adhuc & tertia opinio eorum, qui putant, hoc in loco prophetam taxare eos, et imminens periculum illis obiicere, et proponere, qui audent Dei consilium arguere, et illud infringere, et condemnare, quasi voluerit per mortem filij sui mundum saluare, et hominem redimere, cũ non deesset ei alius modus, quo id opportunè fieri potuisset: aut redarguit eos qui (iuxta D Hier.) putant Christũ non esse venturum: vel Deo patri contradicunt, quòd filium suum miserit in mundum factum ex muliere factũ sub lege: quibus hunc in modum respondet ipse Deus. si ego feci terram, vt habitaretur ab hominibus, et coelos extẽdi desuper, et eos astrorum varietate decoraui, vt Dei cultores in terra commorarentur, quid mirum si filium meum iustum regem miserim in mundum, siue ab inferis suscitauerim, cuius omnes viæ rectę sunt? et quæ sequuntur. D. autem Aug. præter ea, quæ dicit D. Hier. ad curiosorum hominum opinionem comprimendam, et exprobrandã, hanc rationem adiecit, quod quamquam diuinæ potentiæ, sapientiæ, ac bonitati non defuisset alius modus, quo nostræ reparationi consuleret, nullus tamen erat conuenientior: quemadmodum ille quomdam non à semetipso dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit d. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, et nõ tota gens pereat. Quamobrem miseros, et ter infoelices fore illos existimo, qui volunt factori suo contradicere, et stultè admodũ eorum quæ facit causas quærere, propterea nullus debet de sua eius prouidentia, sapientia, potentia, et optima volũtate quicquam dubitare, neq; in tantã audaciam,

Marginalia: A; B; C; D. Hier.; D; D. Aug.; Rom. 9.; E

audaciam, ac temeritatem prosilire, ut velit quascunq; eius actiones arguere. Nam sicut testa de samiis terræ non cõtendet cum fictoribus terrę, nec lutum dicet figulo suo, quid facis? aut ipsum reprehendere.d. Nonne vides, quòd nihil facis? opus tuum est sine manibus, hoc est imperfectum, concisum, et inutile: sic etiam nemo dicet Patri, et matri. quid generas? et mulieri, quid parturis? et uæ illi qui audet hoc dicere, et ob id patrem et matrem increpare: sic propemodum contingit cuicunq; homini, qui audet dicere Deo, cur ita facis? cur me tot afflictionibus cruciari, vel cur me ab inimicis meis affligi permittis, et molestari? cur me tot infirmitatib⁹ diu detineri, cur deniq; in hac recenti, et viuida ætate uis me mortem obire? et similia: quandoquidem longe maior est proportio, et affinitas inter lutum, et figulum, quam sit inter Deum, et quamcunq. creaturã. Homo enim cõpositus deo nulla ratione potest iustificari, Iob. 9. Vasa samia, vel de samiis terrę dicebantur esse quędam vasa facta ex luto insulę sami ualde delicata, speciosa, et qualia sunt quæ ex insulis lusitanię quãdoq; ad nos deferuntur, et nos ipsi detulimus, et lingua vernacula puto esse, quę dicimus de porcellana, vel dicuntur vasa samia, propterea q̃ in Ciuitate samos ars figuli dicitur fuisse reperta, super hoc coarguitur ille, q dicit patri, quid generas? et mulieri q̃ parturis? existimo posse meliori ratione illorum querimoniam fundari, qui ex illegitimo cõcubitu quandoq; oriũtur: possunt enim iure quodam eiusmodi homines non de Deo, qui quandoq; permittit malum, vt ex eo eliciat aliquod bonum, sed de eo, qui eos genuit, et de muliere, quę eos peperit, cum non fuerint iusto, et legitimo matrimonio coniuncti, cum hoc hominum genus solo progenitorum culpa, et uitio multa patiantur incommoda, dum uiuunt in hoc sęculo. Sed prosequamur textum. dicit ergo propheta *Hæc dicit Dominus sanctus Israel Plastes*, eius, hoc est ipsius hominis, *Ventura interrogate me super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi.*

Iob. 9.

Tex. 4.

A Sensus est quemadmodum non conueniat, nec fieri potest, ut filius, qui est nasciturus interroget patrem, aut matrẽ cur me generas? etc. sic non conuenit, quis interroget Deum, de his quę facturus est, et quę ventura sunt super filios suos, et super opus manuum suarũ. v. g. quare ipse sit redempturus filios Israel, et quamobrem, et quomodo sit exclusurus Iudæos secundum carnem à consortio filiorum Israel secundum B spiritum, et à participatione regni cælestis: propterea d. ventura interrogate me super filios meos, et super opus manuum mearum mandate mihi. i. prescribite mihi leges, et ordinate quid sim facturus: quæ omnia dicta sunt ironicè, et cum indignatione quadam, quasi Deus sit inops consilii et c.

Quamquam ego iã pridem statuerim præter textum vulgatę editionis, qui nunc in Ecclesia communiter exponi- C tur, nullum alium exponere, neq; aliud onus suscipere, veruntamen quędam per Cyrillum in expositionem textus cuiusdam lxx. hic adducta, summopere meo arrident intellectui, ea nequaquam silentio pretereunda iudicaui: sic enim habet textus. *Nunquid arans tota die arabit terram*? quę quidem bifariã videntur exposita: primum quidem si ad Dominum referantur; deinde si ad ipsos Iudęos. Dicitur ergo primo Nũ- D quid arans arabit terram tota die? u g. dicit propheta. O stulti, et insipientes corde, nonne agricola scindens aratro terram aliquando ab hoc opere cessat? nec totum colendi agri tempus in aratris consumit; nam scindit terram. non ut patiatur hoc solum, sed ut recipiendis seminibus quę iacta sunt in ea, reddatur idonea, atq. ut tandem fructus producat. Sic, et Dominus dedit legem, non ut semper in ea sisteremus, sed ut E ab ea non nihil admoniti, et eruditi, ad maiora, i. ad euangelica precepta concederemus, et sic ęternę salutis fructũ caperemus: Itidem si hæc ad Iudęos referes, dicere potes, nunquid arans tota die arabit terram? O uos Iudæi, cęci, imprudentes et ter miseri, uultis ne deteriores haberi ipsis agricolis? pudet ne uos eos imitari? ipsi enim arantes, non

semper

semper arant terram, sic et uos non uelitis legem aratricē, et corda uestra rudia, et crassa scindentem semper excolere, et in ea laborare; arauit .n. Deus corda uestra per legem, non ut perpetuo ibi acquiesceretis nam quę inde esset uobis utilitas? sed hoc effecit, ut ueritatis fructus proferatis: sic ergo Christus Dominus alios ab errore gentiliū ad ueritatis cognitionem, et ad sanctā legem, alios à circuncisione ad recipiēdum instituta ac disciplinam euangeliam, et ad nouitatem cultus per Christum omnium nostrum saluatorem uoluit traducere. Non dicat ergo quispiam ipsi Deo, quid facis, et quid operaris? quemadmodum neq; lutum dicit figulo suo: quid facis, et quid operaris? et quibuscumq; ita audentibus, et conantibus plus sapere quàm oportet sapere, comminatur propheta.d Væ qui contradicit fictori suo.

Postea subdit ipse propheta, uel ipse Deus per prophetam.d. *Ego feci terram, & hominem super eam creaui ego, manus meæ tetenderunt cælos, & omni militia eorum mandaui.* Sub his verbis reprehēdit Dominus, meo quidem iudicio eos, qui dubitant de filiis suis, & de operibus manuum suarum, cum ipse ille sit, qui fecit cœlum, & terram: dubitabāt enim Iudæi (iuxtà vnū sensum superius adductum de filiis suis, i. ipsius Dei, quos scilicet ipse Deus in filios adoptauit, de his inquam quos ipse est redempturus, quonam scilicet modo poterit eos redimere: quemadmodum dubitauit Nicodemus Ioan.3. qui dicente domino nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei, dixit.: Nunquid potest homo, cum sit senex in ventrem matris suæ iterum introire, & renasci? cui respondit Iesus. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, nō potest introire in regnum Dei, & quæ sequuntur. Nullus ergo debet curiosè perscrutari mirabilia opera Dei, neq; de his quæ fiunt, multo minus de his, quę sūt futura: iudicia enim Dei abyssus multa; neq; potest quis dignoscere sensum Domini, aut consiliarius eius fieri: quandoquidem nulla in re sua opus habet quouis homine omnium

Ioan 3.
Ioan 3.

A architectatrix Dei sapientia, quamquā apud nos quippiam sit factu difficile aut etiam impossibile, quoniam apud ipsum nō est impossibile omne uerbū. Dicit ergo Deus. Ego feci terram nullius hominis adiutorio, & hominem super eam creaui ego, ego inquam solus, nulla mihi opem præbente creatura: Manus meæ tetenderunt cœlos. iuxta illud ps. Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricasti auroram, & solem, tu fecisti

Luc.1.
ps. 73.

B omnes terminos terræ, æstatem, & ver tu plamasti ea. Et recte inquit *manus meę tetenderunt coelos*, vt alibi dicit Psaltes: qui extendis cœlos sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius: ac si dicat ea facilitate manus Dei tetenderunt cœlos, qua quis coriarius extendit pellē, & multo facilius quàm quicūq; opifex operatur deus: sed quæ sunt manus, Dei patris, dubio procul, quæ uam aliæ nisi Dei filius? Per quem omnia, & in

ps. 103.

C quo omnia, & ex quo omnia, & sine quo factum est nihil,

Et omni militiæ eorum mandaui. fecit enim lunam in tempore, & sol cognouit occasum suum, posuisti tenebras, & facta est nox, ortus est sol, & congregati sunt catuli Leonum, & in cubilibus suis collocabuntur.d.propheta ps. 103. qui postea admirabundus, & in spiritu eleuatus exclamat dicens. Quam magnificata sunt opera tua Domine? om-

ps. 103.

D nia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Sed D. Hier. arbitratur aliquem fortasse posse moueri, & credere astra i solem. & stellas ac lunam rationalia fore, & animam, sensumq; habere, quia textus habet, dominum præcepisse militiæ cœli, quod quidem est erroneum, nisi forte per militiam cœli intelligamus exercitus Angelorū, qui cum sint intellectu, ac voluntate prędi-ti, possunt etiam percipere, & excipere

E mandatum Domini, sed hoc non est necesse. Dicimus enim Deum præcipere stellis & cuicunq; creaturæ, quia cōstituit terminos eis, qui præteriri non possunt. Præcipit ergo stellis, & illæ obediunt, quoniam iuxtà legem sibi pscriptam à Deo suis temporum vicibus oriuntur, & cadunt; hoc enim illis mādauit qui Deus est natura, & vniuersorum

rum opifex, ac Dominus, cuiq; & venti, A & mare obediunt, ut apud Euangelistā legimus. Dicit ergo Deus. *Ego feci terram, & hominem super eam creaui*, q. d. vultis nē obstupescere, et admirari, qd ego Dominus, qui feci terram &c. vel suscitauerim hominem quendam, & fecerim eum gloriosum, et potentem, vt redimeret populum meum? vel creauerim ego Dominus hominem, qui sit redempturus hominum genus, & liberaturus de potestate Sathanę, & faucib⁹ B mortis? non ita credatis, non ita suspicemini, nulla vos opinio fallat: sed prosequamur vlterius: d. n. *Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam, ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in precio, neq; muneribus, dicit Dominus Deus exercituum*. Hæc etiam verba duplicem habent intellectum. Quidam enim hæc referunt tamquam dicta de Rege Persarum, sed ita ut per hunc regem intel- C ligatur Christus Dominus verus Rex, et dominator omnium. Alij verò de Christo tantum.

Matth. 8.

Sed quo nam pacto de Cyro, cum nō fuerit usq; adeo perfectus, ut ad iustitiā promouendam suscitatus esse intelligatur; neq; etiam omnes uiæ eius fuerint directæ? Qui hanc expositionem tuentur dicunt Cyrum fuisse suscitatum ad iustitiam, hoc est ut exequeretur diuinum consilium, quod quidem est regu- D la omnium quæ iustē fiunt, et plenissimam continens æquitatem: vel dici potest excitaui eum ad iustitiam .i. ad exequenda ea, quę summa cum iustitia, & æquitatē fieri necessum erat, et quę fieri maximē referebat vt. s. populus hębreorum à tam longeua, ac dira seruitute redimeretur, & ciuitas, ac templū hierosolymitanum instauraretur: Cyrus namq; vt constat ex historiis, iussit E ædificari Hierosolymam, et templum resarciri, sed tpē Assueri regis fuit in meliorem statum reducta.

Sed re vera hæc vtcunq; de Cyro possunt intelligi, citra tamen omnem cōtrouersiam, & communi omnium patrum consensu, de Christo Domino verius multo, & conuenientius dicuntur, quęm Deus suscitauit primum, hoc est, misit in mundum ex Virgine carnem suscipientem; deinde suscitauit eum à mortuis solutis doloribus inferni, de quo loquitur Paul. d. Si spiritus excitantis Christum à mortuis habitat in vobis, qui Xp̄m á mortuis suscitauit, viuificabit mortalia corpora vestra: suscitauit eum ad iustitiam, vt. s. nobis iustitiam conferret, & iustos efficeret, nō quacūq; iustitia, vt putà iustitia simulata, aut docendo percepta, sed iustitia vera, atq; completa, qua nos tuto comparere possimus ante conspectum Dei, & non sicut ea, quæ est scribarum, & Phariseorum, nec solum suscitauit eū ad iustitiam, sed cum iustitia, vt ipse solus vere, & proprie dicatur iustus, & ipsa iustitia; quemadmodum alibi scriptum est de eo. Ecce Rex iustus regnabit, & sapiens erit. & principes cum iudicio venient; *omnes uias eius dirigam*, nihil, inquam erit in eo obliquum, & tortuosum, quandoquidem non est unquam inuentus dolus in ore eius. Præterea uiæ Christi dicuntur esse rectę ac directæ, quoniam sunt euangelica oracula per quæ ad omnem virtutem, & pietatem, & ad supernæ vocationis brauium peruenimus: semita quidem legis aspera est, atq; difficilis. At via, quæ nobis per euangelium demonstratur, facilis est & plana, nihil confragrosū habens, aut asperum. iuxtà illud Matth. 11. Iugum meū suaue est, & onus meū leue. Porrò iste Rex, quem ego suscitaui ad iustitiam, & cuius vias omnes ego dirigam, ædificabit ciuitatem meā, idest ecclesiam sanctam, & catholicam ex viuis lapidibus, ac præciosis, in qua ipse Deus commoratur, & huius ciuitatis ipse Christus erit fundamentum, in quo & nos tamquam lapides pręciosi ædificamur in templum sanctum in Domino, in habitaculum Dei in spiritu sancto, vnde fortis, & inconcussa omnino est ecclesia quæ Christum habet fundamentum, & basim omnino immobilem, quemadmodum 1. Pet. 2. Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem, electum, pręciosum, & qui crediderit in eum non confundetur. Dicitur etiam ipsum Christi corpus ciuitas, & templum Dei, in quo, velut in templo san-

Rom. 8.

Christus dominus suscitatus ad iustitiam.

Matt. 11.

1. Pet. 2. ca.

sanctissima, & incomprehensibilis diuinitas suum habet sempiternum domicilium: Dicuntur etiam Dei ecclesia mentes, & corda bonorum hominum, in quibus habitat ipse Deus, de quibus dicit Apostolus, templum Dei estis vos modo sint mundata ab omni errore & cupiditate. Postremo iste Rex quem suscitaui, captiuitatem meam dimittet, idest populum meum iam diù sub captiuitate detentum, à peccato. s. morte, & inferno liberum efficiet, non in prętio, neq; muneribus. d. Dominus exercituum, quemadmodum testatur etiam D. Petrus 1 cap. 1. d. Sciatis fratres ꝙ non corruptilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed prętioso sãguine, quasi agni immaculati Christi, & incõtaminati: dedit enim Deus pro nobis proprium sanguinem, atq; ita non sumus nostri; sed eius qui nos emit, & cõseruauit, cui quidem seruire regnare est. *Dicit dominus Deus exercituum*, hoc est ille, qui omnia potest, & omnibus præest, & cunctis imperat, ac regit. Sed in expositione horum verborum videt D Hier. insufficienter arguere: vult. n. ex hoc textu hanc rationem colligi, q. d. Deus. si ego feci cęlum, & terram, nonne potui redimere per mortem filij mei genus hominum, & ipsum iustificare, & de impio pium facere? Non enim videtur sequi, cum multo sit facilius cęlũ & terrã creare, q̃; iustificare impium, sed ratio quam facit. D. Hiero. tenet considerata potentia Dei quę sẽper est eadem & infinita.

1. Petr. 1.

Dixit in fine præcedentis particulæ. *dicit Dominus Deus exercituum*: & rursus volens speciatim explicare quod supra innuerat, videlicet omnes nationes, omnia regna, quascunquè regiones, vtcunquè barbaras, & exoticas conuertandas ad Dominum, ad eum concessuras, eius vestigia sectaturas, & in eius potestatem omnino redigendas, facit hoc exordium. *Hęc dicit Dominus.* Non sunt verba hominis, non sunt verba alicuius creaturæ. Non potest in his, quæ dicentur subesse falsum, aut aliqđ mendacium: est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.

Tex. 5.

A *Hæc ergo dicit Dominus. labor Aegypti, & negotiatio Aethyopię, & Sabaim, viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt, vinctis manicis pergent, & te adorabunt, teq; deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & nõ est absq; te Deus &c.* Quamuis nonnulli velint hæc referri dicta à Deo propter regem Persarum, re vera tamen ad ipsum Christum Dominum nostrum verum Deum, & Dei
B filium sunt referenda: non enim dici potest Aegyptios & Aethyopes, ac Sabeos fuisse secutos regem Persarum, multò minus regem Assyriorum, vt quidam fautores Hębreorum cõminiscuntur: quandoquidem non potuit vnquã Rex Assyriorum expugnare Aegyptũ, quin potius inde aufugit cum audiuit regem Aethyopiæ cum magnis copijs, & exercitibus, accessisse ad defendendum regem Aegypti: manifestum est igitur re
C pugnantibus quotcũq; Rabinis, & eorum assecelis, prophetam hoc loco prædicere, & prophetare de victoria Christi Domini regis nostri: Sensus ergo horum verborum est, quòd labor, & industria, & omnis conatus Aegypti pro cumulandis opibus, pro augendo, & conseruando regno, pro sustinendo idolorum cultu in tuum commodum erit ò Christe Iesu fili Dei, sic negotiatio Aethyopiæ, & Sabaĩ: ipsi namq; laboraue
D runt. & nos Christi sectatores in labores eorum introiuimus, quia omnes eorum facultates, omnia eorum studia quibus tantopere laborarunt, & insudarũt ad manus nostras peruenerunt: satis. n. constat quot opes, quot prædia, ciuitates, & oppida trã sierunt in obsequium Xpi, corũ præsertim qui relictis omnibus sequuti sunt eum, ut monachi, cęnobitæ, & pleriq; alij qui se totos mancipa runt in obsequium Dei, & curam
E animarum. Viri sublimes; non enim solum qui sunt infimæ sortis, & conditionis, sed viri sublimes, & nobiles, principes, & reges, in quibus communiter maius consilium, & iudicium, perspicacius solet reperiri, quiq; non facile, vt cæteri hominum decipiuntur, & errãt, ad te transibunt, & tui erunt. Tu enim eris dux, dominus, & pater eorum. post te ambulabunt tamquam serui, & tua

vestigia

vestigia imitari contendent; & vincti manicis quibus captiui constringuntur ne resiliant,& fugam capiant,vel auertantur,pergent: non erunt, inquam,amplius sui iuris, sed quicquid sunt,quicquid vnquam erunt, & quicquid habēt, tua sub ditione, & potestate erunt,& te adorabunt tanquam *Deum* viuum, & verum,non amplius idolis, & fictis dijs adhærescent, in suisq; necessitatibus te vnum præcabuntur,& dicent,ac fatebuntur. *Tantum in te ò Israel*, qui, v3. fide intueris,vides, & agnoscis Deum, seu veritatem apprehendis: *Tantum in te*, inquam, *est Deus*,tu solus popule dilecte habes Deum,nulla alia natio,nullum regnum habet,& colit verum Deū nisi tu, *& non est absq; te Deus* .i. non est quærendus alius Deus nisi ille vnus, & solus, qui est in te: possunt hæc eadem verba ad Christum Dominum referri, vt v.g. propheta spiritu edoctus,& afflatus alloquatur Christum Dominum, & has laudes, & encomia eidē tribuat. d. Tātum in te ò Christe Iesu est Deus, & non est absq; te Deus,vt illud pronomen te, referatur ad Christum, non ad populum israeliticum, quod quidem verissimum est, quia Deus pater est in ipso,& ipse in patre vt apud D. Ioan. ipsemet attestatur.d. Ego in patre, & pater in me est. & alibi. Philippe qui uidet me,videt & patrem meū.& rursus ego, & pater vnum sumus. licet enim pater, filius, & spiritus sanctus sint tres personæ, non tamen sunt tres Dij, sed vnus tantum Deus:quocirca verum est qd.d. propheta tantum in te est *Deus*, & non est absq; te Deus,quia licet sit etiam in patre,& spiritu sancto, non tamē est alius Deus, sed vnus & idem Deus. Et quamquam *Dei* verbum factum sit caro, nihil minus verum est quod dicitur in te est *Deus* .i. in humanitate de uirgine suscepta, tanquam in templo sacratissimo est Deus, ut unus in vtraquè natura,diuina.s. & humana subsistat Xp̄s uerus Deus,& verus hō̄,qui nō sūt duo supposita; sed vnum tantum,quod est filius Dei habens humanitatem sibi indiuisibiliter vnitam.

Io.

Diximus quis fuerit labor Aegypti, & negotiatio Aethiopię, quod. s. fuerit

A in cumulandis opibus, & in augendo, & conseruādo regno,& pertinaciter manu tenendo,& sustinendo cultu Idolorum, Hilarius verò. 4 lib. de Trin. per laborem Aegypti,& negotiationē Aethyopiæ,intelligit laborem,quem Magi orientis Dominum adoraturi,& munera allaturi, sustulerunt veniendi usquè in Bethleem Iudeę. Metiamur, inquit,& consideremus tanti laborem itineris:cum ergo Magi ex mercatu Aethyopum, & Sabaim auri, turis, & mirrhæ munera deferrent,cumq; etiam hi essent viri sublimes,factum est, quod hoc loco dicit propheta,v3.labor Aegypti &c. viri sublimes ad te transibunt, et adimpletum est alterius prophetę vaticinium: Coram illo procident Aethyopes,& inimici eius terrā lingent. Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona domino Deo adducent. Per viros et sublimes qui ad Christum transibunt,& uincti post eum ibunt,intelligi possunt gloriosi *Dei* Apostoli qui optimo iure dici possunt, & nuncupari uiri sublimes propter excellentiam sanctitatis, constantiæ,& virtutis eorum,quiq; etiam sedebunt aliquando super thronos duodedecim,judicantes duodecim tribus Israel. Hi uincti secuti sunt Christum, quemadmodum dixit ipse Christus Petro. Cum esses iunior,ambulabas quo uolebas, cum autem senueris alius te cinget,& ducet quò tu nō uis.& *D*. Paul. nonne etipse scribens Aephesijs dicit se vinctū Christi Iesu? & in Act. Apost. 22.testimoniū reddit,quod ipse olim pgebat in *Damascum* vt inde adduceret uinctos in Ierusalem quicunq; nomen Christi Iesu confiterentur. Præpterea vincti, & ligati manicis,& compedibus astricti,dicuntur omnes,qui relicto sæculo,et pompis eius, soli se Christo totos addicunt, et dedunt: quemadmodū fuere innumerabiles Monachi, qui in Aegypto,reiecto, & prostrato Idolorū cultu,seruiebant Christo, sicut & nunc pleriq; uiri, qui uīcti manicis.i.religati, et constricti, ac mancipati in perpetuā seruitutem ipsi *Domino*,illius tantum uestigia sequentur, qui dicuntur religiosi,i.religati,atq; deuincti,qui non habent

Hyllarius.

B

Ps. 71.

C

D

E

bent uelle neq; nolle. D. Hier. per laborem Aegypti, nihil ultrà intelligit, nisi laborem, studium, & fatigationem quē Aegyptii proferebant in cultu Idolorum, & q̄q̄ à parte totum i. per Aegyptum intelligi velit quascunq; nationes Idola colētes, meminit tñ præceteris ipsius Aegypti, quia nulla gens ita fuit dedita idololatriæ, & tam innumerabilia portenta venerata est, quemadmodum Aegyptus, vt supra cap. 19. visum est. Per viros excelsos atq; sublimes vult innuere propheta, iuxtà expositionem. D. Hiero: principes, & reges Christo Domino obtemperaturos, quod nulli potest esse dubiū, qui uideat mundum ei fore subiectū, & ex paucarū nomine nationū quæ habitant in extremis finibus terræ, cunctos cęlorum cardines, & omnia terrę litora ipsi Christo manum dedisse, & fidem, ac obedientiam eidem præstitisse. Sed dices. si Saluator noster apud Matth. dixit se non esse missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, cur ergo visus est appetere, & ad se trahere labores Aegypti, & negotiationem Aethiopū? facilis est responsio ipsis quidem Iudæis primum diuina lux, & euangelica salus prępositta fuit, sed posteaq̄ impinguati, & incrassati recalcitrarunt, translata est, et deducta lucis, & fidei prędicatio ad ipsas gentes: nec ab re, et sine summo spiritus Dei artificio nominat ipse propheta, velut etiam d. D. Hier. Gentes omnium superstitiosissimas, vt virtus, ac potentia vocantis ad poenitentiam, admirabilis ostendatur: quemadmodum .n. illius medici virtus, & opificium maxime commendatur, cum desperatæ valetudinis, suis experimentis hominē liberare potest, ita ēt Deus insignem gloriam suam illustriorē reddit, cum eorum aliquos, q grauiter lapsi sunt, et in ipsum infimū vitiositatis, et impietatis profundum fuerint detrusi, emergere facit, et egredi, ut. s. virtutem expetant, & mala auersentur, et res cum laude coniunctas excipiant: vt verum sit, quod Paul. scribit ad Rom. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit et gratia: laborauerunt itaq. Aegyptii, et Aethiopes bifariam inquit Cyrillus, vel (vt supra diximus) ex D. Hierō. quia intollerabiliter fuerunt afflicti, & defatigati seruientes Sathanę, et legioni demonum: vel dicuntur laborasse .s. non mansisse amplius sub illa dira, ac dura demonum seruitute, postquam v3. Christus illuxit: laborarunt quidem, quia cum aliqua difficultate, et sensus, et carnis repugnantia, et cōtentione se ex illa pessima, ac diuturna conuersatione, aut mauis seruitute se se extricarunt, victoriamq; ipsi euangelicæ prædicationi dederunt. hunc in modum exponit iste hunc Aegypti laborem. quod postea subdit; *Post te ambulabunt viri sublimes vinctis manicis, & te adorabunt*, Pulcherrime quidem istud exponit: nam per uiros sublimes intelligit istos Aegyptios, et Sabeos, qui erant viri conspicui omnibus notissimi, et nulli non cogniti, quod videlicet erant insigniter egregii demoniorum cultores, et Diabolicorum inuentorum propugnatores: hi quidem omnes (quod est incredibile dictu) ad te trāsibūt. i. primo errore relicto, et á fouea mortis, et īferni exiliētes, ad te venīet, ad te ꝓperabūt, et tui erūt, tibi (īq̄) seruient, et tuæ erunt uoluntatis administri. Post te ambulabunt vincti manicis. i. charitatis nexibus, et compedibus, inexplicabilis in Deū pietatis Deo adhærescent, et post eum ibunt, vt uere dicere possint illud Apostoli ad Ro. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? et tamen inquit, certus sum, quòd nulla creatura poterit nos separare á charitate Dei quę est in Christo Iesu domino nostro. Istę sunt manicę, isti sunt compedes, quibus, re vera, qui vere sunt dediti Christo vinciuntur, atquè constringuntur, nec facile possunt inde explicari. Quidam alij moderni per uiros sublimes intelligunt Aegyptios, uelut hi qui sunt maximè laboribus dediti. Per Aethyopes uiros maximè industrios, et negociosos, ac inde diuites: Per Sabeos uiros proceres. Cum itaq; hęc omnia prędixisset Esaias quę sunt futura post Christum, quæ certe uidebantur maximè difficilia creditu, conuersus

Margin notes: *Dubium.* — *Responsio.* — *Roma. 5.* — *Rom. 8.* — A, B, C, D, E

uersus ad ipsum Deum, & in eum per A quandam apostrophen sermonem dirigens inquit. *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator*, cedo, quis unquam erit vsquè adeò impudens, & uanus interpres, vt velit eiusmodi verba ad Cyrum, vel ad quamuis maximam creaturarum omnium posse referri? Christus inquã filius Dei, & Deus ipse vere debet, & potest dici Deus absconditus, Deus inquam Israel, qui à populo Israelitico habitus est, & appel- B latus semper Deus; vel *Deus Israel*, qui eorum tantum est Deus, qui vidēt, & obnixè cupiunt videre Deum. Deus iste simpliciter, & absolute vocatur & est saluator omnium, qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: iste inquã Deus est etiam saluator Israel qui saluat, & saluabit populum Israeliticum dictũ secundum spiritum. Sed quomodo potest dici Deus absconditus? dicitur inquam, C Deus absconditus, quia non est visibilis: Deum enim nemo vidit unquam. Ioan cap. 1. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: vocatur Deus abscõditus, qui à nullo intellectu creato potest conuenienter percipi, non est enim quemadmodum Dij Gentium, qui videntur, & palpantur. Vocatur Deus abscõditus, qui videt in abscõdito quęcũq; facimus, & cogitamus, & in abscõdito facit quæcunquè velit, quorum D rationem homines agnoscere, neq; etiam possunt omnino eadem attingere, & penetrare. Dicitur etiam Deus absconditus, quia misteria quæ de Deo dicuntur, & sunt, vsque adeo sunt recondita, & incompræhensibilia, vt vere dici possit Deus absconditus, verum quamuis Deus vere sit absconditus, & in abscondito faciat quæcunquè velit, nunquam tamen loquitur in abscondito, sed E in spirationes internas, per voces, & signa rerum externarum; nec non, & per operationes ac ministeria secundarum causarum suam nobis mentem patefacit. Propterea .d. psal. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & Samuel. d. loquere Domine, quia audit seruus tuus; & sępè in scripturis habetur quomodo nobis loquatur Dominus.

Deus cur dicatur abscõditus.

psal. 83.

1. reg. 3.

Deinde sequitur. *Confusi sunt, & erubuerunt omnes*, omnes (inquam) qui auerterunt faciem suam a Deo: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum, videntes (scilicet) labores eorum fuisse inanes, & frustratorios, & multo magis Idolorum cultores, & more prophetico accipit præteritum pro futuro. Et sicut olim fabricatores errorum (videlicet) sapientes mundi, & idolorum cultores & fautores in confusionem abierunt, ita nunc & futuris temporibus fabricatores hæresum & falsorum dogmatum abibunt in confusionem. Consequenter autem versa vice explicat quid populo fideli, & timenti Deum sit affuturum: d. enim. *Israel saluatus est in Domino salute æterna.* saluatus est inquam non solum ab hostibus, & à quibuscunque periculis, sed saluatus est in Domino, idest virtute Domini, vel in Domino, cui est adiunctus, & addictus, & cum quo factum est vnum corpus, sed saluatus est in Domino salute æterna, non salute momentanea, aut breui duratura, sed salute æterna, nullum unquam finem habitura; & propterea. d. *Non confundemini, & non erubescetis vsquè in sæculum sæculi*, Idest vos qui secuti estis me, nulla vos confusio, pudor, aut ignominia apprehendet; neque nunc, hoc est, dum inter homines versamini, & dum ab hostibus, & inimicis mei nominis persecutionem patimini, nequè in sæculum sęculi, dum, videlicet, in futuro iudicio sistere omnes debebunt ante tribunal meum, vt reddat vnusquisquè rationem pro eo quod gessit siue bonum, siue malum, & ne quis forte vereatur, aut quicquam dubitet meam hanc pollicitationem irritam fore, & inanem, subdit propheta hæc verba. *Quia hæc, d. Dominus Creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam ipse plastes eius*, idest fictor, & formator eius; *non in vanum creauit eam; vt habi-*

Tex. 6.

habitaretur formauit eam, ego Dominus, & non est alius. q.d. ipse propheta. credite, & firmiter tenete quæcunquè dixi, quia à me ipso locutus sum nihil, sed hæc dicit Dominus, qui per alium prophetam .d. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita; & alibi: Cęlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt; & quis nam est iste Dominus qui hæc dicit? est ne forte adeò leuis, & impotens, vt non possit ipse pręstare, quod fuit pollicitus? nequaquam est enim ille qui creauit cœlos, & formauit terram &c.

Ps. 88.
Matth. 24.

Cum interim dicit. *Non in uanum creauit eam, sed vt habitaretur formauit eam.* Dubium est de qua terra loquatur. Secundum Hilarium loquitur de terra hac, quam nos pedibus calcamus, quæ cum sit creata, & non in uanum non est credendum ipsam penitus esse desolandam, sed potius innouandam, & reformandam. Potest etiam dici non in vanum creatam, sed vt habitetur, habitetur inquam, ab hominibus, cum omnia sint facta propter ipsum. *D.* Hier. inquit, Deus non frustra creauit terram, sed vt habitaretur ab hominibus, atquè vt hac uia ipsi cognoscerent, & adorarent creatorem cœli, & terræ, & uniuersa idola contemnerent, et respuerent, tamquam ea à quibus nec cęlum, nec terra, neq; quicquid est in ea habet esse, nec conseruatur in esse. Aliqui intelligunt de terra uiuentium, idest de cœlesti patria, quam Deus fecit, et creauit non in uanum, sed ut habitetur ab hominibus; ab hominibus quidem deificatis, & à cœlestibus spiritibus, quandoquidem nimium infœlix esset homo si propter solam huius terræ habitationem foret creatus, cum homo natus de muliere breui uiuat tempore, et multis interim repleatur miseriis; sed potius ut cœlum incoleret, et habitaret, atquè perpetuo Deum glorificaret creatum esse putandum est: Nam dum sumus in hoc sæculo peregrinamur à Domino. Cumq; Dauid agnosceret huius habi-

Hylarius.

A tationis miseriam, et caducitatem, cum antea dixisset. Incola ego sum in terra, non abscondas á me mandata tua; deinceps conquerebatur. d. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea. Quouis ergo modo hoc in loco terram accipias, constat non in uanum fore creatam, sed ut habitetur formauit eam. Et quis nam? *Ego Dominus, & non est alius;* qui postea de se ipso dicit.

B *Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso.* et uerè si de lege data Moysi loquatur manifestum est non in abscondito, nequè in loco terræ tenebroso, sed in montem Syna in excelsa eius uertice, audientibus cunctis locutus est Dominus. d. Exod. 20. Non erunt tibi dii alieni absquè me, nec facies tibi idolum et sculptile. Si uerò loquamur de lege euangelica, certum est non in

Exod. 20.

C abscondita quadam solitudine, sed in monte: nam uidens Iesus turbas ascendit in montem, neq; uni tantum populo, sed in omnem terram exiuit sonus Apostolicę prædicationis: quemadmodum et ipse Deus de se ipso testimoniũ tulit d. Ego palàm locutus sum mundo, et semper docui in Synagoga, et in templo, et in occulto locutus sum nihil, Nequè in loco terrę tenebroso, ut in speluncis, et cauernis

Ioan. 18.

D terræ; quemadmodum faciunt idolatræ, et demoniorum satellites, et ministri. Porrò ne unquam possent Iudæi se excusare quòd eum quem uenturũ sperabant, postquam uenit, reiecerint, et cruci affixerint, qui nullum ab eo prœmium, seu donum receperint, in memoriam reuocat pientissimus Christus prophetiam olim illis propositã, et propalatam, dum inquit. *Non dixi semini Iacob frustra quærite me.* i. me se-

E quimini, me uobis ceu Dominum præponite, et mihi obedientiam, honorẽ, et gloriam date, nullis unquam propositis præmiis, sed multis, et iis quidem inextimabilibus. *Ego Dominus loquens iustitiam,* idest uobis afferens legem, quæ est norma, et ratio periciendæ iustitiæ, aut *Ego Dominus loquens iustitiam* .i. annuncians euangelium per

quod quidem vera confertur iustitia, salus, & vita. Iustitia hoc loco potest accipi pro bonitate, & rectitudine vitæ: potest etiam accipi pro beneficio nobis collato, seu conferendo. Et 3. pro Christo Domino nostro, qui est vera salus, & iustitia: cum ergo dicitur, ego dominus loquens iustitiam, annuncians recta. Sic potest tripliciter intelligi. *Et annuncians recta*, idest annuncians veritatem, vt.s. legis imaginibus, & ceremonijs derelictis sequerentur euangelij veritatem, quam Christus veniens in mundum ad eam manifestandam, & comprobandam se venisse testatur: quemadmodum apud Ioan. 18. ipse dicit. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeā veritati. omnis, qui est ex veritate audit vocem meam,

Ioan. 18.

Deinde sequitur. *Congregamini & venite, & accedite simul, qui saluati estis ex gentibus*. Cōmode quidem in hoc loco, postquam, qui ex Israel descendunt credere noluerunt, & se salute æterna minime dignos iudicauerunt, conuertit Deus sermonem per os Esaiæ vatis sanctissimi, ac fidelissimi ad omnes gentes dicens.

Tex. 7.

Congregamini, & venite, & accedite simul. Vbi D. Hierony. aduertit hinc patere non statim omnes gentes esse credituras, sed paulatim, & per partes. Nec uacat misterio quod inquit. *Congregamini, & venite, & accedite simul*: non enim vult Deus ut fideles suos esse abinuicē seiūctos, & segregatos, vt aliquis dicat. Ego sū Pauli, alius uero ego sum Cephæ, sed oēs idē sentiant, idem dicant, & non sint in eis scismata, sed vnus sit oīum Deus, vna fides, & vnum baptisma. Propterea inquit. Congregamini, & simul accedite. Vbi ly simul non dicit simultatem temporis, vt res ipsa demonstrat: namquè non omnes qui credunt in Christum, simul, hoc est in eodem tempore, accesserunt ad ipsum, sed simultate fidei, sensus et intelligentiæ, vt mox dictum est. Deinde cōgregamini (inquit) vos qui dispersi eratis, ad hoc enim venit Christus ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ioan. 11. Venite inquit spontè, hilariter, ac liberè, non coacte, & per vim, et metum cuiusuis hominis imperantis ad me properate: quemadmodum alibi Saluator nos inuitat .d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & alibi. Accedite ad Deum, et illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Vbi etiam aduerte, quamquam nos diximus sponte, ac libere accedendum esse ad Christum, non violenter, aut coacte; haud tamen damnandum esse Ecclesiæ morem arbitramur, quæ, qui semel fidei sacramentis imbuti, ab ea quouis modo desciscunt, ad eandem redire, compellat. Dicit ergo textus. *Congregamini, & venite, & accedite simul, qui saluati estis ex gentibus*. Venite inquam, et uos qui longe eratis, appropinquate Deo, et ipse appropinquabit uobis. Non admitto, neque vlla ratione suscipio illorum sententiam, qui volunt hæc uerba ad Babylonicos, qui in euersione, ac destructione ciuitatis saluati fuere ab interitu, & incendio, esse referenda, verum ad quascunquè gentes, quæ per fidem, et veram Dei notitiam saluati sunt ab interitu mortis æternæ, & igne inferni.

Ioan. 11.

ps 33.

Vt verò priusquam vlterius progrediamur, manifesta sit differentia inter eos, qui saluati sunt ex gentibus, et reliquam hominum multitudinem, subiicit hæc verba. *Nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem*, Idest qui erigunt idola confecta ex lignis, et lapidibus, quæ sunt opera manuum suarum, et interpellant illum Deum, qui non potest, qui ad eos confugiunt, et eorum uoces audire, et ullo pacto saluare. ob id ait. Nescierunt, idest scire noluerunt homines Idolatræ, quæ sint eis, qui ad Christum accedunt proposita prēmia, propterea uæ illis. Inter quos est etiam reperire nonnullos, qui rogant Deum uiuum, et uerum: ueruntamen eos non saluantem, uel quod cum fiducia ad eum non accedunt; uel quod onusti peccatis, et sceleribus inquinati; ante

Deus non saluans.

ante Dei conspectum comparere non erubescunt, contra quos maxima indignatione commotus, insurgit Deus per prophetam .d.

Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuũ? etc. aut etiam pleriq; quod petunt nequaquam assequuntur, quia malè petunt, & indignè. quibus dicebat ipse. Spiritus sanctus per Apostolum suum Iacobum cap. 4 Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis: Isti quidem rogant Deum non saluantem, nõ qui saluare nequeat, sed qui sanare nolit, neq; etiam usq; deceat. Potest etiam dici non saluat quia non potest: quandoquidem repugnat diuinæ potentiæ, ac maiestati fieri quod nõ debet, & iniustum est: non poterat, inquit mar. cap. 6. Christus dominus in Patria sua virtutem vllã facere &c. nisi pp incredulitatẽ illorum. Cum ergo ita sit, quod, v3. Idolatræ non habent quid aduersus Deum possint afferre, nequè vlla rõne suos deos debeant vlterius sustinere, ptegere, ac tueri, illis oĩno post habitis hortatur Deus eosdẽ cultores. d. *Annunciate, & venite, & consiliamini simul*. Annunciate inquam, & manifestum facite cunctis gentibus Deos vestros nihil esse: Propterea illis reiectis venite ad me, & consiliamini simul, qd scilicet vobis expediat: aut etiam dici potest hæc eadem verba fore coniungẽda, cum his quæ dicta sunt à principio, v3. Congregamini, & venite, &c vt illa confutatio interposita, v3. Nescierũt qui leuant lignum sculpturæ suæ, fuerit hic posita velut quædam parenthesis. Dicit ergo Deus.

Vos qui saluati estis ex gentibus, annunciate Dei misericordiam, & venite & consiliamini simul. hoc est consilia vestra, studia vestra, spem, & fiduciam omnem vestram in me reiicite, oculos vestros, & corda vestra in me, & ad me dirigite, & rebus vestris sapienter consulite, *quia ego Deus, & non alius preter me*. Et quo facilius agnoscatis me esse verum Deum, & non quos colitis falsos & fictos Deos, rursus annunciate, & venite, & consiliamini simul, & mutuo inter vos conferte, discutite, &

A diligenter inquirite, *quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud*, q. d. quis unquam auribus hominum denunciauit, & audire fecit ab initio hoc, quod prædictum est: v3. Christum venturum, idola destruenda, & euertenda, Iudæos omnes dispergendos, ac disperdendos in omnem terram? vel quis auditum fecit hoc ab initio? .i. non esse habendos Deos alienos coram eo? q. d. nullus alius præter eum. *Nunquid non ego* B *Dominus? & non est vltra Deus absq. me?* Deus iustus & *saluans*, quæ saluari cõuenit, *non est præter me*. Quare, suple tu, conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia ego Deus, et non est alius. Dicet forte quispiam; cur toties propheta ex ore Dei, et eius personam gerens repetit eandem sententiam? Ego Deus, & nõ alius præter me. Ego Dominus, et non est vltra absquè me. Ego sum Deus iustus, et saluãs etc. *Dubium*.

C Quibus dictis, et locutionibus plena ferè est uniuersa huius libri scripturæ. *Solutio*.

Dicendum quod cum Deus optimè nouerit, quam maxime sit vera Dei cognitio saluti hominum necessaria, et tam longe quispiam distet à salute quantũ à Dei cognitione est semotus, propterea Deus opt. max. nostræ salutis amãtissimus, eam frequenter studet nostris mentibus ingerere, et nostris cordibus penitus infigere. Non ergo sit D alicui mirum, si toties ea nobis inculcatur. Sed rursus dices, non videt statĩ consequi, v g. iste non prædicit aliquod futurum. ergo non est Deus, vel iste prædicit aliquid futurum, ergo est Deus. Poterant enim Dij Gentium omnia futura præscire. v.g. Christum futurum, idola destruenda etc. huiusmodi, noluerunt tamen ea prædicere. Ad hoc respondendum, hoc difficulter posse dici, aut credi: veruntamen non omnino sequitur, iste prædicit aliquid futurum, E ergo est Deus, quoniam prophetæ prædixerunt multa futura, et tamen nõ sũt Dij, tametsi fer quæcunq; prædixerunt fuerint eis reuelata á Deo. Debebant saltim si suæ eorum iacturæ fuere præscii, illud prædicere, ne eorum cultores adueniente Christo aliquid incommodi paterentur: cum autem constet *Instantia*. *Solutio*.

eos non illud prædixisse, facile consequitur, aut eos nequaquam esse Deos, sed falsa admodum numina extitisse, aut modicam admodum suorum cultorum curam habuisse: solus ergo Deus creator cœli, et terræ est Deus iustus, et Saluator, et præter eum non est alius Deus. qui cum Patre, filio, et spiritu sancto, est unus tantum Deus. Proinde nō absq; ratione hortatur omnes.d.

Tex. 8. *Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terrę, quia ego Deus, & non est alius*; non est alius in essentia, est alius in persona. signanter dicit omnes fines terræ; quibus verbis optimè licet perspicere gratiæ per Christum nobis collatæ magnitudinem, et affluētiā omnes qui sunt in terra peruadentem: salus.n. & gratia per Moysem data, contracta erat ad vnam tantum gentem Israelis progrediens; at gratia per Christū extensa est, et porrecta usq; ad omnes fines terræ. Notanda est etiam illa frequens repetitio. Ego Dominus, et nō alius. quę verba per modum cuiusdam protestationis allata, meo cordi nūquā non insixa, atq; impressa, in maximam me adducunt mearum actionum cogitationem, qua quidem moueor in nulla alia re quám maxima, et excellens sit illa, spem et fiduciam esse collocādam, non quidem in ingenio, atq; prudentia, et quadam quamuis leui, et exigua bonarum artium peritia, neq, etiam in laboribus quibusdam pro mei ordinis beneficio sublatis, non in quorundam clarissimorum virorum gratijs, et fauoribus quos mihi aliquando valde propitios fore arbitrabar, sed omnino persuasum habeo, et tamquam rem compertissimam sum expertus omnia esse vana, et ad hoc quidem principium, ad hoc idē axioma me totum conuerto, et dedico, vt certissime credam ipsum Deum, et non alium quempiam res nostras curaturum, et huic dicto, siuè protestationi fidem omnem esse adhibendam. quod v3. *Ego sum Deus, & pręter me, & absq; me non est alius*.

Cum itaq; hāc ob causam Deus, huiusmodi veritatē in nr̄as aures inijcere satagisset, quo falsum Deorum cultum è medio prorsus tolleret, et tenebris depulsis lucem vndiq; emicari studuisset, suam nobis maiestatem declarat, et eorum quæ nobis est pollicitus veritatem iureiurando confirmat, et inquit, *In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitię verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua*. Quibus verbis vult innuere Deus, omnes gentes ad se fore conuertendas, et sibi omnem cultum, honorē gloriam, et reuerentiam exhibituras: non enim amplius immundis spiritibus genua flectent, neq; velut Deos lingua vlla expromere, aut fateri dignabitur; neq; per aliquem ullum tanquam per Deum iurabunt, sed vnum naturaliter, et vere Deum esse prædicabunt, eius iugo ceruicem supponēt, et genua flectent. Quod autem dicit. *In memetipso iuraui*: ideo dictum esse puta, quia cum Deus nihil supra se, atq; eo pręstantius, et excellentius habeat, non poterat nisi per semetipsum iurare, neq; vllum potest iuramentum firmius, et validius esse quàm per diuinitatem suā, in qua nulla potest esse fraus, et dolus, et á qua longe abest omne mēdacium. *Egredietur de ore meo* inquit *iustitia verbum, & non reuertetur*.i. nunquam reuocabitur, quia mihi curuabitur omne genu, etc. Hoc erit uerbum iustitiæ quod solus ipse tamquam Deus ab omnibus cognoscatur, et adoretur, neq; aliud erit unquam. In memetipso iuraui, et non reuertetur iustitię uerbum, quod salutē sit allaturū omnibus in eum credentibus: et non reuertetur hoc uerbū: quia iurauit dominus, et non pœnitebit eum. *Ergo in Domino dicet* quicunq; *meę sunt iustitię, & imperium*. Deus solus est iustus, et iustificās eos qui in eū credunt; solus ipse regit, et imperat, et per ipsum quicunq; reges regnāt, et imperant, *Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei, & omne semen Israel*, quod crediderit *in Domino sancto iustificabitur, & laudabitur*. iuxtà illud. In Domino laudabitur anima mea. ps. 33. et in hoc terminatur expositio cap. 45. psal. 33.

Notula

Notula supra quædam verba præsentis Capituli 45.

DIcit Deus per Prophetam, et comminatur ei, qui dicit patri. Quid generas? et mulieri. Quid parturis? q̃ verba, et quam comminationem opinãtur aliqui posse fieri aduersus Hęreticos, et quicũq; audent impugnare generationem filij Dei ęternam, pariter, et temporalem; Aeternam quidem, qua Pater ab ęterno genuit filium sibi ęqualem. Temporalem verò, qua uirgo mater genuit filium de Spiritu Sancto conceptum; quandoquidem, & ipsa cũ audisset ab Angelo Gabriele se parituram filium, dixit. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Ita ꝓpemodum dicunt infideles, & hæretici: patri quid generas æqualem tibi filium? quasi dicat. Nulla tibi est necessitas, aut occasio qua debeas generare filium tibi ęqualem: Sic etiam dicũt mulieri, hoc est, virgini matri. Qui fieri potest, vt parturias, cum non habas virum, & perpetuo voueris virginitatem? & propterea videtur eis iure posse causari generationem Dei ęternã, ac temporalem, & eas in dubium reuocare, & consequenter negare primos articulos, & principia fidei nostræ. v3. trinitatem realem personarum, & filij Dei incarnationem, quasi non fuerit necesse, aut possibile, Deum generare filium, & virginem concipere, & parturire filium; quocirca Deus comminatur istis impijs, & seductoribus, & pestiferis hominibus d. Væ qui dicit Patri. s. Deo omnipotenti. Quid generas? & mulieri, hoc est Virgini Matri Quid parturis? Non enim debet esse vlla creatura ita audax, & temeraria, ut velit perscrutari opera Dei, & legem ei imponere. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quis enim videbit eum, & enarrabit? & cognoscet opera sua? Multa enim abscondita, sunt maiora his, & pauca admodum vidimus operum eius. Ecclesiastici 43. Sed in calce huius operis, hoc est 66. cap. Dominus per Prophetam re-

Luc. 1

Ecc. 43.

A spondebit huic eorum postulationi. Hæc quidem expositio est valde acuta, & ingeniosa, sed ego sum opinatus aliam fortè non multo inferiorem, qua item Deus per Prophetam cõminatur ijs, qui cum non sint sua sorte contenti, volunt arguere opera Dei, & iudicia eius contemnere, & suam ipsorum animam propriæ eorum uitæ tedere, & vnà cum Iob dicunt. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum

B est. Conceptus est homo, et prę alijs qui ortum ducunt ex illegitimo concubitu, videntur aliquando facere huiusmodi querimoniam aduersus Deum, & genitores suos, quandoquidem ea est horum sors, et conditio, ut multis commodis, et immunitatibus pro maiori parte priuentur, quemadmodum iura tam diuina quam humana testantur, et perpetuo vsu comprobantur, vt modo quodã de iis dici possit illud Mar.

C 14. bonum erat ei si natus non fuisset. Sed notandum inter huiusmodi sortis homines, aliquod esse discrimen, quoniam aliqui dicuntur illegitimi simpliciter, qui scilicet de legitimo matrimonio non sunt nati, nihil ultra addendo. Quidam verò dicuntur illegitimi, quia non solum ex illicito concubitu sunt nati, verum quia ex coitu communiter damnato, et quammaxime reprobato, ut est incestus, et sacrilegium, ori-

D ginem ducunt, qui quidem sunt longè deterioris conditionis, quam primi. Dicunt ergo iuris consulti, quòd illegitimi primo modo citra controuersiã sunt communiter deterioris conditionis, quam legitimi, primo, quo ad successiones ab intestato, nam si extant legitimi penitus excluduntur exceptis alimentis, quibus priuari non possunt. Si verò non extant legitimi, in duabus uncus succedunt ab intestato. Ex

E testamento vero redduntur capaces omnium eorum bonorum, quæ fuerint eis relicta à parentibus, seu propinquis. Secundo non possunt succedere in rebus Emphitheoticis vllo modo, neque etiam in foeudis, etiam si legitimati fuerint per principis rescriptum, legitimati verò per subsequens matrimonium etiam ad foeuda, et Em-

phitheoses admittuntur: Tertio non habent facultatem afferre quærelam contra testamentum patris, sicut legitimi, aut vllo iure de ipso conqueri. Quarto non retinent iura agnationis, & familiæ. Quinto arma neque in signia familię possunt deferre. Sexto ad sacros ordines non possunt promoueri, neque in numero nobilium, & inter nobiles annumerari, vel haberi, at si fuerint aliquam religionem professi, poterunt ad Sacros ordines promoueri priuilegio summorum Pontificum. In veteri tamen lege Deuter. 23. prohibetur, ne quis spurius, aut illegitimus ingrediatur ecclesiam Domini, vsque ad decimam generationem, sic enim legitur ibi. Non ingredietur manser, hoc est de scorto natus in ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, vbi vides iure diuino illegitimos amoueri ab ingressu Ecclesiæ Dei.

Deut. 23.

Præterea. Sixtus V. Pont. Max. constituit, & decreuit, vt Cardinales creandi, legitimis, & honestis sint exorti natalibus, neque vlla prorsus labe, aut illegitimorum natalium suspicione quo uis modo laborent, sed omni macula, & impuritate careant, alioquin ad tam eminentem dignitatis gradum penitus inhabiles, & illius incapaces sint & esse censeantur. Nec solum hi, verum, & qui per subsequens matrimonium sollemniter in facie ecclesiæ contractum legitimi censentur, vel aliàs legitimati, & natalibus restituti sunt, iuxta illius decretum dignitatis Cardinalatus prorsus incapaces, & ad eam obtinendam perpetuo sint inhabiles. Quare videtur non iniuria posse conqueri de his à quibus sunt geniti, qui habentur illegitimi, vt dicant patri: Quid generas? & mulieri quid parturis? quod attinet ad secundam speciem illorum, scilicet qui ex damnato coitu oriuntur, dicunt doctores; & legum periti esse longe deterioris conditionis, quam legitimi in omnibus prædictis, & ijs, qui dicuntur illegitimi primo modo. Præterea non solum ignobiles, sed à plerisque etiam

A infames habentur, nec potest eis à Patre quicquam relinqui, sed prorsus incapaces sūt bonorum patris exceptis alimentis quæ eis de ęquitate canonica debentur. Pręterea non sunt capaces veræ legitimationis, sed si legitimantur potius dispensati dicuntur, quàm legitimis natalibus restituti. In quorum fidem, & confirmationem Sixtus etiam V. decreuit ne illegitimi ex in cestu, vel Sacrilegio procreati etiam legitimari

B in religionem cuiuscunque ordinis, aut ad habitum, & professionem regularem recipi queant, sed tantum ad habitum Conuersorum, et laicorum. Veruntamen antiqua Ordinis priuilegia concedunt facultatem superioribus ordinis nostri pro tempore existentibus dispensandi cum eiusdem ordinis professoribus de defectu natalium ex adulterio, Sacrilegio, incestu, & quouis alio nefario, & illici-

C to coitu prouenientε patientibus, nec non cum his, qui ex quauis causa præterquam homicidii voluntarii, bigamię, & mutilationis membrorum irregulares forent, postquam ordinem ipsum professi fuerint; & huiusmodi irregularitate non obstante ad quoscumque sacros ordines promoueri, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & tam ipsi irregulares; quam defectum natalium pa-

D tientes prædicti ad quascunque administrationes, & officia dicti ordinis, eligi, recipi, & assumi, illaque gerere, et exercere liberè, & licitè valeant, & hoc priuilegium, siue indultum præ ceteris summis Pontificibus edidit Sixtus Quartus Pont. Max. cuius memoria in benedictione sit. Quod autem attinet ad filios legitimatos, nūquid de iure communi excludantur à successione hereditatis paternæ, & à

E feudis, ac similibus bonis temporalibus, consulendi sunt iuris periti, quia in huius rei discussione video eos parum inter se se conuenire, vt ostendit Andreas Tiraquellus in eius libro de nobilitate cap. 23. Ego tamen existimo ex speciali indulto, aut etiam ex veteri consuetudine & quandoquè etiam per uim, & metum non modo legitima-

Andreas Tiraquellus.

legitimatos verum etiam ipsos eosdem illegitimos, & suis natalibus nondum restitutos, & habiles redditos succedere in bonis paternis, & cunctis immunitatibus suorum parentum, & etiam aliquid vltra. Qua propter non debent qui ex illegitimo concubitu oriuntur tam grauiter de suis progenitoribus conqueri, & dicere patri: Quid generas? cur laboras? cur me uis in lucem edere? vt perpetuis temporibus ignobilis, & miser inter alios versari, & haberi debeam. Sic & mulieri. Quid parturis? Nonne satius erat ut pro tui decore, & ne ego hac nota possem innuri, numquam peperisses, sed vere imprudētes homines, aut potius ignari iudiciorū Dei. Nonne satius erat illis aduertere, & animo perpēdere longè melius ēē quā nō esse et hac ratione participes fore diuinę bonitatis, & æssentię, nec minus eosdē esse filios Dei, quam reliquos. Nāque præter intellectū, & voluntatē quibus donis, ac virtutibus fiunt equales angelis Dei, si fuerint per baptismū postea regenerati, erunt aliquādo hęredes Dei, coheredes autem Christi. Prętereo quòd multi ex spuriis, & illegitimis virtute, prudentia, belli gloria, literarum studiis, & aliis vitæ generibus clari longo interuallo excedunt legitimis natalibus ortos: Adeò quod plerique Summi Pontif. Principes, Imperatores, Duces, & viri per quam Illustres, omnique scientiarum genere prestantes ex illicito coitu prodierunt quorum magnam partem refert Illustrissimus Cardinalis Paleoctus in quodam suo opusculo satis copiose, & A eleganter edito, immo nonnulli recensentur, qui vitę sanctitate inter beatos annumerantur, sed quid? nonne idem ex sententia D. Hier. refert Christū Dominū Saluatorem nostrum uel excogitari quo nil maius, aut diuinius dici potest, ex adulterino stipite originem ducere voluisse, ut inde ostenderet quam falleretur quicumque tale hominum genus ceu uile, & turpe auerteret; & recte quidem dicebat Euripides quòd arida satio quandoq; uicit profundam terram, & alibi his versibus hoc idem confirmat

Ex nobis spurios nasci non turpe putandum est.

Fac namque ingenio valeant; sat moribus ipsum.

Haud vnquam poteris naturam inuertere nomen.

Et Menander aiebat nullum esse discrimen generis inter nothum, & legitimum, nisi quod legitimi dicuntur omnes boni, mali verò, qui sunt nothi: Quibus ita positis nulla apparet causa, vel occasio nisi valde perexigua, qua homo ex illegitimo concubitu natus debet conqueri de parentibus, & contra eos insurgere, ac eorum concubitum quauis illicitum reprehendere, ac detestari. Quin potius eisdem gratias agere beneficiis afficere, et omnem illis honorem, ac obedientiam præbere. Quod si non fecerint, uæ illi qui dixerit patri: Quid generas? & mulieri. Quid parturis? Deus enim erit vindex de omnibus his quare &c. Hæc pauca de tali breui annotatione dixisse sufficiat.

Euripides. *Menander.*



CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

1\. C*Onfractus est Bel, contritus est Nabo: facta*
sunt simulachra eorũ bestijs, & iumentis, one
ra vestra graui pondere vsq; ad lassitudinẽ.
Contabuerunt, & contrita sunt simul: non
potuerunt saluare portantem, & anima eo-
2\. *rum in captiuitatem ibit.* Audite *me domus*
Iacob, & omne residuum domus Israel qui
portamini á meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Vsque
ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego fe-
3\. *ci, & ego feram, ego portabo, & saluabo.* Cui *assimilastis*
me, & adequastis, & comparastis me, & fecistis similem?
Qui confertis aurum de Sacculo, & argentum statera ponde-
ratis: conducentes aurificem, vti faciat Deum: & procidunt
& adorant. Portant illum in humeris gestantes, & ponentes
in loco suo: & stabit, ac de loco suo non mouebitur; sed &
cum clamauerint ad eũ, non audiet: de tribulatione non saluabit
eos. Mementote *istud, & confundamini, redite prauaricatores*
4\. *ad cor. Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, &*
non est vltra Deus, & non est similis mei: Annuncians ab exor-
dio nouissimum, & ab initio quæ nec dum facta sunt, dicens:
Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Vocans
ab oriente auem, & de terra longinqua virum volun-
tatis meæ. & locutus sum, & adducam illud: creaui,
& faciam illud. Audite *me duro corde, qui longe*
estis à iustitia. Prope feci iustitiam me-
5\. *am, non elogabitur, & salus mea*
non morabitur. Dabo in
Syon salutem, &
Israeli gloriam
meam.

EXPLA-

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMSEXTVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestiis, & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad laßitudinem. Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit.

Manifestum est post vocationē Gentiū & electionē eorū, qui credituri sunt ex Israel, Idola, & eorum cultores fore excludendos, quare in hoc capitulo secundum D. Hier. testatur propheta idola iam corruisse. Quidam verò volunt consequenter ꝓphetam deridere ipsorum idolorum cultores, ostendens imbecillitatem, impotentiam, imo potius vanitatem ipsam suorum Deorum, ut eo magis confundantur, & erubescant de insigni eorum stultitia, & impietate, quemadmodum in fine pręcedentis textus pręcinebat. d Confundentur omnes qui repugnant ei, hoc est ipsi Deo. dicit ergo. *Cōfractus est Bel, contritus est Nabo*, quasi velit dicere ò miseri, & terq; quaterq; pudendi, quorum Deus iamdesiit esse: confractus est, nihil est āplius, & Nabo pariter contritus. Deus autem verus sēper est idem, & numquam desinit esse. Bel siue Belus aiunt esse saturnum, quem tanta religione colebant Palestini, & Babylonii, & quędam aliæ gentes, ut non solum bestias, & animalia, atq; etiam humana captiuorum, ignobiliumque mortalium corpora illi offerrent: verum tanta erat eorum amētia, ut & suos liberos immolarent. *De hoc Belo vide quę scribit* Cyrillus in hoc loco, qui ait vno die triginta homines coram hoc immanissimo, & sęuissimo Deo fuisse mactatos. Nabo autem, & ipsum idolum quoddam erat, quod (iuxtà D. Hier.) prophetia, seu diuinatio interpretatur, quod idolum iuxta LXX. Interpre. Dagon appellatur, quod quidem in pluribus Palestinæ locis summo honore colebatur & iuxtà opinionem quorundam, hæc duo idola erant pręcipui Dii, & patroni Babyloniorum, quos tamen, & plerique Iudęorum non erubescebant pro Diis, colere, & venerari. Et secundum Glos. pręcipuè inuehitur propheta, & redarguit eos, qui tempore Achaz, & Ezechiæ ea coluerunt in prædictis locis, & quamquam propheta nobis proponat hæc duo idola, intentio tamen est omnium in terra idolorum mentionē facere, sed ex parte voluit totū innuere, & vniuersæ idololatriæ euersionē subindicare. dicit ergo. *Confractus est Bel, & contritus est Nabo*, quod perinde est ac si dixisset Demon, & vniuersa eius potentia deiecta est, ita ut deinceps peruersitatis iugo abiecto, & Demoniorū tirannide extincta, libera & spontanea mente, qui quondam Demonis malitia erant impediti, & retardati, facile, et recto itinere ad Christum properarent. Dicitur aūt Nabo, qui & dagon contritus, quia ut habetur 1. reg. cap. 5. cum arca Dei posita fuisset ī eius templo

Bel Idolū.

Nabo Idolū.

templo, caput eius, & duę palmæ manuum abscillę erant super limum vt autem cognoscas stultitiam, & impietatem hominum, dicit propheta. *Facta sunt simulachra eorũ bestiis, & iumentis, onera vestra graui pondere, vsq; ad lassitudinem.* Hęc particula duos habet sensus. Prior (& meo quidem iudicio longe facilior, ut tota hæc particula sit vna oratio, ubi ostenditur, & hominum insipientia, & idolorum vanitas. & impotentia: dicit enim quod simulachra eorum, ab eis facta, & conficta, sunt onera non solum hominum, verum etiam & bestiarum, & iumentorum graui pondere vsque ad lassitudinem. Sed quomodo erunt onera suis ipsorum cultoribus? hunc in modum (inquit D. Hier.) quia cum Ciuitas aliqua erat capta ab hostibus pro prætio metallorũ, ex quibus erant constructa ipsa simulachra, idest vt hostes obtinerent, & acquirerent metalla v3 aurum, & argentum, ex quibus erant efficta ipsa simulachra, ea deferre cogebantur homines captiui, quę quidem graui pondere prę mebant, & defatigabant non solum homines ipsos deferentes, verum & bestias, ac iumenta. Alius sensus est vt diuidatur ista particula, & duas constituat orationes: prima est: facta sunt simulachra eorum bestiis, & iumentis .i. eiusmodi idola, & simulachra fiunt, & adorantur à bestiis, & iumentis, idest ab iis nimirum qui Bestiis & iumentis comparari, & assimilari dicuntur iuxtà illud prophetæ. Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: *psal. 113.*

Aut dicas (vt exponit D. Hier.) quod simulachra eorum, hoc est ipsorum Gentilium, quæ simulacra sunt species, & imagines bestiarum, & brutorum animantium facta sunt illis religio, cum in Aegypto præ cæteris nationibus diuino cultui bestię fuerint consecratæ, quemadmodum inquit. Virg.

Omnigenumque Deum monstra, & latrator Anubis.

Alia propositio est onera vestra, seu opera vestra sunt graui pondere iumentis, & bestiis vsque ad lassitudinem: vel potius dicas, onera uestra, seu opera vestra hoc est idola; quæ sunt opera manuum vestrarum graui pondere vsque ad lassitudinem contabuerunt. Sed ut huius orationis nulla particula extet ambigua vel perperam intellecta, construe sic: onera vestra, idest simulachra quę vos fecistis ex auro, & argento, & aliis metallis, adeò grauia, & põderosa fuerunt graui pondere .i. fuerunt graue pondus & onus bestiis, & iumentis vestris vsque ad lassitudinem. Sed prior expositio planior est, ob id, psequamur, & quę de idolorum imbecilla conditione recenseat audiamus. *contabuerunt (inquit) & contrita sunt simul*: lapides enim & quæ ex illis conficiuntur facile possunt conteri, & confringi, ligna verò contabescere quãquam magis propriè de animantibus hoc dici consueuerit, & prỿter id, cum deferens super humeros aut super dorsũ eiusmodi simulachra magnopere grauetur, & aliquando succumbat, eiuscemodi Dii, quos uos miseri colitis, & veneramini, non potuerũt saluare portantem, uel ut minus grauetur, vel ne ab hostibus occidatur. v. g. ego defero super humeros meos statuã Iouis aut Beli: ratio exigeret, vt ille Deus eius defero simulachrum sua virtute redderet statuam leuiorem, aut me validiorem: vel saltem ab hostibus tueretur, vnde liquidò patet quã impotens & inanis fuerit horum Deorum conditio; vnde & irridentur, ac contemnuntur á propheta, sed multo magis atque decentius eorum cultores sunt irridendi. Et præter id *anima eorum in captiuitatem ibit*, ut inquit *Esaias*, quod si accipias de cultoribus idolorum, nulla est difficultas, seu cathacrisis: quãdoquidẽ satis constat horũ animas, prædas fore Diaboli principis tenebrarũ, at si de ipsis simulachris istud dicatur, impropria quidem est locutio, & quædã quasi exaggeratio ad improbãdas eiusmodi statuas, ac imagines falsorũ Deorũ, propterea dicitur totũ id quod sunt, & quod habent ibit in captiuitatem, & tandem in nihilum redigetur. quid ergo proderit vnquã simulachrũ, si neque sibi ipsi, neque aliis vlla ratione subuenire valeat? vide quęso, studiose lector sextum caput ipsius Baruch, & ibi

ibi copiose admodum, & luculenter vi A debis, & intelliges extremam, & incredibilem vanitatem sculptilium, qua nunc detecta, vertit se propheta in persona Dei loquens ad domum Iacob, & ad omne residuum domus Israel, & inquit.

Audite me domus Iacob, & omne residuũ domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulua usq; ad senectam ego ipse, & vsq; ad Canos ego portabo, ego feci, & ego ferã, ego portabo, & saluabo. Sicut B

Deut. 32 & Deut 32. legitur. Expandit alas suas, & assumpsit eũ, & portauit in humeris suis. In his verbis commemorat, & recenset ipse Deus summam, & pręcipuam curam, quam de populo Hębreorum à principio constitutionis suę, vsq; ad plenitudinem temporis, & prędicationem Euangelii habuisse legitur, & ad finem vsque mundi se habiturũ pollicetur, modo ipse abiecta idolatria, & sui cordis peruicacia conuertatur ad C eum. Notat. D. Hiero: hoc loco per domum Iacob, & Israel prophetam intelligere eum, qui secundum carnem, non quem supra vocabat seruũ, puerum, ac dilectum; at si velimus hic sermonem fieri ad Iacob, & Israel secundum spiritum, citra omnem controuersiam fatebimur suæ Ecclesiæ ab eo die, quo plantata fuit, & constituta vsque ad canos, & ad finem mundi Deum peculiarem curam habuisse, & proculdubio D habiturum, iuxtà verbum quod egressum est de ore suo, & numquam reuertetur. Deus itaq; non secus ac mater gestat puerum in vtero suo, & in vulua sua gestauit, & protexit, ac proteget vsq; in finem, ita ut nec portæ inferi quicquam præualeant aduersus eam: veruntamen ad Israel, & Iacob secundum carnem detestabilem eius ingratitudinem improbans, & improperans

Tex. 3 his verbis alloquitur; *Cui assimilastis me, & adequastis, & comparastis me, & fecistis me similem* ? q. d. cui me comparastis, qui nulli sum cõferendus, quippe qui natura cũctos præcello, & incõparabili præstãtia in sublime sũ euectus? & omnibus mortalibus superior vniuersorum opifex, rex pariter, & Dominus? Aut vult innuere maximam indi- E gnitatem, & ignobilitatem, qua videbantur Deum optimum afficere, cum nõ modo viris, & mulieribus ipsum cõpararent verum etiam animalibus, & bestiis rationis expertibus, & vtitur quatuor synonimis idem referentibus ad maiorẽ exprobationẽ, & exaggerationẽ, *qui* inquit *confertis aurum de sacculo*, .i. aurũ a nobis seruatũ, & abscõditũ, *& argentum statera ponderatis*, nouerint omnes quantum quisque contulerit ad cõficiendum Idolum *conducentes aurificẽ* mercede vel precio, *ut faciat Deum, & coram illo procidunt, & adorant.*

& præterea portant illum scilicet Deũ factum ex auro, vel argento, & coràm quo procidunt, et quem adorant, & colunt, *portant (inquam) illum in humeris gestantes* tamquam aliquid ex se immotum, nullam habens aptitudinẽ ad gressum, & motum, *& ponentes in loco suo*, idest in loco ab eis constituto, *& stabit, ac de loco suo non mouebitur*, nisi forte ab aliis moueatur, & de loco ad locũ trãsferatur, et quod longe deterius, ac ignominiosius videre est. *cum clamauerint ad eum iste Deus non audiet, de tribulatione non saluabit eos.* Sed certe mirum, quod Seneca in: libris moral. hoc idem ridet, ac detestatur d. Simulachra Deorũ venerantur, illis supplicant, genupo sito illa adorant, victimas cedunt, et fabros qui illa fecere, contemnunt. Quid magis contrarium quàm statuarium despicere, statuam adorare, & cum ne inconuictum quidem admittere, qui tibi Deos faciat? Posset quispiam dicere nostras imagines aut statuas sanctorum non esse melioris condictionis quàm simulachra idolorum, quia neque etiã nostrorum immagines sanctorum audiunt & loquuntur. Dicendum quod si non audiunt statuę, audiunt illi quorum sunt, et quos illi deputant. Non sic statuæ, et imagines idolorũ; preterea falsum est imagines sanctorũ non audire nec loqui, quas cõstat aliqñ fuisse loquutas legimus. n de D. Thoma Aquinate, quod ipse ante imaginem crucifixi vehemẽtius orans, audiuit hanc vocem. bene scripsisti de me Thoma. quã ergo mercedẽ accipies? fertur etiã imaginẽ Beatæ Virginis apud Edessam fuisse loquutam

Dubium

Solutio

quutā Metaphrastes in martirol.c.17. & Alexium gloriosissimū Christi cōfessorem per vniuersam vrbem inuulgasse, sed de hoc paulo fusius loquemur post hoc capitulum: siue expleto hoc priore tomo. Vide quæso quam extrema, & planè incredibilis fuerit horum hominum inscitia, ut cum ipsi ante suos Deos existant honorent tamen qui post eos sunt geniti, & quos ipsimet aurifices creant, qui quidem potius creatores, quam quos ipsi ꝓ Diis colebant dici debuissent, & cum illius materiei, seu potius opificii Domini sint ab ipso opifice salutem petunt. Nec mireris prophetam in eodem verborum cōtextu variare personam, nunc quidem in secunda, nunc verò in tertia: hoc n.est mirum artificium; vult enim ostendere tam grauem, & turpem esse errorem, tantam esse huius criminis indignitatē ante illum genua flectere, & ab eo salutem expetere, qui non intelligat neq; audiat, quòd de illis dici consueuit, ac de rebus vanis, aut nihil existentibus seu procul absentibus. Dicit enim prius in secunda persona. Cui assimilastis me, & adequastis? &c Deinde procidunt & adorant, portant illum in humeris &c. in tertia persona. At clementissimus Deus eorum cęcitatem admodum miseratus admonet eos, & alloquitur

tex 4 d. *Mementote istud, & confundamini, redite preuaricatores ad cor.* iubet.n eos resipiscere, & mentis oculum diligenter ad facta referre, ut à malo ad meliora transferantur; nec ligna tantum simpliciter erroris pœnituisse ostendant, sed ipso corde & ex animo ad ipsū exequantur. *Mementote igitur inquit, & recogitate,* & ad memoriam reducite, quæ iā vobis sunt efficaciter demonstrata, videlicet eiusmodi simulachra non posse vobis quicquam prodesse, sed meos stipites, ac truncos dumtaxat eos fore, ac uideri. *Mementote itaq. & confundamini* erubescite, pudeat uos inter homines haberi, & cum eisdem conuersari.

Pro hac pro. uide Au. in serm. de tempore barbarico to. 9. *Redite preuaricatores ad cor, expergiscimini* quandoq; vos mente capti, nec amplius in hisce tenebris vosmet detineri patiamini, redite ad cor, excogitate quæ vobis sunt utilia, quæ salutaria, & quæ decēt hominē probū, & cordatū. *Redite (inquam) preuaricatores ad cor,* quò, quęso, proficiscimini? quò itis? quò curritis? recedite à viis vestris, & redite ad me, quia ego sum via, veritas, & vita, via quidē sm̄ humanitatē: veritas, & vita secūdū diuinitatem. via per quā itur, veritas, et vita ad quam itur, et in qua statur: quò curritis? nōne videtis, quod non solum à *Deo*, sed à uobis ipsis absceditis? redite ad cor quemadmodum luculenter exponit D. Aug. in Euang. Ioan tract. 18. longo processu; dicit enim, quid itis a vobis, et peritis à vobis? Quid itis solitudinis vias? vagando erratis, redite vagi, & profugi, et quò? ad Dominum Deum vestrum, sed primo redi ad cor tuum, tolle te a corpore, dimitte corpus tuum, et sic facile redibis ad cor tuum. etc. quę sequūt. Redite īquā ad cor, facite gaudiū, ex cōuersione uestra, gaudēt angeli in cœlo, corrigantur corda uestra, displiceant uobis opera uostra, estote fortes, tribulatio mundi non uos frangat, aut impediat, *D*ominus prope est, nihil solliciti sitis. Recordamini prioris sęculi, in quo scilicet nulla erat mentio. uerbum de cultura Idolorū nullū. Scribit D. Lact. lib. 1. cap 23. Belum quod Babylonii et Assyrii colunt, fuisse antiquiorē bello Troiano 322. annis, et fuisse æqualē Saturno, et uno tempore adoleuisse, non igitur ante multum tēpus fuit cultus idolorū: propterea dicit Dominus. Recordamini prioris seculi. sed ego solus eram Deus, neque ultra erat Deus, neque dari poterat, aut inueniri similis mei, et etiam propheta. d. Deus quis similis tibi? Ne taceas, neque compescaris Deus uel *Recordamini prioris sæculi*, hoc est eorum quæ sunt ab initio constituta, atq; ordinata, et uidebitis quod ego sum Deus, et non est ultra Deus. *Recordamini prioris saculi*, idest creationis mundi, et uidebitis quoniā ego sū Deus, qui in principio creaui cœlum, et terrā *recordamini* uos Hæbrei *prioris sæculi*, hoc est beneficiorum quæ uobis in priori sæculo, hoc est dum uigebant patres uestri in hūcusque diem uobis contuli, & agnoscetis, q̄m ego sum Deus et non est ultra Deus, nec est similis mei

Aug. in Euā Ioan. trac. 18.

Psal 82.

Et

Et præterea. *Ego sum Deus annuncia-* A *ab exordio nouissimum*, idest quę postremo tempore sunt futura, *& annuncians ab initio quæ necdum sunt facta: dicens. Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet*: uoluntas inquam beneplaciti non autē uolūtas signi (ut dicūt Theologi) *Consilium meum stabit*, quod uidelicet semen mulieris conteret caput serpentis, & alia multa, quæ ad humani generis redemptionem per Christū Dei filium fuere decreta, et prædicta, et de- B niq. futurum diem iudicii, et recte quidē Paulus appellat tempus in quo nos sumus nouissimum diem. d. Nos sum⁹ in quos fines sęculorum deuenerunt, & 1. cap. 2. 1. Ioan. Filioli nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit &c. his rationibus ut supra etiam dicebamus conabatur Esaias ostendere vnum esse Deum, neq; præter eum alium esse Deum, quoniam is est *Deus*, qui omnia quæ nondum facta sunt, sed futura C sunt præscit, prædicit, ac facit, cuius consilium ac voluntas nusquam, neque vnquam potest à quoq; impediri. At ille quem colimus, & tanquam *Deum* veneramur. neq; alium *Deum* scimus præter eum, est is, qui annunciat futura, & hoc idem ab exordio, & ab initio antequam quicquam sit factum, & hæc omnia predixit, ac fecit, & disposuit, neque vllus impediuit, aut impedire potuit, ac potest: igitur solus ipse est D *Deus*, & pręter ipsum non est alius Deus, nec quisquam similis ei dicit. n. D. Cyrill. quod homines quamquam summos honores consequantur, & habeant, quandoq; summam potestatem, tamen non quicquid volunt efficiunt, neq; omnia pro voto illis succedunt: plurima namq; obiter incidunt, & graues remoras, ac tarditates iniiciunt, non sic est vniuersorum Deus qui omnia quæcunq; voluit fecit in cœlo, & in E terra, in mari, et in omnibus abyssis.

Vt autem re ipsa comprobetur nihil omnino Dei voluntatem præpedire. Sequitur in textu. *Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ, & adducam illud, creaui, & faciam illud*. Plerique ad literam exponentes hanc particulam, per auem in-

Auis uocata a Deo viuo.

telligunt ipsuū Cyrum, qui iussu Dei cum maxima celeritate fuit cum exercitu super agrum, & ditionem Babylonicam, & obsedit ciuitatem, ac expugnauit, & euertit: Alii per auem intelligūt Regē Babyloniorū Nabuchodonosor, qui & ipse Dei nutu confestim, & absq; multa temporis dilatione, obsedit, & expugnauit Hierosolymam, & regem ipsum vnà cum filiis, & aliquot illustriores viros uinctos in terram caldeorum abduxit, quam auem Ezechiel propheta cui (super hac re factum est uerbum Domini) cap. 17. vocat aquilam grandem magnarum alarum, plenam plumis, & varietate, quæ venit ad libanum, & tulit medullam cedri, per quæ facile est intelligere ciuitatem, & agrū Hierosolymitanum fuisse inuasum. *Ezech. c. 17*

Alii per auem intelligunt ad literā turbam auium feralium, quæ more auium rapacium, vt miluus, Ibis, & quædam alia cęleriter, et cum impetu mouentur ad cadauera, per quam auium turbam volunt prophetam subinnuere multitudinem exercitus Medorum, & Persarū: aut etiam Caldeorum; per virum volūtatis meæ intelligit ipsum Cyrum iuxtá opinionem quorundam, aut ipsum Nabucdonosor iuxtá aliorum sententiam. Dicuntur autem isti, aut uterque istorum uir uoluntatis Dei, quia quisq; eorum fuit executus dei voluntatem, ille quidem penes destructionem ciuitatis Babylonicæ, & liberationem populi sui; hic autem circa destructionem ciuitatis Hierusalem, & captiuitatis Hæbreorum ab eorum scelera, & illorum idolatriam: vsus est n. Deus unoquoq; illorum tamq̄ ministro suę uoluntatis, ac decreti. *Et locutus sum* (inquit) *Sic statui, & decreui, & adducam illud*, quod per me statutum est. i. in actum illud deducā, *Creaui*. i. mecum ipse disposui nullo adiuuante, aut consulente, *& faciam illud* quod s. statutum est neque ullus erit qui impediat. Hęc omnia admittante ad literam pro intellectu, & ueritate historię, sed longe aliū requirūt intellectum: dicimus. n. de mente omnium patrū, quód ab Oriente Deus vocauit non auem ut habet unus textus, sed iustum, qui solus fuit Christus. qui

Cyrus & Nabucdonosor viri uolontatis Dei

tamen

Christus auis.

tamen secundum metaphoram potest A auis nuncupari, qui velut auis cito, et celeri uolatu descendit è cœlis in vterum virginis, et per Apostolos suos totum mundum breui admodum temporis decursu sua fide repleuit, et ab Oriente vocatus, non solum, quia à summo cœlo egressio eius, verum quia oriens ipse appellatur, ut per quendã prophetam, et per hunc eundem dicitur. Et fuit iste vir voluntatis Dei, quia semper fecit voluntatem patris sui qui in cœ- B lis est, et in quo pater sibi complacuit, ut per Psaltem ipsemet testatur

psal 39. d. facere voluntatem tuam Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis

Ioan. 5. mei. et alibi non ueni facere uoluntatem meam, sed voluntatem patris mei qui in cœlis est; quibus dictis, et præmonstratis, et satis superque declarata, Dei potentia ac diuinitate, conuertit sermonem ad Iudęos, ad Paganos, et multo magis ad pseudo Christianos, C increpans eos, et prouocans ad considerationem horum dictorum, ne scilicet velint amplius obdormire, et in eorum pertinacia diutius persistere: dicit ergo

Tex. 5. *audite me duro corde*, qui longe estis à iustitia: Nec dubium, quia cum peccatum et iustitia longissime inter sese distent et præsertim peccatum diuturnitate inueteratum, qui sunt duri corde nec facile possunt abduci à malo, longe sunt à iustitia; et ne quis valeat excusari se non posse iustitiam adipisci, quia longe est ab eo gratia, per quam consequitur iustitiam, subdit Deus, hanc excusationem repellens, et inquit. *Prope feci iustitiam meam, non elongabitur*, modo uelitis apprehendere, *& salus mea non morabitur*. Dicitur iustitia Christi iustitia mea, et salus mea, quia per Christum, et à Christo eramus accepturi. Prope est ut ueniat tempus eius, et dies eius non elongabuntur. *Dabo in Syon salutem, & Israeli gloriam meam*. Dabo in Syon, idest in Ecclesia per me constituenda: salutem, quia ego, qui sum salus, iustitia, et sanctificatio manebo in Syon, hoc est in Ecclesia, et dabo Israeli non secundum carnem sed secundum spiritum gloriam meam, quoniã per me, quicumque in me perfecte crediderint, et tamquam verum Deum agnouerint, salutem, et gloriam sempiternam consequentur.

Et hic est finis cap. 46.



CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

DESCENDE, sede in puluere, Virgo filia Babylō,
sede in terra: non est soliū filiæ Chaldeorum, 1.
quia vltra non vocaberis mollis, & tenera.
Tolle molam, & mole farinam: denuda turpi
tudinem tuam, discooperi humerum, reuela
crura, transi flumina. Reuelabitur ignominia
tua, & videbitur opprobrium tuum: Vltionē
capiam, & nō resistet mihi homo. Redemptor noster, Dominus exer 2.
cituum nomen illius. Sanctus Israel, Sede tacens, & intra in tene
bras filia Chaldæorum: quia non vocaberis ultra Domina Regno-
rum. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem
meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias:
super Senem aggrauasti iugum tuum valde. Et dixisti, in sem-
piternum ero Domina: non posuisti hæc super cor tuum, neq; recor
data es nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans
confidenter; quæ dicis in corde tuo: Ego sum, & non est præter 3.
me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Veni-
ent tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas, & viduitas, vniuer
sa venerunt super te propter multitudinē maleficiorum tuorum,
& propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Et fidu
ciam habuisti in malitia tua. Et dixisti. Non est qui videat me:
Sapiētia tua, & sciētia tua hæc decepit te, Et dixisti in corde tuo 4.
ego sum, & præter me non est altera. Veniet super te malū, & nesci
es ortum eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris ex-
piare: veniet super te repente miseria, quam nescies. Sta cum incā
tatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in qui
bus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si pos
sis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum, stet
& saluent te Augures cœli, qui contēplabantur Sydera, & supputa
bant menses, ut ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti sūt
quasi stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suam 5.
de manu flammæ: non sunt prunæ, quibus calefaciant, nec focus,
vt sedeāt ad eum, Sic facta sunt tibi in quibuscumq; laboraueras:
negotiatores tui ab adoloscentia tua, vnusquisque in uia sua er-
rauerunt: non est qui saluet te.

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMSEPTIMVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *DEscēde, sede in puluere virgo filia Babylō, sede in terra: Nō est soliū filia Caldeorū, qa vltra nō vocaberis mollis, & tenera.*



NOTA est intētio huius prophetę in hoc capitulo, qui satis acriter aduersus Baboloniam inuehitur durissimis uerbis, & infestis similitudinibus aduersus eam, exprobrans illi suum fastum, suā arrogantiā, & insignē superbiā. d. Descēde, tu quę eras in loco sublimi, quę existimabas te nunq̄ descēsurā, et ab eo loco in deteriorem statū fore deducendā: loquitur. n. Deus p prophetā maxime indignatus aduersus Babyloniā. Sede (inquit) in puluere tamq̄; serua vilis, & abiecta, humiliare, non amplius sedeas in excelso throno, quasi regina, & princeps aliorū regnorū. Virgo filia Babylon, appellat hoc loco Esaias Babyloniā virginē, & filiam, sed quo pacto? & quam ob causam? dicitur enim virgo fortassis, quia nondum fuit corrupta, & oppressa, atq; subacta aliis nationibus: vel dicitur Virgo, quia nullum opus bonum eo vsque peperit: aut forte vocatur virgo, secundum D. Gre. tamquam infecunda, quoniam, ut mox dicemus, tamquam sterilis nullum bonum fructum edidit; aut etiam vocatur virgo per ironiam, quia multis prauis, & illicitis actionibus suam puritatē constuprauit. Vocatur filia, quia & ipsa sicut & nos alii, sumus à Deo cōstituti, & iure creationis dicimur filii Dei. Aut ēt qa multis gratiis, & īmunitatib⁹ fuit à Deo referta. Pręterea quo magis eā humiliet, deiiciat, & cōfundat, subdit. *Sede in terra* sic. n. fieri solet apud religiosos dum volunt aliquem discolum, immorigerum, & parum obsequentem deiicere, & ignominia afficere, præcipiunt coram omnibus in terra sedere dū alii recumbunt: sic facit Dominus Deus aduersus hanc gentem incredulam, &

Babylō virgo, & filia

A rebellem: *Non est* inquit *solium, neq; te decet amplius filia Chaldeorum* cuiusmodi erat Babylonia, quę erat Metropolis & sedes Chaldeorum: vel quia erat constructa, & ędificata à Chaldeis, vt dicūt alii. Quia vltra nō vocaberis mollis, & tenera, & corpore delicata, & leues labores, & onera tuis humeris īponātur, imō potius tibi præcipitur, *tolle molā, et mole farinā*, quæ sūt actiones vilissimorū hominū, & subcaptiuitate existētiū: ul-

B tra. *denuda turpitudinē tuā, & discooperi humerū, reuela crura, trāsi flumina, reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobriū tuū.* Hæc omnia referūtur, et adducūtur ad demōstradū ignobilitatē, miseriā, & calamitatē futurā ipsis Babyloniis, quos mulieribus inuerecundis, infamibus, & prostitutis eos cōparat, quodq; hęc ōnia mala, exprobrationes, & ignominiæ eueniet ipsis Babyloniis iussu, ac ordinatione Dei, ostēdit pphetа sub

C his verbis cū inquit in persona Dei. *Vltionē capiā. s. de ea, & nō resistet mihi homo* quādoquidē sic futurū omnino decreui, & statui. Nō resistet, inquā, mihi homo, vel rogādo, vel īterpellādo, vel quouis alio modo impediēdo. Quæ uerba varii Interpretes vario modo exponūt. Sed hæc est planior. Postea subdit, & est quasi quędā sermonis interruptio. *Redēptor noster, Dominus exercituū, nomē illius sanctus Israel*: quę particula bifariā sumi Tex 2.

D tur, vel quod sit gratiarū actio ipsius populi, quem Deus statuit ab ea captiuitate liberādū, atq; ideo vocāt eū redēptorē & c. vel quod ipsemet propheta in excessu mētis ereptus, & cōsiderās Dei benignitatē ac clemētiā in hæc verba plena laudis, & cōmendationis eruperit: quo facto statī redit ipse vates ad principale ītētū, hoc est ad exprobrādā, & humiliādā verbis acribus, & odiosis ipsā

Baby-

Babyloniā.d.*Sede tacens*,quiesce noli ā plius loqui,vel cōqueri,aut extolli, vel obmurmurare,*& intra in tenebras filia Chaldeorum*,abſconde te, neq;audeas ul tra prodire in publicū *filia Chaldeorum* filia populi ignobilis,& ingrati, & Deo maximè omnium exoſi;abſcondere in quam *& intra in tenebras*, & profundas terræ latebras,*quia nō uocaberis ultra Domina Regnorū*.Quod ſi quæras cuius rei cauſa Dñs tā pius, & clemēs fuerit vſq; adeò exacerbatus aduerſus Babyloniā & eā ita vilē,& abiectā reddere decreue rit,his verbis aſsignatur cū dicit.*Iratus sū ſuper populū meū,cōtaminaui hæreditatē meā*.i cōtaminaui,& variis modis affligi, ac denigari permiſi, tradēdo eā,& exponēdo niuriis,&cōtumeliis immū darū gētiū.& dedi eos populos, inquā, meos,ī manu tua, ut tātiſper affligeres eos,& flagellares,ſed vſq;ad aras, & nō vltra mēſurā:*tu uerò non poſuiſti eis miſericordias*, ſed crudeliter,& inhumaniter erga eos extēdiſti manū tuā.*Super ſenē aggrauaſti iugū tuū ualde*,qui.n.ob ætatē digni erāt miſeratione quadā,et naturalis rationis dictamine,debuerāt à vobis nōnihil extimari, vltra modū fuerūt à vobis durè tractati , *& iugū veſtrū ſup eos ualde aggrauaſtis,& dixiſtis*,ita credidiſti, & perpetuo futurū eſſe putauiſti, *in ſempiternū ero domina*,nulli ūquā ero ſubiecta,dominiū meū erit ſēpiternū, nullus vnquā mihi dominabitur,ſed vę miſeræ,*nō poſuiſti hæc ſuper cor tuū,neq; recordata es nouiſsimi tui*:nō poſuiſti inquā hæc ſuper cor tuū,nō cogitaſti res mūdanas,labiles,et fruſtatorias eſſe,neq;vllā habere perpetuitatem,et firmitatē:neq;putaſti,vel didiciſti,quòd omniū rerū ē uicissitudo,neq:recordata es nouiſsimi tui,.i.noluiſti aduertere, et memoria qñq;voluere, ac recogitare quid
Deut. 32. poſsit afferre ſuperuētura dies Propterea.d.Moyſes *Deu.32*.Gēs abſq;cōſilio & ſine prudētia vtinā ſaperēt,et intelligerēt,ac nouiſsima,ꝓuiderēt:debuerāt quidē miſericorditer, et clemēter erga Dei populū agere,ſenes reuereri,et eorū ꝑſonā veneratione ꝓſequi Sed dices ſi Dei volūtas erat ut eiuſmodi populi ob eorū ſcelera punirētur,cur ergo Deus aduerſus hūc populū iraſcitur?Iā dictū eſt hoc fieri voluiſſe Deū ī numero,

A pōdere,et mēſura,et ſępenumero Deus grauiter ī aliquos inuehitē,et exardeſcit non tñ probat,nec ſēp admittit quē ille percuſsit,alii perſequūtur et ſup dolorem vulnerum aliquid ſuperaddunt. psal. 124.
Et nūc audi hęc delicata,& habitās cōfidēter quæ dicis in corde tuo.Ego ſū,& nō eſt pręter me amplius,nō ſedebo uidua,et ignorabo ſterilitatē&c·vſq;ad illā partē.*Veniet ſuper te malum , & neſcies ortū eius*.In Tex. 3.
B his ōnibus verbis quæ prætermitto,improperat ipſe Deus Babyloniis eorū uanitatē,ſtultitiā,et īpietatē,qui vſq:adeò ſuis viribus,ſuis īcātationibus, Demonū præſtigiis,et diuinatoribus cōfidebant,ut nūquā ex eo ſtatu in quo nimium tuti,et glorioſi viuebant, ſe excidere poſſe exiſtimarent;Propterea.d .*De⁹ Venient tibi duo hęc ſubito in die,vna idest* ſterilitas,ac penuria ōniū rerū,et uiduitas quia priuati erūt regno,rege,et mul
C titudine populorū,quia omnes ferè,aut gladio cęſi,et interſecti, aut in captiuitatē adducti;eiuſmodi cōminationes , et lōge grauiores poſsūt indici,et ꝑdici regno Anglię,et pleriſq; aliis Regionibus,et Ciuitatibus, et fortaſsis eueniēt lōgè prius q̄; putēt,quę gloriātē uanitatibus ſuis,quēadmodū eſt Rex Turcarū qui uocat ſe Regē Regū,et dominū dominātiū;et ea quæ nūc potiē,et dominatur inclito olim regno Angliæ,ſolet ia-
D ctanter gloriari,et dicere,nō ſedebo uidua,et ignorabo ſterilitatē:Sic.n. dicebat,et dicere cō ſueuit iſta impudēs mulier , in ſēpiternum ero domina,et prę ter me nō eſt altera, auſa eſt hæc temeraria ſupremi capitis dignitatē,et āplitudinē ſibi arrogare ī Anglicana Eccleſia,quod quidē eſt maximū nefas,et incredibile dictu: dicebat etiā,nō ſedebo vidua,& ignorabo ſterilitatē : et in hac iactātia maximè fuit decepta. vt patet.
E ò infelix,& ebria,nō à vino,ſed ab indignatione domini;vel à maxima eius cupiditate,& arrogātia;nō poſuiſti hęc ſuper cor tuū,hoc eſt,nō cogitaſti quæ in corde tuo cogitare debueras,neq; es recordata nouiſsimi tui i.nō cogitaſti,neq;aduertiſti nouiſsima tua,te inquā cito perituā,& omne robur, & iactantiā tuā ſinē habiturā:Propterea dicit De⁹ *Veniet ſup te malū,& neſcies ortum eius*, Tex.4.

idest, ignorabis vnde hæc super te calamitas irruat, & causa propter quam ex insperato & repente eueniat, ita vt eã fugere non possis, aut impedire, vel terga versari: hæc comminatio quam Esaias prædicit venturam super Babylonios commodè quidẽ, vt dixi, & fortè verius referri põt ac tribui huic Reginę Anglorum nomine Elisabeth, tam improbæ, tam audaci, ac temerariæ, cui etiam possunt conuenienter aptari uerba superius dicta, u.g. descende, descende inquam de monte, i. à mente elata ad humilitatem, á gloria ad infamiam, à delitijs ad miseriam, ab immẽsis opibus ad extremam mẽdicitatem, à libertate in seruitutem. Non minus verè, & apposite referri possunt ad animam nostram, vt docet Gregorius 6. mor. cap. 9. *Greg. 6. mo.* Potest enim dici anima nostra quando est destituta gratia *Dei*, virgo, non quia sit incorrupta, sed sterilis, & infœcunda: Quod si velis appellari uirginem non propter sterilitatem, sed quia sit incorrupta, hoc quidem erit uerum non pro eo quod nunc est, ita ut nunc sit virgo, cum iam perdiderit statũ salutis, sed pro eo quod fuit priusquã illum amisisset. Cui quidem tunc ẽt potest dici. Sede in puluere, & sede in terra, quia qui cęlestia desideria deserit, terrenis cogitationibus aspersus maximè uilescit, & in terra prostratus humiliatur: Neq; tunc anima nostra potest vocari mollis, & tenera, cum in prauis desideriis obtinendis tota laborat, & consumitur: præcipitur ei, *vt tollat molam, & molet farinam, denudet turpitudinem suam &c.* quæ eodem capite dicit Esaias pro quorum intellectu morali, loco iam adducto. vide Greg. 6. mo. cap 9 & 14 mor. cap. 9. *Greg. 6. mo. cap. 9.*

Sed prosequamur textum iuxtà literam. Dicit ergo *Deus* per prophetam deludens, ac subsannans eorum, idest Babyloniorum sapientiam, & scientiã quæ eos decepit hæc uerba. *Sta cum i cantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua.* Sta. i. confide nil aliud quæras, uide si forte quid prosit tibi per istas incantantiones, & per prodigia diuinorum tuorum: uide etiam si illorũ

A ope, & opera fieri possis fortior, & tueri, & conseruare rem tuam. Propterea cum constet eos nihil habere quod possit eis prodesse, aut quo fortiores, & robustiores fiant, dicit illi Deus, illi. s. babyloni: Heu miser tu *defecisti in multitudine consiliorum tuorum*, quia. s. iam uides quod consilia tua, consilia Augurum tuorum non tibi profuerunt, sed fuerũt in causa in huiusce modi calamitatem, & miseriam incideres. *Stent igitur* (hoc B etiam dicit ironice) *stent inquam, & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sidera.* Idest assidua, & fixa occulorum acie inspiciebant astra & eorum coniunctiones, & oppositiones, & situs, ac distantias inter astra meditabantur. *Supputabant menses ut ex eis annuncient ventura tibi.* Supputabant inquit, menses. i. quæ lunationes, & uariationes lunę sint in singulis quibusq; mensibus, ea tamẽ nihil profuerunt, inutilis fuit ista uati- C cinatio, quia ex improuiso, & nobis nihil tale suspicantibus superuenit calamitas, & repentina pernicies. Sed nota ne ex his fortè existimes astrologiã omnem esse damnandam, & probro afficiendam: ea namq; quæ est penes qualitatem, & diuersitatem temporum, cuiusuè cognitio confert ad gubernationem, & conseruationem corporum, iumentorum, frugum, & aliarum rerum consimilium, non est reiicienda; quia D manifestũ est mũdũ hunc inferiorem *Arist. p. me theor.* à superioribus gubernari lationibus, ut oĩs eius uirtus inde gubernetur. Sed ea Astrologia, qua profitentur aliqui se omnia futura præuidere, & presertim quæ á libera hominis voluntate procedunt omnino reijcienda, quia irrita est, & vana, & nullo pacto sectanda, neq; approbanda. Proinde in calce huius capitis ostendit Deus, & prædicit quæ immineant eis mala, & supplicia tot scele- E rum, & inquit. *Ecce facti sunt quasi stipula.* i. ipsi Astrologi, diuinatores, & incantatores, & qui eos sequuntur, atquè illis adherescunt facti sunt inquit, quasi stipula, *ignis combussit eos, non liberabunt animam suam* isti Augures *de manu flammæ; non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus ut sedeant ad eum*, quod dicit uel quia, sunt adeò consumpti vt *Tex. 5.*

non

non amplius indigeant prunis, neque foco, vel quia omnia erunt reducta in fauillas, & nihil solidi amplius erit; aut etiam non indigebunt prunis, neq; foco, quia ille ignis non erit ad calefaciē dum, sed ad consumendum, sic facta sunt tibi omnia opera tua, omnes industriæ tuæ, cuncta studia in quibuscumque laboraueras: negotiatores tui, idest mercatores, quibus maximè abūdabat Babylonia, & in quorum diuitiis, & facultatibus hęrebant Babylonii. Vnusquisq; tam magni, quam parui, iuuenes, & senes, nobiles, & ignobiles, & cuiuscunq; sexus, & conditionis homines vnusquisq; in uia, hoc est in opere suo, in studiis suis, & in eorum exercitio, ac ministerio errauerunt, & quod his omnibus deterius est, & summopere dolendum *non est qui saluet te*, non est qui manum adiutricem præbeat, & adiuuet. Tu vero Domine ignosce calamitatibus nostris, & auerte faciem tuam à peccatis nostris: has autem comminationes, pręssuras & mala, quæ prædicit *Deus* p *Prophetam* Babyloniis, & quibuscumq; eorum vestigia sectantur, ob has causas quas mox sumus explicaturi, illis euentura scitote, quas omnes hac breui clausula volumus cōprehendi, & prior quidem fuit: seuitia, & immanitas qua vsi fuere in suos captiuos, & presertim in senes, qui ob ætatem non solum veneratione, verum & miseratione digni habebantur.

Secunda ob eorum superbiam, & iactantiam; quoniam dum opibus, ac delitijs maximè abundarent, non deo gratias, (vt par erat) egerunt, sed suis viribus, ingenio, ac virtuti omnia hæc bona, & commoda tribuebant.

Tertia propter multitudinem maleficiorum, incantationum, & diuinationum, quibus plurimum fidebant, & in illis multo magis, quam in *Dei* prouidētia spem locabant: id quod erat in causa, quod liberè, impudenter, & impunè peccabant. Si quis auté velit nosse quot modis isti Negromantici, seu (vt honestius loquamur) mathematici diuinatione vtuntur, & futura prædicere gloriantur, videat D. Tho. 2 2. q. 95. ar. 3. qui modi omnes reducuntur ad tria genera, vel per expræssam Demonum inuocationem, vel per solam considerationem motus aliquarum rerum, vel dum per nos ipsos, vel aliorum opera nobis demonstratur aliquid occultum. At quoniam eadem causa semper eundem effectum producit nisi fuerit impedita: idcirco dicendum est ob eadem peccata, & fortasis maiora, Deum aduersus populum Iudaicum haud leuiter iratum, eundem euertisse, ac deleuisse, atq; eamdem causam existimare oportet fuisse dissipationis, et euersionis tot Prouinciarum, & regnorum, in quibus degebant, qui olim Christo nomen dederunt, et quò maiora erant à Deo beneficia consequuti, quàm Iudæi, vel Babylonii, eò grauiora supplicia sunt perpessi. Et quoniam secundum Philosophum, eadem est ratio totius, & partis, & de similibus idem est iudicium, idcirco rationi consonum est, qđ si qui priuati homines quandoq; aliquā iacturam patiuntur, et de aliqua sublimi dignitate sunt deiecti, non nisi ob eadem, uel omnia, uel aliqua ex his, peccata id iurè patiantur, et ego fortasis aliquid sum passus ob eandem cām, qui cum Dei benignitate in aliquo eminentiori mei ordinis loco forem constitutus, et non in infima apud omnes opinione versarer, ex eo descendere, et in puluere sedere, et sociorum meorum minister, et seruus fieri sum coactus: Deo in melius omnia disponente, hoc idem fuit contemplatus *D.* Greg. 6. mo. de anima cuiuscumq; hominis, quæ nimis in superbiam elata, Deo opt. max. rebellare ausa fuit. quare unusquisquè cognoscat se ipsum, et fateatur culpā suam, et reuertatur ad *Dominum* deū suum, et hoc est quod monet Esa. Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina, et hic est finis 47. Cap.

Discussio super caput 41. usq; ad 47. inclusiue Esaia Propheta.

QVERITVR nunquid præter Deum posit quisquam alius pręscire, et prędicere quęcunque futura sunt in posterum, nec ne? et uidetur quidem quod non per uerba Esaię dicta in persona Domini cap. 41. uidelicet. Annunciatę quę uentura sunt in futurum, et dicemus quia Dii estis uos. Ecclesiastes cap. 8. Multa hominis afflictio, quia ignorat pręterita, et futura nullo scire potest nūcio: et Christus Dominus act. 1. Non est uestrum nosse tempora uel momenta.

Contra uerò potest argui multis rationibus, et demonstrari Angelos, Demones, et cuiuscunque sortis homines, et animantia quędam bruta aliquando cognoscere futura.

Primum argumentum Et primo quidem arguitur de quocunque intellectu, quod potest cognoscere futura, quia quicūque Intellectus abstrahit ab hic, et nunc. igitur non determinatur ad aliquam temporis differentiam, sed potest cognoscere quamcunque.

Secundum argumētū. Secundo arguitur de Angelis, qui secundum D. Aug. cognitione meridiana cognoscunt omnia in uerbo, igitur possunt cognoscere quęcunque sunt uentura in futurum.

Tertium argumentum. Tertio manifestum est Angelos prędixisse multa futura, et homini imperceptibilia. Angelus enim, ut habetur Lucæ 1. prædixit Zachariæ uxorem suam, adhuc sterilem parituram sibi filium, in cuius natiuitate multi gaudebunt. Sic etiam Angelus Gabriel prędixit Beatissimæ Virgini Mariæ se pariturā filiū, qui erit magnus, et filius altissimi uocabitur. Postremo Angelus Michael prędixit Ioanni Euāgelistæ se docturum illum, quę uentura sunt populo suo in nouissimis diebus, quoniā adhuc uisio in dies. Denique in ueteri testamento multa sunt loca, quibus demonstratur Angelos præsciuisse et prędixisse multa quę erant futura post multum tempus, igitur non solus Deus potest scire quæ ventura sunt.

A

Quarto probatur etiam Demones multa futura prædixisse. Primo quidē Mathæi. 8. dixerunt ipsi Christo. Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei, venisti ante tempus torquere nos? sciebant ergo ipsi Demones futurum esse tempus, in quo torqueri deberent à Christo. deinde Mulier quædam Pythonissa coegit Demonem qui in forma Samuelis apparuit Sauli, vt prædiceret quæcunque essent ei ventura, vt habetur primo Regū 28. & D. Aug. libro de diuinatione Demonum. 4. d. Demones non solū quędam futura prædicere, verum etiam, quædam mira facere pro ipsa sui corporis excellentia. igitur Demones quoque possunt futura cognoscere, quamquam ego non probem, quòd ipse dicit, eos habere corpora aerea. *4. Argum.* *1. Reg. 28.* *D Aug. lib. de Diuin. Dem: 4.*

B

Quinto probatur, tam Angelos, quam Demones futura præscire, quoniam si non cognoscerent nisi quæ habēt causas determinatas, & à causa necessaria proueniunt, non differrent ab intellectu humano, hoc autem est inconueniens. ergo. *5. Argum.*

C

Sexto. Si intellectus Angeli pariter, & Demonis non cognōsceret futura nisi dum actu sunt, sequeretur eorum intellectū deduci de potentia ad actū. Hoc autem est falsum. igitur. *6. Argum.*

Septimo d. Aug. in libro 83. quęst: Nihil temerè contingit in hoc mundo, ergo omnia de necessitate eueniunt. Nihil igitur poterit esse occultum cuique intellectui, pręsertim Ang. & Demonis. *7. Argum.*

D

Octauo probatur de hominibus, qđ & ipsi homines futura cognoscant, qm̄ quæ habent eandem veritatem, eodem modo comparantur ad intellectum, ergo cum præsens, præteritum & futurum, habeant eandem veritatem, eodē modo cognoscuntur ab intellectu. *8. Argum.*

E

Nono, qui potest appetere, aut velle aliquid in futurum, necessario cognoscit illud, quia teste. D. Augustino. Inuisa diligere possumus, incognita nequaquam. igitur qui desiderat Episcopatū, iam non obtentum, sed obtinendum, cognouit ipsum futurum. *9. Argum.*

Qui cognoscit necessarium, cognoscit *10. Argum.*

scit etiam contingens, sed homo cognoscit necessarium futurum, ergo etiam cognoscit contingenter futurum, quia cum oppositorum sit eadem scientia, & necessarium, & cõtingens sint opposita, igitur.

11. argum. Quod non solum homines quicunque, sed etiam mali homines prædicant futura, probatur de Saule, & Balaam, qui fuerunt mali, & peruersi homines, præscierunt futura, & prophetarunt, vt habetur primo Regum de Saule; & Num: cap. 22. de Balaam, igitur. (cap. 10, cap. 22.)

12. argum. Postremo probatur hominem præcognoscere futura, quoniam constat plerosquè dum dormiunt, & dum sunt alienati á sensibus predicere futura, igitur multo melius, & certius possunt præscire futura, quando vigent intellectu, cuius est omnia fieri.

13 argum. Medici, Nautæ, & Agricolæ aliquando prædicunt futura, vt medici quempiam moriturum. Nautæ tempestatẽ futuram. Agricolæ frugum penuriam, & reliqua huiusmodi, ergo &c.

14 argum. Diximus animantia bruta etiam cognoscere aliquod futurum quod probatur ex Ieremia cap, 8, d. Miluus in cęlo cognouit tempus suum, Turtur, hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Super quibus verbis dicit D. Hieronymus quod paruæ aues, sua norint tempora, & sciant quando ad calida festinantes loca rigorem hyemis debeant declinare, & rursus veris principio ad solitas venire regiones. Cum autem dicit, Miluus in cęlo cognouit tempus suum, cęlum pro aere accipiendum est.

Prou. 6. Sexto etiam prouerbiorum sapiens hortatur, à formica petamus exemplũ, quo prouideamus quæ futura sunt nobis ad victum necessaria. Inquit enim. Vade ad formicam, ò piger, & considera vias eius quæ parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat in hieme futura: quibus videtur nõ solum Deum optimum maximum, verum & Creaturas, tam intellectu, quàm solo sensu vigentes aliquando futura præscire. Non ergo uidentur repræhendendi qui consulebant Idola & Dæmones adibant, vt futura præscirent.

A Verumtamen his, & plerisque aliis rationibus nemo debet adduci, vt credat quicquã fore efficax cõtra verbũ Dei, quod manet in æternum. Cum alibi scriptum sit: est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.

Vt autem rationibus adductis faciamus satis, distinguendum est de ipso futuro, de quo est presens quæstio; quoniam futurum potest sumi bifariam, vel secundum se, & in se ipso consideratũ,
B vel vt in sua causa accipitur, & consideratur; & causa secundum quam consideratur, & á qua dependet, vel ad quam habet habitudinem potest esse multiplex, vel necessaria, seù necessariò producens effectum, vel ut in pluribus, aut etiam in paucioribus. Cognitio item futuri duplex, vel certa, & euidens, vel coniecturalis. His positis, ponimus hanc conclusionem. Futurum, vt futurum, & in se ipso consideratum non po
C test secundum se ab vllo intellectu cognosci, preterquam ab Intellectu diuino: huius ratio est, quia futurum, vt futurum non habet esse in se ipso, esse autem, & verum conuertuntur, vnde cum omnis cognitio sit alicuius veri, tantundem est dicere ego scio Petrum currere, cum nondum currit, ac si diceret, id quod est falsum. Solutio ergo est. Futura prout referuntur ad causas, à quibus necessariò proueniunt, pos
D se ab Intellectu creato cognosci, & prę uideri, non autem in se, sed quatenus referuntur ad suas causas, & ab eis dependent. Ea uerò futura, vel illi effectus, qui vt in pluribus, non autem semper, à suis causis procedunt, possunt quandoque ab intellectu creato cognosci, non autem semper, & hæc non per certitudinem, sed per coniecturam cognoscuntur. Quæ verò vt in paucioribus, & rarò contingunt, á nullo possunt in-
E tellectu creato per se ipsa cognosci. At ego opinor, salua pace aliorum, non posse vniuersaliter affirmari quæcunq; á causis quibusdam necessario proueniunt, posse ab intellectu creato cognosci. v. g Solem cras oriturum, aut quemque diem naturalem perfici, & constare viginti quatuor horis, quoniã legimus Iosue 10. cap. Solem in me-

dio cęli stetisse, & non festinauit occumbere spatio vnius diei, adeo quod multo longior fuit illa dies, quàm esse consueuerit. Sic etiam tempore Ezechiæ Regis Iuda, triginta duarum horarū fuit ille dies, quo sol retrocesit decem gradibus, vt habetur *Esaiæ* 38. igitur. Dici tamen potest, quòd de communi lege, & ex ordinatione diuina quisque dies naturalis debet esse 24. horarum *D*eus tamen, cuius potestati omnia sunt subiecta, ex rationabili causa, sibi tantum nota, tunc aliter disposuit, quemadmodum placuit suæ bonitati. *E*ffectus ergo, qui à suis causis necessariò proueniunt, per certitudinem futuri cognoscuntur, iuxtà cōmunē ordinem à *D*eo optimo maximo præuisū, & pfixū: qui verò, à suis causis non certò, neque semper, sed vt in pluribus proueniunt, per coniecturam fore cognoscuntur, velut medicus præcognoscit sanitatem infirmi, & nonnūquā prędicit eum cito moriturum, quandoque tamen secus accidit, & ita decipitur. Hoc modo cognoscendi futura tam Angeli, quam homines dicuntur ea præcognoscere, sed multo magis Angeli, quam homines, quo magis rerum causas vniuersalius, & efficacius cognoscunt quā homines. *Q*uæ autem futura, à causis proueniunt raro admodum, & in paucioribus, dicunt omnes, à nullo intellectu creato posse cognosci, sed à solo Deo, qui videt omnia in sua æternitate, quæ cum sit simplex, & vna, toti tempori adest, & intuetur omnia quæcunque aguntur per quodcunque tempus, siuè præsens, siue præteritum, siue futurum: quique non solum uidet ea quę sunt, sed etiam ea quę non sunt, siue sint in potentia ipsius Dei, vel ipsius creaturę, siue potentia actiua, siue passiua, vel in potentia opinandi, vel imaginādi, vel quocūq; modo significādi.

Tho. p.p.q. 14.

Notandum est tamen qd licet *D*eus suo incompręhēsibili intellectu cognoscat ea quæ non sunt, velut ea quę sunt, differt tamen eius scientia, qua scit, & intelligit ea quæ sunt, quę fuerunt, & quę quandoque erunt, ab ea scientia, quę sunt in eius potentia, vel etiam creaturę, quę tamen nec sunt, neque erunt,

A neque etiam unquam fuerunt, quia hęc vocatur scientia simplicis intelligentię, seù notitię, ea verò vocatur scientia visionis. Hęc est doctrina D. Thomæ. p.p.q. 14. ar. 9, Sed fortè quis diceret si Angeli cognoscunt aliqua futura per coniecturam, poterunt facile decipi, & ea prędicendo mentiri, hoc autem nō est dicendum, ergo. Respondetur, eos non posse decipi, neq; mētiri, quia nō sciūt neq; prędicunt ea certitudinaliter. Ad 1.

D.Tho. p.p. q. 14. a. 9.

B Respondeamus nunc (posteaquam vidimus, qua ratione, & à quibus, pręterquam à Deo futura cognoscantur) ad rationes in contrarium adductas, & ad primum, cum dicebamus, quemcunque intellectum abstrahere ab hic, & nunc; dicimus quòd re vera intellectus, vel operationes eius non mensurantur tempore, neque determinantur ad tempus, quemadmodum actiones corporales, veruntamen aliter intellectus humanus abstrahit ab hic, & nunc. C & aliter intellectus Angelicus, siue Demonis: quia intellectus humanus abstrahit ab hic, & nunc, & ratione ipsius subiecti, quia non cognoscit singularia, quę sunt determinata, & diffinita sub hoc loco, & sub hoc tempore, & quantum ad ipsas species intelligibiles, quę sunt à conditionibus materialibus abstractę, & separatę. Intellectus autem Angeli boni, vel mali abstrahit ab hic, & nunc, quoad ipsas species intelli- D gibiles quę sunt immateriales, & vniuersales, non autem abstrahit quantum ad ipsa cognita, quandoquidem species intelligibiles, quę sunt in eodem intellectu, sunt adeo efficaces, quòd per eas non solum vniuersalia, sed etiam singularia, & particularia cognoscere possunt. Hęc est sententia D. Thomę in quęst. de malo, quęst. de Demonibus q. 16. ar. 7. Sed prima parte quęst. 57. art. E 3. dicit quòd intellectus Angeli, licet sit supra tempus, & quodammodo coequetur euo, quia scilicet eius actiones non mensurantur tempore, quemadmodum mensurantur motus corporales, vt videlicet Angelus intelligat aliquid in spatio vnius horę, vel duarum horarum, sed mensurantur tempore secundum successionem, quia scilicet non simul

mul

D. Aug. 8. super Gen. mul omnia intelligit, sed vnum post aliud, & hoc est quòd dicit D. Aug. 8. supra Genesim. quod Deus mouet spiritualem creaturam per tempus, & ob hãc rationẽ non potest cognoscere aliquando futura, sed 1. q. 57. art. 3. dicit non esse eãdem rationem de hic. i. de loco, et de nunc. i. de tempore, quoniam potest intelligere quæ sunt in diuersis locis, & non determinatur ad hunc locum, vel illum, quia quę sunt distantia secũdum locum, sunt in rerum natura, non sic continget de futuris.

Ad. 2. Ad secundum argumentum respondetur iuxtà opinionem quorundam qđ dubio procul; hac ratione dicuntur cognoscere omnia et pręterita, & pręsentia, et futura, et hęc omnia simul, nec est ibi pluralitas, vel successio cognitionum. Verum non mihi videretur aliquod incommodum si dicerem Angelos omnia cognoscere in verbo cognitione meridiana, nõ tamen usque adeo proprie et exacte, quemadmodum cognoscitur ipse Deus a se ipso.

Ad 3. Ad tertium argumentum dicimus, quod quęcunque cognouerunt Angeli, prędicta ipsi Zacharię, vel Beatę Virgini, aut Ioanni Euangelistę et omnibus prophętis, ac beatis quibusdam, et probatis hominibus, ipsi nouerunt per reuelationem, quia scilicet Deus illis reuelauit, quamquam, et alii sint modi, et rationes quibus Angeli, et Demones possunt cognoscere futura contingentia, ut mox dicemus.

Ad 4. Ad quartum. Cum dicebatur Demones, etiam multa futura prędixisse. exempli gratia cum dixerunt Christo

Math. 8. Math. 8 Cur venisti ante tempus torquere nos: quo uidebatur innui eos scire tempus futurum, quo torqueri deberent. ℞. quod vtique hoc poterant scire, quoniam ex prophetis, et pręsertim ex Esaia propheta pręsertim cap. 14. et ex verbis palam dictis, a Domino Iesu Christo hoc poterant intellexisse. et pręter hoc dicit Isidorus Angelos et Demones multa pręscire non solum per reuelationem a Christo domino, et monitu aliorum spirituum, uerũ etiam aliqua eos scire experientia longi temporis, et subtilitate eorum naturę. Vnde Aug. libro de Diuinatione Demonum dicit, quòd Demones diuturna rerum experientia pręnoscunt, et pręnunciant multa futura; et cap. 3. eiusdem libri habet hęc verba: quod Demonum ea est natura ut aerei corporis sensu, terrenorum corporum sensum facile pręcedant, celeritate etiam propter eiusdem corporis aerei superiorẽ mobilitatem, nõ solũ cursus quorumlibet hominum, vel ferarum, verum etiã volatus auium incomparabiliter vincant. Quibus duabus rebus, hoc est acrimonia sensus, & celeritate motus multo ante cognita prænunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accedit etiam Demonibus per tam longum tempus, quo eorum uita protenditur longe maior experientia, quàm potest hominibus propter breuitatem vitæ prouenire. Per has ergo duas efficacias, non solum multa futura prædicunt, verum etiam multa mira faciunt.

Hęc sententia patris Augustini, quãuis alioqui sit longe prestans & efficax, comuniter tamen non probatur, ut paulo ante diximus, Demones, vel Angelos habere corpus aereum, quandoquidem sunt puri, & simplices spiritus, nullam habentes materiæ crassitiem.

Deinde non videtur tutum dicere, quòd experientia longi temporis aliqua futura cognoscant, quoniam vbi non est sensus, non potest esse experientia, quoniam experientia fit ex pluribus memorijs, memoria verò fit ex sensu; Quare cum Angeli non habeant sensum, non possunt habere experientiam. Ad hoc respondetur non quamcunque memoriã fieri ex sensu, sed eam solam quæ est pars animę sensitiuæ, in Angelis verò, & Demonibus est memoria, intellectus, & voluntas abque vllo adminiculo sensuum. Sic igitur concludimus per reuelationem, aut naturę subtilitatem, seù per experientiam longi temporis Demones posse pręscire, aut etiam prędicere multa futura contingentia. Ad illud quod dicebatur de muliere Pythonissa, cuius opera Demon apparuit

Sauli

Sauli in forma Samuelis, & prędixit ei, quæ ventura erant supra eum, respondet egregiè D. Aug. libro. 2. ad Simplicianum. q. 3. quam responsionem D. Tho. paucis verbis explicauit 2. 2. q. 95. ar. 4. ad secundum. vbi dicit potuisse aliqua dispẽsatione diuina fieri, ut non dominante arte magica, aut aliqua alia potentia, sed dispensatione occulta, ignota pythonissæ, & Sauli, ut spiritus Samuelis, aspectui Saulis se ostenderet, prędicens ei, quòd futurum erat. Aut dicendum non spiritum Samuelis, a requie sua excitatum, sed aliquod phantasma, et illusionem imaginariam Diaboli machinationibus factam, in effigie Samuelis ipsi Sauli apparentem, quod futurũ erat ipsi prędixisse. Quòd autem fuerit illusio imaginaria, arte Diaboli confiicta, patet ex eo quòd ipsa voluit decipere Saulem, cum ei dixit. Mecum eris; id quod fieri non poterat, quia Samuel erat in loco iustorum, Saul autem erat futurus in loco inferorum. Sic itaque responderi potest ad quartum argumentum.

Ad quintũ. Ad quintum. Cum dicebatur, quòd si Angeli, aut Demones non cognoscerent futura, nisi quæ habent causas determinatas, non differrent ab intellectu humano. negatur sequela, quoniam multoplura cognoscunt Angeli, & Demones quàm homo, & longè melius, & efficacius illa cognoscunt.

Ad sextum Ad Sextum. Si Angeli non cognoscerent futura, nisi dum actu sunt, sequeretur eorum intellectum educi de potentia ad actum. Respondetur hoc non sequi, sed propterea cognoscunt futurum nunc, & non prius, quia singulare futurũ nondum participat formas speciei, cuius similitudo actu præexistit in intellectu Demonis, vel Angeli, & nõ ex eo quòd eorum intellectus fuerit prius in potentia, & postea in actu. Sed pro tutiori solutione huius arg. vi. Egid. q. 10. de cognit. angelorum.

Ad septimũ Ad septimum. Vbi dicit Aug. quòd nihil temerè contingit in hoc mundo, ergo omnia ex necessitate proueniunt. Respondetur. Nihil temerè fieri in hoc mundo, si quæcunque fiunt, referantur ad Deum primam omnium causam: at si referãtur ad causas secundas, vel etiã ad arbitriũ, siue cõsiliũ nostrũ, multa pculdubio temerè fiunt, & cõtingunt.

Ad octauũ Ad octauum argumentum. Cum dicitur homines futura cognoscere, quoniam habent eandem veritatem, & eodem modo comparantur ad intellectũ, quo presens, præteritum, & futurum, igitur eodem modo cognoscuntur ab intellectu. Respondet huic argumento Egidius noster, in libro de cognitione Angelorum, ubi inquit. Licet sit eadem veritas præsentiũ, preteritum, & futurorũ, nõ tamẽ eodem modo, quia in præsentibus, & preteritis est veritas determinata, in futuris autem minimè.

Ad nonum Ad nonum arg. Qui potest appetere aliquid in futurum, necessariò debet illud præcognoscere, quia inuisa diligere possumus, incognita nequaquam. Ad hoc respondetur quod possumus appetere, quæ scimus aliquo modo esse possibilia, licet nesciamus certitudinaliter esse futura, ut potest quis velle esse episcopus, licet nesciat certitudinaliter se futurum episcopum, & præterea potest quis optimè scire quid sit esse Episcopum, & quid sit episcopatus, & sic appetere esse Episcopus, quamquam nesciat se futurum episcopum.

Ad decimũ Ad decimum argumentum. Qui cognoscit necessarium futurum, cognoscit etiam contingens, quoniam oppositorum est eadem scientia, facile respondetur. oppositorum esse eandem disciplinam, uel scientiam, in vniuersali, nõ autem in particulari, & secundum se; ut v. g. Qui cognoscit vnum oppositorum in vniuersali, & secundum quidditatẽ, vt puta qui cognoscit album, quòd est color disgregatiuus, cognoscit etiam nigrum quod est color congregatiuus. Sic etiam de necessario, & contingenti dicendum est.

Ad vndecimum. Ad vndecimũ arg. quo probare nitebamur non solũ homines quoscũq; verũ etiã malos potiri hoc priuilegio quod cognoscant futura, ut de Saule, & Balaã cõstat, qui fuerũt homines peruersi, & tñ prophetarunt. De Saule ut habetur primo Regum: & nu. 22. cap. de Balaã. Ad hoc respondetur non esse inconueniẽs homines prauos, ac peruersos Dei per

missu

missu quandoq; prophetare, & futura prædicere. Dicit enim D. Aug. lib 2. ad Simplicianum q. 1. quod ipse Saul re,p bus, & sceleratus, atq; ingratus Sancto Dauid, persecutor etiam eius, cum seuissima æmuidię facibus agitaretur, tamē adhuc Christus domini dicebatur. Et his hominibus peruersis, & reprobatis ipsi Demones, ut eos decipiant aliquando futura denunciant.

Ad duodecimum. Ad duodecimum arg. vbi probatur plerosq; cum dormiũt, & dum sunt alienati a sensibus prędicere futura, respōdetur hoc ideo cōtingere, quia in ipsa dormitione & alienatione à sensibus intellectus cũ sit abstractus à corpore, magis recipit influẽtias corporũ cœlestiũ propter quas fiunt in imaginatione aliqua signa futurorum euentuum. sic respondet D. Tho. ad hoc arg. p p. q. 86. ar 4. ad 2. Et est conformis hæc solutio verbis, & doctrinę D. Aug.

Ad tertium decimum Ad tertiumdecimum arg. respondetur secundum Aug. lib. de diuinatione Demonum, quòd medici, nautę, & Agricolæ, facile possunt aliquid pręscire, & prænunciare de ualetudinibus, ut medici, nautæ uerò de tempestatibus, agricolę de arbustorum, frugumque generibus ob notitiam quam habent de his rebus, siue causis quibus talia eueniunt. Nec tamē quisquam debet opinari eos fore prophetas, aut diuinos, seu mauis diuinatores.

Ad quartũ decimum. Ad quartumdecimum arg. de animãtibus brutis, quę pręcognoscũt aliquid futurum, dicendum ut inquit. D. Tho. quòd eiusmodi animalia sequuntur impresionem cælestem, & ideo ex motibus huiusmodi animalium magis possunt cognosci quædam futura, ut pluuia, grando, siccitas, et quædam alia, quàm ex motibus hominum, qui mouentur per consiliũ, & rationes. Sic itaq; responderi potest ad rationes, & argumenta quibus probare nitebamur, non solum Deum præscire futura, verum, & Angelos, & homines, & quandoq; etiam animalia bruta, quæ tamen rationes, & argumenta nullius sunt roboris, vt ostēsum est, adeoquod confidenter, et tutò possumus arguere, et repræhendere quoscunq; diuinos, et qui audent, et præ sumunt præscire quęcunque contingenter eueniunt, Quòd si fortè præscirent, dicere possumus eos *Deos*, et poneremus cor nostrũ, et diceremus Dii estis vos. At quia ipsi non sunt tales, sed omnes iniusti, et uana opera eorum, ideo refellamus eorum vanitates, et insanias. Et hæc pauca de præsenti quæstione.

Pro cuius doctrinę veritatis confirmatiòne, et perpetua obseruatione, ne scilicet quis audeat ob hanc inanem fiduciam demones inuocare, et ab eis futurorum euentuum notitiam expetere et curiose perscrutari, libuit apponere constitutionem Sixti Quinti quæ sic incipit.

Cœli, et Terræ Creator *Deus*, quem vnum omnipotentem corde credimus ad iustitiam, et ore confitemur ad salutem, et si homini quem ad imaginē, & similitudinem suam creauit, mentem dederit, quæ non solum diuino fidei lumine illustrata, mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam suæ naturæ ui, magno licet cum labore, præclara multa inuestigaret, atque intelligeret. Tamen ut superbum animal homo non altum saperet, sed timeret, et immensam conditionis sui maiestatem, humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ euentura sunt, scientiam, et futurarum rerũ cognitionem reseruauit. Solus enim ipse cuius oculis omnia nuda, et aperta sunt, et ad intimas hominum cogitationes penetrat, et consequenter eorum actiones intuetur, solus ipse, qui vocat ea, quæ non sunt, tamquã ea quę sunt, omnia presentia, et ante oculos posita habet, solus deniq; omnia, et singula quęcumque totius temporis decursu, et seculorum ætatibus futura sunt ab omni æternitate nouit, et admirabili prouidentia disposuit, quæ non modo humanæ mentis imbecillitas ignorat, sed nec demones ipsi pręsentire possũt. Quare Idolorum in futuris annutiãdis falsitatē, & imbecillitatem, et eorum qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet spiritus sanctus apud Esaiã illis verbis. Annuntiate quæ ventura sũt in futurum, et scie mus quia Dii estis vos, & in nouo testamento Christus Dominus

Constitutio Sixti Quinti

nus discipulorum suorum de futuris A euentis paulo cupidius inquirentium, interrogationem graui illa responsione retudit, qua etiam omnium fidelium suorum curiositatem coercuit. Non est vestrum scire tempora, uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate De inde facta hac præfatione, & exordio, multis aliis rationibus, & sententiis ex sacra pagina adductis prohibet sub grauissimis pœnis, et censuris, ne quis audeat hac uanitate deceptus, quod scil icet demones, et quicumq; alii futuros euentus præter eos, quos diximus certitudinaliter præscire queant, eos consulere, illos inuocare, et illorum opera, arte, vel auxilio uti audeat, neq; eiusmodi libros legere, uel tenere. Quin et in Cōcilio Tridentino cautum fuit, et prohibitum ne eiusmodi tractatus, aut indices legantur, vel habeantur, et nuper ab Illustrissimis, et Reuerendissimis D.D. Cardinalibus supra Indicem librorum constitutis, ac deputatis eadem prohibitio est confirmata, ac restricta. Cuius diligentiam, ac probitatem non solum hac in re, sed in plerisq; aliis rebus ab eo cōstitutus nūquā satis laudare possumus. B Nullus ergo existimet hac falsa, et vana fiducia deceptus cuiusuam creaturæ ope, uel opera se posse futuros euentus cognoscere, quia præter Deum, nulli creaturæ quæcumque sit illa, hoc priuilegiū pater esse concessum.

Et sic est finis huius primæ partis huius operis: nunc Deo opitulante, & suam opem nobis afferente aggredimur expositionem alterius partis.



REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh.

Et omnes ſunt Quaterni.



PERVSIÆ.

Ex Thypographia Vincentij Columbarij, Andreæ Brixiani hæredis, Superiorum permiſſu, M. D. XCVI.

ERRATA PRIMI TOMI ESAIAE PRO-phetæ sic corrige.

ET in primis fol. tertio initio capitis primi, vbi legitur posquam, debet legi postquam vbi deficit littera t.

fol. 42.e. Repempti lege redempti
fol. 94.e. fructibus, lege fluctibus
f. 97.c. cunctis cuncti
f. 43.b. confrrigetur confringetur
f. 49.b Nouissimus nouissimis
f. 49.a. eis eius
f. 50.a. ipsis ipsi
f. 52.d. præsidebitur præsidebit
f. 52.a. Aegentes ad gentes
f. 52.a. Hirrusalem Hierusalem
f. 53.c. eonuincere conuincere
f. 53.c. Arripies arripiet
f. 53 c. glaudium gladium
f. 55.b. gladio, &
f. 55.b. sacerdotum amputuit, lege amputauit
f. 55.e. inpresta, & reuerata lege impressa, & reuelata
f. 56.c. Particulá quo vitio quo
f. 56.d. carminum carnium
f. 56.d. qbus non facile, quibus facile
f. 60.e. futerint, fuerint
f. 61.c quorundam verborum lege inutilis repetitio
f. 61.e Phras Phrasi
f. 63.e. pulchrum puberum
f. 96.a. & veruc, & eum
f. 101 b. sicut ira, sicut ignis
f. 102.b. monts montis
f. 105. in tex. in tenebris tenebis
f. 106.b. cum eum
f. 106 e luituosum luctuoso
f. 106.b. esse est
f. 107 b pater frater
f. 107 b. statuisse cantare statuisse, & cantare
f. 108.a. deeri deseribit
f. 108.c. perduceret, produceret
f. 111.b. pioguedidonis pinguedinis
f. 134 e aluum malum
f. 136 b. futum, futura
f. 140 d godu, quod
f. 158.e. plana. plena
f. 166 d. sacerdotum, sacerdotem
f. 176 d renotandis tractandis
f. 486.d diuoretos deuoret eos

f. 209.d. raticinij, lege vaticinij,
f. 233.b. da exercitiū lege ad exercitiū
f. 228.b. qui, cuius
f. 70.a. Babilonis Babilonijs
f. 71.a. Vtrumq. vt cumq.
f. 73 a. dicebat, decebat
f. 74 d quia, qui a
f. 75 e. Dei vo, Dei nunc
f. 75.d. irruret. irruet
f. 76 a. Idolatis Idolatris
f. 121.c. mœrebamur merebantur
f. 76.a. obsidionibus obsidionibus
f. 80 a. parricidium fratricidium
f. 80.a In fraganti in fraganti
f. 83 e. diuinitationibus diuinatio-ibus
f. 83 d sennè sententiæ
f. 83.d. ate, ante
f. 83.e. ijs vendunt, ij qui vendūt
f. 84 c. vt sed
f. 85.e innite iniri
f. 85 b. expellari, expilari
f. 86 b. animæ sunt, animæ quæ sunt
f. 91.a. quamquam accipit, quandoq. accipit.
f. 93.e maledíti maledictioni
f. 94 e. fructibus fluctibus
f. 133.a. longo fine longo fune
f. 289.c. præterea propterea
f. 289.c. contritum accedere, contritus accedet
f. 289.d saluatorem salutem
f. 290.a. notum facere notam
f. 446.a bene bone
f. 446.a reperiautur reperiantur
f. 459 d. peccarorum peccatorum
f. 456 a. inquantum quam
f. 459 b. percipito præcipio
f. 456 b efitebor confitebor
f. 456 b dijctione dictione
f. 467.a. pupillum pusillum
f. 467.e. ciaitatem ciuitatem
f. 474 e gemes gentes
f. 478 c. fertis, fortis
f. 480 a. sacere, facere
f. 487 b cede iustum Christum
f. 487 e. gustus, gressus
f. 486 d. Mei, Dei.

Alius error non dissimulandus habetur in margine cap. 9. fol. 225. littera c. vbi citatur Aristoteles primo Phisicorum text 39. & debet legi primo topi cap. 9.



